XV
F.
9.
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
F
9
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


GEORGIVS TIT. S. AGNETIS S.R.E.
C. Presbyter Card. Spinula S.^{ae} Agnetis nuncupatiſ,
à S.M. CLEMENTE XI. III Kal. Decembriſ MDCCXIX
creatus, et à SS.^{mo} D. N. INNOCENTIO XIII.
Die 12. May 1721. à Secretiſ Statuſ renũciatus
Ioanneſ Odazuſ delin. et Pinx.
Laurenz. Gabbuzi Scul.
Romæ Sup. perm.

DOMINICI DE ZAULIS
PATRICII FAVENTINI
ARCHIEPISCOPI THEODOSIÆ
Et Congregationis ſacræ univerſalis Inquiſitionis
ASSESSORIS
OBSERVATIONES
Canonicæ, Civiles, Criminales, & mixtæ non ſolùm
Statutis Civitatis Faventiæ, ſed juri
communi accomodatæ.

Editio ſecunda ab ipſo Auctore novis Obſervationibus
locupletata, & in duos Tomos diviſa

Cum duplici copioſo indice materiarum, uno in Obſervationibus,
altero in Additionibus contentarum.

*Accedit in fine hujus primi voluminis Diſſertatio Illmi,
& Rmi P.* FRANCISCI MARIÆ MUSCETULÆ, *Archiepiſcopi Roſſanenſis, de Matrimoniis filiorumfam. inſciis vel rationabiliter invitis
Parentibus contractis.*

TOMUS PRIMUS



ROMÆ MDCCXXIII.
Typis, & ſumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Montis Citatorii.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Emo, & Rmo Principi

D. GEORGIO

TITULI SANCTÆ AGNETIS

Præsbytero Cardinali Spinulæ.

Hieronymus Mainardus perpetuam felicitatem.

VBI primùm Obſervationes Canonicas bo: mem: Dominici de Zaulis, Archiepiſcopi Theodoſiæ, & Sacri Tribunalis Inquiſitionis Aſſeſſoris, novis locupletatas additamentis in lucem proferre conſtitui, diù ſanè deliberandum non habui, cujus potiſſimùm Nomini eas, ſeculi morem ſectaturus, inſcriberem. Protinus ſiquidem obverſata ſunt ante oculos ingentia ab eximiâ humanitate tuâ, Princeps Eminentiſſime, in me collata beneficia, quæ antehacpublicum aliquod obſequentiſſimi, ſummèque devin-

cti

Digitized by Google

cti animi erga Te mei argumentum maximè poſtulabant. Excipe igitur hilari, ac benignâ, quâ ſoles, fronte muneris, ſi oblatoris conditionem ſpectes; tenue quidem, tuiſque præſtantibus meritis longè impar; at ſi Operis Authorem reſpicias, cujus doctrina, probitas, religio, prudentia, & aliæ, quæ ſacrum decent Præſulem Chriſtianæ virtutes, Romana in Aula, foriſque haud vulgari in pretio habitæ ſemper fuere, planè dignum, quod acceptum Tibi, gratumque, imò etiam jucundum ſit. Deberem nunc (quod & alii Typographi ſuas editiones Magnatibus nuncupantes uſurpare conſueverunt) inclytæ, clariſſimeque Gentis, unde profectus es, decora, Tuique ipſius non avita dumtaxat, verùm etiam propria virtutum ornamenta ſtrictim attingere; ſed utraque Orbi propemodum univerſo notiora ſunt, quàm ut rudi meo, impolitoque ſtylo fieri valeant illuſtriora; nec ubi etiam diſertiùs exponerentur, æquis auribus id pati poſſet egregia moderatio tua. Illud tamen ſilentio præterire nequaquam licet, quod ubi laudum tuarum amplitudo, atque præſtantia ſatis omnibus exploratæ non eſſent, eas quilibet indè colligere perſpicuè poſſet, quòd Sanctiſſimus Pater INNOCENTIUS XIII. *Pont. Max. acerrimi Princeps judicii, ipſo in limine ſui Principatus Te potiſſimùm ad Miniſterium omnium difficillimum, graviſſimumque delegerit, ut ardua quæque Chriſtianæ Reipublicæ negotia, & ſecretiora ejus benè gerendæ conſilia Tecum communicaret. Quod ſanè Miniſterium eâ fidei, integritatis, & ſapientiæ laude, eo bonorum omnium plauſu ſuſtines, ut non exiguum domeſticis tuis, utcumque ſplendidis Imaginibus, fulgorem ex Te adjiciendum fore nemo dubitet. Reliquum eſt, ut, quemadmodum Te humillimè rogo, Oblatorem, oblatumque Opus clementiſſimo tuo patrocinio tueri non dedigneris; dum ego D.O.M. aſſiduis, enixiſque votis precari non deſinam, ut Eminentiam Tuam pro Catholicæ Eccleſiæ bono, tuorumque Clientium præſidio, incolumem diu ſervet, ac uberiori in dies felicitate florentem.*

INDEX RUBRICARUM.

LIBER PRIMUS.

Rubr. I. De electione Conſilii centum Sapientum. Et qualiter, & quomodo debeat congregari dictum Conſilium. pag. 11.

Rubr. II. De electione Antianorum. 18

Rubr. III. De Officio Scribarum Dominorum Antianorum, & Communis Faven. 25

Rubr. IV. De auctoritate Officii Dominorum Antianorum. 28

Rubr. V. De electione Domini Poteſtatis. 36

Rubr. VI. De juramento dicti Domini Poteſtatis: & & ejus Familiæ, ac ejus modo, forma, & tenore. 45

Rubr. VII. De mercede, ſeù emolumentis Domini Poteſtatis, & ejus, ac aliorum quorumcumque Officialium. 51

Rubr. VIII. De modo imponendi mulctas per D. Poteſtatem, & ejuss Officiales, & de reddendo rationem exactionis earum, & aliorum extraordinariorum. 60

Rubr. IX. De ſindicatu D. Poteſtatis, & ejus familia, & electione Sindicorum. 61

Rubr. X. Quod Dominus Poteſtas non poſſit impedire aliquem Officialem, quin ſuum officium exerceat. 66

Rubr. XI. Quod contenta in juramento Domini Poteſtatis, & Officialium habeantur pro Statutis. 67

Rubr. XII. De Statutariis, & Reformatoribus eligendis. 67

Rubr. XIII. Quod nihil ponatur in Statutis contra libertatem Eccleſiaſticam. 69

Rubr. XIV. De modo, & forma diſpenſandi ſuper Statutis, & reformationibus. 71

Rubr. XV. De electione Officialium Communis Faventiæ facienda ſorte in Conſilio generali pro ſemeſtri. 74

Rubr. XVI. De extractione, & electione officiorum Communis Faventiæ fienda in Conſilio generali per annum duratura. 79

Rubr. XVII. Quod nullus poſſit exercere Officium per Subſtitutum. 91

Rubr. XVIII. Quod nullus invitus cogatur acceptare Officium. 92

Rubr. XIX. De juramento omnium Officialium Communis Faventiæ. 94

Rubr. XX. Quod nullus Doctor poſſit exercere Officiū Judicatus, ſeu Advocationis, niſi prout infrà. 95

Rubr. XXI. De Officio, & iuriſdictione Judicum Equi, & Bovis. 96

Rubr. XXII. De electione, officio, iuramento, & mercede Nunciorum publicorum Communis Faventiæ. 99

Rubr. XXIII. De electione, Officio, & ſalario Advocati, & Sindici Communis. 102

Rubr. XXIV. De Oratoribus, ſeu Ambaſciatoribus Communitatis Faventiæ eligendis. 106

LIBER SECUNDUS.

Rubr. I. De bonis Communis Faventiæ manutenendis, & non alienandis. 111

Rubr. II. Quod Poteſtas, & Antiani teneantur defendere, manutenere, & recuperare iuriſdictionem Civitatis Faventiæ, & maximè infraſcripta iura. 113

Rubr. III. Quod Depoſitarius, & Factor Communitatis teneantur ſuppellectilia quæcumque dicti Communis conſervare, & de eis inventarium conficere. 116

Rubr. IV. Quod pecuniæ, & omnes redditus, & proventus Communitati perveniant ad manus Depoſitarii dictæ Communitatis. 117

Rubr. V. De Officio Factoris Communis Faventiæ. 124

Rubr. VI. De Officio Scrivani computorum, & redditiuum Communis Faventiæ. 124

Rubr. VII. De Officio Exactoris condemnationum. 126

Rubr. VIII. De Regularibus, ſeu Rationatiis Communis Faventiæ, & eorum Officio. 129

Rubr. IX. De electione Officialium Penſæ, & eorum Officio. 129

Rubr. X. De Molendinariis, & eorum iuramento, & exercitio. 130

Rubr. XI. De Officio, & electione Officialis Molendinorum Communis Faventiæ. 134

Rubr. XII. Quod ex fluminibus publicis, ſeu canali, & Cluſa communis non poſſit aqua recipi, ſeu diverti, nec ædificium ſuper eis fieri abſque aſſenſu generalis Conſilii. 135

Rubr. XIII. De electione Cuſtodis Carcerum Communis Faventiæ, & eius Officio. 137

Rubr. XIV. Quod Statuta gabellæ prævaleant aliis Statutis. 139

Rub. XV. Quod nullus poſſit eligi ad aliquod Officium, cuius ſalarium, vel merces non ſit prius taxata. 140

Rubr. XVI. De Cappellanis, & Capitulatiis Scholarum eligendis, & de eorum Officio. 141

Rubr. XVII. De fideiuſſione præſtanda per Capitularios Scholarum, & ubi præſtetur, & quomodo ſolvatur Notariis, qui eam deſcribunt. 142

Rubr. XVIII. Quod nullus fideiubat niſi pro una, vel duabus Scholis. 144

Rubr. XIX. De Officio Depoſitariæ actorum Civilium. 144

Rubr. XX. De electione Maſſaroli, & eius Officio. 146

LIBER TERTIUS.

Rubr. I. De citationibus, commiſſionibus, & relationibus. 148

Rubr. II. De citatione hæredum, & qualiter procedatur contra eos. 151

Rubr. III. De citatione forenſium, & qualiter procedatur contra eos. Et per ipſos contra Civem. 153

Rubr. IV. De modo, & forma procedendi contra ſuſpectos de fuga. 156

Rubr. V. Quomodò cognoſcantur, & terminentur cauſæ lib. decem, & abindè infra. 159

Rubr. VI. Qualiter procedatur contrà obligatos ex publica ſcriptura. 162

Rubr. VII. De modo, & forma procedendi in Cauſis excedentibus ſummam librarum decem bononenorum. 175

Rubr. VIII. De Poſitionibus. 182

Rubr. IX. De Appellationibus interponendis. 184

Rubr. X. De probatione mortis, iuriſdictionis, & Notariatus. 188

Rubr. XI. Qualiter & quando peti, & concedi debeat

Digitized by Google

beat Conſilium Sapientis . 192

Rubr. XII. Si agatur perſonali, vel reali actione, quomodò procedatur contrà contumaces . 194

Rub. XIII. De executione ſententiæ laudi, arbitrii, ſeu arbitramenti, confeſſionum, & præceptorum. 199

Rubr. XIV. De fructibus æſtimandis . 209

Rubr. XV. De Compromiſſis fiendis inter Coniunctos, & qualiter, & quando fieri debeant . 210

Rubr. XVI. Quandò credatur relationi Bannitorum, & Nunciorum . 214

Rubr. XVII. De alienationibus, obligationibus Minorum non fiendis ſine Decreto . 215

Rubr. XVIII. De tenuta rei alienæ ſcienter non danda per debitorem creditori . 225

Rubr. XIX. De viribus, probatione, & effectu confeſſionis extraiudicialis . 226

Rubr. XX. Qualiter procedi debeat ad venditionem pignoris . 228

Rubr. XIX. De feriis, & diebus feriatis . 232

Rubr. XXII. De his, qui promiſerint aliquid pro Communi Faventiæ . 242

Rubr. XXIII. Quod Poteſtas, & quilibet Ius dicens teneantur dare Advocatum, & Procuratorem petenti . 243

Rubr. XXIV. De donis concedentibus . 244

Rubr. XXV. De Dotibus Mulierum & qualiter de ipſis diſponi poſſit, & debeat ſoluto Matrimonio. 246

Rubr. XXVI. De beneficio Statuti denegando Viro, qui Vxorem maritali affectu non tenuerit, & è contrà . 260

Rubr. XXVII. Qualiter Deſcendentes ab Inteſtato ſuccedant . 263

Rubr. XXVIII. Quod Mulieres dotatæ à Patre, & ab aliis Aſcendentibus, non poſſint petere legitimæ, ſiù dotis ſupplementum . 272

Rubr. XXIX. De bonis maternis . 274

Rubr. XXX. De ſucceſſionibus Aſcendentium, & Tranſverſalium ab inteſtato delatis . 275

Rubr. XXXI. Quod hæreditas non adita tranſmittatur . 279

Rubr. XXXII. Quod Tenuta conceſſa non occupetur, vel quovis modo impediatur . 280

Rubr. XXXIII. Qualiter quis rem, per Executorem ſibi aſſignatam, reſtituere cogatur . 282

Rubr. XXXIV. Qualiter procedatur in nominibus acceptis in Tenutam . 283

Rubr. XXXV. Qualiter excuſſio fieri debeat . 286

Rubr. XXXVI. Quod facta in iudicio pro Filio familias non poſſint infringi . 2,5

Rubr. XXXVII. De poſſeſſionibus terminandis . 296

Rubr. XXXVIII. Quod ei, cuius nomine ſtipulatur, actio ſine ceſſione ſequiratur. 300

Rubr. XXXIX. Quod Creditor inſtrumentum obligationis poſt ſolutionem cancellare teneatur . 302

Rubr. XL. De pœna petentis debitum ſolutum. 305

Rubr. XLI. De pœna non ſolventis debitum . 308

Rubr. XLII. Quomodo Pater conveniatur pro debito Filii . 309

Rubr. XLIII. De Patribus prodigis, & dilapidatoribus . 313

Rubr. XLIV. De Inſtrumento fraudolenter facto. 321

Rubr. XLV. Qualiter ad petitionem fideiuſſoris conveniatur ille, pro quo fideiuſſit . 323

Rubr. XLVI. Qualiter ſequeſtratio fieri debeat. 325

Rubr. XLVII. De inſtantia in Cauſis ſervitutum, & aliis quibuſcumque non habentibus certam quantitatem . 329

Rubr. XLVIII. De recuſatione Judicis, vel Notariorum . 329

Rubr. XLIX. De ſalario Advocatorum, Procuratorum, & aliorum, qui patrocinantur in Cauſis . 334

Rubr. L. De duobus Æſtimatoribus eligendis, & eorum officio, ac mercede . 337

Rubr. LI. Quomodo quis recipiatur in ordinem Notariorum Civitatis Faven . & quod non deſcriptus in d. ordine non valeat Notariatum exercere . 341

Rubr. LII. Quod Notarii teneantur inſtrumenta quęcumque in publicam formam edere eis, quorum intereſt, & eos ipſi Notarii ad ea relevanda cogere poſſint . 345

Rubr. LIII. De ſeptis, & protocollis Notariorum abſentium . 345

Rubr. LIV. De ſeptis, & protocollis Notariorum defunctorum . 347

Rubr. LV. De Collegio Doctorum, Procuratorum, & Notariorum, ac eorum Immunitate, & privilegiis . 350

Rubr. LVI. De Salario, & mercede Notariorum pro ſcripturis in contradictorio Iudicio quomodocumque productis, & regiſtratis, recipiendis . 353

Rubr. LVII. De ſolutione mercedis Notariorum Civitatis, & Diſtrictus Faventiæ pro Inſtrumentis, & aliis ſcripturis extrà Iudicium, de quibus fuerint rogati . 358

Rubr. LVIII. De ſalario, & mercede ſcripturarum, quæ fiunt extrà ordinem civilis Iudicii . 362

Rubr. LIX. De ſalario Nunciorum, & Tubatorum Communis Faventiæ . 364

Rubr. LX. De copia actorum fiendis . 365

Rubr. LXI. De executionibus Civilium Cauſarum, & debitorum privatorum . 367

LIBER QUARTUS.

Rubr. I. De modo, & forma procedendi ſuper maleficiis . 368

Rub. II. De Advocatis, Procuratoribus & aliis non admittendis in Cauſis Criminalibus, niſi in caſibus infraſcriptis . 376

Rubr. III. De pœna Blaſphemantis . 393

Rubr. IV. De pœna Homicidii . 394

Rubr. V. De pœna inferentis vindictam in alium, quàm in offendentem . 405

Rubr. VI. De inſultu . 403

Rubr. VII. De Percuſſione, & vulneribus . 405

Rubr. VIII. De Forenſe offendente aliquem Faventinum . 408

Rubr. IX. De pœna frangentis pacem, vel treguam . 409

Rubr. X. De pœna Incendiarii . 411

Rubr. XI. De pœna delationis Armorum . 412

Rubr. XII. De his, qui percuſſerint aliquem ad defenſionem ſui, vel Sociorum . 414

Rubr. XIII. De pœna Furti . 416

Rubr. XIV. De Aſſaſſinis . 420

Rubr. XV. De pœna Proditoris . 425

Rubr. XVI. De pœna falſi . 426

Rubr. XVII. De pœna bis vendentis eandem rem. 430

Rub. XVIII. De pœna Officialium indebitè aliquid exigentium . 431

Rubr. XIX. Quod in Cauſis Criminalibus condemnationes, & abſolutiones fiant ſingulis duobus menſibus, & de Beneficiis fideiuſſorum. 433

Rubr. XX. De delictis domeſticorum, Puerorum, & Meretricum . 435

Rubr. XXI. De Bannitis impunè offendendis, & de pœnis eorum, & debitorum Communis . 438

Rubr. XXII. De pœna receptantis Bannitum. 439

Rubr. XXIII. De pœna Stupri, Adulterii, & Sodomiæ . 441

Rubr. XXIV. De pœna verbis iniuriantium, vel rem diffamatoriam facientium, aut apponentium . 462

RVBRICARVM.

Rubr. XXV. De pœna turbatæ poſſeſſionis. 465
Rubr. XXVI. De Sponſalibus non contrahendis abque conſenſu aſcendentium, vel Coniunctorum 468
Rubr. XXVII. De minoribus viginti annorum, & mulieribus in Cauſis criminalibus in teſtea non admittendis niſi ut infrà, & de condemnationibus factis contrà filius familiæ. 475
Rubr. XXVIII. De pœnis augendis. 477
Rubr. XXIX. De pœnis minuendis propter confeſſionem, & pacem. 478
Rub. XXX. De pœna facientium coadunationem, ſeù guarnimentum. 479
Rubr. XXXI. De pœna excedentis iuriſdictionem, vel pedagium colligentis in Comitatu Faventiæ præter ordinem Statutorum Civitatis Faventiç. 483
Rubr. XXXII. De pœna intrantis, vel exeuntis Civitatem Faventiæ aliundè quam per portas. 485
Rubr. XXXIII. De pœna extorquentis per vim, vel metu aliqua Inſtrumenta, vel rem aliquam ab aliquo. 486
Rubr. XXXIV. De pœna euntium de nocte. 487
Rubr. XXXV. De pœna facientia Conſpirationem, vel Monopolium. 489
Rubr. XXXVI. De pœna deſtruentium muros Civitatis Faventiæ, vel accipientium de lapidibus eorum. ibidem.
Rubr. XXXVII. De pœna piſcantis in foveis publicis, & projicientis animalia mortua, aut putredines in eis. 490
Rubr. XXXVIII. De pœna laborantium in Aggeribus Fluminum, & Circlæ, vel deſtruentium eos. 497
Rubr. XXXIX. De quæſtionibus, & tormentis. 500
Rubr. XL. De pœna ſagittantis, & baliſtantis. 502
Rubr. XLI. De Frumento, & aliis Bladis non extrahendis. 508
Rubr. XLII. De pœna ludi. 550
Rubr. XLIII. De pœna contrahentium cum ludente, & ludo aſſiſtentium. 559
Rubr. XLIV. De Maleficiis, in quibus non eſt pœna determinata per Statuta Civitatis Faventiæ. ibid.
Rubr. XLV. Quod de Maleficiis non poſſit cognoſci poſt tempus, de quo, & prout infrà. 560
Rubr. XLVI. De Notario, ſeù Scriba maleficiorum. 561
Rubr. XLVII. De pœna dicentis verba iniuriosa contrà Patrocinantes. 562
Rubr. XLVIII. De Hoſtiis noctis tempore claudendis. 564
Rubr. XLIX. De pœna non reſtituentis rem conductam. ibid.
Rubr. L. De contumacibus pignorandis, & pœna vetantis Pignus. 565
Rubr. LI. De Becariis. 568
Rubr. LII. De Piſcatoribus. 574
Rubr. LIII. De pœna extrahentis ligna, gipſum, lapides, vel tegulas. 576
Rubr. LIV. De Cautione de non offendendo præſtanda. 577
Rubr. LV. Quod Capellani, Capitularii, & Tabernarii teneantur denunciare maleficia. 578
Rubr. LVI. De Forenſibus infamibus, & malæ conditionis, & famæ expellendis. 579
Rubr. LVII. De pœna offendentium aliquem Faventinum extrà Diſtrictum Faventiæ. 580
Rubr. LVIII. De Meretricibus. 581
Rubr. LIX. De Revendentibus fructus arborum. 610
Rubr. LX. De Hortolanis. 613
Rub. LXI. De Lino, & aliis immunditiis non ponendis in canali, ſive ſoveis, aut in locis publicis. 614
Rubr. LXII. De iis, qui deiecerint, vel effuderint. 615
Rubr. LXIII. De Cloacis. 616
Rubr. LXIV. Quod nullus permittat ire Sues per Civitatem. 622
Rubr. LXV. Quod fæx non comburatur in Civitate Faventiæ. 623
Rubr. LXVI. De Equorum Seſſore. 623
Rubr. LXVII. De Bubulcis ducentibus currus per Civitatem Faventiæ. 625
Rubr. LXVIII. De recipientibus, ſeù conducentibus ſervientes aliorum. 628
Rubr. LXIX. De pœna emeutis, vel accipientis aliquid à filiis familias, vel à ſerviente alicuius, vel ſecum ludentia. 629
Rubr. LXX. De Exercentibus Artem Candelarum de ſepo. 634
Rubr. LXXI. De Platea mundanda. 635
Rubr. LXXII. De Foro Boario. 636

INDEX ARGUMENTORUM, ET MATERIARUM.

EX PROHEMIO.

Civitates, & loca Status Eccleſiaſtici, An poſſint condere Statuta. pag. 5

Origo Civitatum, & Caſtrorum cui tribuatur, earumque definitio, & diviſio. 6

Beneficia conferenda ſunt Civibus, & hac occaſione adducuntur privilegia diverſorum Regnorum, & Civitatum, & præcipuè Faventiæ, & examinantur variæ difficultates circa talem materiam contingentes. 7

EX LIBRO I.

Rubr. I. Origo, Officium, privilegia &c. Magiſtratus Centum Pacificorum. 13

Minores an poſſint eligi in Conſiliarios, & Decuriones Civitatis, aliaque Officia exercere. 14

Annus inceptus an, & quandò habeatur pro completo. 15

Duo, vel plures ex eadem familia, an poſſint eſſe Conſiliarii Civitatis. 16

Conſilii congregatio, ad quem ſpectet. 16

Conſilium, ut validum ſit an omnes, vel maior pars Conſiliariorum debeat intervenire, & conſentire, & an omnes ſint vocandi. 16. et ſeq.

Rubr. II. Decurionum, ſeù Antianorum, Magiſtratuum, Municipalium, & Conſiliariorum Officium, & privilegia, & in eorum electione quænam ſint conſideranda. 20

Electio per ſortem an, & quandò admittatur. 21

Iuramentum per Conſiliarios, ſeù Magiſtratum Civitatis de benè, iuſtè, & fideliter adminiſtrando præſtari poteſt die feriato, reiecta contraria opinione. 23

Rubr. III. Cancellerii, ſeù Secretarii Civitatis Officium, confirmatio, ſalarium &c. 27

Liber Cancellarii an, & quandò probet, & an per eum ſint deſcribenda nomina, & cognomina Conſiliariorum pro validitate reſolutionum. 27

Rubr. IV. Magiſtratus Municipalis, quas expenſas facere poſſit abſque licentia Sac. Congregationis Boni Regiminis. 31

Ad validitatem alienationis bonorum, & iurium, ac rerum Communitatis, quæ requirantur. 32 n. 24. cum ſeq.

Cenſus impoſitus à Communitate, vel à Cive pro ea an, & quandò ſuſtineatur, tàm contrà Communitatem, quàm contra Civem. 33. n. 32. cum ſeq.

Magiſtratus an, & quandò conveniri valeat durante officio. 34. n. 53. cum ſeq.

Rubr. V. In Iudicum electione, quæ conſideranda ſint. 39. n. 8. cum ſeq.

Magiſtratus an ſint deſiderandi perpetui. An temporales, & an Cives, vel Exteri, eorumque ætas, & ſcientia, & ſalarium: Et de honore, & reverentia, ac ſalutatione Magiſtratibus, aliiſque Superioribus ab inferioribus debita, & an procedat in Patre ergà filium publicum Officium adminiſtrante. 40

Palatii appellatione quid veniat; Et de privilegiis, prærogativis, & immunitate debita Palatiis Regiis. 43. & 44

Rubr. VI. Iudices, & Magiſtratus munera dare, ab aliiſque recipere, & contractus cum ſubditis ſuæ Iuriſdictioni inire an, & quandò poſſint. 46. et 48

Iudex iniuſtitiam faciens, vel iuſtitiam facere renuens, vel votú dare omittens ad quid teneatur. 47

Rubr. VII. Sportularum, ſeù propinarum nonnulla ſingularia adducuntur. 53

Salarii Commiſſariorum nonnulla quotidiana, & an debeantur viatica Iudici Ordinario occaſione fabricationis Proceſſus in proprio Territorio ſuæ iuriſdictionis. 56

Tabella emolumentorum, & ſportularium retinenda eſt à Iudicibus, & Magiſtratibus. 56

Rubr. VIII. Mulctæ remedium, quandò, & quarè introductum ſit, & à quo imponi poſſit. 60. et ſeq.

Rubr. IX. Syndicatus neceſſitas, & utilitas in Iudicibus, & Magiſtratibus, aliaque de hac materia practicabilia. 63

Rubr. X. Magiſtratus, & Officialis prohibens obſervantiam Legum, & Statutorum, puniendus eſt. 66

Rubr. XI. De Iuramento præſtando à Magiſtratu, & Officialibus circà obſervantiam Statutorum. 67

Rubr. XII. De reforma tione Legum, & Statutorum plura. 67

Rubr. XIII. Statuta, & Leges ſeculares contrà Immunitatem Eccleſiaſticam aboleri debent, & pro abrogatione, quibus remediis uti poſſit, & debeat Epiſcopus. 69

Rubr. XIV. Diſpenſare circà diſpoſitionem Statuti an poſſit Conſilium generale Civitatis, & an Cardinalis Legatus. 72

Rubr. XV. In Electione Officialium Communitatis, quæ ſint ſervanda, & attendenda, & ad quem illa ſpectet, & de confirmatione eorundem Officialium, & nonnulla de electione, & extractione Conſiliariorum, & aggregatione Civium. 76. cum ſeq.

Debitores Communitatis quinam, & quandò excludantur ab Officiis, & muneribus publicis Communitatis. 77

Subrogatus in Officio durante abſentia an cenſeatur ſubrogatus etiam in caſu mortis. 78. in fine.

Electus ad Officium ad ſemeſtre an intelligatur de primo ſemeſtri, ità ut tempus currat de momento ad momentum. 77. in fine.

Confirmatio Officialis, ut valeat requiritur conſenſus omnium. 79

Rubr. XVI. Officiales temporales an ſint utiliores Reipublicæ, quàm perpetui, & de variis Officialibus Communitatis. 82

Medici electionis, eiuſque ſalarii, obligationum plura notabilia. 84

Fœminæ excluduntur à Magiſtratibus, & Officiis publicis, & præſertim à munere publicè docendi, & hac occaſione recenſentur fœminæ doctæ, & quæ in Scholis publicis legerunt, ſed damnatur in eis uſus ſtudendi Artibus liberalibus. 85. cum ſeqq. Cætera de earum luxu, & vanitate, & de pulvinaris uſu. ibid.

Rubr.

Rubr. XVII. Officium per Subſtitutum, an, & quando exerceri poſſit, quinam poſſit ſubſtitui, & quando ſubſtituens teneatur de ſubſtituti exceſſibus, & delictia. 91.

Rubr. XVIII. Electus, & extractus ad aliquod Officium publicum Civitatis an cogi poſſit ad illud acceptandum. Cætera de Poetarum laudibus, & detractionibus. 93. & 94

Rubr. XIX. De Iuramento præſtando ab Officialibus Communitatis. 95

Rubr. XX. De doctrina, integritate &c. requiſitia in Iudicibus, Procuratoribus, & Advocatia, & de eorum examine, & approbatione. 95

Doctoratus requiſitus pro obtinenda aliqua Dignitate, vel Canonicatu debet obtineri à publica Univerſitate. 96

Rubr. XXI. Judicum electorum ad interponenda decreta in contractibus Minorum, Mulierum, & Pupillorum, & de validitate hujuſmodi decretorum plura. 98

Jnriſdictio privativè inferiori, quando conceſſa cenſeatur. ibid.

Rubr. XXII. Nunciorum, ſeù Curſorum electio, juramentum, fides circa eorum relationem. 101

Rubr. XXIII. Advocationis Officium, quare adinventum illius neceſſitas in Republica, quomodò ſe gerere debeat, de ejus prærogativis, prævaricatione, & pacto quotæ litis, de patrocinio pauperibus gratis præſtando, ac de Syndico Communitatis. 103. cum ſeq.

Rubr. XXIV. Legatorum, Ambaſciatorum, Oratorum, & Nunciorum uſus, prærogativæ, privilegia, Immunitates &c. plura notabilia. 107

EX LIB. II.

Rubr. I. Bona Communitatis ſunt in triplici differentia, ut ibi explicatur. Cætera de eorum Locatione, & de Appaltibus Vectigalium ad Reverendam Cameram ſpectantium. 111

Decurriones, aliique Officiales Communitatis non poſſunt conducere bona Communitatis, prout non poſſunt Clerici Cameræ, aliique Miniſtri Camerales conducere bona Cameræ Apoſtolicæ. 112

Rubr. II. Recenſentur bona, & juriſdictiones in Caſtris ad Civitatem Faventiæ pertinentes, una cum origine conceſſionum. Cætera de Villa. 114

Rubr. III. Factor quinam dicatur, & de ejus ſalario facultate, & libris. 117

Rubr. IV. Monetarum uſus fabricationis mutationis, tonſuræ, ponderationis, & variarum ſpecierum earum plura. 136. Cætera de Depoſitario, & Adminiſtratoribus Communitatum, eorumque officio, & obligationibus, & præſertim de fide eorum libris præſtanda, ac de redditione rationis. 119

Rub. V. Factoria Officium, quale ſit. 124

Rubr. VI. Ratiocinatorum in genere, ac etiam in ſpecie Montis Pietatis, & Banchi Sancti Spiritus Urbis, ac Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, & Populi Romani. 143. Cætera circa fraudes Gabellarum occaſione tranſitus. 125

Rubr. VII. Pœnæ omnes, & mulctæ, quæ ex diſpoſitione Statuti, vel ex privilegio, vel conſuetudine ad Communitates ſpectabant, applicatæ fuerunt Reverendæ Cameræ, & quare, præterquam quò ad nonnullas Communitates, de quibus ibi. Cætera de Exactore pecuniæ Communitatis. 127

Rubr. VIII. Rationarii, ſeù Rationales quinam dicantur. 129

Rubr. IX. Officialis ſuper Molendinis, nè fraudes committantur, nonnulla. 131. & ſeq.

Rubr. X. Molendinarii cujus qualitatis eſſe debeant, quale juramentum præſtare teneantur, qua pœna puniantur, tam negligenter, quàm dolosè, & fraudulenter ſe gerentes, & de privilegijs conceſſis Molitoribus Urbis. ibidem.

Conductor Gabellæ Macinatus an poſſit in fine locationis in præjudicium ſucceſſoris diminuere emolumentum ad alliciendos Cives ad molendum. 134

Rubr. XI. De Officialibus, ſeu Inſpectoribus Molendinorum. ibidem

Rubr. XII. De Fluminibus, eorumque ſpeciebus, & de Molendinis in illis ædificandis, & quibus ſit permiſſum. 135

Rubr. XIII. De Cuſtodis Carcerum officio, mercede, facultate, & delictis, ac pœnis. 138

Rubr. XIV. Statutum ſpecialitèr diſponens prævalet prout prævalet illud Provinciæ, vel Civitatis dominantis, deficiente Statuto loci particularis. Salis, & Salinarum nonnulla notabilia. 139

Rubr. XV. Conſtitui debet iuſtum ſalarium Officiali, & ad illud conſtituendum, quæ conſideranda ſint. 140

Rubr. XVI. Scholæ appellatione quid veniat. Capitularii, ſeù Maſſarii Schularum quinam dicantur, & de eorum electione, Officiu, Libris, & remotione. 141. & ſeq.

Rubr. XVII. Syndici, ſeù Capitularii Scholarum nonnulla. 143

Fideiuſſor obligatus pro Officiali ad certum tempus an eo tranſacto teneatur ſi tempus fuit prorogatum. Fideiubens pro Iuvene, & Novitio Banchi non tenetur ſi ad Officium Capſerii promoveatur. ibidem

Rubr. XVIII. Fideiuſſionis regulariter damnoſæ nonnulla. 144

Rubr. XIX. Publicè expedit conſervatio ſcripturarum, undè inſtituta fuerunt apud Antiquos Archivia, ac etiam practicatur hodiernis temporibus, de quibus in genere, & in ſpecie plura. 145

Rubr. XX. Depoſitarius penès quem ab Executoribus deponuntur pignora in executione capta, ad quid teneatur. 147

EX LIB. III.

Rubr. I. Citatio ut valeat an requiratur ſpecialis commiſſio Iudicis, An verò ſufficiat generalis, & quandò præſumatur, aliaque de Citationis validitate, tam contrà particulares perſonas, quàm contra Univerſitatem. 149

Domus inventæ quomodò, & quandò fuerint. 150

Rubr.. II. Legitimatio Perſonarum in Iudicio An, & quandò requiratur. 152

Rubr. III. Forenſis quinam dicatur. Citatio contrà aliquem in Hoſpitio facta, quandò valeat. Citatio per proclama, quando fieri poſſit. 154

Cautio de ſtando iudicio ſiſti, & iudicatum ſolvendo, An quando, & à quo præſtari debeat. 155

Rubr. IV. Mandatum ſuſpicionis fugæ ad hoc ut relaxari valeat, quæ requirantur, & quandò dicantur probata. 157

Rubr. V. In Cauſis exiguis proceditur ſummariè, quæ autem dicatur cauſa exigua, & quæ probationes ſufficiant. Cætera de clauſula *ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii*. 160

Rubr. VI. Scripturæ ſunt in triplici differentia, ut ibi explicatur, Scripturæ publicæ, & autenticæ appellatione, quæ veniant. 163

Excuſſio principalis debitoris, quandò requiratur, & quandò facta dicatur. 164

Quem eſſe Uſurarium, ex quibus probetur. Uſurarius manifeſtus ad hoc ut privetur factione teſtamenti, quid ſit probandum. 165

Spolium ob illicitam negotiationem non intrat contra Cives, & Incolas Urbis, ac Curiales Clericos, etiam in Sacris Ordinibus, etiam Presbyteratus conſtitutos, quò ad Loca Montium, & alia bona, tam in Urbe, quàm intra ſpacium decem milliariorum exiſtentia. 165

Quænam negotiatio Clericis ſit prohibita, & quandò latè examinatur, & præſertim circà contractum Cambii. 166. & ſeqq.

Rubr. VII. Quam proficuum ſit Reipublicæ litium anfractus reſecare. 178

Circa terminum à Statuto præfixum ad probandum. 179

Diſpoſitio Statuti præfigentis tempus Iudici ad definiendam cauſam an, & quando reſolvatur in conſilium, & quando contineat præceptum, & alia de hac materia, tam ad terminos Iuris Civilis, quàm *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20 de Reformat.* ibid.

Circa ſtylum pronunciandi per Iudicem, proùt in Cedula plura notantur. 180. Appellatio quandò Iudex pronunciavit proùt in Cedula, quando ſit interponenda. 181

Rubr. VIII. Poſitiones an, & quando habeantur pro confeſſatis, & alia de poſitionibus. 183

Rubr. IX. Nonnulla circà materiam appellationis, & præcipuè quanto tempore debeat proſequi appellatio, & terminari cauſa appellationis. 186

Rubr. X Notarius ex quibus probetur. 190

Rubr. XI. Conſilii ſapientis, nonnulla notabilia, & hac occaſione de clauſula, *de Conſilio, de Voto, cum voto*. 190

Rubr. XII. Super quibus poſſit, vel non poſſit fieri executio, ac de ordine ſervando, & hac occaſione, an ſuper veſtibus quotidianis, pallio, Bobus aratoriis, aratro, aliiſque Inſtrumentis Agriculturæ, Armis, aliiſque ad uſum Militis, an, & quando poſſit fieri executio. 196. & ſeq.

Rubr. XIII. Iuriſdictio ex quibus acquiratur. 203

Mandatum contra perſonam, & bona propria hæredis, quando relaxetur. ibid.

Fœminæ pro debito civili an quando carcerari valeant. 204

Condemnatio in expenſis an, & quandò, & contra quos ſit facienda per Iudicem. ibid.

Contrà tertium, in quem facta fuit alienatio rei lite pendente an, & quandò recta via agi valeat, & hac occaſione de vitio litigioſi. 205

Archiepiſcopus quando cognoſcere poſſit cauſas ad Tribunal ſui Suffraganei ſpectantes. 207

Reductio l[illegible]di ad arbitrium boni viri, quando competat. ibid.

In Domo propria an, & quando quis carcerari valeat. 208

Rubr. XIV. Reſtitutio fructuum, quandò debeatur à die motæ litis, & quandò non. 209

Rub. XV. Compromiſſum inter coniunctos, an & quando ſit faciendum, & petendum, quæ requirirantur ad illud obtinendum, & obtentum quid operetur. 212. & ſeqq.

Arbitri electi an poſſint onus recuſare. 214

Rubr. XVI. Curſoris, & Nuncii publici atreſtationi an, & quando credatur. 215

Et quid de Tubicine. ibid.

Rubr. XVII. Tota materia contractuum, & obligationum Minorum, tam circa cauſam, quàm decretum Iudicis interponendum, ac præſentiam, & conſenſum Conſanguineorum, & Curatoris compendiosè tractatur. 218. cum ſeq.

Rubr. XVIII. Vendi quidem, non autem hypotecari poteſt res aliena, quomodo id procedat. 225

Rubr. XIX. Confeſſio extraiudicialis an, & quando probet. 227

Rubr. XX. Dies quomodò computetur, & quando incipiat, & quandò finiatur. 230

Circà terminum ad reluendum pignus plura. pag. 231. & ſeq.

Rubr. XXI. Feriarum ſpecies recenſentur. 234. Quibus feriis renunciari valeat. 235. Qui actus tàm iudiciales, quàm extraiudiciales fieri valeant in diebus feriatis in honorem Dei, aliaque notanda circa hanc materiam. 235. & ſeq.

Oblationes alicui Sacræ Immagini factæ an ſpectent ad Epiſcopum, an ad Parochum, an ad Dominum muri, in quo depicta eſt, & alia circà eorum adminiſtrationem. 238. & ſeq.

Rubr. XXII. De relevatione Indemnitatis præſtanda per principalem Debitorem fideiuſſori, & de actione illi competente. 242

Rubr. XXII. De obligatione Iudicis dandi Pauperibus Advocatum, & de neceſſitate Advocati acceptandi officium. 243

Rubr. XXIV. Acconcium an, & quando veniat ſub nomine dotis, & illius naturam aſſumat, & ex bonis fideicommiſſariis ſit tradendum, & alia de acconcio. 244

Rubr. XXV. Lucri dotalis variæ quotidianæ quæſtiones examinantur. 249. cum ſeq.

Leges, Statuta, & Conſtitutiones an, & quando reſpiciant futura, & quando etiam ad præterita trahantur. 254

Rub. XXVI. De ſignificatione verbi *Donna*, *Dama*, *Gentildonna*, & de titulis *Meſſere*, *Magnifico*, *Spettabile*, *Egregio*, *Illuſtre*, *e Molto Illuſtre*, *Illuſtriſſimo*, *Eccellentiſſimo*, *e Sereniſſimo*. 260

Connumerantur cauſæ, ob quas Maritus ammittit lucrum dotis Mulieris. 261

Vxor proptèr adulterium, an & quando ammittat dotem. 261. cum ſeq.

Rub. XXVII. Examinatur materia Statuti excludentis Fœminas propter Maſculos à ſucceſſione. 265 cum ſeq. & hac occaſione etiam materia congruitatis dotis. 267. & ſeq.

Rub. XXVIII. Dos debita Fœminæ à Statuto excluſæ an, & quando ſuccedat loco legitimæ, & & fructus debeantur. 272. & ſeq.

Rub. XXIX. Frater uterinus an ſororem uterinam excludat ſtante Statuto excludente Sororem ab hæreditate communis Matris propter Fratrem. 275

Rub. XXX. Statutum excluſivum fœminarum à ſucceſſione an, & quandò valeat 276. & hac occaſione de ſucceſſione Matris in bonis Filij. 277. cum ſeq.

Rub. XXXI. Hæreditas non adita an, & quandò tranſmittatur, & quandò adverſus non aditam hæreditatem competat reſtitutio in integrum. 279

Rub. XXXII. Tenutæ appellatione quid veniat Creditore immiſſo ex primo decreto, quandò debitor privetur poſſeſſione. 281

Rub. XXXIII. Executione facta ſuper mobilibus ne ad Depoſitariam aſportentur, traduntur alicui cum obligatione de habendo in forma depoſiti, ſed ad quid teneatur Depoſitarius, ſi mobilia non exhibeat. Cetera de depoſitaria Urbana. 282

Rub. XXXIV. Contra debitorem debitoris an, & quandò agi valeat, & quæ requirantur. 284. cum ſeq. Fiſcus contra debitorem ſui debitoris pactis executiuis non obligatum, an agere poſſit, etiam manu Regia. 285

Rub. XXXV. Exceptio excuſſionis an, & quando opponi valeat præſertim fideiuſſori, & mulieri ageo-

agenti contrà tertium pro aſſecuratione dotis ob vergentiam Viri ad inopiam, & quandò dicatur facta exeuſſio. 287. cum ſeq.
Rub. XXXVI. Filius familias an, & quando ſtare poſſit in judicio, & an, & quando teſtari, & donare cauſa mortis valeat. 292. cum ſeq.
Rub. XXXVII. Confinium, ſeù terminorum plura, & præſertim circà illorum probationem recenſentur. 297. cum ſeq.
Rub. XXXVIII. Stipulari pro abſente an, & quando poſſit, itaùt ei quæratur actio. 300. cum ſeq.
Rubr. XXXIX. Cancellationis inſtrumenti, ſcripturæ, citationis &c. plura notabilia. 303. cum ſeq.
Pacti de non petendo, & quietantiæ nonulla. 304
Scriptura privata an, & quando veniat appellatione inſtrumenti. 304. cum ſeq.
Verba Statuti, an ſint intelligenda propriè, & ſecundùm intellectum Iuris Conſultorum, an verò ſecundum uſum loquendi. 305
Rubr. XL. Exigens debitum iam ſolutum ad quid teneatur, qua actione conveniri poſſit, & an criminaliter, & qua pœna puniri valeat. 306. cum ſeq.
Quid verò de petente plus debito, quod quatuor modis contingere poteſt, plura. 307
Rubr. XLI. Pœnarum conventionalium plura. 308
Rubr. XLII. Pater pro debito Filii in multis caſibus his recenſitis. 310. cum ſeq.
Emancipatio filij vt valeat an requiratur decretum Iudicis, & quando præſumatur emancipatio, & materiam emancipationis tractantes remiſſivè. 311. cum ſeq.
Teſtamentum filij familias non conſtito de emancipatione an valeat. 312
Rubr. XLIII. de Patribus prodigis, & dilapidatoribus, & de interdicenda eis adminiſtratione, & deputatione Oeconomi. Quid de dilapidatione bonorum Fideicommiſſariorum ad terminos. *Tex in l. Imperator. ff. ad S.C. Trebellian.* 314. cum ſeq.
De obligatione dandi elemoſinam, & an quis, & à quo compelli poſſit ad eam dandam 318. cum ſeq. Cætera de auaritia. 320
Rubr. XLIV. Doli, metus, & fraudis in contractibus plura. 322
Inſtrumenti appellatione an, & quando veniant etiàm Scripturæ privatæ. 322
Rubr. XLV. Fideiuſſor, qui ſolvit debitum an, & quando agere valeat contrà principalem debitorem pro repetitione ſoluti. 324. cum ſeq. Et quando agere valeat pro liberatione à fideiuſſione. 325
Rubr. XLVI. Sequeſtrum, tàm in prophanis, quàm in Beneficialibus an, quando concedendum ſit, & quæ requirantur. Et quid de ſequeſtro Cadaveris debitoris, & Vſurarij. 326. cum ſeq.
Rubr. XLVII. Inſtantiæ nonnulla. 329
Rube. XLVIII. De recuſatione Iudicis plura practicabilia. 331
Rubr. XLIX. Circà Honorarium Procuratoris, & Advocati, & quæ actio pro illo conſequendo competat 336
Rubr. L. Pro taxatione veri valoris rei recurrendum eſt ad iudicium Peritorum, quomodo eorum electio fiat, & de eorum acceptatione, & iuramento præſtando, ac mercede ſolvenda diſcutitur. 340
Rubr. LI. Notarij Officium non eſt vile, ſed nobile. In illius creatione quæ ſint ſervanda, & de Matriculatione à Statuto, vel conſuetudine requiſita; An poſſit tàm à Clericis, quàm à Sacerdotibus exerceri officium Notarius. 342
Rubr. LII. Notarius requiſitus à Partibus, tenetur tradere Inſtrumenta rogata, an verò ipſe cogere valeat partes ad relevanda inſtrumenta. 345
Rubr. LIII. Circà Archiviationem inſtrumentorum, & de illarum ſalvatione. 346
Rubr. LIV. De protocollis Notarij defuncti in Archivio publico conſervandis, & de emolumentis ex eis percipiendis, an ſcilicèt ad quem ſpectent. 348.
Rubr. LV. Princeps an teneatur conferre Officia, & Magiſtratus dignioribus ſub pœna peccati mortalis, & refectionis damnorum, & intereſſe. 351
De Collegio Procuratorum in Urbe erecto, & de eius privilegiis &c. 351. cum ſeq.
Rubr. LVI. Notarius Actuarius, licet regulariter debeat eſſe forenſis, tamen admittitur etiam Civis concurrentibus iis, de quibus hic. Notarius Actuarius recipiens fideiuſſionem minùs idoneam an, quando, & ad quid teneatur, & alia de Notarii Actvarij officio, obligationibus, & delictis. 356
Rubr. LVII. Notario, cui duplex debetur merces, nempè pro rogitu, & pro exemplatione inſtrumenti, à quonam ex contrahentibus ſit ſoluenda. 361
Rubr. LVIII. Merces Notario Actuario quanta debeatur. 364
Rubr. LIX. Tubarum, & Tibiarum origo, uſus tàm antiquus, quàm modernus. Cætera de Tubatoribus. 364
Rubr. LX. Acta publica per Actuarium petentibus oſtendenda, & danda eorum copia. 366
Rubr. LXI. Gubernatoris, & Baroncelli Burgi Urbis iuriſdictio, facultates, & privilegia. 367

EX LIB. IV.

Rube. I. Sicuti virtus præmianda, ita delicta vindicanda, cum debita tamen proportione, & qui delicta punire negligit quam pœnam incurrat; in certis tamen caſibus gratioſa liberatio per Principem concedi valet. 371. cum duob. ſeq. & 375
Bannimenta an, & quando ſint perpetua. 373
Bulla Baronum an ſuffragetur Creditori, qui aliunde, quàm ex Archiviatione notitiam habebat fideicommiſſi. 374
Rubr. II. Abſens in cauſis criminalibus an mediante Procuratore, Advocato, vel alia perſona comparere valeat. 378. cum ſeq.
In materia Cenſurarum non eſt admittendus Procurator ad comparendum pro Reo citato ad comparendum perſonaliter, niſi agatur de carcerato, vel aliter videatur Epiſcopo, cujus conſcentia eſt oneranda, vt plenè examinato articulo reſolvitur. pag. 378. cum ſeq.
Rubr. III. Blaſphemiæ nonnulla, & de illius materia remiſſivè. 394
Rubr. IV. Homicidii nonnulla adducuntur. 396
Exceptione fideicommiſſi quando evitetur confiſcatio bonorũ, & quando pœna pecuniaria, ſeù mulcta, & quid de fructibus eorumdem bonorum. 397
Legitima filii delinquentis vivènte Patre an, & quando confiſcari valeat remiſſimè. ibid.
Rubr. V. Criminis vindictæ tranſverſalis notabilia. pag. 402. cum ſeq.
Rubr. VI. Criminis inſulti plura, & de percuſſione Clerici, etiàm quò ad abſolutionem ab excommunicatione. 404. cum ſeq.
Rubr. VII. De gravi iniuria reſultante ex percuſſione mediante alapa, & de pœna infligenda. 405. Et de alapa, quæ datur in Sacramento Confirmationis, & in creatione militis. 406
Rubr. VIII. Forenſis quis dicatur, et forum in Criminalibus ex quibus ſortiatur. 408
Rubr. IX. Pax facta quando dicatur, ita vt incurratur pœna contrà eam violantes inflicta, et cui pœna pecuniaria applicanda ſit quando Iudex Eccleſiaſticus procedit, cum hoc delictum ſit mixi fori. 409. & ſeq.

Rubr. X. De Incendi crimine, et pœna. 411

Rubr. XI. Attenta prohibitione delationis amorum, quæ illarum appellatione veniant. 413

Clericus iuuentus cum armis an poſſit eis ſpoliati à Birruariis Curiæ ſecularis abſquè incurſu excommunicationis, et quid ſi carceratum ducant ad Curiam Eccleſiaſticam. 414. et ſeq.

Rubr. XII. Vim vi repellere an, et quando liceat, adeò vt inſultatus percutiens, vel occidens inſultantem immunis ſit à pœna. 415. cum ſeq.

Rubr. XIII. Occaſione delicti furti agitur de Burſicopiis, de doloſis decoctoribus, de venditore fumi, de latronibus publicis, & Graſſatoribus viarum, de Scappeggiatoribus, de emente rem furatam, et an pretium ſolutum ab emptore rei furatæ repeti poſſit. 418

Rubr. XIV. Aſſaſſinii materia diſcutitur. 421. et ſeq.

Occidens, vel mandans occidi quando priuetur tamquam indignus hæreditate occiſi, vbi refertur caſus fratricidii inhumaniter commiſſi, per quod cum eius bona confiſcata fuiſſent prætendebatur à Fiſco ſub confiſcatione comprehendi etiam bona hæreditaria fratris occiſi. 421. et ſeq.

Rubr. XV. De crimine læſæ Maieſtatis, et de iniuriis, ac maledicentiis contrà Principem. 425

Rubr. XVI. De Crimine falſi, et præſertim de producente, & vtente falſa ſcriptura, et hac occaſione de aperiendo alienas literas, ac de Tabellario delinquente circà portum literarum, et de fabricante falſam monetam. 427

De origine Tabellariorum, et Poſtarum, ac de officio Magiſtri Poſtarum, ac alia ad materiam. 429

Rubr. XVII. Vendens eandem rem duobus quam pœnam incurrat. 430

Rubr. XVIII. De pœna Officialium, et publicanorum indebitè aliquid exigentium, et de reſtitutione facienda. Quid ſi impoſuerunt novum onus ſub prætextu euitandi fraudes. 432

Locatio, ſeù appaltus gabellarum facta iuxtà ſolitum quomodò intelligatur. 433

Rubr. XIX. A condemnatione in pœnam pecuniariam an, & quandò admittatur appellatio facto depoſito, vel data cautione, et quando abſque vtroque. 434

Pœnæ pecuniariæ contrà delinquentes contumaces impoſitæ an, et quando exigatur. ibid.

Curia Epiſcopalis an poſſit condemnare in pœnam pecuniariam. ibid.

Epiſcopus, an, et quando poſſit ſibi applicare pœnas. 435

Rubr. XX. Pater Filium, Dominus Seruum, Magiſter Diſcipulum, Maritus Vxorem, et ſimiles an, et quando, et quomodo caſtigare, et corrigere valeant. 436

Delicta Puerorum, et Impuberum, an et quomodo puniantur. 437

De pœnis contrà denudatos incedentes, vel ſe balneantes in flumine publico. ibid.

Rubr. XXI. Banniti, an, et quando impunè offendi valeant. 439

Rubr. XXII. Materia receptationis Bannitorum examinatur ad dignoſcendum an, et quando incurratur pœna. 439. cum ſeq.

Rubr. XXIII. De delictis Carnis, et pœnis nempè Concubinatus, Adulterii, Stupri, et Sodomiæ latè. 444. cum ſeq.

Et quid de prægnantia Virginis abſque ſtupro quod accidere poſſe probatur. 455. cum ſeq.

Leges, Conſtitutiones, Bannimenta &c. an, et quando, et in quo loco publicari debeant, vt vbique ligent. 449. cum ſeq.

Filij illegitimi Clericorum, et Eccleſiaſticarum Perſonarum an, et quando, et in quibus bonis ſuccedant Patribus, et illis poſſit donari, legari, et relinqui, quando intret ſpolium fauore Reu. Cameræ Apoſtolicæ. 446. cum ſeq.

Filii illegitimi an, et quando inueſtiri, et ſuccedere poſſint in bonis Emphyteuticis Eccleſiaſticis, et quid ſi redacta ſint ad inſtar allodialium, vt in Ducatu Ferrariæ in Abbatia Farſenſi &c. ibid.

Carnaliter cognoſcens Monialem quot delicta committat, et quibus pœnis puniatur. 458

Rubr. XXIV. De delicto iniuriarum, quod re, verbis, et ſcripto committitur, et præſertim de iniuria facta Magiſtratui, ſeù Iudici, et coràm Iudice. pag. 463. cum ſeq.

Iudex an cognoſcere poſſit de iniuria ſibi illata. ibid.

De libellis famoſis, et de Famigeratoribus, vulgò nuncupatis *Menanti*. 464

Iniuriam iniuria an, et quando retorqueri liceat. 465

Rubr. XXV. De delicto turbatæ poſſeſſionis. 466

Rubr. XXVI. Matrimonium Filii familias, abſque conſenſu Parentum celebratum, qui ſolum de honeſtate requiritur, valet, idque procedit etiam in Regno Galliæ, in quo *Sacrum Concilium Tridentinum* non eſt receptum, et latè reprobantur contrarium ſentientes. Hinc Statutum alitèr diſponens, ac imponens pœnam filiis Matrimonium contrahentibus abſquè conſenſu parentum non valet. pag. 469. cum ſeq.

Rubr. XXVII. Teſtes Infantes Mulieres, et Minores in Criminalibus an, et quando admittantur. 476

Rubr. XXVIII. Sicuti delicti gravitas augetur, et diminuitur ſecundum qualitates, et circunſtantias, ita et pœnæ. 477

Rubr. XXIX. De pœnis minuendis propter confeſſionem ſpontaneam delinquentis, et pacem. pag. 478. cum ſeq.

Rubr. XXX. De Conuenticulis, et crapula, ac ebrietate, quę an à Medicis ſuaderi poſſit examinatur. pag. 480

Monopolij delictum eſt grauiſſimum, cuius pœnæ. 482

Rubr. XXXI. Tributa, et gabellæ tanquam de Regalibus Principis ſupremi non poſſunt imponi ab aliis, et imponentes quam pœnam incurrant. 484

Manutentio Baroni, aliiſque Dominis inferioribus in quaſi poſſeſſione imponendi, et exigendi gabellas, quando concedatur. ibid.

Rubr. XXXII. De pœna intrantis, vel exeuntis per Muros Ciuitatis. 485

Rubr. XXXIII. De pœna extorquentis per vim, vel metum aliquam rem ab alio. Et hac occaſione de vi, et metu. 486. et ſeq.

Rubr. XXXIV. De Præfecto Vigilum, eiuſque Officio, et de pœna euntium de nocte per Ciuitatem, itaùt à Birruariis poſſint carcerari. 487

Rubr. XXXV. de Crimine Coniurationis, et conſpirationis contrà Principem. 489

Rubr. XXXVI. In Muris Ciuitatis non poteſt appodiari, ædificari, feneſtras apponi, et quidquam aliud fieri ſine Principis licentia, aliàs incurritur pœna peculatus, et mortis. 490

Rubr. XXXVII. Ius piſcandi tamquàm de Iure naturæ, et Gentium an, et quando poſſit à Principe prohiberi. 491. cum ſeq.

Rubr. XXXVIII. Aggerum fluminis, tàm circà eorum neceſſitatem, quam conſtructionem, reparationem, et alia quotidiana. 498

Rubr. XXXIX. Tormentorum plurà, et præſertim quinam torqueri non poſſint. 501. cum ſeq.

Rubr.

Rubr XL. Venationis materia latè examinatur, et hæc occaſione plura de Columbis. 504. cum ſeq.

Rubr. XLI. Annonæ materia latiſſimè examinatur. pag. 518 cum plurib. ſeq.

Annonæ Præfecti, tàm apud Romsnos, quàm hodiernis temporibus in Urbe, ac aliorum locorum iuriſdictio, et authoritas quænam ſit. 519. cum ſeq.

Deferentes Annonam ad Vrbem, quibus priuilegijs gaudeant, et impedientes quibus pœnis afficiantur. 521

Tempore penuriæ permittuntur, ac adhibenda ſunt varia remedia, et ordinationes de quibus. pag. 522. cum ſeq.

Tempore penuriæ, qvinam cogi poſſint, et debeant ad venditionem frumenti, et pro qvo pretio. ibid.

Emptione, et incæpta frumenti prohibita, an ſit etiam prohibita datio in ſolutum. 527

Subditi an, & quando ad tradendam notulam frumenti recollecti cogi poſſint. 514

Incepta frumenti, ac impreſtantia su, quando, et quibus ſit prohibita. 527

Pretium frumenti quomodò, et quando ſit imponendum, vel non 525. Quando dicatur iuſtum itaùt ſit attendendum. 529

Contrà Dardanarios, ac Annonæ flagellatores quomodò procedatur. 531

Diſtributio frumenti per Annonam Vrbis quomodo olim ſiebat, et quomodo hodiernis temporibus ſit. 531. et ſeq.

Montium frumentariorum vtilitas, et neceſſitas in Populo. 533

Abundantiariorum Civitatum, et locorum Officium, obligatio, et auctoritas. 535. cum ſeq.

Frumentum an creſcat, an potiùs decreſcat. 537

Vendens cariùs frumentum ob dilatam ſolutionem an committat uſuram. 538., et 545

Prohibitio tranſportationis frumenti de uno ad alium locum einſdem Principatus an ſit facienda, et permittenda. 540. et ſeq.

Tractarum, et Extractarum frumenti materia latè exsminatur tàm ad effectum incurrendi, quàm euitandi pœnas, et illæ quando ſint concedendæ, et quando denegandæ. 540., et 542., et ſeq.

De fertilitate Agri Romani, Cornetani, et Tuſcanellæ, et eorum cultura augenda. 544. et ſeq.

Pretium frumenti taxatum à Principe, vel Præſide Prouinciæ, an poſſit augeri à Venditoribus, et quid ſi dilata ſit ſolutio pretij. 545. cum ſeq.

Panis qualitas, et pondus, qualis eſſe debeat. de Delictis, et pœnis Piſtorum. 539

Rubr. XLII. Ludi quinàm ſint liciti, et quinàm prohibiti, et an, et quando actio pro credito occaſione Ludi competat, et repetitio ſoluti. 552. et ſeq.

De varijs pactis, et partitis inter luſores, et præſertim in Ludo nuncupato *Primiera*, aliaq; circà materiam Ludi. 556. et ſeqq.

Cætera remiſſiuè de ſcommiſſis, et ſponſionibus, de emptione facta ab Hæbreo, cum pacto ſoluendi pretium *quando verrà il Meſſia*, et emptione equi cum pacto ſoluendi pretium *à tempo e moglie*. 557

Rubr. XLIII. De mutuo facto à Colluſore, vel ab alio. Et an aſſiſtens Ludo pœnam incurrat. 559

Rubr. XLIV. De pœnis delinquentibus imponendis. pag. 559

Rubr. XLV. De præſcriptione delictorum. 560

Rubr. XLVI. Notarius criminalis ad quæ teneatur, et an poſſit examinare pro informatione Curiæ abſquè ſpeciali commiſſione. 561

Rubr. XLVII. De pœnis offendentium, vel percutentium occaſione litium Aduerſarium, Iudicem, Aduocatum, Procuratorem, Teſtes, vel Notarium. pag. 562 & ſeqq.

Rubr. XLVIII. De Oſtiis domorum nocturno tempore clauſis tenendis. 564

Rubr. XLIX Circà materiam Conductoris retrieantis queſtionem dominii Conductoris. 565

Rubr. L. De pœnis contrà recuſantes tradere pignus Executoribus, vel illud eis auferentes, aut aliter ratione Officij Birruarios, aut Iudicem, aut Depoſitarium, aut Cancellarium, aut Fiſcalem offendentes, ſeù occidentes, et ſi ſint Miniſtri Tribunalis Eccleſiaſtici cognitio cauſæ priuatè ſpectat ad eundem Iudicem. 565. et ſeqq.

Rubr. LI. De Macellariis, eorumque obligationibus, delicti, et pœnis, et de iuriſdictione, et auctoritate circà eus Graſciæ Præſidis, ac Graſſeriorum; Nec non de priuilegiis competentibus deferentibus Graſſiam ad Urbem; ac de Banco Graſciæ in Vrbe erecto. 570. et ſeq.

Rubr. LII. De vigilantia, auctoritate, et Iuriſdictione Graſſeriorum circà piſces, eorumque Venditorés pretium &c. 575

Rubr. LIII. Prohibitiones extráctionis animalium, auri, et argenti, et armorum à Statu Eccleſiaſtico. pag. 576

Rubr. LIV Hæres ejus, qui fideiuſſit de non offendendo an, et quando teneatur. 577

Rubr. LV Capitularii, ſeù Maſſarii, vel Sindici, aliique publici Delatores quæ delicta deferre teneantur. 578

Rubr. LVI. De Otioſis, et Vagabundis nonnulla notabilia. 579

Rubr. LVII. Iudex originis, ſeù Domicilii an, et quando poſſit procedere in delictis. 581

Rubr. LVIII. Meretrix quæ dicatur. 585

Meretrices in Rep. an ſint tolerandæ 586. eiſq; certus locus Civitatis aſſignandus 587. Prout et Lupanaria publica toleranda. 588

Meretrices ad deferendum certum habitum, vel ſignum an cogi poſſint, ſeù potiùs illis prohibendum ſit portare certas veſtes, et uti Lectica, rheda, vel Curriculo nuncupato *Caleſſe, ò Sedia volante*. pag. 588. et ſeq.

Monaſterii Conuertitarum Urbis erectio, Priuilegia, Protector, Index, Deputati, ſucceſſio in bonis, et hæreditate Meretricium &c. ac de modo procedendi in capienda hæreditate, et bonorum poſſeſſione latiſſimè examinatur. 589. et ſeqq.

Meretricatus, et inhoneſtas fœminæ ex quibus probetur, 592. cum ſeq.

Meretrix emendata an poſſit appellari Meretrix 593. Et quando dicatur emendata, maximè ad excluſionem Monaſterii Conuertitarum Urbis. 594

Collarariis minutaſque merces vendentibus vulgò nuncupatis *Arte bianche* an ſuccedat Monaſterium Conuertitarum. 595

Cantatricibus an ſuccedat Monaſterium Converticarum. 595

Muſicæ, et Cantatricum laudes. 596

Stylus introductus fauore Monaſterii Convertitarum Urbis non pandendi nomina, et cognomina Teſtium examinatorum in Cauſis ſucceſſionum refellitur. 597. et ſeq.

Monaſterium Convertitarum Urbis ſuccedit in bonis Filiæfam. Meretricis, tùnc tamèn Pater non eſt priuandus legitima. 599. et ſeq.

In cauſis Hæreſis non publicantur nomina, et cognomina Teſtium, et quare. 597. cum ſeq.

Rubr. LIX. De Dardanariis, ſeù Tricolis, aut Reuenditoribus fructuum Romæ *Matriciani* nuncupatis plura. 611

INDEX ARGVMENTORVM,

Rubr. LX. Olera, et Fructus ex hortis an dicantur naturalea, induſtrialea, an mixti, et quomodo dividendi inter fideicommiſſarium, et hæredem. 613

Hortuſao, et quando cenſeatur prædium ruſticum, et qnando urbanum ad effectum retractua. pag. 614

Rubr. LXI. Circà prohibitionem macerationia Lini, et Caoapæ intua vel propè Civitatem. 615

Rubr. LXII. Damoa quæ proveniant ex proiectione immunditiarum putridarum, fætidarum in viia publicia Civitatia, et de prohibitione. 616

Famulua deturpans veſtem tranſeunti mediante proiectione aqoę putridæ per feneſtram ad quid teneatur ipſe, vel eius Dominus. ibid.

Rubr. LXIII. Circà neceſſitatem aquæ humaoo generi, et pœnam illam fontium, et rivulorum conſpurcantium. 618

Aqua Fontis ouncupata *della Pedicciſa* in Agro Verulano poſitæ mediante diligentia experimento, et uſu reperta excellentior, et ſalubrior aquæ Nuceriæ, et aliarum Urbia nuncupat. *Felice, Paula, e Trevi*, et illius virtutes latè recenſentur, et comprobantur. ibid.

Aqoa frigida, et nivata tempore æſtivo eſt utilis pro tuenda ſanitate, et quare, ac de modo illam refrigerandi. 619. et ſeq.

De Nivia uſu, illiuſque utilitate; An connumeretur intèr ſundi fructus. 620. cum ſeq.

An poſſit colligi pro uſu proprio, et pro ea ſit ſoluenda gabella. 621

Rubr. LXIV. An, et quando prohiberi valeat ne ſues eant per Civitatem, et loca, ac alia de ſuibus. pag. 622

Rubr. LXV. De pœna comburentium fæces in Civitate. 623

Rubr. LXVI. de Cognitione eqoorum, et modo eos regendi, et gubernandi, et de actione redhibitoria competente emptori, ac alia, quæ occaſione venditionia eqnorum occurrere ſolent. 624

Rubr. LXVII. De Aurigis, Rhedariia, et Carectetiis, eorumque exceſſibua præſertim occaſione controverſiæ præcedentiæ intèr eos, et pœnia. Alia de inventione rhedarum, et quibus permittendæ. pag. 626

An manua dextera, an vero ſiniſtra, vel locus muri ſit dignior. 627

Rubr. LXVIII. Famuloa, vel alius, qui pro certo determinato tempore inſeruire promiſit an, & quando poſſit recedere. 628

Rubr. LXIX. Filius Familias an, et quando poſſit contrahere, et ſe obligare abſquè conſenſu Patria, et ejua obligatio teneat. 629. et ſeq.

Rubr. LXX. Ara Candelotariorum, Vacinariorum, Excoriatornm Eqnorum, et Cordariorum in quo loco, Civitate, et precipuè Romæ eſſet exercenda, et exerceatur. 634

Rubr. LXXI. In Platea Civitatia tanquàm publica non poteſt quidquam immundum proiici, nec in ea ædificari &c. poſſunt tamèn retinere Vendentea res comeſtibilea baraccas, bancas, affixaa, ſeù mobiles apotheeis. 635

Rubr. LXXII. De foro tàm Iudiciali, quàm commerciorum. 636

Digitized by Google

PROHÆMIUM STATUTORUM CIVITATIS FAVENTIÆ

Recognitorum, & Reformatorum, ac in lucem editorum, ac impreſſorum de Anno 1527. Regnante Summo Pontifice Clemente VII.

HUMANAS Leges (A) mortalibus divinitùs traditas eſſe, multi etiàm peritiſſimi Auctores tradidere; Hinc Cicero legem eſſe à numine Deorum tractam rationem deffinivit; per ipſas enim leges, Civitates piè, ac ſanctè reguntur; Scæleſti homines arcentur, Boni extolluntur, jurgia, odia, iræ, ſeditioneſque comprimuntur, Virtuti omnia ad benè, beatèque vivendum parent; Hæ enim neminem lædi patiuntur, juſque proprium unicuique tribuunt juxta Juriſconſulti noſtri Divinum oraculum, ipſoſque homines a belluis non parùm differre oſtendunt; Nec ſinunt eos, qui viribus præſtant, imbecillium jura opprimere, nec inopes à divitibus peſſundari. His utiquè Juſtitia conſervatur, quæ(ut Ariſtoteles atteſtatur) eſt clariſſima virtutum omnium. Cui (ut Euripides affirmat) non poteſt matutina, aut veſpertina ſtellarum, aut ſyderum claritas comparati; Et quam virturum omnium Reginam Cicero in tertio officiorum appellat. Hinc cuilibet Civitati benè inſtitutæ indultum eſt: ſibi proprias leges adjicere, veteres ſanctiones corripere, novas præferre, ut ordinamenta ſuppetant, juxta temporum quorumcunque viciſſitudines, Et quod à veteribus inſtitutis, aut ommiſſum, ſeù non benè recognitum fuerit, id à recentioribus viris ædatur, & corrigatur. (B) Cum igitùr Almæ Civitatis noſtræ Statuta, à majoribus noſtris, etiam prudentiſſimè promulgata, nunc recognitione indigere viſum fuerit, ut ſi quid in eis ommiſſum ſit; omninò non prætermittatur; Aut ſi quid corrigendum, aut detrahendum ſit, maturè corripiatur, & immutetur. Ea, ſub cenſura, & examine celeberrimorum Pontificij, ac Cæſarei Juris Profeſſorum DD. Gabrielis Calderoni, Andreæ Severoli, Petrigentilis Laderchij, Vincentij Tondutij Advocatorum, & acutiſſimorum Juriſperitorum Bartholomæi Taurelli, & Nicolæ Viarani Cauſarum Patronorum diligentiſſimè recognita, & digeſta, in unum Civitas (C) noſtra redigi curavit, ut quod bono regimini ipſius Civitatis convenit, adamuſsim obſervetur; In his enim quicquid juſti, æqui, pij, ac ſancti deſideratur, accurata ſolertia ſancitum invenies.

Ad laudem igitur Summi Opificis, qui omnia condidit, & eadem ſua virtute moderatur, ac intactæ Virginis, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctorum Apollinaris, Æmiliani, Terentii, & Sancti Joſeph, ac Sancti Jo: Baptiſtæ, quorum præſidio, (D) & tutela ab adverſis omnibus Civitas ipſa ſervatur; Necnon, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Summi Pontificis Maximi Clementis VII. ſub cujus fœlici imperio, & ſalutari auſpitio eadem Civitas lætatur, augetur, & regitur. Subſequuntur inſtituta hujuſmodi ſummis vigilijs caſtigata, & ex antiquis eorum codicibus partim electa, & partim addita, & diligentiſſimè emendata. Eja igitur candidiſſimè Lector, opus hoc tot præſtantiſſimorum virorum ſuffragijs excultum læta, & alacri fronte, & ſupercilio depoſito, perlegendum ſuſcipe. Sic enim lectitando, ſi malus, bonus, ſi probus, ſanctior evades. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 Deus principium, & finis eſt rerum omnium. Deus cauſa efficiens eſt omnium
2 legum poſitivarum.

Mundus gubernatur Divina providentia n. 2.

3 Omnia contenta in Sacra Scriptura non ſunt de Jure Divino.

De Jure Divino, ut aliquod dicatur non requiritur expreſſio in Sacra Scriptura num. 3.

4 Leges, & Statuta in Rep. ſunt neceſſaria, itaut ſine eis vivere non poſſit.

Statuta anima, & ſpiritus vitalis Civitatis ſunt num. 4.

Corpora humana vivere non poſſunt ſine anima num. 4.

5 Arma, & leges ſunt brachia corporis politici, quibus caput defenditur, & corpus in pace conſervatur.

6 Leges armis indigent, & arma legibus moderantur.

7 Hominis naturæ non congruit vivere ſine legibus.

8 Reſp. conſervatur tandiù, quandiù juſtæ leges in ea cuſtodiuntur, & obſervantur.

9 Legum finis, & virtus conſiſtit in executione. Lex ſinè executione eſt umbra ſine ſubſtantia, idea ſine corpore num. 9.

10 Legum introductio difficultatem, ut plurimum ſecum ferre ſolet.

Medicinæ habent ad tempus amaritudinem, ſed deindè fructus doloris ſanitate monſtrantur num. 10.

11 Leges, & Statuta ſubjacent viciſſitudinibus, murationibus, & reformationibus.

Leges, & Statuta variantur ſecundum varietatem temporum, & morum, num. 11.

Status noſter ſub perpetuo motu conſiſtit n. 11.

12 Quæ de novo emergunt novo ægent auxilio.

13 Deus mutavit nonnulla in novo, quæ ſtatuerat in veteri teſtamento.

14 Statuta Civitatis Faventiæ pluries mutata, & reformata fuerunt.

15 Civitates, & loca Statui Eccleſiaſtico immediatè ſubjecta Statuta validè condere non poſſunt abſque confirmatione Apoſtolica.

16 Maximè ſi Statutum diſponat contra Jus.

17 Civitas Faventiæ Statuta condere valet abſquè confirmatione Apoſtolica ex particulari Privilegio Vide num. 18. & 20.

Constitutio Ægidiana *lib. 2. cap. 36.* anullat Statuta Status Eccleſiaſtici, quæ à Rectore Provinciæ approbata publico inſtrumento non appareant num. 15. & 20.

18 Et hujuſmodi Conſtitutio à Leone X. confirmata fuit, & à Paulo III. ad totum Statum Eccleſiaſticum extenſa, & num. 20.

19 Privilegium condendi Statuta alicui loco, vel Civitati conceſſum, non cenſetur revocatum per generalem prohibitionem condendi Statuta. Limita num. 23.

Revocatio Privilegij non præſumitur, niſi de eo expreſsè conſtet num. 19.

21 Clauſula *non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus* appoſita ab eo, qui derogare valet, operatur effectum omnimodæ derogationis omnium legum, Statutorum, & privilegiorum, etiamſi de Privilegijs non fiat explicita mentio.

22 Maximè concurrente clauſula *quorum tenores.*

23 Privilegium revocatum cenſetur mediantibus Conſtitutionibus emanatis per viam legis generalis, & munitis amplioribus, & efficacioribus clauſulis.

24 Statuta Faventiæ confirmata fuerunt à diverſis Pontificibus.

25 Origo Civitatum, & Caſtrorum cui tribuatur, & num. 26.

26 Homines ante conſtructionem ædificiorum in Eremis penè nudi manebant.

Homines conſtruxerunt ſibi vilia tuguriola, virgultis, & arundinibus contexta, ne penè nudi in Eremis manerent feris beſtijs expoſiti num. 26.

27 Civitates inventæ fuerunt ante Adventum Christi.

28 Civitatis variæ deffinitiones num. 29. 30. & 31.

Civitates aliæ ſunt minores, aliæ majores, aliæ maximæ num. 32.

32 Civitas accipitur quandoquè materialiter, quandoquè pro cœtu, multitudine Civium iiſdem legibus, & moribus viventium, & Urbem muris clauſam inhabitantium, & quandoquè pro Senatu, Magiſtratu, Conſulibus, Adminiſtratoribus, ac Deputatis illius, & num. 33. ac 34.

35 Civitatis Faventiæ origo, & prærogativæ remiſſivè.

36 Beneficia Civitatis, & Diœceſis Faventiæ non poſſunt conferri niſi Civibus originariis, & collatio aliter facta non valet, & beneficium vacat ipſo jure, & poteſt impetrari à Sede Apoſtolica *certo modo* num. 51. Ampl. num. 45. 46. & 47. limita num. 49.

37 Collatio beneficiorum facienda eſt illis, quibus vel ex conceſſione Apoſtolica, vel Statutis, ſeù Synodalibus Conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, vel ex immemorabili conſuetudine fieri debet.

38 Beneficia *Urbis*, *Regnorum Arragoniæ*, *Majoricæ*, *Siciliæ*, *Caſtellæ*, *Navarræ*, *Arragoniæ*, *Luſitaniæ*, *Franciæ*, *Neapolis*, *Valentiæ*, *Indiarum*, *& Civitatum Ferrariæ*, *Bononiæ*, *Beneventi*, *Melitæ*, *& Oppidi Herberiæ*, non poſſunt conferri niſi Civibus Originariis.

39 Privilegium, ſeù Indultum præferendi indigenas forenſibus in proviſionibus Beneficiorum eſt conforme honeſtati, Juri Divino-Pontificio, & Civili, ac Regulis Cancellariæ, & quare num. 40. 41. & 42.

40 Fundatores Beneficiorum cenſentur voluiſſe prodeſſe Incolis Clericis pauperibus.

41 Beneficiati Cives facilius inducuntur ad reſidentiam, quàm exteri.

42 Civis originarius præſumitur magis ſcire mores, & conſuetudines Patriæ.

43 Pri-

43 Privilegium, ſeù Indultum Pontificium præferendi Cives forenſibus in collatione Beneficiorum eſt attendendum, etiamſi non doceatur fuiſſe uſu receptum, & num. 44.

Leges, & Conſtitutiones Principum ſæcularium, ut valeant, an requiratur populi acceptatio num. 43.

44 Conſtitutiones Summorum Pontificum valent abſquè populi acceptatione, & obligant ſtatim ac latæ ſunt.

Pontifices auctoritatem habent immediatè à Deo, non à populo num. 44.

45 Non uſus anteceſſorum Privilegij non præjudicat ſucceſſoribus independenter ab eis venientibus, quin eo uti valeant.

46 Uſus contrarius non obſtat adverſus Indultum, ſeù Privilegium munitum Decreto irritanti, niſi concurrat ſcientia poſitiva Papæ.

Decretum irritans infringit quemcunque uſum contrarium, & operatur quod ille non ſit attendendus num. 46.

47 Conſenſus particularium non præjudicat Indulto, ſeù Privilegio conceſſo toto corpori univerſali, ſed Civibus permittitur tàm in petitorio, quàm inpoſſeſſorio nomine Communitatis agere.

48 Privilegio exemptionis à ſolutione onerum conceſſo Univerſitati, ſeù Collegio cenſetur præjudicatum quoad ſolventes pro illa vice tantum, non autem pro alijs vicibus, quibus Privilegio uti volunt.

49 Privilegium, ſeù Indultum conferendi Beneficia Civibus non comprehendit Beneficia Sedi Apoſtolicæ reſervata; ſecùs ſi in eo expreſſè legantur compræhenſæ etiam propriæ reſervationes mediante derogatione cuicunque reſervationi, nam iſto caſu Pontifex debet conferre Beneficia habentibus qualitates in Indulto præſcriptas.

51 Beneficium collatum ab Ordinario ſpreto Indulto mandante conferri Civibus vacat ipſo jure, & poteſt impetrari à Sede Apoſtolica *certo modo*.

52 Impetrans Beneficium à Sede Apoſtolica *certo modo* tenetur totam narrativam concludenter juſtificare.

53 Conſuetudo conferendi Civibus eatenus ſuffragatur, quatenus ea cum ſuis qualitaribus concludenter probetur, & præſertim, quod alias alienigena fuerit proviſus, & ex hoc capite rejectus abſque eo quod proviſio habuerit effectum cum ſucceſſiva acquieſcentia.

54 Capitulo, & Canonicis Cathedralis Faventiæ competit jus conferendi Canonicatus, Eccleſias Parrochiales, & Cappellanias vacantes in nonnullis menſibus, & temporibus, & quæ ſunt de Jure patronatus inſtituendi. Vide num. 55.

55 Electio Pœnitentiarij ſpectat ad Epiſcopum, collatio vero ad eos, ad quos ante Sac. Concil. Trid. pertinebat.

56 *Eminentiſſimi D. Cardinalis* Negroni Epiſcopi Faventriæ laudes.

57 Omnis Communitas, & Univerſitas Chriſtiana profitetur recognoſcere aliquos Sanctos in ejus protectores, & eorum dies feſtos celebrare.

58 Cives, & præſertim Conſiliarij deberent in feſtivitatibus Sanctorum Protectorum Civitatis expurgare animam à peccatis mediantibus jejuniis, & Sacramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ.

59 Civitas Faventiæ devotiſſima erga Beatam Virginem ſuam Protectricem, à qua ſepè incolumis ſervata fuit ab hoſtibus, à peſte, à fame, & ab alijs calamitatibus.

60 Venerantur in Civitate Faventiæ duæ Miraculoſæ Imagines Beatæ Mariæ Virginis, una vulgaliter nuncupata delle Gratiæ, & alia del Foco, de quibus ibi remiſſivè.

61 De Sanctis Protectoribus Civitatis Faventiæ remiſſivè.

OBSERVATIO.

1 A DEus Optimus Maximus tamquàm rerum omnium principium, & finis ut in *Apocalips. cap. primo num. 8.* -- ibi *Ego ſum principium, & finis* cenſetur etiam cauſa ef-
2 ficiens legum poſitivarum, cum omnis lex humana habeat originem à Lege ęterna, Divinaque providentia Mundus gubernetur, vt in *Proverb. cap. 8. numero.* 12. ibi: *Ego Sapientia habito in Conſilio, & eruditis interſum cogitationibus*, & *num.* 15. ibi: *Meum eſt Conſilium, & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo; Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt: Per me Principes imperant, & potentes, decernunt juſtitiam*. Undè *D. Paulus ad Romanos cap.* 13. ait *Non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem à Deo ſunt ordinata ſunt: itaquè qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, & *D. Auguſtinus in Io: tract.* 6. inquit *Deus ipſa jura humana per Imperatores, & Reges diſtribuit &c.* & *de vera Religion. cap.* 31. legem *Dei* ęternam legem omnium artium appellat ibi: *illam ipſam conſulit æternam, de qua nulli animæ judicare datum eſt, ut ſecundum ejus incommutabiles regulas, quid ſit pro tempore jubendum, vitandumque diſcernat &c.* ac *de liber. arbitr. cap.* 6. ibi: *Arbitror in iſta temporali lege nihil eſſe juſtum, atque legitimum, quod non ex hac æterna ſibi homines derivarint*; idemque agnovit etiam Gentilis Philoſophus eloquentiſſimus *Cicero lib.* 1. *&* 2. *de legib.* ibi: *Hanc video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatum, neque ſcitum aliquod eſſe Populorum, ſed æternum quoddam, quod univerſum Mundum regeret, imperandi, probibendique Sapientia.* & in *Philipp.* 2. ibi lex *nil aliud eſt, niſi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, probibens contraria Demoſthenes Orator* in ejus deffinitione legis regiſtrata in *l. nàm* 2. *ff. de legibus* ibi: *lex eſt, cui omnes homines decet obedire, cum propter multa, & varia, tum maximè quia omnis lex eſt inventio quadam, & Donum Dei* latè comprobat *Grilenzon. conſ.* 53. num.

nu.2. cum ſeqq. Bonacin. de legib. in genere, & in
particulari diſput. 1. quaſt. 1. punct. 2. num. 5.
Duard. in Bulla Cœnæ Domini lib. 1. cap. 1. quaſt.
2. concluſ. 1. num. 5. cum ſeqq. vbi ſub num. 14.
cum ſeq. ſubdit, quod mediante dictamine ra-
tionis, & lege naturali, quæ eſt participatio
Legis æternæ inclinans rationalem creaturam
ad debitum actum, & finem, & Deo movente
applicante, & cooperante, omnes Leges hu-
manæ ſivè Eccleſiaſticæ ſint, ſivè Civiles pro-
mulgantur, & fiunt, ut auctoritate S. Ambroſij
egregiè docet Didacus Lainez in ejus doctiſſimo
diſcurſu impreſſ. penès ſal. rec. Cardinal. Sfortiam
Pallavicinum in Hiſtoria Concil. Trident. lib. 18.
cap. 15. num. 3. ibi: Quello eſſere di ragion Di-
vina, che Iddio fà immediatamente per ſe mede-
ſimo. Per converſo non chiamarſi di ragion Di-
vina ciò, che egli fà per interpoſte perſone. Così
ogni Legge venir da Dio ſecondo il detto della Sa-
pienza per me regnano i Rè, e i Potenti decreta-
no le coſe giuſte, e pur non ogni legge chiamaſi di
Ragion Divina. Anzi che non che ogni legge,
ogni verità come ſcrive Ambrogio, procedere
dallo Spirito Santo, ne per tutto ciò eſſer' ogni
verità di ragion Divina. Più avanti oſſervò, nè
richiederſi, ne baſtare, perche un mandamento
3 ſia di Ragion Divina, lo ſtar egli contenuto nel-
la Scrittura. Che ciò non ſi richiegga, vederſi
nelle materie, e nelle forme de Sacramenti, non
tutte eſpreſſe nella Scrittura, e pur tutte di Ra-
gion Divina. Che'l medeſimo non baſti, ſcorgerſi
nel divieto di mangiar ſangue, ò animal ſuffocato,
il qual divieto è nel cap. 15. degl'atti Apoſtolici,
ne però è di Ragion Divina, altrimenti anch'hog-
gi correbbe. Ed ancorche ivi ſi narri detto dagl'
Apoſtoli: E piaciuto allo Spirito Santo, ed' à
noi; non ſignificarſi contuttociò, che quella foſſe
legge dello Spirito Santo, mà che foſſe conſtituita
per iſpiratione dello Spirito Santo. Simile non
perche S. Paolo commandi, che il Veſcovo ſia ſta-
to marito d' una ſola moglie, e che le Donne porti-
no velo in teſta, eſſer tali ordinationi Divine.
Seguì avertendo, che ſi come molte volte s'attri-
buiſcono à Dio dalle Scritture, e da Padri, perche
egli vi concorre, quantunque ciò faccia per le
caggioni ſeconde; in grazia d' eſempio dal Salmi-
ſta il dar l'eſca à giumenti, e dall' Apoſtolo il
porre le membra nel Corpo; così parimente s' at-
tribuiſcono à Dio alcune ordinazioni, che non ſono
immediatamente da lui, e per tanto non di ragion
Divina. In queſto modo il digiuno da San Basilio
nominarſi commandamento Divino, perche Iddio
commanda generalmenae il caſtigo del corpo, e dà
giuriſdizione à gl' huomini di determinare la ma-
niera con preſcriver' il digiuno. Così dirſi dall'
Apoſtolo. Niuno aſsuma l' onore à sè, mà chi è
chiamato da Dio, come Aronne: benche Iddio
non elegga per ſe, mà mediante gl' huomini. Per
oppoſita alcune coſe nominarſi d'uno, ò d' altro
huomo, quantunque foſſero inſtituite da Dio;
perche tali huomini d' eſſe furon Miniſtri, come
ſi dice il Batteſimo di Giovanni, ed' anche la legge
di Moisè: intendendo della Cerimoniale, che fù
data per Moisè: la dove la Morale ſi nomina leg-
ge di Dio, perche venne da Dio ſenza mezzo;
benche d' ambedue Iddio foſſe l' Autore. Ora
poterſi conſtituir queſta regola fondata nell'
oſſervazione, nella congruenza, ed' ancora
nella ſimiglianza dell' opere naturali: Che
quelle ordinazioni, le quali Iddio volle, che foſ-
ſero immutabili, furon da lui fatte per ſe medeſi-
mo; le mutabili mediante altrui; E però l'Evan-
gelio contener leggi immutabili, perche promul-
garonſi immediatamente.

Leges verò, & Statuta in Rep. ſunt omninò
4 neceſſaria tamquàm anima, & ſpiritus vitalis
Civitatis, & locorum eo modo, quo huma-
na corpora ſine anima vivere non poſſunt, ut
dixit Cicero pro Cluentio ibi, ut corpora noſtra
ſine mente, ſic Civitas ſine lege ſuis partibus, &
nervis, ac ſanguine, & membris uti non poteſt
Acoſt. de privil. Credit. reg.2. ampl. 2. num. 19.
quem ſequitur eximius in Romana Curia Ad-
vocatus D. Petrus Pacion. de locat. & conduct.
cap.41. num. 33. & Borell. de Magiſtrat. Aedict.
lib. 2. cap. 8. num. 6. cum ſeq. ubi cum Leone Im-
peratore in proœm. Novellarum ſubdit eſſe le-
ges tamquàm Cuſtodes vitæ noſtræ, & Me-
dici, dum ne mala oriantur impediunt, &
quæ irrepſerint, corrigunt, & evellunt Sebà-
ſtianus Friſchius in ejus Sylloge var. tract. cap. 10.
num. 3. vbi quod quemadmodùm in vita civili
menſuris vtimur tamquàm inſtrumentis à Ma-
giſtratu, vèl lege determinatis, ut mediantibus
illis cuique ſuum, vel ſecundum proportio-
nem geometricam, vèl aritmeticam tribua-
tur; ita leges, & jura ſunt quaſi menſuræ,
quibus unicuique ſuum ſecundum proportio-
nem diſtribuitur, ac latè comprobat Knipſchild.
de Iurib. & Privileg. Civit. Imperial. libr. 2. cap.
10. n. 19. Brachia enim corporis politici ſunt
arma, & leges, quibus caput defenditur, &
5 corpus in pace conſervatur juxtà monitum Ju-
ſtiniani Imperatoris in princ. Inſtit. & traditum
fuit in l.prima in princ. C.de Juſtin.C. confirm. ac
in l.qui reſtituere ff.de reivendicat. leges ſiquidem
6 armis indigent, & arma legibus moderantur,
vt notat Ramirez de lege Regia §. 16. num. 14.

Eoque certiùs leges in Rep. ſunt neceſſariæ,
cum hominis naturæ non congruat vivere ſine
7 lege ut ex Theodorico Rege apud Caſſiodor. cujus
verba referuntur ab Henrig. de molendin. queſt.
1. ſub num. 14. ibi Decet Provincias Regno noſtro
Deo auxiliante ſubiectas legibus, & bonis mori-
bus ordinari, quia illa vita verè hominum eſt,
quæ Iuris ordine continetur; nam belluarum ritus
eſt ſub caſu vivere, quæ dum rapiendi ambitu fe-
runtur improviſa temeritate ſuccumbunt, & ad-
vertit Puſendorfius de Jure naturæ, & gentium
lib. 2. cap. 1. in princ.

Animadvertendo, quod tandiù Reſp. con-
ſervatur quandiù juſtæ leges in ea cuſtodiun-
8 tur, & obſervantur Bodin. de Rep. lib. 3. cap. 1.
quem refert, & ſequitur Knipſchild. d. tract.
lib. 1. cap. 14. num. 37. & pleniſſimè Eſcobar. de
puritat. & nobilit. probanda part. 2. quaſt. 1.
gloſſ. 7. ubi de Statutorum obſervatione, &
utilitate; Cum legum finis, & virtus conſi-
ſtat

Digitized by Google

ſtat in executione, ſine qua omnis lex umbra
9 eſt ſine ſubſtantia, & idea ſine corpore; nam
nulla vtilitas exindè reſultaret, ſi virtus ea-
rum in ſola litera conſiſteret, ut advertit *Ku-
rick, de jure Maritim. Hauſeatico tit. 15. art. 1.
Giurb. ad conſuetud. Meſſanen. in probæm. num: 4.
& Ahaſuerus Fritſchius in ejus Sylloge var. tract.
cap. 16. num. 1. cum duobus ſeqq.*
Et quamuìs legum initia, ſeù earum intro-
ductio aliquam difficultatem, ut plurimum
10 ſecum ferre ſoleat, poſteà tamen uſu faciles
fiunt, & ſunt ſimiles medicinæ, quæ habet
ad tempus amaritudinem, ſed deindè fructus
doloris ſanitate monſtrantur ut inquit *D. Hie-
ronym. lib. 2. in Hierem.* & docet *Solarzan. de
Jure Indiar. lib. 4. cap. 12. num. 73. cum tribus
ſeqq. tom. 2.* ac conferunt, quæ cecidit *Torqua-
tus Taſſus in ejus Poemate inſcripto Gieruſalemme
liberata canto primo in princ.*

*Così all'egro fanciul porgiamo aſperſi
Di ſnave licor gl' orli del vaſo;
Succhi amari ingannato in tanto Ei beve,
E dall' inganno ſuo vita riceve.*

B Subjacent tamèn viciſſitudinibus, mutatio-
nibus, & reformationibus ſicùt cætera hujus
11 Mundi, nàm ſecundum varietatem tempo-
rum, & morum, leges quoquè, & Statuta
humana variantur, dùm omnis noſter ſtatus
ſub perpetuo motu conſiſtit, ut ita *Juſtinianus
in Auth. de non alien. cap. 2. in princ.* Maximè
urgente neceſſitate, vel ſuadente evidenti uti-
litate, ut plenè infra in obſer. *ad Rubr. XII.
lib. 1. Fritſchius loc. cit. cap. 10. num. 4.* cum ea
12 quæ de novo emergunt novo ægeant auxilio
ad *Text. in l. 1. in princ. ff. de ventr. inſpic.* ac
novis morbis nova conveniant antidota *cap.
caterum 5. de Juram. calum.* Et confert quod
admonet *Cardinalis Sfortia Pallavicinus in ejus
celebri Hiſtoria Concil. Trid. lib. 15. cap. 18. ſub
num. 5.* ibi: *Or' è ſolito, e ragionevole, che ſi
faccia riparo con leggi ſpeciali, e nuove al nocu-
mento di quelle coſe ree, delle quali creſce l'uſan-
za;* Idque practicatum quoquè fuit ab ipſo
Omnipotente Deo, qui nonnulla mutavit in no-
vo, quæ ſtatuerat in veterì teſtamento, ut ad-
13 vertit *Innocentius III. in cap. non debet de con-
ſanguinit., & affinit. ibique Gonzalez Tellez
num. 2.* & quemadmodùm priſcæ Romanorum
leges mediantibus alijs in poſterioribus ſæcu-
lis approbatis abolitæ, vèl emendatæ fue-
runt, ut probat *Text. in Auth. de nupt. §. Nos
autem collat. 4. in l. 2. C. de veter. Jur. enucl. &
in l. cum quis 10. C. de natur. lib.* Alioquin eſſet
lex Tyrannis, ſi mutatis, ac ceſſantibus cau-
ſis illius promulgationis, & introductionis,
ea adhùc imperaret, ut inquit *Petr. Gregor.
lib. 10. de Rep. cap. 5. num. 17.* quem refert,
& ſequitur *Eſcobar. de purit. & nobilit. prob.
part. 2. quæſt. 1. gloſſ. 8. ſub num. 15.*
Hinc. non eſt mirum, ſi noſtra Statuta va-
riis temporibus mutationem, & reformatio-
14 nem paſſi ſunt nempè de anno 1414. 1504.
1509. 1527. ut refert *bo: me: Julius Cæſar Ton-
dutius in ejus Hiſtoria Faventina pag, mihi 466.
570. 589. 611. & 619.*
Statuta autèm, ut vim habeant, conden-
15 da ſunt ab habente talem facultatem, qua
quidèm carent Civitates, & loca Statui Eccle-
ſiaſtico immediatè ſubjecta, & conſequentèr
ab illis condita abſque confirmatione Apoſto-
lica non valent tàm ex conſuetudine, quæ te-
nacitèr obſervata fuit, ut ſequendo *Compoſtell.*
tradit *Bald. in l. omnes populi num. 14. ff. de Jur.
& in conſ. 407. num. 1. cum ſeq. vol. 2. Corn.
conſ. 163. num. 2. propè finem verſ. ad primum
aut reſp. lib. 1. Gratian. diſcept. 245. num. 37.
Ciroch. diſcept. 46. num. 39. Adden. ad Ludoviſ.
deciſ. 367. num. 14.* reſpondit *Rot. diverſ. deciſ.
780. num. 1. cum ſeq. part. 1. coram Priolo deciſ.
285. num. 10. coram Seraphin. deciſ. 1004. num.
8. in recent. deciſ. 84. num. 9. part. 7.*
Quàm ex diſpoſitione *Conſtitutionis Ægidia-
næ lib. 2. cap. 36.* declarantis ipſo jure nulla
Statuta, quæ à Rectore Provinciæ approbata
publico Inſtrumento non appareant *Card. de
Luca de Statutar. ſucceſſ. §. 7. num. 10. cum ſeq.*
ut reſpondit *Rot. diverſ. d. deciſ. 780. num. 4.
coram Buratt. deciſ. 6. num. 1. & coram Priolo
cit. dec. 285. num. 11.*
Potiſſimè ſi ageretur de Statuto contra Jus,
16 ut firmant *Card. de Luca de Regal. diſcurſ. 144.
num. 4. & de Statutar. ſucceſſ. loc. cit. Rot. diverſ.
d. deciſ. 780. num. 4. apud Gilian. ad Statut. Peru-
ſiæ deciſ. 86. num. 4. coram Royas deciſ. 2. num.
8. coram Merlin. deciſ. 698. num. 1. verſ. 1. quia
cum ſeqq.*
Undè ad tollendam hujuſmodi difficultatem
noſtra Civitas inter alia privilegia, & gratias
quibus decorata fuit de anno 1510. à ſan: me.
Julio II. mediante organo Cardinalis Papien-
17 ſis, & Archiepiſcopi Sypontini, & de anno
1513. à ſa: me: Leone X. ut in *Appendice pag 1.
cum ſeqq.* reportavit illam condendi Statuta,
Reformationes, & Decreta per DD. Antianos
una cum Conſilio generali abſque confirmatio-
ne Sedis Apoſtolicæ, ut in *Appendice pag. 3.
num. 12.* & teſtatur *Pariſ. conſ. 36. num. 1.
vol. 3.*
Verùm quia idem *Leo* de anno ſequenti in
18 *Concilio Lateranenſi Conſtitutiones Ægidianas* in-
novavit, ac inviolabiliter ſervari mandavit,
vt in ejus *Conſtitutione in Bullar. nou. in ordine
la 7. ſub §. 36. vol. 1.* & latiùs eaſdem cum clau-
ſula ex *certa ſcientia, & quarum tenores ha-
berentur pro expreſſis* approbavit, & confirma-
vit, ac ad totum Statum Eccleſiaſticum ex-
tendidit *ſa: me:* Paulus III. ut in ejus *Conſtitu-
tione in d. Bullario la 17. eodem vol. 1.* & adver-
tit *Rot. coram Priolo. d. deciſ. 285. num. 11.* pro-
pterea poteſt dubitari, an prædicto privile-
gio ſtatuendi fuerit derogatum.
Et quamvis pro negativa militent in propo-
ſito firmata per *Caſtrenſ. conſ. 146. par. 1.* Præ-
ſertim quia revocatio privilegii non præſumi-
19 tur, niſi de ea expreſsè conſtet, ut dixit *Rot.
diverſ. deciſ. 139. n. 5. part. 2. & coram Carill.*

deciſ.

deciſ. 159. *num.* 17. Attamèn pro contraria
opinione valdè urgent clauſulæ derogatoriæ
in prædicta *Conſtitutione Pauli* appoſitæ ibi: *Non*
20 *obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, &*
ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis,
quæ Sixtus, & Leo Prædeceſſores noſtri voluerunt
non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque
juncta alia clauſula *non obſtantibus quibuſcunque*
in contrarium facientibus, quæ uti appoſita ab
eo, qui derogare valet, operatur effectum
21 omnimodæ derogationis omnium legum,
Statutorum, & Privilegiorum, etiamſi de
privilegiis non fiat explicita mentio *Jaſ. conſ.*
110. *num.* 12. *in fine lib.* 4. & relato *Gambar.*
de offic. legat. lib. 8. *tit. de poteſt. legat. in legib.*
& Statutis cond. num. 28. tradit *Barboſ. de clauſ.*
uſufreq. clauſ. 83. *num.* 38. *Rot. in rec. deciſ.* 506.
num. 5. *par.* 1. ubi præſertim ponderatur clau-
22 ſula *quorum tenores*.

Præcipuè quia prædictæ *Conſtitutiones Leonis*,
& *Pauli* emanatunt per viam legis generalis,
23 & ſunt munitæ amplioribus, & efficaciori-
bus clauſulis, quàm contentis in præfato pri-
vilegio, cui propterea cenſetur derogatum,
ot diſtinguendo comprobavit *Germon. de Indult.*
Cardinal. §. *Ac irritum nu.* 9. *verſ. alii uſque ad*
n. 15. & aliis relatis reſpondit *Rot. coram Oetho-*
bon. deciſ. 46. *nu.* 4. *verſ. Attamen cum duobus*
ſeqq.

Concurrente ulteriùs ſubſecuta obſervantia,
cum Civitas variis temporibus à diverſis Sum-
24 mis Pontificibus obtinuerit Confirmationem
Statutorum, & de anno 1677. à ſa: mem *Inno-*
centio XI. ut in *Appendice pag.* 11.

C Otigo Civitarum, & Caſtrorum tribuitur
Cain filio. *Adami*, vèl timore ob necem *Abel*,
25 vèl avaritia, cùm jàm bona quiſque uti pro-
pria poſſideret, ot tradunt *Beyerlinck in Thea-*
tro vitæ humanæ in verbo Civitas verſ. Civita-
tum primi Conditores, Anſald. de Juriſdict. par. 1.
cap. 2. *num.* 65. *& Frances. de Eccleſ. Cathedral.*
cap. 4. *n.* 24. *cum ſeq.*

Alii verò exiſtimarunt, quòd cum primi ho-
mines, quibus ignota erat conſtructio ædifi-
26 ciorum, in Eremis pęnè nudi manentes à
feris beſtiis non eſſent tuti, ſibi conſtruxerint
vilia tuguriola virgultis, & arundinibus con-
texta, ſed cum iſta quoque eos ſufficientèr non
deffenderent ab incurſionibus tàm ferarum,
quàm hominum, proindè neceſſitas docuit
conſtructionem Civitatum, & Caſtrorum, ut
relatis antiquis Hiſtoriis teſtatur *Liebenthal.*
exercit. Polit. 8. quem refert, & ſequitur *Jo:*
Fridericus Kocben de Jure Viciniæ cap. 3. *num.* 1.
cum duobus ſeqq. Certum quidem eſt, quod
ante adventum *Chriſti Domini Noſtri* inventæ fu-
27 erunt, ut probatur in *Can.* 1. 80. *diſt.* ubi *Lucius*
Papa ita ſcripſit: *Urbes, & loca, quibus Prima-*
tes præſidere debent non à Modernis, ſed etiam
multis, ante adventum Chriſti ſunt ſtatuta tem-
poribus, & obſervarunt *Fagnan. in cap. Epiſco-*
palia num. 5. *de privileg. Bart. in extravag. qui*
ſint Rebelles verbo Lombardiæ num. 5. *& Frances.*
cit. cap. 4. *num.* 21.

Civitas variè deſcribitur, & deffinitur.

Etenim alii tradunt, quod ſit quædam ſocie-
28 tas, ut per *Ariſtotil. Politie. cap.* 1. *in princ. lib.* 1.
& dicatur quaſi Civium unitas *Apoſtill. ad Bart.*
ubi ſupra, & in verbo Civitas, Knipiſchild. de
jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 1. *cap.* 1.
num. 3. *Borell. de Magiſtrat. Ædict. lib.* 3. *cap.*
4. *num.* 4. *Fragoſ. de Regim. Reip. in introduct.*
prohemial. §. 1. *ſub. num.* 5. nàm ſicùt à coeun-
do Cives, quod ſocietatis quodam vinculo in
unum coeant cætum, & ijſdem vivant legibus,
ita Civitas quaſi Civium unitas dicitur ubi
conveniant diverſi Incolæ, tùm pro ſecuritate,
tùm pro utilitate commodè vivendi, & ſocie-
tatem augendi, ut docet *Hermannus Hermes*
in faſcicul. Juris publici cap. 31. *num.* 1. *&*
Knipſchild. ubi ſupra.

Alij quod ſit perfecta domorum, ac fami-
liarum ſocietas iiſdem legibus ordinata ad vi-
29 tam perfectam, & per ſe ſufficientet degen-
dam, ut tradit *Georg. Gumpelszhaim de Civi-*
tat. apud. Arume. de Jure public. tom. 2. *diſcurſ.*
9. *concluſ.* 15. *& Knipſchild. d. cap.* 1. *num.* 25.

Alij quod ſit hominum multitudo ſocieta-
tis vinculo adunata, Epiſcopum habens, mu-
30 ris cincta, & quæ veterum auctoritate ſic
nuncupata eſt *Joann. Andr. in cap. ſi Civitas*
de ſent. excommunic. in 6. *Loſæus de Jurib. Uni-*
verſ. par. 1. *cap.* 2. *nu.* 14. *cum ſeq. Lotter. de*
re benef. lib. 1. *quæſt.* 9. *ſub. num.* 34. Alii quod
ſit hominum multitudo ſocietatis vinculo coa-
dunata murorum ambitu terminata, & mille
paſſuum ab ipſis muris protendens, ut per *Co-*
bell. ad Bull. Boni Regim. cap. 8. §. 1. *num* 1. ubi
num. 2. ſubdit, propriè Civitatem dici eam,
quæ habet Epiſcopum. Alias etiàm deſcri-
31 ptiones adducit *Knipſchild. loc. cit. num.* 21. *&*
25. *Lotter. d. quæſt.* 9. *num* 52. *cum ſeqq. &*
Frances de Eccleſ. Cathedral. cit. cap. 4. *num.* 31.
cum ſeqq.

Notandum eſt, Civitates eſſe in triplici dif-
ferentia, nempè minores, majores, & maxi-
mæ, ut latè declarat *Cobell. ubi ſupra num.* 10.
cum ſeqq. Ac triplicitèr accipi poſſe, nempè
32 materialitèr pro ædificiis, & muris, quibus
cingitur, quo caſu ejus appellatione rigoroſè
venit tantummodò quidquid murorum ambitu
cinctum continetur ex cumulatis per *Barboſ. de*
verb. appellat. 49. *num.* 1. *Liminæ. de Jur. public.*
lib. 7. *cap.* 1. *num.* 10. Knipſchild. *cit. cap.* 1.
num. 17. *Rot. coram recol. me. Coccin. deciſ.* 129.
num. 1. Vel pro materiali intelligitur populus,
ſeù multitudo indigeſta, quæ habet rationem
rudis materiæ, & pro formali ordo, & forma
tradit *Arniſæus de Rep. tit. quid ſit Civitas cap.*
5. *ſect.* 5. *nu.* 2. *&* 3. ad mentem *Ariſtotel.* di-
ſtinguit inter facultatem, & actum ſecundum
Civitatis.

Quandoquè pro cætu, & multitudine Ci-
33 vium iiſdem legibus, & moribus viventium,
& Urbem muris clauſam inhabitantium *Limin.*
ubi ſupra num. 9. *Knipſchild. loc. cit. num.* 21. *&*
Borell. de Magiſtrat. Ædict. lib. 3. *cap.* 4.
num. 4.

Nec-

Digitized by Google

Necnon pro Senatu, & Magiſtratu Conſu-
34 libus, Adminiſtratoribus, ac Deputatis, qui
Civitatem repræſentant *Zaſ. in l. Civitas num.
6. ff. ſi cert. pet. Knipſchild ubi ſupra num.* 16.

Quæ reſpiciunt noſtram Civitatem tàm cir-
ca originem, quàm circa illius prærogativas,
35 cum tracta fuerint ab *Appiano lib. 1. de bello
Civili Merulla in antiquit. Galliæ Ciſalpina cap.* 3.
relati à *Gonzalez Tellez in not. ad cap. poſt tran-
slationem* 11. *num.* 1. *de renunciat. Leandr. Al-
bert. in deſcript. Ital. Rub. Hiſtor. Ravenn. Cole-
nucc. coll'Annotazioni del Coſto Hiſtor. del Regno
di Napoli pag. mihi* 100. ibi: *venne à Capua Fede-
rico &c. & al fine d'Agoſto l'anno* 1240. *con groſ-
ſiſſimo Eſercito poſe il Campo à Faenza, la quale in
quel tempo era groſſa Città di giro di cinque miglia,
e molto potente in Romagna, e ben difeſa &c. du-
rò l'aſſedio ſette meſi &c. & in fine l'hebbe per ac-
cordo Ughell. Ital. Sacr.* & omiſſis alijs antiquio-
ribus nempè *Livio, Strabone, Tholomeo, L. Flo-
ro, Varrone, Spartiano Capitolino, Cornelio Ta-
cito, Antonino, Plinio, Alexandrino Silio Itali-
co*, plenè, accuratè, & fideliter examinata fue-
runt à *bo: me: Julio Cæſare Tondutio in cit. Hiſto-
ria Faventina*, & à *D. Petro Maria Kavina de Fa-
ventia antiquiſſima Regione Redivivа* benemeri-
tis Concivibus, proindè ad eorum ſcripta me
remitto.

Addendo ſolùm eam prærereris decoratam
fuiſſe particulari Privilegio, ne Beneficia con-
36 ferri valeant alijs, quàm Civibus originarijs,
ut ex conceſſione facta per DD. *Cardinalem Pa-
pien. & Archiepiſcopum Sypont.* ibi: *Item quòd
Beneficia Eccleſiaſtica in Epiſcopatu Faventino exi-
ſtentia in dicta Civitate, ejuſque Comitatu, & di-
ſtrictu conferantur Hominibus Originarijs dictæ
Communitatis cum decreto irritante, quod alijs
conferri non poſſint, præſertim non excedentia va-
lorem ſexaginta ducatorum -- Concedimus reſerva-
ta poteſtate Pontificis*, de qua infrà in *Appendi-
ce pag.* 2. *num.* 7. ſpecialiter confirmata de an-
no 1513. à ſa: me: *Leone X.* ibi: *& quod omnia
Beneficia Eccleſiaſtica in Civitate, & Diæceſi Fa-
ventina, ejuſque Commitatu, & diſtrictu exiſten-
tia præſertim non excedentia valorem annuum ſe-
xaginta ducatorum auri de Camera non poſſint con-
ferri niſi Clericis originarijs ſuæ Civitatis, &
Communitatis, reſervata tamen poteſtate Pontifi-
cis*, ut paritèr infrà in *Appendice pag.* 6. *num.* 2.
& 3. quod Privilegium canonizatum fuit à *Rot.
coram Creſcent. deciſ.* 4. *aliàs* 79. *de privileg.* &
alitèr facta collatio non valet, cùm ea facien-
da ſit illis, quibus vèl ex conceſſione Apoſtoli-
37 ca, vel Statutis, ſeù Synodalibus Conſtitutio-
nibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, vèl
ex immemorabili conſuetudine fieri debet tra-
dit *Vivian. de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 103.
*cum ſeqq. Rot. coram Creſcent. loc. cit. in Pampi-
lonen. Beneficij* 10. *Martij* 1664. §. *& quamvis
coram bo: me: Bevilaqua*, & de ſimili Privilegio
conceſſo Civibus Romanis *Leo X. in ejus Conſti-
38 tutione la prima* §. 4. *Bullar. nov. tom.* 1. *Regno
Siciliæ Salern. conſ.* 3. *num.* 84. *cum ſeqq. lib.* 1.
Regno Arragoniæ tam in beneficijs quàm officijs
Creſp. de Valdaura obſerv. 6. *Regno Luſitaniæ, &
Caſtellæ Antunez Portugal. de donat. Reg. tom.* 1.
part. 2. *lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 154. *cum ſeqq.* ubi
pariter tàm de Beneficijs, quàm de officijs *Re-
gnis Caſtellæ, Navarræ, Arragoniæ, Luſitaniæ,
& Franciæ Tamburin. de Jure Abbatum tom.* 1.
diſp. 15. *quæſit.* 19. *num.* 22. *cum ſeq. Inſulæ Sar-
diniæ Petrus Queſada, & Pilo diſſertat.* 2. ubi
etiam refert hujuſmodi leges, & Indulta va-
riorum Regnorum *tom.* 1. *Regnis Franciæ Neapo-
lis, Siciliæ, Luſitaniæ, Caſtellæ, & Indiarum So-
lorzan. de Jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 19. *Civitati
Bononiæ Rot. coram Coccin. deciſ.* 548. *num.* 3.
cum ſeq. & *Diæceſi Melitenſi Rot. coram Pamia de-
ciſ.* 391. *tom.* 1. *& deciſ.* 1182. *tom.* 2. *ſecundam
impreſſ. Lugdunen. Regni Majoricen. coram Mer-
lin. deciſ.* 814. *& in eadem cauſa coram Peutinger.
deciſ.* 30. *in princ. ac per tot. Civitati Beneventa-
næ coram Peutinger. deciſ.* 354. *num.* 1. *Oppido
Herberi Rot. in recent. deciſ.* 361. *par.* 15. *Regno
Valentiæ coram Ubald. deciſ.* 375. *part.* 2. *Civita-
ti Ferrariæ coram Cerro deciſ.* 73. *repetita in rec.
deciſ.* 127. *part.* 9. *tom.* 1.

Quod Privilegium præferrendi indigenas fo-
renſibus in proviſionibus Beneficiorum eſt con-
39 forme nedùm honeſtati, verùm etiàm *Juri Di-
vino, Pontificio, Civili, Regulis Cancellariæ de
concurrentibus in Data, & communi Juris utri-
uſque Interpretum, & Sacræ Theologiæ profeſſo-
rum* reſolutioni. Tùm quia correſpondet inten-
tioni fundatorum, qui dùm bona Eccleſijs con-
40 tulerunt, cenſentur voluiſſe Incolis Clericis
pauperibus prodeſſe, & Concives ſuos ad *Dei*
famulatum allicere; Tùm quia indigenæ faciliùs
inducuntur ad reſidentiam, quàm extranei;
41 Tùm etiàm quia originarius præſumitur ma-
gis ſcire mores, & conſuetudines Patriæ ſuæ;
42 Et accedit promiſcua dilectio inter Beneficia-
tum, & Populum, ut pleniſſimè probant *Gon-
zalez Tellez in cap. Ter. nobis* 4. *num.* 6. *cum ſeqq.
de Clericis Peregrin. Barboſ. in can. nullus invitis*
13. *diſtinct.* 61. *& Vot. deciſiu. & Conſultiu. lib.*
2. *vot.* 33. *num.* 1. *cum pluribus ſeqq. Borell. Summ.
deciſ. tit.* 20. *num.* 163. *Cened. quæſt.* 22. *num.* 24.
cum ſeq. Creſp. de Valdaura obſerv. d. obſerv. 6. *n.*
81. *Io: Hieronymus de Philippo diſſertat.* 29. *num.*
124. ubi refert. 94. *DD.* hanc Sententiam te-
nentes *Antunez Portugal dict. cap.* 29. *num.* 155.
Pilaja deciſ. 10. *num.* 84. *part* 1. *Rot. coram Mer-
lin. d. deciſ.* 814. *num.* 2. *verſ. Collatores, & in
rec. deciſ.* 28. *num.* 7. *part.* 15.

Hocquè Privilegium, ſeù Indultum à Sum-
mis Pontificibus conceſſum eſt attendendum,
etiamſi non doceatur, fuiſſe uſu receptum;
43 Nàm id forſan controverti poſſet in Conſtitu-
tionibus Principum ſæcularium, qui ſicuti à
Populo auctoritatem habuerunt, ità ad validi-
tatem eorum Conſtitutionum videtur requiri
quoquè acceptatio ejuſdem populi; Secùs verò
in legibus, & Conſtitutionibus *Summorum Pon-
44 tificum*, qui immediatè, ut *Divus Petrus* ha-
bent auctoritatem à *Deo* abſque ulla dependen-
tia à conſenſu, & voluntate populi, & ſubdito-
rum, *cap. omnes, & cap. Sacroſancta* 22. *diſt.
gloſ.*

gloſſ. & DD. in §. Hinc etiam 11. *diſt. Fagnan. in cap. treguas n.* 51. *verſ. Quæ concluſio cum ſeq. de treg. & pac. & in cap. ſignificaſti num.* 32. *cum ſeqq. de election. Barboſ. de Jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 194. *Fragoſ. de Regim. Reip. in introduct. prohemial.* §. 2. *num.* 23. cum alijs de quibus infra in *Obſer. ad Rubr. XXIII. Lib. IV.* Undè poſtquàm latæ, & publicatæ ſunt dicuntur effectuatæ, obligant, & auctoritatem habent, ut ſequendo communem Sententiam *Theologorum*, & *Canoniſtarum* in puncto reſpondit *Rot. coram Merlin. in Majoricen. Indultorum* 11. *Aprilis* 1639. §. *Irrelevantiam impreſſ. penes Dian. reſolut. moral. par.* 6. *poſt. tract.* 8. *pag. mihi* 226. *& in eadem cauſa in cit. deciſ.* 814. *num.* 3. *verſ. Nec opus cum ſeq. & in rec. deciſ.* 194. *num.* 14. *part.* 4. *tom.* 2.

Ultra quòd ex Anteceſſorum non uſu Privi-
legij non reſultat præjudicium ſucceſſoribus in-
45 dependentèr ab eis venientibus, quin eo uti
valeant, ut reſpondit *Rot. in rec. deciſ.* 425. *num.*
4. *part.* 13.

Quemadmodùm etiàm non poteſt excipi de
uſu contrario, attento decreto irritanti in In-
46 dulto appoſito, quod infringit quemcumque
uſum contrarium, & operatur, quod ille non
ſit attendendus, nec poſſit induci conſuetudo,
ſeù præſcriptio, ut ommiſſis alijs in terminis re-
ſpondit *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 182.
Rot. coram Creſcent. loc. cit. ſub. nu. 6. *cum ſeqq.*
& cor. Merlin. allegat. dec. 814. *num.* 5. *verſ.*
Quod eo magis cum ſeq. & in eadem cauſa coram
Pentinger. dec. 30. *num.* 2. *cum ſeqq.* niſi cum
tali uſu contrario copulativè concurrat etiàm
ſcientia poſitiva *Papæ Rot. coram Cavaler. deciſ.*
85. *num.* 2. *penes Cenc. de Cenſ. deciſ.* 365. *num.*
17. *in rec. deciſ.* 572. *num.* 18. *part.* 4. *tom.* 3. &
in puncto in d. *Majoricen. Indultorum cit.* §. *Ir-
relevantiam*.

Inſupèr cùm hujuſmodi Indultum conceſſum
fuerit univerſo Corpori Civium, quemadmo-
dùm expreſſus conſenſus particularium non po-
47 tuiſſet præjudicare ipſi Corpori univerſali, ità
multò minùs tacitus conſenſus, elicitus ex illa
acquieſcentia poterit auferre beneficium ejuſ-
dem Indulti ab aliis Civibus, quibus compete-
bat, nec illis præjudicare, ut egregiè anima-
duertendo reſpondit *Rot. in allegata Majoricen.*
Indultorum 11. *Aprilis* 1639. §. *Ex alio etiam ca-
pite*; Adeout ut ipſis Civibus permietatur tàm
in petitorio, quàm in poſſeſſorio nomine Com-
munitatis agere eorumquè jura vindicare, ut
proſequitur citata *deciſio Majoricen. ſub eodem*
§. *Ex alio etiam capite*; & in fortioribus termi-
nis de Privilegio exemptionis à ſolutione one-
rum conceſſo Univerſitati, vèl Collegio, quod
48 per ſolutionem aliquorum cenſeatur præjudi-
catum dumtaxàt ſolventibus prò illa vice tan-
tùm, non autèm pro aliis vicibus, quibus Pri-
vilegio uti volunt probant *Glorit conſ.* 6. *num.*
113. *& Cyriac. controv.* 57. *num.* 62.

Advertendum tamèn, quod cum Papa in
conceſſione hujuſmodi Indultorum cenſeatur
voluiſſe ligare dumtaxàt inferiores, non autèm
49 ſe ipſum, ejuſquè ſucceſſores, proindè non
compræhenduntur Beneficia Sedi Apoſtolicæ
reſervata, dùm in Indulto expreſsè non irritan-
tur propriæ proviſiones, ut in ſpecie firmat *Rot.*
coram Eminentiſſimo Cerro d. deciſ. 73. *num.* 10.
cum ſeqq. & declarando reſpondit in *rec. deciſ.*
665. *num.* 14. *cum ſeqq. part.* 18. *tom.* 2. ſecùs
verò quandò expreſsè leguntur compræhenſæ
etiàm propriæ reſervationes, eo quia in Indul-
50 to derogatum etiàm fuerit cuicunquè reſerva-
tioni in genere, vel in ſpecie, ſivè per *Regulas*
Cancellariæ, ſivè alias quomodolibet inductæ,
tùnc Indultum ſuffragatur, ſivè Beneficia vacent
in menſibus Ordinariorum, ſivè Sedi Apoſto-
licæ reſervatis, itaut tàm Ordinarius in ſuis
menſibus, quàm Pontifex conferre debeat Be-
neficia habentibus qualitates præſcriptas in
Indulto, ut reſpondit *Rot. coram Pænia cit. de-
ciſ.* 1182. *per tot.*

Sequuta verò Collatione ab Ordinario, ſpre-
to prædicto Indulto, & contra ejus diſpoſitio-
51 nem, Beneficium cenſetur vacare ipſo jure &
impetrari valet à Sede Apoſtolica *certo modo*,
eo tamèn caſu impetrans tenetur totam narra-
tivam concludentèr juſtificare, & conſequentèr
52 quod Beneficium collatum fuerit forenſi, ut
generaliter firmant *Gonzal. ſuper Regul.* 8. *Can-
cell. gloſſ.* 15. *num.* 120. *cum ſeqq. Roſa de execut.*
litter. Apoſtolic. cap. 6. *num.* 90. *Rot. coram Bu-
ratt. deciſ.* 75. *num.* 5. *cum ſeqq. in Rec. deciſ.* 46.
num. 9. *part.* 12. *& coram Pentinger. deciſ.* 17.
num. 1. *cum ſeq.*

Si verò Cives fundentur in conſuetudine,
illa eatenùs ſuffragabitur, quatenùs ea conclu-
53 dentèr probetur cum ſuis qualitatibus, & præ-
ſertìm, quod aliàs Alienigena fuerit proviſus,
& ex hoc capite rejectus abſque eo quod pro-
viſio habuerit effectum cum ſucceſſiva acquie-
ſcentia, alioquin allegatio conſuetudinis non
ſuffragabitur, ut reſpondit *Rot. in dicta Pampilo-
nen. Beneficij* 10. *Martii* 1664. *eodem* §. *Et quam-
vis coram bo: me: Bevilaqua*.

In propoſito Collationis Beneficiorum con-
gruum videtur adnotare *Reverendiſſimo Capitu-
lo, & Canonicis hujus noſtræ inſignis Cathedralis*
præceteris privilegiis, & prærogativis compe-
tere Jus conferendi, ac reſpectivè eligendi ad
54 Canonicatus, & certas Eccleſias Parrochiales,
ac Cappellanias, quæ non ſunt de Jurepatrona-
tus vacantes in nonnullis menſibus, & tempo-
ribus, & in alijs, quæ ſunt de Jure patronatus
inſtituendi præſentatos tàm vigore Concordia-
rum de annis 1339. & 1583. initarum, quàm
conſuetudinis, ſuper quibus emanarunt deci-
ſiones *Rot. diverſ. dec.* 634. *cum ſeq. juncta deciſ.*
637. *cum ſeqq. part.* 4. Nec non Brevis *ſa: me:*
Clementis VIII. emanati de anno 1594. die 15.
Junij earumdem confirmatorij infrà in *Appen-
dice pag.* 53. quod inconcuſsè obſervatum fuit,
& obſervatur nedùm quoad ſimplices Canoni-
catus, Parrochiales, & Cappellanias, verùm
etiàm quoad Theologalem, & Pœnitentiariam;
Nam cum de menſe Septembris annis 1597.
vacaſſet Canonicatus per obitum D. Camilli

Paſii

Paſij prævio concurſu, ſeù ſecreta balottatione
Capitulari concurrentium die 10. ejuſdem men-
ſis à Capitulo electus fuit D. Virgilius Milzet-
tus, & deindé exhibita tàm erectione ejuſdem
Canonicatus in Præbendam Theologalem fa-
cta ſub die 11. per bo: me: Reverendiſſimum
Joannem Antonium de Graſſis tunc Epiſcopum
Faventinum, quàm atteſtatione Vicarij Gene-
ralis ſuper electi idoneitate facta prævio exa-
mine, & approbatione per Examinatores ipſa
die 11. illis à Capitulo facta fuit collatio, &
proviſio Canonicatus, & Præbendæ Theologa-
lis, ac tradita poſſeſſio; Pariterque cum de
menſe Decembris anni 1674. per obitum
bo:mem: Domini Caroli Ghetti vacaſſet Pœni-
tentiaria, proviſus fuit à Capitulo, & Canoni-
cis ſub die 22. Martii 1675. D. Franciſcus Be-
ninus, prævia electione facta à fel. rec. Eño D.
Cardinali Roſſetto, cum electio Pœnitentiarii
55 ſpectet ad Epiſcopum, collatio verò ad illos,
ad quos ante *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de Re-
format.* pertinebat proviſio Canonicatus, & Præ-
bendæ, ut relata *reſolutione S. Congrégat. Concilii*
firmant *Fagnan. in cap. cum Eccleſia Vulterana ſub
n. 14. cum ſeq. de elect. Barboſ. in Collectan. ad Concil.
cit. cap. 8. num. 11., & 14. cum ſeq. Garz. de
Benef. part. 5. cap. 4. num. 137. cum ſeqq. Lotter.
de re benef. libr. 2. part. 21. num. 132., Ven-
trigl. prax. for. Eccleſ. tom. 2. annot. 12. §. 2. nu. 7.
Corrad. prax. benef. lib. 2. cap. 4. nu. 107. cum ſeq.
Rot. coram Mantic. dec. 56.*

Sequuta tandém de menſe Decembris vaca-
tione Canonicatus per obitum bon: mem: D.
Canonici Michaelis Toni ab eodem Capitulo
proviſus fuit ſub die 5. Januarii 1690. D. Bar-
tholomæus Severolus.

Et ſicuti in præteritum iſtud jus honorificum
Capitulum pacificè poſſedit, ità nefas eſt du-
bitare illud in dubium tanquàm clarum fore
in futurum revocandum ab Epiſcopis pro tem-
pore, & multò minùs à juſtitiæ cultore *Eminen-
tiſſimo, & Reverendiſſ. D. Card. Nigrone* Patritio
56 Januenſi, & moderno Epiſcopo, qui poſt va-
ria Gubernia in Statu Eccleſiaſtico exercitata
à ſant. mem. CLEMENTE IX. inter R. C. Apoſto-
licæ Clericos adſcriptus fuit, deinde à ſan: mem:
INNOCENTIO XI. Annonæ Præfectus, mox The-
ſaurarius Generalis electus, & poſtmodum ad
Sacram Purpuram evectus, ad Eccleſiam Fa-
ventinam promotus, ac Legatione Bononiæ
decoratus, qua fęliciter terminata totus ſervi-
tio Divino, animarum ſaluti, & cultui ſuæ
Sponſæ intentus cernitur, præ cæteris inſtituta
frequenti expoſitione SANCTISSIMI SACRAMENTI
in Eccleſiis Civitatis, ac impenſa ingenti ſumma
pecuniarum in ampliatione Seminarii, ut ibi
etiam Ordinandi exercitia ſpiritualia peragunt,
ac in aliis ſumptuoſis Ædificiis tàm in decus
Civitatis, quàm in utilitatem publicam valdè
reſultantibus.

D Nulla reperitur Communitas, & Univerſitas
Chriſtiana, quæ non profiteatur recognoſcere
57 aliquos Sanctos in ejus Protectores, eorumque
dies feſtos celebrare nitatur, ſed magis eſſet
acceptum, ſi hujuſmodi feſtivitatibus adve-
nientibus jejunio, & abſtinentia omnes Cives
corpus affligerent, & diligenter expurgarent
58 animam, ac Sacramento Pœnitentiæ, & Eu-
chariſtiæ reficerent, illiſque gratias agerent
pro præterito, & preces humillimas porrige-
rent pro futuro patrocinio Civitatis, quod præ-
cipuè à Conſiliariis non eſſet prætermitten-
dum, ut admonet *Io: Petrus Alà de Chriſtian.
& Politic. Decurion. qu. 71.* Talia opera devo-
tionis inconcuſsè exercentur à noſtris Conci-
vibus, præſertim occaſione Feſtivitatum B. MA-
RIÆ VIRGINIS, ſub cujus auſpiciis vivere glo-
59 riatur tota Civitas, & ſicuti incolumis ſervata
fuit anteactis temporibus modò ab obſidione,
& manibus crudeliſſimorum hoſtium, modò à
peſtilentia, modo ſterelitatis, famiſque metu, ac
ab aliis frequentibus periculis, & calamitatibus,
ità in futurū ob ejus immenſam miſericordiam
ſperat continuationem ſui validiſſimi patrocinii.
Inibi ſervantur, inter alias, duę Miraculoſiſſimæ
60 IMAGINES DEIPARÆ VIRGINIS alia nempè vulga-
riter nuncupata DELLE GRATIÆ extraneis etiàm
nationibus notiſſima, quæ ſicuti uſque de anno
1410. apparuit Nobiliſſimæ, & devotiſſimæ
Matronæ, ac Civitatem à flagello Contagii
ejus interceſſionibus tunc liberavit; ita ſucceſ-
ſivis temporibus pluries non minus eandem
Civitatem præſervavit, quàm alias Civitates
eodem peſtilentiali morbo laborantes libera-
vit, ut latè meminit *Tondut. in d. Hiſtoria in
prohem. pag. mihi 22. cum ſeqq.* Et altera vulgo
nuncupata *del Fuoco* occaſione incendii detecta
de anno 1567. quæ ergà ſibi devotos variis in
dies refulget Miraculis, de qua ſcripſit *Julius
Caſtellanus Concivis in ejus tractat.* de *Imaginibus
& Miraculis Sanctorum lib. 3. Fr. Io: Maria Ca-
pella in ejus opere inſcripto Scintille della fiamma
innoxia, cioè Avertimenti, e Deduzioni fatte ſo-
pra il Miracolo della Madonna del Fuoco, occorſo
in Faenza l'anno 1567., & Tondut. in præcit. Hi-
61 ſtor. pag. mihi* 43. de aliis quatuor Sanctis Pro-
tectoribus Civitatis verò ſcripſit *Jo: Antonius
Flaminius*.

ADDIT. AD PROHÆMIUM.

SUMMARIUM.

1 Leges omnes à DEO emanant per organum legiſlatorum.
2 In condendis legibus adhibendi ſunt viri docti, & prudentes.
3 In condendis STATUTIS FAVENTIÆ adhibiti ſunt celeberrimi Juris Conſulti.
4 Communitates ſubditæ juriſdictione carent.
5 Communitates ſubditæ ſtatuta condere non poſſunt abſque PAPÆ, ſeu Superioris licentia.
6 Civitatis appellatione non continentur homi-

nes in agris degentes, ſed ſolum in Civitate
exiſtentes. Limita num. 7.
8 Privilegium Civitatis Faventiæ conferendi
Beneficia Civibus Faventinis non compre-
hendit Beneficia de Jurepatronatus.
9 Civis Civitatis quis nam dicatur.
10 Fruſtratorium eſt Privilegium pro eo, quod
de jure communi competit.
11 Dicta per Auctorem incidenter non ſunt ha-
benda in conſideratione pro ejus opinione.
12 Jus Divinum poteſt intelligi largo modo, &
pro præcepto judiciali, quod non obligat.
13 Privilegium Univerſitati competens per ac-
quieſcentiam particularium Civium non
ammittitur.
14 Capitulo Cathedralis Faventiæ competit jus
conferendi Canonicatus, & Beneficia in cer-
tis menſibus & num. 15.
15 Electio Canonici Pænitentiarij & Theologi
Eccleſiæ Cathedralis Faventię ſpectat ad Epi-
ſcopum, collatio verò ad Capitulum.

Num. primo & ſecundo leges omnes quamvis
per organum legislatorum edantur, nihilomi-
1 nus promanare cenſentur à *Deo*, per quem
Reges regnant, & legum conditores juſta de-
cernunt, & *de Parabolis Solomonis ibi per me
Reges regnant, & legum conditores juſto de-
cernunt. Per me Principes imperant, & Po-
tentes decernunt Juſtitiam*, & cum *Divo Thoma*,
& *Divo Auguſtino* tradit *D. Campell. ad Conſtit.
Urbini in Præfat. num.* 392.

Et in legibus condendis adhibendi ſunt viri do-
2 cti, & prudentes, * nàm quæ fiunt eorum
Conſilio firmiora, & validiora ſunt, ut latè
comprobat *Campell. ubi ſupra num.* 153. &
ſeqq; & ità practicatum fuit in præſentibus *Sta-
3 tutis*, * uam adhibitum fuit Conſilium cele-
briorum Juris Conſultorum Civitatis inter
quos *Andreas Severoli*, cujus laudabiliter etiam
meminit *Soc. jun. Conſ.* 13. *lib. primo*.

Num. 15. Communitates non liberæ, & ſubditæ
4 mediatè, vèl immediatè * tanquam pupillæ ju-
riſdictione carentes quidquam ſtatuere non
poſſunt, nec decernere abſque Papæ, vèl al-
5 terius * Superioris confirmatione, ut etiam fir-
mavit *Rot. in Spoletano, sèu Nullius oblationis
Ceræ* 18. *Maij* 1705. *Coram R.P.D. Anſoldo* §. *Adji-
ciebatur.*

Num. 32. Civitas vel Terra materialitèr ſumpta
pro ambitu murorum homines in agris degen-
6 tes non continent, * ſecùs quando ex mente
Agentium, vèl ex natura actus dignoſcitur
7 eamdem rationem fuiſſe comprehendendi* tàm
degentes in Civitate, vèl Terra, quam extra
illam ut firmavit *Rot. in Tranen. Juris ſepelien-
di prima Februarij* 1675. *coram bo. me: Roudini-
no impreſſ. penes Novar. Summa Bullar. decis.* 41.
num. 12. *cum ſeqq.*

Num. 36. Privilegium conferendi Beneficia Civi-
bus Faventinis non comprehendit Beneficia de
8 Jure patronatus * ut reſpondit *Rot. in Faventi-
na Beneficij* 5. *Julij* 1703. *coram R.P.D. Caſarello*
§. *finali*.

Num. 39. Pluribus cumulatis concordantibus fir-
9 mavit *Rota in Senogallien.* * *Canonicatus* 29. *Janua-
rij* 1706. *coram R. P. D. Anſaldo in princ.* ubi
examinatur quis ad hunc effectum dicatur Ci-
vis, & quis extraneus.

Num. 38. & 39. loquendo hic de collatione Bene-
ficiorum facienda Civibus audivi Neapolitanos
magnifacere mentionem à me factam ſimilis
eorum prætenſi privilegij ac ſi ad me ſpectaret
ejus canonizatio; Undè exiſtimavi declarare,
meam intentionem fuiſſe ſolummodò demon-
ſtrandi Civitatem Faventinam frui hujuſmodi
Privilegio Apoſtolico, & rem aliàs ſe habere
de Jure Communi in eo ſaltèm quod attinet ad
Romanum Pontificem, cum fruſtrà precibus, *
10 & privilegio impetretur, quod Jure communi
competit juxta *tex. in leg.* 1. *Cod. de Theſaur.
lib.* 10. & *in leg.* 1. §. *Quod Beneficium ff. de mu-
nicipal. Gloſſ.* 1. *in cap.* 1. *de præſcript. Abb.
antiq. in Cap. Paſtoralis num.* 5. *de Appel. Fagnan.
in Cap. olim num.* 8. *de Verb. ſignif.*

Et ſi ad ſimilitudinem hujuſmodi Privilegij men-
tionem feci de variis Regnis inter quos connu-
meravi Regnum Neapolitanum, hujuſmodi Pri-
vilegio gaudentibus id dixi incidentèr, * ac
11 habita relatione ad *Auctores* de tali Privilegio
loquentes, non examinata materia, nec viſo
aſſerto Privilegio, undè non poteſt fieri fun-
damentum in hoc dicto per tranſennam emiſ-
ſo, pro adſtruenda eorum intentione *Abbas
in Cap. Bonæ num.* 30. *de Poſtulat. Prælat. Soc.
jun. conſ.* 1. *colum. penult. lib.* 1. *Corbul. de em-
phijteus. tit. de cauſ. privat. ob non ſolutum Ca-
nonem ampliat.* 12. *num.* 33. *Thobias Nonius
Conſ.* 23. *num.* 17. *Franch. decis.* 1. *poſt num.* 81.
verſ. nec juvabitur.

Et ſi ſubjunxerint Privilegium præferendi Civem
extraneo eſſe conforme *Juri Divino* id intelli-
12 gendum eſt, * non ſtrictò ſed largo modo,
argumentum enim quod in hac re deſumitur à
Jure Divino deſumitur ex his, quæ ſcripta ſunt
in Deutoronom. cap. 17. *verſ.* 15. & *cap.* 18.
verſ. 15. & *verſ.* 18.

At ea quæ in *Deutoronom. in locis cit.* dicta ſunt
pertinent ad præcepta judicialia, quæ ſtrictè
hic, & nunc dici non poſſunt conſtituere *Jus
Divinum* cum translato Sacerdotio Legis tranſ-
latio facta ſit ut inquit *Apoſtolus* relatus in *cap.
Tranſlato de Conſtit.* & cum poſt adventum *Chri-
ſti* Præcepta judicialia non obligent niſi ab his,
qui habent Jus faciendi leges fuerint ex poſt
expreſsè renovata juxta communem doctri-
nam *Theologorum* Duce *Divo Thoma* 1. 2. *quæſt.*
104. *art.* 3. in corpore.

Num. 47. Privilegium competens Univerſitati per
acquieſcentiam particularium Civium non
13 amittitur, * ſed poteſt quandocumque vindica-
ri, ut etiam tenet *Monacell. in ejus formulario
legali practico tit.* 11. *formul.* 14. *num.* 5.

Num. 54. Super jure conferendi competente Ca-
14 pitulo, emanavit * *Deciſio coram Seraphin. lo*
552. ubi fit mentio concordiæ initæ de an-
no 1551.

Num. 55. Electio Canonici Pænitentiarij, & Theo-
logi ſpectat ad Epiſcopum, collatio verò ad

15 Ca-

15 Capitulum, * cui ex privilegio competit collatio Beneficiotum, & Canonicatuum in certis menſibus, ut in terminis ſimilis privilegij competentis Capitulo Patavino reſpondit *Card. de Luca de Beneſic. diſcurſ. 112. num. 3. & ſeqq. Verſ. ſecuta* &c. Paritèr ſecuro obitu Canonici *Bartholomæi Severoli* de menſe Septembris 1700. prævio Secreto Scrutinio concurrentium electus fuit *D. Bernardinus Oreſici*, & deindè prævio examine coram D. Vicario Generali ſuper ejus idoneitate habito exhibita fide approbationis ad Canonicatum ſubſcripta à clar. me. Eminentiſs. Cardinali Duratio vigilantiſſimo Epiſcopo, & omnium virtutum Cardinalium ornato, collatus illi fuit à Reverendiſs. Capitulo Canonicatus ſub die 10. ejuſdem Menſis, & ſucceſſivè tradita poſſeſſio.

LIBER PRIMUS

Statutorum Civitatis Faventiæ.

De electione Conſilij centum Sapientum. Et qualiter, & quomodo debeat congregari dictum Conſilium.

RUBRICA PRIMA.

HAC præſenti lege in perpetuum duratura (A) duximus ſtatuendum, & ſtatuimus, quod in Civitate Faventiæ ſit generale Conſilium centum Sapientum Virorum *ex prudentioribus dictæ Civitatis*, prout antiquitus obſervatum fuit pro conſervatione ſtatus pacifici, (B) & tranquilli ipſius Civitatis, & jurium, & populi ejuſdem. Quod Conſilium intelligatur repræſentare, & repræſentet (C) univerſam Civitatem, populum; & Commune dictæ Civitatis, & habeat eandem auctoritatem, & poteſtatem, quam habet univerſus populus, & Commune dictæ Civitatis, & poſſit providere, firmare, ſtatuere, deliberare, & executioni mandare omnia, & ſingula, quæ utilia, vel neceſſaria ei videbitur prò commodo dictæ Civitatis. Et quod per ipſum Conſilium, vel majorem partem ipſius proviſum, & deliberatum fuerit, habeat plenum robur perinde ac ſi per omnes Cives, & diſtrictuales Civitatis Faven. & per univerſum populum factum, proviſum, & ſancitum foret. Et uno, ſeù pluribus dicti Conſilij deficiente, ſeù deficientibus quandocumque loco dicti deficientis, ſivè deficientium (D) eligatur, & eligantur alius, & ſeù alij per dictum generale Conſilium, ſcrutino fabarum albarum, & nigrarum. Decernentes tamèn quod nullus poſſit eligi de Conſilio, niſi ſit perfectæ ætatis annorum 25. (E) & quod de dicto Conſilio eſſe non poſſint, niſi duo de qualibet agnatione. (F) Et omnis electio alitèr facta, ſit ipſo jure nulla. Et quod quandocumquè fuerit neceſſarium Conſilium congregari, (G) debeat primo obtineri inter ipſos Dominos Antianos per partitum de ipſo Conſilio congregando, vel ne, & eo obtento debeat voce præconis in platea communis & ſono Campanæ (H) communis ter pulſatæ præconizari, ita quod ſi debeat congregari in mane, præcedat proclama præcedenti die. Et in dicto Conſilio intereſſe debeant ad minus duæ partes (I) ex tribus dictorum Sapientum - Requiſito tamèn priùs Domino Gubernatore (K) dictæ Civitatis pro S. R. E. juxtà formam Indultorum Apoſtolicorum ipſius Civitatis. Et fieri, ac obtineri debeat pars inter eos de omnibus, & ſingulis in dicto Conſilio proponendis, & tractandis ad fabas albas, & nigras, & tùnc partitum illarum fabarum prævaleat, quæ plures numero invenientur, ita tamèn quod in ipſis partitis obtinendis non cenſeatur deliberatum, ſeù obtentum aliquid, niſi major pars fabarum albarum in Conſilio tunc exiſtentium prævaleat; excedentibus tamèn dimidiam dictarum fabarum. (L) Et quod nihil proponatur in Conſilio niſi per Priorem Antianorum, & niſi priùs inter ipſos Antianos obtentum fuerit (M) ad fabas albas, & nigras et ſi ſuper proponendis per Priorem de obtentis, ut ſupra diverſimodè arrengarctur per Conſiliarios, quod partitum, quod magis placuerit Antianis debeat proponi obtento tamèn priùs inter eos partito; Et ſi contrafactum fuerit ſit ipſo jure irritum; Et intelligatur neceſſarium, quando deliberatum fuerit per Dominos Antianos. Pœna cuilibet Conſiliario non venienti in Conſilium ſolidorum quinque Bonon. pro quolibet, & qualibet vice Communi Faven. applican. & quod de dicto Conſilio non ſint, nec eſſe poſſint niſi 25. pro quolibet quarterio.

SVMMARIVM.

1 STatutum eſt illud Jus, quod unaquæque Civitas, ſeù populus ſibi conſtituit, quod etiam Jus municipale dicitur.

Statutum eſt lex, quæ ſemper loquitur num. 1.

2 Statutum eſt lex, quæ ſempèr durat, niſi revocetur.

3 Defenſores Civitatum officium ſuum interponere debent, ut pax, & tranquillitas in populo conſervetur.

4 Antiani FAVENTIÆ non tenentur invigilare, ut pax, & tranquillitas in populo conſervetur.

5 Civitatis FAVENTIÆ tumultus ob factiones Guelphorum, & Gibellinorum.

6 Centum Cives Zelatores Faventiæ una cum alijs bis centum adhærentibus ſe exhibuerunt Gubernatori, & Superioribus pro defenſione, & tranquillo, ac pacifico ſtatu Civitatis.

Magiſtratus centum pacificorum Faventiæ origo num. 6.

7 Centum Pacificorum Faventiæ privilegia, & introitus conceſſi fuerunt.

8 Centum Pacifici Magiſtratum nouum Faventiæ conſtituunt diverſum ab alio Magiſtratu.

9 Centum Pacificorum Magiſtratus utilitas.

Magiſtratus centum Pacificorum prius erectus fuit Faventiæ, quam in alijs Civitatibus num. 10.

10 Magiſtratus centum Pacificorum conſtituitur ex Prudentioribus, & Sapientioribus viris Faventiæ.

11 Magiſtratus centum Pacificorum invigilat, & ſe intromittit pro compoſitione rixarum, & diſſenſionum, ac inimicitiarum.

12 Irenarchorum officium erat componendi rixas, Inimicitias, & diſſenſiones.

13 Sediles ſex Neapolia differentias inter Nobiles componunt, & quæ ſit eorum auctoritas.

14 Pacerij eligi ſolent in Civitatibus, quorum officium eſt componendi diſcordias, & procurandi reconciliationem.

15 Paceriorum Auctoritas quænam eſſe deberet.

Paceriorum Urbis auctoritas quenam ſit n. 15.

16 Conſilium repræſentat totam Civitatem.

17 Conſilij Civitatis deliberationes, ut validæ ſint quinque requiruntur, de quibus ibi.

18 Conſilium obligare poteſt Civitatem concurrentibus iis, de quibus ibi.

19 Conſilij Civitatum auctoritas circa alienationes, & obligationes reſtricta fuit.

20 Conſilium Civitatum Status Eccleſiaſtici abſque licentia Sac. Congregationis Boni Regiminis non poteſt alienare, obligare, hypotecare, contrahere, & ſumptus facere, ac expenſas alterare.

21 Conſiliariorum numerus conſervari debet, itaut uno deficiente alius eligendus ſit.

22 Filij Conſiliariorum mortuorum præferendi ſunt alijs etiam idonioribus, & aptioribus num. 23. Vide num. 24.

24 Minor viginti annorum Conſiliarius eſſe non poteſt in locum Patris mortui.

Filius Conſiliarij mortui ſi ſit minor annorum viginti proponitur in Conſilio, an ſit ei reſervandus locus donec pervenerit ad ætatem legitimam num. 24. Vide ibidem.

25 Conſanguinei proximiores defuncti Conſiliarij ſi ad ætatem viginti quinque annorũ non pervenerint proponitur in conſilio an ſit eis reſervandus locus in Conſilio.

26 Ætas certa ſtabilita eſt in omnibus humanis actibus.

27 Minores viginti quinque annorum non poſſunt eſſe Decuriones, Conſiliarij, ſeù Antiani Civitatis, & quare n. 29. & 40.

28 Minor annorum 25. Abbundantiarius Civitatis eſſe non poteſt.

29 Minorum Conſilium reputatur fragile, ac multis captionibus ſuppoſitum, ac inſidijs expoſitum.

30 Conſiliarij eligi debent ex prudentioribus Civitatis.

31 Radij Solares maturitatem præſtant fructibus ab arboribus geminatis.

32 Stomachus concoquit cibos ante quam ad cæteros corporis artus conferat alimentum.

33 Prudentia acquiritur ſolum longa experientia.

Experientia indiget tempore num. 33.

34 Minoribus experientia deficit, ac prudentia.

35 Conſuetudo admittens minores eligi poſſe in Conſiliarios non valet,

36 Annus inceptus habetur pro completo, quando agitur de conſequendo munere, ac honore.

37 Limita quando muneri, & honori adiecta eſt adminiſtratio.

38 Limita ſecundo, quando alitèr diſponit Statutum, prout illud Faventiæ.

39 Limita tertio quando ſit mentio ætatis per genitiuum, quo caſu annus debet eſſe perfectus.

40 Minores annorum viginti quinque eligi non poſſunt in numero Conſiliariorum Civitatis, ſi Statutum eos arcet à conſecutione hujus muneris; ſecùs ſi interdictum ſit ingredi Senatum, nàm iſto caſu poſſunt quidem eligi, ſed ante dictam ætatem non poſſunt tradere ſuffragium, ac habere exercitium muneris; Nec habere honorarium, alioquin debitum pro introitu novi Decurionis. Ampl. n. 43. lim. num. 44. & 45.

41 Loca Conſiliariorum demortuorum quando reſervantur filiis quid ſervandum.

42 CardinalisLegatus confirmans electionem alicujus minoris factam in Conſiliarium Civitatis non cenſetur diſpenſaſſe circa minorem ætatem ei non narratam.

43 Minor diſpenſatus circa acquiſitionem Officij, & dignitatis non cenſetur diſpenſatus quoad illius exercitium.

44 Minores admittuntur in numerum Conſiliariorum deficientibus majoribus.

46 Sicuti etiàm quando minores munera commodius exercere poſſunt; Vel quando minores ſcientia, & doctrina ſunt æquales majo-

majoribus.

Inhabiles in caſu neceſſitatis admittuntur ad conſecutionem munerum Civitatis num. 45.

47 Duo ex qualibet agnatione tantum poſſunt eſſe de numero Conſiliatiorum Civitatis Faventiæ.

48 Pater, & filius, vel duo fratres Senatoria dignitate in eodem conſeſſu ornari non poſſunt in Gallijs.

49 Duo ejuſdem familiæ, aut arcta neceſſitudine conjuncti in Electorum claſſem non poſſunt admitti.

50 Statutum, vel conſuetudo prohibens duo ejuſdem familiæ eſſe poſſe Conſiliatios Civitatis attendenda eſt.

51 Plures ex eadem familia poſſunt eodem tempore in Senatum aſſumi ceſſante conſuetudine, vel Statuto.

52 Filius Patri, & è converſo votum dare poteſt in Conſilio Civitatis.

53 Patria poteſtas in publicis non attenditur.

54 Congregatio Conſilij ſpectat ad Gubernatorem Civitatis, ſeù loci.

55 Amplia in Regno Galliæ.

56 Limita in Civitate FAVENTIÆ, ubi ad libitum DD. Antianorum congregatur Conſilium.

57 Gubernator Civitatis FAVENTIÆ, vel illius Locumtenens intervenire debet in Conſilio.

58 Vocari debent omnes Conſiliarij ſono Campanæ, vel Præconis.

59 Conſilium congregandum eſt in loco conſueto, aliàs reſolutiones captæ non valent.

60 Conſiliarij abſentes ſi non habent vocem non ſunt vocandi.

61 Conſiliarij abſentes vocem babentes quando ſint vocandi.

62 Conſiliarij abſentes ſuffragium tradere non poſſunt mediante Epiſtola, vel Procuratore. Limi. num. 63.

64 Conſiliariorum duæ partes ſufficiunt, quod adſint in Conſilio. Decl. num. 67.

65 Et ſi non ſunt duæ partes ſufficiunt præſentes, dùm omnes fuerunt vocati.

66 Jus Univerſitatis poteſt in uno ſolo reſidere.

68 Conſilium generale Civitatis Faventiæ, ut dicatur legitimè congregatum requiritur præſentia quadraginta Conſiliariorum comprehenſo Priore, & Antianis.

69 Gubernator Civitatis, loci, & domus requiritur, aliòquin Mundas ſtare non poteſt.

Civitates conſtitutæ fuerunt mediante unione, & Congregatione Civium num. 69.

70 Qualitates Gubernatoris quænam eſſe debeant remiſſivè.

71 Majoris partis præſentium conſenſus ſufficit, quando pluribus data eſt facultas à lege, vel Statuto, quicquid ſit, quando conceſſa eſt ab homine.

72 Limita, quando conſuetudo, vel Statutum diſponit, majorem partem non ſufficere.

73 Aggregatio ad Collegium facta à majori parte contradicente minori, an valeat.

74 Majori parte Conſiliatiarum à Conſilio recedente petendo differri electionem, an electio ſubſequenter facta à minori parte valeat.

75 STATUTUM FOROLIVIJ mandat per Conſilium parvum, ſeù ſecretum priùs examinari ea, quæ proponenda erunt in Conſilio generali.

Conſilium ſecretum Faventiæ examinare priùs debet ea, quæ proponenda ſunt in Conſilio generali num. 75.

76 Deliberatio Conſilij Civitatis valet etiamſi non appareat de propoſitione præcedente. Ampl. num. 77.

OBSERVATIO.

A STatutum eſt illud Jus, quod unaquæque
Civitas, ſeù Populus conſtituit, quod
1 etiàm Jus municipale dicitur §. *Jus autem Civile, ibique Gloſſ. & DD. Inſtit. de Jure natural. Gent. & Civil. Gonzalez Tellez in Commentar. ad cap. quæ in Eccleſiarum 7. num. 9. de Conſtitut. Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud. num. 1. & Chriſtinian. in Commentar. ad leges Municipales Mechlenien. pariter in prælud. num.4.* ac eſt quædam lex, quæ ſempèr loquitur, *l. Arianis C. de Hæretic. & Manich.* & niſi expreſsè revoce-
2 tur ſempèr durat *cap. final. de offic. Delegat. Fagnan. in cap. A nobis il primo num. 29. & 44. & ſub num. 53. de ſent. excom.*
Defenſores Civitatum eorum officium præ
3 cæteris interponere debent, ut pax, & tran-
B quillitas in Populo conſervetur *Auth. de defenſor. Civit. §. Deinde eos* quæ tamèn vigilantia noſtris Antianis particularitèr non eſt in-
4 juncta, ſed benè alio diverſo, & particulari Magiſtratui; Nàm cum olim in dies augerentur tumultus, ſeditiones, & ſcandala in noſtra, ſicut in alijs Civitatibus, ob notorias, & per-
5 niciosas factiones Guelphorum, & Gibellinorum, nec per Superiores indemnitati publicæ opportunè provideretur, centum Cives Zelatores publicæ quietis inſimùl uniti cum armis,
6 & una cum alijs bis centum circitèr illis adhærentibus pro defenſione Civitatis, & illius repoſitione in pacifico ſtatu ſe exhibuerunt Gubernatori, & Superioribus, quibus cum ſummopetè acceptum fuiſſet hujuſmodi inſtitutum vocari cœperunt *Centum Pacifici*, qui deindè
7 decorati fuerunt varijs privilegijs *in Appendice pag. 13. cum ſeqq.* & ei annui aſſignati introitus à Leone X. ab Adriano VI. de anno 1523. ac ab alijs Summis Pontificibus, Legatis à Latere, & Præſidibus Provinciæ, ut ex privilegijs *in Appendice pag. 13. cum ſeqq.* ac ab eo tempore citrà ſempèr tanquàm novus, ac publicus Magiſtratus diſtinctus ab alio Municipa-
8 li ſe congregat in certis manſionibus Palatij publici, ut teſtatur *bo. me. Concivis noſter Tondutius in Hiſtoria Faventina par. 3. fol. 618. & par. 4. fol. 622. & 625.*
Reſultavit exindè maxima utilitas, cum tunc mediante opera Centum Pacificorum re-
9 poſita fuerit Civitas in pacifico ſtatu, quo agnito à cæteris Civitatibus, curarunt erectionem ſimilia inſtituti, ut proſequitur *Tondut.* *d. par. 3.*

d. par. 3. fol. 618.
Adhùc viget, & non minùs utilitèr, quàm
laudabiliter conſervatur iſte Magiſtrarus, cùm
10 ad illum promoveantur Viri ex ſapientiori-
bus, & prudentioribus Civitatis, qui præſertim
juxtà eorum inſtitutum occaſioue diſſenſio-
num, & inimicitiarum ſtatim ſe intromitrunt
11 pro componendis rixantium, & diſſidentium
animis, & procuranda reconciliatione, ſicuti
12 practicabatur ab antiquis Irenarchis, de qui-
bus *in l. unic.* ubi latè *Amaya C. de Irenarch.
lib.* 10. in quorum locum ſucceſſiſſe Pacerios
tradit *Caput. de Regim. Reip. cap.* 7. §. 13. *ſub
num.* 1. *cum ſeq.* ubi ſubdit, quod Neapoli ad-
13 ſunt ſex Sediles appellati, qui differentias
inter Nobiles ipſorum Sedilium componunt,
& mandata etiàm faciunt, ut unuſquiſque in
ſua domo permaneat, donec paciſcantur, nec
alius Officialis ſuperior ſe intromittit, dum-
modò non intervenerit ſanguinis effuſio; ſicùt
in varijs alijs Civitatibus, & locis quotannis
14 in conſilio publico eliguntur Pacerij, quo-
rum officium eſt componere diſcordias, & pro-
curare reconciliationem *Guazzin. de pace quæſt.
6. num. 1. verſ. & etiam Caput. cit. cap. 7. §. 13.
ſub num.* 3. qui teſtatur de Patria ſua *& Fonta-
nell. dec. 464. num. 6. par.* 1.
Sed ad hoc ut faciliùs effectus deſideratus
conſequi poſſet, neceſſe eſſet, quod ipſi Pa-
cerij haberent auctoritatem cogendi rixan-
15 tes ad pacem, ſeù ad compromittendum in
eorum perſonas, & acceptandum, & ratifi-
candum quicquid ab illis fuerit deciſum, ac
arbitratum, proùt conceſſum fuit per PAULUM
SECUNDUM, SIXTUM QUARTUM, & *Innocentium
Octavum* Pacerijs Urbis, ut in eorum *Bullis
impreſſis penès Fenzon. ad Stat. Urb. fol. mihi*
607. *cum ſeq.* Et inſimùl ea uterentur cum de-
bita charitate, vigilantia, circumſpectione,
& zelo.
C Conſilium repræſentat totam Civitatem *§.
Senatus Conſult. Inſtit. de Jure natural. Gent.*
16 *Knipſchild. de jurib. & privil. Civit. Imperial.
lib. 5. cap. 1. num. 5. Franch. deciſ. 609. num. 4.
&* 7. & deliberationes ejus ſunt validæ, quo-
tiès tamèn concurrant quatuor, nempè pri-
17 mum, quod omnes de Communitate juxtà
ſolitum ſint vocati; ſecundum quod ſint con-
vocati, & congregati in loco publico ſolito,
& conſueto; tertium, quod interveniant duæ
partes ex tribus; quartum, quod numerus
ſufficiens, nempè major pars congregatorum
conveniat in deliberatione ex adductis per *Al-
tograd. conſ. 97. num. 82. cum quatuor ſeqq. vol.* 1.
Ipſamque Communitatem obligare poteſt con-
18 currentibus ijs, de quibus *infra in Obſervat.
ad Rub. 4. num. 24. cum ſeqq.*
Hodiè tamen eius auctoritas circa alienatio-
nes, obligationes, & contractus adeò reſtricta
19 fuit per *Conſtitutionem Sixti V.* ac per aliam
magis amplam *Clementis VIII. nuncupatam Boni
Regiminis*, ſuper quas edidit *Commentaria Cobell.*
ut abſque præcedenti licentia *Sacræ Congrega-*
20 *tionis Boni Regiminis* non poſſit alienare, obli-
gare hypothecare, & contrahere, ac ſumptus,
& expenſas quoquomodo alterare, de quo
vide *infra Obſervat. ad Rub. 4. num.* 28.
D Publicè expedit, quod numerus Conſiliario-
21 rum præfixus ſemper conſervetur, unde ali-
quo ex eis deficiente alius eligendus eſt, & in
iſto caſu filij demortuorum præferendi ſunt
22 alijs *l. filiis 35. cum ſeq. C. de Decurion. lib.* 10.
notat *Amaya in eod. tit. num. 9. Bart. in l. in
ſucceſſione num. 1. pariter eod. tit. Antunez Por-
tugal. de donat. Reg. par. 2. lib. 1. cap. 13. num. 15.*
23 *cum ſeqq. tom.* 1. licèt idonioribus, & aptiori-
bus ad *Text. in l. unicuique C. de proxim. Sac.
Scrin. lib. 12. l. jubemus 3. C. de Advoc. diverſ.
Judic. Antunez Portugal. ubi ſupra.*
Et ſi filij adhùc non perveniſſent ad ætatem
24 annorum viginti requiſitam ab infra recen-
ſendo *decreto Eminentiſſimi Cardinalis Cybi*,
proponitur in Conſilio generali, an ſit eis re-
ſervandus locus donèc uſque pervenerint ad
ætatem legitimam, quod etiàm practicatur fa-
25 vore aliorum proximiorum conſanguineorum
defuncti, qui ad ætatem annorum viginti quin-
que non pervenerunt. Notandum in propoſito,
quod cum de annis 1590. & 1591. ob extre-
mam Annonæ penuriam, & morbum epidemi-
cum numerus centum Conſiliariorum redactus
fuiſſet ad quinquaginta octo, Cardinalis Sfor-
tia à Latere Legatus mandauit eligi alios, in
quibus concurrere deberent qualitates præſcri-
ptæ in Conſilio ſub die 23. Maij 1592., inter
quas legitur *ſia maggiore di venticinque anni, e
morendo un Conſigliere nella ballottazione del ſuc-
ceſſiore ſia preferito il parente tranſverſale al de-
ſcendente*, prout in Conſilio generali ſub die 2.
Junij ejuſdem anni 1592. electi fuerunt alij qua-
draginta duo. Verùm poſt longam, & incon-
cuſſam obſervantiam occaſione obitus D. Ca-
pitanei Marci Antonij Laderchi D. Camillus
ejus ex fratre nepos, excluſo D. Comite Ca-
millo Laderchio agnato, obtinuit ſub die 30.
Decembris 1632. ſibi reſervari locum Aui uſ-
que quo perveniſſet ad ætatem annorum vigin-
ti, cum ſubſequenti confirmatione Sacræ Con-
ſultæ emanata ſub die 3. Decembris 1633. &
ab indè citrà filij, & deſcendentes fuerunt ad-
miſſi, eiſque in ætate legitima nondùm conſti-
tutis locus reſervatur.
E Cum ferè in cunctis mundanis hominum acti-
26 bus certa ætas ſtabilita ſit, ut longo cathalo-
go examinant *Borell. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 6.
num. 10. verſ. non debet cum ſeqq.* & pleniùs
Narbon. de ætat. Non eſt mirandum, ſi ad mu-
nus Conſiliarij, & Decurionis, ſeù Antiani
27 obeundum tanquàm perſonale & civile, re-
quirens ſanum judicium, Conſilium, & diſcre-
tionem, non admittantur minores annorum
viginti quinque, ut definitum fuit à *Vulpiano in
l. ad Remp. ff. de mun. & honor. & in l. 2. ff. de
vacant. & excuſ. mun.* & tradunt *Bart. in l. 1.
C. qui æt. vel profeſſ. ſe excuſant lib. 10. Caldas
Pereira in l. ſi Curatorem verb. hunc contractum
num. 41. C. de in integr. reſtit. Loſæus de jure uni-
verſ. quæſt. 1. cap. 3. num.* 12. & comprobat
Nar-

Narbon. de æt. ann. 25. *q.* 65. *num.* 1. *cum ſeqq.*
& pleniùs *quæſt.* 67. *cum ſeq. Baron. de effect.*
min. ætat. effect. 37. *num.* 72. *Borell. ubi ſupra*
num. 45. *cum ſeq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 2.
cap. 5. *num.* 37. *cum ſeqq. Jo: Petrus Ala de*
Chriſtiano, & politico Decurione q. 4. *Otero de*
Officialibus cap. 2. *num.* 30. & de ſimili Statuto
Cuſentino *Caput. de Regim. Reip. cap.* 2. *Leo*
dec. 31. *num.* 1. *par.* 1. ac reſpondit *Rota in rec.*
deciſ. 3. *num.* 13. *par.* 19. ubi loquitur de Ab-
28 bundantierio, ea ratione quia fragile, & in-
firmum reputatur minorum Conſilium, & mul-
29 tis captionibus ſuppoſitum, ac multorum in-
ſidiis expoſitum, ex quibus damnum Civita-
tis, & Reip. reſultare poteſt, ut animadvertit
Vulpian. in l. 1. *ff. de minor. & Rot. d. deciſ.* 3.
num. 14.

Maximéque procedit in terminis noſtri *Sta-*
tuti, cùm illud injunxerit, electionem facien-
dam eſſe ex prudentioribus Viris Civitatis,
30 quæ quidem qualitas animi omninò neceſſa-
ria eſt in Conſiliariis, nàm ſicùt Radij ſolares
maturitatem præſtant fructibus ab arboribus
31 fœcundè germinatis, ſic prudentia maturare
debet mentis, atque diſcurſus fructus uberri-
mos; vèl ſicùt ſtomachus concoquit cibos an-
32 tequàm ad cæteros corporis artus transferat
alimentum, ſic prudentia dirigere debet, quæ
ab intellectu miniſtrantur antequàm ad execu-
tionem deducat; prudentia verò cum non niſi
33 longo uſu experientia duce, acquiri valeat,
ut dixit *Manilius* 1.

Per varios uſus artem experientia fecit
Exemplo monſtrante viam &c. & inquit
Ariſt. de longitud. & brevit. vitæ cap. 3. *Pru-*
dentia requirit experientiam, quæ indiget tempo-
re, ac notat *Mattheu de Regim. Regni Valentiæ*
cap. 2. §. 2. *nu.* 128. *cum ſeqq.* proindè cenſen-
dum eſt, excluſos minores, quibus ultra Con-
ſilium, & diſcretionem deficit experientia, &
34 conſequentèr prudentia *Bart. in allegat. l.* 1.
Suarez allegat. 12. & in terminis ſimilis *Statuti*
Eugubini Rubr. 30. advertit *Rot. cit. deciſ.* 3.
num. 15. *cum ſeq.*

Et contraria conſuetudo admittens minores
ad tale munus tamquàm contra publicam uti-
35 litatem non valet, ut cum *Roccho de Curte*,
& Diagg. proſequitur *Baron. ubi ſupra num.* 73.

Imò licet regularitèr annus vigeſimus quin-
tus habeatur pro completo, quando agitur de
conſequendo munere, & honore, quod eſt fa-
36 vorabile per *Text. in d. leg. ad Remp.* ibi; *An-*
nus autem vigeſimus quintus captus pro pleno ha-
betur, hoc enim in honoribus favoris cauſa contra-
rium eſt, ut pro plenis inchoatos accipiamus ff. de
mun. & honor. & firmat *Antonell. de tempor.*
legal. lib. 3. *cap.* 1. *num.* 8. diſtinguit *Jo: Pe-*
trus Alà de Chriſtiano, & Politico Decurione
q. 5. *Surd. deciſ.* 178. *num.* 5. *juncto num.* 14.

Attamen id non procedit, quandò muneri,
37 & honori adiecta eſt adminiſtratio, ut pro-
ſequitur *Text. in d. l. ad Remp.* ibi: *ſed in ijs ho-*
noribus, in quibus Reip. quid eis non committi-
tur, & declarat ibi *gloſſ. in verbo Non commit-*
titur, & Alà ubi ſupra.

Eoquè certiùs in terminis noſtri *Statuti*,
non ſolùm quia requirit perfectionem ætatis
38 ibi *niſi ſit perfectæ ætatis annorum viginti quinque*
ad firmata per *Grati an. diſcep.* 946. *num.* 31. &
Urſell. concluſ. 116. *num.* 18.

Verùm etiàm quia in eo fit mentio ætatis
per genitivum, quo caſu annus debet eſſe per-
39 fectus *Natt. conſ.* 461. *num.* 1. *Urſell. d. con-*
cluſ. 116. *num.* 10. *Antonell. loc. cit. num.* 15.
Surd. d. deciſ. 178. *num.* 6.

Nec poteſt dubitari, quin per diſpoſitio-
nem noſtri *Statuti* minores omninò arceantur
40 à conſecutione hujus muneris, cum expreſsè
prohibeatur electio ante 25. annum; secùs di-
cendum eſſet, ſi interdictum fuiſſet ingredi in
Senatum, ſeù Conſilium, etenim illo caſu mi-
nores poſſent quidèm eligi, ac ordini Senato-
rum, ſeù Antianorum adſcribi ità tamèn, ut
antè ætatem annorum 25. non valerent trade-
re ſuffragium, ac habere exercitium muneris
l. 2. *C. de municip. & honor. lib.* 10. docent *Nar-*
bon. d. quæſt. 63. *num.* 3. *juncto num.* 7. ubi ſub-
dit, ei non deberi honorarium alioquin debi-
tum pro introitu novi Decurionis, & *Borell.*
loc. cit. num. 43. *verſ. ita ego.*

Et confert Decretum in viſitatione hujus Ci-
vitatis factum 9. *Maij* 1650. *ab Eminentiſſimo*
Card. Cybo tunc Legato à Latere Provinciæ Ro-
mandiolæ infrà in *Appendice pag.* 73. *num.* 13.
in quo demandatur, quod quotieſcumquè con-
41 tigerit reſervari filiis, aut aliis loca Conſilia-
riorum mortuorum, donèc pervenerint ad
ætatem viginti annorum, ex hac reſervatione
non intelligantur electi in Conſiliarios, ſed
cum pervenerint ad dictam ætatem viginti an-
norum debeant poni ad Scrutinium fabarum
albarum, & nigrarum de more pro electione
facienda, quod ad unguem ſervatur.

Cui diſpoſitioni Statutariæ non poteſt cenſe-
ri derogatum per Cardinalem Legatum, qui
juxtà præſcriptum Statuti particularis confir-
42 maverit talem electionem, dum ei narrata
non fuit minoritas, quia non cenſetur voluiſſe
diſpenſare circa ætatem, cujus nulla facta fuit
mentio, ſed ſolùm concedere confirmationem
requiſitam pro forma à Statuto, ut reſpondit
Rot. d. deciſ. 3. *num.* 21. *cum ſeqq.*

Imò ſi minor diſpenſaretur quoad acquiſi-
tionem, adhùc non cenſeretur diſpenſatus quo-
ad exercitium, & ſic non haberet votum in
43 Conſilio, nec in electionibus, ut notat *Piſa*
in tract. de Curia Piſana lib. 1. *cap.* 12. quem re-
fert, & ſequitur *Leo d. deciſ.* 51. *num.* 2. *Jo:*
Franc. de Ponte deciſ. 27. *num.* 15. *cum ſeqq.*

Admittuntur tamèn in ſubſidium deficienti-
44 bus majoribus (quod aliquandò evenire po-
teſt in parvis Oppidis) per *Text. in l.* 2. *C. qui*
ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. *Bart. in alle-*
gat l. 1. aliis relatis proſequitur *Narbon. d.*
quæſt. 67. *num.* 4. *Leo deciſ.* 51. *num.* 1. Nàm
in caſu neceſſitatis admittuntur etiam ij, qui
45 aliàs ſunt inhabiles, ut docet *Amaya in l.* 3.
num. 12. *C. de muner. & honor. lib.* 10.

Pro-

Digitized by Google

Prout etiàm quando per minores commo-
46 dius munera exerceri poſſunt, vel quando
minores ſcientia, & doctrina æquales ſunt
majoribus, ut proſequitur Narbon. loc. cit. eo-
dem num. 4. & firmavit Maſtrill. d. cap. 5. n. 74.
cum ſeqq.

F Ne oriatur abſurdum, quod aliquæ nume-
roſæ familiæ prævaleant in gubernio, & ad-
miniſtratione in præjudicium aliarum familia-
rum, ac libertatis ſententiarum, ſed æquali-
tas inter Cives honoris, ac munerum pari ju-
re capaces citra invidiam, & gratiam conſer-
vetur, præſcriptus fuit à Statuto numerus duo-
rum ex qualibet agnatione, quod laudat Caput.
47 de Regimin. Reip. lib. 1. cap. 3. num. 14. idem-
que ſancitum fuit per Pium IV. eſſe ſervandum
in Civitate Urbevetana, ut teſtatur Cobell. ad
Bullam Boni Regimin. cap. 31. num 85. ac ſimile
decretum emanaſſe à Duce Mediolani ſcribit
Lancellott. Corad. de Decurion. num. 20. verſ. cum
alias, & alia ſimilia Statuta reffert Hermannus
Hermes in faſcicul. Jur. public. cap. 31. num. 69.
verſ. Id niſi aliud Statuto, vel conſuetudine Da-
vid Mevius in Jus Lubecenſe lib. 1. tit. 1. art. 5.
num. 1. cum ſeqq. Quod etiàm prohibitum fuit
à Carlo VIII. Ludovico XII. & Henrico II. Gallia-
rum Regibus mediante lege particulari diſpo-
48 nente Patrem, & filium, vel duos fratres Se-
natoria dignitate in eodem conſeſſu ornari
non poſſe, neque duos ejuſdem familiæ, aut
arcta neceſſitudine conjunctos in Electorum
49 claſſem admitti, ut docent Langleus ſemeſtr.
lib. 7. cap. 3. plenè Mylerius in ſua hyparcholo-
gia cap. 6. num. 76. cum ſeq. ubi reffert idem
Statutum à Romanis, & Venetis, ac Hermes
ubi ſupra. Quæ Statuta, & conſuetudo atten-
50 denda ſunt per Text. in l. Item 6. ff. quod cu-
juſque Univerſit.

Ceſſante verò conſuetudine, vel Statuto de
Jure non prohibetur plures ex eadem familia
eodem tempore in Senatum aſſumi poſſe, ut
51 per Text. in l. prima ibique Cuiac. C. de mun. &
honor. non contin. lib. 10. tradit Hermes loc. cit.
num. 69. in princ. Caren. de offic. S. Inquiſit. tit. 8.
§. 4. num. 33. Et conſequentèr filius Patri, &
52 è converſo ſuffragium dare poteſt, quia tùnc
filius dat votum Patri non tanquàm filius; ſed
tanquàm Senator, ita Pater filio juxta Text. in
l. illud notandum 5. & l. Item eorum 6. ff. quod
cujuſque Univerſit. & docet Hermes loc. cit. ubi
53 ſubdit, quod in publicis ſicùt Patria poteſtas
non attenditur, ità multò minus alia minor
coniunctio Xamar. de Privil. Civitatis Barchino-
næ §. 20. num. 48.

G Congregatio Conſilij de jure ſpectat ad Gu-
bernatorem, & Superiorem Civitatis, ſeù
54 Terræ, & loci, ut probat Cobell. d. cap. 31.
num. 108. cum ſeq. Loſæus de jur. Univerſ. par. 1.
cap. 3. num. 67. cum ſeq. Guidopap. dec. 108.
ibiq; Adden. quod maximè procedit in Regno
55 Galliæ, ubi id prohibitum eſt ad evitandas
fraudes, machinationes, & tumultus, ut no-
tat Guidopap. ubi ſupra, & Boer. deciſ. 60. Con-
trarium tamen ſemper ſervatum fuit, & ſerva-
56 tur in hac noſtra Civitate, cum ad libitum
DD. Antianorum congregetur Conſilium ge-
nerale: Benè verum eſt, quod tàm ad illius,
quam reſolutionum ibidem captarum validita-
57 tem intervenire debet Illuſtriſſimus Guberna-
tor, vel ejus D. Locumtenentes, quatenùs in-
tervenire velit, tamèn abſque ejus præſentia
valent, ut diſponitur in Breve Leonis X. de quo
in Appendice pag. 7. num. 4. & firmat Loſæus d.
par. 1. cap. 3. num. 67.

H Omnes vocari debent ſono Campanæ, vel
tubæ, vel præconis voce juxtà conſuetudinem,
58 ut tradit Bart. in l. nominationem num. 1. C. de
Decurion. lib. 10. Loſæus de Jure Univerſit. par. 1.
d. cap. 3. num. 70. Donat. Anton. de Marin. in
addit. ad Reverter. deciſ. 388. num. 3. Gratian.
deciſ. 93. num. 19. Otero de Official. cap. 2. nu. 2.
par. 1. & cap. 8. num. 4. par. 2. Xammar. de Pri-
vileg. Civitatis Barchinonæ §. 20. num. 41. Rot.
coram Cerro deciſ. 450. num. 14. coram Bich.
dec. 165. num. 24. coram Buratt. deciſ. 573. n. 5.
in recent. deciſ. 62. num. 7. part. 14.

Et Congregatio, ſeù Conſilium faciendum
59 eſt in loco conſueto, aliàs electiones Officia-
lium, & reſolutiones erunt nullæ ut aliis rela-
tis firmat Otero de Officialib. cap. 2. num. 5. cum
ſeqq.

Advertendo, quod Conſiliarij abſentes ſi
non habent vocem (quod contingere poteſt,
quando adhùc non pervenerunt ad legitimam
60 ætatem) non ſunt vocandi, ſi verò habent
vocem, tunc ſubdiſtinguendum eſt: Aut enim
ſunt abſentes ex neceſſitate, aut ex voluntate;
61 Primò caſu iterùm ſubdiſtinguendum, aut ab-
ſunt ex culpa propria, utpotè quia propter de-
lictum fuerunt expulſi, & banniti à Civitate,
& eo caſu non ſunt vocandi; Aut ſine culpa, eo
quia propter Tyranni timorem, vel potentiam
partis contrariæ non audent accedere ad Civi-
tatem, tunc ſivè agatur de re gravi, ſivè de levi
debent vocari ad hoc, ut actus valeat; Quando
autèm abſunt ex mera voluntate, tùnc non
ſunt vocandi juxtà originalem diſtinctionem
Bart. in l. omnes populi num. 17. ff. de Juſt. &
Jure quam ſequitur Abb. in cap. cum omnes n. 7.
verſ. deſtinguæ de Conſtit. Cobell. ad Bullam Boni
Regim. cap. 31. num. 142.

Poſtquàm autèm fuerint vocati, ſi non in-
terfuerint etiàm ex cauſa infirmitatis, vel
alio legitimo impedimento, non poterunt tra-
62 dere ſuffragium mediante epiſtola, vel Pro-
curatore cap. quia propter quis juſto §. finali ibi
non poterit aliquatenùs per litteras de electione
in 6. Otero de Officialib. cap. 2. num. 28. Boer.
deciſ. 1. num. 41. Niſi Procurator admittatur
de voluntate Univerſitatis, & aliorum Conſi-
63 liariorum, ut cum Abb. & Bobadill. proſe-
quitur Otero eodem num. 28. verſ. Niſi.

I Sufficit duas partes Conſiliariorum, adeſſe
64 Bart. in d. l. nominationum eodem num. 1. Cod.
de Decurion. lib. 10. Xammar. de Privileg. Civi-
tatis Barchinonæ §. 20. n. 41. verſic. licet ſufficiat
Romaguer. in Addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub.
lib. 1. Rubric. 21. num. 16. & de Jure Canonico
ſuffi-

Digitized by Google

65 ſufficiunt præſentes, etiámſi non ſint duæ par-
tes, dùm omnes fuerunt vocati *cap. cum no-
bis 19. de elect.* quia abſentes ſe reddunt indi-
gnos, & jus Univerſitatis poteſt in uno ſolo re-
66 ſidere *cap. gratum de poſtulan.* ut docet *Creſp.
de Valdura obſervat.* 112. *num.* 5. ubi cum *Franc.
Marc. deciſ.* 785. ſubdit deſiderari duas partes,
67 quando non intervenit habens poteſtatem vo-
candi abſentes, vel inſtaret neceſſitas ob peri-
culum lapſus termini, vèl temporis ad nego-
tium expediendum, quod tradit etiam *Cobell.
ad Bullam Boni Regiminis cap.* 31. *num.* 139.
& 143.

Verùm ex diſpoſitione Decreti *Eminentiſſimi
Cardinalis Cybi* editi 9. Maij 1650. tempore ſuæ
Legationis in *Appendice pag.* 73. *num.* 12. ad
hoc ut dicatur Conſilium generale in ſufficienti
numero congregatum, requiritur præſentia
68 quadraginta Conſiliariorum, compræhenſis
Priore, & Antianis. Iſto enim caſu non requi-
ritur, quod omnes, qui deſcripti ſunt in albo
Conſiliariorum, interveniant pro validitate
actus, dùm eſt præfinitus numerus, ut docet
Cobell. d. cap. 31. *num.* 138.

K Civium unio, & Congregatio, qua median-
69 te conſtitutæ fuerunt Civitates, cum diſcor-
diam pariat, oportuit alicujus Dominantis
judicio gubernari, ſine quo impoſſibile eſt,
quod nec ulla Domus, nec Civitas, nec homi-
num univerſum genus, nec ipſæ Mundus ſtare
poſſit, ut ex *Proverb. Eccleſiaſt. cap.* 11. *n.* 14.
ibi *Ubi non eſt Gubernator, populus corruit &c.
Cicero de legib. lib.* 3. *Ariſtotil. politic. lib.* 7.
cap. 8. *Borcl. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 4.
cum ſeqq. & Tamburrin. de Jure Abbat. diſput. 1.
quæſit. 1. *num.* 1. *tom.* 2.

Circa qualitates autèm neceſſarias in Guber-
70 natore vide *Solorzan. de Jure Indiar. lib.* 4.
cap. 2. *& cap.* 9. *cum ſeqq. tom.* 2.

L Sufficit, quod major pars præſentium con-
ſentiat, quando pluribus data eſt facultas à le-
71 ge, vèl Statuto, nàm in majori parte repræ-
ſentatur totus ordo, & officium in ijs, quæ
ratione officij, & ordinis competunt pluribus,
ut univerſis, non uti ſingulis, quicquid ſit,
quando poteſtas conceſſa eſt ab homine *l. quod
major ff. ad municip. l. planè ff. quod cujuſque
Univerſit. nom. Otero de Officialib. part.* 1. *cap.* 4.
num. 2. ubi *num.* 4. ſubdit, niſi Statutum, vèl
conſuetudo diſponat majorem partem non ſuf-
72 ficere, ut diſtinguendo firmant *Gratian. d.
deciſ.* 93. *num.* 18. *ibiquè Scoppa Rot. cor. Bichio
allegata deciſ.* 165. *n.* 22. *cum ſeq. in rec. dec.* 69.
num. 1. *par.* 13. ubi de electione Conſiliarij.

Quod ſine difficultate procedit, attenta cla-
ra, & litterali diſpoſitione Statuti, per quam
ſublata eſt illa controverſia, an aggregatio ad
Collegium facta à majori parte contradicente
73 minori, valeat, de qua latè *Goff. conſ.* 51.
Franch. deciſ. 2. *de Luca in addition. ad cum Rota
coram Buratt. deciſ.* 573. *ibiquè Adden.*

Si autèm major pars ante electionem rece-
74 dat, petendo differri, adhuc electio ſubſe-
quentèr facta à minori parte valebit, non ob-
ſtante abſentia majoris partis, quando inſta-
bat terminus electionis eadem die; Secùs ſi
non inſtaret terminus electionis, ut diſtinguen-
do firmavit *Franc. Marc. deciſ.* 783. *Cobell. ad
Bullam Boni Regim. cap.* 31. *num.* 143.

M De ſimili *Statuto Forolivij* diſponente, quod
per Conſilium parvum, ſeù ſecretum priùs
75 examinentur ea, quæ proponenda erunt in
Conſilio generali vide *Eminentiſſimum de Luca de
præeminent. diſcurſ.* 31. *num.* 1.

Quod autèm deliberatio Conſilij valeat
etiàm ſi non appareat de propoſitione præce-
76 dente tenent *Roland. conſ.* 90. *num.* 13. *cum
duobus ſeqq. vol.* 1. *Xammar. de privileg. Civit.
Barchinonæ* §. 20. *num.* 50. Idque procedit,
quamvis Statutum diſponat, certam perſo-
77 nàm nempè Priorem, vèl alium de Univerſi-
tate proponere debere materiam decidendam,
cum ſufficiat, quod ex reſolutione capta conſtet
de voluntate Conſilij, ut reſpondit *Roland. ubi
ſupra Loſæus de Jure Univerſit. cap.* 3. *num.* 88.
& Xammar. loc. cit.

ADDIT. AD RUBR. I. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 AD componendas rixas, & diſcordias in-
ter Civitates eliguntur in Civitatibus
homines conſpicuorum natalium.

2 Pueri aſſumendi non ſunt in numerum Conſi-
liariorum Civitatis, & contraria conſuetu-
do tamquam corruptela eſt rejicienda.

3 Minores aſſumi poſſunt in numero Conſiliario-
rum Civitatis in ſubſidium.

4 Conſanguinei, & Affines an dare poſſint Su-
ffragium Conſanguineis, affinibus in Conſi-
lijs Civitatis adſcriptis.

5 Congregatio Conſilij ſpectat ad Rectorem Ci-
vitatis. Et quid ſi de facto congregetur in-
vito Superiore.

Num. 10. Eliguntur perſonæ ſummæ auctoritatis,
& conſpicuorum natalium in Civitatibus ad
1 componendas rixas, * & diſcordias inter Ci-
ves & etiam reſpondit *Rot. in Aſculana Nobili-
tatis Ordinis Conſularis* 27. *Junij* 1708. *coram
Reverendiſs. Molines* §. *Juriſdictio*, & in qua *de-
ciſione* plura doctè, & eruditè habentur circa ele
ctionem Conſiliariorum Civitatum.

Num. 35. Conſuetudo hujuſmodi cenſetur irre-
pſiſſe ex nimia Connivencia eorum, ad quos
2 ſpectat proſpicere publicis * rebus ſinentium
aſſumi pueros in Senatum & Conſiliarios,
quàm ex rationabili abbreviatione ætatis
certis limitibus circumſcripta, ideoque tan-
quam corruptela morum, & publicam utilita-

tem inficiens reputanda eſt pro invalida, ut meam doctrinam latiùs explicando tradit *D. Campell. ad Conſtit. Ducat. Urbini decret. 23. n. 89. cum ſeqq.*

Num. 45. Minores etiam in ſubſidium admittuntur *Campell. d. Decret. 23. n. 81. & duobus ſeq.* ubi dummodo non ſint pupilli.
3

Num. 46. Minores etiam admittuntur, quando per eos comodiùs, & utiliùs munus exerceri poteſt *Campell. ubi ſupra num. 84.*

Num. 52. Conſanguinei, & Affines an preſtare poſſint ſuffragium conjunctis in Conſilijs, * & alijs
4 Seſſionibus univerſitatum vide *Caſtellin, ad Banimenta Romandiolæ obſeru. 18. num. 25. verſ. Conſanguinei cum ſeqq.*

Num. 54. Congregatio Conſilij ſpectat ad Rectorem Civitatis, nec ſine ejus licentia * fas illud
5 coadunare *Campell. loc. cit. num. 113. cum ſeqq.* ubi *num. 115. & ſeqq.* ſubdit, quod ſi de facto Conſilium congregetur invito ſuperiore, ipſe debet reſiſtere, niſi ageret de porigenda quetela contra eum coram Principe.

De electione Antianorum.

RUBRICA SECUNDA.

STatuimus, & ordinamus, quod in dicta Civitate Faven. ſit, & eſſe debeat Officium Magnificorum Dominorum Antianorum (A) numero 48. Virorum, duodecim videlicèt per quolibet quarterio, prout hactenus obſervatum fuit, qui ſint de Conſilio Generali dictæ Civitatis. Et quod ſingulis annis in fine menſis Decembris fiant, & ordinentur per ultimam mutam Antianorum, qui reperientur ultimis duobus menſibus in dicto Antianatus officio, una cum aliis duobus Conſiliariis de quolibet quarterio vocandis per dictos D. Antianos ſex mutæ Dominorum Antianorum præſidentium pro tempore pro Communitate Faven. in quarum qualibet ſit unus Prior ex ſex Prioribus deputatis per generale Conſilium. Quarum quælibet duret, & durare debeat ſingulis duobus menſibus, (B) & in qualibet muta ſint, & ponantur duo de quolibet quarterio. (C) Et dictę mutę ſic ordinatæ deſcribantur per Scribas, ſeù alterum ex Scribis dictę Communitatis in ſex ballottis ceræ rubeæ ad rotundum revolutis, quæ ponantur in piſſide, ſeù buſſulo habente unam clavem manſuram apud Priorem Dominorum Antianorum pro tempore, & in fine cujuslibet bimeſtris fiat extractio ſorte (D) de mutis prædictis; in præſentia Magnifici Domini Gubernatoris dictæ Civitatis pro S. R. E. Qui Antiani pro tempore ſic extracti jurent (E) in manibus præfati D. Gubernatoris fidelitatem, & obedientiam pro Sede Apoſtolica, & de benè, juſtè, fidelitèr, & legalitèr exercendo eorum officium, & obſervan. pro eorum poſſe Statuta, & ordinamenta dictæ Civitatis, & faciendo utilia dictæ Communitatis, & ei inutilia prætermittendo. Quæ extractiones per tempora, & juramenta notentur per dictos Scribas, vèl alterum eorum in libro Reformationum dicti Communis. Et quod in principio libri dictarum Reformationum annotetur numerus diſtinctus per portas generalis Conſilij, & ſucceſivè DD. Antianorum immediatè poſt prohæmium, & titulum hujuſmodi libri per præfatos Scribas, vèl alterum eorum. Et ſi contigerit aliquem ex dictis prioribus deficere (F) tùnc alius eligatur per dictum Conſilium generale. Si verò contigerit aliquem ex dictis Antianis mori, quod tùnc per Conſilium generale loco ſic mortui eligatur (G) ad fabas albas, & nigras alius idoneus de eodem quarterio. Si verò contigerit aliquem ex prędictis Dominis Prioribus, & Antianis abſentari, (H) tali abſentia, quæ arbitrio Antianorum pro tempore requirat ſubrogationem loco ejus, quod tùnc ſubrogatio hujuſmodi (durante dicta abſentia) fiat per dictum generale Conſilium ad fabas albas, & nigras, & non alitèr, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 DEcurionatus Officium odioſum, & oneroſum erat apud antiquos.
2 Poſteà judicatum fuit nobile, & honorabile.
3 Decuriones Dignitatem, & honorem habere dicuntur, & totum populum, ſeù Civitatem repręſentant.
4 Quicquid à Decurionibus Civitatis geſtum eſt à toto populo geſtum cenſetur.
Decurionum Civitatum auctoritas, quænam ſit num. 4.
5 Magiſtratus Antiani, & Conſiliarij Civitatum ſucceſſerunt in locum antiquorum Decurionum.
6 Decuriones torqueri non poſſunt tàm durante, quam finito Officio, & quid de eorum filijs, & nepotibus.

7 An-

7 Antiani ſunt principales Civitatis Magiſtratus dicti quaſi *antes*, *&* *columnæ* oneri ipſius incumbentis.

8 In electione Antianorum, & Conſiliariorum Civitatis attendenda eſt eotum virtus, merita, nobilitas, prudentia, œconomica, facultates, & num. 9. & ſeqq.

9 Prudens dicitur, qui ſibi, & alijs poteſt benè providere.

Domum propriam gubernare neſcientes in Decurionum, & Conſiliariorum Civitatis numerum eligi non debent num. 9.

10 Ad Epiſcopatum promoveri non debet, qui propriam Domum gubernare neſcit.

11 Facultates, & diuitiæ requiruntur, ut functiones publicæ, munera, & officia exerceri poſſint cum decore.

12 Eligentes in Conſiliarios Civitatis non idoneos peccant mortalitèr, & tenentur ad refectionem damnorum.

13 Nobilitas ſine facultatibus ludibrio eſt, & eſt tanquàm fides ſine operibus, ac ut vulgo dicitur *una lanterna ſenza moccolo*, vel *è un impiccio*.

14 Nobilibus licitum non eſt incumbere artibus mecanicis.

Nobiles fodere non valent, & mendicare erubeſcunt num. 14.

15 Divitiæ refulgere faciunt nobilitatem, ejuſque decus augent.

16 Antiani, ſeù Conſiliarij Civitatis extracti ſubire coguntur munera illius, & publicas implere functiones, ac alia, de quibus ibi.

17 Antiani, ſeù Conſiliarij Civitatis extracti, quando excuſentur à ſubeundo munere remiſſivè.

18 Antianis Civitatis Faventiæ proviſio aſſignata fuit.

19 Antiani deficientes in debito ſervitio privantur pro rata temporis eorum proviſione, quæ accreſcit Priori, & alijs Antianis inſervientibus.

20 Antiani extracti inſervire omninò debent, nec excuſantur niſi ex cauſis declarandis à Gubernatore.

21 Antiani deficientes inſervire non poſſunt imbuſſolari, nec extrahi pro Officijs publicis, nec alios ad ea nominare.

22 Antiani exemptos ſi ſe prætendant à ſubeundo munere dùm fuerunt extracti appellare debent, alioquin electionem approbaſſe cenſentur, vide ibi.

23 Antiani, & Conſiliarij Civitatem totam repræſentant.

Antiani, & Conſiliarij Civitatem adminiſtrationem, & gubernium rerum publicarum habent, ac facere poſſunt omnia, quæ facere poteſt tota Civitas num. 23.

24 Adminiſtrator, & Gubernator verus Civitatis eſt Supremus Princeps.

25 Electio, & extractio Antianorum pro majori tempore, quàm bimeſtris, electio in totum erit nulla.

Utile per inutile vitiatur, quando à Statuto tradente formam electioni adiecta eſt clauſula annullativa num. 25. lim. num. 26.

27 Antiani prædeceſſores continuare debent, ſi novi Antiani non fuerunt extracti, vèl ob aliquod impedimentum non potuerunt adipiſci poſſeſſionem.

28 Civitas diviſa in quarterios, quodlibet quarterium gerit vices unius Civitatis. Vid. ibi.

Priorum numerus, & extractio num. 28.

29 Electio per ſortem cenſetur facta potiùs judicio Divino, quàm humano.

30 Electio per ſortem tollit contradictiones, & occaſiones inimicitiarum.

31 Electio per ſortem approbata ſæpiſſimè fuit.

32 Electionis per ſortem modus incognitus non fuit de Iure Romanorum.

33 Quæſtores ſorte eligebantur.

34 Præfectus Prætorio ſorte eligebatur.

35 In Judicijs deciſio per ſortem fieri poteſt.

36 Electio ad Regnum unius ex duobus gemellis fieri poteſt per ſortem.

37 Electio per ſortem admittitur ad tollenda ſemina diſcordiarum, & in caſu neceſſitatis.

38 Electio per ſortem improbata eſt non concurrente legitima cauſa, & quare.

39 Sors cadere ſolet potiùs in fatuos, quàm prudentes.

Fortunam tentare, ubi conſilio locus eſt, temerarium reputatur num. 39.

40 Electio per ſortem in diſtributione Dignitatum, & Officiorum ſæcularium permittitur, & num. 42. Declara num. 44.

Electio per ſortem in diſtributione Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum Eccleſiaſticorum non admittitur num. 40. lim. num. 41.

In electionibus ad Beneficia, Dignitates, & Officia Eccleſiaſtica ſervanda eſt forma tradita in *cap. quia propter de elect.* num. 40.

43 Electio per ſortem adverſari poteſt juſtitiæ diſtributivæ.

Officia conferenda ſunt ſecundum unius cuiuſque merita num. 43.

45 Electio per ſortem prohiberi poteſt à Principe, & quare.

Sortis judicium materia rèmiſſivè num. 45.

46 Electiones, & reſolutiones in Conſilio faciendæ ſunt per vota ſecreta, & per fabas albas, & nigras, non autèm viva voce, aliàs ſunt nullæ.

Fabæ albæ denotant vota favorabilia, nigræ verò contraria, quod etiàm eſt conforme ſtylo Græcorum num. 46.

Electio, ſeù ſuffragatio Conſiliariorum incepta una die an poſſit perfici die ſequenti, an de novo incoari num. 46. in fin.

47 Antiani extracti jurare debent fidelitatem, & alia; de quibus ibi.

48 Juramentum Antiani præſtare poſſunt etiam die feriata, & num. 49. Contrarium n. 51. Decl. ibidem.

49 Diſpoſitio *cap.* 1. *de ferijs*, quoad judicialia eſt de præcepto, ſed quoad extra judicialia eſt de Conſilio.

50 Officiales Urbis juramentum præſtant etiam
die feriata.
52 Dies Dominicus fuit primus dies ſæculi, &
eſt celebris ex variis, quæ in ea evenerunt,
de quibus ibi.
53 Antiani, ſeù Conſiliarii Civitatis infidelita-
tem abhorrere debent.
Antiani, ſeù Conſiliarii Civitatis ſecreta cu-
ſtodire debent, nedùm lingua, ſed etiàm
mente, & geſtis, alioquin graviter errant,
& turpitèr delinquunt, & tanquàm Patriæ
proditores puniendi ſunt, & quomodò n.53.
54 Revelant multi ſecreta aſpectu, vultu, &
aliquo geſtu.
55 Damna reſultantia ex propalatione eorum,
quæ in Conſilio dicta, & geſta ſunt recen-
ſentur.
56 Reſp. *Veneta* eſt ſymbolum prudentiæ, & ejus
ſecreta à Conſiliariis, & Senatoribus non
panduntur.
57 Taciturnitas eſt unicum remedium ne ſecreta
pandantur, alioquin ſecreta ad inſtar, undæ
maris, quæ ſemper creſcit, paulatim pro-
palantur.
58 Magiſtratus deficere non dicitur deficiente
uno, vel altero ex Antianis, & Conſiliariis.
Magiſtratus Civitatis reſidet in ijs, qui recipe-
iuntur, & remanent num. 58.
59 Electionis Antianorum, ſeù Conſiliariorum
in locum præmortuorum remiſſivè.
60 Conſiliarij abſentes vocari quando debeant
pro validitate actus.

OBSERVATIO.

A Decurionatus Officium apud antiquos
1 erat odioſum, & oneroſum, adeò ut in
albo non deſcriberentur niſi inviti, & velùt ſer-
vi cenſebantur; poſtmodùm verò judicatum
2 fuit nobile, & honorabile, cum Decuriones
tanquàm Primates Dignitatem, & honorem
habere dicantur, & uti totum populum ſeù Ci-
3 vitatem repreſentantes, quicquid ab illis ge-
ſtum eſt à toto populo geſtum cenſeatur, &
præſertim omnia Civitatis munera tractare,
4 pecuniam publicam exigere, & de ea ratio-
nes reddere, annonam curare, opera publica
tueri, locare, ac omnia alia adminiſtrationem
Civitatis reſpicientia peragere valeant, ut eru-
ditè comprobando docent *Amaya in tit. Cod. de
Decurion. Civit. lib. 10. num. 14. cum ſeqq. Gon-
zalez Tellez in Commentar. ad cap. Cum ſit 16.
num. 9. cum ſeqq. de Judæis*.
In locum illorum Decurionum ſucceſſerunt
5 Magiſtratus, ſeù Antiani, & Conſiliarij Civi-
tatum, ut tradunt *gloſ. in l. obſervare 2. verbo
Decurionibus C. de Decurion. lib. 10. Bart. in ea-
dem Rub. Cod. de Decurion. ubi etiam Amaya
num. 23. Neguſant. reſponſ.* 323. *num.* 25. qui
numeris ſeqq. examinant, an torqueri poſſint
tam durante, quàm finito officio, & quid de
6 eorum filiis, & nepotibus *Suarez allegat. 12.
num. 6. Borell. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 8. nu. 34.
Ala de Chriſtian. & Polit. Decurion. queſt. 1. cir-
ca med. Cohell. ad Bullam Boni Regim. cap. 31.
num. 10. Eminentiſs. de Luca de præeminent. diſ-
curſ. 30. num.* 5. Qui Antiani ſunt principales
7 Civitatis Magiſtratus dicti quaſi *antes, & co-
lumnæ*, oneri ipſius incumbentes, ut tradit
Marcus Mantua obſervat. legal. lib. 3. obſeru. 26.
In eorundem Antianorum, & Conſiliario-
rum electione præcipuè habenda eſt ratio, ne-
8 dùm eorum virtutis, meritorum nobilitatis,
prudentiæ, & œconomicæ adminiſtrationis,
nàm qui bonis propriis malè proſpexit, non
poteſt benè conſulere alienis, cum prudens di-
catur, qui ſibi, & aliis poteſt benè providere,
9 undè non debent admitti in ordinem Decurio-
num, qui propriam Domum gubernare neſci-
unt, ut docet *Ala d. tract. queſt. 9.* & plenè
comprobat *Mylerius in ſua hyperchologia cap. 6.
num.* 109. & circa promovendum ad Epiſcopa-
10 tum animadvertit *B. Paulus in ejus epiſtola pri-
ma ad Timotheum cap.* 3. ibi *ſi quis autem domi
ſuæ præeſſe neſcit quomodo Eccleſiæ Dei diligen-
tiam habebit* & relatis illis verbis *Beſoldi Conſi-
liariis utere iis, qui rebus propriis benè conſule-
runt, rectequè eas adminiſtrarunt, non autèm iis,
qui per imprudentiam malè*. Nàm *qui ſuis rebus
malè proſpexit nunquam alienis benè conſulet* do-
cet *Hippolytus à Collib. in ejus tract. inſcript.
Conſiliarius ſub num. 18. pag. mihi 656.*
Verùm etiam facultatum ad hoc, ut cum
11 decore functiones publicas implere poſſint ju-
xtà *Text. in l. Adſubeunda 45. C. de Decurion.
lib.* 10. & relatis omnibus prædictis qualitati-
bus docet *Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 1. Rubr. 6.
per tot. ubi num* 2. adductis concordantibus
etiàm firmat, quod eligentes non idoneos pec-
12 cant mortalitèr, & tenentur Univerſitati ad
reſtitutionem damnorum, quæ ei ex mala ele-
ctione provenerunt.
Nàm Nobilitas ſine facultatibus ludibrio eſt
13 itaut ægeſtate ſordentibus vita ſit ſupplicium,
mors verò ſolatium, & eſt tanquàm fides ſine
operibus, ut dicit *Sola in Commentar. ad Conſue-
tud. Sabaud. gloſ. 2. tit. de nominat. Baeza de
inop. debitor. cap. 16. num. 3. Jacobus de Collau-
tes, & Avellaveda comentar. Pragm. in favo-
rem rel frumentar. & agricolar. lib. 1. cap. 13.
ſub. num. 2. Kaipſchild. de fideicom. ſamil. Nobil.
cap. 7. num.* 11. Ac eſt ut vulgo dicitur *una lan-
terna ſenza moccolo*, vèl ut aibat vir doctus, &
prudens *è un fumo, che dà nell' occhi è fà pian-
gere*, vèl ut argutè dicebat *Scaramuccia* cele-
bris Hiſtrio, *è un' impiccio* cujus dicti poteſt eſſe
ratio, quia illis tùnc non eſt permiſſum incum-
14 bere artibus, & operibus mecanicis, ac ſer-
vilibus, quamùis neceſſitas ad id eos impel-
leret juxtà illa verba *Sacræ paginæ fodere non va-
leo, & mendicare erubeſco*.
Ultra quòd divitiæ tanquàm radij ſolares re-
15 fulgere faciunt nobilitatem, ejuſque decus
augent, & conſervant *Caſſan. in conſuetud. Bur-
gund. Rub. 4. §. 19. gloſ. 2. num.* 3. ut refert
*Ricc. deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part. 1.
deciſ. 216. num. 9. cum ſeq. Ramirez. de abſolu-
ta Princip. poteſt. ſeù de lege Regia §. 30. num. 2.*
in

Digitized by Google

in fine Khnipſchild. d. tract. cap. & loc. cit.
Poſtquam fuerunt electi, ac extracti cogun-
16 tur ſubire munera Civitatis, & publicas im-
plere functiones, & diligentèr ac aſſiduè rerum
publicarum adminiſtrationi vacare, Civitatis
jura indefeſſo ſtudio tueri, nec poſſunt à Civi-
tate abſquè Superioris licentia diſcedere *l. ſi
quis Magiſtratus ff. de mun. & honor.* & probat
Cabell. d. cap. 31. num. 100. cum ſeqq. & priùs
*cap. 19. num. 20. Amaya in tit. C. de Decurion.
num. 16. lib. 10. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 10. part. 1. num. 125.* latiſſimè *Milerius in
ſua hyparchologia cap. 6. num. 50. cum ſeq. Ote-
rus de Officialibus cap. 12. num. 1. cum ſeqq.* ubi
17 adducit quinam excuſentur.
Ad impellendos autem Antianos aſſiduitati
ſervitij *bo: me: Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus
D. Glorierius* in hac Provincia Romandiolæ de
anno 1594. Commiſſarius & Viſitator Apoſto-
18 licus poſtquàm illis aſſignavit proviſionem
retrahendam ex Notariatibus Illuſtriſſimorum
DD. Gubernatoris, & Prætoris, decrevit,
quod in caſu defectus alicujus Antiani abſquè
19 legitimo impedimento in debito ſervitio An-
tianatus, debeat de ſua portione detrahi pro
rata temporis, quod defecit, & applicari Prio-
ri, & Antianis inſervientibus, ut ex ejus *De-
creto infra in Appendice impreſſo pag. 21.*
Poſtmodùm *Eminentiſſimus D. Cardinalis Cy-
bus*, dum erat Legatus à Latere ejuſdem Pro-
vinciæ occaſione Viſitationis hujus Civitatis
ſub die 9. Maij 1650. mandavit, quod tàm Pri-
ores, quàm Antiani, qui extrahuntur ad Ma-
20 giſtratum gerendum, debeant omninò inſer-
vire, nec excuſentur niſi ratione infirmitatis,
abſentiæ ætatis ſeptuagenariæ, vel alterius le-
gitimæ cauſæ per Illuſtriſſimum D. Guberna-
torem etiam extrajudicialitèr declarandæ, aliàs
qui ſine aliqua ex dictis cauſis deficient, non
poſſint, nec debeant imburſolari, nec extrahi
21 pro Officijs publicis, & ſi fuerint imburſolati,
& extracti non poſſint habere, & retinere Offi-
cia, quæ ſibi obvenerint, nec minus alios ad
ea nominare, ut ex *Decreto infra in Appendice
pag. 72. num. 10.*
Qui autem prætendunt ſe exemptos ab hu-
juſmodi muneribus publicis ab electione, &
22 extractione debent appellare, alioquin ele-
ctionem approbaſſe cenſentur, ut docet *Fonta-
nell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 10. part. 1.
num. 128.* qui *num. 130.* advertit ſibi præjudi-
care ſolummodo pro illa vice, non autem in
futurum caſu quo denuò eligerentur.
Qui Antiani, & Conſiliarij Civitatem re-
præſentant, ac habent gubernium, & admini-
23 ſtrationem rerum publicarum, itaut facere
poſſint omnia ea, quæ facere valet tota Civi-
tas, ut per *Text. in l. municipibus ff. d. condit.
& demonſtrat. l. municipes ff. ad municipal.* fir-
mat *Spada conſ. 17. num. 1. vol. 1. Beſold. de ju-
re Univerſit. cap. 4. num. 2. Fragoſ. de Regim.
Reip. lib. 7. diſput 19. num. 1. tom. 1.* plenè *Knip-
ſchild de jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5.
cap. 1. num. 5. cum ſeqq.* Vetus tamen Admini-
ſtrator, & Gubernator eſt Supremus Princeps,
qui proindè poteſt quandocumque ſe intromit-
24 tere, & ordinare, ut in propoſito tradit *Ote-
rus de officialib. par. 9. cap. 9. num. 19.*
B Si Antiani extracti, ac electi fuerint pro ma-
jori tempore, quàm bimeſtris præfixi à Statu-
25 to, tunc electio in totum erit nulla, ac utile
per inutile vitiabitur, quando in Statuto tra-
dente formam electioni adiecta eſt clauſula an-
nullativa, ut reſpondit *Roman. conſ. 66.* quem
refert, & ſequitur *Fagnan. in cap. quia propter
num. 44. de elect. Oterus de official. cap. 7. nu. 9.*
& declarat *Altograd. contron. 43. n. 43. in fine cum
ſeq.* ubi *n. 47.* ſubdit, quod quandoquè etiam
26 non obſtante clauſula annullativa, utile per
inutile non vitiatur *vol. 1. Cabed. deciſ. 84. n. 6.
part. 2.*
Quod ſi elapſo bimeſtri novi Antiani non
fuerint extracti, vel ob aliquod impedimen-
27 tum non potuerint jurare, & adipiſci poſſeſ-
ſionem eorum muneris, & miniſterii, eo ca-
ſu continuare debent Antiani prædeceſſores,
ne adminiſtratio deficiat, ſeù remaneat in
ſuſpenſo, ut firmat *Fontanell. deciſ. 497. nn. 10.
& 11. part. 2.*
C Civitate in quarterijs diviſa, quodlibet quar-
28 terium gerit vices unius Civitatis, ut notat
*Giurb. ad conſuetud. Meſſanen. cap. 1. gloſſ. 2.
part. 1. num. 29.*
Advertendum, quod poſt editum Statu-
tum numerus Conſiliariorum auctus fuit; pro-
ut etiam ille Priorum ſub die 7. Aprilis 1570.
à *Cardinali Alexandro Sfortia* Civitatis Bono-
niæ, ac Provinciæ Romandiolæ, & Exarcatus
Ravennæ de Latere Legato decernendo duode-
cim eſſe debere, nempè ſex Doctores legum,
vel artis Medicinæ, tres Equites, & tres Ca-
pitanei, ac præſcribendo etiam modum ſer-
vandum in illorum extractione, ut ex *Decreto
in Appendice pag. 12.*
Advertendum etiam, quod ex determina-
tione Conſilij Generalis facta ſub die 17. Fe-
bruarij 1645. in extractione Antianorum am-
pliùs non ſervatur diviſio quarteriorum.
D Electio per ſortem ex aliquibus dignioribus
tamquàm facta potiùs judicio Divino quàm
29 humano, ut ex *Salamon. cap. 16. num. 33.* ibi
*Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino tempe-
rantur*, & uti tollens potentium contradictio-
30 nes, & occaſiones inimicitiarum, ut per eun-
dem *Salomonem Prover. cap. 18. n. 18.* ibi *Contradi-
ctiones comprimit. ſors, & inter potentes quoquè
31 dijudicat* ſæpiſſimè approbata fuit, ut liquet
ex *Sacra pagina in primo Reg. 10. de electione Sa-
muelis* ibi, *& cecidit ſors Tribus Beniamin., &
applicuit Tribum Beniamin., & Cognationes ejus,
& cecidit Cognatio Metri, & pervenit uſque ad
Saul filium Cis*, & *Act. 1. de electione Divi
Matthiæ* ibi, *& dederunt ſortes eis, & cecidit
ſors ſuper Matthiam*, qui modus de Jure Roma-
32 norum non fuit incognitus, ut ex *Livio l. 10.
decad. 3.* ibi *Cælium, cujus ante legati anno Quæ-
ſtores extra ſortem Senatus Conſulto opera uteban-
tur*, cum Quæſtores ſorte eligerentur, ut tra-
33 dit

Digitized by Google

33 dit *Alexandr ab Alexandr. dier. genial. lib. 2.*
cap. 2. ibique Tiraquell. litt. B. prout etiàm Præ-
34 fectus Prætorio, ut tradit idem *Alex. ab Alex.*
lib. 4. cap. 23. ad finem ibi, *qui cum per Sena-*
tum anteà eligeretur Auguſtus Cæſar habitam ſuf-
fragiorum ſuſpecto ſtatuit, ut Præfectus Præto-
rio de numero Prætorum ſorte eligeretur. Quod
etiàm ſervatur in judiciis *l. cum ambo 14.* ibi
35 *ſed cum ambo ad judicium provocant ſortes res*
diſcerni ſolet ff. de judic. & in *l. generaliter §. Quid*
ergo ff. de fideic. libert. & in l. 2. C. quando, &
à quibus quarta pars lib. 10. latiſſimè compro-
bando tradunt *Vela diſertat. 4. num. 78.* ubi de
electione ad Regnum unius ex duobus gemel-
36 lis *Matthæa de Regimin. Regni Valentiæ cap. 4.*
§. 1. num. 27. cum ſeqq. Solorzan. de Jure Indiar.
lib. 4. cap. 1. num. 15. tom. 2. Caput. de Regimin.
Reip. cap. 4. num. 14. cum ſeqq. Oterus de officia-
lib. part. 1. cap. 9. num. 1. cum ſeqq. Hermannus
Hermes in faſcicul. Jur. public. cap. 31. num. 73.
poſt med. ubi quod electio per ſortem admit-
37 tenda eſt ad diſcordiarum ſemina tollenda, &
quando temporum conditio, ac neceſſitas hoc
expoſcit, alioquin hujuſmodi modus impro-
38 batur, cum tantam rem ſorti, & fortunæ
committere eſſet Civitatem quaſi jactu aleæ
perdere, cum ſors ſæpiùs cadat potiùs in fa-
39 tuos, quàm prudentes, adeoque tentare for-
tunam, ubi Conſilij locus eſt, temerarium
reputatur.

Prædictus modus eligendi permittitur qui-
dem in diſtributione Dignitatum, & Officio-
40 rum ſæcularium, non autèm in electionibus
Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum Ec-
cleſiaſticorum, in quibus ſervanda eſt forma
præſcripta in *cap. quia propter de elect.* & cum
in eis major diligentia adhiberi debeat, ac
ſedulò, & ſeriatim ponderanda merita, & vir-
tutes Candidatorum, proindequè electio per
ſortes expreſsè prohibita fuit ab Honorio III. *in*
cap. final. in fine de ſortileg. cujus deciſionem egre-
giè examinata materia comprobat *ibidem Gon-*
zalez Tellez præſertim à num. 6. uſque in finem &
Barboſ. num. 1. cum ſeqq. ac num 5. in fine Oterus
loc. cit. num. 7. Garzia de benefic. part. 5. cap. 4.
num 204. Araux. deciſ. Moral. tit. de Statu Civil.
diſput. 3. art. 4. num. 19. & reſpondit *Rot. co-*
ram Duran. deciſ. 291. num. 36.

Dummodò tamèn non concurrat particula-
re Privilegium, ac Indultum Summi Pontificis
41 eligendi per ſortes ad Dignitates, Beneficia,
& Officia Eccleſiaſtica prout conceſſum fuiſſe
per Sixtum IV. & Leonem X. variis locis Hiſpa-
niarum teſtatur *Garz. ubi ſupra eodem nu. 205.*
in fine cum ſeqq.

Notandum, quod electio per ſortem ad offi-
cia ſæcularia, & Magiſtratus nedùm non ſit
prohibita de Jure Canonico, & Civili, ſed po-
42 tius in variis Regionibus adhiberi ſolet, ut cum
Tiraquell. de Jure Primogen. q. 17. opin. 1. n. 15.
tradit *doctiſſimus Manſi conſult. 6. num. 30. vol. 1.*
Adverſari tamèn poteſt legi naturali, & juſtitiæ
43 diſtributivæ volenti, quod ſecundum uniuſcu-
juſque merita conferenda ſint officia quotiès
per ſortem minus idoneus eligatur, ut advertit
Manſi: ubi ſupra; Undè conſultius eſt, quod etiàm
in Officiis ſæcularibus tota electio ſorti non
44 committatur, ſed ſolummodò ea cadat ſuper
illis, qui prævio prudentum virorum examine,
& ſuffragiis æque idonei, & pares judicati fue-
re, ut admonent *Leſs. de Juſt. & jur. lib. 2. cap.*
43. tit. de ſuperſtit. ſub num. 58. Suarez de Reli-
gion. tom. 1. lib. 3. cap. 12. pariter de ſuperſtit. ſub
nu. 15., ut eorum verbis tranſcriptis proſequi-
tur *Manſi: ubi ante num. 30. verſic. Conſulere cum*
duobus ſeqq., ubi concordantibus relatis ſubdit,
quod ideò à Principe mediante particulari le-
45 ge poteſt prohiberi electio Officiorum ſæcula-
rium per ſortes, cum indè plura poſſint emer-
gere abſurda, nempè quod in una, eademque
deputatione omnes ſortiantur inhabiles, vel
omnes ſanguine, amicitia, vel benevolentia
conjuncti, ac alia ſimilia in grave præjudicium
Communitatis, & optimè *Larrea dec. Granaten.*
45. à num. 31. uſque ad 35.

Cætera de ſortis judicio vide *Gibalin. de*
univerſ. rer. human. negotiat. lib. 4. cap. 9. ar. 8.,
Araux loc. cit. §. 1. cum ſeqq. de diviſione fa-
cienda per ſortes *Calà de reſtitut. in integr. min.*
deneg. quæſt. 45. n. 24. cum ſeqq. Beſold. conſ. 85.
lib. 2. Gizzarell. deciſ. 57. ibique *Adden.* de ele-
ctione Canonica vide *Fermoſin. de Offic., & Sac.*
Eccleſ. tom. 1. Rubr. de election. qu. 7. à num. 40.,
Lavor. Incubrat. tit. 4. cap. 20., & de electione
Coloni, dum Socii non concordant *Poſt. reſolut.*
70. num. 12.

Verus modus faciendi electiones à Commu-
nitatibus, & Univerſitatibus communiter re-
46 ceptus eſt ille per vota ſecreta, & non viva
voce, qui etiam eſt conformis diſpoſitioni no-
ſtri Statuti, ut in *Rubrica præcedenti*, & reſo-
lutioni *Sac. Conſultæ*, ut patet ex ſequenti Epi-
ſtola ſcripta *D. Gubernatori Faventiæ à bon. mem.*
Cardinali Rivarola de Latere Legato ibi -- *Coteſti*
Signori Anziani hanno hauuto ricorſo alla Sagra
Conſulta per ottenere, che nel Conſeglio non ſi paſ-
ſino partiti à viva voce, come pare, che ſi foſſe co-
minciato à introdurre, mà ſolo per voti ſecreti, e
perche la medema Conſulta hà approvata queſta ri-
ſoluzione, e ſcritto à me, che così facci eſeguire,
hò voluto dire à V. S., che non manchi di dar ordi-
ne, che per l'avvenire non ſi poſſino paſſare partiti
in coteſto Conſeglio, ſe non per Voti ſecreti, con
ſtabilire di più d'ordine mio, che chì contrafarà caſ-
chi in pena di quattro ſcudi per volta da farſeli pa-
gare ſubito, & applicarli a qualche luogo Pio del-
la Città. E tanto farà, che ſegua, con darmi av-
viſo; Che per fine me l'offero di cuore, e raccoman-
do. Ravenna 14. Decembre 1677.

Di V. S.

Come fratello affettionatiſſimo
Il Cardinal Rivarola.

Nec non alia Epiſtola Sac. Conſultæ ſcripta
D. Cardinali Legato à Latere Provinciæ Ro-
mandiolæ tenoris ſequentis.

Il-

Illuſtriſſimo, e Reverendiſs. Sig. mio Oſs.

Le Santità di Noſtro Signore, alla quale ha fatto ricorſo la Città di Faenza con l' alligato Memoriale ſupplicando per l' oſſervanza dello Statuto di detta Città in materia dell' elezione de Conſiglieri, e Capi Priori del Magiſtrato, reputando per honeſta la dimanda hà dato ordine alla Sac. Conſulta, che proveda per l'oſſervanza del detto Statuto, come potrà vedere V. S. Illuſtriſſima dal reſcritto di S. Santità poſt à tergo del medemo Memoriale, quale hò voluto mandare à lei, acciochè ſi degni ordinarne l' eſecuzione con far regiſtrare la preſente in quella Cancellaria, & à V. S. Illuſtriſſima bacio humilmente le mani. Di Roma li 5. Maggio 1621.

Di V. S. Illuſtriſs. e Rev.

Humiliſs. Serv.
Il Card. Ludouiſi.

Tenor verò prænarratarum precum, & reſcripti eſt, qui ſequitur.

Beatiſſimo Padre.

Per quiete, & pacifico ſtato della Città di Faenza proſtrata à Santiſſimi piedi di Voſtra Beatitudine ſi ſupplica humiliſſimamente à degnarſi di concedere per Breve Apoſtolico, che l' elezione delli Conſiglieri, e Capi Priori del Magiſtrato di detta Città non ſi poſſi fare, ſe non per Scrutinio ſecreto ad. fabas albas, & nigras conforme alla diſpoſizione del Statuto Faventino, per occorrere à diſordini, e ſcandali, quali ſeco porta l'elezione fatta violentemente, & in altra maniera, non oſtante l' ordine de Signori Superiori etiam Legati de Latere in contrario con clauſole irritanti, & che perpetuò poſſit dici de nullitate, che lo riconoſcerà per effetto dell' infinita pietà di V. B. Quam Deus &c.

Alla Conſulta, che s' oſſervi lo Statuto.

Vota verò ſecreta traduntur favorabilia mediantibus fabis albis, & contraria mediantibus nigris, qui ſtylus practicatus etiam fuit à Græcis in iudicijs ferendis, apud quos quoquè faba alba in ſortibus auſpicata fuit, & boni eventus, nigra verò mali, ut teſtatur *Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 3. cap. 5. circa med. verſ. Apud Græcos autem pag. mihi 294. inniſio lib. 4. cap. 11. pariter circa med. verſ. Græcis, et pleriſque gentibus pag. mihi* 504. Et ſi Scrutinium, ſeu ſuffragatio Conſiliariorum eligendorum cæpta fuerit una die, & non potuerit in illa terminari, an poſſit die ſequenti continuari, & perfici, an verò à principio denuò inchoari vide, *Barz. deciſ. Rotæ Bononien. 58. per tot.*

Antiani poſtquàm fuerint extracti jurare de-
47 bent fidelitatem, & obedientiam, ac de benè,
juſtè, & fidelitèr exercendo eorum officium, &
obſervando Statuta, & ordinamenta Civitatis,
ac de utilia faciendo, & inutilia prætermittendo, quod eſt conforme diſpoſitioni Juris communis per *Text. in §. Jusjurandum Aut. de defenſorib. Civit. Borell. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 14. num. 25. Franc. Marc. dec. 789. in fine, Guidopap. dec. 631. num. 26.*

Quod juramentum tanquàm extrajudiciale
48 validè præſtari poteſt die feriata, ut diſtin-
guendo inter juramentum judiciale, & extra-
judiciale tenent *Mancin. de juram. par. 2. cap. 17.*
quæſt. 3. Ciroch. diſtept. 53. num. 53. verſic. quia
adhuc Rot. coram Seraphin. dec. 782. num. 4. cum
ſeqq. repetita inter diverſ. dec. 777. par. 4. ubi
advertit, quod diſpoſitio *cap. 1. de feriis* quoad
49 judicialia eſt de præcepto, ſed quoad extraju-
dicialia eſt de Conſilio; concurrente præſertim
conſuetudine, per quam abrogata fuit diſpo-
ſitio *d. cap. 1. de feriis*, ut firmant *Maſtrill. de*
Magiſtrat. lib. 1. cap. 2. num. 51. ubi teſtatur de
conſuetudine totius Orbis, *Fontanell. de pact.*
Nuptial. clauſ. 4. gloſs. 10. par. 1. num. 120. cum
duobus ſeqq. Ciroch. ubi ſupra eodem num. 53. verſ.
vel contraria conſuetudine Rot. coram Seraphin.
loc. allegat. ſub num. 8. ubi notat id obſervari in
conſpectu Summi Pontificis, qui admittit ad
50 juramentum Officiales Urbis die ultima anni,
quamvis plerumque incidat in die Dominico,
idemque ſervatur à noſtro Conſilio, & Antianis.

Undè non eſt ſequenda opinio tenentium;
quod non poſſit præſtari in diebus feſtivis, pro-
51 ut voluit *Bott. conſ. 59. num. 28.*, & hoc eſſe de
jure verius doceat *Fontanell. loc. cit. n. 117. Ca-*
valcan. dec. 9. num. 31. par. 1. Vel ſaltèm in die
Dominico; ſecùs in aliis diebus, prout dixit
Gonzalez Tellez in d. cap. 1. n. 12. in fine de feriis
Barboſ. ibidem num. 1. & num. 2. auctoritatem
S. Auguſtini Sermon. 54. ac aliorum tradit diem
Dominicum, ideò Religioſa ſolemnitate San-
ctificari debere; quia ipſe dies Dominicus fuit
52 primus dies ſæculi, in eoque formata ſunt
elementa Mundi, & creati Angeli, in eo manna
in Eremo pluvit Dominus, & veterem Hebræo-
rum populum liberalitèr, ac mirificè paſcit, in
ea naſci dignatus eſt Dominus, in eo Stella
Magis refulſit, in eo Baptiſmum à Joanne in
Jordanum ſuſcepit, in eo ipſe pius Redemptor
humani generis ſpontè prò ſalute noſtra à mor-
tuis reſurrexit, in ipſo deſcendit de Cœlis ſuper
Apoſtolos Spiritus Sanctus *Guidopap. dec. 215.*
num. 15. qui licet loquatur de executione, atta-
men à DD. ad hunc propoſitum allegatur.

Juxtà formam prædicti juramenti abhorrere
debent infidelitatem, ſecreta Conſilii ſumma
Religione cuſtodiendo, cum ipſi à ſilentio, quod
53 in eis exigitur vocari Silentiarios ſcribit *Boſs. in*
prax. Crim. tit. de Carcer. fidejuſs. num. 31. Ma-
ſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 2. num. 116. nam
pandentes ea, quæ inibi tractantur graviter er-
rant, ac turpiter delinquunt, & tanquàm Patriæ
proditores puniendi ſunt ad *Text. in l. omnes de-*
lictum §. Exploratores ff. de re militar. Angel. in
l. Athletas §. Prævaricator ff. de poſtulan. Aven-
dan. de exequen. mandat. Reg. lib. 1. cap. 2. nu. 25.
Joan. Petrus Ala de Chriſtian., & politic. Decur.
quæſt. 26. circa princ., & quod committant cri-
men punibile pœna falſi facit *Text. in leg. obſer-*
vandum ff. de Offic. Præſid. Jo: de Platea in Rubr.
C. de Decurion. lib. 10. plenè *Capol. conſ. crim. 39.*
num. 26. cum ſeqq. proſequitur *Ala ubi ſupra*, &
poſſint ab ordine Conſiliariorum amoveri, ut
tradit *Lancellott. Corrad. de Decurion. num. 58.*

ac

ac pœna ultimi ſupplicii puniri *leg. ſi quis 38. §. Transfugæ ff. de pœnis, Mattheu de Regim. Regn. Valent. cap. 2. §. 2. ſub num.* 110. Imò nedùm lingua, ſed etiàm mente, & geſtis ſilere debent,
54 nàm multi Sermone quidem celant, aſpectu
verò vultu geſto, & facto aliquo revelant Decreta Conſilii, ut experientiâ comprobatur, & docet, *Mattheu ubi ſupra*.

Ex propalatione enim eorum, quæ in Conſilio diſcuſſa fuerunt, præter alia damna, quibus
55 afficitur Communitas multa occulta odia, &
inimicitiæ oriuntur, & impeditur, quominùs Conſiliarii eorum Sententiam liberè, ac ingenuè proferant, & ſic publica negocia privatis reſpectibus cedant, ut animadvertit, *Boſs. loc. cit. num. 30. in fine, & Ala ubi ſupra poſt princ.*

Quibus damnis, & periculis non ſubiacet Reſp. Veneta, cum ſit Simbolum prudentiæ, ut
56 acutè *Boccalinus*, notat occaſione diſcutiendi,
quænam præclarior lex politica vigeat in illa Rep. *in Reguagl. 5. in fine* -- ibi --*l'ultimo di tutti volle eſſere il dottiſſimo Ermolao Barbaro, il quale diſſe, che all'hora nelle Patrie libere introducevaſi la Tirannide, quando i ſecreti più importanti della Republica con pochi Senatori erano communicati, la preſtantiſſima libertà Veneziana, per fuggire di far naufragio in così pericoloſo ſcoglio communicava i ſecreti, e deliberava le faccende più importanti del ſuo Stato nel Supremo Magiſtrato del Pregadi numeroſo di più di ducento cinquanta Senatori, e che coſa li pareva degna di ſtupor grande, che la Republica Veneziana in così gran numero di Senatori trovaſſe quella ſecretezza, che con tante diligenze, e con tanti buoni trattamenti di liberaliſſimi doni i Principi molte volte in darno cercavano in un ſol Secretario in un pajo di Conſiglieri. All'hora la Sereniſſima libertà Veneziana poſò la mano ſopra la ſpalla del Barbaro, e così li diſſe, voi havete nominata quella pretioſa gioja, della quale Io tanto mi pregio, e per la quale merito di eſſere da ogn'uno invidiata, mercè che per ben governare li Stati non meno è neceſſaria la ſecretezza, che il buon Conſiglio*: Unicum autem remedium eſt rigoroſa taciturnitas, ne ſecreta pandantur, alioquin ſi uni ſoli etiam intrinſeco, & fide digno, ac ſub
57 ſigillo communicentur, paulatim, ut plurimum
propalantur ad inſtar undæ Maris, quæ ſemper creſcit.

F Deficiente uno, vèl altero ex Antianis non
58 dicitur deficere Magiſtratus, qui reſidet in jis,
qui reperiuntur, ac remanent, ut firmat *Fontanell. dec. 497. num. 10. par. 2.*

G Circa electionem aliorum in locum Antia-
59 norum demortuorum vide *ſupra ad Rub. 1. n. 21. cum ſeqq.*

H Conſiliarii autèm abſentes quando ſint vo-
60 candi pro validitate actus *vide ſupra in Obſerv. ad Rub. 1. num. 58. & ſeqq.*

ADDIT. AD RUBR. II. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 MAGISTRATUI ſeù Antianis iniunctum eſt dirigere reliquum Corpus.
2 Sors non continet aliquid mali, ſed in humana dubietate Divinam indicat voluntatem,
3 Sors ad cognoſcenda oculta eſt illicita, & ſuperſtitioſa.
4 Divinationis per ſortes materiam, remiſſivè.
5 De ſortibus divinatoriis tractantes.
6 Divinatio futurorum quando ſit ſuperſtitioſa, & renunciata, ac continens pactum implicitum.
7 Abiuratio pro qua ſuperſtitione impenſa.
8 Divinationis futurorum materiam tractantes vide ibi.
9 Zingaræ interrogari an poſſit de bona, vel mala fortuna, & an poſſint contra eas procedi per Inquiſitores, vel ſint tollerandæ, remiſſivè.
10 Electio per ſortem in Officiis ſæcularibus permittitur: ſecus in materia Eccleſiaſtica num. 11., & vide ibi & num. 13.
12 Et quid in Cęco.
14 De ſortis judicio, tractantes remiſſivè.
15 Conſiliarii ſecretum cuſtodire tenentur, & Conſiliarii revelantes ſecreta quas pœnas incurrunt.

Num. 23. Ad Magiſtratus ſeù Antianos velut ad caput ſpectat dirigere reliquum corpus, & mem-
1 bra ipſius, *Campell. in Conſtit. Ducat. Urbini decret. 23. num. 6. cum ſeq.*

Num. 29. Sors licet non ſit aliquid mali, ſed res in humana dubietate divinam indicans voluntatem, ut in *Cap. ſors non aliquid mali 26. qu. 2.*, & eruditè multa congerit *Cabaſſutius in notitia Concilior. cap. 1. verſ. recurſus pag. mihi* 8. quem refert *Card. de Albic. de inconſtant. in Fide cap. 32. num. 4.*

Nihilominus ſors illa, qua aliqui utuntur ad futura, ſeù occulta cognoſcenda ſemper illicita, & ſuperſtitioſa eſt, cum non deſerviat rei cognoſcendæ, ſed ſit medium improportionatum, & vanum, non carens tacita Dęmonis invocatione, ideò tàm à *Jure Divino*, quàm à *Canonico* improbata, ut in *Cap. ſi quis Epiſcopus, & Can. aliquanti, & Can. ſortes 26. eadem cauſ.*, & aliis relatis tradit, *Card. de Albic. ubi ſupra num. 5. ubi num. ſeq.* ſubdit, quod ideò non ſunt tollerandæ huiuſmodi ſortes.

Cętera de divinatione per ſortes vide *Bordon. in ejus manual. S. Officii ſect. 41.*

De ſortibus divinatoriis, conſultoriis, & di-
5 viſoriis * vide doctiſſimum *R. P. D. Dandinum de ſuſpectis de Hæreſi cap. 2. ſect. 4. ſub ſect. 1.*

De Divinatione futurorum quando ſit ſuperſtitioſa, & Dęmoniaca, & contineat pactum
6 implicitum, * vèl explicitum cum Dęmone, &
an ſufficiat pactum implicitum ad hoc ut cenſeatur ſuperſtitioſa vide *Pignatell. in ejus noviſſim. Conſult. impreſſ. Coſmopoli tom. 2. conſult. 90.*

cum

Google

tum duabus ſeqq. Et quatenùs omnis Divinatio
ſit ſuperſtitioſa, ex qua ſuperſtitione impona-
7 tur abiuratio * *d. conſult.* 90. Aliaque ad hanc
materiam ſpectantia ad Tribunal * Sanctæ In-
8 quiſitionis vide *Eundem conſult.* 72. 76. 94.

An, & quatenus licitum ſit interrogare Mu-
lieres Ægyptias vulgò Zingaras * de bona vel
9 mala fortuna per manus lineas: An, & quate-
nus Inquiſitores poſſint procedere contra ipſas
bonam, vèl malam fortunam divinantes: Et
an ſint tollendæ à Principibus Chriſtianis vide
eundem *Pignatell. conſult.* 98., & alia de Zin-
garis vide apud *Bonfin. Nepotem in ſupplet. ad
Banniment. General. cap. 62. num.* ... *Riccinll.
de perſonis quæ in ſtatu reprobo verſantur libr.* 8.
& infra *in Addit. ad Rubr. 56. num.3. cum duob.
ſeqq. lib, IV.*

Num. 40. Electio per ſortem in Officiis ſæculari-
10 bus permittitur * *Tiraquell. de Jure Primogen.
qu. 17. opin. prima ſub n. 15.verſic., ſed in ſacu-
laribus Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Statut.
Eugub. lib.1. Rub.6. n.26.cum duobus ſeqq.*& me
hic allegato dixit *Rot. in Majoricen.Beneficii 15.
Junii 1699.cor.R.P.D. Aaſaldo inter ejus impreſ.
dec.95. §. Quin ad tuendam, & in §. Palpabant.*

Secùs autem in materia Eccleſiaſtica, in qua
11 cum totum proveniat * à ſanguine, & Patri-
monio D. N. Jesu Christi, iura penitùs ab-
horrent committi ſortis inſaniẹ diſtributionem
ejuſdem patrimonii, ut concordantibus relatis
cenſuit *Rot. in d. Majoricen. Beneficii verſic. At
in materia, & in §. Palpabant; ſubdit tamèn in*
12 *§. Vixque dixit*, * quod vix forsàn iſto etiam
caſu admitti poſset prælectio cæco, ut dicunt
fato, & ideali fortunæ commiſſa, quotiès eli-
gere, vèl præſentare debentes prout animi
alacritate, & ſtudio perpendentes merita plu-
rium prætendentium hærerent circa gratifica-
tionem, & prælectionem, ſi Divino implorato
præſidio eadem prælectio demandaretur urnæ
revolutioni, ubi etiàm reffert *contrarium
ſentientes*.

Electio per ſortes in electione an, & quate-
13 nus admittatur * vide *Lavor. elucubrat. tit. 4.
cap. 20.*, ubi de electione in materia Eccleſia-
ſtica, & plura de ſorte.

Num. 45. *verſ. De ſortis judicio &c.* De ſortis ju-
14 dicio vide *Cabaſſutium in * notitia Concil. cap.1.*

Num. 50. Prout evenit de Anno 1702. me viden-
te uti uno ex Epiſcopis Aſſiſtentibus Summo
Pontifici.

Num. 53. De obligatione Conſiliariorum cuſto-
15 diendi ſecreta, * & de pœnis contra revelan-
tes vide *Muta in Pragmat. tit. 36.*

De Officio Scribarum Dominorum Antianorum, & Communis Faven.

RUBRICA TERTIA.

STatuimus, & ordinamus, quod ſingulis annis in fine fiat extractio de burſa Scribarum principalium dictæ Communitatis, videlicet de primo Cancellario, (A) proùt hactenùs obſervatum fuit. Et ultra primum Scribam ſic extrahendum, ſit & eſſe debeat alter Scriba qui ſit, & vocetur Coadiutor, & collega dicti primi Cancellarij, eligendus in dicto Conſilio generali, cujus Cancellarij, & Coadiutoris officium duret per unum annum tantum. (B) cujus tamèn Coadiutoris officium poſſit per Conſilium generale refirmari (C) ſingulis annis, & pro uno anno tantum pro qualiber vice; quæ tamèn electio, & refirmatio dicti Coadiutoris fieri, & proponi non poſſit in dicto generali Conſilio, niſi primo fuerit obtenta inter DD. Antianos, & Adiunctos, & perſona ſeù perſonæ dicti Coadiutoris proponenda, ſeù proponendæ ad huiuſmodi fuerint approbata, & approbatæ inter dictos DD. Antianos, & Adiunctos. Quorum ſalarium (D) videlicèt dicti primi Cancellarii ſit libr. ſex bonon. ſingulo menſe. Dicti verò Coadiutoris lib. 5. bonon. ſimilitèr quolibet menſe cum lucris, & emolumentis ſolitis, & conſuetis intèr eos æqualiter dividendis. Qui Scribæ ſimùl, & inſolidùm, & tàm conjunctim quàm diviſim habeant exercere eorum officium, & ſcribere, ac notare (E) omnia, & ſingula occurrentia in dicto eorum officio, & prætextu dicti officij, & maximè omnes electiones Rectorum, & Officialium dicti Communis; Ac omnes, & ſingulas reformationes, decreta, & ordinamenta in uno alio libro ſeparato dicti Conſilij, officij Antianorum, & Adiunctorum, & inſtrumenta quæcunque dictæ Communitatis, & generalitèr quoſcumque actus ad eorum officium pertinentes in uno libro ſibi à Communitate exhibendo. Et quod dicti Scribæ habeant à præfata Communitate ceram, chartam, & atramentum. Et quoniàm ſæpenumerò in dubium revocari contingit, an exercentes officia pro Communi Faven. ad illa fuerint legitimè electi, quod quandocumquè fiat electio de aliquo Officiali in aliquo Conſilio dictæ Civitatis, teneantur dicti Scribæ inſolidum ipſa die electionis celebratæ, vel ſequenti, aut ſaltèm infra decem dies ex debito ſui officij, & ſub infraſcripta pœna in uno alio libro, ſeu regiſtro diſtincto ſcribere nomina

omnium Officialium, qui fuerint electi, & pronomina, ac cognomina; Et illud idem fiat de nominibus, & ptonominibus eligentium, (F) declarando nomen, & qualitatem officij, ad quod electi fuerunt, & annum, & diem electionis factæ. Ita quod ſi de electione talis electi in dubium revocaretur, poſſit per oſtenſionem dicti libri talis dubietas removeri. Et quod quando ſcriptum fuerit inter Officiales in dicto libro, intelligatur fuiſſe Officialem dicti Communis Faventiæ, prout ipſius libri tenor declarabit. Et ipſi libro quantum ad prædicta adhibeatur plena fides. Et nullus cujuſcunque conditionis exiſtat, audeat, & præſumat opponere, vèl negare quìn Officialis in dicto libro ſcriptus ſit, vèl fuerit Officialis eo tempore, vèl ad id officium, quod liber ipſe demonſtrabat. Et ſi quis contrafecerit perſeverando (libro eidem oſtenſo) puniatur, & condemnetur Communi Faven. ipſo facto in libr. 25. bonon. Communi Faventiæ applican. Et quicunque negaverit aliquem, vèl aliquod exercentem officium in d. Civitate Faven. Officialem eſſe, vel fuiſſe, vèl poteſtatem habuiſſe dictū officium exercendi pœna ſimili puniatur. Et ſi prædicta Notarij Antianorum interſcribendo negligentes fuerint, vèl remiſſi, puniantur in libr. quinque bonon. ſine contradictione aliqua ab eis exigendis. Et teneantur etiàm ipſi Scribæ Antianorum, qui pro tempore fuerint, ſcribere in dicto libro electionem Dominorum Rectoris, & Poteſtatis, qui eligentur tempore, quo erunt Scribæ Antianorum, ſeù quo jurabunt dicti Domini Rector, & Poteſtas infra decem dies poſt juramentum ipſorum, & ponant in dicto libro juramenta dictorum Rectorum, & ipſorum Sociorum ſub dicta pœna, & tempora eorum introitus. Ac etiàm regiſtrate litteras Apoſtolicas, ſeù Brevia Apoſtolica, & alias litteras patentes quorumcunque Legatorum, Præſidentium Provinciæ Romandiolæ, & Gubernatorum, ſeù Locumtenentium dictæ Civitatis, & aliorum quorumcunque Officialium, ſeù Commiſſariorum, & Executorum. Et teneantur reducere ad memoriam Dominorum Antianorum, ſi quid proponeretur, quod eſſet contra Statuta, & Reformationes. Et ſi quis negaverit aliquem ex prædictis conſcriptis in dicto libro eſſe, vèl fuiſſe Rectorem, vèl Poteſtatem, vèl Officiales ipſorum condemnetur in quinquaginta libris bononien. proùt, & ſicùt ſupraſcriptum eſt. Verumtamèn ſi contingerit dictos Dominos Antianos non habere niſi unum Scribam, ſeù Cancellarium, ipſe talis Scriba teneatur, & debeat omnia adimplere, & facere, quæ ſupra de duobus Notariis Antianorum fit mentio, ſeù alio quocunque loquente de Notariis Antianorum, ſeù Reformationum Communis Faventiæ.

SUMMARIUM.

1 Cancellarij, ſeù Scribæ Civitatis officium eſt honeſtum, & magnificandum, & quare, & num. 2.

3 Cancellarius Civitatis FAVENTIÆ eligitur ad annum.

4 Confirmatio Officialis eſt contra jus commune.

5 Confirmatio Officialis Civitatis, ut valeat, conſentire debent omnes congregati in Conſilio.

6 Et ſi aliquis contradicat tùnc contradictio operatur ſi fiat in illo actu confirmationis, ſecùs ſi poſt.

7 Salarium Cancellarij Civitatis FAVENTIÆ eſt annuorum ſcutorum triginta ſex, & Subcancellarij ſcut. vigiuti ſeptem.

8 Salarij appellatione venit etiàm caro, panis, ſal, acetum, oleum, fænum &c.

9 Decreta, reſolutiones, contractus, ac omnia acta Magiſtratus, & Conſilij Civitatis regiſtrari debent ne pereant.

Cancellarius Civitatis regiſtrat omnia acta, decreta, & geſta per Conſilium, & Magiſtratum.

Cancellarius Populi Romani vocatur *Scriba* n. 9.

10 Libro Cancellarij Civitatis, in quo omnia acta, decreta, reſolutiones, & geſta per Conſilium, & Magiſtratum regiſtrantur plena fides præſtatur. Eo magis ſi liber ſit antiquus n. 11. Et agatur contra Subditos n. 12.

Libro Officialis à publico deputati plena fides adhibetur num. 10.

11 Maximè ſi ſit antiquus.

12 Et agatur contra Subditos.

13 Salarium Secretarij Civitatis Faventiæ eſt annuorum ſcutorum ſexaginta trium.

Secretarij Civitatis Faventiæ electio, & officium num. 13.

14 Cancellarij, & Secretarij exiſtimati ſemper ſummoperè fuerunt ab omnibus Nationibus.

Cancellarii, & Secretarii appellati fuerunt variis nominibus, de quibus num. 14.

15 Scribæ Reip. Venetæ ex ordine Nobilitatis ſumuntur.

16 Scribæ Clariſſimi appellantur num. 15.

17 Cancellarii, & Secretarii habentur pro Illuſtribus, & digni ſunt omni honore, & veneratione.

19 Nomina, & Cognomina Conſiliariorum deſcribenda ſunt per Cancellarium Civitatis pro validitate Decretorum, reſolutionum, & actorum illius circa res magni momenti. Contrarium num. 21. Decl. num. 20. Limit. num. 23.

20 Amplia procedere etiam in quovis actu quamvis minimo.

22 Conſiliariorum majorem partem interveniſſe in Conſilio ſemper præſumitur, & qui contrarium prætendit, probare debet.

24 Deſcriptioni Conſiliariorum factæ à Cancellario Civitatis ſtandum eſt, donec conſtet de contrario.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIO.

A EXtrahitur quotannis Cancellarius, ſeù
Scriba, cujus officium non ſolum eſt ho-
1 neſtum, ſed magnificiendum, cum ejus fidei
ſecreta Reip. committantur, ut conſtat ex *lib.*
Eccleſiaſt. cap. 10. ibi *in manu Dei poteſtas homi-*
nis, & ſuper faciem Scribæ imponet honorem
ſuum, ac ex *Cicer. in Verrem, & in oratione pro*
Domo, ac aliis rejecta contraria opinione eru-
ditiſſimè comprobat *Langlens Semeſtr. lib. 7.*
cap. 14. ubi etiàm firmat, pleroſque Senato-
res apud Romanos interdùm hoc munere fun-
2 ctos fuiſſe, & firmant infrà allegandi.
B Circa limitationem temporis unius anni vi-
3 de ſupra *Obſerv. ad Rub. 2. num. 25. & infra*
Obſerv. ad Rub. 5. ejuſdem lib. num. 59.
C Cum confirmatio Officialis tàm habentis,
quàm non habentis juriſdictionem ſit contra
4 jus commune, quia honores non ſunt conti-
nuandi ad *Text. in l. Divus ff. ad municip. §. Final.*
Auth. de defenſor. Civit. tradit *Cancer. var. re-*
ſol. part. 3. cap. 12. num. 156. cum duobus ſeqq.
& pleniſſime *Amaya in l. intervalla num. 1. cum*
ſeqq. C. de muner. & honor. lib. 10. proindè ad hoc,
ut ea valeat conſentire debent omnes congrega-
5 ti in Conſilio juxta ſingularem *Tex. in §. Quæ*
igitur circa finem, ibi *ſed uſque ad hoc ſolum ſtet*
tempus niſi cuncta Civitas reluctante nullo elege-
rit eum Auth. de deffenſor. Civit. Rip. de peſte tit.
de remed. ad conſervand. ubert. num. 21. Cobell.
ad Bull. Boni Regim. cap. 19. num. 51. Roman. ſin-
gular. 96. Cancer. variar. reſol. part. 3. cap. 12.
num. 160. Gratian. diſcept. 284. num. 15. verſ.
quibus adde cum ſeq. De Marin. in addit. ad Rever-
ter. decis. 388. num. 2. verſ. quamvis ſecus Franc.
decis. 2. num. 21. & pleniùs *decis. 609. per tot.*
Adverte tamèn, quod ut contradictio no-
6 ceat, neceſſe eſt, quod fiat in illo actu confir-
mationis, ſecùs autèm ſi poſt ut declarat *Jo:*
Vincent. de Anna alleg. 15. in fine De Marin. ad
Reverter. loc. cit. n. 2. in fine Franc. d. decis. 609.
num. 3.
D Salarium Cancellarij hujus Communitatis
7 hodiè eſt annuorum ſcutorum triginta ſex, &
Subcancellarij, ſeù Coadiutoris eſt ſcutorum
viginti ſeptem.
Sub nomine Salarij venit etiàm caro, panis,
8 ſal, acetum, oleum, fænum &c. ut notat *Amaya*
in l. unic. num. 76. de præbendo Salar. lib. 10.
E Memoria reſolutionum, decretorum, con-
tractuum, aliorumque actorum Conſilij, &
9 Magiſtratus periret, niſi in perpetuum conſer-
varentur mediante regiſtratione, quæ cum fie-
ri non valeat, nec deceat per aliquem ex An-
tianis, & Conſiliarijs, propterea ſtatutum fuit,
quod ad illud Miniſterium eligatur Officialis
ſub nomine Cancellarii, in Urbe verò ſub no-
mine Scribæ, ut in *Statuto lib. 3. cap.* 15. qui
omnia notet, ac in ſcriptis redigat in libro ad
10 talem effectum deſtinato, cui plena fides eſt
adhibenda, ut generalitèr de libro ſcripto ab
Officiali à publico deputato tradit *Bart. in l.*
quædam §. Numularios in fine ff. de eden. & in
ſpecie *Altograd. conſ. 97. num. 8n. vol. 2. Genua*
de ſcript. privata lib. 4. tit. de lib. Civitatis, vel
municipii Rot. coram recol. me. Cocein. decis. 1536.
num. 1. cum ſeq.
Et pleniſſima fides præſtatur, ſi libri ſint an-
tiqui, ut cum *Caball. caſ. deciſiv. 95. nu. 5n. vol. 2.*
notat *Genua d. tract. lib. 5. tit. de libris Commu-*
nitatum.
Quod indubitantèr procedit contra Subdi-
tos, ut advertit *Genua eod. tract. lib. 5. tit. de*
libris alicujus Magiſtratus, vel Senatus.
Vèl contra ipſam Communitatem, ut firma-
vit *Rot. cit. decis. 1536. num.* 3.
Præter Cancellarium, & illius Coadiutorem,
ſeù Subcancellarium eligitur etiàm per Conſi-
lium generale Secretarius cum annua proviſio-
13 ne ſcut. ſexaginta trium, cui incumbit onus
componendi, & ſcribendi Epiſtolas nedùm cre-
dentiales, officioſas, & commendatirias, ſed
etiàm negotia Communitatis concernentes, ut
de Secretario Conſervatorum Urbis diſponit il-
lius *Statutum lib. 3. cap.* 14.
Utrumquè ex prædictis duobus Officiis exer-
centes in ſumma exiſtimatione apud omnes
14 Nationes ſempèr habiti fuere tanquàm cuſto-
dientes Decreta, ſecreta, & arcana Principis,
& maximè apud Hæbreos, Grecos, Hetruſcos,
Venetos, & Romanos; & appellati fuerunt ali-
quandò Quæſtores, aliquandò Refferendarii,
Notarii, Magiſtri Scriniorum, Scriniarii, ex-
ceptores Principum, & primi à ſecretis, ut
cum *Sigon. Caſſiodor. Vopiſc. Luca de Pean. Ciriac.*
Vvolfang. Lazio. Petr. Gregor. Beleng. Guttherr.
Salmaſ. latè firmat *Amaya in l. ſi quis 34. n. 37.*
cum ſeqq. C. de Decurion. lib. 10. *Langl. loc. cit.*
Mylerius in ſua Hypareologia cap. 6. num. 31. ubi
teſtatur Scribas à Repub. Veneta ex ordine no-
bilitatis ſumi, quod conſonat cum auctori-
tate *Juſtiniani Imperatoris in Auth. ut fine pro-*
hibit. Matres &c. circa finem, ubi Scribæ appel-
15 lantur Clariſſimi, & noviſſime *D. meus Abbas*
Cæſar Mezamicus in ejus opere inſcripto *Il Se-*
16 *gretario Erudito in Epiſtola ad D. Lutium Sile-*
num pag. mihi 87. cujus fidei, & integritati ob
ejus ſingularem pietatem erga pauperes à plu-
ribus Summis Pontificibus diſtributio elæmo-
ſynarum per Urbem commiſſa fuit, quod Offi-
cium adhùc laudabilitèr exercet.
Cum autèm talitèr perfulgeant pro Illuſtri-
bus habentur, & omni honore digni tàm in
17 ſeſſione, quàm honorificentia, præcedentia,
& veneratione, ut docet *Purpurat. in l. 1. ff. de*
offic. ejus cui mandat. eſt juriſdictio Bellug. in Spec.
Princip. Rubr. 6. fol. 13. num. 17. ibique Borell.
& proſequitur *Amaya ubi ſupra num.* 41. Mu-
nus Secretarii noſtræ Civitatis tempore, quo
hæc ſcribebam glorioſè exercebatur à bo: me:
18 *D. meo Petro Maria Cavina*, qui ob ejus virtu-
tes, & de Patria, ac Rep. litteraria benemeri-
tus ſæpè à laudatis Viris laudatus fuit.
Pro validitate deliberationum Conſilii, ma-
ximè emanatarum circa actus magni ponderis
deſcribenda ſunt per Cancellarium nomina, &

19 cognominaCongregatorum,ut firmavit *Alex.*
conſ. 1. num. 3. vol. 4. Roland. conſ. 90. num. 21.
vol. 1. Cobell. ad Bullam Boni Regiminis cap. 32.
num.17. diſtinguendo tradit *Loſeus de Jure*
Univerſit. part. 2. cap. 1. num. 23. Rot. in rec. de-
ciſ. 447. num. 12. cum ſeq. part. 5. tom. 2.

Imò ſempèr conſulerem, quod in quovis
actu etiàm minimò deſcribantur nomina, &
20 cognomina Conſiliariorum, quamvis multi
teneant, quod talis deſcriptio ſolùm facienda
ſit in rebus ponderoſis, & maximi momenti,
ac in paucis Univerſitatibus, non verò in ma-
gnis, & multò numeroſis, ut relatis *Card. Za-*
barell. in cap. 1. de Syndica quæſt. 11. ubi quod
21 de Jure non probatur hæc deſcriptio nomi-
num *Caſtan. conſ. 75. Suarez. allegat. 14. verſ.*
ſecundo quia Franc. Mart. deciſ. 782. num. 9. ac
aliis tradit *Otero de Officialibus cap. 8. nu. 9.* ubi
cum ſeq. ſubdit in dubio ſempèr præſumi inter-
fuiſſe omnes, vel ſaltèm majorem partem Con-
22 ſiliariorum, & qui contrarium prætendit, pro-
bare debet concludentèr, idemque firmat *Natt.*
in addit. ad Alex. d. conſ. 1. ſub litt. A. verſ. de præ-
diis Romaguer. in Addit. ad Conciol. ad Statut.
Eugub. lib. 1. Rubr. 5. num. 5. ubi firmat, quod
ſufficit deſcribi nomina aliquorum principa-
lium, & demum ſubnecti, *& plures alii facien-*
tes majorem, & ſaniorem partem Univerſitatis.
Quod tamen non ſervatur in Civitate, & Ca-
23 ſtris ſuburbanis Barchinonæ, ubi de ſtylo No-
tarii, ſeù Cancellarii fidem faciunt, quod ma-
jor pàrs Decurionum in actu geſto, ſeu contra-
ctu intervenit, ut teſtatur *Xammar. de Privil.*
Barchinonæ §. 20. num. 37. cum ſeq.

Cui deſcriptioni factæ à Cancellario ſtan-
24 dum eſt, donec uſque conſtet de contrario, ut
dixit *Rot. in recent. deciſ. 164. num. 6. part. 17.*

ADDITIO AD RUBR. III. LIB. PRIMO.

S U M M A R I U M.

1 CAncellarius Magiſtratus regiſtrat omnes reſolutiones, & decreta Conſilij. Cancellarius Magiſtratus rogat omnes contractus Communitatis num. 1.

2 Cancellarii Magiſtratus, ſeù Communitatis libris plena fides adhibetur.

3 Singuli de Univerſitate debent deſcribi in actu alienationis faciendæ.

Num. 9. Cancellarius, Magiſtratus regiſtrat om-
nes reſolutiones, & decreta Conſilii, & rogat
1 omnes contractus Civitatis, ut etiam firmat
Campell. ad Conſtitut. Ducat. Urbin. 23. num. 70.
Num. 10. Ejuſque libris plena fides adhibetur,
2 *Campell. ubi ſupra.*
Num. 19. Singuli de Univerſitate debent deſcri-
3 bi in actu alienationis faciendæ *Gubb.* alios cu-
mulans *conſult. 5. num. 19.*

De auctoritate Officii Dominorum Antianorum.

RUBRICA QUARTA.

STATUIMUS, decernimus, & declaramus, quod Antiani Civitatis Faventiæ pro negociis, & occurrentiis Communitatis tractandis, debeant ſe congregare (A) quoties expedierit, & opus fuerit, & omnia Communitatis Faventiæ expedientia, & utilia (B) pertractare, conſulere, providere, & ordinare (C) pro pacifico ſtatu, & regimine Civitatis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, expenſaſque (D) neceſſarias, & utiles dictæ Communitati facere, & fieri facere. Sempèr tamèm cum partito inter eos obtento, non excedentes tamèn ſummam libr. decem bonon. Abindè verò ſupra pro hujuſmodi expenſis requiratur, & requiri debeat auctoritas Conſilii generalis, & tunc fiat, quod obtentum fuerit in dicto generali Conſilio. Non poſſint tamèn bona, jura dicti Communis donare, vendere, aut quovis titulo alienare, vèl obligare, (E) nec etiàm locare, (F) niſi Apothecas, & Domos dictæ Communitatis ſolitas locari, quas locare poſſint una cum Dominis Civibus adiunctis uſque ad triennium tantùm, & non ultra. Qui adiuncti ſint de generali Conſilio, quatuor, videlicèr pro qualibet porta eligendi, & deputandi per Dominos Antianos pro tempore. Poſſint tamèn dicti Domini Antiani ſolui mandare ſalaria (G) ordinaria Officialibus Communis de introitibus ejuſdem. Et non poſſint in dicto Conſilio proponere diverſas expenſas in eodem partito, ſed de unaquaque expenſa fiat diverſum, & ſingulare partitum. Poſſint tamèn durante eorum bimeſtri expendere libras decem bonenorum, ad eorum libitum pro una vice tantum, de introitibus Communitatis ad utilitatem dicti Communis, prout eis, & eorum conſcientiis videbitur. Nec etiàm poſſint præfati Antiani eligere aliquem ex eis ad aliquod officium, vèl in Oratorem ſine generalis Conſilii auctoritate. (H) Et non poſſint in jus vocari, (I) durante eorum officio, ad petitionem alicujus coram quocunque Judice, Officiali, vel Rectore in Civili cauſa, nec in criminali, niſi maleficium fu-

fuerit commiſſum cum armis, & ſanguine, vèl niſi pœna imponenda pro tali maleficio eſſet corporis afflictiva, & omnis citatio, actus, & Proceſſus alitèr factus ſit ipſo jure nullus. Interim tamèn inſtantia non currat. Et durante eorum officio poſſint impune arma (K) deferre cujuſcunque generis, & cum uno famulo, ſi eis placuerit. Et ſi quid factum deliberatum, & obtentum fuerit per, & inter Dominos Antianos, etiam cum adjunctis, quod ſit contra Statutum aliquod, vel Reformationem dictæ Communitatis ſit, & eſſe intelligatur ipſo jure irritum, & inane. Itèm non poſſint præfati Domini Antiani aliquid deliberare, vèl ordinare, etiàm litteras decernendo, vèl committendo, niſi collegialitèr ſint congregati in unum, & poſita inter eos parte, & obtenta intèr ipſos per ſuffragia fabarum, quodque Scribæ eorum non poſſint, nec debeant ſcribere, vèl exequi ordinationes, & deliberationes eorum alitèr facere ſub pœna privationis eorum officii, & eorum ſalarii.

SUMMARIUM.

1 Maior pars Collegij congregat in Collegijs ſæcularibus, dum non adeſt Rector.
2 Antiquior in adminiſtratione congregat in Collegijs Eccleſiaſticis.
3 Conſilium Civitatis Faventiæ congregatur abſque licentia Gubernatoris.
Antiani Civitatis Faventiæ congregantur quotidiè, & ad eorum libitum num.4.
4 Vtilitas publica, quæ dicatur remiſſive.
5 Magiſtratus muncipalis, ſeù Antiani Civitatis non habent merum imperium, ſed illud reſidet penes Gubernatorem, & Provinciæ Præſidem.
6 Antiani, ſeù Conſiliarij Civitatis expenſas facere non poſſunt præter deſcriptas in Tabella.
7 In Tabella aſſignari ſolet certa quantitas pecuniæ pro occurrentiis extraordinariis, quæ tamen non poteſt per Conſiliarios, ſeù Antianos expendi abſque urgenti neceſſitate per generale Conſilium, & per Gubernatorem approbanda, & dummodò moram non patiatur, & num.8.
8 *Congregatio Boni Regiminis* Pontificem repræſentat.
9 Communitati Faventiæ aſſignari ſolent in Tabella annua ſcuta 300. pro expenſis extraordinariis, quarum notulam tranſmittere tenetur Sac. Congregationi in fine anni.
10 Conſiliarij, ſeù Antiani Civitatis donare poterunt quid modicum Nuncio bonum Nuncium afferenti.
11 Modica ſumma dicitur uſq; ad duos aureos.
Reſp. donare poteſt aliquid arbitrio ſuo Nuncio bonum nuncium afferenti n. 10.
12 Conſiliarii, ſeù Antiani Civitatis expendere poterant in ludis, & ſcenis publicis. Declar. num.16.
Reſp. expendere poteſt in ludis, & ſcenis publicis. Decl. num. 16.
13 Feſtina, torneamenta, ac alia lætitiæ ſigna poſſunt fieri in ingreſſu Præſidis in Provincia.
14 Matronæ vocatæ à Principe ad fæſtina, & choreas accedere debent, quotiès non timeantur motus, & tactus obſcæni, alias ſecus. Vide num.15.
15 Honeſtatis jus violatur non ſolùm ob obſcænos actus, & tactus, verùm etiam quando per Principem inſtatur, ut Matronæ accedant ad fæſtina, & choreas abſque viri comitatu.
Choreæ, & ludi an, & quando prohiberi poſſint ab Epiſcopis ſub pœna excommunicationis num. 15.
Larvæ, ſeù Maſcheratæ materiam remiſſivæ num. 15.
Chorearum tripudiorum, & ſaltationum materiam tractantes remiſſivè num. 15.
17 *Congregatio Boni Regiminis* licentiam aliquandò conceſſit erogandi certam pecuniarum ſummam Communitatis pro conſtructione Theatri, & Scænarum, cum certis conditionibus, de quibus ibi.
Juvenes in Theatris, & Scænis exercentur ad publicas actiones, & indè excitantur ingenia num. 17.
18 *Congregatio Boni Regiminis* denegat Communitatibus licentiam erogandi pecuniam pro dandis ſignis lætitiæ occaſione promotionis ad Cardinalatum alicuius Concivis.
19 Innocentius xii. parſimoniæ, & frugalitati, ac moderationi luxus invigilabat prout invigilabat Innocentius xi. & num. 20.
Parſimonia, moderatio, & frugalitas landabilis eſt in Principe num. 19.
21 Aura popularis caducis, & inanibus votis quæritur, & negligenda eſt ab ijs, à quibus gravitas eſt colenda, & num. 22.
23 Sumptus exceſſivi, qui occaſione Conſulatus fiebant, ſublati fuerunt à *Marciano*, & poſteà moderati à *Juſtiniano*.
24 In alienatione bonorum, & rerum Communitatis, & Vniverſitatis requiruntur, ea de quibus ibi, & num. 28.
25 In alienatione bonorum, & rerum Communitatis non ſufficit Conſilium particulare, ſed requiritur generale, Ampl. num. 26. Decl. num. 27.
26 Maximè in alienatione, ſeù impoſitione Cenſus ex cauſa voluntaria, non neceſſaria.
27 Conſilium particulare Civitatis repræſentat aliquandò totum populum.
28 Licentia Principis requiritur in alienatione bonorum, & rerum Communitatis ſubditæ, quæ tamèn non ſupplet alias ſolemnitates num. 30.
Licentia *Congregationis Boni Regiminis* requiritur in alienatione bonorum, & rerum Communitatum Status Eccleſiaſtici tàm mediatè, quàm immediate ſubjectarum num. 28. cumulativè cum alijs ſolemnitatibus num. 30.

29 Le-

29 Legatus de Latere Bononiæ poteſt in Ditione Bononienſi concedere licentiam Communitatibus alienandi bona.

Legatus de Latere Bononiæ expedire poteſt ea omnia, quæ non reperiuntur ſpecialiter reſervata Pontifici num. 29.

31 Solemnitates requiruntur tàm in alienatione bonorum Civitatis, quàm Caſtri, Villæ, ac aliorum locorum.

32 In impoſitione Cenſus requiruntur eædem ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione bonorum Communitatis.

33 Cenſu per Communitatem impoſito an, & quando tam Communitas, quàm particulares teneantur, an verò quis ex eis, & quid ſi particulares illum impoſuerint pro ſervitio Communitatis, & num. 34. cum ſeqq.

34 Verſio pecuniæ ad Cenſum per Communitatem receptæ probari debet à Contrahente cum ea in cauſam expreſſam, alias Cenſus eſt nullus. Ampl. num. 36.

35 Maximè ſi conceſſa fuerit à *Congregatione Boni Regiminis* licentia imponendi Cenſum ad effectum extinguendi debita.

36 Verſione pecuniæ per Communitatem adCenſum receptæ ad effectum extinguendi debita in parte tantum probata, Cenſus in totum eſt nullus.

37 Particulares obligati, uti principales, & inſolidum non tenentur pro Cenſu impoſito à Communitate abſque ſolemnitatibus. Contrarium num. 38. Declara num. 39.

Verſione perCreditorem probata adhuc Communitas, quæ ſe obligavit abſque ſolemnitatibus, non tenetur num. 37.

40 Recognoſcens bonam fidem Cenſus nulliter impoſiti per Communitatem tenetur ad fructus ſaltem loco damnorum, & intereſſe, quando Communitas promiſit impoſitionem eſſe, & perpetuò fore bonam, & validam.

41 In locatione ad longum tempus bonorum Communitatis requiruntur ſolemnitates.

42 In donatione bonorum Communitatis requiruntur ſolemnitates.

43 In tranſactione, per quam ſequatur alienatio bonorum Communitatis requiruntur ſolemnitates.

44 Solemnitates in contractu requiſitæ ex lapſu temporis quando præſumantur.

45 Locatio rerum Communitatis ut valeat plura requiruntur, de quibus ibi remiſſivè.

46 Locationes rerum Communitatum fieri ſolent ad extinctionem candelæ, vel præviis ſchedulis ſigillatis.

47 Oblatores ut alliciantur ad augendum affictus in licitatione, & deliberatione rerum Communitatis eis offertur præmium pro ſumma augenda, quod nuncupatur *Salte*.

48 Salaria Officialium, & Miniſtrorum Communitatis deſcripta in Tabella non poſſunt augeri à Conſiliariis, & Antianis.

49 Decuriones, ſeu Antiani Civitatis ſalarium ex pecunia Reip. præſtare non poſſunt niſi conſulto, & jubente Principe. Limita n. 51. Decuriones Civitatis liberales eſſe ſolent de alieno num. 49.

50 Salaria conſtituere eſt de reſervatis Principi.

52 Civitates Status Eccleſiaſtici mittere non poſſunt Oratores ad Summum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam, nec ſumptibus publicis, nec privatis abſque licentia Summi Pontificis.

53 Magiſtratus majores dicuntur illi Officiales, & Magiſtratus habentes merum, & mixtum imperium, ac juriſdictionem.

54 Magiſtratus majores, ſeu Gubernatores, Judices &c. conveniri non poſſunt durante eorum Officio, & quare num. 56. Nec convenire num. 57. Limita num. 58. 59. 60. 61.

55 Conſervatores Urbis qui numerantur inter majores Magiſtratus, an poſſint conveniri.

62 Magiſtratus minores dicuntur, qui ſine imperio, aut poteſtate ſunt, & habent ſimplicem Juriſdictionem.

63 Magiſtratus municipales, & Defenſores Civitatum comprænhenduntur ſub minoribus Magiſtratibus,

64 Magiſtratus municipales vocantur infimi Magiſtratus.

65 Merum imperium reſidet penes Præſidem Provinciæ, non autem penes Magiſtratum municipalem.

66 Magiſtratus municipales, ſeù minores conveniri poſſunt durante eorum officio. Contrarium ex Urbanitate, quod non poſſint convenire, nec conveniri num. 67. Ampl. n. 68. limita quando concurrit reſcriptum Pontificis, quod conceditur ſalva perſona num. 69.

70 Arma Antiani Civitatis Faventiæ, ut deferre poſſint recurritur pro licentia ad Emum Cardinalem Legatum, vigore cujus expeditur per Magiſtratum bullectinus, de quo ibi.

OBSERVATIO.

A IN Collegiis ſæcularibus, quando non adeſt Rector, qui congreget, major pars Col-
1 legii poterit congregare; In Eccleſiaſticis verò Collegiis antiquior in adminiſtratione, non
2 ætate congregabit, ut cum *Felin. & Tiraquell.* tradit *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 1. cap. 414. num. 15. in fine cum ſeq.* Pro valida tamen Con-
3 gregatione noſtri Conſilii non requiritur licentia Illuſtriſſimi Gubernatoris, ut dictum fuit ſupra in *obſerv. ad Rubr. prim. lit. G.* eoque minùs pro convocatione, & pro Congregatione DD. Antianorum, cum eorum libito poſſint ſe congregare, & quotidiè ſe congregant in Palatio.

B Utilitas publica, quæ dicatur vide *Barboſ. in*
4 *l. 1. part. 7. ſub n. 4. verſ. His ita explicatis ff. ſolut. matrim.*

C Magiſtratus, ſeu Antiani non habent merum
5 imperium, ſed illud reſidet penes Gubernatorem, & Provinciæ Præſidem *Tondut. de pravent. cap. 8. num. 12. par. 2.*

D Inutile eſt examinare relevantiam facultatum An-

Antianis competentium tàm de Jure communi,
quam vigore noſtri Statuti circa expenſas fa-
ciendas, dum pro lege ſervanda eſt Constitu-
tio Clementis viii. *in Bullario in ordine la*
10. §. 6., & 8. prohibens fieri alias expenſas
6 præter deſcriptas in Tabella, in qua tamen ſo-
let aſſignari certa quantitas pecuniarum pro
occurrentiis variis ea lege ne expendantur abſ-
7 que urgenti neceſſitate per generale Conſilium,
& Gubernatorem loci approbanda, & prævia
cognitione, quod moram non patiatur, nec
poſſit expectari licentia *Sac. Congregationis Boni*
8 *Regiminis*, quæ Summi Pontificis perſonam
repræſentat, ut relata *reſolutione ejuſdem Sac.*
Congregationis docet *Cobell. ad d. Bullam Boni Re-*
giminis cap.20.nu.13. cum ſeqq. Et conſonat *De-*
cretum tàm Eminentiſſ. Cardinalis Cybi tunc de
Latere Legati in Viſitatione ſub die 9. Maii 1650.
infra in Appendice pag. 72. num. 1. quàm *aliud*
Eminentiſſimi Card. Aquavivæ pariter Legati à
Latere, ac emanatum occaſione Viſitationis ſub
die 16. Julii 1655. de quo infra *in Appendice*
pag.105. num. 7., & *aliud Decretum Eminentiſſi-*
mi Card. Gisberti Bortomai à Latere Legati occa-
ſione Viſitaionis ſub die 11. Octobris 1659. de quo
infrà in Appendice pag.102. num.3., & regulari-
ter noſtræ Comunitati ſolent aſſignari annua
9 ſcuta tercentum pro hujuſmodi urgentibus ex-
penſis, quarum notulam tranſmittere tenetur
Sacræ Congregationi in fine anni.

Alioquin ſi non obſtaret expreſſa diſpoſitio
Bullæ, & *reſolutiones Sacræ Congregationis*, po-
tuiſſent, quid modicum donare Nuntio bonum
10 nuntium afferenti, cum Reſp. ſimilibus Nun-
tiis in remunerationem publicæ letitiæ allatæ
aliquid arbitrio ſuo donare valeat, ut per *Text.*
in leg.1.C. publicæ letit. vel conſul. nuntiator &c.
lib. 12. tenet *Bart. in l. ambitioſa num.2. ff. de*
decret. ab Ordin. fac. Munoz de Eſcobar de ratioc.
cap.24. nu.21. cum ſeq. Zacch. de Salar. quæſt. 3.
nu. 15. Modica autem ſumma dicitur uſque ad
duos aureos *l. ſi quis affirmaverit §.fin. cum leg.*
11 *ſeq.* ibi — *idem uſque ad duos aureos ff. de dolo*
Menoch. de arbitrar. lib.2., caſ.125. nu.2. & pro-
ſequitur *Munoz ubi ante num.23.*

Sicuti etiàm potuiſſent expendere in ludis, &
ſcenis publicis, ut populus publica lætitia re-
12 crearetur, cum nulla Reſp. hoc genus expen-
ſarum rejecerit, imò illas permiſerit, ut latiſſi-
mè probant *Munoz. eodem tract. cap.25. n.38.* &
pleniùs *Cobell. ad Bullam Boni Reg. cap.40. §.15.*

Nec non in ingreſſu Præſidis potuiſſent fieri
feſtina, torneamenta, ac alia lætitiæ ſigna ad
13 *Text. in l. unic. C. de Majuma lib. 11. Leonard. in*
pract. offic. cap.3. num.12. relati per *Danz. in pu-*
gna Doctor. Tom. 1. tit. de offic. Præſid. num. 64.
Ad quæ feſtina, ſeù choræas non dedecet, Ma-
14 tronas ab honeſto Principe vocatas ad eas ac-
cedere, quoties non timeantur motus, & ta-
ctus obſceni, nam alioquin accedere non tenen-
tur *Bald. in l. quod ex liberta Cod. de oper. libert.*
Laudens de Princip. quæſt. 16. diſtinguendo fir-
mat *Ricciul. l. de perſon. quæ in ſtatu reprob. lib.7.*
cap.3. nu.1. ea ratione quia cum jus honeſtatis
ſit ab omni ſuperioritate exceptuatum, non
poſſunt cogi ſubditi ad illud violandum, ut fir-
mat *Bald. ubi ſupra*, & *Riccinll. loc. cit. num.2.*
Ægid. de privileg. honeſtatis art.1. nu.1. cum ſeq.
ubi poſt relatum antiquum morem, de quo in
Exod. cap.15., & *Reg. cap.6. lib. 2.* tripudiandi,
& ſaltandi feſtivis diebus pro majori gaudio,
ferventiorique gratiarum actione in communi
totius populi lætitia illæſo honeſtatis jure, tan-
dem pro reſolutione concludit, choræas fœmi-
narum, & tripudia licita, & honeſta ex ſe eſſe,
aliquando verò per accidens dehoneſtari, ut ſi
maſculus tripudiantem aſſociet, vel etiam ſi
ſola tripudiet, ſi corporis motu, geſtuque ità
ſe habeat, ut intuentium libidinem excitet: Jus
15 autem honeſtatis violari dicitur non ſolum
quia ob obſcenos motus, & tactus pudicitia
tentatur, verum etiam quia inſtatur, ut Ma-
trona accedat ad choreas abſque viri comitatu;
Undè ad removendam omnem ſuſpicionem
inolevit ſtylus invitandi Mulieres una cum vi-
ris, ut proſequitur *Ricciull. loc. cit. nu. 2. verſ.*
Jus autem cum ſeq. quod tamen deſervire poteſt
ad evitandum periculum caſtitatis, non hone-
ſtatis detrimentum, ut tenet *Ægid. ubi ſupra*
num.1. Alia de choræis, tripudiis, & ſaltatio-
nibus vide *infra Obſerv. ad Rubr. 2. lib. 7. Lagu-*
nez. de fructib. par.1. cap.34. §. Unic. Ricciull. d.
lib. 7. per tot., & *Boſs. moral. var. vol. 3. tit. de*
choræis inter mares, & Fœminas, ubi præter va-
rias reſolutiones in hac materia ſuper diverſis
dubiis tenet choræas ducere temporibus ab
Eccleſia ad pœnitentiam, & devotionem deſti-
natis malum, atque vitioſum eſſe, prout ſi fiant
in diebus Dominicis & aliis feſtivis, & quo-
tieſcunque timeri valet periculum peccandi,
poſſunt Epiſcopi ad morum correctionem, ad
peccata tollenda, & ad pietatem tuendam illas
quocunque tempore prohibere ſub pœna ex-
communicationis, & multò magis ultra me-
diam noctem carnis privii, ac in diebus Domi-
nicis, ac feſtivis, & aliis ad pœnitentiam de-
ſtinatis, *ac num.31. cum ſeqq.* reprobat *Nevizan.*
in Sylva Nuptial. lib.4. nu.66. cum ſeqq. contra-
rium ſentientem, prout etiam illum reprobat,
Menoch. de arbitrar. caſ.69. num.31., cum pluribus
ſeqq., & de Perſonatis, ſeu larvis vide *Cobell. ad*
Bullam Boni Regim. cap.40. num.54. verſic. ſupe-
reſt Borell. de Magiſtrat. Edict. cap.10. lib.3. Ric-
ciull. de perſonis, quæ in ſtatu reprobo lib. 6. No-
var. de gravamin. Vaſſall. tom. 1. gravam. 309.,
Polidor. Virgil. de invent. rerum cap.2. lib.5. Mar-
tinum Naurath. in addit. ad Hippolytum à Collibus
incrementa Urbium, ſivè de cauſis magnitudinis
Urbium cap. 19.

Prædictæ tamen expenſæ eſſent permiſſæ quo-
ties de tempore ludorum, & ſcenarum aliqua
16 major neceſſitas expendendi de publico non
immineret, veluti defenſio terminorum, re-
paratio murorum, vel à peſte præſervatio, vel
curatio, ut advertit *Munoz ubi ſupra d. cap. 25.*
num.39. & aliis relatis *Cobell. d. §.15. num.66.*

Aliquando *Sac. Congregatio Boni Regiminis*
conceſſit licentiam erogandi certam pecunia-
17 rum

Digitized by Google

17 tum ſummam Communitatis pro conſtructio-
ne Thæatri, & Scænarum, in quibus juvenes
poſſint ſe aliquando exercere in publicis actio-
nibus ad excitandum ingenia, adjectis tamen
tribus conditionibus, vid. ne verba inhoneſta,
& obſcena interſerantur, ne fiant actus illiciti,
& ne temporibus prohibitis celebrentur, ut te-
ſtatur ſe obtinuiſſe licentiam ſavore Communi-
tatis Urbis Veteris, & Viterbij *Cobell. cit.* §. 15.
num. 64. *cum ſeq.* ubi *num.* 66. ſubdit *Sac. Congre-
gationem* non eſſe ad hoc multum proclivem,
ſed ſingulari animadverſione ponderat ſtatum
Communitatis, an ſit ære alieno gravata, & an
aliis neceſſitatibus prematur, quibus cum ho-
diernis temporibus, omnes Communitates Sta-
tus Eccleſiaſtici reperiantur gravatæ, proindè
non poteſt ſperari, nec videtur petenda licentia
pro faciendis expenſis voluptuoſis, dum urgent
neceſſatiæ; & experientia id comprobavit, cum
Sac. Congregatio denegaverit licentiam Com-
munitati Peruſię errogandi pecuniam publicam
18 pro dandis ſignis lætitiæ ob exaltationem *Illu-
ſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Fæderici Ubaldi* ad
Cardinalatum cum aſſumptione Cognominis
Excellentiſſimæ Domus Columnæ, quod etiam
practicatum fuit cum Civitate Forolivij occa-
ſione Promotionis *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi
D. Auguſtini* ad Cardinalatum, ac in aliis, quod
ad unguem conſonat cum voluntate *Regnantis*
19 *Summi Pontificis* INNOCENTIJ XII. qui accurate
vigilans congruæ moderationi, & patrimoniæ
Ærarij Apoſtolici, qua ex omnibus lucris red-
ditibus, tributis, ac vectigalibus nullum hone-
ſtius, nullum juſtius eſt in Principe, ut volue-
runt *Scipio Amirat. diſertat. politic. in Tacit. lib.*
3. *cap.* 8. *fol. mihi* 84. ibi *egregium frugalitatis,
& temperantiæ bonum*, & latè exornat *Kloc. de
errar. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 42. *verſ. ut tandem cum
duobus ſeqq.* idemque ſervaverat *ſa. me.* INNO-
CENTIUS XI. qui ne dùm non permiſit errogari
pecuniam publicam in ſuperfluis, inutilibus, &
voluptuoſis expenſis, ſed ſingulari ſtudio me-
diante opera Concionatorum, Parochorum, ac
Confeſſorum invigilabat moderationi luxus,
20 præſertim circa veſtes mulierum Urbis de quo
infrà in *Obſern. ad Rub.* 27. *lib.* 7. nulla habita ra-
tione auræ popularis, quæ cum caducis, & ina-
21 nibus votis quæratur, ut ait *D. Ciprianus Epi-
ſtol.* 2. negligenda eſt ab iis, à quibus ſemper gra-
22 vitas eſt colenda, ut ſcribit *Caſſiodor. lib.* 1. *Epiſt.*
30. & docet *Senec. Epiſt.* 29. ibi *nunquam volui po-
pulo placere, namque Ego ſcio non probat populus,
quæ probat populus Ego neſcio &c.* qua ratione
motus *Marcianus* exceſſivos ſumptus, qui occa-
23 ſione Conſulatus fiebant, omninò munificentiā
abnegando, ſalubriter ſua *Conſtitutione* cohibuit,
ne homines re ſua abuterentur, quæ *Conſtitutio*
tamen correcta, & moderata deindè fuit per *Ju-
ſtinianum*, ut in *Auth. de Conſulib. novell.* 105. ut
docet *Amaya in l. final. cap.* 1. *ſub num.* 25. *cum
ſeq. C. de Decurion. lib.* 10.

E Ad validitatem alienationis bonorum, rerum,
& jurium Communitatis requiruntur ſolemni-
24 tates per *Leonem Imperatorem* præſcriptæ in *l.
ultima C. de vendend. reb. Civit. lib.* 11. nempè
primo interventus majoris partis Conſiliario-
rum; Secundo juramentum eorum quod cre-
dant utile Communitati; Tertio ſubhaſtatio;
Quarto Decretum Judicis, ut docent *Surdus
conſ.* 28. *num.* 82. *Menoch. conſ.* 80. *num.* 22. *Gra-
tian. diſcept.* 196. *num.* 11. *Capyc. latr. conſultat.*
150. *num.* 12. *cum ſeq. par.* 2. *Afflict. controv. cap.*
12. *num.* 1. *cum ſeqq. Hodiern. controv.* 43. *num.* 4.
Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 32. ubi addit
alia requiſita, & præſertim verſionem pecuniæ
in cauſam expræſſam eximius Iuris Conſultus
D. Pacion. de locat. cap. 7. *num.* 48. *Ludovic. deciſ.
Peruſin.* 94. *num.* 37. & latiſſimè omnia requiſita
reffert, & diſcurit doctiſſimus *Gobb.* poſt hæc
ſcripta viſus in *Conſultat.* 5. *num.* 1. *cum pluribus
ſeqq. Rot. coram Celſo deciſ.* 383. *num.* 2. *in rec. dec.*
447. *num.* 2. *cum ſeqq. par.* 5. *tom.* 2. *ubi num.* 7.
cum ſeq. adducit diſtinctionem circa alienatio-
nem rerum Univerſitatis ad uſum publicum de-
ſtinatatum, & rerum publicarum ad uſum pri-
vatorum deſtinstarum *deciſ.* 95. *nu.* 1. *cum duo-
bus ſeqq. & dec.* 193. paritèr *num.* 1. *par.* 14.

Advertendo, quod non ſufficit convocatio
25 Conſilii particularis, ſed requiritur Conſilium
generale *Gratian. diſcept.* 196. *num.* 1. *Rot. in re-
cent. deciſ.* 62. *n.* 3. *par.* 14.

Maximè, quando agitur de alienatione, vèl
impoſitione Cenſus ex cauſa voluntaria utilita-
26 tis, quæ ſperabatur, non neceſſaria, quo caſu
omnes de Univerſitate ſunt requirendi ut re-
ſpondit *Rota dicta deciſ.* 62. *num.* 4.

Quod tamèn non procedit, quandò viget
conſuetudo, quod Conſilium particulare rep-
27 preſentet totum populum in omnibus actibus
etiàm arduis, ut reſpondit *Rot. in rec. deciſ.* 164.
ſub num. 1. *cum ſeq. par.* 17.

Addi poteſt prædictis pro quinto requiſito
28 licentia Principis, quatenùs Univerſitas ſit ſub-
dita, quod maximè procedit in Statu Eccleſiaſti-
co ob expreſſam diſpoſitionem *Bullæ* tàm SIX-
TI V. *la* 42. §. 5. & 7. quàm CLEMENTIS VIII.
la 10. *de Bono Regimine* nuncupata, ut advertit
Cenc. de Cenſ. quæſt. 23. *num.* 16. *Capyc. latr. ubi
ſupra num.* 14. *Cobell. d. cap.* 32. *num.* 2. *cum ſeqq.
D. Pacion. loc. cit. Rot. in recent. deciſ.* 271. *num.* 2.
deciſ. 273. *num.* 4. *par.* 7. & *deciſ.* 48. *nu.* 1. *par.* 8.
& *deciſ.* 365. *num.* 1. *cum ſeq. juncto num.* 8. *par.* 15.
ubi tradit procedere in omnibus obligatio-
nibus contractis à Communitatibus tàm me-
diatè, quàm immediatè Sedi Apoſtolicæ ſub-
jectis.

Sufficit tamèn in Civitate, & Ditione Bono-
nienſi licentia Eminentiſſimi Cardinalis Legati,
29 attenta ejus ampliſſima facultate expediendi ea
omnia, quæ non reperiuntur ſpecialitèr reſer-
vata Summo Pontifici, comprobata ex invete-
rata obſervantia; ut reſpondit *Rot. in rec. deciſ.*
164. *num.* 10. *cum ſeq. par.* 17.

Advertendo, talem licentiam Principis non
30 ſupplere alias ſolemnitates, ſed cumulativè
omnes requiruntur *Cobell. ad d. Bullam Bon. Re-
gim. cap.* 23. *num.* 25. *D. Pacion. ubi ſupra Rot. d.
dec.* 95. *num.* 7.

Præ-

Digitized by Google

Præfatæ verò ſolemnitates requiruntur tàm
31 in alienatione facta à Civitate, quàm à Caſtro, Villa, & aliis locis, licet *Tex.* loquatur ſolum de Civitatibus; ut advertunt *Menoch. d. conſ. 80. num. 22. Capyc. latr. loc. cit. num. 53. cum ſeq. Hodiern. d. controv. 43. num. 6. Cohell. cit. cap. 32. num. 22. Rot. coram Celſo deciſ. 383. n. 3. in recent. d. deciſ. 95. pariter num. 3.*

Ac requiruntur etiàm in impoſitione Cenſus
32 *Cenc. d. quæſt. 23. num. 12. Rot. coram Celſ. d. dec. 383. in rec. deciſ. 95. & deciſ. 62. par. 14. dec. 193. num. 1. cum ſeq. par. 14.*

Quia quotidiè occurrit, multos deſiderare emptionem Cenſuum à Communitatibus, & Univerſitatibus tanquàm tutis, ſed timent contractum periculoſum tàm ob varias ſolemnitates requiſitas ad illius validitatem, quàm ob taxationem certi, & determinati intereſſe factam per Principem, quæ excedi non valet, proindè excogitant evitare iſta pericula, curando obligationem aliquorum ditiorum Univerſitatis, quamvis multotiès incidant in majora pericula, & damna; Ut autèm iſta quotidiana materia clariùs diſcutiatur, diſtinguendi ſunt ſequentes caſus.

Primus eſt, quando Creditor cum Communitate indigente pecunia tractatum habuit, &
33 cum ea convenit, ut pecunia in ejus beneficium converteretur, ſed ſecurius credens ſtipulari, voluit, quod non ipſa Communitas, ſed nonnulli particulares Cives ſe obligarent, ac ſi in eorum beneficium pecunia eſſet convertenda, tunc enim ſi illi particulares ad ſolvendum conventi tractatum præcedentem inter Creditorem & Univerſitatem probaverint moleſtari non poterunt, nàm tractatus cenſebitur repertus in ſubſequenti ſtipulatione facta cum particularibus ad *Text. in l. Titia 134. §. Idem reſpondit il primo ff. de verb. oblig.* diſtinguendo reſpondit *Donat. Anton. de Marin. reſolut. lib. 1. cap. 77. num. 2. verſ. Ad primum cum duobus ſeq. ibiquè Rodoer. num. 15. & idem de Marin. lib. 2. cap. 59. num. 1. verſ. Primus eſt. Io: Baptiſta Thoro in Compend. deciſ. par. prima in verbo Inſtrumentum certorum annuorum introituum verſ. ant enim ſi non expreſsè*, & ita deciſum fuiſſe per *Senatum Pedemontanum* teſtatur *Theſaur. qq. forenſ. lib. 1. qu. 1. à num. 3. cum ſeqq.* ubi firmat procedere, etiàmſi ex intervallo ſequuta ſit ſtipulatio cum particularibus.

Secundus caſus eſt, quando quis requiſitus contrahere cum Communitate, pecunia indigente, recuſavit, expreſsè declarando ſe nolle ab ea cenſum emere, & poſtmodùm ad ejus favorem impoſitus fuit cenſus ab aliquibus particularibus Civibus, qui pecuniam receptam deindè erogaruot in beneficium Communitatis, utiquè illi particulares obligati tenebuntur, ut tradit *Donat. Anton. de Marin. d. cap. 77. num. 5.* ubi etiam refert reſolutionem *Sac. Conſilii ibique Rodoer. num. 16. & cit. cap. 59. num. 2. Thor. loc. cit. in eodem verbo Inſtrumentum certorum annuorum introituum verſ. & tunc ſi tales obligati, & par. 3. in verbo Creditor. fol. mihi 252.*

Quod procedit etiàmſi ſciente creditore pecunia verſa ſit in utilitatem, & commodum Communitatis, ut reſpondit *Rota coram Priolo deciſ. 183. num. 2. verſ. Non obſtat cum tribus ſeqq.* quam ſequitur *Rodoer. in addit. ad Donat. Anton. de Marin. d. reſolut. 77. num. 13. verſ. Prædictæ cum ſeq.*

Tertius eſt, quando à principio conventum fuit, quod pro majori ſecuritate, & cautela cum Communitate in eodem inſtrumento Cives particulares ex ditioribus, & principalioribus inſolidum ſe obligarent, prout factum poſteà fuerit, & illo caſu diſtinguendum eſt inter contractum initum ſervatis omnibus ſolemnitatibus, tàm de jure communi, quàm ex diſpoſitione dd. *Conſtitutionum* Sixti V. & Clementis VIII. requiſitarum, & illum ſtipulatum abſquè debitis ſolemnitatibus; Nàm quotieſcunquè conſtet, tales ſolemnitates interveniſſe, nulli dubium eſt, contractum ſuſtineri tàm quoad Communitatem, quàm quoad particulares obligatos, quod eſſe indubitabile reſpondit *Donat. Anton. de Marin. d. cap. 59. num. 3. cum ſeq.*

Dumodò tamèn concurrat probatio verſio-
34 nis pecuniæ in cauſam expreſſam, de qua contrahens cum Communitate debet eſſe ſollicitus, ut cumulatis concordantibus docet *Cohell. ad Bullam Boni Regim. d. cap. 32. num. 44. & cum ſeq.*

Quod ſine difficultate procedit, quando à *Summo Pontifice* ſeù *Sac. Congregatione* conceſſa fuit juxtà ſolitum facultas deveniendi ad impo-
35 ſitionem ad effectum mediante pecunia ex illius venditione retrahenda extinguendi debita, ut reſpondit *Rot. in rec. deciſ. 162. num. 5. deciſ. 407. num. 1. cum duobus ſeqq. par. 14. deciſ. 104. num. 2. cum duobus ſeqq. par. 16.* Maximè quando adjecta fuit clauſula *nec alio modo*, ut ex *dd. deciſ. mox allegatis*.

Imò etiamſi pro parte doceatur de verſione, adhùc contractus cenſus erit in totum nullus,
36 itaut nec pro quantitate erogata ſuſtineatur ratione individuitatis decreti, & licentiæ Congregationis, ut reſpondit *Rot. d. deciſ. 162. n. 14.*

Si autèm non intervenerunt ſolemnitates neceſſariæ, tùnc non ſolum non ſuſtinetur cenſus
37 quoad Communitatem, quamvis conſtaret de verſione in utilitatem Communitatis, reſiſtente diſpoſitione d. *Bullæ* Sixti V. *la 42. §. 7.* ibi *etiamſi id errore, quod geſtum eſt in eorum utilitatem verſum eſſe conſtiterit, ullo modo aut obligationis, vel juramenti vinculo teneri*, quod tetigit *Rot. in rec. deciſ. 365. num. 10. & 11. part. 15.* ſed nec etiam quoad particulares uti principales, & inſolidum obligatos, ut reſpondit *Rot. in rec. deciſ. 95. num. 8. cum duobus ſeqq. par. 14.* Contrariam tamen quoad parti-
38 culares tenent *Spad. conſ. 272. num. 4. vol. 2. Gratian. diſcept. 222. num. 21. Afflict. controv. jur. cap. 12. num. 4. cum ſeqq. Cenſal. deciſ. 38 num. 18.* & reſpondit *Rota in Romana Cenſus 26. Martii 1677. coram Reverendiſſimo Bourlemont. §. Sivè etiam.*

Quam ſecundam opinionem crederem poſſe
procedere ad effectum condemnandi particula-
39 res ad ſortem,& fructus loco damnorum,& in-
tereſſe,quando ſe obligarunt pro validitate cen-
ſus, ut in caſu d.*deciſionis in Romana Cenſus* 26.
Martii ſub §. *Ceſſavit*.

Quartus poteſt addi caſus, quando Com-
munitas licet nullitèr impoſuerit Cenſum, tà-
40 mèn promiſit impoſitionem, & venditionem
illius eſſe, & perpetuò fore bonas, & validas,
& in eventum contrarii de evictione tàm gene-
tali, quàm particulari teneri voluit, & ſucceſ-
ſivè tertius cum obligatione Camerali reco-
gnovit bonam fidem impoſitionis, & venditio-
nis, tùnc enim recognoſcens bonam fidem te-
netur ad fructus ſaltèm loco damnorum, & in-
tereſſe etiam in caſu nullitaris cenſus, quam-
vis expreſsè in Inſtrumenro regognitionis bo-
næ fidei non ſe obligaverir in caſu nullitatis,
quia ob talem recognitionem cenſetur ratifi-
caſſe omnia, quæ in inſtrumento impoſitionis
continentur, & conſequenter ſe obligaſſe etiam
in caſu nullitatis Cenſus, ut reſpondit *Rot. in
rec. deciſ.* 49. 271. & 273. *par*. 7. *ac deciſ.* 48.
par. 8. *in Romana Cenſus* 26. *Martii* 1677. *coram
Reverendiſſimo Bourlemont* §. *Dixit Rot. juncto* §.
Ceſſavit etiam.

Requiruntur etiàm ſupra recenſitæ ſolemni-
tates in locatione bonorum Communiratis ad
41 longum tempus *Pacion. de locat. cap.* 7. *nu.* 49.
Necnon in diviſione *Surd. conſ.* 28. *nu.* 83. *Ho-
diern. controv.* 43. *num.* 5.

42 Item in donatione *Surd. d. conſ.* 28. *num.* 84.
Hodiern. eadem contr. 43. *num.* 5. licet adducan-
tut variæ opiniones per *Rot. in rec. d. deciſ.*447.
num. 1. *cum ſeqq. par.* 5. *tom.* 2.

Prout etiam in tranſactione, per quam ſequi
43 poſſit alienatio *Surd. loc. cit. num.* 85. *Afflict.
allegat. controv.* 12. *num.* 5. circa quod viden-
dus *Valleron. de tranſact. tit.*4. *quæſt.*3. qui egre-
giè materiam diſcutit.

Quando autèm ſolemnitates requiſitæ ex la-
44 pſu temporis præſumantur, videatur *Hodiern.
d. controv.* 43. *num.* 15. *verſ. & quamvis cum
ſeqq.*

F Plura requiruntur ad validitatem locationis
45 rerum Communitatum, de quibus latè per
Cobell. ad Bullam Boni Regiminis cap. 46. *& in
eadem Bulla* Clementis VIII. *la* 10. §. 17.

Notandum eſt, quod cum locationes rerum
Communitatum fieri ſoleant ad extinctionem
46 candelæ, præviis ſchedulis ſigillatis, ut earum
allictus augeatur, inventa eſt cautela ad alicien-
dos Oblatores, nempè, vel ut certum præ-
47 tium, ſeu penſio, ut puta mille proponatur,
addito, quod is, qui plus obtulerit, conſe-
quatur certum quid pro quolibet aureo per
ipſum aucto; vel qui obtulerit uſquè ad cer-
tam ſummam taxatam lucretur centum aureos,
aut aliam ſimilem ſummam, quæ avantaggia,
ſeu præmia dare poſſunt Adminiſtratores red-
dituum Univerſitatum in remunerationem la-
boris, & periculi, cui exponitur conductor,
& licitator, quando id expedit pro communi
utilitate ut multiplicicitas Oblatorum augea-
tur, docet *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 29. *num.* 93.
cum ſeqq. qui teſtatur de ſtylo Genuæ, Bono-
niæ, & Maceratæ *Larrea allegat. fiſcal. par.* 1.
allegat. 29. *num.* 1. *cum ſeq. Altolin. reſolut.* 63.
num. 1. *cum ſeqq.* ubi plures concordantes cu-
mulat, quod etiam ſervatur in toto Statu Ec-
cleſiaſtico, & nuncupantur *ſalve*, ac approba-
tur à *Sac. Congregatione Boni Regiminis*.

G Quæ dicta ſunt de limitata facultate Conſi-
lii, & Antianorum circa expenſas, procedunt
48 quoque reſpectu Salariorum, in quorum ſolu-
tione non poteſt excedi quantitas taxata à *Sac.
Congregatione* in Tabella, ut diſponitur in dicta
Bulla Boni Regiminis §.15. quod convenit diſpo-
ſitioni Juris communis, cum Decuriones, ſeù
Antiani non poſſint de pecunia Reip. Salarium
49 præſtare, niſi conſulto, & jubente Principe;
tùm quia facile Reſp. damno afficeretur, ſi De-
curionibus liceret Salaria conſtituere, quo-
niàm de alieno ſempèr ſolent eſſe liberales, ut
determinatum fuit per *Imperatorem Conſtanti-
num in l. unic. C. de præbend. Salar. lib.* 10. *ibi-
què* comprobat *Amaya num.* 15. *cum ſeq.* Tum
etiam quia conſtituere Salaria eſt de reſervatis
50 ipſi Principi *d. l. unic. eod. tit. C. de præbend.
Salar. Zacch. de Salar. quæſt.* 3. *num.* 8. *cum duo-
bus ſeqq.* ubi *num.* 17. *verſ. At ratio cum duobus
ſeqq.* limitat primo quotieſcunque concurrat
51 juſta cauſa, ac conſtitutio Salarii non excedat
ſummam dari ſolitam ſimilibus perſonis, con-
ſiderata illarum qualitate; & ſecundo ſi ſemèl
à Principe Salarium fuiſſet aſſignatum in eadem
ſumma, vel ſi à tempore immemorabili, ſeu
etiàm per ſpatium decem annorum abſque li-
centia Principis præſtitum fuiſſet, & concor-
dantes allegat.

H Concurrente etiàm Conſilii generalis au-
52 ctoritate non poſſunt eligere, & mittere Ora-
tores, ſeù Legatos ad Pontificem, & Sedem
Apoſtolicam ſumptibus publicis, imò nec pri-
vatis abſquè licentia Summi Pontificis non ob-
ſtante quavis cauſa etiam urgentiſſima, ut diſ-
ponitur in *Bulla* Sixti V. *la* 42. §.8. *cum ſeqq.
in Bullar. novo tom.* 2. *& in dicta Bulla* Clemen-
tis VIII. *la* 10. §. 13. ut tradit *Cobell. ad Bul-
lam Boni Regim. cap.*33. *num.*7. *& de ſimili Prag-
matica* Caroli V. *Fragoſ. de Regim. Reip. par.* 1.
lib. 4. *diſp.* 9. *num.* 62. *verſ. conſiderata*.

Cætera de Oratoribus, ſeù Legatis vide in-
fra *Obſer. ad Rub.* 24.

I Officiales, & Magiſtratus habentes merum,
& mixtum Imperium, ac juriſdictionem, qui
53 dicuntur Magiſtratus Majores *Antunes Portu-
gal. de donat. Reg. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 14.
in fine cum ſeq. tom. 1. durante officio non poſ-
54 ſunt conveniri; ut ſancitum fuit per *Vulpia-
num in l. in jus vocari* 2. *ff. de in jus vocan. & in
l. nec Magiſtratibus* 32. *ff. de iniur. & famoſ. li-
bell.* per *Paulum in l. pars litterarum* 48. *ff. de
judic. Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 15. *num.* 9. qui
enumerat Conſervatores Urbis inter majores
55 Magiſtratus ratione eorum juriſdictionis re-
cenſita in eodem *cap.* 15. *Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.*6.

Digitized by Google

lib. 6. cap. 5. num. 9. & dec. 270. num. 1. ubi
num. 3. ſubdit rationem, quia ob eorum timo-
56 rem, & authoritatem difficile eſſet parti ha-
bere Advocatos, & Procurarores, qui fideli-
tèr pattocinium præſtarent, ac debitum eorum
officium exercerent: Ultrà quod ſi cauſa agi de-
beret in eodem Tribunali, ubi ipſe quoquè ſe-
det quatenus contra Collegam determinanda
eſſet non ita celeritèt, & juxta Juris formam
decideretur *Gratioſ. Vbert. de citat. cap. 14. n. 66.*
cum ſeq. tom. 3.

Nec alios valent convenire *d. l. pars litera-*
57 *rum, & gloſs. in cit. l. in jus vocari verbo Im-*
perium in fine

Limitatur tamèn prædicta concluſio in mul-
58 tis caſibus relatis à *Scacc. de judic. lib. 2. cap. 9.*
num. 977. cum ſeqq. & à *Maſtril. cit. cap. 5.* Et
præſertim primo in Magiſtratibus perpetuis,
vel ad beneplacitum conſtitutis, qui convenî-
re, & conveniri poſſunt, ut communiter diſtin-
gunt *DD.* ut per *Tondut. de prævent. part. 2.*
cap. 53. num. 16. verſ. Intelligendo Muta in con-
ſuetud. Panormit. cap. 83. Maſtrill. d. cap. 5. n. 26.
junćto *num. 38. & deciſ. 270. num. 42. cum tri-*
bus ſeqq. Gratioſ. Vbert. d. cap. 14. num. 66. cum
ſeqq. Scacc. loc. cit. num. 977.

Secundo ſi delinquerunt in officio *gloſs. in d. l.*
59 *in jus vocari ſub verbo Imperium, in d. l.*
pars literarum ſub verbo Magiſtratus Vbert. d.
cap. 14. num. 69. verſ. ſed etiam Scacc. ubi ſupra
num. 985.

Tertio ſi conveniatur alibi, quàm in loco
60 Magiſtratus, ut declarat *Vbert. eodem cap. 14.*
num. 69.

Quarto ſi actio eſſet tempore peritura, tùnc
61 enim poſſunt citari, & conveniri uſque ad
actum præſervativum actionis, hoc eſt uſque ad
interruptionem præſcriptionis, & ſic uſque ad
litis conteſtationem incluſivè, ut aliis relatis
firmat *Scacc. ubi ſupra num. 996. Maſtrill. d. de-*
ciſ. 270. num. 39. Vèl eo caſu Officialis cedat
jura, & actiones ſuas alteri cum pacto, quod
non teneatur de evictione juxtà cautelam,
quam tradunt *adducti per Maſtrill. deciſ. 270. n. 41.*

Minores veró Magiſtratus dicuntur, qui ſine
62 imperio, aut ſine poteſtate ſunt Magiſtratus,
ut diffinitum fuit per *Vulpian. in l. Nec Magi-*
ſtratibus 32. in fine ff. de iniur. & famoſ. libell.
qui habent ſimplicem juriſdictionem, ut tradit
gloſs. in d. l. Nec Magiſtratibus ſub verb. qui ſine
fraude poſt med. Scacc. d. cap. 9. num. 1006. ſub
quibus Magiſtratibus minoribus comprehen-
63 duntur Defenſores Civitatum, & Magiſtratus
Municipales *Specul. ſub tit. de juriſdict. omn. Iu-*
dic. num. 6. qui vocat illos infimos Magiſtra-
64 tus *de juriſdict. omn. Iudic.* & tradit *Scacc. loc.*
citat. cum merum imperium reſideat penes
65 Præſidem Provinciæ, non autem penes Magi-
ſtratum Municipalem ex *Tondut. allegat. ſupra*
hac eadem Rubrica num. 5.

Qui Magiſtratus minores poſſunt conveniri
66 durante officio, ut reſpondit *Vulpian. in d. l.*
nec Magiſtratibus in fine gloſſ. in l. in jus vocari 2.
ſub verb. Imperium. ff. de in jus vocan. & in l.
pars literarum verb. Magiſtratus verſ. dic. ergò
ff. de judic. Scacc. citat. cap. 9. num. 1004. Gra-
tioſ. Vbert. dict. cap. 14. num. 68. Maſtrill. alleg.
cap. 5. num. 15. & deciſ. 270. num. 46.

Contrarium, quod ſaltèm ex urbanitate non
67 poſſint convenire, nec conveniri, tradit *Fen-*
zon. ad ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 15. num. 7. Rota
coram Caputaq. deciſ. 389. part. 2. qui loquuntur
de Conſervatoribus Urbis connumeratis, ut
ſupra dixi per *Fenzon.* inter majores Magiſtra-
tus *Tondut. de prævent. par. 2. cap. 53. num. 18.*
in fine & determinavit *Sac. Conſulta*, ut ex reſo-
lutione favore Priorum Civitatis Peruſiæ penès
Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 19. num. 60.
ibi *Come è parſa conveniente la domanda, che con*
il memoriale aggiunto è ſtata fatta da coteſta Cit-
tà, che li Priori pro tempore non poſſino convenire
alcuno, ne eſſere convenuti da altri, anco nelle
cauſe, dove ſi tratta d'obligo Camerale, così la Sa-
cra Conſulta vuole, che ne ricevano la grazia, onde
ſarà contenta V. S. d'ordinare, che ſi metta in eſe-
cuzione dandone aviſo, e Dio la conſervi. Di Ro-
ma li 5. Giugno 1624.
Di V. S.

Come Fratello
Il Card. Barberino.
M. Ginetti Segret.

Et reſolutum à *Sacr. Congregatione Boni Regimi-*
nis ibi -- *E ragionevole l'iſtanza fatta dall' Antia-*
ni di Faenza, chè mentre ſi trovino in attual ſer-
vizio di quella Communità durante il loro Offizio
non ſiano moleſtati da i creditori per i debiti loro
proprii, affinche poſſino aſſiſtere con maggior appli-
cazione à gl' intereſſi publici, onde V. E. in que-
ſta guiſa ſi degnarà di dare gl' ordini opportuni, e
le bacio humilmente le mani. Roma 18. Marzo 1683.
Di V. E.

Affettionatiſs. & Devotiſs. Serv.
P. Cardinale Altieri.
Franc. Falconieri Segret.

ac ita inconcuſsè ſervatur.

Quod procedit etiàm in cauſis jàm motis,
68 in quibus terminis loquuntur *Fenzon.* & *Rota*
coram Caputaq. in loc. allegat. Tondut. de prævent.
par. 1. cap. 28. num. 46. verſ. ſed tamen. Unde
volens aliquem de Magiſtratu convenire prævio
69 ſupplici libello obtinere curat à Summo Pon-
tifice facultatem, quæ mediante ſimplici reſ-
cripto à tergo ejuſdem Memorialis conceditur
cum clauſula *ſalva perſona*, idque paſſim pra-
cticatum vidi in Pontificatu *ſa: me:* Innocentii XI.
contra Conſervatores Urbis.

K Non obſtante facultate deferendi arma compe-
tente Antianis vigore diſpoſitionis *Statuti* à
70 Summis Pontificibus confirmati, recurritur
ad Eminentiſs. Cardinalem Legatum pro licen-
tia, vigore cujus expeditur bullectinus impreſ-
ſus tenoris ſequentis.

Noi Anziani della Città di Faenza per la S. R.
C. e per la Santità di N. S. Papa N. facciamo fede
come il Sig. N. N. Gentilhuomo è uno de Conſiglie-
ri della noſtra Città, il quale in virtù della licen-
za conceſſa dall' Eminentiſs. & Reverendiſs. Sig.

Cardinale N. Legato della Provincia di Romagna ſotto la data di Ravenna ll puo portare per tutte le Città, e luoghi murati d' eſſa Provincia la ſpada, pugnale corto, piſtoleſe, & altre armi offenſive, e diffenſive ſi di giorno, come di notte con lume, e ſenza, & anco lanterna da volta, e fuori in Campagna le medeſime armi, & archibugio longo à ruota, & acciarino, e piſtoleſe di giuſta miſura, e con quelli poter uccellare con ogni ſorte di monizione di caccia fuori delle bandite, e per tranſito per le Città, e luoghi murati con la canna caritha, e ruota ſcroccata, & à N. N. ſuo ſervitore attuale la ſpada, piſtoleſe ſi di giorno, come di notte con lume, e ſenza, & in Campagna l'archibugio longo à ruota, ò acciarino, e per tranſito per le Città, e luoghi murati con la canna carica, e ruota ſcroccata ſenza polvere ſul focone, dichiarando, che la ſpada ſola ſi poſſa tenere sù trebbi. In ſede di che, acciò per tale ſia conoſcinto da tutti gl' habbiamo fatta la preſente ſigillata col noſtro ſigillo. In Faenza nel Palazzo della noſtra Reſidenza queſto dì &c.

Loco ✠ Sigilli.

N. N. Segretario.

ADDITIO AD RUBR. IV. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 MAgiſtratus majores ſunt qui habent. merum imperium.

2 Magiſtratus convenire, & conveniri an, & quando poſſint remiſſivè.

3 Magiſtratus minores juriſdictionem, non habent, & poſſunt conveniri durante eorum Officio.

52 De Oratoribus Civitatum vide plenè diſcuſſa per *Campell. ad Conſtit. Ducatus Urbini Decret. 31.*

53 Magiſtratus majores ſunt qui habent merum
1 imperium *Campell. in Conſtit. Ducat. Urbin. Decret. 23. num. 36.*

54 Magiſtratus an, & quandò poſſint convenire,
2 & conveniri * vide *Campell. ubi ſupra num. 37. cum pluribus ſeqq.* tradit *Franciſcus Antonius Bonfini in Suppletione ad Bannimenta Generalia Status Eccleſiaſtici cap. 42. n. 45. cum pluribus ſeqq.* ubi firmata regula, quod durante Officio non poſſit convenire, nec conveniri adducit nonnullas ampliationes, & limitationes.

66 Magiſtratus minores, ad quos dumtaxàt ad-
3 miniſtratio rerum Univerſitatis pertinet * abſque ulla juriſdictione poſſunt conveniri durante eorum officio, ut reſpondit *Roc. in Nullius ſeù Terræ Ponciani Cenſus 22. Febr. 1701. §. Perperam coram R. P. D. Lancetta.*

De Electione Domini Poteſtatis.

RUBRICA QUINTA.

STatuimus, decernimus, & declaramus, quod electio Domini Poteſtatis (A) fiat & fieri debeat per ſemeſtre (B) tantùm in Conſilio generali dictæ Civitatis, quando, & quoties videbitur expedire Dominis Antianis dictam electionem eſſe proponendam in dicto Conſilio. Qui Prætor ſit Doctor in Jure Civili, per quinquennium Doctoratus, (C) & teneatur docere de ejus privilegio in ingreſſu ſui officij, & in ipſo ingreſſu coram DD. Antianis pro tempore habere orationem. Et qui debeat eſſe ętatis annorum ad minus triginta, (D) & diſtet à Civitate Faventię ad minus decem milliaria à loco ſuæ habitationis. (E) Et qui in dicto generali Conſilio in poteſtatem fuerit electus, ſit, & eſſe debeat Poteſtas Civitatis, Comitatus, & Diſtrictus Faventiæ. Et poſtquàm talis ſic electus venerit in Civitatem Faventiæ, & juraverit, ut infra diſponitur, habeat merum, & mixtum imperium, & gladii poteſtatem, (F) & eandem poteſtatem habeat eius Vicarius, ſtante ipſius Domini Poteſtatis legitima abſentia. Et habeat ipſe Prætor, & ejus Vicarius juriſdictionem ordinariam in quibuſcumque cauſis civilibus, criminalibus, & mixtis. Cujus electio, & officium cum ejus familia, & officialibus durare debeat per ſex menſes, ut ſupra, continuos, & non ultra. (G) Et qui fuerit Poteſtas dictæ Civitatis, & diſtrictus ejuſdem, non poſſit habere, nec admitti in dicta Civitate, & ejus diſtrictu ad aliquod officium inde ad tres annos continuos. Qui tenere debeat continuè durante ejus officio unum militem ſocium, & unum alium Notarium ad maleficia. Qui Notarius præeſſe debeat etiam extraordinariis. Item habere debeat, & tenere quatuor famulos, ſeu Birruarios, & unum equum ſaltem pretii quindecim ducatorum auri. Et pro ſuo ſalario (H) totius familiæ, & equi habeat ſingulo menſe libras quinquaginta bonon. à communi Faventiæ. E quod ſalarium duorum menſium dicti Domini Poteſtatis Depoſitarius Communitatis retinere debeat pænès ſe, quouſque ipſe fuerit abſolutus à Sindicatu cum ejus familia. Salvis retentionibus conſuetis, quæ aſcendunt ad ſummam librarum 22. quolibet ſemeſtri, retinendis pro communi per dictum Depoſitarium. Quodque dictus D. Poteſtas teneatur conſervare Communitatem Faventiæ indemnem ab omni, & ſingulo onere, & gravamine impoſito, vel imponendo per Superiores ſibi, aut dicto ejus officio. Teneatur etiam d. Dominus Poteſtas ſingulo menſe facere

mon-

monſtram ejus familiæ, & equi Dominis Officialibus Cuſtodiæ d. Civitatis, & ultra ad beneplacitum DD. Antianorum, ſolvendo ſingulo menſe ſolidos viginti dictis Officialibus, occaſione d. monſtræ. Et ſi repertum fuerit non habere militem, vel Notarium, pœna librarum quinque bonoñ. pro quolibet, & qualibet vice. Si verò non habuerit equum, incidat in pœnam trium librarum qualibet vice. Et pro quolibet famulo deficiente, ſolidos viginti qualibet vice. Quæ pœnæ communi Faventiæ applicentur, ipſo facto retinendæ per d. Depoſitarium de ſalatio ipſius Domini Poteſtatis. Debeat item, ac teneatur d. Dominus Poteſtas ſemel tantùm qualibet die non feriata in civilibus cauſis ſedere pro Tribunali in Palatio (I) communis ſolito ad ejus Tribunal pro Jure in civilibus univerſaliter reddendo poſt tertium ſonum campanellæ turris communis, ſaltem per tempus, & ſpatium unius horæ continuè, vel ultrà quaotum neceſſe fuerit, ſeu fuerit requiſitus, dummodò ultra tempus, & ſpatium trium horarum ſedere non teneatur. (K) Et quod de mane hora tertiarum ſedere teneatur, excepto tempore Quadrageſimæ, in quo ſedere, & jus reddere teneatur poſt nonam poſt d. tertium ſonum ipſius campanellæ.

SUMMARIUM.

1 JUS in ſocietate humana, ſeu in Civitate inutile eſſet, niſi eſſent qui jura reddere poſſent, & leges adaptarent ſecundùm caſuum contingentiam.
Judices in Civitate eſſe debent num. 1.
2 Principis officium eſt jus reddere Subditis.
3 Judices conſtituti ſunt, eo quia Principes per ſeipſos omnia expedire non poterant.
4 Judicum creatio inter majora Regalia connumerantur, & ſpectat ad ſupremam juriſdictionem.
5 Spectare etiam poteſt inferioribus ex privilegio.
6 Reſpub. labeſcunt, & Regna conſiſtere non poſſunt abſq; adminiſtratione Juſtitiæ.
Civitates regi non poſſunt ſine legibus, & ſine legum Magiſtris. num. 7.
Corpora humana ſine mente regi non poſſunt num. 7.
7 Corpora humana carentes ſpiritu nullas operationes exercere valent.
8 In electione Judicum, ſeù Magiſtratuum quæ conſideranda ſint, ſeu quaſnam qualitates habere debeant, vide ibi, & numeris ſeqq.
Judices Juris utriuſque periti, ſanæ mentis, prudentes, honeſtate, & bonis moribus imbuti, manſueti, patientes, faciles in audiendis litigantibus, eorumque Procuratoribus, & Advocatis eſſe debent, jungendo quandam gravitatem cum humanitate num. 8.
9 Servanda quæ ſint à Judicibus remiſſivè.
10 Judicibus honor, & reverentia debetur, non ſolùm ab inferioribus, ſed etiam à majoribus.
11 Gubernatoribus reverentia, & obſequium debetur.
12 Obedientia conſideratur inter Prælatum, & Subditum.
Reverentia eſt inter majorem, & minorem num. 10.
13 Pater honorem debitum filio publicum officium adminiſtranti præbere debet.
14 Magiſtratus, ſeu Judex, & Officialis honorandus eſt, etiam à non Subdito.
15 Honor conſiſtit in pluribus, & præſertim in ſalutatione.
16 Ex ſalutatione fit reverentia, & ſubjectio.
Salutatio in ſternutatione facienda eſt, & quare num. 17.
17 Magiſtratus, ſeu Judices, & Gubernatores ſalutari debent.
18 Non ſalutans Magiſtratum, ſeu Judicem, & Gubernatorem, injuriam facit, & poteſt puniri, & qua pœna. & n. 20.
19 Superiori licet biretum à capite eum non ſalutantis eripere, illudque in terram proiicere, & conculcare vide ibidem.
20 Juriſdictionem Magiſtratuum, ſeu Gubernatorum, & Judicum offendentes, aut impedientes, qua pœna puniantur.
21 Honor in ſalutatione debet eſſe reciprocus, Superiores reſalutare tenentur num. 21.
22 De ſalutatione remiſſivè.
23 Magiſtratus perpetui eſſe debent, & quare. Contrarium num. 24.
Mutatio victus à Medicis reprobatur num. 23.
25 Prætor *Faventiæ* eligitur ad ſex menſes, & ſi eligatur pro majori tempore, electio non tenet nè pro ſemeſtre.
Electio alicujus Officialis ex diſpoſitione Statuti facienda pro certo tempore, ſi fiat pro majori, eſt nulla in totum n. 25. limita n. 26.
27 Officialis, ſeu Judex juriſdictionem exercere non valet, ſi ejus electio ſit nulla.
28 Judex juriſperitus, & bonæ conſcientiæ eſſe debet.
29 Imò in eo gradu debet eſſe illuſtris, & ad minus per triennium in eo profeſſus.
Non omnis Doctor eſt doctus, ſed è converſo num. 29.
30 Ignorantia Judicis maximum affert Reipublicæ detrimentum.
31 Juſtitia depingitur librorum cumulo circumdata, & quare.
32 Ætas Judicis quænam eſſe debeat, valdè controverſum eſt.
33 Minor viginti quinque annis Judicis officio fungi, & eligi non poteſt.
34 Magiſtratus, ſeu Judices advenas, & exteros non autem Cives, & originarios creandos eſſe, & quare num. 37. & 38. Contrarium s num. 41. Amplia. nu. 36. Decl. nu. 36. Lim. num. 40. & 42.
36 Officia, & munera adminiſtrationem bonorum Civitatis concernentia Incolis, & Originariis tantùm ſunt conferenda.

38 Se-

38 Senator Urbis advena eſſe debet.

39 Auditores Rotæ criminalis Januæ advenæ eſſe debent.

43 Prætor *Faventiæ* merum, & mixtum imperium, ac gladii poteſtatem olim habebat, vigore cujus poterat delinquentes nedùm ad mortem condemnare, verum etiam ad confiſcationem bonorum devenire.

44 Jura Fiſci certis Civitatibus Lombardiæ conceſſæ fuerunt per Imperatorem.

Jura Fiſci conceſſa fuerunt per Imperatorem Civitati *Faventiæ* num.44.

45 *Ugolinus de Viglarano* erat Çivis Favent.

46 Prætor *Faventiæ* Forenſis olim eſſe debebat, & quare, & ut plurimum non eligebatur, niſi doctrina, & nobilitate conſpicuus n.47.

47 Prætorum *Faventiæ* cronologia remiſſivè.

Franciſcus de Vizano nobiliș Bononienſis fuit Prætor Faventiæ num.47.

Magiſtratus, ſeu Judices nobiles eſſe debent n.47. & 48. Contrarium n.51. Decl. n.50.

48 Majeſtas, & dignitas Reipub. nobilitate augetur, & à nobilibus maiori ſplendore illuſtratur.

49 Christus natus eſt ex clara David ſtirpe, ex progenie Regia naturam humanam ſibi copulavit, nobilitatem non deſpexit, & ex duodecim Apostolis ſeptem ex nobili genere elegit.

51 Nobiles præferendi ſunt aliis in Magiſtratibus, cæteris paribus.

52 Prætor Faventiæ privatus fuit iuriſdictione criminali.

53 Prętoris *Faventiæ* officium exerceri cæpit à Civibus poſt annum 1560. & hodie exercetur.

54 Prætor *Faventiæ* eligitur ſorte quolibet anno in die Feſto Divi Thomæ, & confirmatur poſtea à Cardinali Legato.

55 Electio Judicis, ſeu Magiſtratus facta à Communitate confirmari debet à Principe, ſeu Superiore.

56 Datio iuriſdictionis tribuenda eſt potiùs Univerſitati eligenti Magiſtratum, ſeu Judicem, quàm Cardinali Legato confirmanti.

57 Clericus Legatarius, vel creditor in confectione inventarii citari poteſt ab hærede Laico cum clauſula *quatenùs ſua putaverit intereſſe* coram Prætore *Faventiæ*, vel alio Judice particulari.

58 Inventarium confici poteſt coram Judice ſæculari, tàm per hæredem laicum, quamvis defunctus eſſet Clericus, quàm per hæredem Clericum, ſi defunctus erat Laicus.

59 Confirmari non poteſt Prætor *Faventiæ*, vel alius Judex ab Univerſitate electus, uno tantùm contradicente.

Alexander Severus Judicibus ab eo conſtitutis, quæ ſubminiſtrabat num.59.

60 Sordes, avaritia, & rapacitas in Magiſtratibus, ſeu Judicibus eſt interdicta, tàm de Jure Divino, quàm Humano.

61 Salarium congruum Magiſtratibus, & Judicibus à Principe conſtituendum eſt ex erario Principatus, ſeu Fiſci, & quare n.60.& 63.

62 *Bajazet* primus Turcarum Imperator conſtituit ſalarium ex proprio erario Judicibus, & quare.

63 Princeps ſtipendia Judicibus non ſolvens committit peccatum mortale, & tenetur ad reſtitutionem, ſi ſequantur concuſſiones, & injuſtitiæ.

64 Inventor ſalarij Officialium publicorum fuit *Auguſtus Imperator*.

65 Salarium Magiſtratibus aſſignandum non ſolùm ſufficiens eſſe debet pro congrua illius, & familiæ ſubſtentatione, ſed etiam tale, ut aliquam ſummam reponere valeat pro ſenectute.

66 Juſtus non eſt derelictus, nec ſemen ejus quærit panem.

67 Salarium inſufficiens, & incongruum tractu temporis redditum ſuppleri debet à Principe. Decl. num.68.

68 Divites, non autem pauperes in Judices & Magiſtratus ſunt eligendi, & quare. Decl. ut ibi.

69 Palatii nomen acceperunt Regiæ habitationes.

70 Habitationes Romanorum Imperatorum tantùm Palatia appellata fuerunt, ſecundùm opinionem aliquorum.

71 Originis Palatiorum variæ opiniones remiſſivè.

72 Domus à Regibus habitatæ ſub Perſis, Chaldeis, & Iſraelitis Regibus Palatia appellatæ fuerunt.

74 Habitationes rurales Regum, & Imperatorum à *Cardinale Bentivolo* appellatæ fuerunt *Caſe*, Poſſunt tamen appellari Palatia n.75.

Habitationes Regum, & Imperatorum promiſcuè appellatæ ſunt Palatium, & Domus Regia, ſeu Imperialis n.73.

76 Qui curam gerebat Palatii Imperatoris Occidentalis dignitatem proximam Imperatori gerere dicebatur.

Curopalates dicebantur, qui curam gerebant Palatii Imperatoris Occidentalis num.75.

Juſtinus ex Curopalata Imperator factus eſt num.76.

77 Privilegia, prærogativæ, & immunitates debitæ Palatiis, & domibus Regiis, & Imperialibus quænam ſint remiſſivè.

78 Prætori Faventiæ aſſignatum fuit Palatium pro jure reddendo.

Judicibus Romæ aſſignata olim fuit Regia Baſilica, quæ erat Palatium apud Lateranum pro jure reddendo num.77.

79 Judices continuè ſedere, & audire debent cauſas.

OBSERVATIO.

A 1 INutile eſſet jus in ſocietate humana, ſeù Civitate, niſi eſſent, qui jura reddere poſſent, & leges adaptarent ſecundùm caſuum contingentiam, ut inquit I. C. *in l. 2. §. parum eſt ff. de orig.* B. Pius V. *in ejus Conſtitutione la* 5. §. 1. *in fine* ibi *parum eſt leges edere, niſi ſint qui*

cas

Digitized by Google

eas debitis temporibus exequantur Reinking. de
Regim.ſæcular. lib.2.claſs.2. c.12. n.1. plenè An-
tunez. Portugal. de donat Reg. part.2. lib.1. cap.12.
ſub. num. 1. tom. 1. Mylerius in ſua hypareologia
cap.2. num. 11. & Jo: Bapt. Thor. poſt hæc ſcri-
pta viſus in Proloquio ad tract. de Magiſtratibus,
Judicibus, & aliis Jus dicentibus, ubi pleniſ-
ſimè de iis, quæ conveniunt ad eorum officium,
adminiſtrationem, & Juſtitiæ executionem in
ſubjectos exercendum impreſſ. poſt Jo: de Grande
de Bello Exulum, cum annot. ejuſdem Thori.
Et quamvis ſummi Magiſtratus id eſt Principis
2 officium ſit jus reddere, & juſta populis decer-
nere, nihilominùs quia creſcente Republica,
& litium multitudine per eos omnia expediri
non poterant, ideò neceſſe fuit Judices conſti-
3 tuere, qui lites ſecundùm Juris ordinem audire,
& definire poſſent, ut proſequitur Reinking.
ubi ſupra Antunez. Portugal. loc. cit. num. 47.
Fontanell. deciſ. 1. num. 18. par. 1.
Quæ creatio Magiſtratuum, ſeu Judicum
tanquam inter Regalia majora connumerata ad
4 ſupremam juriſdictionem pertinet cap. 1. quæ
ſint Regalia cap. 1. §. Homicidium de pace tenend.
l. unic. ff. ad leg. Jul. de ambit l. quidam Conſule-
bant ff. de re judic. Antunez Portugal. ubi ſupra
num. 4. in fine cum ſeqq. Mylerius in ſua Hypar-
chologia cap. 2. num. 10. Poteſt tamen compe-
5 tere etiam inferioribus ex privilegio particu-
lari Principis, Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1. cap.2.
num. 19. Cabed. deciſ. 11. num. 3. par. 2.
Cùm igitur ad miniſtrandum juſtitiam, ſine
6 qua omnes Reſpublicæ labeſcunt, nec ulla Re-
gna conſiſtere poſſunt, eo modo, quo corpora
7 humana ſi ſpiritu careant, nullas vitales, ani-
males, & naturales operationes poſſunt exer-
cere, ut concordantibus relatis notat Solorzan.
de Jure Indiar. lib. 4. cap. 3. num. 12. cum ſeqq.
vol. 2. Myler. loc. cit. num. 2. Et quod ſicut cor-
pora noſtra ſine mente, ſic Civitates ſine legi-
bus, & ſic ſine legum Miniſtris regi non poſ-
ſunt, ut dixit Cicero, cujus verba præciſa refert
Acoſt. de privileg. credit. Reg. 2. ampl. 2. nu. 19.
D. Pacion. de locat. & conduct. cap. 41. num.33.
Magiſtratus creandi ſint, & maxima cura eſſe
8 debet in eorum electione, nempè quod ſint ſa-
næ mentis, ac conſcientiæ, Juris utriuſque pe-
riti, prudentes, honeſtate, & bonis moribus
imbuti, manſueti, & patientes, ac faciles in
audiendis libenter litigantibus, eorumque Pro-
curatoribus, & Advocatis, jungendo quandam
gravitatem cum humanitate, juxta documen-
tum Senecæ expreſſum in illis verbis: Ut autem
cognoſcas quales eligi Magiſtratus conveniat ſic
habeto; oportet illos eſſe in ſententia juſtos, in
verbis veraces, in actionibus honeſtos, in exercen-
da juſtitia mites, & ante omnia in accipiendis do-
nis abſtinentiſſimos: quod ideo te moneo, ut ſi in
gubernanda Republica vigilans fuiſti, longè ſit in
explorandis iis, quibus gubernationem illius com-
mendaturus es vigilantior relatis per Myler. d.
tract. cap.6. num. 1. Specul. in tit. de offic. Judic.
delegat §. 8. verſ. item quid eſt odio, pleniſſimè,
ac eruditè comprobant Frag. de Regim. Reipub.
diſp. 9. §. 2. cum ſeqq. vol. 1. Antunez Portu-
gal. d. cap.12. num.17. cum pluribus ſeqq. Lotter.
de re beneficiar. in apparat. ſub num. 111. cum
ſeqq. Theſaur. in præfat. ad ejus deciſiones ſub. n.29.
ubi notat, quod qui jura cæteris reddunt
omnes integritate vitæ præcellere debent Lan-
gleus ſemeſtr. lib.7. cap.10. in princip. & per tot.
9 pleniſſimè de ſervandis à Judicibus docet Scana-
rol. de viſit. carcerat. lib. 2. §. 9. cap.2. per tot.
& cap. 5. num. 19. & Jo: Bapt. de Thoro in ejus
Proloquio ad tractat. de Magiſtratibus, Judicibus,
& aliis Jus dicentibus impreſſ. poſt tract. Jo:
Grandis de Bello Exulum cum Annot. ejuſdem
Thori.
E converſo verò eorumdem jus dicentium
Majeſtas poſt debitum Deo cultum, & hono-
10 rem, primum ſibi reverentiæ, obſequii, &
obedientiæ locum adepta eſt, idque non ſolum
ab inferioribus, ſed etiam à majoribus, & in
Provincia degentibus, ut firmat Merlin. Pi-
gnattell. controv. forenſ. Cent. 2. cap. 71. num. 1.
Milaz. aſſert. 56. num. 1. cum ſeqq. ubi plures con-
cordantes adducit, & firmat procedere etiam
quoad exemptos pleniſſimè Knipſchids de ju-
ribus, & privil. Civit. Imperial. lib. 1. cap. 1. cum
ſeq. Fragoſ. de regim. Reipub. in introduct. prohœ-
miali §. 3. num.32. ubi cum D. Thoma, & aliis
tradit, quod illis, qui actu gubernant debetur
11 cultus reverentiæ, & honoris, ac obſequii
tanquam debitum legale, aliis verò qui actu
non gubernant, ſed idonei ſunt ad gubernan-
dum, debetur tanquàm debitum morale, quod
ex quadam honeſtate deſcendit Borell. de Magi-
ſtrat. lib.3. cap.4. num. 17. cum ſeqq. ubi quod obe-
12 dientia eſt inter Prælatum, & Subditum, re-
verentia verò inter majorem, & minorem ple-
niſſimè Milerius in ejus Hyparchologia cap.8. n.19.
cum pluribus ſeqq. ubi num.26. firmat Patrem
debere debitum honorem præbere Filio pu-
13 blicum officium adminiſtranti, & num. ſeqq.
tradit Magiſtratum, vel Officialem honoran-
dum eſſe etiam à non ſubdito Rota in recen. de-
14 ciſ.415. num.5. par.18. tom.2. ubi quod reve-
rentia, & obedientia debetur non ſolum à Sub-
ditis, ſed etiam à non Subditis ratione Digni-
tatis, & latiſſimè prædicta omnia circa obſe-
quium & reverentiam poſt hæc ſcripta viſus fir-
mat doctiſſimus Lagunez in ejus tract. de fruct.
par.1. cap.30. num.7. cum plurib. ſeqq.
Et quia honor conſiſtit in multis ſignis, quæ
15 latè enumerat Caſſan. in Catalog. glor. Mundi
par.1. conſiderat.12. cum plur. ſeqq. & præ cæte-
ris in ſalutatione, ex qua dicitur fieri reveren-
16 tia, & ſubjectio l. final. C. de offic. diverſ. judic. l.
peculium. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. Gratian. diſce-
ptat. 284. num. 2. cum ſeqq. Novar. de gravam.
Vaſſall. tom.1. gravam.348. num.5. verſ. cum ho-
17 nor; proinde Magiſtratus ſalutari debent eis
allurgendo l.1. C. de ſilentiar. & dec. lib. 12. l. 2.
C. de Fabricenſ. lib.11. aliis relatis Novar. d. gra-
vam.348. num.1. Myler. d. cap.8. num.35. latiſſi-
mè Lagunez. loc. cit. ubi num. 10. cum ſeqq. no-
tat, ſalutationem faciendam eſſe nedùm in tran-
ſitu, vel in occurſu, ſed & cum ſternutaverit,
quia

Digitized by Google

quia hoc obſequium quoque inter æquales debetur propter uſum, & conſuetudinem, quæ apud Gentiles jam diu inolevit, ut ſternutantem quemlibet cæteri adſtantes ſalutarent, quia ſignum augurale ſternutamentum Ethnici reputabant *Ariſtotil.* 33. *ſect. problem.* 7. & 9. Ideòque ſalutationem exigebant, ut illius precatione dirum, & infauſtum, quod timebant avertetent, & allegat *Plin. de hiſtor. natural. lib.* 28. *cap.* 2. *Apulejus in metum Marcell. Donat. ad Sueton. in Auguſt. cap.* 31. ac ex his confutans errorem eorum, qui nullo veterum teſtimonio tenent, ſalutationem in ſternutationibus initium habuiſſe ex peſte olim ingruente, qua homines ſternutantes mortui cadebant, cum hujuſmodi mos longè antiquior fuerit, ut etiam animadvertit *Card. Baron. anno Chriſti* 590. *tom.* 7. *pag.* 658.

Alias non ſalutans iniuriam facit, & puniri
18 poteſt *Valenzuel. conſ.* 91. *num.* 50. *vol.* 1. *Novar. ubi ſupra num.* 2. *Myler. loc. cit. ſub eodem num.* 35. qui poſtquam *num.* 37. dixit tanquàm crimen ſacrilegii committens eſſe puniendum *num.* tamèn 39. firmavit, pœnam repoſitam eſſe arbitrio Judicis illam regulando à qualitate ſexus, & conditionis perſonarum, ac loci; ſubdit tamèn puniri, vèl carcere, vèl pœna pecuniaria, aut relegatione, & quoquè ad opus publicum condemnatione pleniſſimè *Lagunez loc. cit. num.* 38. *cum ſeqq.* & *Conciol. reſolut. crim. in verb. Officialis reſolut.* 2. ubi firmat, quod non ſalutans Judicem, & Officialem nudato capite, puniendus eſt ratione irreverentiæ pœna Judicis arbitrio ſtatuenda, quia Principem in illo actu repreſentat, & *num.* 3. ampliat etiàm in Clerico Judicem Laicum non ſalutante.

Et eo caſu licet Superiori biretum à capite
19 Subditi non ſalutantis eripere, illudque in terram proiicere, & conculcare latiſſimè *Giurb. conſ. crim.* 38. *Novar. ubi ſupra num.* 5. *Lagunez loc. cit. num.* 44. Sed conſulit tamèn *nu.* 45. hanc vindictam quantumvis ob Juſtitiæ ſuperioritatem, & authoritatem conſervandam de facto per Judices faciendam non eſſe, ne magis propriam offenſam, quam Juſtitiæ iniuriam vindicare videantur.

Qualiter verò per mulctam, & alias pęnas poſ-
20 ſit procedi contra irreverentes, & eos non ſalutantes, vèl auctoritatem, aut juriſdictionem ipſorum offendentes, aut impedientes, quantumvis exemptos, vide *Caſtill. Ramirez. de lege Regia* §. 7. *num.* 8. ac alios congeſtos per *Solarzan. de Jure Indiar. lib.* 4. *num.* 24. *tom.* 2.

Benè verum eſt, quod honor in ſalutatione debet eſſe correſpectivus, & reciprocus: nàm
21 Superiores quoquè tenentur reſalutare ad *tex. in l.* 1. *verſ. noſtra ſerenitate*, & ibi *gloſ. in verſ. adoranda. C. de ſilentiar. lib.* 12. proſequitur *Novar. loc. cit. num.* 6. *cum ſeq. Gratian. d. diſcept.* 284. *num.* 15. quem aliis pluribus relatis ſequitur *Miler. ubi ſupra num.* 40. latiſſimè *Lagunez loc. citat. num.* 47. *cum ſeqq.* ubi *num.* 59. firmat ex non reſalutatione deſum argumentum inimicitiæ.

Cætera de ſalutatione vide *Gratian. cit. di-*
22 *ſcept.* 284. & *diſcept.* 538. & *Lagunez d. cap.* 30. qui latiſſimè, & eruditè materiam tractant.

B Magiſtratus deſiderandi videntur perpetui,
23 quia ſicut crebra mutatio victus à Medicis, ita Magiſtratus mutatio à politicis tanquàm nociva reprobanda; ultra quod viciſſitudo in Magiſtratibus novos pulices acriùs mordentes ad Civium oppreſſionem cauſare ſolet; perpetui verò imitantur hirudines, quæ multo ſanguine auſto quieſcunt, recentium verò morſus ſunt acerrimi, ut tradit *Hermannus Hermes in faſciculo Juris publici cap.* 31. *num.* 68. cum aliis rationibus adductis per *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 26. & *ſeqq.*

Quod autèm debeant eſſe temporanei ex *D.*
24 *Thoma*, & *Ariſtot.* tenet *Tenaglia de Rotæ Romanæ Auditor. cap.* 1. *nu.* 18. *cum ſeqq.* Et comprobatur ex Jure communi, ſecundùm cujus diſpoſitionem debent eſſe annales, juxtà *text. in l. neminem* 4. *C. de ſuſceptor* &c. *lib.* 10. *l.* 1. *C. ut omn. Judic. l. final. C. de offic. Præfect. Prætor.* §. *Interim Auth. de deffenſ. Civit.* cum aliis auctoritatibus plene adductis per *Maſtrill. de Magiſtrat. d. cap.* 23. *num.* 1. *cum ſeqq. Scanarol. de viſitat. Carcerat. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 18.

Concurrit etiam omnes Magiſtratus conſtitutos fuiſſe annales per Nicolaum III. Pontificem, teſtatur *Platina in ejus vita*. Alioquin nimis vexarentur Subditi ex perpetuo Magiſtratuum dominio, ut notant *text. in d. l. neminem. Maſtrill. loc. cit. num.* 4. & comprobavit *Rota coram Merlin. dec.* 506. *la* 2. *n.* 30. *cum ſeqq.*

Et ſi verſatur in ſtatu Politico Democratico honorum æqualitatem inter Cives exigente, eo magis debent eſſe temporales, ne Magiſtratus allecti continuatæ poteſtatis dulcedine ad tyrannidem alliciantur, ut diſtinguendo tenet *Hermes loc. cit.*

Ex diſpoſitione verò noſtri *Statuti* præfixum eſt tempus ſex menſium, quo Prætor electus
25 poteſt exercere juriſdictionem, unde facta electione pro majori tempore, & ſic contra formam *Statuti*, in totum electio eſt nulla, ità ut nec ſuſtineatur pro ſemeſtre, ut præter *allegatos ſupra ad Rubr.* 2. *litt. B.* tradit *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *par.* 1. *num.* 54. *Maſtrill. Magiſtrat. d. cap.* 23. *num.* 72. *cum ſeqq.* quì *n.* 74. *cum ſeqq.* limitat in quinque caſibus, nempè
26 primò ſi aliud Principi placeat; ſecundò, quandò aliud de conſuetudine ſervatur; tertiò, quandò Officialis novitèr electus non fuiſſet adeptus poſſeſſionem Officij, nàm tunc in officio exiſtens poteſt adminiſtrare ultra annum; quartò, in Officialibus juriſdictionem non habentibus; & quintò in officiis tenuibus, & parvi momenti, pro quorum adminiſtratione difficile inveniuntur habiles, nàm tunc electio valet etiam ultra annum; & concordantes cumulat.

Electione verò nullitèr facta, Officialis non
27 poterit exercere juriſdictionem, ut docet *Fontanell. deciſ.* 498. *n.* 9. *par.* 2.

C Juriſperiti, ac Doctores eſſe debent, qui ad Magiſtratum promoveri deſiderant, cùm Judex

28 ultrà

28 ultrà ſalem conſcientiæ debeat quoquè habere
ſalem ſcientię,nam ſine ea reddi non poteſt juſti-
tia ad *text. in l.neminem la prima §. Juriſperitos*
C.de Advoc. diverſ. Jud. l. 2.C. de poſtulan. & in
Auth. de Judicibus in princ. & in §. Illud autem.
Plato lib. ult. de legib. ibi : *Futurus Judex ope-*
ram dare debet , ut legum Conſtitutiones ante om-
nia diſcat , & mente firmitèr teneat pleniſſimè
Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. c.3. n.1. cum pluri-
bus ſeq. ubi eruditè comprobat *Antunez Portu-*
gal. de donat. Reg. par.2. lib.1. cap.14. n.24. ubi
etiam refert varias auctoritates *Sacræ Scriptu-*
ræ,& SANCTORUM PATRUM ,

Nec ſufficit aſſumere in Jure Doctorem , niſi
29 reſpectu talis gradus ſit illuſtris , & ad minus
per triennium in eo profeſſus *Lotter. de re bene-*
fic. in apparatu nu.125. cùm non omnis Doctor
ſit doctus, ſed benè è converſo omnis doctus ſit
Doctor, & multi ſunt nomine Doctores , pauci
verò opere *Lotter. ubi ſuprà num.128.*

Judicis enim ignorantia , prout quotidiè ex-
perimur , maximum Reipublicæ affert detri-
30 mentum *Xamar. de offic. Judic. par. 1. quæſt. 1.*
num. 11. Velaſc. de Judice perfecto Rub. 15. an-
not. 1. num. 4. Antunez Portugal. cit. cap. 12.
num. 25. ubi notat , quod ideò depingitur Ju-
ſtitia librorum cumulo circumdata , ut oſten-
31 dat indefeſſum laborem, quem legalis diſcipli-
na requirit pro recta expeditione cauſarum ,

D Quæ ætas requiratur in Judice, valdè contro-
32 verſum eſt , ut videre eſt penès *Gonzalez Tel-*
lez.in Coment.ad Cap.cùm vigeſimum annum , de
offic.& poteſt. Judic. deleg.Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.2. cap.5.& Borel. eod. tract. lib.1. cap.6.Nar-
bona de ætat. ann. 25 quæſt. 31. num. 1. cum ſeq.
Et quamvis clarè determinata prætendatur hæc
diſputatio a *Vulpiano in l.quidam conſulebant 57.*
ff. de re judic. ubi definitum videtur , majorem
annorum decem , & octo poſſe eſſe Judicem, ſi
de conſenſu partium eligatur , vel ſcienter à
Principe fuerit electus,ut notat etiam *ibid.gloſſ.*
& Bart. in princ. Borell. d. cap. 6. num. 8. Anto-
nell. de tempore legal. lib. 2. cap. 10. num. 1. cum
ſeqq. Nihilominus minorem viginti quinque
33 annis nec Judicem eligi , nec ejus officio fungi
poſſe examinato articulo conſtantiſſimè tenet
Narbon. d. quæſt. 31. num. 9. cum ſeqq. uſque
in finem , ubi etiam reſpondet omnibus con-
trariis .

E Magiſtratus advenas , & exteros creandos eſ-
ſe , non autem Cives, vèl originarios per *tex.in*
34 *l.nulli C.de offic. Rector. Provinc. l.hi qui , & l.ſi*
cui ff.ex quib. cauſ. major l.final.ff.de offic.Aſſeſſor.
l.3. C.de diverſ. offic. lib.12. l.final. C. de crim. ſa-
crileg. Lancellot. Conrad.de offic.Prætoris in princ.
n.17. latiſſimè firmant *Borell.de Magiſtrat. lib.1.*
cap. 5. num. 1. cum ſeqq. ubi quod procedit ne-
35 dùm in Originarijs , & ex Civitate , ſed etiam
ex Suburbiis , & in illis , qui ſunt Cives ratio-
ne ſolius Domicilii *Maſtrill. eod. tract. lib. 2.*
cap. 7. paritèr num.1. cum ſeqq. Antunez Portu-
gal.de donat. Reg. par.2. lib. 1. cap.29. num.157.
verſ. quamvis enim de jure communi cum ſeqq.
Carpan. de Statut. Mediolan. cap. 62. tom. 1. ubi
regiſtrarum legitur ſimile Statutum , *Mattheu*
de Regim. Regn. Valent. cap. 4. §. 5. qui poſt re-
latas utriuſque opinionis rationes , & auctori-
tates concludit *num.38. cum ſeq.* quoad officia ,
36 & munera bonorum Civitatis adminiſtratio-
nem tractantia Incolas,& Originarios tantùm,
quo verò ad officia Juſtitiæ adminiſtrationem
concernentia, Exteros eſſe admittendos *Novar.*
deciſ. 54. num. 1. cum ſeq. Et quidem urgentiſſi-
37 mis rationibus , ne ſcilicet Civis Civibus præ-
ſint, vèl nimia indulgentia ratione familiarita-
tis , amicitiæ , & conjunctionis ſanguinis illis
parcant , aut veteri odio prætermodum in illos
ſæviant , cùm odia , & favores , quæ inter Con-
cives , ut plurimum eſſe ſolent , quandoque
judicia multum turbent , pervertant , & ſuffo-
cent , ut comprobat *Maſtrill. ubi ſupra , & Bo-*
rell. d. cap. 5. num. 25. cum ſeqq. ac Novar. cit.
deciſ. 54. num.2.

Quod ſine dubio procedit, quando talitèr le-
38 gitur diſpoſitum à *Statuto,* ut de illo *Urbis* cir-
ca electionem Senatoris, & de alio *Janua*, quo-
39 ad electionem Auditorum Rotæ Criminalis
notat *Mylerius in ſua hyparchologia cap.6. nu.40.*

In variis tamen partibus , vel ex privilegio ,
vel ex conſuetudine introductum eſt , non niſi
40 Originarios ad Magiſtratus promovendos eſſe,
prout de *Regno Siciliæ* ex priuilegio Regis *Al-*
phonſi teſtatur *Maſtrill. cit. cap. 7. nu.27.* & de
Regno Portugaliæ ex lege , moribus , & conſue-
tudine *Antunez Portugal. d. cap. 29. num.160.*
cum ſeqq. de *Regno Valentiæ*, *Matthiu de Regimi-*
ne Regni Valentiæ cap.4. §. 5. n.29. cum ſeqq. ubi
etiam id comprobat auctoritate *Sacræ paginæ* ,
& variis humanæ litteraturæ Scriptoribus,& de
Republica Veneta Borell. d. cap. 5. num. 22. non
ſolùm quia tanquàm Provinciæ , & Regni mo-
41 res , conſuetudines , ac ſenſum melius perci-
pientes rectiùs adminiſtrant, verùm etiàm quia
Reipublicæ intereſt, ne exteris revelentur arca-
na Principatus, ut advertunt *mox Allegati*,quod
ultimum eſſet conſiderabile in Republica , quæ
cùm ex ſeipſa regatur , expedit potiùs Civem ,
quam exterum eſſe admittendum ob ejuſdem
Reipublicę ſuſpicionem,nè exteri ſcrutatis illius
ſecretis proditionem aliquam moliantur , non
autem in Regnis , in quibus de Monarchico ſta-
tu agitur , ut advertit *Borell. allegat.cap.5.n.23.*
& commendat *Myler.in ejus hyparchologia cap.6.*
num.3. cum ſeqq. ubi latè adducit rationes, per
quas in electione Officialium præſertim Majo-
rum , & Conſiliariorum præferendi ſint Cives
exteris .

In aliis verò ex neceſſitate eligi debent Ci-
42 ves, ut in parvis Terris, & Oppidis , in quibus
ob carentiam cauſarum exteri non aſpirant ad
conſecutionem hujuſmodi officiorum, ut firmat
Novar. d. deciſ.54. num.20. in fine cum ſeq.Myler.
ubi ſupra n.42. & 123.

F Prætor noſtræ Civitatis olim habebat merum,
43 & mixtum imperium , ac gladii poteſtatem ,
vigore cujus poterat delinquentes , nedùm ad
mortem condemnare, verùm etiam ad confiſca-
tionem ſuorum bonorum devenire , & hoc tàm

ex diſpoſitione *Statutorum*, quàm *Conſtitutionis*
Friderici Imperatoris, vigore cujus conceſſa fue-
runt juta Fiſci certis Civitatibus Lombardiæ,
44 inter quas connumerata fuit noſtra Civitas, ut
legitur in *Extravag. de pace Conſtantiæ*, præſer-
tim in §. *Nomina*, & plenè reſpondit *Cepoll. conſ.*
crim. 17. num. 20. verſ. Circa ſecund. cum ſeqq.
contra Andream, Silveſtrum, Guidonem An-
tonium, Pettuoi, & Jacobum filios *D. Ugolini de*
45 *Vigliarant* Faventini. Et tunc temporis attenta
ampliſſima juriſdictione Prætoris vigebat ob-
46 ſervantia *Statuti* circa electiooem Forenſium;
Quinimò eligebantur I. C. Forenſes, ut pluri-
47 mum doctrinæ, & nobilitate conſpicui, ut pa-
tet ex *Cepoll. in mox allegat. conſ. 17. in princ.* ubi
meminit *Franciſci de Vizano Nobilis Bonoaienſis*,
& latiùs ex Cronologica deſcriptione facta à
bo: me: *Petro Maria Cavina impreſſ. ante princ.*
Hiſtoriæ Faventiæ bo: me: Tondutii; ſemper enim
48 Majeſtas, & dignitas Reip. nobilitate augetur,
& à Nobilibus majori ſplendore illuſtratur;
quod agnoſceus Christus *Rex Regum*, & *Fons*
49 *Magiſtratuum*, nobilitatem ex genere non de-
ſpexit, cùm ex ſemine Abrahæ, & ex progenie
Regia naturam humanam mirabili modo ſibi
copulaverit, natuſque fuit ex clara David ſtirpe,
& è duodecim Apostolis, quos elegit ad Prin-
cipes, & Iudices terræ ſeptem nobili genere
natos fuiſſe aliqui tradunt, videlicet Bartolo-
mæum, *utrumque* Iacobum, Thadæum, Simonem,
Ioannem, et Paulum, ut notat *Monteleon. in*
promptuar. Jur. verb. Nobilis. litt. D. Caſſan. in
Catalog. glor. Mundi par. 8. Conſ. 28. verſ. Militare
re videtur. Caſtill. in ſua politic. lib. 1. cap. 4. n. 12.
in ſcholiis litt. C. & D. quos refert, & ſequitur
Mattheu de Regim. Regn. Valent. cap. 4. §. 5. n. 3.
cum ſeqq. comprobaturque tàm ex *Sacra pagina*
in Deuteronom. cap. 1. verſ. 15. ibi: *Tulique de Tri-*
bubus veſtris viros ſapientes, & nobiles, & con-
ſtitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones, &
Quinquagenarios, ac Decanos, quàm auctoritate
Plutarc. Halicarnaſ. Ariſtotil. Tiraquell. Juſt.
Lipſ. Caſtill. & aliis relatis à *Mattheu ubi ſupra*
50 *n. 6. cum ſeq.* Et quamvis contrarium probare
prætendat *Petrus Gregor. Tholoſ. de Repub. lib. 4.*
cap. 3. num. 5. cum ſeqq. & lib. 24. cap. 6. nu. 13.
ac Trajan. Boccalin. in Ragnagl. Parnaſ. par. 2.
ragnagl. 8. in fine ibi -- *Che quanto poi alla nobil-*
tà del ſangue, ſopra la quale il Prencipe nato della
nobiliſſima Famiglia de Sanſeverini fondava la
maggior parte delle ſue pretenſioni, diſſero, che la
Congregatione non v'haveva fatta riffleſſione alcu-
na, ſtante la chiara fede degl' Anatomiſti dalla
parte contraria prodotta in giudizio, nella quale
concludentemente vedendoſi provato, che le oſſa, i
nervi, la carne, e le budelle delle perſone tutte era-
no fatte ad un modo, chiaramente moſtrava che la
vera nobiltà degl' huomini ſtava poſta nel cervel-
lo, non nelle vene; Nihilominùs id admittendum
eſt in caſu, quo inter Nobiles non reperiantur
51 doctrina, & virtutibus ornati, prout requiri-
tur, ſecùs è converſo; nam cæteris paribus No-
biles præferendi ſunt, ut tenet *Mattheu d. §. 5.*
num. 9. in fine.

Privato poſteà Prætore juriſdictione crimi-
52 nali, quæ verſabatur circa pœnas Statutarias,
& exindè ortis variis confuſionibus, officium
Prætoris cœpit exerceri à Civibus ejuſdem Ci-
53 vitatis, ut teſtatur idem *D. Cavina loc. cit. fol. 31.*
idque facile vigore gratiæ deſupèr reportatæ à
fa: me: Pio *IV.* de anno 1560. per Oratores Ci-
vitatis, ut notat *Tondut. in d. Hiſtor. par. 4. pag.*
mihi 641. ubi etiam refert quinam fuerit pri-
mus Civis ad Præturam electus, prout hodie
idem ſervatur cum in Feſto *D.* Thomæ ſorte
54 extrahatur, & de tali electione à DD. Antia-
nis certiorato Eminentiſs. Card. Legato obti-
netur confirmatio ab E. S. favore electi mediante
te expeditione literarum patentalium, quę con-
firmatio requiritur tàm ex forma conceſſionis
factæ per *D. Card. Alidoſium*, de qua *infra in Ap-*
55 *pendice pag. 3. num. 20.* quam de Iure *ad tex. in*
cap. avaritiæ de electione in 6. & firmat *Antunez*
Portugal. de donat. Reg. par. 2. lib. 1. cap. 12. n. 13.
tom. 1. Mylerius in ſua hyparchologia cap. 2. n. 21.
cum ſeqq. juncto cap. 6. num. 106. quamvis datio
56 juriſdictionis Univerſitati eligenti potiùs
quàm Cardinali Legaro confirmanti tribuenda
ſit ſecundum opinionem *Oteris de Officialibus*
cap. 6. num. 7. cum ſeqq. ubi teſtatur hanc eſſe
veriorem, & receptiorem.

Circa verò juriſdictionem civilem noſtri Po-
57 teſtatis notandum, quod coram eo Clericus
Legatarius, vel alio quovis modo creditor po-
teſt in confectione inventarij citari ab hærede
Laico defuncti, cum clauſula, *quatenùs ſua pu-*
taverit intereſſe, cum eo caſu Clericus dicatur
Reus voluntarius, non neceſſarius, ut firmant
Baron. de citat. tom. 1. quæſt. 24. num. 9. Scacc. de
judic. lib. 1. cap. 11. num. 100. Diana de immunit.
Eccleſiaſt. reſol. 20. Conciol. de hæred. art. 3.
num. 221. Maſtrill. deciſ. 79. & Thomat. deciſ. 89.
num. 7. cum ſeqq.

Notandum etiam, quod inventarium coram
Iudice ſæculari confici poteſt per hæredem La-
58 cum, quamvis defunctus eſſet Clericus *Graſſ.*
de effect. Cleric. effect. 1. num. 10. plenè *Carleva.*
de judic. tom. 1. diſp. 2. quæſt. 5. num. 337. Salgad.
labyrinth. credit. par. 1. cap. 6. num. 25. Conciol.
loc. cit. num. 219. & num. ſeqq. firmat idem pro-
cedere, etiamſi hæres inſtitutus à Laico ſit Cle-
ricus *Thomat. d. deciſ. 89. nu. 13.*

G Conſilium generale non poteſt Prætorem pro
59 alio ſemeſtre confirmare, uno tantùm contra-
dicente, etiamſi ad idem Conſilium ſpectet ejus
electio *ad tex. in §. final. verſ. niſi cuncta Civitas*
reluctante nullo. Auth. de deffenſor. Civit, & re-
ſpondit *Roman. ſingular. 96. Surd. conſ. 261. n. 13.*
cum aliis allegatis ſupra in Obſerv. ad Rubr. 3. n. 4.

H *Alexander Severus* cùm promovebat Judices,
argento, & neceſſariis inſtruebat, ita ut Præ-
ſides Provinciarum argenti pondo vicena,
60 phialas ſenas, mulos binos, equos binos, ve-
ſtes forenſes binas, domeſticos ſingulos, bal-
neares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingu-
los, & ſi uxores non haberent, ſingulas concu-
binas acciperent, quod ſine iis eſſe non poſſent,
redditurі depoſita adminiſtratione, mulas,
mu-

mulos, equos, muliones, & cocos, cæteraque ſibi habituri, ſi benè egiſſent, in quadruplum reddituri, ſi malè, ut relato *Lampridio* notat *Gonzalez Tellez in cap. Cùm ab omni num.8. de vita, & honeſt. Cleric. & Munoz. de ratioc. cap. 26. num.32.*

Hinc moueri videmur, quod ad hoc ùt in Magiſtratibus ceſſet occaſio rapacitatis, & avaritiæ, ac à ſordibus ſe abſtineant, quæ tàm de *Jure Divino* quàm *humano* ſunt interdicta, ut latè tradit *D. Thom. de Regim. Princip. lib. 4. cap. 3. cum ſeqq. Solorzan.* quàm plures cumulans de *jure Indiar. lib. 4. cap. 4. num. 17. Borell. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 1. num.75. Antunez Portugal. cit. cap. 12. num.44.* tenetur Princeps eiſdem ſalarium congruum, & competens conſtituere *l. unic. C. de præbend. ſalar. lib. 10. ubi Joann. de Platea, & Amaya num.14. Maſtrill. de*
61 *Magiſtrat. lib. 1. cap. 21. nu.1. Borell. eod. tract. lib.9. cap. 13. Antunez cit. cap. 12. num.45. cum ſeqq. Fragoſ. de Regim. Reip. par. 1. lib. 4. diſp. 9. §.4. num.46. cum ſeqq. Otcrus de Officialib. par.2. cap.16. num.1. cum ſeqq.* Et quidem ex ærario, ſeu redditibus Principatus tanquam unum ex oneribus politici patrimonij, pro quorum ſupportatione Reſpub. ipſi Principi tanquàm ejus marito concedit emolumenta vectigalium, aliorumque jurium Regalium pro dote, ut per *tex. in l.2. §. Hoc etiam verſ. ad hoc jubemus. C. de Offic. Præf. Afr.* firmant *Lucas de Penn. in l. Annonas C. de erog. milit. annon. lib. 12. Borell. de præſtant. Reg. qu.63. nu.53. Fragoſ. de Regim. Reip. tom. 1. par. 1. lib.4. diſp. 9. §.4. num.47. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 21. num. 1. cum ſeqq. bo: me: Card. de Luca de Iudic. diſcurſ. 39. num. 32. verſ. Semper & D. meus Raynald. In ejus obſervat. crim. cap. 4. §. 5. num. 21. verſ. Quaro quando poſt hæc ſcripta impreſſ. vol. 1.* Idque practicatum fuit à
62 barbato *Bajazet* Primo Turcarum Imperatore, ut teſtatur *Eques Io: Sagredus in ejus opere inſcripto Memorie Hiſtoriche de Monarchi Ottomani lib.1. fol. mihi 21.* ibi — *La ferocia dello ſpirito di Bajazet intenta all' Armi non lo diſtraſſe dall' applicazione del governo civile. Levò in favore della Giuſtitia a' Giudici li ſtipendii, che ritraeano dalle ſoſtanze de Litiganti, & ordinò, che gli foſſero sborſati dal proprio Erario per non dar fomento alle liti, e per ſottrarre li Sudditi dall' oppreſſione della avarizia.* Et quod ſit admiratione dignum, quod Turcarum Princeps magna dat ſtipendia Magiſtratibus nè furentur, notat *Borell. de Magiſtrat. Edict. lib. 1. cap.13. nu.31.* quem refert, & ſequitur *Jo. Bapt. Thor. in Proloquio ad tract. de Magiſtrat. Regni Neap. num. 328.* Cùm nemo
63 proprijs expenſis militare teneatur, ac juſtum ſit, ut laboranti ſtipendium aſſignetur, cùm ratio abhorreat ſine præmio homines laborioſis præfici officiis, ue eleganter docet *Caſſiodor. lib.11. epiſt. 37.* cujus verba refert, & ſequitur *Amaya in d. l. unic. num.14.* & tradunt *Gonzalez Tellez, in commentar. ad cap. cum ab omni num.7. cum ſeq. de vit. & honeſt. Cleric. Amaya in d. l. unic. eod. num. 14. Fragoſ. ubi ſupra Capoblanc. de Baron. in Pragm. 4. num. 20.* Alioquin Princeps non ſolvens ſtipendia Magiſtratibus, committit peccatum mortale, & tenetur àd reſtitutionem, ſi exindè ſequantur concuſſiones, & vendatur juſtitia, ut cum *Cutell. in comment. ad l. Sicul. Martini cap. 7. nota 6. num.1.* proſequitur *D. Raynald. loc. cit. in fine.* Cujus ſalarii Officia-
64 lium publicorum primus inventor, & author fuit *Auguſtus*, nàm antea, qui à Repub. aliquod munus ſuſcipiebat, omnia ſuis ſumptibus agere conſueverat, ut notat *Carleval. de judic. lib. 1. tit. 1. diſp.7. ſub num.38.*

Quinimò tale eſſe debet ſalarium, ut non ſolum ſit pro Magiſtratus, ejuſque familiæ honeſta ſubſtentatione ſufficiens, ſed ex eo quotan-
65 nis aliquam ſummam reponere valeat, qua ſenectuti conſulat, ut expreſsè probat *tex. in l. Hanc §. Sexcenti autem C. de Aduocat. diverſ. Valenzuel. conſ.54. num.12. Capiblanc. de Baron. d. prag.3. nu.22. Zacch. in probem. de ſalar. n.16. Antunez Portugal. d. cap.12. num.50. Larrea dec.85. num.15.* licèt ſecundùm *Pſalmiſtam* non
66 videatur juſtus derelictus, nec ſemen ejus quærens panem.

Addito, quod ſi ſemel conſtitutum fuerit ſalarium, & progreſſu temporis reditum fuerit
67 inſufficiens, & incongruum ob variationem pretij rerum, quod non ſolum tempore, ſed etiam copia, & inopia pecuniæ variatur, Princeps tenetur ſupplere, ut proſequitur *Antunez Portugal. d. cap.12. num.51. verſ. Cùm igitur.* circa quod tamen videndus *Zacch. de ſalar. qu.9.*
68 ubi egregiè de more diſtinguit, & declarat.

Eadem ratione evitandi injuſtitiam, extorſiones, & venalitatem, in bene ordinata Republica nunquam munus judicandi pauperibus, & indigenis demandatum fuit, ut ex ſententia *Boet. de ſcolaſt. diſciplin.* ibi *O quàm abſurdum eſt Magiſtratuum egeſtas, quippè quæ ſit diſciplinæ Noverca, ſunt enim in hujuſmodi officiis pauperes, ſicut & in militia debiles, qui magis officiunt, quam proſint &c.* tradit *Lucas de Penn. in l. ult. num. 6. C. de his qui num. lib. vel pauper ſe excuſ. lib.10. Maſtrill. de Magiſtrat lib.2. cap.12. nu.9. cum ſeqq. Lotter. de re benefic. in apparat. nu.144. Antunez Portugal. de donat. Reg. par. 2. lib.1. cap.12. num.41.*

Quod tamen pro lege, & regula inviolabili non eſt accipiendum, cum quandoque etiam divites in eorum officio peſſimè ſe geſſerint, & gerant, è converſo verò pauperes optimè Rempublicam adminiſtraverint, ac adminiſtrent, unde ab eorum moribus, & virtutibus id judicandum eſt, abſque eo, quod de ſolis divitiis, vel paupertate habeatur ratio, ut advertit *Maſtrill. loc. cit. num.22. cum ſeqq.* ubi inclinat mediam viam eſſe ſequendam, nempè nec divites, nec in nimia paupertate conſtitutos eſſe eligendos, & *Antunez ubi proximè num.42.*

I Palatii nomen in titulum honoris acceperunt
69 Regiæ habitationes *l. unic. C. de Palat. & domib. Dominic. lib.11. Claud. de ſext. honor. Conſul.*

Cui mea, quæ cunctis tribuere Palatia nomen, docet *Dion. lib.53. & Petrus Gonzalez de Salcedo in ejus theatro honor. gloſ.29. num.16. juncto n.19.*

Et licet nonnulli voluerint, ſolummodò habi-
tationes Romanorum Imperatorum Palatia ap-
70 pellata fuiſſe ex Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 17.
Maximil. Fauſt. conſ. pro Ærar. claſ. 6. conſ. 566.
Sueton. in Auguſt. cap. 72. ubi Caſaubon. & Phi-
lipp. Beroald. Camill. Borell. de præſtant. Reg. Ca-
thol. cap. 23. quos refert Salcedo d. gloſ. 29. n. 17.
71 ubi etiam refert alias opiniones circa Pala-
tiorum originem; Attamen valdè priùs ſub
72 Perſis, Chaldæis, & Iſraelitis Regibus, do-
mus à Regibus perſonaliter habitatæ Palatia
dicta fuere, ut ex Sacra Hiſtoria in Paralipome-
non. cap. 2. Regum lib. 3. cap. 7. & 9. Joſeph anti-
quitat. lib. 8. cap. 5. Camill. Borell. ubi ſupra à n. 10.
cum ſeqq. & tenet Salced. loc. cit. num. 18.

Notandum, quod habitationes Regum, &
Imperatorum promiſcuè appellatæ fuerunt Pa-
73 latium, & Domus Regia, ſeu Imperialis, ut ex
Rubr. & l. unic. ibique Fulu. Conſtant. & Aha-
ſuerius Fritſchius C. de Palatiis, & Domib. Domi-
nicis lib. 11. Petrus Gonzalez de Salcedo in ejus
Theatro honoris gloſ. 29. & præter I.C. pleniſſimè
Thomas Reineſius de Palatio Lateranenſi, Carolus
de Freſne in ejus gloſario, in verbo Domus Regis,
& in verbo Palatium, P. Vldericus Raynaldus in
Compendio Baronii ann. 312. num. 81. Et quamvis
illæ habitationes, quæ ædificatæ fuerunt Ruri
deliciarum, ac recreationis gratia Regum, &
Imperatorum appellatæ fuerunt à Cardinali
74 Bentivolo Caſe, in ejus libro inſcripto: Rac-
colta di Lettere del Card. Bentivoglio, prout le-
gitur in una ſcripta Equiti Marino pag mihi 116.
ibi — Perche non viddi V. S. il mio Signore Cava-
gliere al mio partire per Fontanableo? che ſenz'al-
tro v'haverei ò condutto meco, ò rapito. Se ben
credo che il voſtro venire ſarebbe ſtato effetto di
volontà, ò non di forza, ſtimando, che ſareſte ve-
nuto volontieri à vedere Fontanableo, che tiene il
primo luogho frà le Caſe Reali, che hanno i Rè
di Francia in Campagna. Et in alia ſcripta Duci
Montis Leonis pag. mihi 286. ibi Furono poi con-
fermate amplamente le felici nuove della vittoria
de Cattolici in Boemia, e della preſa particolare
di Praga. La battaglia ſeguì non molto lontano
dalle mura della Città appreſſo una Caſa di pia-
cere dell'Imperatore chiamata la Stella, per eſ-
ſere d'Architettura ſtellata &c. Nihilominus ap-
75 pellari etiam poſſunt Palatia, prout loquen-
do de Regibus Luſitaniæ Antunez Portugal. de
donat. Reg. tom. 2. par. 3. cap. 10. ſub num. 5. ſub-
dit: Et recreationis gratia tria habent Palatia,
ſcilicet in Oppido de Sintra, in Oppido de Alme-
rim, & in Oppido de Salvaterra de Magos.

Notandum etiam, quod qui curam gerebat
Palatii Imperatoris in Imperio Occidentali di-
76 gnitatem proximam Imperatori gerere dice-
batur, indeque nomen Curopalates invaluit, &
Juſtinus ex Curopalata Imperator factus, ut
notat Jacobus Gottofredus in Comment. ad lib. 1.
verſ. Quarto loco. de Domitib. & Tribunis Scho-
lar. in Cod. Theodoſ.

Circà verò privilegia, prærogativas, & im-
77 munitates debitas Palatiis, & domibus Re-
giis, & Imperialibus, vide Fulu. Conſtant. &
Fritſch. loc. citat. ac in ejus Sillage var. tract.
cap. 11. & 12. Antunez Portugal. d. cap. 10. &
Salced. ubi ſupra num. 20. cum ſeqq.

Aſſignatum fuit Prætori noſtro Palatium pro
jure reddendo eo modo, quo olim Romæ Ju-
78 dicibus aſſignata fuerat Regia Baſilica, quæ erat
Palatium majus apud Lateranum, ut in cap. 3. ibi-
que gloſs. in verb. In quibus. auth. de Judicibus,
& ut nullatenùs &c.

K Juſtinianus Imperator voluit Judices continuè
79 nempe matutino mox, & meridie & veſperè
ſedere, & audire debere cauſas ut in d. cap. 3.
Auth. de Judicibus, & ut nullatenùs &c.

ADDITIO AD RUBR. V. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 ELectionis Magiſtratus materia remiſſivè.
2 Impedientes juriſdictionem Eccleſiaſti-
cam incurrunt excommunicationem.
3 Amplia ſivè impedimentum proveniat au-
ctoritate paublica, ſivè privata.
4 Salutationis, & reſalutationis, ac reverten-
tiæ erga Judices remiſſivè.
5 Magiſtratus temporales eſſe debent num. 4.
6 Officia concernentia adminiſtrationem bo-
norum Univerſitatis conferenda ſunt Inco-
lis, & originariis; quæ verò conferunt ad-
miniſtrationem juſtitiæ danda ſunt cæteris.
Limita num. 6.
7 Del Bene de Immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 11. re-
probat Mart. de juriſd. par. 4. cent. 2. caſ. 122.
8 Inventarium bonorum hæreditariorum Cle-
rici poteſt confici coram Judice ſæculari
poſt aditam hæreditatem.
9 Palatii appellationem vide ibi remiſſivè.

Num. 8. De electione Magiſtratus vide Sabell. in
1 ejus ſecundo diſcurſu * impreſſ. in princ. vol. primi
ſumm. diverſ. tract.

Num. 20 Impedientes juriſdictionem Eccleſiaſti-
2 cam incurrunt excommunicationem Bulla in
Cœna Domini §. 17. & 20. cujus verba regiſtran-
tur etiam à Pignatel. conſult. 18. n. 2. vol. 7. & pro-
cedit ſivè auctoritate poblica, ſivè impedimen-
tum proveniat * auctoritate privata ex diſpo-
3 ſitione etiàm cap. quoniam de Immunit. Eccleſiaſt.
in 6. ut firmat Duard. ad Bullam in Cœna Domini
can. 16. quæſt. 4. in Addit. lit. A. quem cum aliis
ſequit. Pignatell. d. conſult. 18. num. 5. & ſeqq.

Num. 22. De ſalutatione, & reverentia erga Ju-
4 dices, * & de eorum reſalutatione vide Scana-
rol. de viſitat. Carcer. §. 35. cap. unic. n. 13. cum ſeqq.

Num. 23. Magiſtratus temporales potius quam
perpetui eſſe debent ut tradit Solorzan. de Jure
Indiar. lib. 4. cap. 4. num. 56.

Num. 36. Officia concernentia adminiſtrationem
5 bonorum conferenda. Sunt Incolis, * & origi-
nariis,

Digitized by Google

nariis, quæ verò adminiſtrationem juſtitiæ concernunt conferenda ſunt exteris, ut ſequitur *Caſtellin. ad Banniment. Romandiolæ obſervat. 9. num. 6. verſ. Ego tamèn*, ubi tamèn reffert contraria exempla.

Num. 40. Conſuetudine concurrente admittuntur
6 etiam Cives in concernentibus adminiſtrationem Juſtitiæ ſequitur *Caſtellin. ubi ſupra n.* 10. *cum ſeq.*

Num. 57. Adde *Del Bene de Immunit. Eccleſ. cap.*9.
7 *dub.*11. qui reprobat *Martam de Juriſdic. par.*4. *centur.*2. *caſ.*122. contrarium ſentientem.

Num. 58. Declara procedere poſt aditam per laicum hæreditatem, quià tùnc propriè non po-
8 teſt * dici hæreditas defuncti, ſed patrimonium hæredis laici, ſecus ante aditam hæreditatem cum tùnc adhùc perſonam Clerici repreſentet, qui eſt exemptus à juriſdictione Sæculari ut declarando firmat *Oliva de Foro Eccleſ. part.* 2. *quæſt.*31. *num.* 2. *cum ſeqq.* juncto *num.* 23. & *num. ſeq.* reſoluit alios caſus.

Num. 69. Vide plura penes *Antunez. Portugal. de*
9 *donat. Reg. lib.*3. *cap.* 10.

De juramento dicti Domini Poteſtatis, & ejus Familię, ac ejus modo, forma, & tenore.

RUBRICA SEXTA.

STATUIMUS, & ordinamus, quod Dominus poteſtas cum ſuis Officialibus in initio ſui officii jurare (A) teneatur in manibus Dominorum Antianorum pro tempore exiſtentium ad Sancta Dei Evangelia bona fide obſervare, & obſervari facere Sacroſanctam Fidem Catholicam, quam ſervat Romana Eccleſia, & de obſervando, & executioni mandando ſententias latas contra hæreticos per Inquiſitores hæreticæ pravitatis, & ad ipſum Inquiſitionis officium libere exercendum, quotieſcumque per ipſum requiſitus fuerit de dando auxilium, & favorem, & de permanendo in dicto ſuo officio. Et illud exercendo perſonaliter, & non per ſubſtitutum, niſi in caſu juſtæ, & probabilis, aut evidentis, & neceſſariæ abſentiæ. Et de adminiſtrando Juſtitiam bona fide, & ſine fraude, maximè viduis, orphanis, pupillis, miſerabilibus perſonis, majoribus, & minoribus, & omni populo Faventino. Et ſi appellatum fuerit de dando auxilium, & favorem Judici appellationum. Et in executionibus executoribus ſententiarum. Ac de mandando executioni ſi non fuerit appellatum, ſeu reclamatum ſententias, lauda, & præcepta executionem merentia. Et de exigendo, & auferendo Banna, Collectas, & condemnationes quaſcunque ſine aliqua mercede. Nec non de obſervando, & obſervari faciendo per ſe, & totam ejus familiam Statuta, & ordinamenta communis Faventiæ tàm edita, quàm ædenda in hoc volumine inſerta, ſeù inſerenda, & maximè infraſcriptum proximè Statutum. Et ubi prædicta defecerint de obſervando Conſtitutiones Provinciæ in hoc volumine inſertas. Et in earum defectum, Jura Canonica, & poſtremò in eorum defectum Jura Civilia. Et etiam de non comedendo, vel bibendo in Ciuitate Faventiæ cum aliquo Faventino. (B) Nec extra dictum Palatium pernoctando abſque licentia Dominorum Antianorum pro tempore eidem per eos concedenda ex cauſa legitima, Et de ſtando ad ſindicatum (C) per tres dies continuos depoſito ſuo officio, ſi libellus vel petitio qualis qualis, aut querela aliqua contra ipſum, ſeù ejus familiam data fuerit. Nec non de ſolvendo omnem condemnationem contra eum, & ejus familiam fiendam. Et de non recipiendo, vel recipi faciendo per ſe, vel ejus familiam aliqua xenia, etiam eſculenta, vel poculenta. (D) Et de non petendo refirmationem ſui officii, vel pro aliquo ſuo officiali ſub aliquo quæſito colore directè, vel indirectè.

SUMMARIUM.

LArgitiones pro obtinendo Officio annexam juriſdictionem habente, ſunt prohibitæ num. 1. & 3.

1 Magiſtratus jurare tenentur juxtà formulam ibi remiſſivè præſcripta, antequàm juriſdictionem exercere incipiant.

2 Magiſtratus jurare tenentur, ſe non emiſſe Officium.

3 Magiſtratus ementes Officium, juſtitiam vendere coguntur.

Officia juriſdictionem annexam habentia, alienari non poſſunt abſque aſſenſu Principis, n. 4

4 Officia exercitium, & adminiſtrationem juriſdictionis habentia, obtinentes in Urbe mediante pecunia, & ſolutione, ac traditione aliarum rerum per ſe, vel interpoſitam perſonam, puniuntur pœnis, de quibus ibi

5 Magiſtratus jurare debent de rectè adminiſtranda juſtitia, alioquin interim adminiſtrantes,

tes, ſeù exercentes puniri poſſunt pœna criminis læſæ Majeſtatis, & num.9.

6 Juſtitia eſt Regina virturum.

7 Juſtitiæ obediunt omnes virtutes.

8 Juſtitia adminiſtranda eſt indiſtinctè omnibus à Judicibus.

10 Magiſtratus denegantes adminiſtrare Juſtitiam faciunt litem propriam.

11 Officium Judicis eſt neceſſarium, non voluntarium.

Judex negligens in adminiſtratione Juſtitiæ, quo, & quomodo puniatur tàm civiliter, quàm criminaliter remiſſivè.

Judex abſtinere ſe non poteſt à munere judicandi, alioquin committit injuſtitiam, peccat, & tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum, & ad intereſſe parti pro quo datur actio in factum, ac punitur pœna Fiſco applicanda num.11. Ampl. ut ibi.

12 Judex iniuſtitiam minorem non committit abſtinendo à judicando, quàm iniuſtè judicando.

13 Judex differre non poteſt prolationem ſententiæ favore illius, quem agnoſcit fovere bonum jus, ſub prætextu inducendi partes ad concordiam.

14 Judices votum iniuſtum dantes contra proprium ſenſum adhærendo voto præcedentium Collegarum, au ultra peccatum mortale teneantur ad reſtitutionem remiſſivè.

Judex per imperitiam judicans, quando, & ad quid teneatur remiſſivè. num.15.

15 Judices ob imperitiam aliquando iniuſtè judicant.

16 Judices amore, vel odio, vel timore, vel pretio, vel precibus corrupti aliquando judicant.

Judices partiales eſſe non debent num.16.

17 Judices ſuperbi, & obſtinati non rectè judicant.

Judicis iniuſtè judicantis pœna abſque ſpe miſericordiæ num.18.

18 Judices ad complacentiam Principis, & Superioris aliquandò iniuſtè judicant.

19 Magiſtratus privilegia, conſuetudines, & Statuta loci obſervaturum jurare debent.

Non tamen abrogata, & invalida nu.20. & 22. Ac quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam nu.21. Et quid de Statutis futuris n.24.

23 Jurare ſe ſervaturum Statuta, & jurare ſe ſervaturum contenta in Statutis, ſunt inter ſe diverſa, & quare.

25 Contrahere non poſſunt cum Subditis Præſides Provinciarum, Gubernatores, Senatores, Auditores Magnatum, cæterique Magiſtratus ſub pœna nullitatis, & quadrupli favore Fiſci, & quare num.26. Ampl. ut ibi num.27. & 36. Limit. primò num.28. & 29. Sublim. num.30. Lim. ſecundò num.31. Sublim. num.32. Vide remiſſivè num.33.

34 Prætor FAVENTIÆ comedere, & bibere cum Civibus olim prohibitus erat.

Familiaritas, & amicitia cum Subditis ſæpè impediunt juſtitiæ adminiſtrationem nu. 34.

35 Nobiles Veneti prohibentur nedum converſari, ſed etiam alloqui cum Miniſtris Exterorum Principum Venetiis reſidentium.

36 Matrimonia contrahere non poſſunt cum Subditis Magiſtratus, eorumque filii, durante miniſterio vide num.37.

38 Magiſtratus, & Officialis jurare debet de ſtando, & parendo Syndicatui. Ampl. num.39.

40 Xenia ſunt munera, ſeù munuſcula, quæ inter hoſpites, conſanguineos, aliaſque perſonas, vel amoris, vel letitiæ, vel obſequii cauſa ad captandam benevolentiam mitti ſolent.

41 Xenia mittebantur Prætoribus à Provincialibus.

42 Xenia mittebantur Principibus.

43 Eſculenta, & poculenta pro xeniis mitti ſolebant.

44 Munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba juſtorum.

45 Juſtitiæ locum eſſe non poteſt, quando muneribus patet aditus.

46 Prætori FAVENTIÆ, & ejus familiæ prohibitum eſt xenia, & eſculenta, ac poculenta accipere.

47 Xenia, eſculenta, & poculenta accipere prohibitum eſt Magiſtratibus, & Judicibus in Gallia, in Regno Caſtellæ, Luſitaniæ, & Neapolis.

Et contravenientes peccant mortaliter, ac tenentur ad reſtitutionem. num.47.

48 Eſculenta, & poculenta Judices accipere poſſunt, vide num.51. & 52.

49 Maximè quando Judex nullum, vel tenue ſalarium habeat.

50 Eſculenta, & poculenta accipiuntur à Judicibus Romanæ Curiæ in Feſtis Natalitiis.

52 Eſculenta, & poculenta à Judicibus uſque ad quam quantitatem accipi poſſint.

OBSERVATIO.

A OMnes Magiſtratus antequàm exercere incipiant Juriſdictionem jurare tenentur
1 juxta formulam præſcriptam à *Juſtiniano in* §. *Sic igitur Auth. Ut Judices ſinè quoquo ſuffrag. fiant*, & latius in *Auth. Jusjurandum, quod præſtatur ab his, qui adminiſtr. accip.*, ac in §. *Oportet Auth. de Mandat. Princip.* firmant *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 10. part. 1. nu. 112. Borell. de Magiſtrat. liber. 1. cap. 14. num. 9. cum ſeqq. Maſtrill. eodem tractat. lib. 2. cap. 2. nu. 48. Novar. de gravam. Vaſſall. tom. 2. gravam. 40. Maſtrill. deciſ. 238. nu. 61. part. 3.*

Præſertim jurare tenentur, ſe non emiſſe
2 officium d. §. *Sic igitur Auth. Ut Judices ſine quoquo ſuffrag. fiant* late *Capoblanc. de Baron. pragm. 4. num. 1. cum ſeq. Antunez Portugal. de donat. Reg. par. 2. lib. 1. cap. 12. num. 38. tom. 1. Solorzan. de Jure Indiar. libr. 4. cap. 4. ſub nu. 17. tom. 2. Scyaloja de foro Compet. cap. 33. num. 212.* Nàm ut notat *Ariſtotil. polit. cap. 16.* ibi *pravum in Civitate Magiſtratus eſſe venales*, cum tùnc
3 ipſi quoque vendere cogantur juſtitiam, ut cecinit *Claudian.*

Venaleſque manu ibi fas, ubi maxima merces, quod

quod fuit deſumptum ex *David in Pſalm.* 25. ibi
*In quorum manibus iniquitates ſunt dextra eorum
repleta muneribus* notat *Solorzan. de Jure In-
diarum cap.* 4. *num.* 14. quod iniqum eſt, ut ple-
nè per *Scanarol. de viſit. Carcerat.* §. 9. *cap.* 2. *n.* 20.
verſ. Hinc cum ſeqq. Nàm prohibitæ ſunt largi-
tiones pro obtinendo Officio adminiſtrationem
Juſtitiæ annexam habente, ut in *d. tit. Ut Ju-
dices ſinè quoquo ſuffrag. fiant*, latiſſimè com-
probando firmat *Paſqualig. qq. moral. Canonic.
centur.* 4. *queſt.* 36. ubi tamen *num.* 12. limitat,
ſi fiant limitato pretio, & digno, in quo ceſ-
ſet omnis ſuſpicio mali.

In Statu Eccleſiaſtico contra obtinentes Offi-
cia exercitium, & adminiſtrationem juriſdi-
4 ctionis habentia mediante pecunia, vèl ſolu-
tione, vèl traditione, ac promiſſione aliarum
rerum, vèl per ſe, vèl per interpoſitam perſo-
nam impoſita eſt pœna confiſcationis omnium
bonorum, degradationis, & ammiſſionis tàm
privilegii Doctoratus, quàm quorumcunque
per eum obtentorum Officiorum tàm Secula-
rium, quàm Eccleſiaſticorum, ac demùm ul-
timi ſupplicii ut diſponitur in *Bulla B.* Pii V.
la 140. cujus meminit *Fragoſ. de Regim. Reip.
par.* 1. *libr.* 1. *diſp.* 2. §. 2. *num.* 130. confirmata per
Alexandrum VII. *in ejus Bulla in ordine la* 19.
§. 13. *Bullar. tom.* 6.

Hinc cum de anno 1681. non ſine aliquo
probabili fundamento dubitatum fuiſſet, me-
diantibus hujuſmodi illicitis pactionibus tra-
ctatam, ac concluſam fuiſſe venditionem, ſeù
reſignationem unius Officii conſpicui Romanæ
Curiæ annexum exercitium juriſdictionis ha-
bentis, Summus Pontifex mitiùs agendo ſolum
denegavit gratiam admiſſionis reſignationis,
prætermiſſis pœnis incurſis; & de anno ſequenti
admiſſa libera reſignatione in ejus manibus, il-
lud contulit eidem cui de anno antecedenti
gratiam denegaverat; onere tamen iniuncto
tranſmittendi Imperatori pro urgentibus ne-
ceſſitatibus belli ſcuta 10000. quæ ſupponeban-
tur antecedenter promiſſa Reſignanti, & Me-
diatoribus.

Ceterum Officia annexam juriſdictionem
habentia tanquam de Regalibus abſque Princi-
pis aſſenſu alienari non poſſunt ab inferiore
juxta doctrinam *Salycet. in l.* 1. *ſub num.* 3. *verſ.
Ideò ſimpliciter C. ad leg. Iul. de ambit. De Ponte
deciſ.* 16. *num.* 26. *Rot. coram Bich. deciſ.* 571. *n.* 2.
cum ſeq. juncta deciſ. 606. *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi
concordantes.

Sicuti etiam principalitèr jurare debent de
5 rectè adminiſtrando juſtitiam *Barboſ. in l. Rem
non novam num.* 2. *C. de judic. & ex auctoritatibus
ſupra in princ. allegatis*, quæ cum ſit Regina
6 virtutum, ut ex *libro Officiorum S.* Ambrosii *Epi-
ſcopi lib.* 1. *cap.* 28. ibi *Magnus juſtitiæ ſplendor
quæ aliis potiùs nata quàm ſibi Communitatem, &
Societatem noſtram adjuvat, excelſitatem tenet,
ut ſuo judicio omnia ſubjecta habeat, opem aliis
ferat, pecuniam conferat, officia non abnuat, peri-
cula ſuſcipiat aliena*, & dixit *Ariſtotil. lib.* 5. *Ethic.
cap.* 1. *paulo ante finem Vlaſt. de Iudice perfecto
Rub.* 1. *Annot.* 1. *num.* 5. *Antuncz. Portugal. de
donat. Reg. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 21. illique
7 omnes virtutes obediant, ut notat *Muta in Con-
ſuetud. Panormit. cap.* 8. *num.* 10. *cum ſeqq.* ante
omnia à Iudicibus colenda eſt eam indiſtinctè
8 adminiſtrando omnibus, ut in *libro Sapientiæ
cap.* 1. ibi. *Diligite Iuſtitiam qui judicatis terram*,
& ex *dicto libro officiorum S.* Ambrosii *loc. cit.* ibi.
*Quanta autem juſtitia ſit ex hoc intelligi poteſt,
quod nec locis, nec perſonis, nec temporibus exci-
pitur, quæ etiam hoſtibus reſervatur*, ac proſe-
quitur *Muta ubi ſupra n.* 17. *Scyaloia loc. cit. Fon-
tanell. deciſ.* 1. *num.* 8. *par.* 1. Alioquin ſi non præ-
ſtito hujuſmodi juramento de bene admini-
9 ſtrando interim exercuerit, puniri poterit pœ-
na criminis læſæ Majeſtatis, ut firmat *Novar. de
gravam. Vaſſall. tom.* 2. *gravam.* 40. *n.* 8.

Denegando verò illam adminiſtrare, facit
10 litem ſuam *Schrader. de feud. par.* 10. *ſect.* 4.
num. 167. ut proſequitur *Muta ubi ante eodem
num.* 17. Nam cum officium Iudicis ſit neceſſa-
11 rium, non voluntarium, non poteſt ſe abſti-
nere à munere judicandi, ut dicit *Maſtrill. de-
ciſ.* 151. *num.* 20. *par.* 2. quam ſequitur *Fontanell.
deciſ.* 1. *num.* 7. *cum ſeq.* juncto *num.* 12. *cum ſeqq.
par.* 1. *Caſtell. deciſ. Sicil.* 94. *num.* 1. & *Card. Al-
bitius de incoſtant. in judic. quæſt.* 37. *num.* 122.
ubi *num.* 25. *cum duobus ſeqq.* ſubdit, quod pu-
nitur pœna Fiſco applicanda, & ad intereſſe
partis, pro quo datur actio in factum. Alio-
quin committit injuſtitiam peccat, & tenetur
ad refectionem omnium damnorum ſecundum
communem ſententiam *Theologorum, & Cano-
niſtarum*, ut tradit *Schrader. ubi ſupra Anton.
Faber in ſuo Cod. lib.* 3. *tit.* 4. *ne quis in ſua Cauſa
definit.* 1. quem ſequitur *Fontanell. d. dec.* 1. *nu.* 8.
& *Card. Albitius loc. cit. num.* 123. *cum ſeqq.* ubi
num. 128. cum Divo Thoma, & *aliis* ampliat
etiamſi Iudex tanquam perſona privata, & pri-
vata conſcientia noverit contrarium ejus quàm
quod per teſtes, & inſtrumenta publica proba-
tum fuerit pleniſſimè *Farinac. quæſt.* 111. *art.* 15.
ubi examinat quando, & quomodo puniatur,
ſeù teneatur tàm civiliter, quàm criminaliter
Iudex negligens in adminiſtratione juſtitiæ.
Cum non minorem committat iniuſtitiam ab-
12 ſtinendo à iudicando, quàm ferendo ſenten-
tiam iniuſtam *Schrad. de feud. par.* 10. *ſect.* 4.
nu. 166. *cum ſeq. Fontanell. d. deciſ.* 1. *num.* 6. *cum
duobus ſeqq. & Maſtrill. loc. cit. eodem num.* 20.
Hinc non licet Iudici diferre prolationem ſen-
13 tentiæ favore illius, quem cauſa diſcuſſa agno-
ſcit fovere bonum jus ſub prætextu, & inten-
tione inducendi partes ad concordiam, ut te-
net *Langleus Semeſtr. lib.* 5. *cap.* 4. *fol. mihi* 231.
litera A. ubi ſubdit, id ſolum licere in re
dubia.

Quid dicendum de iis Iudicibus, qui in po-
ſtremis, ac ultimis locis in Collegio ſedentes,
14 & ſuffragantes adhærendo voto iniuſto præce-
dentium Collegialium dederunt uniforme ſuf-
fragium contra proprium ſenſum, an ultra pec-
catum mortale, ſempèr teneantur ad reſtitutio-
nem, vide *Capyc. Latr. conſultat.* 151. *num.* 31. &

32. *cum*

32. cum ibi per eum allegatis.

Non deeſt enim in toto Orbe magna copia
15 illorum Iudicum, quorum aliqui iniuſtè, & ini-
què iudicant ob impetitiam, de quibus loqui-
tur *Xamar de Offic. Judic. par. 1. quæſt. 17. nu. 27. cum ſeqq. & Farinac. quæſt. 111. art. 16.* ubi latè
examinat ad quid teneatur, & quando. Alii vel
amore, vel odio, vel timore, vel pretio, vel
16 precibus corrupti, de quibus pariter *Xamar ubi ſupra nu. 36. Scanarol. de viſit. carcerat. lib. 2. §. 9. cap. 3.* ubi latè de vitanda à Iudicibus par-
tialitate, & *Joſeph Voet de Jure militar. cap. 7. ſub num. 5. ſub verſ. præſertim cum ſeqq.* Alij ſu-
perbi, obſtinati, & pertinaces in eorum falſa,
17 & erronea prima impreſſione, de quibus *Rubeus diſcurſ. impreſſ. in princ. partis 10. rec. n. 281. cum ſeqq.* Alij abſque lege, & ratione, ſed solùm
18 auctoritate *Pſalmiſtæ* ſuffulti *Placebo Domino in Regione vivorum*, ut in ſuo caſu advertit *Afflict. deciſ. 321. num. finali*, quod ego repetij in *Annot. ad recol. mem. Coccin. dec. 87. num. 75. cum ſeqq. Deo dante imprimen.* Abſque timore juſti, & tremendi judicij *Dei* regiſtrati in *libro Sapientiæ cap. 6. verſic. 1. cum ſeqq.* ibi: *Audite Reges terræ, & intelligite, diſcite Judices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt a Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur, quoniam cum eſſetis Miniſtri Regni illius, non rectè judicaſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, nec ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet; exiguo enim conceditur miſericordia; Potentes autem potentèr tormenta patientur*, & reffert *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 3. num. 85.*

Paritèr etiam jurare debet, ſe obſervaturum privilegia, conſuetudines, & Statuta *cap. ve-*
19 *nientes de jure juran. Burboſ. in l. Rem non novam nu. 3. C. de Judic. Scanarol. de viſit. carcer. lib. 2. §. 9. cap. 2. num. 34. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 13. num. 328. & 330. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 2. num. 52.* quod juramentum non porrigi-
20 tur ad invalida, & abrogata, ut voluit *Gloſſ. & Bart. in l. Si quis priore ff. ad Trebell.* & cumulatis concordantibus firmat *Borell. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 14. num. 55. Scyaloja de foro compet. d. cap. 33. num. 212.* Minùſque ad ea, quæ ſunt contra li-
21 bertatem Eccleſiaſticam *Guttierez de juram. confirmat. par. 1. cap. 38. num. 7.* Sicuti etiam nec ad ea, moribus utentium non recepta, vel per
22 contrariam conſuetudinem abrogata, ut proſequitur *Gutierez loc. cit. nu. 14. verſ. his ſic prælibatis Cancer. ubi ſupra num. 324.*

Circa quod tamen notandum eſt, aliud eſſe jurare, ſe ſervaturum ſtatuta, aliud verò con-
23 tenta in ſtatutis; Nàm primo caſu ſi revocentur ſtatuta liberatur à juramento; ſecùs autem in ſecundo caſu *Bald. in prælud. feud. col. 5. verſ. item nos dicimus, Dec. in cap. cum venerabilis nu. 23. de except. Decian. conſ. 29. num. 82. lib. 2. & priùs conſ. 50. nu. 27. lib. 1.* relati per *Fulvium Benignum in Annot. ad Statut. Agriculturæ Urbis cap. 13. ſub litera A.*

An autem tale juramentum extendatur etiam ad obſervantiam ſtatutorum edendorum con-
24 trovertitur inter *DD.* ut videre eſt penès *Borell. d. cap. 14. num. 58. cum ſeqq.* ubi tenet non porrigi ad Statuta futura; Hanc tamen controverſiam ſuſtulit noſtrum *Statutum*, cum expreſsè diſpoſuerit, juramentum præſtandum eſſe de obſervando Statuta tàm edita, quàm edenda.

Præſidibus Provinciarum, Gubernatoribus,
B Senatoribus, Auditoribus Magnatum, cæteriſque Magiſtratibus prohibitum eſt contrahere
25 cum Subditis in Provincia, & loco, quem adminiſtrant, ac ubi jus reddunt, inibique mercaturam exercere ſub pœna nullitatis, & quadrupli favore Fiſci *l. aufertur §. quod à Præſide ff. de jure fiſci l. non licet l. qui officij 62. ff. de contrahen. empt. l. principalibus ff. ſi cert. pet. l. eos qui, & l. quiſquis C. ſi cert. pet. l. unica C. de contract. Judic. Gloſſ. in d. l. eos qui*, ubi exemplificat in Poteſtate Bononiæ *Jo: Franc. à Ponte conſ. 49. n. 23. vol. 1. Gait. de eredit. tit. 7. quæſit. 5. n. 2021. cum ſeq. Novar. de gravamin. Vaſſall. tom. 2. gravam. 101. num. 1. Molin. de contract. diſp. 343. n. 1. Peregr. de Jure Fiſci lib. 4. tit. 7. num. 6. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 3. num. 1. Cancer. var. reſolut. par. 3. cap. 1. num. 97. cum ſeq. Hermonſil. ad Lopez in l. 5. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 4. num. 1. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 6. cap. 10. num. 11. Scacc. de comerc. §. 1. quæſt. 7. par. 3. limit. 17. num. 16. Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 19. num. 59. in fine, Pacion. in ejus tract. de locat. cap. 10. nu. 41. Antunez Portugall. de donat. Reg. part. 3. cap. 32. n. 3. cum ſeqq. tom. 2. Mattheu, & Sanchez. de re crimin. controv. 61. per tot. ubi etiam nu. 34. cum ſeqq.* auctoritate *Text. in d. l. principalibus* ibi: *ne hi, qui Provinciam regunt, quique circa eos ſunt negocientur, d. l. aufertur* ibi: *quod à Præſide, ſeu Procuratore, vel quolibet alio in alia Provincia in qua adminiſtrat, licet per ſuppoſitam perſonam comparatum eſt, d. l. non licet* ibi: *Non licet ex officio quod adminiſtrat quis emere quid vel per ſe, vel per aliam perſonam, & d. l. unic. §. penult.* ibi: *Hac autem etiam ad domeſticos, & Conſiliarios eorum trahi neceſſarium duximus, illud etiam adiicientes, ut nec per interpoſitam perſonam aliquid eorum ſine periculo poſſit perpetrari* ampliat procedere quàmvis contractus, & negociationes geſtæ fuerint per interpoſitas perſonas, comites, ſocios, & famulos, & reſtatur *Senatum* decreviſſe pœnam privationis officij, *Rota coram Bichio deciſ. 55. nu. 4. in recent. deciſ. 380. nu. 10. par. 17.* ubi de contractu cambii ſtipulato cum ProLegato Bononiæ, & conſonant leges particulares Regnorum Caſtellæ Luſitaniæ, Galliæ, & Neapolis, de quibus *Carleval. Maſtrill. Hermonſil. Novar. à Ponte Scacc. Molin. Mattheu, & Antunez in locis mox allegatis Rota coram Bichio dicta deciſ. 55. nu. 3.*

Cujus prohibitionis rationes variè adducun-
26 tur, à *DD.* nempè nè Magiſtratus privatis contractibus intenti munus eorum officij deſerant, vel quia præſumitur, quod metu inducant ſubditos ad ſecum contrahendum, vel quia nè juriſdi-

riſdictione, & potentia abutentes per vim, &
terrorem emptiones, & alios contractus extor-
queant, vel tandem nè ſub prætextu emptionis
committant fraudes, & baratterias, ut notant
*Maſtrill. & Gait. in loc. ſupra allegat. ac Antunez
d. cap. 32. nu. 5.*

Et quamvis *Antunez loco cit. nu. 6.* tradat hu-
juſmodi prohibitionem locum ſibi vindicare
etiamſi Magiſtratus palàm, & bona fide cum
27 ſubditis contrahant; Nibilominùs contraria
28 opinio *gloſſ. in l. ſi in emptione §. finali in verbo
non poteſt ff. de contrahen. empt.* videtur commu-
nior, ac verior, quia tunc ceſſat omnis ſuſpicio
fraudis, & impreſſionis, ut examinato articulo
*Joannes Franciſcus à Tou. d. conſ. 49. nu. 42. cum
ſeqq.* & cumulatis concordantibus cenſuit *Rot.
coram Bichio cit. deciſ. 55. nu. 5. cum ſeqq.*

Benè verum eſt, quod iſto caſu oportet adhi-
beri cauſæ cognitionem, quomodò palàm, &
bona fide fuerit initus contractus, ut advertit *à
Ponte loc. allegat. ſub eodem num. 42. verſ. Nàm
oportet*, quod ex facti, & negocii circumſtantiis
erit judicandum, itaut ſi adſit totalis juſtitia
in prętio dicendum ſit valere contractum, ut
docet *D. Pacion. loc. alleg. num. 40. verſ. con-
trarium.*

Sicuti etiam non intrat prædicta prohibitio
29 in Magiſtratibus perpetuis, ſed ſolùm in tem-
poralibus, ut diſtinguit *tex. in l. Præſes ff. de reb.
credit. ſi cert. pet.* & communiter firmant *DD. in
princ. allegat.* & præcipue *Scacc. num. 16. in fine
D. Pacion. num. 37. Novar. n. 4. Gait. n. 2025.*

Dumodo tamen Magiſtratus temporalis non
accipiat pecunias mutuo gratis, & ſine uſuris,
30 cum eo caſu præſumatur corruptus ſi ſequen-
da eſſet opinio, quam aliis relatis tenet *Antu-
nez d. cap. 12. num. 11. cum ſeq.* ubi etiam repro-
bat *Carleval. de judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 3.* qui
doctiſſimè quæſtionem examinat, & declarat,
ac omnibus contrariis reſpondet, & ejuſdem
Carleval. diſtinctionem ſequitur *Gonzalez Tel-
lez in Commentar. ad cap. cum ab omni n. 10. verſ.
contrarium de vita, & honeſt. Cleric.*

Pariterque non procedit in Judicibus Ordi-
nariis, qui in propria Patria eliguntur per
31 annum ſecundum *Bart. Bald. Alex. & Jaſ. in
d. l. principalibus ff. ſi cert. pet. Scacc. d. limit. 17.
num. 17. Peregr. de Jure fiſc. cit. tit. 7. nu. 9.* qui
dicit hanc veriorem eſſe opinionem *Antunez de
Portugal. allegat. cap. 32. nu. 28.*

Quicquid dicant contrarium tenentes alle-
gati à *D. Pacion. d. cap. 10. nu. 36.* cum eorum
opinio poſſit ſolùm procedere, quando condu-
32 cerent ea, quæ ex eorum officio locantur, ut
advertit idem *Pacion. ibidem verſ. verum.*

Aliæ plures ampliationes, limitationes &
declarationes adducuntur *à DD. ſupra in princ.
33 citatis*, quæ penes eos videri poterunt abſque
eo quod hic tranſcribantur.

Adeo autem noſtri Statuentes ſtuduerunt tol-
lere familiaritates, & amicitias inter Prætorem
34 tunc forenſem, & Cives, quæ ſæpè liberam
juſtitiæ adminiſtrationem impediunt, ut etiam
illis prohibuerint comedere, & bibere cum eis,
quod conſonat cum legibus Reip. Venetiarum
prohibentibus ejus Nobilibus nè dum conver-
35 ſari, ſed etiam quoquo modo alloqui cum Mi-
niſtris exterorum Principum penes Remp. re-
ſidentium, quæ rigorosè ſervantur, ut no-
tum eſt.

Imò ſi ſtatuentes prohibuiſſent tam Prætori,
quam ejus filiis durante tempore Magiſtratus
36 contrahere matrimonia cum Civibus Faventi-
nis, talis prohibitio ſuſtineretur tanquàm con-
formis diſpoſitioni *Tex. in l. ſi quis officium 38. l.
qui in Provincia 57. l. Præfectus 63. l. eos 65. ff.
de ritu Nupt. l. & ſi contra C. de nupt. l. unic. C. ſi
Rector. Provinciæ Cobell. ad Bullam Boni Regim.
cap. 19. nu. 58. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 6.
num. 121. cum ſeq.* & hanc magis veram, & com-
munem ſententiam *Theologorum, & Canoniſta-
rum* quamplurimis concordantibus teſtatur, &
tenet *Mattheù & Sanz de re crim. contr. 69. per
tot. ac Solorzan. de Jure Indiar. lib. 4. cap. 4. n. 57.
cum duobus ſeqq.* verùm circa hunc articulum
37 videndus erit *Del Bene de Imunic. Eccleſ. cap. 8.
dub. 20. ſect. 4. num 12. cum ſeqq. cum aliis addu-
ctis infra in obſerv. ad Rub. 26. lib. 4.*

C Quilibet Officialis antequàm adminiſtrare
incipiat cavere tenetur de ſtando, & parendo
38 Syndicatui *Paris de Puteo de Syndicatus officio
§. Fidejuſſor officialis nu. 1. cum ſeq. Borell. de Ma-
giſtrat. lib. 1. cap. 15. num. 1. cum ſeq. & num. 23.
cum ſeq.* firmat non audiri Magiſtratum juran-
tem non invenire fidejuſſores, cum idonea fide-
39 juſſio de legis neceſſitate requiratur, unde ea
omiſſa vitiat *Otcrus de Officialibus cap. 17. n. 13.
cum ſeq.* ubi ait procedere, ſivè ſponte, ſivè ne-
ceſſario ſuſceperit, & ſivè ſit facultatibus ido-
neus, & bona ſua obliget.

Xenia ſunt munera, ſeù munuſcula, quæ in-
ter hoſpites Conſanguineos, aliaſque perſonas
40 vel amoris, vel lætitiæ, vel obſequii cauſa ad
D captandam benevolentiam mitti ſolent, ut ex
Concil. Aurelian. 1. can. 10. ibi *ut nullus Presby-
ter ad introitum Eccleſiæ Xenia donet in l. ſolet 6.
§. Non vero ff. de offic. Proconſul. & legat.* ubi à
Provincialibus mittebantur Rectoribus Xenia
41 *Langleus ſemeſtr. lib. 6. cap. 1. fol. mihi 249. litera
C. & D. Mylerius in ſua hyparchologia cap. 12.
42 num. 50.* ſicuti etiam mittebantur Principibus,
ut in *l. laudabile 4. C. de offic. diverſorum*, ut do-
cet *Gonzalez Tellez in not. ad cap. 1. num. 5. de
Conſuetud. & in Commentar. ad cap. cum ab omni
num. 16. de vita, & honeſt. Cleric.* ubi refert car-
mina *Martialis* Xenia deſcribentis. Eſculenta
43 etiam, & poculenta pro Xeniis mitti ſolebant,
ut *in cap. ſi diligenti de Decim.* & notat *gloſſ. in
l. Plebiſcito verbo prodigatur ff. de offic. Præſid.
Gonzalez Tellez in d. cap. 1. ſub eodem nu. 5.*

Quia verò juxta *Divinum oraculum in Deuto-
ronom. cap. 16. munera excæcant oculos ſapientum,
44 & mutant verba Juſtorum in Exod. cap. 23. in
Eccleſiaſt. cap. 20. in lib. 1. Regum cap. 8. & in Job.
cap. 15.* quorum verba recenſentur à *Menoch. de
arbitrar. lib. 2. Centur. 6. num. 9. Vericell. qq. mo-
ral. & legal. quæſt. 1. num. 2. cum ſeqq. tom. 1.* latè
Langleus in ſemeſtr. lib. 6. cap. 1. fol. mihi 252. &
ſe-

ſecundum dictum *Platonis in 3. de Repub.*
Cum Divis flectunt venerandos munera Reges
Ac cecinit *Ovid. in 3. de arte amandi* :
Munera crede mihi , capiunt homineſque , Deoſq.
Et ubi muneribus patet aditus , juſtitiæ locus
45 eſſe non poteſt , teſte *Horatio in lib.2.ſermonum Satyra 2.*
Maleverum examinat omnis corruptus Judex
& *Torquatus Taſſus in ejus Poemate inſcripto la Gieruſalemme liberata cant.1. ottavà 31.*

Ove un ſol non impera, onde i Giudicii
Pendono poi de premi , e delle pene .
Onde ſian, compartite opre , & uſſicii ,
Jui errante il governo eſſer conviene .

Undè noſtri Statuentes timentes corruptionem
Prætoris , voluerunt radicitùs ſemina, & fonti-
46 tem avaritiæ extirpare , ac omne arbitrium
interpretativum circa quantitatem, & pretium
muneris tollere , prohibendo tàm ipſi , quam
ejus familiæ Xenia etiam eſculenta, & poculen-
ta, quæ prohibitio conſonat cum *lege Caroli No-*
47 *ni Regis Chriſtianiſſimi* ſub gravi pœna lata in
in Comitiis Aureliæ habitis , & Conſilio ordi-
num omnium ſui Regni prohibente quidquam
quantumvis leve , & exiguum tàm directè ,
quam obliquè accipere à litigatoribus , ut te-
ſtatur *Langleus ſemeſtr.lib.6.cap.1. fol.mihi* 250.
litera C. & D. qui id putat eſſe conſentaneum
omni Iuri tàm *Divino* quam *humano* , uccuon
cum *legibus Regni Caſtellæ* paritèr id ipſum ve-
tantibus ut teſtantur *Gonzalez Tellez in Comentar. ad cap.cum ab omni ſub num.16. in fine de vita, & honeſt. Cleric. Carleval. de judic.lib.1.tit.1. diſput.3. nu.9. Molina de inſtit.tract.2. diſput.86. in fine*§. *Quoad Regnum Caſtellæ* pleniſſimè relatis
ac examinatis verbis legum *Sanchez. Conſil.moral. lib.3. cap. unic. dub. 1. num.1. cum ſeqq. ubi num.25.* tenet, Judices contravenientes non ſo-
lùm peccare mortaliter , quia tranſgrediuntur
legem valdè neceſſarium ad bonum commune ,
& juramentum , ad cujus obligationem ſe ob-
ſtrinxerunt ; ſed etiam teneri ad reſtitutionem,
tanquam acceptum contra juſtitiam , idemque
firmat in terminis uniformis Regis Regni Lu-
ſitaniæ *Fragoſ.de Regim. Reip. par. 1. lib. 4. §. 3. num.28. cum pluribus ſeqq. & de Pragmatica Regni Neapolis Vericell. qq.moral.& legal. tract. 3. quæſt.2. num.13.*

Diſpoſitio tamen noſtri *Statuti, & dd. legum Caſtellæ, & Luſitaniæ* contrariatur illi Juris Ci-
vilis, & Canonici , cum utroque Jure permiſ-
48 ſum ſit Judicibus dono ſaltem eſculenta,& po-
culenta accipere , ut de Iure Civili ſunt *tex. in l.ſolet 6.§.Non verò ff.de offic. Proconſul. & l.Plebiſcito 18. ff. de offic. Præſid. & de Jure Canonico in cap.Statutum §. Inſuper de reſcript. in 6. & in Bulla* ALEXANDRI VII. *la 19. §.12. Bullar. tom. 6.* ibi -- *Porro Xenia ſolita, eſculenta, & poculenta , quæ Judicibus, Miniſtris , & Officialibus Romanæ Curiæ exhiberi conſueverunt præfatis Prædeceſſorum noſtrorum litteris minimè prohibita fuiſſe, nec prohiberi decernimus* tradit *Gonzalez Tellez.in d. cap.cum ab omni ſub num.16. de vita , & honeſt. Cleric. Sanchez. conſil. moral. d. cap. unic. dub. 2. Carleval. de judic. d.diſput. 3. num.9. verſ. Rigidiores Langleus ſemeſtr. d.cap.1. in princ.Mylerius in ſua hyparchologia cap. 12. num.50. cum ſeqq.*
& hanc opinionem ſine magna Controverſia
accipiendam eſſe,quando Iudex nullum, vel te-
nue habet ſalarium à Principe poſt relatam
49 contrariam tenet *Menoch. de arbitrar. d. lib. 2. eadem centur.6.num.18.cum tribus ſeqq. Vericell. qq.moral.& legal.tract.3. quæſt.2. num.12. to.1.*
ubi notat , quod in Romana Curia juſtè acci-
piuntur in Feſtis Natalitiis CHRISTI *Domini Noſtri*, idemque firmat *Capiblanch. de Baron.par.2. cap.4. num.10.*

Benè verum eſt,quod cum valde inhumanum
ſit à nemine accipere , ſed paſſim viliſſimum ,
51 & omnia avariſſimum juxta verba *Tex.in d.l.ſolet. relat. per Menoch. ubi ſupra num.5. Carleval. loc. cit.ſub nu.9. & Fenzon. ad Statut. Urbis lib.1. cap. 16. num.2.* ambigi ſolet cujuſnam valoris ,
52 & quantitatis eſſe poſſint hæc eſculenta, & po-
culenta , circa quod cum non habeamus à Le-
giſlatoribus quidquam preciſè in *d.l.Plebiſcito, & in d. cap.Statutum §. Inſuper* ubi quod tantæ
quantitatis eſſe debeant , ut intra paucos dies
conſumi poſſint, & quæ biduo, vel triduo à fa-
milia conſumi poſſint aliis relatis tradit *Vericell. d. quæſt. 2. num.14.* proinde remittendum
eſt arbitrio Iudicantis , qui inſpecta tàm perſo-
na dantis, quàm accipientis qualitate, & mune-
ris quantitate, ac donationis tempore judicare
debet, an eſculentum , & poculentum donatum
ejuſmodi ſit , ut ipſe Iudex flecti,& quodamodò
corrumpi potuerit , alioquin potuit accipi ut
concordantibus relatis docet *Menoch. ubi ſupra num. 22. cum ſeq. Vericell. d. quæſt. 2. num. 1. cum ſeq.*

ADDITIO AD RUBR. VI. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 PRo Gratia & Juſtitia apud Sedem emanavit prohibitio de datis, & receptis .
2 Judices Leges obſervare tenentur , etiamſi reſcriptum Principis alitèr dicat .
3 Judices intuitu æquitatis , declarantes leges incidunt in iniquitatem .
4 Magiſtratibus, Judicibus, & Officialibus prohibitum eſt contrahere cum ſubditis . Declaran. 5.
6 Munera Judicibus , & Miniſtris publicis prohibita .
7 Judices , & Magiſtratus quænam eſculenta , & poculenta recipere poſſint .

Num. 4. Super datis , & receptis pro obtinenda
gratia , & juſtitia apud Sedem Apoſtolicam
1 emanavit * *Conſtitutio ſa: me:* INNOCENTII XII. de
menſe Februarii anni 1700. confirmans , innovans , & extendens *Conſtitutionem ſa: me:* ALEXANDRI VII.

Num.18.

Num. 18. Iudices obſervare leges omninò tenentur, etiamſi reſcriptum Principis aliter dicat *
2 Juxta *tex. in Auth. de Judicibus §. Omnis Creſp. de Valdaura obſerv. 1. per tot. Pegas in Ordinat. Regni Portugal. lib. 1. tit. 5. §. 4. gloſſ. 6. n. 4. ſubdens n. 5.* rationem Ne ſcilicèt Judices leges intuitu æqui-
3 tatis declarantes * in meram incidant iniquitatem allegans *tex. in l. ſi Imperialis C. de legib. & Guttierez. pract. lib. 1. quæſt. 46. num. 3. & quæſt. 76. num. 2.*
Num. 25. Magiſtratibus, Judicibus, & Officialibus
4 prohibitum eſt negotiari, & contrahere cum ſubditis * ;ut pluribus concordantibus firmat *Caldero dec. 99. nu. 1. tom. 2. qui* tamen *num. ſeqq.* adducit limitationes, & ampliationes.
Num. 29. Magiſtratus, & Officiales temporales
5 non poſſunt contrahere * cum ſubditis; Secùs autem perpetui ut firmat *Roman. conſ. 3. nu. 102. cum ſeqq. vol. 1.*
Num. 46. cum ſeq. Iudicibus aliiſque Miniſtris pu-
6 blicis munera ſunt prohibita plenirèr examinat materiam etiam pro Foro conſcientiæ *Sabell. in ejus diſcurſu impreſſ. in princ. vol. 1. Sum. diverſ. tract.*
Num. 52. Eſculenta, & poculenta quænam accipi
7 poſſint à Iudicibus & Magiſtratibus,* vide *Paſſerin. in cap. ſi Statutum nu. 347. cum pluribus ſeqq. de reſcript. in 6.* ubi pleniſſime *Caldero decis. 98. tom. 2. Barboſ. in Cap. cum ab omni de vita, & honeſt. Clerie. Pereira in ejus Accadem. Litterar. lib. 7. diſput. 3. quæſt. 1. num. 1059. cum ſeq. Sabell. loc. cit.*

De mercede, ſeù emolumentis Domini Poteſtatis, & ejus, ac aliorum quorumcunque Officialium.

RUBRICA SEPTIMA.

VOLENTES ut Officiales, & Judices quicunque ab omni indebita exactione abſtineant. Et ne prætextu avaritiæ eis occaſio detur à recto tramite deviandi. Statuimus, & ordinamus, quod Dominus Poteſtas Civitatis Faven. nec ejus Vicarius, ullo quæſito colore poſſit ſportulas (A) aliquas; ſeù capita ſoldorum aliqua ab aliquibus Subditis Civitatis Faventiæ, ſeù ejus diſtrictus exigere, nec etiam recipere à ſponté dare (B) volentibus prætextu alicujus conſilij, ſeù ſententiæ, pronunciæ, vel declarationis per eos, vel alium eorum ferendæ, tàm in civili, quàm in criminali, & tàm in cauſis delegatis, quàm in ordinariis. Et quod ſi contigerit pro veritate rei magis dilucidanda Judicem ad locum rei, de qua eſt quæſitio, accedere, (C) tunc poſſit, & liceat ipſi Judici recipere pro Viatico, & acceſſu ſuo ſolidos quinque bonon. pro qualibet parte, ſi locus adeundus ſit in Civitate, vel Suburbiis. Si verò locus ipſe fuerit extra Civitatem infra tertium lapidem, recipere poſſit ſolidos decem bonon. à qualibet parte dumtaxat. Si autem locus prædictus metam prædictam exceſſerit, recipere poſſit ſolum, & dumtaxat ſolidos viginti bonon. à qualibet parte. Pro taxatione autem expenſarum in judicio taxandarum aſcendente ad ſummam libr. centum bonon. accipere poſſit dictus Judex pro dicta taxactione ſolidos quinque bonon. & abindè ſupra in infinitum ſolidos decem ab ipſis partibus, & non ultra. Et quod Iudex pro commiſſione de capiendo aliquem ut ſuſpectum de fuga, nil poſſit petere, vel recipere, niſi contingerit ipſum Iudicem circa ipſam commiſſionem pro juſtificatione capturæ aliquos teſtes recipere, & examinare pro liquidatione debiti, quia tunc poſſit Judex pro dicto examine debitam mercedem ex forma ſtatutorum recipere, & non ultrà. Miles autem ſocius, vel alius executor poſſit pro tali captura recipere pro ſua mercede à Forenſibus, & non ſubditis communis Faventiæ ſolidos quatuor tantùm. Ab habitatoribus; vel ſubditis communis ſolidos duos tantùm. Pœna Domino Iudici libr. decem bonon. Et militi, vel officiali, ſeù alteri executori libr. quinque bonon de facto incurrenda, & communi Faventiæ applicanda, & ſine alia condemnatione exigenda qualibet vice, qua contrafactum fuerit per aliquem ex prædictis. Statuentes, & ordinantes, quod Miles dicti Domini Poteſtatis, ſeù alius quivis Officialis, & Executor pro quolibet gravamine reali, vel perſonali faciendo in Civitate Faventiæ, vel ejus Comitatu, & diſtrictu pro negociis gabellarum, ſeù communis Faventiæ, & aliarum Univerſitatum, & generalitèr in omnibus caſibus, in quibus non haberent ſpecialem commiſſionem in ſcriptis ad inſtantiam alicujus privati, habeant, & habere debeant pro ſua mercede, & emolumento pro quolibet gravamine, & qualibet vice ſolidum unum bonon. Pro gravamine verò perſonali ad inſtantiam privatorum, & ſpecialium perſonarum virtute præcedentis commiſſionis in ſcriptis manu Notarij ſolidos duos bonon. Pro reali autem gravamine, ut ſuprà pro privatis perſonis habendo commiſſionem in ſcriptis in Civitate, & intùs circlam pro prima vice ſolidum unum, pro ſecunda vice ſolidos duos bonon. accipiendo tamen pignora ſufficientia ad ſatisfactionem totius debiti, aliàs habeat ſolidum unum dumtaxat. Pro reali verò gravamine in ſcholis Co-

Comitatus Faventiæ pro prima vice, habendo commiſſionem in ſcriptis, pro particularibus perſonis uſque ad duo milliaria ſolidos duos bonon. & abindè ultra ſolidos tres bonon. Et pro ſecunda vice accipiendo pignora pro toto debito uſque ad duo milliaria, ſolidos quatuor, & abindè ultra ſolidos quinque bonon. Et ſi pignus non acceperit ſufficiens, habeat ſolum, & dumtaxat ſolidum unum bonon. Et teneantur ipſi milites, & alii executores, ut ſupra, vinculo juramenti circa dictas pignorationes uti debita diligentia, & ſine fraude, ut creditores eorum credita conſequantur, nec modo aliquo quicquam aliud accipere poſſint pro mercede ſua, ſed omninò teneantur pignora accipere, & ea præſentare Maſſarolo eadem die, vel ſequenti, (D) & accipere debeant ſingula pignora pro qualibet commiſſione, & quolibet creditore, & non unum pignus pro pluribus creditoribus, vel commiſsionibus, etiamſi eſſent ad inſtantiam unius creditoris. Et ſi in aliquo prædictorum dicti Officiales contrafecerint, incidant in pœnam lib. quinque bonon. pro quolibet, & qualibet vice communi Faventiæ applicandā, & ſine alia condemnatione exigendā. Et ſi contigerit aliquem carceratum legitimè firmari, & arreſtari per alios creditores in ipſis carceribus habeat, & habere debeat dictus miles, & executotpro qualibet arreſtatione, & refirmatione ſolidum unum bonon. dumtaxat, & non ultrà ſub dicta uiet pœna. Et idem Dominus Poteſtas, & aliquis ejus Officialis non poſſint quicquā exigere ab aliquibus perſonis occaſione alicujus pignoris vetiti, niſi primo ille, qui pignus vetuerit, denunciatus fuerit Depoſitario, & ſeù Maſſario Communis per ipſum militem unà cum Nuncio publico, & aliter exactus, vel gravatus non intelligatur juridicè gravatus. Et Poteſtas, Judex, miles, & Officiales, qui contrafecerint, incidant ipſo facto in dictam pœnam pro qualibet vice, & ut ſupra applicandam communi Faventiæ. Nec poſſint dicti milites, & executores pignorantes ire ad pignorandum aliquem in Civitate, ſeù Comitatu, & diſtrictu, niſi cum uno ex Nuntijs Communis, qui Nuntius habeat, & habere debeat denarios duos pto quolibet bononeno à dicto depoſitario expenſis dicti Executoris, pœna dicto militi, ſeù executori contrafacienti, ſeù contradicenti libr. quinque bonon. pro qualibet vice. Et quod non liceat Domino Poteſtati, & ejus Vicario, ſeù cuilibet alio Judici Rectori, vel Officiali, vel Notario maleficiorum in cauſis criminalibus, vel mixtis accipere pro aliqua reſponſione fienda ad aliquam denunciam, inquiſitionem, vel accuſationem, niſi ſolum, & dumtaxa ſolidos duos bonon. & totidem pro fidejuſſione præſtanda, quotquot fuerint denunciati, inquiſiti, vel accuſati in ipſa denuncia, inquiſitione, vel accuſatione, pœna cuilibet contrafacienti libr. quinque bonon. qualibet vice communi Faventiæ applicanda.

SUMMARIUM.

1 Sportularum origo unde ſumpta ſit, & n.2.
2 Sportulæ moderatæ licitè recipi poſſunt à Judicibus; ſecus ſi immoderatæ ex eorumdem Judicum avaritia.
3 Sportulæ Judici debentur, quoties à Principe, vel à publico non fuit conſtitutum ſalarium, ſecus è converſo n.4.
Sportulæ ſalarij publici loco ſuccedunt n.3.
4 Judici ordinario ſalarium aſſignari ſolet.
Judici ordinario ſportulæ non debentur nu. 4. & 7. Limita num.11.
5 Judex ordinarius ſportulas exigere non valet ſub prætextu, quod cauſa ei fuerit commiſſa. Limita num.6.
8 Judici ordinario Eccleſiaſtico ſportulæ non debentur. Decl. nu.9. Vide nu.10.
12 Iudici delegato ſportulæ debentur.
13 Sportulæ taxandæ ſunt ſecundùm valorem rei petitæ, non autem ſecundùm valorem ejus, quod continetur in ſententia.
Sportulæ debentur ſecundùm valorem poſſeſſionis, quando res petitur ratione ſolius poſſeſſionis nu.13.
14 Ptopinæ, ſeù ſportulæ plures Iudici debentur, quando inſtituta eſt actio contra diverſas perſonas, & pro diverſis bonis, & cauſis dirigitur. Limita in Urbe n.15.
16 Præſidi viarum ſportulæ debentur. Decl. n.18.
Aſſeſſori Magiſtrorum viarum debentur ſportulæ num.17.
17 Verba præſuppoſitiva prolata ab habente facultatem diſponendi, ſeù ſtatuendi, diſponunt.
19 Tribunal Cameræ habet in ventre ſignaturam.
20 Iudici Commiſſario propina debetur.
21 Propina debetur Iudici, etiamſi ſententiam non tulerit, vel quia partes ad tranſactionem devenerint, vel quia pars liti renunciaverit, poſtquàm in cauſa laboravit.
22 Sportulæ in cauſis pauperum Iudici non debentur & n.23. Vide n.24.
23 Peccat mortaliter Iudex, qui à paupere ſportulas percipit.
Conſtitutio Magalotta prohibet Iudicibus exigere ſportulas à pauperibus.
24 Pauper tenetur ſolvere Iudici ſportulas ſolùm poſtquàm illas recuperaverit ab Adverſario in illis condemnato.
Sportulæ in cauſa pauperis, ut à Iudice percipiantur praxis nu.24.
PP. Capucini, Minores Obſervantes, & alii profitentes altiſſimam paupertatem, non tenentur ad ſolutionem Gabellarum nu.24.
25 In taxatione expenſarum habetur ratio ſportularum, quæ victori à Iudice fuerunt condonatæ Decl. n.26.
27 Prætoris Faventiæ ſalarium, & emolumenta.

28 Præ-

Digitized by Google

28 Prætor Faventiæ non interponit decretum in Contractibus pupillorum & minorum.

29 Taxa ſportularum Iudicis non eſt alteranda.

30 Iudex alterans taxam ſportularum furtum facere videtur, & ad reſtitutionem tenetur.

Taxa ſportularum loci dominantis, an verò loci vicini ſit attendenda, remiſſivè nu.30.

31 Iudex accipere non poteſt quicquam etiam à ſponte dantibus, præter ſportulas Decl.n.32.

33 Tabella emolumentorum debitorum Officiali tenenda eſt affixa in loco publico.

Affixio Tabellæ emolumentorum in loco publico demandanda eſſet omnibusOfficialibus publicis, Gabellariis, Dohaneriis, & ſimilibus, & quare num.33.

34 Gubernatores, aliique Iudices retinere debent librum ſportularium nuncupatum, in quo propinæ, ſeù ſportulæ, aliaque emolumenta adnotentur.

35 Salarium Commiſſariorum, & aliorum Officialium ſe conferentium extra Civitatem regulatur, habito reſpectu eorum equitationi, & dietarum Ampl. num. 36. Decl. num. 38.

Dieta conſtitnitur per terram ad rationem milliariorum viginti, & per mare quinquaginta pro qualibet die nu.35.

37 Salarium Officiali conſtitutum pro toto anno ad aliquod negotium peragendum debetur integrum, ſi illud mediante ejus diligentia una hora expediverit.

39 Iudex ordinarius viatica occaſione fabricationis proceſſus in ſuo territorio, & juriſdictione conſequi non poteſt.

Gubernator viatica conſequi non poteſt occaſione fabricationis proceſſus in ſuo territorio, & juriſdictione num.39.

Locumtenens Gubernatoris Viatica conſequi non poteſt occaſione fabricationis proceſſus in ſuo territorio, & juriſdictione n.39.

Iuriſdictio ordinaria excitata non inducit delegationem nu.39.

Delegatio non inducitur ex eo quod Princeps committit Ordinario ut procedat, & corrigat tale delictum commiſſum, vel juſtitiam faciat nu. 39.

40 Executio ſuper bonis debitoris fit, ut creditor ſuum conſequatur creditum.

Executione facta ſuper bonis debitoris procedendum eſt ad ſubhaſtationem, & deliberationem nu.29.

41 Executione facta ſuper bonis debitoris ſubſequi debet citatio ad videndum mandari conſignari pignora ad effectum ſubhaſtandi.

Limita in Tribunalibus Faventiæ, & Urbis & num.42.

43 Executores conſignare tenentur pignora executata Depoſitario eadem die ſecutę executionis.

OBSERUATIO.

A Sportulæ diverſimodè uſurpatæ fuerunt, nàm alii tenent originem duxiſſe ex antiqua
obſervatione Romanorum; cum enim popu-
1 lares, & plebei advolaſſent ad limina Poten-
tum, ut ſalutarent, & Comitarentur Dominos,
diſtribuebantur eis munuſcula in ſportis, ſeù
ſportulis, quæ erant vaſa ex minutis virgis con-
cinnata, & ſic continens pro contento accipie-
batur, & ex tali diſtributione ſportulæ nomen
ſumpſerint, ut tradunt *Oinotom. §. Tripli n.3. Inſtit. de Action. & Fenzon. ad ſtatut. Vrb. l.1. cap. 44.*
num.5. Alii tenent fuiſſe munus, quod Impera-
toribus largiri ſolebat, vel Conſularis oblatio,
vel munuſcula, quæ à Conſulibus Prætoribus,
Quæſtoribus, imò & nubentibus darentur,
Amicis auſpiciis Magiſtratuum autOfficialibus,
ut cum *Simaneh. Plin. Amian. & Bulenger.* do-
cet *Salzed. de leg. Polit. cap.9. nu.50.* Alii verò
deducunt earum originem ex eo quod dùm lis
2 conteſtabatur, Actor, & Reus deponebant in
Æde Sacra ſportulam, in qua pecunia erat
quam qui viciſſet, lucrabatur, & quia deinde
ex hujuſmodi more introductum eſt Judicibus
honoraria perſolvi, quod primò auditum eſt
temporibus Caligulæ Imperatoris *Petr. Gregor.*
de Rep. lib.3. cap.6. num. 4. quem refert & ſe-
quitur *Salxed. loc. cit. ſub num.52.* inde ſportulæ
Judicum nomen traxerunt, ut docent *Alciat. in*
l. pecuniæ verbum. §. Actionis num.5. ff. de verb.,
ſignif. Fenzon. loc. cit. ſub eodem num.5. & Con-
ciol. ad Statut. Engub. lib.2. Rub.25. num.1. qua-
rum receptio, ſeù exactio quoties eſt moderata,
cenſetur licita, ſecùs ſi immoderatæ ex avari-
tia Magiſtratuum exigantur, ut notat *Salzed.*
ubi ſupra num.53.

Advertendum Judici ſportulas deberi, quo-
ties à Principe, vèl à publico conſtitutum non
3 eſt ſalarium, cùm illę loco ſalarii publici ſuc-
cedant, arguendo à contrario ſenſu *tex. in cap.*
Cum ab omni de vita, & honeſt. Cleric. & firmant
Honded. conſ. 84. num.64. vol.2. Maſtrill. de Ma-
giſtrat. lib.1. cap.22. nu.12. Zacch. de ſalar. qu.72.
num.15.

Secus verò quando conſtitutum eſt ſalarium
4 à publico, prout in Judice Ordinario, cui aſſi-
gnari ſolet per *tex. in §. Oportet igitur de Man-*
dat. Princip. docet *Iaſ. in §. Tripli ſub num.46.*
ibique *Oinotom. ſub nu.4. Inſtit. de action. Miſſin-*
ger. ſingular. obſervat. centur.2. obſervat.75. ſub
num.6. verſ. aut volo & tenent *Fenzon. d. cap 44.*
num.7. cum ſeqq. Maſtrill. ubi ſupra num.3. cum
ſeqq. Conciol. loc. cit. num.2. ac Zacch. num.6. cum
ſeqq. ubi num.11. notat id conſentaneum eſſe
omni juri tàm Civili, quàm Canonico, ac etiã
Divino Salvatoris ſententia in *Luc. cap.4.* ibi
Contenti eſtote ſtipendiis veſtris. & *n.16.* ampliat
adeò procedere, ut nec ſub prætextu, quod
cauſa illi reperiatur commiſſa poſſit exigere
5 ſportulas, cùm commiſſio non efficiat, ut illas
conſequi valeat, ſed juriſdictionem tantum-
modò excitat, idemque firmat *Conciol. ad Sta-*
tut. Engub. lib.2. Rubr.25. num.2. cum ſeq. & le-
gitur diſpoſitum in *Bulla B.* Pii V. *la 113. §.24.*
in Bullar. novo. ac docet *Gratian. diſcept. 55.*
num.10. verſ. Tertio cum ſeq. ubi tamen *num.12.*
limitat, quando in commiſſione adſunt verba

6 auge.

Digitized by Google

6 augentia, vel minuentia juriſdictionem. Quod eò magis procedit in Urbe attenta diſpoſitione
7 ejus *Statuti lib.1.cap.44.* ac *Bullæ ſa:me:*PAULI V. *ſuper reformatione Tribunalium Urbis la 71. tit.de ſportulis, ſeù propinis*, ibi: *Nullus Judicum Ordinariorum Urbis, & Romanæ Curiæ cujuſcunque dignitatis etiam ſpeciali nota dignus in cauſis civilibus ordinariis ratione ſportularum, ſive propinarum aliquid prorsùs accipiat, etiam à ſponte dare volentibus*.

Et prædicta diſtinctio ſibi locum vindicat etiam in Judice Eccleſiaſtico Ordinario, qui de
8 Jure communi teneatur jus reddere abſque ſpnrtulis, ùt per *Text. in dicto cap. cum ab omni* notant ibi *omnes Canoniſtæ* firmat *Gratian. diſcept.561. num.1. cum duobus ſeqq. Ventrigl.prax. for. Eccleſ.tom.1. annot.36.§.Unic. in princ.Zacch. ubi ſupra num.33. verſ. ego autem crederem Fragoſ. de Regim. Reip. par.1. lib.4.diſp.10. §.5.n.80. Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. cap.25. num.21.* ubi *num. ſeq.* ampliat procedere non obſtante conſuetudine.

Quod tàmen procedit quotieſcunque habeat redditus ſufficientes, ſecus è converſo, ut pro-
9 ſequitur *Gratian. loc. cit. n.8. cum ſeqq.* ubi *concordantes*, & *Ventrigl. d. §. Unic. num.1. verſ. quam opinionem* ubi ſubdit *ſed quicquid ſit de Ju-*
10 *re, certum eſt in praxi, quod Judices Eccleſiaſtici recipiunt ſportulas, & ſalarium, quod regularitèr non ſolet eſſe ſufficiens*.

Poteſt tamèn ex conſuetudine legitimè præſcripta introduci, quod à Judice Ordinario, non obſtante conſtitutione ſalarii, percipian-
11 tur ſportulæ, ut firmat *Fragoſ. d. §. 5. num.81. D. mens Raynald. in ejus obſervat. criminal.cap.4. §. 5. ſub num.22. vol.1. & Zacch. d. quæſt.72. num.14.* ubi declarat procedere quando non fuit conſtitutum competens ſalarium; ſecus è converſo.

Si verò verſetur in Judice delegato nulli dubium eſt, quin à litigantibus ſportulas perci-
12 pere valeat, ut cumulatis concordantibus docet *Zacch. loc. cit. num.19.* & diſponitur in dicta *Bulla loc.cit. num.2.* quæ taxandæ ſunt ſecundum
13 valorem rei petitæ, non autem ſecundum valorem ejus, quod continetur in ſententia *Zacch. ubi ſupra num.20.* ubi ſubdit, quod ſi res petatur ratione ſolius poſſeſſionis, tunc habeatur ratio valoris poſſeſſionis tantùm, & non proprietatis *Miſtri d. cap.23. num.13. & Fontanell. deciſ.214. num.1.*

Imò quotiès inſtituta eſt actio contra diverſas perſonas, & pro diverſis bonis, & cauſis di-
14 rigatur, tunc Judici debentur plures propinæ *Bim. conſ.248. n.36. vol.3.* & proſequitur *Zacch. loc. cit. num.21.* & in terminis ſententiæ latæ in concurſu creditorum plenè reſpondit *Buccaferr. reſponſ.75.* non obſtante ibi relata *Conſtitutione Ferrariæ clar: mem: Card. Aldobrandini*; Quod tamen hodiè non procedit in Urbe, attento *de-*
15 *creto Congregat.ſuper Reformat.Tribunalium Urbis* una cum aliis reſolutionibus emanatis de anno 1679. & tam tunc, quàm poſteà mediante Bulla particulari edita de menſe Julii anni 1689. confirmato à Summo PONTIFICE ibi: *non poſſint in tota cauſa exigere niſi unicam propinam, quàmvis plures eſſent perſonæ in cauſa, adeò ut ſi victoria ambas, vel plures partes tangat omnes proportionabilitèr, & pro rata concurrant ad dictam unicam propinam ſolvendam, neque diviſio ſententiarum, vel punctorum, eorumque reſervatio in hoc quicquam ſuffragari valeat, adeò ut idem Judex in eadem cauſa unicam tantum propinam percipiat*.

Advertendum in propoſito, Illuſtriſſimum Præſidem Viarum accipere poſſe ſportulas, at-
16 tentis illis verbis dictæ *Bullæ* PAULI V. *la 71. ſub tit.de Taxa Notarii Magiſtrorum Viarum n.48.* ibi *pro depoſito ſportularum tam pro ſententiis, quam pro decretis deffinitivis non recipiant, nec deponi faciat Notarius, neque ejus Subſtituti, niſi ſummam verè Judicibus debitam*, quæ cum ſupponant ſpnrtulas deberi, & fuerint prolata ab
17 habente facultatem ſtatuendi, diſponunt ad *Text. in l. cum proponebatur 66. ibique gloſſ. juxtà ſecundam figurationem caſus, & gloſſ. marginalis ff. de legat.2. Rot. in rec. deciſ.360. num.6. par.17. & deciſ.56. num.9. par.18. tom.1.* & prius firmaverat eximius *I. C.* LUDOVICUS *Caſanata conſ. 15. ſub num. 9. cum ſeq.* agnatione conjunctus cum celeberimo Regente Caſanata Genitore *Eminentiſſimi Domini Cardinalis Caſanatæ* Sac. Collegii Apoſtolici ornamenti, & Eccleſiaſticæ Immunitatis, ac jurium Sedis Apſtolicæ, poſtpoſitis humanis reſpectibus, acerrimi defenſoris, prout non minùs integritate, quam ſuavitate juſtitiam in omnibus muneribus per eum exercitis adminiſtravit. Concurrente præſertim, quod ſicuti Aſſeſſori Magiſtrorum Viarum licita erat ante ſuppreſſionem perceptio ſportularum ex diſpoſitione *Statuti Urbis lib.3. cap.39. & 91.* ità, & Præſidi inſimùl cum eo judicanti, nè diverſo jure cenſeatur.

Quod ſine difficultate habet locum, quando Præſes Viarum procedit in cauſis in gradu ap-
18 pellationis à decretis, ſeù ſententiis conjunctim latis à Camerario et Magiſtratu Viarum; Nàm cum tùnc non poſſit procedere, niſi prævia commiſſione cujuslibet cauſæ ſibi facta à Tribu-
19 nali Cameræ, quod habet in ventre Signaturam *Ridolphin. in prax. par.1. cap.7. nu.97. cum aliis adducendis in Anno. ad recol. mem: Coccini deciſ. 19.* utique eſt Judex Commiſſarius, cui proptereà debetur propina ex diſpoſitione dictæ *Bulla* PAULI V. *tit. de ſportulis ſeù propinis num. 2.*

Et quamvis in novis *decretis Congregationibus Reformationis Tribunalium Urbis editis de anno 1679. ſub tit. de ſportulis*, ac in dicta Bulla confirmatoria emanata de anno 1689. legatur regiſtratus, inter numerum Judicum Ordinariorum; nihilominùs, videtur id inteligendum, quando in prima inſtantia juxtà ſuas ordinarias facultates cognoſcit; secùs verò, & ſine dubio, quando in cauſa procedit uti Judex Commiſſarius vigore particularis commiſſionis Tribunalis Cammeræ, ut mox dictum eſt.

Et non ſolùm debetur Judici propina, ſeu ſpnr-

Digitized by Google

ſportulæ, quando tulit ſententiam, verùm
21 etiam ſi eam non tulerit, utpotè quia litigan-
tes poſt cauſam diſcuſſam ad tranſactionem de-
venerint, vel pars liti renunciaverit quotiès tunc
laboraverit, & fecerit quicquid ad eum ſpe-
ctabat pro prolatione ſententiæ, ut docent *Spe-
cul. in §. Aucturi in fine de ſalar. Gratian. diſcep. 55
numer. 15. cum ſeq. juncta diſcept. 561. num. 34.*
dicam in *Annot. ad recol. me: Coccin. deciſ. 849.
Cyriac. controverſ. 67. num. 11. cum duobus ſeqq.
Ventrigl. prax. rer. notabil. d. annot. 26. §. Unic.
num. 13. Leoncill. deciſ. Ferrariæ 12. num. 2.* ple-
niſſimè reſpondit *Tribunal. Cameræ in Romana
expenſarum 23. Junii 1662. coram Eminentiſſimo
Gaſtaldo, ut in ejus Voto impreſſ. in reccat. de-
ciſ. 522. par. 14.* paſſim amplexo, & *Rot. in Te-
rnſina Reintegrationis 4. Julii 1663. coram Reve-
rendiſſimo Albergato Decano §. finali.*

In Cauſis tamen pauperum Judices non poſ-
22 ſunt accipere ſportulas *Barboſ. in cap. Statutum
num. 1. de reſcript. in 6. Fagnan. in cap. Venera-
bili num. 35. de cenſib. Roland. conſ. 87. num. 23.
lib. 2. Gratian. diſcept. 55. num. 46. Ventrigl. prax.
for. Eccleſ. tom. 1. annot. 36. §. Unic. num. 6. cum
ſeqq.* ubi etiam firmat peccare mortaliter, ſi
23 exigant à paupere conſtituto in gravi, & ur-
genti neceſſitate, etiamſi non extrema, ac diſ-
ponitur in *Conſtitutione* nuncupata *la Magalotta
impreſſa infra in Appendice pag. 53. num. 26.* cujus
obſervantiam iniunxit Summus Pontifex per
organum *Sacræ Conſultæ*, ut ex ſequenti ejus Epi-
ſtola ſcripta fel: me: Cardinali S. Clementis,
ibi -- *Havendo inteſo la Santità di noſtro Signore
dall' incluſo Memoriale preſentatole à nome de po-
veri di Romagna, che molti poveri, e miſerabili
ſono longamente tenuti nelle Carceri, per non ha-
ver denari da pagare le propine à gl' Officiali, che
ſenza eſſe non voglionoſ are l'officio loro contro la
forma della Magalotta, che diſpone, che in caſi
ſimili ſi faccino gratis, e dichiara miſerabili, chi
non poſſiede ſtabili, ò ragioni, ò capitale; Et eſ-
ſendo perciò la Santità Sua ſtata ſupplicata per l'oſ-
ſervanza d'eſſa Magalotta, hà rimeſſo il medemo
Memoriale alla Conſulta, con ordine, che le facci
oſſervare come vedrà V. S. Illuſtriſs. dal reſcritto
di Sua Beatitudine notato à tergo di detto Memo-
riale, però reſtarà ſervita in eſſecuzione della men-
te di Sua Beatitudine di dare ordini tali per tutta
la Provincia, che detta Magalotta ſia inviolabil-
mente oſſervata, & havendo coſa rilevante in con-
trario, le piacerà darmene aviſo, rimandando il
Memoriale con la riſpoſta; humilmente le bacio le
mani. Roma 5. Maggio 1599.*

Humiliſſimo Servitore
Il Card. Aldobrandino.

Iſto tamen caſu, ne Judex ſui laboris merce-
24 dem amittat, & pars temerè, vel indebitè
litigans condemnationem in expenſis evadat,
condemnatur ad omnes expenſas litis, & con-
ſequenter etiam ad ſportulas, quas pauper ſol-
vere tenetur Judici, ſtatim ac illas conſecutus
fuerit ab Adverſario, ut docet *Ventrigl. §. Unic.
num. 10.* & ità practicatum fuit in *Tribunali Ca-
meræ Apoſtolicæ* in *Cauſa Romana prætenſarum
Gabellarum coram Illuſtriſs. & Reverendiſs. D.
meo Card. de Cavaleriis tunc Cameræ Apoſtolicæ
Clerico inter PP. Minores de Obſervantia, Capu-
cinos, & Reformatos, ac D. Joannem Mariam
Baldinuccium* Appaltatorem Gabellæ vini, &
fœni, paleæ, in qua poſtquam ſub diebus 21.
Junii 1677. prima Julii 1678. & 23. Junii 1684.
reſolutum fuerat conſtare de re judicata ſenten-
tiæ latæ ab Illuſtriſs. & Reverendiſs. Theſaura-
rio, in qua dd. Patres ob eorum altiſſimam
paupertatem abſoluti fuerant à ſolutione præ-
fatarum Gabellarum, prævia obligatione facta
per dictos Patres mediante eorum Sindico per
acta Antamori Notarii, & Secretarii Cameræ
ſub die 11. Octobris 1684. de ſolvendo propi-
nam, notam ſententiæ, & regeſtum omnium,
& ſingulorum actorum factorum, & faciendo-
rum pro totali expeditione cauſæ ſtatim ac re-
cuperatæ fuerint hujuſmodi expenſæ à Baldinuc-
cio Adverſario, taxatæ fuerunt de menſe Apri-
lis anni 1685. expenſæ vivæ, nempe, Regiſtri,
& propinæ ſcutorum centum auri, & deinde
pro eis expeditum mandatum; & quia poſtea
pars appellaverat, & prævia ſolita propoſitio-
ne fuerat cauſa commiſſa *Illuſtriſs. Littæ*, præ-
tendente eodem Baldinuccio non teneri ad ſo-
lutionem integræ expenſæ, ſed ſolum pro rata,
eò, quia ultima tantum reſolutio contra eum
emanaſſet, præcedens verò contrà Appaltato-
rem Anteceſſorem, adito per Partes *Tribunali
Cameræ* demandatum fuit *die 4. Iulii* 1685. *Illu-
ſtriſs. Littæ* moderatio ſuæ inhibitionis, & adhuc
ipſo Baldinuccio non acquieſcente, & petente
dilationem ad effectum agendi pro rata con-
tra ejus Anteceſſorem ſub die 9. Julii ſequentis
reſcriptum fuit *Nihil, & utatur jure ſuo*.

Quid ſi Judex remiſit, ſeu condonavit Victori
ſportulas, an de illis habenda ſit ratio in taxa-
25 tione expenſarum, ita ut pars victa eas refi-
cere teneatur, & videtur reſolvendum affirma-
tivè, quia illæ ex obligatione antidorali reman-
ſit adſtrictus Judici, qui remiſit ſportulas, ut
tenet *Fragoſ. de Regim. Reip. par. 1. lib. 4. diſp. 10.
§. 5. num. 92. verſ. Affirmandum tamen* & plenè
Zacch. de ſalar. queſt. ult. num. 7. uſque in finem,
ubi tenet hanc opinionem eſſe in praxi ample-
ctendam, quoties concurrat obligatio ad anti-
26 dora, nam ea ceſſante, prout ceſſaret, ſi age-
retur in cauſa pauperis, & miſerabilis perſonæ
in qua non poſſunt exigi ſportulæ, non eſſet
pro eis condemnandus Adverſarius.

Prætor noſtræ Civitatis *Faventiæ* hodiè pre-
ter *ſcuta* 18. 18. quæ quolibet ſemeſtri ſolvun-
27 tur per Communitatem, & *libras* 12. *monetæ
veteris* per Baroccelium, quę conſtituunt alia
ſcuta 2. 18. 2. conſequitur ſportulas, ſeu propi-
nas in cauſis Forenſium juxtà quantitatem ta-
xatam in *conſtitutione* nuncupata *La Magalotta
impreſſ. infrà in Appendice pag. 44.* In cauſis ve-
rò inter Faventinos non percipit ſportulas, ſed
ſolum occaſione mandati de immittendo in poſ-
ſeſſione bonorum hæreditariorum, & ſucceſſio-
nis conſequitur julios octo, nec non tantundem

pro

Digitized by Google

pro interpoſitione decreti pro aditione heredi-
tatis cum beneficio legis, & inventarii, & con-
fectione ipſius inveutarii: item pro ralaxario-
ne maudati ſuſpicionis fugæ *baiocb. quatnor*.
Nec aliundè aliud emolumentum conſequitur,
cùm non interponat decreta in contractibus pu-
pillorum, & minorum.

B Non eſt ullo modo alteranda in exactione ta-
29 xa ſportularum, alioquin gravarentur Vaſſal-
li, & Judex furtum facere videretur, & ſic ad
30 reſtitutionem teneretur, ut plenè tradit *No-
var. de gravamin. Vaſſall. tom. 1. gravam.* 283. ubi
etiam docet, quando taxa loci dominantis,
vel vicini ſit attendenda *Romaguer. in addit. ad
Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 25. nu. 23.*
ubi ſubdit, quod in judicio Dei de his redditu-
ri erunt rationem.

Et quod magis eſt, nec Judex quidquam à
31 ſpontè dantibus poteſt accipere, ut diſponit
noſtrum *Statutum*, quod intelligendum eſt,
quando recipit à perſonis ordinariis taxæ ſub-
32 jectis, ſecùs ſi à Magnatibus, vel ab aliis,
quos non eſt veriſimile fuiſſe comprehenſos, &
contemplatos à Statuentibus, ut cum *Rodriq.
in ſumm. par. 2. cap. 2. num. 1. verſ. Poſſunt etiam
recipere Clavis Regular. lib. 12. cap. 25. num. 18.
verſ. Secundus caſus Card. de Lugo de juſtic. &
Jure tom. 2. diſp. 41. ſect. 2. num. 19. verſ. Quarto
addunt* declaravit *Rot. in rec. deciſ. 275. num. 35.
verſ. Et ideò cum ſeqq. par. 9. tom. 1.*

Vt autem omnibus innoteſcat quantitas de-
bita Officiali, & evitentur fraudes, & extor-
ſiones tenenda eſt in loco publico tabella affi-
33 xa, in qua diſtinctim omnia emolumenta ſol-
venda adnotata ſint, & dùm contrarium per-
mittitur, gravantur Vaſſalli, ut admonet *No-
var. de gravamin. Vaſſal. tom. 2. gravam. 90.* ubi
teſtatur de praxi Regiæ Cancellariæ, & de re-
ſolutione ac *Reg. Conſilii*. Quæ affixio Tabellæ
emolumentorum, ſi ab omnibus publicis Offi-
cialibus, Dohaneriis, & aliis retineretur, non
leve reſultaret commodum Reipublicæ, & evi-
tarentur innumerabiles extorſiones, quæ de-
generant in novas gabellas. Unde circà hoc Su-
periores invigilare debent, ne onerentur Vaſ-
ſalli novis gravaminibus, quæ licèt videantur
temporalia, & levia, tamen ſunt graviſſima, &
efficiuntur perpetua.

Tenendus eſt etiam à Gubernatoribus, aliiſ-
que Judicibus liber ſportularius nuncupatus, in
quo propinæ, ſeù ſportulæ, aliaque emolumen-
34 ta, quæ ex officio percipiuntur, adnotentur
juxtà diſpoſitionem *Bannimentorum Generalium
cap. 68.* ibi -- *Vuole parimente S. E. che li Gover-
natori, Luogotenenti, e Podeſtà, & altri Giudici
tengano lo ſportulario, ove notino di mano in ma-
no fedelmente tutte le propine, & altri emolumen-
ti, che eſigeranno per occaſione del loro offizio con
la giornata, meſe, & anno, che le riceveva; Di-
chiarando, che contro chi non terrà detto ſportula-
rio, ò non vi noterà di mano in mano fedelmente
come ſopra, tutti li detti emolumenti, ſi procederà
ſecondo la petitione col ſemplice giuramento di chi
ſi ſtimarà gravato dall'Offiziale medemo, qual giu-
ramento farà piena prova, e ſi procederà ad altre
pene ad arbitrio di S. E. ne ſi ammetterà ſcuſa, ò
preteſto, che nel luogo non foſſe ſolito per il paſſato
farſi detto ſportulario, che S. E. vuole che ſi tenghi
da tutti li ſopradetti in qualſivoglia luogo.* Poſt
hæc ſcripta in lucem prodiit opus Eruditiſſimi,
& Doctiſſimi *D. Advocati Peregrini Maſerii in-
ſcriptum de Avenion. Æmil. & Legat. à Later.* In
quo materiam ſportularum, præſertim ad ſen-
ſum *Conſtitutionis Magalottæ* in Provincia Ro-
mandiolæ vigentis exactiſſimè diſcutit, ideòque
in contingentia caſuum ad eum recurendum.

C In regulando ſalario, ſeù mercede Com-
miſſariorum, & aliorum ſimilium Officialium
ſe conferentium extra Civitatem habetur ra-
tio eorum æquitationis, ad quem effectum de-
terminatæ ſunt dietæ, nempè per terram ad ra-
tionem miliariorum viginti, & per mare ad ra-
tionem miliariorum quinquaginta pro qualibet
die *l. 3. ff. de verb. ſignific. Bart. in tract. de Inſul.
col. 1. Dec. in cap. Cùm ſit Romana notab. 5. de ap-
pell.* quos refert, & ſequitur *Novar. de gravam.
Vaſſall. tom. 1. gravam. 87. num. 7. cum ſeqq.*

Verùm ſi ob eorum majorem diligentiam
breviori tempore pervenerint ad locum deſtina-
36 tum, adhuc calculandum erit ſalarium ad
eadem rationem dietarum, ut firmat *Novar.
loc. cit. num. 9. cum duobus ſeqq.* ubi refert *Rovit.*
firmantem, quod ſi Commiſſarius fecerit 21.
milliaria, debebitur ſalarium pro duabus dietis
ratione illius licet modici exceſſus, non autem
pro unica,

Hinc ſi Officialis in una hora expediat nego-
tium, ad quod peragendum terminus unius
37 anni fuit aſſignatus certo conſtituto ſalario,
utique integrum ſalarium debetur, cum ejus
diligentia, & induſtria debeat illi eſſe utilis,
non damnoſa, ut cumulatis concordantibus
docet *Zacch. de ſalar. queſt. 41. num. 4.*

Notandum tamen ſalarium deberi ad ratio-
38 nem cujuslibet dietæ ſecundùm ſolitum iter;
nam ſi pergat per viam longiorem data opera,
& abſque cauſa rationabili non debetur, niſi
pro itinere, ſeu via, quam facere debuerat;
ſecus verò ſi concurrat cauſa legitima, ut ti-
mor probabilis, & rationabilis incidendi in
periculum, ſeù occaſionem, ob quam vel peri-
clitaretur, vel detineretur, ne negotium expe-
diret, ut tenet *Fragoſ. de regim. Reip. par. 1. l. 4.
diſp. 9. §. 4. num. 58. in fine cum ſeq.*

Notandum etiam, quod D. Gubernatori,
tanquam Judici Ordinario, ſeù illius Locum-
tenenti pro eo extra Civitatem, ſed intra Ter-
39 ritorium, & ſuam juriſdictionem ſe transfe-
renti ad effectum fabricationis proceſſus non
debetur victus, equitatio, & quid ſimile pro
viaticis, ut docet *Specul. de ſalariis §. 1. num. 8*
quem ſequitur *Sola ad Conſuetud. Saband. tit. de
Edict. Anno. gloſ. ult. num. 18. verſ. minuſque*.
Et ità de conſuetudine etiam ſervatur in noſtra
Civitate, adeò ut qui exegit viatica in Syndi-
catu, condemnatus fuit ad reſtitutionem, ac
procedit, quamvis Eminentiſſ. Card. Legatus
ei junxerit, ut in cauſa procederet, quia adhuc
pro-

procedere dicitur vigore ſuæ ordinariæ juriſdi-
ctionis excitatæ, non tanquam Delegatus *Fa-
gnan. in cap. Grave. num. 3. cum ſeq. de offic. Or-
din. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 1. cap. 1. n. 22.
cum ſeqq.* ubi firmat, quod ſi Princeps commit-
tat Ordinario, ut procedat, & corrigat tale
delictum commiſſum, vel juſtitiam faciat, non
erit effectus delegatus.
D Cùm executio ſuper bonis debitoris fiat ad
hoc, ut ex illorum venditione creditor conſe-
40 quatur ſuum creditum, ſucceſſivè proceden-
dum eſt ad ſubhaſtationem, & deliberationem
eorum juxta praxim traditam per *Ridolphin.
par. 1. cap. 15.* & latè docet *Poſt. de ſubhaſt. in-
ſpect. 13. ibique in addit. num. 13. Rota coram Ca-
valer. deciſ. 290. nu. 6.* priùs tamen debent con-
41 ſignari pignora ab Executore, ad quem effe-
ctum præmittebatur citatio, & inſtantia ad vi-
dendum mandari conſignari pignora, ut tradit
Ridolphin. in prax. citat. cap. 15. n. 1. cum ſeq. Verùm
hujuſmodi citatio non requiritur in Tribunali-
42 bus noſtræ Civitatis, attenta diſpoſitione præ-
ſcriptis *Statuti* mandantis Executores teneri con-
ſignare pignora Maſſarolo, ſeu Depoſitario ea-
dem die executionis, vel ſequenti: nec in Urbe
43 ſtante *Bulla ſa: me: Pauli V. la 71. ſub tit. de
Baroncellis, & Executoribus num. 4.* ibi *Capta
autem pignora debeant Baroncelli, & Executores
per totam ſequentem diem conſignare Depoſitario,
quem quiſque Magiſtratus ad hoc hujus noſtræ Con-
ſtitutionis auctoritate deputaverit*, & poſt ere-
ctionem Depoſitariæ generalis factam à *ſa: me:*
Urbano VIII. tenentur ſtatim inibi deferre pi-
gnora tam ex diſpoſitione Chirographi ejuſdem
Pontificis, ut teſtatur *Ridolphin. ubi ſupra nu. 2.*
quàm *Bannimentorum Eminentiſſimi Card. de Al-
teriis Camerarii* §. 2. ibi -- *dall'Eſecutori, ò da
qualſivoglia altre perſone ſubito fatto il pegno in
Roma, ſi doverà portarlo dirrettamente alla De-
poſitaria, prohibendoſegli il divertire ad altri ne-
gozii, eccetto però ſe gl'occoreſſe fare altre eſecu-
zioni, nel qual caſo poſſino farle tutte, e quelle eſe-
guite ſiano obligati con l'ultimo pegno portarli tut-
ti direttamente in detta Depoſitaria, &c.* & ibi
§. 3. ibi -- *Et in caſo, che ſi faceſſero eſecutioni, ò
pegni fuori del Territorio di Roma, mà nel ſuo di-
ſtretto debbano in termine di quattro giorni al più
portarli in detta Depoſitaria, &c.*

ADDIT. AD RUBR. VII. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 JUdici Ordinario non habenti proviſionem à Principe, nec à publico debentur Sportulæ a litigantibus.

2 Epiſcopus judicans tanquàm Baro poteſt recipere Sportulas.

3 Sportulæ juxta Conſtitutionem *Magalotta* debentur in caſu, de quo ibi.

4 Propina unica debetur in qualibet cauſa in Tribunalibus Urbis.

5 Propina unica debetur, quando proceditur vigore unicæ Commiſſionis.

6 Amplia etiamſi eſſent incluſa diverſa credita, ſeù bona, diverſæ actiones, & diverſæ perſonæ.

7 Amplia ſecundo etiamſi fuerint diviſa, & diſputata diverſa dubia.

8 Propina unica debetur quando in ſententia declaratum fuit conſtare de credito unius in aliqua certa ſūma, reſervata alia majori ſumma.

9 Propina unica debetur in cauſis concurſus creditorum habito reſpectu ad totam ſummam Declara num. 12. Limita in Civitate Bononiæ. num. 13.

10 Propina non debetur in cauſis, in quibus demandatum fuit, quod docto de paupertate unius ex collitigantibus, procedatur abſque ſolutione &c.

11 Renunciatione liti facta non debetur propina.

14 Hypoteca competit Iudici cum prelatione omnibus creditoribus pro propina.

15 Sportulę integrę debentur Iudici quando pronunciavit prout in cedula vel habuit terminum pro ſervato vel decrevit niſi infra tot ſolverit, vel ſervatis terminis fuit concluſum in cauſa n. 17. juxta ſtylum Æmiliæ, licet non Tom. I. tulerit ſententiam Amplia nu. 16.

18 Medietas Sportulæ quando cauſa fuit inſtructa uſque ad ſententiam excluſivè; Vel quando lis fuit conteſtata, & poſt plures actus judiciales, ſed non ſervati termini ad concluſionem in cauſa num. 19.

20 Sportulæ non debentur ſi poſt modicum laborem Iudicis debitor ſolverit.

21 Propina in Urbe non debetur ſi fuerit inter partes concordatum, aut alio modo receſſum à lite Decl. n. 22.

23 Sportularum materia remiſſivè.
Decreta Congregationis Reformationis Tribunalium Urbis non comprehendunt Tribunal S. Officii n. 23. verſ. Poſt hæc ſcripta.
R. P. D. Aſſeſſor. S. Officii procedit de Voto Rotæ, tunc quando taliter conceſſa fuit commiſſio à Sac. Congregatione S. Officij, quæ tantumodo indulget, quando concurrit conſenſus utriuſque partis nu. 23.
Propina unica debetur in Tribunali S. Officii juxta Decretum, de quo ibi nu. 23.

24 Conſtitutio Magalotta ſervatur in Provincia Romandiolæ.

25 Iudex exigens Sportulas ultra taxam tenetur in Syndicatu ad reſtitutionem Ampl. n. 26.

27 Merces Officiali totius anni debetur etiamſi una hora negotium ſibi commiſſum in uno anno expediverit.

28 Viatica non debentur Iudici fabricanti proceſſum in ejus Territorio nu. 29.

30 Commiſſarius, ſeu tranſmiſſus ab Epiſcopo per ſuam Diœceſim pro fabrificatione proceſſus non poteſt exigere Viatica. Limita num. 31. 33. & 35. ac 36.

32 Sed ſolum cibaria, & vecturam equorum & num. 34.

Digitized by Google

37 Princeps ſi Committat Ordinario ut procedat, & corrigat tale delictum, vèl juſtitiam faciat non efficitur Delegatus & vid. ibi remiſſive.

Num. 3. Iudici Ordinario non habenti proviſionem à Principe, ſivè à publico debentur Spor-
1 tulæ à litigantibus * ut concordantibus relatis firmat *Zacch. de Salar. qu. 72. nu. 15.* & reſpondit *Rot. in Bononien. Sportularum 22. Junii 1693. impreſſ. penes Balducc. ad Ramon. deciſ. 25. nu. 2. vol. 4.*

Num. 8. Epiſcopus judicans tanquam Baro, & Do-
2 minus temporalis poteſt recipere ſportulas *. *Bonſinus Nepos in ſupplem. ad Banniment. Generalia Cap. 69. ſub num. 55.*

Num. 14. Si uno eodemque negotio, ac ſententia plures quantitates ad diverſas perſonas ſpe-
3 ctantes * quamvis ſeparatim comprehenderentur Iudex non poteſt habere mercedem niſi ad rationem, de qua diſponitur in *Conſtitutione Magalotta impreſſa infra in Appendice tit. de officio Auditoris Curiæ Generalis &c. §. Ceterum p. 32.*

Num. 15. In Tribunalibus Urbis unica tantum debetur Propina in qualibet Cauſa ut reſpondit *
4 *R. P. D. Fatinell. reſponſ. 109.* & ultra decreta præcedentia *Congregationis Reformationis*, emanarant alia *decreta ejuſdem Congregationis ſub die 22. Junii 1715. à SS. Domino Noſtro* CLEMENTE *XI. approbata tenoris ſequentis.*

In Cauſis, in quibus Judices Delegati, & Urbis Tribunalia procedunt, vigore unius dumtaxat Com-
5 *miſſionis * non liceat eis exigere, niſi unicam tantum propinam juxtà Taxam in dicta Reformatione* PAULI *V. editam, ac in Literis* INNOCENTII *XI. &* INNOCENTIJ *XII. confirmatam, etiamſi in Commiſ-*
6 *ſionibus fuerint expreſſa, & incluſa diverſa credita, ſeù bona * diverſa actiones, & diverſæ perſonæ. Ac etiam non obſtante, quod ad inſtantiam collitigantium, vel alterius ipſorum fuerint diviſa,*
7 *& diſputata diverſa dubia * ſeparata prodierint Deciſiones, lataeque ſeparata ſententiæ.*

In Cauſis, in quibus fuit in Sententia declaratum conſtare de credito unius ex Collitigantibus in ali-
8 *qua certa * & determinata ſumma, reſervata alia majore ſumma in Monitorio, ſeù commiſſione petita, diſcutienda in alia inſtantia, ſeu Judicio, taxatio Sportularum erit regulanda à rata ſumma in ſententia definita, non autem à tota ſumma in Monitorio, ſeù Commiſſione petita.*

In Cauſis concurſus Creditorum, non percipiatur
9 *niſi unica propina * habito reſpectu ad totam ſummam, ſolvenda tamen proportionabilitèr ab omnibus Creditoribus per contributum.*

In Cauſis, in quarum Commiſſionibus fuit demandatum, ut docto de paupertate unius ex Collitigan-
10 *tibus * Judex procedat abſque ſolutione Sportularum, ſeù propina, nullo modo liceat exigere Sportulas, ſeù propinam ab ulla ex Partibus, quamvis divite, aut ſponte dante.*

Facta renunciatione liti, non liceat recipere quid-
11 *quam pro Sportulis * ſeù propina ſub quovis prætextu etiam taxationis expenſarum &c.*

Notandum, quod quoties *Lex, Statutum*, ſeù *Conſtitutio* mandat, quod in univerſali judicio
12 concurſus * ſuper bonis debitoris unicum debeatur Iudici Salarium, ſeù propina intelligendum eſt, quando hęc eodem jure petuntur à creditoribus; ſecùs ſi diverſo ut advertit *Zacc. de Salar. qu. 72. n. 27.* quem cum aliis refert, & ſequitur *Balducc. in obſerv. ad Ramon. conſ. 27. n. 25. verſ. unum cum ſeqq. vol. 1. ubi numeris ſeqq.* docet etiam quæ quantitas crediti creditorum ſit attendenda.

Bononiæ ex *Conſtitutione* CLEMENTINA tot debentur Sportulæ quot fuerunt creditores con-
13 currentes * ut reſpondit *Rot. in Bononien. Sportularum 22. Junij 1693. & 22. Martij 1694. coram Molines penes Balducc. ad Ramon. deciſ. 25. & 27. vol. 4.*

Notandum etiam quod prędicto caſu com-
14 petit Iudici hypoteca, cum prælatione * omnibus creditoribus ut planè firmat *Balducc. loc. cit. num. 21. verſ. In caſibus cum ſeqq.*

Nu. 21. Sportulæ integræ debentur Iudici, quando pronunciavit prout in cedula juxta Stylum Tri-
15 bunalium Æmiliæ * licet non tulerit poſteà ſententiam, vèl quando habuit terminum pro ſervato, vèl decrevit niſi infra tot ſolverit, vèl aliquid relevans deduxerit mandatum, cum per Iudicem non ſteterit quin ſententia feratur & mandatum tradatur firmant *Urceol. de tranſact. q. 30. nu. 23., & Balducc. in obſervat. ad Ramon. conſ. 27. n. 5. verſ. qua ratione cum ſeqq. vol. 1.* ubi ampliat
16 procedere etiam ſi Statutum mandet ſolvi Sportulas * lata Sententia.

Paritèrque debentur ſi ſervatis terminis con-
17 cluſum fuit in cauſa * quæ ſtat in calculo ferendæ Sententiæ *Urceol. ubi ſupra n. 14. & Balducc. loc. cit. n. 8. cum ſeq.*

Si autem cauſa eſt inſtructa uſque ad Senten-
18 tiam excluſivè tunc ſola medietas * Sportulæ debetur ut proſequitur aliis relatis *Balducc. ubi ſupra num. 12.*

Prout etiam quando lis fuit conteſtata, & poſt
19 plures actus judiciales * ſed non ſervati fuerunt opportuni termini uſque ad concluſionem in cauſa, nàm iſto caſu pro rata temporis, & laboris ſolùm debentur Sportulæ *Zacch. de Salar. qu. 72. num. 24.* & concordantibus relatis docet *Balducc. loc. cit. n. 16. cum duobus ſeqq.*

Sed ſi poſt modicum laborem Iudicis Debitor ſolverit, vèl terminum ad ſolvendum * ſu-
20 ſceperit, vèl aliter lis terminetur, nullæ debentur Sportulæ ut tradit *Balducc. loc. cit. num. 20. cum ſeq.*

Prout etiam in Urbe ſi fuerit inter partes concordatum, aut alio modo receſſum à lite *
21 etiam ab altera partium per viam tamen puræ, & liberæ renunciationis in qualibet inſtantia, & in quacunque parte iudicij ante ſententiam diffinitivam non poſſint litigantes ullo modo compelli ad expediendam Sententiam, ſeù ad ſolvendas Sportulas juxta diſpoſitionem *Bulla* INNOCENTIJ *XII. inter ejus impreſſas la 34. nu. 43.* quæ tamen *Conſtitutio* procedit quando
22 renunciatio * purè, & liberè facta fuit, ſecus verò ſi aliquo vitio laboraret, prout ſi in actu renunciationis ſe promptum renuncians non exhi-

exhibuerit reſtituere fructus indebitè percep-
tos, & ſolvere expenſas liquidas, & quoad illi-
quidas obtulerit illas ſolvere poſt liquidatio-
nem, ut reſpondit *Rot.in Alexanen. manutentio-
nis 15. Jan. 1703. coram R.P.D.Caffarello §. Ani-
madverterunt Conſtantin.ad Stat. Urbis annot.59.
art.2. num.15.*

Cætera de ſolutione Sportularum Iudicibus;
23 & honorariis Cauſidicis * & Notario vide do-
ctiſſimum diſcurſum *R. P. D. Maſſerii impreſſ.pe-
nes Urccol. de tranſact. d.qu.30. nu.37. verſ. Poſt
hac ſcripta cum pluribus ſeqq.*

Poſt hæc ſcripta contigit ſequens caſus. In
Cauſa Placentina cum in prima inſtantia intro-
ducta à Sacerdote Bernardino Boteri coram Pa-
tre Inquiſitore ſub unico libello, ſeù Monito-
rio tàm ſuper adjudicatione Cappellaniæ inter
vivos erectæ à Sacerdote Alberto Patruo, quàm
pro immiſſione pro medietate in uſufructu bo-
norum hæreditariorum ejuſdem Alberti in ulti-
ma voluntate ei, ac aliis relicto, & in utroque
Capite Sententiam favorabilem reportaſſet, de-
lata fuit Cauſa per appellationem coram me,
uti Aſſeſſore S. Officij, & cum partes concordi-
tèr euperent, quod procederem de Voto Rotę
à Sac. Congregatione fuerunt exauditæ, quod
concedi non ſolet ad inſtantiam unius ſed dum-
taxat utriuſque partis litigantis: Undè Cauſa
in Rota diſcuſſa emanarunt duæ Deciſiones di-
ſtinctæ ſub diſtinctis dubiis, ſoluta ſolummodo
pro hujuſmodi Votis unica Propina juxta di-
ſpoſitionem prædicti *Decreti Congregationis Re-
formationis*: Dùm Procurator d. Sacerdotis
Bernardini inſtabat pro expeditione, & con-
firmatione prædictæ Sententiæ juxta Vota, ſeù
Deciſiones Sac. Rotæ emanatas ſub eadem die
25. Junii 1714. uno inſcripto *Placentina Cappel-
lania*, & alio *Placentina Uſufructus*, inſurexit
Notarius prætendendo ei deberi dupplex emo-
lumentum pro publicatione ſententiæ & expe-
ditione duorum mandatorum, & mihi duppli-
cem Propinam, non obſtante prædicto *Decreto
Congregationis Reformationis*, uti non compre-
hendente Tribunal S. Officij juxta *ſequentem re-
ſolutionem Sac. Congregationis*.

Nihilominùs ne notaret de avaritia, aut quod
eſſem Judex in Cauſa propria, & Notarius non
poſſet conqueri, conſului *Sac. Congregationem
Feria V. die 22. Julii 1716.* quæ reſcripſit, *Tri-
bunal S. Officij non eſſe comprehenſum* ſed manda-
vit in fututum ſervari ſequens *Decretum in Cau-
ſis, in quibus R. P. D. Aſſeſſor, & alii Judices De-
legati procedent vigore unius dumtaxat commiſſio-
nis, non liceat eis exigere niſi unicam Propinam,
etiamſi in commiſſionibus fuerint expreſſa, & in-
cluſa diverſa credita, ſeù bona diverſæ Actiones,
& diverſæ perſonæ; Ac etiam non obſtate, quod ad
inſtantiam Collitigantium, vel alterius ipſorum la-
tæ ſint ſeparatæ ſententiæ.*

Num.23. Conſtitutio Magalotta ſervatur in Provin-
24 cia Romandiolæ * cujus meminit in Cauſis, &
Caſibus particularibus *Bonſin. Nepos ad Banni-
menta Generalia in ſupplet.cap.18.n.71.& cap.19.
n.16. cap.69. n.11. & 23.*

Num.30. Judex exigens Sportulas ultra taxam te-
25 netur in Syndicatu ad reſtitutionem *& peccat
*Bonſin. Nepos in ſupplet. ad Bannimenta Generalia
cap. 69. nu.12.*

Idque procedit non obſtante conſuetudine
26 in contrarium * quia hæc non excuſat à con-
cuſſione, vèl à pœna impoſita contravenienti-
bus *ibid. n.14.*

Num. 37. Merces Officiali totius anni debetur
27 etiamſi una hora negotium * ſibi commiſſum
expediendum in uno anno expediverit tan-
quàm præmium ſuæ induſtriæ, & diligentiæ
*Caſtellin. hic me allegato ad Banniment. Romau-
diolæ obſerv.8. n.21.*

Num.39. Viatica non debentur Judici fabricanti
proceſſum in ejus Territorio *Caſtellin. me ſequen-
28 do ad Banniment. Romandiolæ obſerv.8. n.34. &
29 ſeq.* ubi declarat * quando Legatus Guberna-
tori injunxit ut in Cauſa procedat *Zacch. de Sa-
lar. qu.17. nu.20.*

Licet regularitèr Notarius, ſeù alius Com-
miſſarius tranſmiſſus ab Epiſcopo per ſuam
30 Diœceſim* pro fabricatione proceſſus non poſ-
ſit exigere Viatica *ad tex.in cap. cum ab homine
ibique gloſſ.de vit.& honeſt. Cleric.* & ex *cap.Sta-
tutum §. Inſuper in fine de reſcript. in 6.*, & plu-
ries reſoluit *Sac. Cong. Epiſcoporum, & Regula-
rium* juxta reſolutiones allegatas à *Nicol. in Flo-
ſcul. verbo Ordinarius nu.3.*

Et ea poteſt eſſe ratio quia cum Epiſcopus
conſequatur redditus Epiſcopatus, tenetur
etiam ſuis ſumptibus adminiſtrare juſtitiam
ejus ſubditis in tota Diœceſi puniendo delin-
quentes ut docet *Paſſarin. in d. cap. Statutum
§. Final. quæſt. 5. art. 2. nu.369. juncto nu. 373.
in 6.*

Hujuſmodi tamen regula patitur nonnullas
limitationes; Nam limitatur primo quando
31 Commiſſarius non eſt Officialis * Ordinarius
Epiſcopi, nec delegatus ad univerſitatem Cauſ-
rum in quibus terminis propriè loquitur *tex. in
d. Cap. cum ab omni in princ. & verſ. in fraudem*;
Sed abſque malitia ab Epiſcopo deputatur ad
Specialem Cauſam extra proprium domicilium
id ſuadente neceſſitate, vèl utilitate cauſæ, iſto
enim Caſu *debentur à Reis expenſæ pro victu, ve-
32 cturis* equorum * & ſimiles ut declarat *gloſſ. in
d. cap. Statutum §. Inſuper verbo moderatas verſ.
ſi ſit delegatus ad ſpecialem Cauſam Innocent. &
alii in d. cap.cum ab homine Gratian. diſcept. 57.
nu.8. & 11. Surd. de aliment. tit. 1. qu.79. nu.2.
& 4.* & diſtinguendo tradit *Tancredin.conſult.41.
nu.53. cum ſeq.*

Secundo limitatur in Diœceſibus in quibus
annui redditus Menſæ Epiſcopalis ſunt tenues *
33 prout ad intellectum *d. tex.in cap. cum ab omni*
docent *ibidem Abb. n.11. Barboſ. n.9. Pirhingh.
§.1. n.8.verſ.ſi tamen in aliqua Diœceſi, & gloſſ.in
cap.Statutum §. Inſuper in figuratione caſus in 2.
notab. verſ. & hoc intelligitur de reſcript. in 6.
Gratian. diſcept.561. à nu.8. ad 10. & Tancredin.
loc. cit. nu.41. cum ſeqq.Baruſ. reſol.115. n.18.*

Advertendo non deberi Viatica prout ſol-
vuntur Commiſſariis Tribunalium ſæcularium*

34 ſed tantùm cibaria, & vecturas equorum juxta
diſpoſitionem *Cap. Statutum* §. *Inſuper* ibi - *Vel
uiji cum ipſum propter Cauſam ſibi commiſſam con-
tigerit extra domicilium ſuum proficiſci modera-
tas expenſas recipere ab eiſdem Partibus de re-
ſcript. in 6.* & reſolutionem *Sac. Congregationis
Epiſcoporum, e Regularium in Spoletana 7. Ju-
nij* 1689. ibi - Sac. Congregatio &c. attenta re-
latione Vicarii Apoſtolici cenſuit deberi Can-
cellario cibaria quoad homines, & equos *in
Aſculana* 30. *Junij* 1702. in qua agebatur de
Commiſſario tranſmiſſo ab Epiſcopo pro fabri-
catione Proceſſus Criminalis, & in *Sabinen. Com-
miſſarij* 19. *Januarij* 1714. cenſuit deberi ex-
penſas, & cibaria, tradit *Raynald. obſer. crim.
tom.* 3. *cap.* 32. §. 4. *nu.* 303. & in *ſupplem. ad idem
cap.* 32. *ſupplec.* 3. *nu.* 1. *tom.* 4. exagerat Epiſco-
pum non debere propriis ſumptibus tranſmit-
tere Commiſſarios, ſed Reorum, quorum Cau-
ſa, & Culpa tranſmittuntur quàm ſequitur *Ba-
rus reſol.* 115. *num.* 116. Et ex prædicta ratione
tenuitatis redditum Menſæ Epiſcopalis ex in-
35 veterata conſuetudine exiguntur Cibaria * &
vecturæ à Commiſſariis, qui per Tribunal Ec-
cleſiaſticum Verulanum tranſmittuntur per Diœ-
ceſim pro fabricatione proceſſum.

Tertio limitatur in Commiſſariis, qui tranſ-
36 mittuntur ab Eminentiſſimo Vicario Urbis *
ut teſtantur *Scanarol. de Viſit. Carcerat. lib.* 2. §. 2.
cap. 16. *nu.* 22. *Raynald. obſerv. crim. cap.* 32. §. 4.
nu. 299. *& Baruſ. cit. reſol.* 115. *n.* 14.

Num. 39. Princeps ſi committat Ordinario ut pro-
37 cedat, & corrigat tale delictum commiſſum,
vel juſtitiam faciat non efficitur Delegatus *Card.
de Luca in Miſcellan. diſcurſ.* 24. *n.* 1. *&* 4. *& de
Judic. diſcurſ.* 3. *nu.* 8. Alia circa hujuſmodi ma-
teriam vide *Rot. coram Pamphil. deciſ.* 698. *nu.* 5.
cum ſeqq.

De modo imponendi mulctas per D. Poteſtatem, & ejus Officiales, & de reddenda rationem exactionis earum, & aliorum extraordinariorum.

RUBRICA OCTAVA.

STatuimus, & ordinamus, quod D. Poteſtas, vel aliquis Officialis non poſſint alicui mulctam imponere ex quacumque ratione, vel cauſa, ſeu in quovis præcepto, excedentem ſummam, & quantitatem lib. 25. Bonon. Et de quarum mulctarum, & aliorum extraordinariorum exactione ſienda per D. Poteſtatem, ſeu ejus Officiales, teneatur idem D. Poteſtas reddere rationem, & eas ſolvere ſingulo menſe Depoſitario Communis Faventiæ ſub pœna lib. 25. bonon. pro ſingula vice, qua contrafecerit ipſo facto per eum incurrenda, & Communi Faventiæ applicanda.

SUMMARIUM.

1 IMperium, & auctoritas Superioris, & Magiſtratus cujus decreta, & mandata non obtemperantur, vana, & ridicula reputatur.

2 Reverentia, & obedientia Principibus, & Superioribus eſt præſtanda.

3 Mulctæ remedium introductum eſt ad inducendos ſubditos ad obedientiam, & evitandum contemptum.

4 Introductum fuit remedium mulctæ ante Imperium Romanum, quod poſteà ab ipſis Romanis fuit approbatum, & practicatum.

5 Mulcta imponitur ratione contumaciæ parere recuſantis.

Magiſtratus auctoritas deluditur, & contemnitur ob contumaciam parere recuſantis n. 5.

6 Magiſtratui conceſſum eſt propriam juriſdictionem etiam pœnali judicio defendere.

7 Juriſdictione conceſſa cenſetur etiam conceſſum jus, & facultas imponendi Mulctam.

Mulcta cuſtos, & famula juriſdictionis, & legum eſt nu. 7.

8 Mulcta indici, & inferri poteſt etiam ultra metam à Jure communi Statutam Judicis arbitrio ſecundum facti, & qualitatis perſonarum circumſtatias.

9 *Tex. in l. eos C. de modo mulctan.* diſpoſitio quando locum habeat.

10 Mulctæ materia remiſſivè.

OBSERVATIO.

VAnum, ac ridiculum reputatur impe-
rium, & auctoritas Superioris, & Gu-
1 bernatoris, ac cujuſvis alterius Magiſtratus,
A cujus decreta mandata, & ordines non obtem-
perantur contra diſpoſitionem *legis Divinæ, &
humanæ* volentibus Principibus, ac Superiori-
2 bus reverentiam, & obedientiam eſſe præſtan-
dam, ut latiſſimè comprobat *Borell. de Magi-
ſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *per tot.*

Ad effectum autem inducendi ſubditos ad
obedientiam erga Magiſtratus, & evitandi
3 contemptum, præ cæteris introductum fuit
etiam ante Imperium Romanum, Mulctæ re-
medium, quod poſtea ab ipſis Romanis fuit
4 approbatum, & practicatum, ut pleniſſimè fir-
mat variis auctoritatibus Sacris, & prophanis
Borell. Summa deciſ. tom. 2. *tit.* 33. *num.* 688. *cum
pluribus ſeqq. juncto num.* 717. *cum ſeqq.* Impo-
5 nitur enim ratione contumaciæ parere recuſan-
tis, per quam Juſdicentis, ſeu Magiſtratus Tri-
bunal

Google

bunal contemnitur, ejuſque auctoritas deludi-
tur, unde ei ſecundum jus poteſtatis ſuæ con-
6 ceſſum eſt propriam jurisdictionem etiam pæ-
nali judicio defendere *l. 2. ibique gloſ. in verb.
mulcta ff. ſi quis in jus vocatus non reit, &c.* la-
tiſſimè *Maſtrill. in comm. ad Indult. general. c. 18.
num. 1. cum ſeqq. & in tract. de Magiſtrat. lib. 3.
cap. 10. nu. 343. Borell. Summa dec. tom. 1. tit. 46.
num. 97. & tom. 2. d. tit. 33. num. 707. cum ſeqq.
Bajard. allegat. fiſcal. qu. 2. allegat. 48. ſub nu. 68.
cum ſeqq.* celeberrimus, *I. C. D. Seraphinus Maſ-
ſinus in ejus tract. de Confiſcat. qu. 22. num. 1. cum
ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 610. num. 8. cum
ſeqq. ubi etiam ac numeris antecedentibus, & ſub-
ſequentibus*, firmatur, quod conceſſa juriſdi-
7 ctione cenſetur quoque conceſſum jus, & facul-
tas imponendi mulctam, tanquam juriſdictio-
nis, & legum cuſtodem, & famulam.

Quam mulctam Judices eorum arbitrio ſe-
cundum facti, & qualitatis perſonarum circum-
8 ſtantias indicere, & inferre poſſunt etiam ultra
metam, de qua in *l. eos C. de modo mulctan.* cum
ejus diſpoſitio procedat, quando in præcepto
9 non fuit per Iudicem taxata mulcta, ſecus autem
ſi illa taxata ſit, ut diſtinguendo reſpondit *Ro-
land. conſ. 47. num. 13. cum ſeq. vol. 2.* quam ſe-
quuntur. *Maſtrill. aliis relatis in Commentar. ad
Indult. General. d. cap. 18. num. 7. & D. Maſſin. d.
qu. 22. num. 6. cum ſeqq.*
10 Plura, de hac materia Mulctæ examinantur
per *Gaſparum Zilleſium de mulcta, & mulctandi
jure*.

ADDITIO AD RUBR. VIII. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 JUriſdictio Conſiſtere non poteſt ſinè mulcta
Mulcta eſt legum Cuſtos, & neceſſarium
præſidium Iudicum ad propriam juriſdictio-
nem tuendam nu. 1.
2 Pœna pecuniaria propriè eſt mulcta.
Mulcta dicitur à mulcendo crumenas nu. 2.
3 Mulcta differt à confiſcatione, licet ſit ſpecies
confiſcationis.
Conceſſa facultate mulctandi non cenſetur con-
ceſſa facultas Confiſcandi nu. 3.
4 Mulcta uti non poteſt in Civitate Bononiæ.
In Civitate Bononiæ non intrat Confiſcatio
num. 4.
5 Mulctæ materiam tractantes, remiſſivè.

Num. 3. Iuriſdictio non poteſt conſiſtere ſinè mul-
1 cta, quæ eſt legum Cuſtos, ut cum aliis docet *
Rot. coram Merlin. dec. 610. nu. 8. & ſeqq. Nam
eſt neceſſarium præſidium Iudicum ad pro-
priam juriſdictionem tuendam, cum ſit reme-
dium ut contumax pareat, & eorum decreta
non contemnat, & eorum auctoritas non delu-
datur *Rot. coram Merlin. ubi ſupra n. 10. cum ſeqq.*

Pœna pecuniaria propriè eſt mulcta, imò no-
2 men Mulctæ * non niſi de pena pecuniaria præ-
dicatur, ſic dicta à mulcendo, eo quod crume-
nas mulcet.

Mulcta differt à Confiſcatione, ideoque illi,
3 cui conceſſa fuit facultas mulctandi * non com-
petit jus confiſcandi, ut reſpondit *Spada conſ. 26.
vol. 1.*

Licèt ſit ſpecies confiſcationis, ideoque ſicu-
4 ti in Civitate Bononiæ non poteſt confiſcari *,
ita non poteſt mulctari ut cum *Raynald.* tradit
*Silveſter. Bonfin. ad Bannimenț. Generalia cap. 24.
nu. 84. cum ſeq. & cap. 68. nu. 25. & cap. 79. n. 6.
cum ſeq.*

Qui de Mulcta alia deſiderat, An ſcilicet il-
5 lam indicere ad merum Imperium pertineat *
An omnibus Magiſtratibus competet & alia vi-
dendus *Franciſcus Fernandez de Minuano Batis
Pontificiæ Juriſdictionis tract. 2. qu. 3. §. 5. n. 199.
cum ſeqq. R. P. D. Maſtrium de legat. & Nunc.
lib. 1. cap. 42. Raynald. obſervat. crimin. in tom. 2.*
ubi *in Addit. par. 3.* etiam regiſtrat *Breve* GRE-
GORII *XIII.* favorabile Bononienſibus exceptis à
Confiſcatione.

De ſindicatu D. Poteſtatis, & ejus familiæ, & electio-ne Sindicorum.

RUBRICA NONA.

STatuimus, & ordinamus, quod D. Poteſtas Ciuitatis Faven. cum eius Officialibus, & tota familia teneatur finito, & depoſito ſuo officio perſonaliter ſtare ad ſindicatum (A) in Ciuitate Faven. Et teneatur de omnibus & ſingulis quætimoniis contra eum, & eius Officiales, & familiam datis, & factis coram Inquiſitoribus, & Sindicatoribus reſpondere, & eis in omnibus parere. Qui ſindici prima die poſt dictum depoſitum Officium eligentur, & eligi debeant per ſcrutinium fabarum ſolitum per D. Antianos Civitatis Faven. pro tempore Præſidentes, & per D. Adjunctos de Coſilio generali vocandos per dictos D. Antianos. Et qui Sindici ſint, & eſſe debant quatuor. (B) unus videlicet de qualibet Porta, Et quorum duo ſint doctores, unus Notarius, alius vero mercator, ſeu ar-
tifex

Digitized by Google

tiſex Civitatis Fauen. Et ſimiliter eligantur per dictos D. Antianos, & Adjuctos vnus Notarius, qui ſcribat acta fienda coram ipſis Sindicis, & inquiſitoribus. Qui Sindici facta eorum electione, debeant, & poſſint cognoſcere, & audire omnes, & ſingulas quærelas, quæ fierent à quavis perſona de dicto D. Poteſtate, eius Officialibus, & familia infra terminum decem dierum, porrigendas tamen, & danda infra triduum inchoarum prima die dictorum decem dierum, quo elapſo quærelæ non admittantur. (C) Et teneatur dictus D. Poſteſtas ſoluere omnem condemnationem per ipſos Sindicos de eo, vel eius Officialibus ſeù de commiſſis ab eo, & ab eius familia factam. Et initio dicti ſindicatus dare, & dari facere ſecuritatem, & fidejuſſionem (D) duarum mille librarum in maſſaria communis de ſoluendo, quod iudicatum fuerit per ipſos Sindicos. Et quæ ſatiſdatio præſtetur per ipſum D. Poteſtatem tam pro ſe quam eius Officialibus. Et de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo. Et qui fideiuſſores approbari debeant per ipſos Sindicos: Nec idem D.Poteſtas, & eius Officiales poſſint, aut debeant ſindicari durante eorum Officio, ſed ſolum eo depoſito, (E) niſi aliter per Conſilium generale determinari contigerit. Et dicti Sindici in prædictis habeant juriſdictionem, & merum ac mixtum imperium, (F) & procedere poſſint, & debeant ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſolaquè facti veritate inſpecta. Et qui Inquiſitores, & Sindici teneantur de ſe copiam facere in Palatio communis reſidentiæ Domini Poteſtatis qualibet die dicti termini horis debitis, ſemel ſcilicet in tertiis, & ſeme in Veſperis. Et ibidem pro Tribunali ſedere, & ius reddere ſaltem per unam horam pro qualibet vice diei. Et quilibet dictorum Sindicorum habeat pro ſuo ſalario ſolid. 40. bon. Et todidem Notarius Actuarius tantum pro ſuo ſalario, quæ ſolvantur cum effectu per dictum D. Poteſtatem. Nec abſolvi poſſit niſi ſolutis integre dictis ſalariis. Et in quo ſindicatu vocari, & intereſſe debeat Sindicus communis Faventiæ. Quibus Inquiſitoribus, & Sindico prædicto ſtatim dictus Dominus Poteſtas teneatur præſentare, & exhibere libros, & ſcripturas quaslibet maleficiotum in forma debita per eoſdem examinandas, & revidendas, pœna Domino Poteſtati contrafacienti lib. quinquaginta bon. communi Faventiæ applicanda. Et caſu quo contigerit dictum Dominum Poteſtatem refirmari ſemel aut pluries, tunc ſindicari debeat in fine cuiuslibet ſemeſtris. (G) Poſſit tamen in vltimo ſindicatu recenſeri, & denuo ſindicari de omnibus geſtis neglectis, vel ommiſſis per eum, vel eius familiam, & Officiales in quacunque parte ſui Officii, de quibus non appareret in ſpecie liberatus, & abſolutus, non obſtante quacunque ſententia abſolutoria de eo, vel eius familia prius in genere facta in quocunque alio ſindicatu eiuſdem Poteſtatis, & ſuæ familiæ.

SUMMARIUM.

1 SYndicatus neceſſarius eſt pro pacifico ſtatu, & conſervatione Reip. & juſtitiæ.
2 Deus ſyndicatui ſe ſubjicere voluit.
3 Samuel dimiſſo regimine Regni Iſrael ſyndicatui ſe ſubmiſit.
4 Syndicatus operatur, quod Judices, & Magiſtratus ob timorem futuri judicii, & pœnæ intra cancellos juſtitiæ, honeſtatis, urbanitatis, & modeſtiæ ſe contineant, alioquin multi omne injuſtum, illicitum, & inhoneſtum ſibi ipſis beneviſum committerent.
5 Princeps remittere non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis ſyndicatum.
6 Remittere ſyndicatum eſt contra bonos mores, & conſuetudinem.
7 Remiſſo ſyndicatu intelligitur ſolummodò remiſſa lævis, vel læviſſima culpa.
8 Terminato tempore Officii publicatur per proclama, & affixionem in locis publicis Syndicatus.
Syndicatus publicatur ut prætendentes ſe gravatos quærelas porrigere valeant coram Iudicibus Syndicatoribus n.8.
9 Iudices Syndicatores quinam ſint.
10 Gubernator, & Officialis ſyndicandus permanere debet in loco adminiſtrationis per ſpatium quinquaginta dierum.
Judices Syndicatores terminare debent litem infra viginti dies num. 10.
11 Terminus viginti dierum aſſignatus fuit à Conſtitutione Marchiæ, intra quorum medietatem porrigendæ ſunt quærelæ, ſeu petitiones, & altera medietas Syndicatoribus ad ferendam ſententiam.
Sententia non lata à Syndicatoribus intra terminum viginti dierum Magiſtratus, & Officiales habentur pro abſolatis num. 11.
12 Prorogari poteſt terminus in ſyndicatu aſſignatus.
13 Syndicatus per Procuratorem ut fieri valeat requiritur licentia Sac. Conſultæ.
14 Procurator conſtitutus à Magiſtratu, & Officiali ſyndicando reſpondere tenetur quærelis contra ejus Principalem porrectis abſque eo quod allegare valeat, ſe non eſſe ſufficienter inſtructum vel petere terminum ad certiorandum. Declara nu. 15.
16 Terminus in ſyndicatu aſſignatus currit de momento in momentum.
17 Petitiones præſentatæ poſt terminum in ſyndicatu aſſignatum non admittuntur limita num. 18.
19 Tempus non currit legitime impedito.
20 Majori legitimè impedito conceditur reſtitutio

tio in integrum adverſus lapſum temporis.

21 De dolo, & barataria tantùm ſyndicantur Iudices, & Magiſtratus, non autem de ſententiis per imperitiam latis nec lata culpa.

22 Probatio plena, & concludens requiritur ad hoc ut Iudices, & Magiſtratus in ſyndicatu poſſint condemnari criminaliter, quicquid ſit civiliter.

23 Libelli ſecreti, & ſine Authore non admittuntur in ſyndicatu. Vide ibi remiſſivè.

Cenſuræ monitoriales ad eliciendas probationes contra Magiſtratus non ſunt promulgandæ in ſyndicatu nu. 23.

24 Procedere cæteri Iudices Syndicatores poſſunt, ſi unus ex illis nolit intereſſe.

25 Iuriſdictio reſidet penes Syndicatores acceptantes, ſi unus ex eis acceptare recuſavit.

26 Fidejuſſor à Magiſtratu præſtitus parere tenetur ſyndicatui, & ſolvere judicatum quoad intereſſe, & damna, non quo ad pœnam num. 27.

28 Fideiuſſor tenetur ſolum pro tempore, quo duravit prima proviſio, ſeù electio Officialis, & Magiſtratus, non autem pro tempore confirmationis. Vide ibi.

29 Accuſari, & ſyndicari non poteſt Iudex Officialis, & Magiſtratus durante Officio. Ampl. & limita ut n. 30, remiſſivè.

31 Iudices ſyndicatores habent merum, & mixtum imperium ac ordinariam iuriſdictionem in Officialem, & Magiſtratum ſyndicandum Declara n. 42.

33 Iudices ſyndicatores procedunt ſummariè, ſimpliciter, de plano, extraiudicialiter, & ſola facti veritate inſpecta in Statu Eccleſiaſtico.

34 Prætor Faventiæ ſi confirmetur ad unum, vel plura ſemeſtria debet ſyndicari in fine cujuslibet ſemeſtris.

35 Unica vice in fine totius temporis miniſterii, an verò qualibet vice pro tempore antecedenti, quo Magiſtratus, & Officialis exercuit Officium ante confirmationem ſyndicari debeat remiſſivè.

36 Prætor Faventiæ tenetur de omnibus geſtis, neglectis, aut ommiſſis per ſuos Officiales, & famitiam. Decl. ut ibi.

Magiſtratus tenetur de omnibus geſtis, neglectis, aut omiſſis per eius Officiales intelligitur civiliter tantum n. 36, Ampl. n. 37.

37 Prætor, ſeù Magiſtratus obligatus ad ſolvendum pro familia omnem pænam civilem, & criminalem tenetur tantum de pecuniaria, non de corporali.

Pæna corporalis pro alio ſolui nequit, n. 37.

38 Iudex, Officialis, & Magiſtratus abſolutus vel condemnatus in ſyndicatu non poteſt poſteà ſuper eiſdem, aut ſuper diverſis quærelari, etiamſi clariſſimæ offerantur probationes.

39 Iudex, Officialis, & Magiſtratus abſolutus cenſetur in ſyndicatu, dùm lapſum fuit tempus præfixum abſque eo, quod fuerit condemnatus.

OBSERVATIO.

A TAliter judicata ſemper fuit neceſſitas iſti-
1 us Officii ſyndicatus pro pacifico ſtatu,
& conſervatione Reip. ac juſtitiæ nervo ut ipſe-
met *Sanctiſſ. D. Noſter* I. C. voluerit ſe illi ſubii-
2 cere, dum exiſtens in medio Hebræorum dixit.
Quis ex vobis arguet me de peccato? ut in *Joanne* 8. & ab ipſo demandatum fuit in *Luca* 16.
ibi - *redde rationem villicationis tuæ*, Idemque
ſervatur à Samuele Propheta Principe integer-
3 rimo, qui dimiſſo regimine Regni Iſrael ſyn-
dicatui ſe ſubmiſit, ut in *lib. 1. Regum cap. 12.*
in princ. ibi *loquimini de me coram Domino, &*
coram Christo *ejus utrum bovem cujuſquam tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum,*
ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus
accepi, & contemnam illud. hodie, reſtituamque
vobis. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppreſiſti, neque tuliſti de manu alicujus quippiam, & confert tex. *in l. 1. C. ut omn. Judic. tam*
civil. quàm crim. & in §. *Si quis Auth. ut Judices*
ſine quoquo ſuffrag. fiant firmant *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 6. cap. 1. num. 1. cum ſeqq. Solorzan.*
de Jure Indiar. lib. 4. cap. 8. num. 1. cum ſeqq. Frag-
goſ. de Regim. Reip. par. 1. lib. 7. diſput. 23. §. 1.
num. 1. cum ſeqq.

Nam Judices, aliqui Magiſtratus ob timo-
4 rem futuri judicii, & pæuæ intra Cancellos ju-
ſtitiæ, honeſtatis, urbanitatis, & modeſtiæ,
ſe continent, alioquin multi inſolentiores ſe
redderent, & quidquid etiam iniuſtum, illicitum, ac inhoneſtum pro libidine eorum voluntatis cogitarent, ſtatim exequerentur juxta reſponſum, quod unus, ex ſeptuaginta Interpretibus Ptolomeo Ægyptiorum Regi tradiderat relatum ab *Ariſtol. in ſua hiſtoria* ibi - *Inquiſitorem adverſus Judices, ut juſtitiam adminiſtrent, & neminem lædant, rem eſſe, quæ valdè Reſp. & Monarchias conſervat, quia ea timore, ut dixit* Cic. pro Sext. *Roſcio Amerino audaciæ coercetur, & ne Judices ſuorum Magiſtratuum imperio ſuperbiant, juſtitiamque, & urbanitatem in inſolentiam, & tyrannidem detorqueant, & ut ſic intelligant ſe poſſe ſuis Magiſtratibus privari, & pro ſuis exceſſibus puniri*, & *Dionyſ. Alicarnaſſ. lib. 1.* ibi - *omnibus gravis eſt Magiſtratus, cui nullum certum tempus eſt deffinitum, & qui nullis actorum ſuorum reddendi rationibus abnoxius eſt*, & animadverſum fuit in *Bulla* Clementis VII. 135. *in princ. Bullar. non. tom. 1.* ac firmant *alii mox*
allegati. Undè non eſt mirandum, ſi Princeps
5 nec de plenitudine poteſtatis poſſit remittere
Officiali ſyndicatum, ut docet *Lud. Robulph. de*
abſol. Princ. poteſt. cap. 6. num. 69. concl. 7. quam
reffert, & ſequitur *Cobell. ad Bullam Boni Regim.*
cap. 19. num. 40. in fine, cum id ſit contra bonos
6 mores, & contrariam conſuetudinem eſſe pravam, firmat *Teſtary allegat. 15. num. 79. cum ſeqq.* quem refert, & ſequitur *Maſtrill. d. cap. 1.*
ſub num. 13. Fragoſ. d. diſp. 23. eodem §. 1. ſub
num. 7.

Et ſi remiſerit ſindicatum intelligetur remiſ-
7 ſa ſolummodo lævis, vel læviſſima culpa, ut di-
xit

Digitized by Google

xit *Alex. in l. Si mora ff. ſolut. Matr. Maſtrill. ubi*
ſupra eod. num.13. Fragoſ. ubi ante allegato nu.7.
Cancer. var. reſol. par.3. cap.12. nu.74.
Terminato igitur tempore officii publicatur
8 per proclama, & affixionem in locis publicis
Sydicatus ad hoc, ut prætendentes, ſe gravatos
porrigere valeant quærelas coram Judicibus
Syndicatoribus, ut de Statu Eccleſiaſtico
diſponitur in d.*Bulla* Clementis VIII. *la* 25.§.6.
9 *&* 10. ubi etiam deſignantur Judices Syndicatores,
& interim Gubernator, & Officialis ſyndicandus
permanere debet in loco adminiſtrationis
per ſpatium quinquaginta dierum, &
10 Judices poſt litem ortam debent illam terminare
infra viginti dies ſecundùm diſpoſitionem
juris communis, ut in *l. unic. C. Ut omn. Judic.*
tàm civiles, quam militares &c. Maſtrill. de Magiſtrat.
d. lib.6. cap.4. num.17. Fragoſ. de Regim.
Reipub. d. diſp.23. §.2. num.24. in fin. & ſeqq. D.
Maſſin. de confiſcat. quæſt.1.num... cum ſeqq. Per
Conſtitutionem autem *Marchiæ lib.2. cap. 40.* redactus
fuit terminus ad viginti dies, quorum
11 medietas aſſignata fuit pro porrigendis quærelis,
ſeu petitionibus contra Officiales, & altera
medietas ſyndicatoribus ad ferendam
ſententiam, quibus diebus elapſis, ac non lata
ſententia, Officiales habentur pro abſolutis, ut
diſponitur tàm in *d. l. unic.* quàm in *Conſtit.*
Marchiæ eod. cap.40. ut proſequitur *D. Maſſin.*
loco mox allegat. num.9. cum ſeqq. ubi tamen
num.13. advertit, quod tales termini ex juſta
12 cauſa poſſunt prorogari, & prorogatio approbatur
in *Sac; Conſulta*. Quod ſervatur in Statu
Eccleſiaſtico pro tempore, quo durat ſyndicatus,
& ſi quis ex aliqua legitima cauſa cogi-
13 tur recedere à loco; tunc recurritur ad *Sac:*
Conſultam pro obtinenda gratia faciendi ſyndicatum
mediante Procuratore, qui tunc reſpon-
14 dere tenetur quærelis contra ejus Principalem
porrectis, abſque eo quod valeat allegare ſe
non eſſe ſufficienter inſtructum, vel petere terminum
competentem ad certiorandum, cùm
Principalis ſibi imputare debeat ſi Procuratorem
bene inſtructum non reliquit, ut tradit
Solorzan. de Jure Indiar. lib.4. cap.8. num.7. ubi
teſtatur etiam ita deciſum fuiſſe *à Supremo Indiarum*
Senatu in graviſſima cauſa. Quod crederem
eſſe forſan admittendum, quotieſcumque
quærelæ præceſſiſſent conſtitutionem Pro-
15 curatoris, & diſceſſum principalis, ſecùs autem
è converſo, cùm iſto caſu videatur concedenda
competens dilatio per Judices ſyndicatores
pro reportandis à Principali neceſſariis informationibus
ſuper prætenſis delictis, quæ non
potuerat divinare de tempore, quo conſtituerat
Procuratorem, cùm adhuc quærelæ non fuiſſent
in actis porrectæ ad tradita per *Guazzin.*
ad deffenſam Reor. deffenſ.12. num.11.
Si autem lapſo termino, qui currit de mo-
16 mento ad momentum *Giurb. conſ. 53. num. 2.*
cum ſeq. Conciol. reſolut. criminal. in verb. Syndicatus
reſol. 5. num.2. præſentarentur petitiones,
17 non eſſent admittendæ, nec ſuper eis ferenda
ſententia, quia lapſus termini eſt fortior deſectus,
quam renunciatio expreſſa, vel tacita
Giurb. d. conſ. 53. num.1. cum ſeq. juncto num.18.
Cancer. var. reſol. par.3.cap.12.n.21.cum ſeqq.Conciol.
ubi ſupra nu.1. Fragoſ. de Regim. Reip. d. §.1.
num. 18. & §. 2. num.24. in fine Scyaloia de foro
compet. cap.33. num.26. latè *Thomat. deciſ. 25.*
per tot. Dummodò tamen non concurrat igno-
18 rantia Bannimentorum, vel aliud legitimum
impedimentum. Nàm ſi comparens medio juramento
ellegat abſentiam, vel aliud impedimen-
19 tum, ac ignorantiam Bannimentorum debet
admitti ad quærelandum, cum legitimè impedito
tempus non currat, ut latè reſpondit *Giurb.*
allegat. conſ.53. num.9. cum ſeqq. quem ſequuntur
Conciol. ubi ſupra num.4. & Maſſin. de confiſcat.
quæſt.11. num.12. ubi etiam teſtatur, hanc
opinionem approbatam fuiſſe de anno 1653. *à*
Sac. Conſulta in cauſa Syndicatus habita in Civitate
Fulginei, & Cancer. d. cap.12. num. 29. cum
ſeqq. ubi reſpondit, quod ſicuti minor per reſtitutionem
in integrum admittitur, etiam lapſo
20 termino, ita quoque major legitimè impeditus,
cum juſtum impedimentum idem operetur
in majore, quod minor ætas in minore.
Cùm de generali conſuetudine hodie Judices,
& Magiſtratus non ſyndicentur, niſi de
21 dolo, & barattaria, non autem de ſententiis
per imperitiam latis, nec de lata culpa *Guazzin.*
de deffenſ. reor. deffenſ.1. cap.23. num.80. D. Maſſin.
de confiſcat. bon. quæſt.11. num.5. Conciol. reſolut.
crim. in verb. Syndicatus reſolut.3. num. 1
ad effectum illum criminaliter condemnandi
requiritur plena, & concludens probatio, quia
lex ſemper præſumit pro Judice, quicquid ſit ſi
agatur civilitèr, ut pleniſſimè firmat *Conciol.*
ubi ſupra reſolut.2. num. 1. cum ſeqq. ubi etiam
examinat cujuſnam qualitatis eſſe debeant teſtes,
& quinam eorum deſectus obſtent.
Hinc eò minus admittendi ſunt libelli ſecre-
23 ti, & ſine Authore, nec promulgandæ ſunt
cenſuræ monitoriales ad eliciendas probationes
contra Magiſtratus, ut tenet *Solorzam. de*
Jure Indiar. d. cap.8. num.37. Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.6. cap.2. num. 47. cum ſeqq. ubi etiam
docet, quomodo Syndicatores eo caſu ſe gerere
debeant, ac uti poſſint hujuſmodi libellis
ſecretis *Scialoya loc. cit. num.26. in fine*.
B Si cauſis Syndicatus deffiniendis aliquis ex
Judicibus Syndicatoribus nolit cum aliis inte-
24 reſſe, eo caſu cæteri poſſunt procedere juxtà
doctrinam Bald. in l. 1. qu. 4. num.3. cum ſeq. C.
de offic: Conſul. quam refert, & ſequitur. *Maſtrill.*
de Magiſtrat. lib.6. cap.2. nu.32. cum ſeqq.
ubi etiam cum *Parid. de Puteo de Syndicatu* ſub-
25 dit, quod ſi unus ex quatuor nollet acceptare
officium, interim juriſdictio reſidet in acceptantibus
tanquàm majori parte, & ſi tres inceperunt,
ſed poſteà unus ex eis abeſſet, quartus
poſſit ſupplere vicem abſentis.
C Lapſo termino à Statuto præſcripto, an quærelæ
admittantur vide *hic ſupra ſub litera A.*
D Fidejuſſor præſtitus per Magiſtratum antè
inceptam adminiſtrationem officii, ut dictum
26 fuit ſupra *in Obſerv. Rub.6. litera C.* tenetur pa-
rere

rere Syndicatui, & ſolvere judicatum *Borell. de*
Magiſtrat. lib. 1. *cap.* 15. *num.* 3. juncto *num.* 36.
verſ. Quoad Magiſtratum. Quoad intereſſe, &
27 damna, non quoad pœnam *ad tex. in l. fide-*
juſſoris 68. *ibique Bart. ff. de fidejuſſor. Oterus de*
officialib. par. 1. *cap.* 17. *num.* 15. plenè reſpnudit
Barboſ. Vot. deciſivo. lib. 3. *vot.* 84. *n.* 1. *cum ſeqq,*
Quæ obligatio Fidejuſſoris reſtricta cenſetur
ad tempus, quo duravit prima proviſio, ſeù
28 electio Officialis; non autèm extenditur ad
tempus confirmationis, ut comprobat *Randenſ.*
de Analogis lib. 1. *cap.* 1. quem cum aliis ſequi-
tur *Borell. cit. cap.* 15. *nu.* 33. *verſ. Diximus cum*
ſeqq. & poſt relatam utramque opinionem di-
ſtinguendo inter fidejuſſionem ſimpliciter præ-
ſtitam, & illam factam cum præfixione termi-
ni, quod prima extendatur ad tempus proroga-
tum, & ad confirmationem Officii, ſecus autem
ſecunda firmat *Oterus ubi ſupra num.* 28.

E Regularitèr Judex Officialis, & Magiſtratus
durante officio non poteſt accuſari, & Syndi-
29 cari, ſed ſolum eo finito ad *tex. in l. nec Ma-*
giſtratibus 32. *ff. de iniur. Cancer. var. reſol. par.* 3.
cap. 12. *num.* 140. *D. Maſſin. de confiſcat. d. qu.* 11.
num. 26. *Conciol. loc. cit. reſolut.* 4. *nu.* 1. *Maſtrill.*
de Magiſtrat. lib. 6. *cap.* 5. *ſub num.* 4. *Cobell. ad*
Bullam Boni Regim. cap. 19. *num.* 39. *Scialoya de*
foro Compet. cap. 33. *num.* 1. ubi etiam adducit
rationem, quia ſi Officialis durante Officio con-
veniretur ob timorem, & authoritatem ipſius
difficile eſſet partibus invenire Advocatos, &
Procuratores, qui defenderent porrigentes
contra eum petitiones, vel melius ſecundum
Capiblanc. de Baron. pragm. 5. *n.* 182. *part.* 1. quia
ſi Officialis durante officio conveniri poſſet,
ejus authoritas vileſceret, dùm de unoquoque
eſſet cavillandus.

Verùm prædicta regula patitur quamplures
30 ampliationes, & limitationes, quæ videri po-
terunt apud *Fragoſ. de Regim. Reip. d. diſput.* 23.
§. 3. *n.* 46. *cum ſeqq. Scialoya cit. cap.* 33. *num.* 2.
cum ſeqq. Conciol. allegat. reſolut. 4. *paritèr nu.* 2.
cum ſeqq. & Maſtrill. toto d. cap. 5.

F Judices Syndicatores habent merum, & mix-
tum imperium in Officialem Syndicandum *Scia-*
31 *loya d. cap.* 33. *num.* 22. & ordinariam juriſ-
dictionem ad *tex. in l.* 1. *C. ut omn. Judic. &c.*
§. *Neceſſitatem Auth. Ut Judices ſinè quoquo ſuf-*
frag. fiant Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 6. *cap.* 1.
nu. 29. *cum ſeq. Fragoſ. ubi ſupra num.* 17. ubi ta-
men advertit id procedere, quando à lege con-
32 ſtituti ſunt, & juriſdictionem habent; ſecùs
autem ſi alitèr conſtituantur, iſto enim caſu
habent juriſdictionem delegatam, ſed poſteà
ſubjungendo tenet, Syndicatores conſtitutos à
Principe ad univerſitatem cauſarum eſſe Ordi-
narios, addendo, quod juriſdictio ordinaria
eſt favorabilis, delegata autem eſt odioſa, un-
dè in dubio cenſenda eſt potiùs ordinaria, quàm
delegata.

Ac in Statu Eccleſiaſtico habent facultatem
procedendi ſumariè, de plano, extrajudicia-
33 liter, & ſola facti veritate inſpecta juxtà diſ-
poſitionem *Bullæ* Julii II. quam confirmavit
Clemens VII. *in dicta Bulla la* 25. §. 7. & 11.

G Mandante noſtro *Statuto*, quod quatenùs
Prætor confirmatur ad unum, vel plura ſeme-
34 ſtria debeat Syndicàri in fine cujuslibet ſeme-
ſtris, ſuſtulit illam non levem controverſiam,
An Officialis ſyndicandus ſit unica vice in fine
35 totius temporis etiam confirmati, an verò
qualibet vice pro tempore antecedenti, quo
exercuit ante confirmationem, de qua *Maſtrill.*
de Magiſtrat. lib. 6. *d. cap.* 5. *num.* 39. *cum ſeqq.*
Scialoya ubi ſupra nu. 23. *& Fontanell. deciſ.* 157.
& ſeq. part. 1.

H Quamvis *Statutum* diſponat, Prætorem te-
36 neri de omnibus geſtis, neglectis, aut ommiſ-
ſis per ſuos Officiales, & familiam, nihilominus
debet intelligi civilitèr tantùm juxtà doctrinam
Bald. in l. obſervari §. *Proficiſci ſub num.* 1. *ff. de*
Offic. Proconſul. & tenet *Cancer. var. reſol. par.* 3.
cap. 12. *n.* 136. Quod adeò verum eſſe affirmat
Bald. ibidem ſub nu. 2. *in fine cum ſeq.* quem ſe-
quitur *Cancer. ubi ſupra num.* 137. ut Prætor,
qui expreſsè ſe obligavit ad ſolvendum pro fa-
37 milia omnem pœnam civilem, & criminalem
teneatur tantùm de pecuniaria, non autèm de
corporali, quæ pro alio ſolui nequit.

I Exorbitat à *Jure Communi*, & à *Conſtitutione*
38 *Marchiæ*, quod qui in Syndicatu anteceden-
tèr facto obtinuit ſententiam abſolutoriam
poſſit itètum querelari non ſolum ſuper eiſdem,
ſuper quibus fuit abſolutus, vel condemnatus,
ſed etiam ſuper aliis, tunc non deductis, etiam
ſi clariſſimæ probationes offerantur utpotè
quia obſtat exceptio rei judicatæ, quæ ex lapſu
termini legalis reſultat, ut firmat *Solorzan. ubi*
ſupra ſæpè cit. cap. 8. *num.* 64. *cum ſeq.* Imò pro
39 abſolutoria ſufficit, lapſum fuiſſe tempus præ-
fixum abſque eo quod Officialis fuerit condem-
natus, ut firmatum fuit hic ſupra *num.* 11. &
tradit *D. Maſſin. de Confiſcat. d. qu.* 11. *nu.* 10.

ADDITIO AD RUBR. IX. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 Syndicatus Magiſtratuum utilis, & neceſſa-
rius eſt.
2 Quilibet Officialis tenetur reddere rationem
ſuæ villicationis.
3 Princeps non poteſt diſpenſare Officiales a Syn-
dicatu. Vide ibi.
4 Recedere non poteſt Officialis, ſeù Magiſtra-
tus à loco Officii durante Syndicatu. Decla-
ra num. 5.
5 Judices, & Magiſtratus de ſolo dolo, & bata-
taria, & exorſionibus Syndicantur.
7 Monitoriales cenſuræ non ſunt promulgandæ
pro emendis probationibus contra Officia-
les.
8 Syndicatores omnes an debeant intervenire in
prolatione Sententiæ.

Digitized by Google

*Nu.*1. Neceſſitatis & utilitatis reſultantis ex Syn-
1 dicatu Magiſtratuum Reipublicæ * meminir & comprobat me ſequendo *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiolæ obſervat.* 14. *in princ. & num.*1. *cum ſeqq.* Nam quilibet Officialis tenetur red-
2 dere rationem villicationis ſuæ * & ſic ſtare Syndicatui, ut etiam firmavit *Rot.in Mendonien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis* 12.*Jan.*1705 *coram R.P.D. Anſaldo* §. *Licet enim.*

*Num.*5. Syndicatum Officialibus Principes diſpen-
3 ſare non poſſunt niſi vèl Officiales exerceaut * eorum Officium ſub oculis Principis ut in Urbe, vèl Princeps diſpenſet diſpoſitioni Juris, ut etiam firmavir *Rot.in d.Mendonien.*12.*Jau.*1705. §. *Adeo ut.*

*Num.*10. Durante tempore Syndicarus Judex, ſeù Officialis, & Magiſtratus non poteſt rece-
4 dere * à loco Officii, niſi ex ſpeciali Principis indulgentia ut tradit *Bonſin. in ſupplet. ad Banniment. General. cap.*67. *nu.*8.

Declara procedere durante rempore à Jure, vèl à
5 Staturo præfixo pro Syndicatu faciendo * ſecus elapſo rempore, ut relatis concordantibus tradit *Bonſin.ad Banniment. General. cap.* 67. *nu.*10. *cum ſeq.*

*Num.*21. Judices, & Magiſtratus de ſolo dolo, &
6 & barattaria, & extorſionibus Syndicantur * *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiolæ obſervat.* 14. *nu.*17.

*Num.*23. Cenſuræ monitoriales non ſunt promulgandæ pro emendis probationibus contra Offi-
7 ciales * ut etiam rradit *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiolæ obſervat.* 14. *nu.*11.

*Num.*24. Syndicarores omnes an debeant intervenire in prolatione ſententiæ adeòut uno ab-
8 ſente * Sententia ſit nulla vide etiam *Caſtellin. ubi ſupra nu.*27. *verſ.in prolatione cum ſeq.*

Quod Dominus Poteſtas non poſſit impedire aliquem Officialem, quin ſuum officium exerceat.

RVBRICA DECIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod Dominus Poteſtas, vel aliquis de ſua familia non poſſit prohibere vel impedire per ſe, vel per alium aliquem Officialem Communis Faventiæ, quin ſuum officium libere exerceat ſecundam formam Statutorum Communis Faventiæ. Et qui per ſe, vel alium contrafecerit, qualibet vice in pœnam lib. quinquaginta bonon. incurrat Communi Faventiæ applicandam.

SVMMARIVM.

1 MAgiſtratus, & Officialis prohibens obſervantiam legum, & Statutorum puniri debet.

2 Magiſtratus, & Officialis probare debet impedimentum, & quod ſi non fuiſſet impeditus, onera ſibi injuncta adimpleviſſet. Nec non docere, ſe feciſſe omnem Conatum mediante recurſu ad Superiorem, ac ad Principem n.3.

OBSERVATIO.

GRaviori pœna plectendus eſt ille Superior, ſeù Magiſtratus, qui nedùm omiſſa de-
1 bita vigilantia negligit obſervantiam legum, & Statutorum, ſed poſitivè prohibet, ſeù impedit aliis Officialibus eorum obſervantiam ad tradita per *Fragoſ. de regim. Reip. par.* 1. *lib.*7. *diſput.*23. §.1. *n.*1. *in fine.*

Non ſufficit tamen Officiali allegare impedimentum ad effectum ſe eximendi à propria
2 obligatione, niſi probetur, quod ſi non fuiſſet impeditus onera ſibi injuncta adimpleviſſet *Surd. dec.*4. *nu.*13. juncta *dec.* 203. *nu.*17. quàm allegat *Cancer. var. reſol. par.*3. *cap.* 18. *nu.*111. *Fontanell. dec.*107. *n.*5. *par.*1.

Debet etiam docere, ſe feciſſe omnem conatum mediante recurſu ad Superiorem, imò
3 etiam ad Principem, aliàs impedimentum allegare nequit *Altograd. conſ.*45. *n.*26. *vol.* 2.

ADDITIO AD RUBR. X. LIB. I.

SVMMARIVM.

1 JUdex diſſimulans delictum, non procedens contra delinquentem qua pœna puniendus ſit.

*Num.*1. Judex diſſimulans delictum, & non procedens contra delinquentem ſecundum unam
1 opinionem * poteſt puniri eadem pœna, qua delinquens, & ſecundum aliam, quod debeat puniri pœna arbitraria, & hanc renet *Andr.de Iſer. tit.quæ ſint Regalia* §. *Contrahentium inceſtas Nuptias nu.*75. dicens, quod bonus Judex ſic debet arbitrari, ut refert *Raynald. Vot.* 163. *num.* 1. *cum ſeq.*

Quod

Quod contenta in juramento Domini Poteſtatis, & Officialium habeantur pro Statutis.

RUBRICA UNDECIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod omnia, quæ per Statuta Civitatis Faventiæ diſponuntur, & ordinata ſunt in juramento Domini Poteſtatis, & quorumlibet Officialium dictæ Civitatis habeantur pro Statutis; & inviolabiliter obſerventur, etiam ſi non fuerit juratum per ipſos, vel alterum ipſorum Officialium.

A DE juramento præſtando à Magiſtratibus, & Officialibus circa obſervantiam Statutorum vide *ſupra Obſerv. ad Rub. VI. num. 1. cum ſeqq.*

De Statutariis, & Reformatoribus eligendis.

RUBRICA DUODECIMA.

STATUIMUS, & ordinamus, quod ubicumque utile, & neceſſarium fuerit, & videbitur expediens Conſilio generali Civitatis Faventiæ, eligantur, & eligi debeant per dictum Conſilium generale Civitatis prædictæ Statutarij (ſeu Reformatores ad faciendum, reformandum, corrigendum, ordinandum) ac de novo compilandum Statuta, & ordinamenta dictæ Civitatis, qui ſint Cives originarij ejuſdem Civitatis, ad minus ſint quatuor, vel plures, pro ut videbitur expedire dicto generali Conſilio, quorum ad minus duo ſint Doctores legum, & duo cauſidici, ſeu procuratores. Ac etiam eligatur unus bonus, & legalis Notarius, qui ſcribere debeat Statuta, ac ordinamenta, pro ut per dictos Statutarios, ſeu Reformatores dictatum fuerit, & habeant, & habere debeant pro eorum ſalario tam ipſi Reformatores, quam ipſe Notarius illud, quod Statutum, & deliberatum fuerit per dictum generale Conſilium, quod Salarium ſolui debeat per depoſitarium dictæ Communitatis de ejuſdem introitibus, prout ordinabitur per dictum Conſilium. Nec poſſint dicti Statutarij, & Reformatores ſicut ſupra electi ab aliquo moleſtari, quin dicta Statuta ordinent, & faciant, ſeu reforment, prout eis viſum fuerit, pro bono dictæ Civitatis, comitatus, & diſtrictus.

SUMMARIUM.

1 REformatio Statutorum fit quando priori Statuto aliquid additur, vel ab eo detrahitur.

2 Reformatio Statutorum contingere poteſt ex pluribus cauſis, de quibus ibi.

3 Antiquis legibus non eſt inſiſtendum, ſi magna utilitas Reip. contrarium ſuadeat.

Mutatio legum, & Statutorum periculoſa eſt num. 3.

Mutatio victus Sanitati officere ſolet n. 3.

Statutum revocandum ſi tractu temporis reddatur iniquum, licet à principio eſſet licitum num. 4.

4 Variari, & mutari debent leges, & Statuta ſecundum varietatem temporum, & morum urgente neceſſitate, vel ſuadente utilitate num. 6.

5 Mutantur omnia tractu temporis.

Status noſter ſub perpetuo motu conſiſtit n. 5.

6 Deus mutavit in novo teſtamento nonnulla ex iis, quæ Statuerat in veteri.

Antiquæ leges Romanorum mediantibus aliis in poſterioribus ſeculis rejectæ, abrogatæ, vel emendatæ fuerunt.

8 Medici remedijs, & medicamentis contrariis prioribus datis aliquando utuntur, & quare.

9 Medici curant eundem morbum diverſis pharmacis inſpecta diverſitate roboris, temperamenti, ac ætatis ægroti.

10 Reformatio Statutorum non probatur ex ſola deputatione Peritorum ad reformandum, ſed requiritur actualis reformatio.

11 Recurrendum eſt potiùs Statuto reformato, quàm Juri communi, quando ſequuta reformatione Statuti contingit diſputatio circa illius interpretationem Ampl. nu. 12.

13 Statutum novum recipit omnes reſtrictiones, & interpretationes, quas Statutum antiquum reformatum admiſit.

OBSERVATIO.

REformatio Statutorum, quæ fit quando priori Statuto aliquid additur, vel ab eo
1 detrahitur *Giurb. in conſuetud. Meſſan. part. 1. cap. 7. gloſſ. 2. num. 11. Pigant. ad Stat. Ferrariæ lib. 1. Rub. 2. nu. 1. in fine cum ſeqq.* ex pluribus
2 cauſis contingere poteſt, nempe vel propter

ſaniorem provisionem, vel propter ſubditorum commoda, & removenda eorum damna, vel ob nimium rigotem, vel ob temporum varietatem. ſi urgens neceſſitas, vel utilitas id expoſcat, præcipuè propter animæ periculum, ut docet *Giurb. in conſuetud. Meſſau. cap. 7. gloſ. 1. num. 8.* quem ſequitur *Pigaut. ad Statut. Ferrariæ lib. 1. Rub. 4. num. 4.*

Nou enim inſiſtendum eſt antiquis legibus,
quamvis legum, & Statutorum mutatio peri-
3 culoſa ſit, ſicut victus mutatio ſanitati officere
ſolet, ſi magna utilitas Reip. contrarium ſua-
deat, cum ununiquodque ſuos mores afferat,
quibus accomodandæ ſunt leges, nec reprehen-
ſibile debet judicari, ſi ſecundum varietatem
4 temporum, & morum leges quoque, & Statuta
humana varientur, & accomodentur *Virginius
Fortia de Jure nova Vrb. condend. lib. 2. cap. 4.
num. 21. cum ſeq.* Unde ſuccurrendum ſeù repa-
randum eſt, ſi Statutum tractu, & varietate
temporis reddatur iniquum, quamvis à prin-
cipio fuerit licitum ut reſpondit *Dec. conſ. 335.
per tot. & Thæſaur. deciſ. 239. n. 10.* quid enim
ita ſtabile, & immutabile eſt, ut tractu tempo-
5 ris nullam patiatur mutationem? nàm impoſ-
ſibile eſt ſecundum naturam quod factum ab
homine in eodem ſtatu permaneat, ut relatis
Plat. & Ariſtotil. lib. 5. Politic. cap. 13. latè pro-
bat *Fortia ubi ſupra* dùm omnis noſter ſtatus ſub
perpetuo motu conſiſtit, ut ait *Juſtinianus in
Auth. de non alien. cap. 2. in princ. & Claudia-
nus* ibi.

—— Prinſquamquam reſumunt.
Canitiem leges, emendanturque vetuſtæ,
Accedunteque novæ &c.

Præſertim urgente neceſſitate, vel ſuadente
6 evidenti utilitate, proùt etiam ipſe Omnipo-
tens Deus ex iis, quæ in *veteri Teſtamento* Sta-
tuerat nonnulla mutavit *in novo*, ut advertit
Innocentius III: *in cap. non debet de Conſangui-
nitate, & affinit.*, *ibique* firmat *Gonzalez Tellez
nu. 2.* Eodem modo, quo priſcæ Romanorum
7 leges inter rudem Populum mediantibus aliis
in poſterioribus ſæculis approbatis rejectæ, &
abrogatæ, vel emendatæ fuerunt ut probat
tex. in Auth. de nupt. §. Nos autem collat. 4. ibi -
*Non enim erubeſcimus, ſi quid melius etiam eorum
quæ ipſi priores diximus adinvenimus hoc ſancire,
& competentem prioribus imponere correctionem
in l. 2. C. de veter. Jur. eaucl.* ibi - *quià ideò im-
perialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit,
ut poſſit omnia, quæ noviter contingunt, & emen-
dare, & componere, & modis, ac regulis compe-
tentibus tradere, & hoc non primum à nobis di-
ctum eſt, ſed ab antiqua deſcendit proſapia &c.*
Concordantibus relatis latè comprobat *Solor-
zan. de jur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 93.
cum ſeqq. & tom. 2. lib. 2. cap. 30. num. 65. pariter
cum ſeqq. Salgad. laberynt. credit. par. 1. cap. 25.
ſub nu. 50. Pigant. ad Statut. Ferrariæ Rub. 2. n. 7.
cum duobus ſeqq. lib. 1. Hermanus Hermes in fa-
ſcicul. Iur. public. cap. 21. n. 78. Adden. ad Rot. in
rec. deciſ. 9. nu. 11. par. 4. tom. 2. Rota coram recol.
me: Coccin. deciſ. 676. num. 34. cum ſeqq. cum aliis
adductis ſupra in Obſerv. ad Probem.* Imitando
8 Medicos, qui quaodoque ob ignorantiam, &
quandoque etiam ob occultam malignitatem
morbi, qualitatem, & naturam illius à prin-
cipio non penetrantes, remedia nedùm incon-
grua, ſed penitus nociva adhibuerunt, undè
in progreſſu curæ detecta natura mali, reme-
diis contrariis prioribus utantur, ſicuti etiam
9 eundem morbum diverſis pharmacis inſpecta
diverſitate roboris, temperamenti, ac ætatis
ægroti curant, ut notant *Pigant. ad d. Rub. n. 5.
n. 9.* ac expreſſit in ſequentibus carminibus *Mi-
chael. Hoſpital.* relatus à *Solorzan. d. cap. 30.
ſub num. 65.*

Quàm meliùs Medici, qui quo nihil ante priora.
Profeciſſe vident, adhibent contraria leges.
Decepti Medices artemque valere jubentes.
Hoc nos illa modo nuper quo cæpimus arma.
Ponere ne pudeat, hominemque errata fateri.
Et magis apta malis quæ ſunt medicamina noſtris.
Quærere &c.

Ad probandam verò reformationem Statu-
torum antiquorum ejuſque publicationem non
10 ſufficit ſola deputatio Peritorum ad reformandum, ſed requiritur actualis reformato, ut reſpondit *Rot. coram Royas dec. 225. num. 13.*

Sequnta autem reformatione, ſi contingat di-
ſceptatio circa illius interpretationem, recur-
11 rendum potius erit Statuto reformato, quàm
Juri communi, ut firmat *Giurb. in Conſuetud.
Meſſanen. d. gloſſ. 1. nu. 13.* ubi *cum ſeqq.* ampliat,
12 procedere quamvis Reformatio dictiones ta-
xativas, ac clauſulam *alio Statuto non obſtante*
contineat.

Nec non recipiet omnes reſtrictiones, &
interpretationes, quas Statutum antiquum ad-
13 miſit, ut notat *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſ. 7. part. 3. nu. 45.* & proſequitur *Giurb. ubi
ſupra num. 16.*

ADDITIO AD RUBR. XII. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 Deus conſtans, & imutabilis eſt.
2 Leges humanæ mutantur quoties communi utilitati providetur.

Num. 6. Deus quoad ſe, & quoad ſui voluntatem
1 eſt conſtans, & immutabilis * & ſi contingat
mutatio non eſt niſi in effectibus ipſis, quos ſe-
cundum ordinem ſuæ Sapientiæ diverſis temporibus diſponit fieri, aut non vult fieri, ut pleniſſimè diſcuſſo articulo firmavit *Card. Albic. de incouſt. in fide cap. 1. num. 12. cum ſeqq. uſque in finem.*

Leges verò humanæ rectè mutantur quotiès
per earum mutationem comuni utilitati provi-
2 detur * juxta auream Divi Thomæ *doctrinam
par. 2. qu. 97. art. 2. in corpore.*

Quod

Quod nihil ponatur in Statutis contra libertatem Eccleſiaſticam.

RUBRICA DECIMA TERTIA.

STatuimus, quod ſi aliquid nunc, vel in futurum inveniatur in libris Statutorum Civitatis Faventiæ, quod ſit contra libertatem Eccleſiæ, ſit caſſum, & inutile, & nullo modo ſervetur à Poteſtate, vel Communi Faventiæ, vel aliquo de Civitate Faventiæ, vel Diſtrictu.

SUMMARIUM.

1 DEus creavit duo luminaria diſtincta in Cœlo.

2 Deus conſtituit in Terris dupplicem poteſtatem & Imperium nempè Eccleſiaſticum, & ſæculare quibus totus Mundus regitur.

Poteſtas ſæcularis nihil habet commune cum Eccleſiaſtica num.2.

3 Fridericus Imperator Immunitatem Eccleſiaſticam coluit, & ſervari mandavit.

Statutum Faventiæ abrogat, & irritat quicquid continetur in Statutis contra libertatem Eccleſiæ num.3.

4 Statuta, & leges Principis ſæcularis contra Immunitatem Eccleſiaſticam directè, vel indirectè, & circa cauſas, & materias ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas latæ nullæ ſunt, & reprobatæ, & quare nu.5. 6.& 8.

5 Statuere, & condere leges eſt actus juriſdictionis.

6 Laici juriſdictionem non habent in Clericos, & Eccleſiam.

Lex non ſubditis imponi non poteſt n.6.

7 Eccleſiaſtici obſervare tenentur ex vi directiva, non coactiva leges à Principe ſæculari editas quæ concernunt rectam gubernationem, quietem publicam, & bonum publicum, ſi Juri Canonico, & libertati Eccleſiaſticæ non repugnent; quæ autem ſint hujuſmodi leges vide ibi.

9 Conditores legum, & Statutorum contra Immunitatem Eccleſiaſticam ſunt excommunicati.

10 Epiſcopus poteſt Statuta laicalica contra Immunitatem Eccleſiaſticam condita tollere, & abrogare, vel mandare ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda ea non eſſe obſervanda, vel cogere Statuentes, ut de libro Statutorum illa caſſent mediante totali abraſione.

11 Non ſuffragante ſimplici declaratione Statuentium emiſſa in volumine Statutorum, quod quicquid reperitur in eis contra libertatem Eccleſiaſticam habeatur pro caſſo, & irrito limita nu.12.

12 Declaratio Statuentium Eccleſias, & Eccleſiaſticos non comprehendi in Statuto ſufficit, quando ambigua eſt illarum comprehenſio.

13 Edictum Magiſtratus ſæcularis prohibens exactionem vini tanquàm indirectè lædens Eccleſiaſticos debet declarari juxta reſolutionem Sac. Congregationis Immunitatis, de qua ibi.

OBSERVATIO.

SUmmus rerum Opifex *Omnipotens* Deus ſi-
cut duo luminaria omninò diſtincta creavit
1 in Cœlo, ita etiam duplicem poteſtatem, &
& imperium paritèr inter ſe penitus ſegrega-
2 tam in terris nempè Eccleſiaſticam, & ſæcu-
larem, quibus totus Mundus regitur, conſti-
tuit, quorum unum nihil commune habet cum
alio, ut in *eam duo ſunt diſt.96. ibiq; Barboſ.n.2.*
& notat *idèm Barboſ. in cap. ſolitæ num.6. de ma-
jorit. & obedient.* ubi *etiam Gonzalez Tellez in
Commentar. num. 6. Pigant. ad Statut. Ferrariæ
lib.1. Rub.5. num.1.*
Hinc noſtri ſtatuentes obſequentiſſimi erga
3 Sanctam Sedem, & Immunitatem Eccleſia-
ſticam Fridericum *Imperatorem in Auth. Caſſa
C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & in ejus particulari *Con-
ſtitut. ſeu extravag. de Statutis, & Conſuetudini-
bus contra libertatem Eccleſiæ editis &c. impreſſa
poſt librum Feudorum* imitantes irritatunt, &
abrogarunt quicquid in libris Statutorum inve-
nitur diſpoſitum contra libertatem Eccleſiæ.
Statuta enim, & leges Principis ſæcularis
contra Immunitatem Eccleſiaſticam directè,
4 vel indirectè latæ ſunt nullæ, & reprobatæ
per *tex. in cap. Eccleſia, & cap. quæ in Eccleſia-
rum de Conſtit. cap. noverit de ſent. excom. cap.
ultim. de Immunit. Eccleſ. in 6. Auth. quæ in Ec-
cleſiarum C. de Conſtitution. ibique* quampluribus
concordantibus cumulatis firmat *Barboſ. num.2.
Surd. conſ.2. à n.3. juncto conſ.301.n.77. Antunez.
Portugal. de Donat. Reg. par.2. lib.1. cap.10. n.72.
& Oliva de foro Eccleſiæ part.1. quaſt.29. num.1.
cum ſeqq.* ubi quod Statuta laicorum circa cau-
ſas & materias ſpirituales, vel ſpiritualibus an-
nexas tanquam condita à non habentibus juriſ-
dictionem nullius ſunt roboris, & valoris.
Ea optima ratione quia cum Statuere, & con-
5 dere leges ſit actus juriſdictionis *Romani
conſ. 218. num.2. Surd. d. conſ. 301. nu.15.* Laici
autem nullam in Clericos, & Eccleſiam habeant
6 juriſdictionem, cum omninò à ſæculari ſint
exempti, proindè ex quo quis non poteſt im-
ponere legem non ſubditis, hujuſmodi Statuta
ex defectu poteſtatis non valent, ut optimè ra-
tiocinando comprobant *Antunez d. cap. nu. 72.
in fine cum duobus ſeqq. Fragoſ. de regim. Reip.
par.1. lib.2. diſput.4. §.3. nu. 302. cum ſeqq. San-
felic. deciſ.187. num.1. cum ſeqq.*
Non ſunt tamen exempti Eccleſiaſtici ſecun-
dum vim directivam, & ex vi rationis, ac na-
7 turali juſtitia, à qua nemo ſubducitur, tanquam
membra Reip. politicæ, non autem ſecundum
vim coactivam, ab obſervatione illarum legum
à Prin-

Digitized by Google

à Priucipe ſæculari editarum , quæ concernunt
rectam gubernationem, & quietem Reſp. ac bo-
num publicum , ſi Juri Canonico , & libertati
Eccleſiaſticæ , non repugnent , quales ſunt illæ,
quæ prohibent arma noctu deferri , Annonam
extrahi , & quæ taxant rerum pretium , vel im-
ponunt formam ædificandi , teſtandi , contra-
hendi &c. ut communiter diſtinguendo docent
DD. quos ad ſatietatem refert , & ſequitur *Del
Bene de Immunit. Eccleſ. cap.9. dub.1. num.2. cum
ſeqq.* & proſequitur *Antuncz ubi ſupra num.75.
cum duobus ſeqq. Fragoſ. loc. allegat. num. 304.
verſ. His itaque cum ſeqq.*

Ceterum notandum eſt , quod cum non ſo-
lum Statuta edita contra libertatem Eccleſiaſti-
8 cam ſint nulla , ſed tàm qui illa condiderunt ,
quàm Conſiliarii , & qui ea ſcripſerunt , & Ju-
dices , qui ſecundum ea judicant ſint excom-
9 municati , ut ſancitum fuit per Honorium III.
in cap. Noverit de ſent. excommunic. & firmant
ibidem ſcribentes ; Idcircò ad conſervandam illi-
batam auctoritatem Immunitatis Eccleſiaſticę.
ſi Statuta notoriè contra libertatem Eccleſiaſti-
10 cam ſint , Epiſcopus inter alia remedia , vel
poteſt illa tollere, ac declarare eſſe contra liber-
tatem Eccleſiaſticam , vel mandare ſub excom-
municationis pęna ipſo facto incurrenda, ea non
eſſe obſervanda,vel cogere ſtatuentes,ut de libro
Statutorum illa caſſent per totalem abraſionem,
adeò ut impoſterum nulla appareant veſtigia
hujuſmodi Statutorum.Non ſuffragante ad hunc
11 effectum ſimplici declaratione Statuentium emiſ-
ſa in volumine Statutorum , ut diſponitur in *d.
cap. noverit* , & quod quicquid repetitur in eis
contra libertatem Eccleſiaſticam habeatur pro
caſſo,& irrito docent *Bart. in d. auth. caſſa n.6. cum
ſeq. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ubi dicit id menti te-
nendum *Felin. in cap. Eccleſiæ. S.Mariæ n.108. cum
ſeq. de Conſtitut. & Marta de juriſdict. par.2.
cap.44. num.1. cum ſeqq.*

Si autem ambiguum eſt , an diſpoſita in Sta-
tuto ſint contra libertatem Eccleſiaſticam nec
12 ne , tunc poteſt Epiſcopus Statuentes cogere
ad declarandum in Statuto Eccleſias , & Eccle-
ſiaſticos non comprehendi , & talis declaratio
ſufficiet , ut docet *Jo: Andr. in Cap. final. de
Immunit. Eccleſ. in 6.* quem ſequitur *Felin. ubi
ſupra n. 107. Marta loc. cit. num.19. Del Bene de
Immunit. Eccleſ. cap.8. dubit.11. num.7.* ubi re-
fert reſolutionem *Sacræ Congregationis Immuni-
tatis Eccleſiaſticæ juncto nu.15.*

Idemque procedit , ſi à Magiſtratibus ſæcu-
laribus promulgentur edicta , quæ directè , vel
indirectè lædant Eccleſiaſticos , quamvis Ec-
cleſiaſticorum non fuerit facta mentio,ut cumu-
latis concordantibus firmat *Panimol. annot. 2.
num. 32. cum duobus ſeqq. ad deciſ. 12.* prout fuit
edictum pænale Prætoris Terræ Turicis noſtræ
13 Diœceſis Verulanæ emanatum de anno 1691.
in quo inibi prohibebatur ingreſſus Agaſonum
Forenſium cum animalibus , & cadis ad effe-
ctum extrahendi vinum , quod dedit cauſam
recurſus ad *Sacram Congregationem Immunitatis,*
quæ reſolvit , ut ſequitur .

*Inteſoſi dall' informazione di V. S. come per l'
Editto publicato dal Podeſtà di Torrice luogo di co-
teſta Dioceſi , venga indirrettamente impedito à
queſti Eccleſiaſtici la vendita del loro vino : queſti
Eminentiſſimi miei Signori della Sacra Congrega-
tione dell' Immunità Eccleſiaſtica ſono ſtati di ſen-
timento , che V. S. aſtringa anche col mezo de're-
medii legali il detto Podeſtà à dichiarare , che tal'
Editto non camprenda le perſone Eccleſiaſtiche .
Sarà però ſua cura di conformarſi à tal ſentimento .
E Dio la proſperi Roma 31. Luglio 1691.*

Di V. S.

Come Fratello .

G. Card. di Carpegna .

F. Arciveſcovo di Corinto Segret.

Qua reſolutione eidem Prætori urbanitèr per
Nos communicata ſtatim paruit , pro mulgan-
do edictum ſub die 13. Auguſti ſequentis , in
quo declaravit non habuiſſe intentionem in
prædicto Edicto Eccleſiaſticos comprehen-
dendi .

ADDIT. AD RUBR. XIII. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 JUriſdictiones à Deo diſtinctè fuerunt aſſi-
gnatæ nempè Pontifici , & Præſulibus ju-
riſdictio circa perſonas , & cauſas , Eccle-
ſiaſticas , Imperatori verò circa ſæculares.

2 Leges , & Statuta Laicorum non ligant Ec-
cleſiaſticos . Vide ibi & num.3.

3 Eccleſiaſtici ligantur legibus ſæcularibus vi
directiva , non autem coactiva .

4 Judex Eccleſiaſticus cogere poteſt ſub pęna
excommunicationis ipſo facto incurrenda
conditores legum Sæcularium ut caſſent à
libro per totalem abraſionem leges , & de-
creta contra Immunitatem Eccleſiaſticam,vèl
mandare hujuſmodi leges non eſſe obſervan-
das .

5 Principes , & Reges cogi poſſunt ad modifi-
candas , & revocandas leges , per quas San-
cta Inquiſitio impediatur , vèl debilitetur .

6 Principes , & Magiſtratus Sæculares tenentur
impertiri Brachium Inquiſitoribus , etiam
nullo prævio proceſſus examine facto ab eis
& num.7.

8 Et recuſantes ſunt ſuſpecti de Hæreſi .

9 Et poſſunt cenſuris cogi ad præſtationem Bra-
chij .

Num. 1. Juriſdictiones à Deo Optimo Maximo
diſtinctè fuerunt aſſignatæ Summo Pontifici, &
1 Præſulibus circa perſonas , * cauſaſque Eccle-
ſiaſticas ; Imperatori verò circa Sæculares, ut
egregiè inſinuat in *Epiſtola ad Michaelem Impe-
ratorem* relata *in Canone cum ad verum 6. diſt.96.*
& his canonibus , & aliis auctoritatibus, & ra-
tionibus firmat *Sperell. deciſ. 123. n.6. cum ſeqq.*

Num.7.

Digitized by Google

Num. 7. Leges, & Sratuta Laicorum non ligant
2 Eccleſiaſticos, ſed ſolum vi directiva,* & ra-
tioois, ac oaturali juſtiria, à qua nemo ſub-
ducitur; & ſi Juri Canonico, & libertati Ec-
cleſiaſticæ noo repugneot, Eccleſiaſtici ab illis
non eximuntur & etiam reſpondit *Rot. in Bono-
nien. manutentionis prima Julij 1697. coram R. P. D.
Pio impreſſ. penes Antonell.* de Jurib. *Cleric. dec. 39.
num.* 4.

Et quòd Eccleſiaſtici obligentur tantùm le-
gibus Sæcularibus in temporalibus, quoad
3 vim directivam, * non autem quoad puniri-
vam, ſeù coactivam ut declarat, *Del Bene de
Immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 2. num. 25. Sperell.
deciſ. 49. n. 20. cum ſeq. Franciſcus Antonius Bon-
fin. in Supplet. ad Bannim. General. cap. 17. n. 40.*

Num. 10. & 11. Judex Eccleſiaſticus ſub Excom-
municationis pœna ipſo facto incurrenda poteſt
4 *vel cogere conditores ut de libro Staturorum
leges contra Immunitatem, & juriſdictionem
Eccleſiaſticam caſſent per rotalem abraſionem,
vel mandare hujuſmodi leges non eſſe obſer-
vandas, & quicquid in eis reperitur contra Im-
munitatem, libertatem, & juriſdictionem
Eccleſiaſticam habeatur pro caſſo *Menoch. de
juriſdict. lib. 2. cap. 11. verſ. verum eſt cum ſeq.*

Non enim eſt permittendum, *ut officiales,
aut inferiores Magiſtratus Eccleſiæ, & perſona-
rum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatio-
ne, & Canonicis Sanctionibus conſtitutam aliquo
cupiditatis Studio, ſeù inconſideratione aliqua
violent, ſed una cum ipſis Principibus debitam Sa-
cris Summorum Pontificum, & Conciliorum Conſti-
tutionibus obſervantiam præſtent* juxta præciſa
verba *Sac. Conc. Trid. Seſſ. 25. cap. 20. de reformat.*

Eo certiùs cogi poſſunt Principes & Reges ad
5 modificandas, & revocandas leges * per quas
Sancta Inquiſitio impediatur, vel debilitetur
*Caren. de S. inquiſit. par. 2. tract. 4. §. 1. n. 10. Fer-
moſin. Tract. crim. ad ten. in §. Moneantur queſt. 1.
n. 19. cum ſeq.*

Imò tenentur Principes, & Magiſtratus ſæcu-
lares in crimine Hæreſis Brachium, & auxilium
ſuum impertiri Inquiſitoribus quoties fuerint
6 requiſiti, * prout decrevit Clemens IV. *in cap.
Ut Officium Inquiſitionis §. Compeſcendi de Hæretic.
in 6. &* Bonifacius VIII. *in cap. Ut Inquiſitionis
negotium de Hæret. in 6.* Et quidem *Fagnan. in
cap. cum ab homine nu. 23. de Judic.* nullo præ-
7 vio proceſſus examine facto * *cap. Inquiſitionis
§. Probibemus de Hæretic. in 6.* & diſponitur in
Conſtitutionibus Innocentii VIII. *&* Leonis X.
impreſſis in finè directorii Pegniæ.

Et ſunt ſuſpecti de Hæreſi Officiales, Magi-
ſtratus, & Domini temporales, qui io punien-
8 dis, * vel fugandis Hæreticis requiſiti ab
Epiſcopis, & Inquiſitoribus recuſant ut docet
*Del Bene de S. Inquiſit. tom. 1. par. 1. dubit. 171.
petit. 3. n. 23. Fermoſin. in cap. excommunicamus
§. Moventur par. 2. n. 1. cum ſeq. de hær. inter ejus
tract. crim. tom. 2. & reſpondit Dian. tract. 8.
reſol. 65. par. 4.*

Et recuſantes Brachium præſtare cogi poſſunt
mediantibus Cenſuris ad iſtud præſtandum *Pe-
9 gnia ad Emeric. in Direct. Inquiſit. par. 3. co-
ment. 106. §. Hoc ampliùs Decian. tract. crim. lib. 5.
cap. 22. n. 21. Farinac. de pæn. temper. quæſt. 97.
n. 82. Barboſ. ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. num. 6.
de Reformat.*

De modo, & forma diſpenſandi ſuper Statutis, & reformationibus.

RUBRICA DECIMAQUARTA.

STatuimus, & ordinamus quoties contingerit aliquid proponi, quòd ſit in totum vel in partem contra aliquod ſtatutum, vel reformationem Communis Faventiæ in generali Conſilio dictæ Civitatis quòd debeat bene, & diligentet examinari an expediat ralia propoſita fieri vel obtineri, & quæ tunc ſi obtineri contingat proponi in dicto Conſilio, quæ tunc debeat proponi ad fabas albas, & nigras. An ſit diſpenſandum contra ipſum Statutum, ſeu reformationem. Et ſi contingat obtineri ſuper dicta propoſitione, & diſpenſatione procedatur ad proponendum contra ipſum Statutum, & reformationem diſpenſandum, dummamen obtineatur ipſa diſpenſatio per duas partes ex tribus dicti Conſilii, & non aliter. Et quod non poſſit fieri niſi de uno Statuto, vel reformatione diſpenſatio, & non de pluribus in eodem partito, quodque ſi aliter factum fuerit, ſit ipſo jure nullum.

SUMMARIUM.

1 DIſpenſatio eſt rigoris mitigatio, vel pœnalitatis moderatio facta ſuadente publica utilitate, vel aliqua alia rationabili æquitate.

2 Diſpenſatio cum cauſa ut facta dicatur requiritur, quod ſecundum æquitatem ſit licita, conveniens honeſtati, & expediens ſecundum utilitatem, alioquin eſt diſſipatio.

3 Diſpenſatio ad Principem ſpectat.
Principes lex animata, & viva ratio eſt. n. 3.

4 Diſpenſatio Conſilio generali Civitatis Status Eccleſiaſtici competit. Vide n. 8.
Civitates Status Eccleſiaſtici Statuta condere non poſſunt abſq; approbatione, & confirmatione Sedis Apoſtolicæ n. 4.

5 Civitates Status Eccleſiaſtici revocare poſſunt Statuta reducendo illa ad jus commune, non autem prævia revocatione aliter ſtatuere.

6 *Silveſter Aldobrandinus* Pater Clementis VIII. celeberrimus I.C. habitavit cum tota familia in Civitate Faventiæ, ibique ad exercitium

Advo-

Advocationis non obſtante forenſitate à
Conſilio generali habilitatus, & aliquaudo
à partibus in Arbitrum, & Arbitratorem
electus fuit.

7 *Silveſter Aldobrandinus* reſpondit circà interpretationem fideicommiſſi ordinati *à bo. me. Jacobo Laderchio*.

9 Cardinalis legatus derogare poſtStatuto etiam à Summo Pontifice confirmato reducendo illud ad terminos Juris communis.

10 Legislator, ſeù Princeps diſpenſans ſinè juſta cauſa in lege proptia ſecum, vel etiam cum aliis an peccet mortaliter remiſſivè.

11 Inferior diſpenſans circa legem Superioris in caſibus ſibi permiſſis abſque juſta cauſa an peccet mortaliter remiſſivè.

OBSERVATIO.

A D Iſpenſatio, quæ eſt rigoris mitigatio,
1 vel pœnalitatis moderatio per habentem
authoritatem facta, ſuadente publica utilitate,
vel aliqua alia rationabili æquitate ſecundum
Bald. in addit. ad Specul. quem refert,
& ſequitur *Corrad.prax.diſpenſat.Apoſtolic. lib.1.
cap.1. n.3. in fine Fagnan. in Cap. dilectus n.4. de
tempor. ordinat.* ut cum cauſa facta dicatur, tria
2 debent concurrere, ſcilicet quòd ſecundum
æquitatem ſit licita, conveniens honeſtati, &
expediens ſecundum utilitatem, alioquin eſſet
diſſipatio, non diſpenſatio, ut advertit *Corrad.
ubi ſupra n.10. & cap.2. n.7. in fine, & Fagnan.
in cap.nimis n.9. de fil. Presbyt.*

Et quamvis lex voluerit unum, qui ſecundum
terminos juſtitiæ diſpenſaret adversùs te-
3 norem legis, qui eſt Princeps viva ratio, &
lex animata, ut docet *Corrad. d. cap.2. eod.n.7.*
Attamen talis facultas competere quoque po-
4 teſt Conſilio generali Civitatis Status Eccleſiaſtici,
quæ, etſi non poſſit condere ſtatuta
abſque approbatione, & confirmatione Sedis
Apoſtolicæ, ut firmatum fuit *ſupra in proœm.
n.15.* Nihilominùs videtur poſſe diſpenſare, eo
modo, quo poteſt ſinè auctoritate Apoſtolica
revocare ſtatutum reducendo illud ad jus com-
5 mune, prout primum teſtamentum tollitur
per ſecundum minùs ſolemnitèr factum; ſecùs
autem ſi prævia revocatione ſtatuti alitèr ſtatueretur
juxta originalem diſtinctionem *Bart.
in l. omnes populi n.33. verſ. Aut non poterat facere
ff. de juſt. & jure* quem ſequuntur *Abb. in
conſ.25.n.5.par.2.Franciſcus Aretin. conſ.75. n.8.*
Et præceteris practicatum fuit erga eximium,
& celeberrimum *I. C. Silveſtrum Aldobrandinum*
6 *Genitorem* Clementis VIII. qui cum de anno
1531.habitaret in noſtra Civitate Faventiæ una
cum tota ejus familia ob revolutiones Florentinas,
ibique Advocationem exercere deſideraret,
non obſtante diſpoſitione *Statuti lib. 3.
Rub.55.* ad illam inhabilitantis forenſes, reportavit
à Conſilio derrogationem, ſeù diſpenſationèm,
ut teſtatur *bo: me: Tondutius in Hiſtoria
Faventiæ part.4. fol. 618.* ibique in ſumma exiſtimatione
ſemper habitus fuit & occaſione
controverſiatum in Arbitrum, & Arbitratorem
à partibus eligebatur, prout electus fuerat occaſione
interpretationis fideicomiſſi ordinati à
7 *D. Jacobo Laderchio*, ut teſtatur *Menoch.conſ.472.
n.4.in fine n.10.in fine juncto n.15.* ſuper quo ipſe
quoque conſuluit.

Verùm crederem hodiernis temporibus ob
valdè mutatum ſtatum, ac gubernium politicum,
tutiorem viam eſſe illam recurrendi ad
8 ſummum Pontificem mediante Organo Sacræ
Conſultæ, vel ad Eminentiſſimum Cardinalem
Legatum, quoad ſubditos in Provincia ejus
juriſdictioni ſubiecta, cum ipſe poſſit derroga-
9 re ſtatuto etiam à Summo Pontifice confirmato
reducendo illud ad terminos juris Communis,
ut in ſpecie Cardinalis Legati Romandiolæ,
qui derrogavit noſtro ſtatuto reſpondit
Rot. coram Priolo deciſ.324. num.5. cum ſeq.

Diſputant Theologi, & Morales an legislator
ſi ſinè juſta cauſa in lege propria ſecum, vel
10 etiam cum alijs diſpenſet, peccet mortaliter,
quod cum non ſpectet ad noſtrum inſtitutum,
ideò videri poterit materia apud *Del Bene de
Immunit. Eccleſ. cap.15. dubit.4.* & pœnes aliòs
per ipſum allegatos, & de diſpenſatione inferioris
circa legem Superioris in caſibus ſibi
11 permiſſis abſque juſta cauſa vide *Novar. de
gravam. Vaſſall. part.1. gravam.14. num.7.*

ADDITIO AD RUBR. XIV. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 D Iſpenſatio originem traxit à Deo.

2 Diſpenſatio eſt rigoris relaxatio.

3 Diſpenſatio non poteſt fieri ſine juxta cauſa alioquin tam diſpenſans, quàm diſpenſatus non eſſent uti in conſcientia.

4 Diſpenſatio eſt odioſa, & ideò non extendenda Limita nu.5. & 7.

6 Diſpenſatio eſus ovorum extenditur ad lac, & caſeum.

8 Diſpenſationis, ſeù Comutationis ultimarum voluntatum materia remiſſivè.

9 Diſpoſitionibus teſtatorum non niſi cum maxima difficultate eſt diſpenſandum, & derrogandum.

Diſpoſitiones Teſtatorum tanquàm lex ſunt venerandæ nu.9.

Pro Diſpenſatione, derrogatione, ſeu comutat. ultimarum voluntatum quæ ſint conſiderandæ.

10 Princeps derrogare Teſtatorum voluntatibus, vel eas comutare an poſſit controvertitur.

11 Princeps derrogare poteſt Teſtatorum voluntatibus, eaſque comutare de abſoluta poteſtate, non autem ordinaria.

12 Declara procedere concurrente juſta, & publica cauſa.

13 Princeps licentiam alienandi bona fideicomiſſaria concedere poteſt concurrente juſta, & publica cauſa.

14 Der-

Digitized by Google

24 Derrogatio, & Commutatio voluntatis Teſtatoris facta à Pontifice non ſuffragatur, quando in eo caſu à Teſtatore ſubſtitutus fuit Pontifex ſucceſſor juxta formulam traditam num. 16.

Par in parem non habet Imperium nu. 14.

25 Pontifex non poteſt imponere legem ſucceſſori, ſed tantum poteſt ei ſuam mentem indicare.

27 Derogatio, & commutatio voluntatis Teſtatoris facta à Principe non ſuffragatur in caſu, ſubſtitutionis ordinatæ à Teſtatore juxtà formulam, de qua nu. 16.

Num. 1. *& ſeqq.* Diſpenſatio traxit originem à
Deo; Ipſe enim ex miſericordiæ diſpenſatione
1 omnia creavit, & plaſmato * ſeù creato primo
homine atque in Paradiſum deliciarum tranſlato
poſt culpam cum eo miſericorditèr diſpenſavit,
ut cum *Joanne de Deo*, DIVO THOMA 2.2.
qu.64. art.1. tradit *Pax Jordan. lucubrat. lib. 9.
tit.1. de Diſpenſat. n.4. vol.2.*
Eſt rigoris Juris per eum, ad quem ſpectat,
2 Canonicè facta relaxatio * ut tradit *Abbas in
cap. De multa. de Præb.*
Cauſa requiritur, cum enim ſit Juris commu-
3 nis relaxatio ſinè juſta Cauſa fieri * non poteſt
*Filliucr. trat. x. par. 2. cap. 5 n. 314. verſ. ſecundum
vero. De Juſtis de Diſpenſat. lib. 1. cap. 1. n. 8. Sanfelic. dec. 380. in Addit.*
Aliàs cauſabitur diſſipatio & tàm diſpenſans,
quàm diſpenſatus non eſſent tuti in Conſcientia
Innoc. in cap. Cum inter de renunt. in fine, quem
refert, & ſequitur *Pax Jordan. ubi ſuprà n. 6.*
Odioſa eſt, & ideò non extendenda *Pax Jor-
4 dan.* * *loc. cit. n. 21.*
Licèt ſit ſtricti Juris tamen extenditur ad
omnes Caſus, qui verſiunt in neceſſarium ante-
5 cedens * vel conſequens *Palma Nepos deciſ. 163.
nu. 1. Sperell. dec. 112. nu. 7. Rot. in rec. dec. 377.
nu. 53. par. 17.*
Et quòd diſpenſato eſu ovorum extendatur
6 diſpenſatio ad lac * & caſeum, quæ ſunt minora
Sperell. dec. 112. nu. 7.
Ceterùm licèt diſpenſatio ſit odioſa, & ſtricti
Juris, tamen patitur multas limitationes,
7 quas vide * penes *Sperell. deciſ. 109. cum tribus
ſeqq. Pax. Jordan. ubi ſuprà n. 22. cum ſeqq.*
De diſpenſatione, ſeù commutatione ultima-
8 rum voluntatum * vide *Pax. Jordan. loc. cit.
nu. 541. cum pluribus ſeq.*
Cùm ultimæ diſpoſitiones Teſtatorum tan-
quam lex ſint venerandæ non niſi cum maxima
9 difficultate * ſit eis diſpenſandum, & derogandum
ſeù commutandum, ſervando ea, quæ doctiſſimè,
& prudentiſſimè inſinuantur per *Card. de Luca de
fideicom. diſcurſ. 272.*
Hodiè in Foro ceſſat illa ardua controverſia,
10 An Princeps * Superiorem non recognoſcens
poſſit ſaltem de poteſtate abſoluta derogare
teſtantium voluntatibus, quam ommiſſis anti-
quioribus examinant *Peregr. conſ. 7. nu. 22. cum
ſeqq. & de fideicom. art. 52. n. 113. cum ſeqq. ibique
Cenſal. Antunez. Portugal. de donat. Regiis*

par. 1. lib. 2. cap. 11. n. 61. cum ſeqq. Cùm talem
poteſtatem non quidèm ordinariam, ſed abſo-
lutam competere ampliùs non controvertatur,
ſequendo illam opinionem, quòd ultimæ diſ-
11 poſitiones * tamquàm provenientes *à Jure
poſitivo* poſſint à Principe, qui viva lex dicitur,
tolli, ut teſtatur *Card. de Luca de fideicom. diſ-
curſ. 6. n. 4. & in Summa n. 2. cum ſeqq. ac n. 295.
in fine paritèr cum ſeqq.* Quoties tamen concur-
12 rat juſta, & publica Cauſa * alioquin talis po-
teſtas non competat, ut cum hac diſtinctione
concordandæ ſint diſſidentium opiniones refe-
rendo utriuſque opinionis ſectatores tradit *An-
tunez Portugal. de donat. Reg. d. cap. 11. nu. 64.
cum ſeqq.* & concordantes allegat; Itaut alio
modo conſuli, & occurri non valeat, ut contra
Caſtill. tenet idem *Antunez ibidem nu. 73. cum
ſeqq.* Et cum eadem diſtinctione conſequenter
13 ſuccedit reſolutio quæſtionis, An Princeps *
concedere valeat licentiam alienandi bona fi-
deicōmiſſaria ut proſequitur *Antunez n. 88. verſ.
modo cum ſeqq.* ubi tradit caſus, in quibus con-
cedi poteſt hujuſmodi licentia.
Verum ſi per Teſtatorem caſu, quo obtinere-
tur derogatio per gravatum, vel tertios à Sum-
14 mo Pontifice * vel concederetur Motu proprio,
eaque obtenta, ſeu reſpectivè conceſſa uterertur,
ſubſtitutus fuerit Pontifex ſucceſſor juxtà
infraſcriptam vel ſimilem formulam, ſeù Cau-
telam, tunc derogatio non valeret, cum par
in parem non habeat Imperium *l. nam Magiſtra-
tus 4. ff. de recept. arbitr. l. ille, à quo §. Tempe-
ſtivum ff. ad S. C. Trebell. gloſſ. in l. digna uxor in
Verbo indicamus C. de legib. Ubert. de citat. cap. 8.
nu. 160.* Vanum enim eſt in dubium revocare
poteſtatem Papæ ex Decreto ſui Prædeceſſo-
15 ris * quia poteſt quidem Succeſſori mentem
ſuam indicare, ſed nullo modo ei legem impo-
nere *gloſſ. loc. cit. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 39.
num. 16.*
*Caſu quo aliquis ex meis hæredibus Subſtitu-
16 tis, aut vocatis ad meam * hæreditatem, & fidei-
commiſſum alienaret, aut diſtraheret vigore licen-
tiæ, ſeù derogationis; hujus fideicommiſſi obtentæ
à Summo Pontifice per ipſum gravatum, aut uterer-
tur derrogatione per tertium obtenta, vel Motu
proprio per ipſum Pontificem conceſſa, tunc quo-
cumque modo alienarent, & diſtraherent etiamſi
in derrogatione ordinatum fuiſſet multiplicum,
per decem dies antequàm conceſſa fuerit li-
centia, ſeù derogatio pleno jure Subſtituo Ponti-
ficem ſucceſſorem illi, qui eam conceſſerit, illeque
Pontifex Subſtitutus poſſit propria auctoritate ca-
pere bona alienata, illaque poſſidere ſua vita du-
rante, & ad eum ſpectent omnes fructus decurſi à
die derogationis obtentæ, & alienationis vigore
illius ſecutæ, Eo verò defuncto ſuccedat ille, qui
alioquin eſſet Subſtitutus, & ſuccedere deberet, ſi
alienatio ſequuta non fuiſſet, qui paritèr poſſit ca-
pere poſſeſſionem bonorum propria auctoritate abſ-
que citatione, & vitio Spolii, quamvis poſſideantur
à Reverenda Camera Apoſtolica volens dictam poſ-
ſeſſionem, uti acquiſitam vigore hujus meæ diſpo-
ſitionis ceſſare, extingui, & evaneſcere debere*
K cum

eum morte Pontificis Subſtituti, qui alienationem revocaverit; Et caſu quo ſucceſſor illius Pontificis, qui derogationem conceſſerat, non revocaſſet alienationem, & ſic non acceptaſſet ſubſtitutionem hujuſmodi Subſtitutio, & facultas cenſeatur tranſlata in aliis ſucceſſoribus donec uſque aliquis eorum ipſam revocaverit, & Subſtitutionem acceptaverit cum eiſdem declarationibus, conditionibus facultatibus, oneribus, & Subſtitutionibus, bonaque revocata redeant, ac ſemper remaneant ſubjecta preſenti meo fideicommiſſo, & diſpoſitioni; Idque locum habeat toties, quoties venerit caſus alienationis ſeù diſtractionis.

Aliàm quaſi ſimilem cautelam nè præſidium ducentorum millium ſcutorum pro ubertare Annonæ Urbis inſtitutum aliunde diſperderetur ſeù erogaretur, diſpoſuit Sixtus V. *in ejus Bulla la* 78. *§.6. Bullar. nov. tom.* 2. Quæ dicta ſunt de Summo Pontifice procedunt etiam quo.
17 ad Principem * ſucceſſorem jure proprio, & independenter ab Antheceſſore ſuccedentem in Principatu. Prædicta cautela originalitèr tribuenda eſt perſpicaciſſimo ingenio *bo:me: D. Nicolai Severoli Sacræ Conciſtorialis Aulæ Advocati, & Jure Conſulti celeberrimi*, cum illam practicaverit in ejus Teſtamento Rogato per acta Paſquarucci Notarii Capitulini; Fundamentum verò hujuſmodi cautelæ non expreſſit, unde exiſtimarem pro ea ſubſtinenda ſuffragari poſſe rationem ſuperius adductam. Salvo tamen ſemper Saniori judicio Juris conſultorum.

De electione infraſcriptorum Officia lium Communis Faventię facienda ſorte in Conſilio generali pro ſemeſtri.

RUBRICA DECIMAQUINTA.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd electio infraſcriptorum Officialium (A) Communis Faventiæ fiat ſorte (B) ad brevia in Conſilio generali congregato ſolemniter in Palatio populi Faventiæ hoc modo ſingulis annis, videlicet quolibet ſemeſtri inchoando in Kalend. Januarii fiat in die Sancti Thomæ (C) de menſe Decemb. præcedentis anni, & in die Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ de menſe Junii pro ſecundo ſemeſtri inchoando in Kalendis Julii cujuslibet anni, & deſcribantur nomina Conſiliariorum, ac nomina Conſulum artium dictæ Civitatis, ità tamen quod deſcribantur duo Conſules Notariorum, & unus tantùm ex Conſulibus aliarum artium in uno brevi revoluto ad fondum, quæ brevia Conſiliariorum, & Conſulum ponantur de per ſe in uno galero habendo per unum ex Fratribus Ordinis Prædicatorum, & deinde ſcribantur nomina decem, & octo officiorum dicti Communis, in brevi ſimiliter revoluto, videlicet, unius Judicis ad diſcum Bovis, & alterius Judicis ad diſcum Equi qui ſint ad minus annorum triginta, & unius Advocati communis, & pauperum, & miſerabilium perſonarum; Unius Sindici Communis, & Procuratoris pauperum, & miſerabilium perſonarum, qui Advocatus, & ſindicus ſint, & eſſe debeant ejuſdem ætatis, videlicet annorum trigiuta pro quolibet. Trium Notariorum ad Tribunal Domini Poteſtatis. Duorum Notariorum ad Tribunal regis, & ſeu damnorum datorum. Duorum Notariorum ad Tribunal Bovis, totidem ad Tribunal Judicis Equi. Et duorum Notariorum ad officium maſſariæ communis. Et duorum æſtimatorum dicti communis. Et unius Notarii ad emendas, faciendo de dictis decem, & octo officiis totidem brevia, deſcribendo in ipſis nomen cujuslibet officii, quæ ponantur una cum brevibus albis facientibus, & aſcendentibus ad numerum dictorum Conſiliariorum, & Conſulum; Et quæ brevia alba ponantur in alio galero exiſtente apud Fratrem Minorem; In quibus brevibus albis in dicto galero exiſtentibus ipſa brevia Officiorum per D. Priorem Antianorum infundantur, ſingulariter ea numerando. Quibus peractis fiat extractio dictorum Officiorum modo infraſcripto, quod in dicto loco congregati conſilii in præſentia D. Gubernatoris, ſeu Locumtenen. (D) dictæ Civitatis pro S. R. E. & Antianorum, & aliorum Conſiliariorum vocentur, & adſint duo ex Fratribus Ordinis Prædicatorum, & alii duo ex Fratribus Minorum; quorum unus ſit de Ordine Predicatorum, & habeat in manu dictum galerum, in quo ſint omnia brevia nominum dictorum Dominorum Antianorum, Conſiliariorum, & Conſulum, cum quo, & apud quem aſſiſtat unus ex Notariis Tribunalis Domini Poteſtatis & alius Frater Ordinis minorum habeat alium galerum, in quo ſint brevia alba, & alia brevia Officiorum prædictorum, juxta quem aſſiſtat unus Notarius Tribunalis damnorum, Et penes quos nullus alius aſſiſtat; exceptis Scribis, & Bannitoribus dictæ Communitatis; deinde nomina Conſiliariorum, & Conſulum de dicto primo galero ſingulariter extrahantur per dictum Fratrem, quo extracto, detur Notario apud ſe exiſtenti; & ſimiliter

alius

Digitized by Google

alius Frater aliud breve immediate extrahat de ſuo galero,illud tradendo Notario penès ſe exiſtenti, & Notarius habens breve Conſiliarii ſive Conſulis illud legat exprimendo nomen in eo ſcriptum, & ab uno ex Nunciis Communis alta voce publicetur, & alius Notarius aperto breve, quod habebit in manu, ſignificet utrum ſit album, vel contineat aliquod Officium, & ſi album fuerit, publicetur per alium Nuntium dicendo, an ſit album; & ſi contineat nomen alicujus Officii, vocetur talis Conſiliarius ſive Conſul ſic extractus, & delato ſibi juramento per dictumPriorem Antianorum per eum eligatur,& nominetur Officialis deſcriptus in dicto brevi. Et ſi talis vocatus non adeſſet in Conſilio ter per Priorem, ſeu Nuntium vocetur ad faciendum electionem dicti Offici, & ſi non venerit, ulterius non expectetur, ſed breve ſui nominis abjiciatur. Breve vero dicti Officii reponatur in dicto galero, exinde extracto alio brevi albo, ſi tamen talis abſens (E) fuerit cauſa Reipub. ſeù infirmus, tunc breve dicti Officii ſibi reſervetur, & ad eum mittatur per unum ex Nuntiis dicti Communis, ut Officialem in dicto brevi deſcriptum eligat, medio tamen ſuo juramento. Declarantes tamen, quod ſi contingat aliquem ex Conſulibus eſſe de Conſilio generali, quod tunc ejus nomen bis ſcribatur in brevibus, & ſic procedatur ad extractionem hujuſmodi, donec dictorum Officialium electio perfecta fuerit. Decernentes tamen quod non poſſit aliquis eligi ad aliquod Officium ex ſupradictis Officiis, ad quod electus fuerit in præcedenti ſemeſtri. (F) Et quod Scriba Antianorum ante dictam extractionem debeat ſignificare nomina omnium non valentium eligi dicta de cauſa ad dicta Officia. Et nullus poſſit habere nec exercere eodem tempore niſi unum de ſupradictis Officiis. (G) Et ſi contingat eligi ad plura, poſſit unum quod maluerit optare ſtatim in eodem conſilio, ſi ibi aderit, alias infrà biduum. Et ſi non optaverit, ſit, & intelligatur privatus omnibus dictis Officiis, ad quæ electus fuerit. Et quòd nullus electus ad dicta Officia poſſit loco ſui alium ſubſtituere, (H) niſi ſubſtitutio ex aliqua cauſa rationabili fuerit approbata per dictum generale Conſilium, & aliter facta non valeat, & ſit ipſo jure nulla, & in dicto caſu tam ſubſtituens quàm ſubſtitutus vacare debeant à dicto Officio per ſex menſes, pœna cuilibet contrafacienti libr. X. bonenorum pro quolibet, & qualibet vice applican. Communi Faventiæ ipſo facto. Et quod dicta Officia ſemeſtria non præſtent devetum, & vacationem aliis Officiis annalibus.

SUMMARIUM.

Civitas beata eo magis dicitur quanto majoribus Dignitatibus fulcitur ad condecorandos honore Cives.

2 Præmia, & honores Reip. accendunt animos ad illa merenda, & conſequenda.
Auctis honoribus augentur animi ad ardua, & inſignia opera num.2.

3 Virtus honeſtamento non æget.
Virtus decus, merces, & theatrum ſibimetipſi eſt num.3.

4 Honoris, vel utilitatis præmium incitat ad virtutem, alioquin homines ut plurimum pœnitet inſignia operari.

5 Officia diſtribui debent prævia animadverſione integritatis, famæ, opinionis, virtutis, morum, & benemerentiæ.

6 Mala electio Officialium dextruit Mundum.
Princeps tenetur eligere digniorem ad officia publica, & ſi elegerit quem putabat dignum, & poſteà repererit inhabilem tenetur removere num.7.

7 Electio Officialium de dignioribus an fieri debeat, alioquin an eligentes peccent, teneantur ad refectionem damni, & priventur poteſtate eligendi, an verò ſufficiat, ſi fiat de digno remiſſivè.

8 Nobilis pauper in electione ad officia præferri debet ignobili magis idoneo, ſi in paupertatem culpa propria non inciderit.

9 Paupertas cum culpa conjuncta non reperitur in Jure privilegiata.

10 Nobiles præferuntur plebeis in Officiis honorificis.
Debitores Communitatis imbuſſolari non poſſunt pro conſequendisOfficiis publicis quando Statutum utitur illis verbis *nec interim ad aliquod officium deputari poſſint* num.11.

11 Debitores Communitatis excluduntur ab Officiis, & muneribus publicis, ac à Decurionatu, adeò ut ſolutio debiti præcedere debeat electionem, nec ſufficiat, ſi præcedat acceptationem Officii, aut tradita ſit fidejuſſio, vel pignus, vel oblata ſint bona in ſolutum num.12.
Ad quàm ſummam autem aſcendere debeat debitum remiſſivè num.14.

13 Conſanguinei, & Affines cogendi ſunt ad emendum bona debitorum Communitatis.

15 Electio Officialium à Conſilio *Faventiæ* amplius non fit in duabus vicibus in fine cujuſlibet ſemeſtris, ſed fit juxtà naturam Officii tàm pro primo, quàm pro ſecundo ſemeſtri de menſe Decembris in feſto *Divi Thomæ*.

16 Electio Officialium fieri poreſt à Communitate in die feriata,aut feſtiva tanquàm actus voluntariæ juriſdictionis.

17 Electus ad officium ad ſemeſtre intelligitur pro primo ſemeſtri, & intra illud tantum inſervire valet,, ita ut tempus hujuſmodi currat de momento ad momentum. Ampl. num.18. & 21. Subampl. num. 20. Vide num.21.

18 Opera unius anni ſunt diverſa ab operibus anni ſequentis.

22 Electus ad officium pro certo tempore ſi ſuperveniente impedimento illius deventum fuerit ad electionem alterius, & antequàm tempus lapſum ſit, impedimentum ceſſaverit, reintegrandus eſt pro rata reſidui temporis, quòd ſupereſt.

Reverſus à captivitate ad priſtinam Dignitatem reponendus eſt amoto quolibet alio interim electo num.22.

Provincialis reverſus à captivitate Turcarum reintegrari debet ad Provincialatum pro reſiduo temporis ſui officii num.22.

Lezzana in ſuis conſultat. tom. 4. conſult. 42. reprobatur num.22.

Aggregatio Civium ſpectat ad Conſilium, & ad ſupremum Principem, non autem ad Judicem, vel Præſidem num.23. & 25.

23 Officialium electio, & extractio ſpectat ad Conſilium generale Civitatis, non autem ad Judicem, & Præſidem.

24 Electio Officialium *Faventiæ* facienda eſt à Conſilio generali preſente Gubernatore, vel ejus Locumtenente.

Princeps ſupremus poteſt aggregare Cives, & eligere Conſiliarios num.25.

25 Gubernator, vel alius Superior non poteſt ſe intromittere in electione Antianorum, ſeù Adminiſtratorum Civitatis, & Officialium, aliàs Civitas gravaretur, & electio eſſet nulla.

26 Subrogatus in Officio ut ſerviat durante abſentia, ſeù impedimento Officialis, eo mortuo poteſt Officium exercere.

27 Subſtitutus datus in caſu abſentiæ cenſetur etiam datus in caſu mortis.

Abſentia morti equiparatur num.27.

28 Subſtitutus ab Officiali ſi quis fuerit, per mortem ſubſtituentis expirat ſubſtitutio; ſecùs ſi ſubſtitutio facta fuerit auctoritate ſuperioris num.29.

30 Continuatio in adminiſtratione Officiorum finito tempore præfixo prohiberi debet, prout antiquitus prohibitum erat Magiſtratibus, & Officialibus cùm aſſignatione intervalli temporis. Limita num.32.

31 Confirmatio Officialis non valet etiam accedente conſenſu majoris partis Conſiliariorum Civitatis, dum unus diſſentit.

33 Plura Officia quis habere non poteſt in ejus regimine.

34 Electus, ſeù extractus ad aliquod Officium an poſſit alium ſubſtituere remiſſivè.

OBSERVATIO.

A CIvitas magis beata dicitur, quæ majo-
ribus Dignitatibus fulcitur ad condeco-
1 randos honore Cives, ut cum *Socrate* notat
*Valenzuel. conſ.82.n.33.vol.1. Antunez Portugal.
de donat. Reg. tom.1. par.2.lib.1. cap.11. num.84.
Capyc. latr. conſultat.38. n.32. cum ſeqq.* Et exin-
dè etiam reſultat, quòd in Rep. in qua majora
2 præmia, & honores fuerint propoſiti bene-
merentibus, major numerus reperitur homi-
num, qui gloriæ ſtimulis accenſi, & deſiderio
ea conſequendi agitati, omni conatu beneme-
reri procurent, nam auctis honoribus, augen-
tur animi ad ardua, & inſignia opera, ut no-
tit *Plin. in panegyrico ad Trajanum Imperatorem
Platon. lib. 4. de legib. Valenzuel. ubi ſupra ſub
eodem n.33. & 40. Menoch. de præſumpt. lib.6.
præſumpt. 100. n.3. cum duobus ſeqq. Capyc. latr.
ubi ſupra, & Petrus Queſada, & Pilo diſſertat.2.
ſub num.34. tom.1.* ubi notat, quod ſicut ali-
mento corpus nutritur, ità animus laude, ho-
noribus, & præmio ſubſtinetur, & ſicut agri-
culturæ jus eſt perceptio fructuum, ædium
conſtructio eſt habitatio, navigationis divitiæ,
& certaminis corona, ità laborum omnium in
Rep. à Civibus ſuſceptorum, aut ſuſcipiendo-
rum finis eſt præmium, quòd taliter appellatur
quaſi prævium ad laborem, cum ejus ſpe unuſ-
quiſque ad heroica facinora quaſi ſtimulo exa-
gitatus impellatur, eoque illectus læto animo
laboret.

Non ſuffragante, quòd Virtus nullo hone-
3 ſtamento ægeat, ex quo ipſa ſibi magnum
decus ſit juxtà verba. *Senecæ in Epiſtola 67.* &
notavit *Ludovic. Gomez. in orat. impreſſa poſt
Commentar.ad Regul.Cancellariæ Apoſtolicæ n.13.*
probat *Cicero lib.5. Tuſcul. in princ.* ac cecinit
Silius Italic. lib.3. bellor. punicorum ibi.

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces,
Et Fulvius Teſtius ibi.
Aman Solinga ſtanza i Sacri ingegni.
Che virtute à ſe ſteſſa è gran teatro.

Et ex noſtris *Amaya in l. Poetæ ſub num.5. C.
de Profeſſor. & Medic. lib.10.*

Nam honoris, vel utilitatis præmium po-
4 tiſſimè incitat ad virtutem ut dixit *Regius
Pſalmiſta in Pſalm.118.* ibi *Inclinavi cor meum
ad faciendas juſtificationes tuas in æternum propter
retributionem*, & *Juvenal. in Satyr.10.* ibi.

——Tanto major famæ ſitis eſt, quam virtutis.
Quis enim virtutem amplectitur ipſam.
Præmia ſi tollas?

*M. Tull. in orat. pro A. Cecisina, & in Cluen-
tiana* ibi. *Ea eſſet natura nobis innata, neque
inter flagitiorum impunitates vivere, neque ad
Rempub. benemereri poſſimus, niſi fructum ali-
quem ſperemus bonæ noſtræ voluntatis Amaya in
l. intervalla 13. ſub. n.4. C. de munerib. & honor.
lib.10.* Alioquin homines ut plurimùm pœni-
tet, inſignia operati ut dixi *d. Sil. lib.13.* ibi.

Ipſe decor recti facti, ſi præmia deſint
Non movet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Et comprobat ex noſtris *Valenzuel. d.conſ.82.
ſub num.41. cum ſeqq.*

Et proindè abſque altercatione, ac dumta-
xat boni publici conſideratione habita, & ſic
5 prævia debita animadverſione integritatis,
famæ, opinionis, virtutis morum, & bene-
merentiæ Officia diſtribui debent *l. ſi quis, &
Argentarijs §. 1. ff. de eden. l. contra publicam
C. de re militar. lib. 12. Antunez Portugal. de do-
nat. reg. tom.1. par.2. lib.1. cap.13. n.14. Valaſc.
conſultat.129. n.5.* ubi ſubdit, malam electio-
6 nem Officialium deſtruere Mundum *Cabed.
deciſ.84. n.1. part. 2. Solorzan. de Jure Indiar.
tom.2.*

tom.2.lib.4.cap.1.n.14. Oterus de Officialib.cap.5.
ubi examinat, an electio Officialium fieri de-
7 beat de dignioribus, an verò ſufficiat, ſi fiat
de digno, alioquin, an eligentes peccent,
teneantur ad refectionem damni, & priventur
poteſtate eligendi, qui articulus examinatus
etiam fuit à *Paſqualig.qq.moral.Canonic.centur.4.*
qu.317. ubi *n.1.* firmat, quòd Princeps tenetur
eligere digniorem ad Officium publicum, ſub-
dens *num.2.* quòd ſi elegerit quos dignos puta-
bat, & poſteà repererit inhabiles tenetur eos
removere, & aliis idoneis conferre: Et ſi ali-
quis Nobilis pauper pro ſui, & familiæ ſub-
8 ſtentatione concurrat præferendus eſt igno-
bili etiam magis idoneo, dummodò tamen in
paupertatem culpa propria vitiosè vivendo non
inciderit, uam alioquin paupertas cum culpa
conjuncta non reperitur in jure privilegiata
9 *ut relato tex. in l. penult. ff. de Jure dot. Caſtr. in*
l. etiam §. final. ff. ſolut. matr. Benineaſ. de paupert,
qu.4. n.46. docet *Jo. Petrus Alà de Chriſtiano,*
& Politico Decurione quæſt. 108. & generaliter,
quod in Officiis honorificis Nobiles præferan-
10 tur plebeis latè firmat *Oterus de Officialib.*
cap.10. part.1.

Examinandum quoque erit, an aſpirantes ad
Officia ſint debitores Communitatis; Nàm ii
11 ab Officiis, & muneribus publicis, ac à De-
curionatu arcentur tàm de Jure Communi per
tex. n. l. prima C. de debit. Civit. lib.11. & l. reſcri-
pta §. Debitores ff. de munerib. & honorib. cum
aliis adductis per *Thor. Vot.8. n.1. cum ſeqq. par.1.*
Concial. ad Statut. Eugub. lib.2. Rub.72. n.3. cum
ſeqq. ubi cùm *Cobell. ad Bullam Boni regim. cap.19.*
n.12. & cap.44. n.27. cum ſeq. ſubdit, quòd ſi
ſtatutum utatur verbis *nec interim ad aliquod*
officium deputari poſſint, tunc mens ſtatuentium
videtur, quod neque imbuſſolari valeant *&*
cap.31. n.71. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.2. cap.12.
n.49. & ſeqq. & relato *Loſæo de Jure univerſ. par.3.*
cap.6. n.18. tradit *Caput. de regim. Reip. cap.3.*
n.95. cum ſeqq. ac docet *Mattheù de Regim. Regni*
Valentiæ cap.4. §.9. n.15. Langleus ſemeſtr. lib.7.
cap.2. Mylerius in ſua hyparchologia cap.6. n.70.
cum ſeq. quàm ex diſpoſitione *Bullæ* Clemen-
tis VIII. *la* 10. §. 16. ibi *Prohibemus inſuper nè*
quicunque Cives, Oppidani, aut Incolæ, qui ſuæ
Communitatis, aut Univerſitatis bonorum, uſur-
patores, occupatores fuerint, quive contra ipſas
Communitates litem aliquam, ſeù controverſiam
habuerint, quæ ad hunc effectum per ſolam unicam
citationem capta, & inchoata cenſeatur eadem
lite, ſeù controverſia durante, necnon qui ejuſdem
ſuæ Communitatis, ſivè Univerſitatis debitores ex
quacunque Cauſa extiterint, earumve bona, aut
pecunias adminiſtraverint, antequàm id, quòd
debent integrè perſolverint, ſeù rationes admini-
ſtrationis reddiderint cum ejus reſidui, in quo de-
bitores remanſerint reali reſtitutione, ad obtinen-
dos, gerendos, aut exercendos aliquos in ea Civi-
tate Provintia, Oppido, Terra, Caſtro, aut loco
Magiſtratus, aut munera quæcunque, vel officia
publica ullo modo eligantur, vel admittantur.
Et ſi de facto electi, admiſſivè fuerint, electio, &
admiſſio irrita ſit, & nulla, & tàm ipſi, quam
eligentes, ſivè admittentes, necnon Gubernato-
res, Præſides, & Poteſtates, qui id permiſerint;
vel etiam exactam ſuper his inquirendis, & pro-
hibendis diligentiam prout eos teneri volumus, &
decernimus, non adhibuerint, pœnis in hac Con-
ſtitutione contra illius transgreſſores inflictis ple-
ctantur. Ac etiam ex diſpoſitione noſtri *Statuti*
lib.IV. ſub Rubr.XXI.

Ex quibus verbis clarè patet, ſolutionem
debiti tàm provenientis ex adminiſtratione,
12 quàm ex contractu realitèr, & cum effectu
præcedere debere electionem, ſeù extractionem
nec ſufficere, ſi præcedat acceptationem Offi-
cij, prout deciſum fuiſſe à *Sac. Congregatione Boni*
Regiminis teſtatur *Cobell. d. cap.19. n.12. verſ.*
quæ concluſio, & cap.44. n.21. Rot. penes Poſth.
de ſubbaſt. deciſ.36. n.9. Prout etiam non ſuffra-
gari traditionem pignoris, aut fidejuſſoris, ut
notat *idem Cobell. d. cap.31. n.71. in fine & d.*
cap.44. n.10. ubi refert reſolutionem *Sac. Con-*
gregationis; Minuſque oblationem tot bono-
rum in ſolutum, cùm id expreſsè prohibitum
fuerit per eundem Clementem VIII. *in ejus de-*
claratione impreſſa in fine d. Bullæ X. ubi injungit
in defectum oblatorum, cogendos eſſe Con-
13 ſanguineos, & Affines ad emendum bona,
prout etiam reſolvit *Sac. Congregatio Boni Regim.*
ut teſtatur *Cobell. d. cap.44. ſub n.11. cum ſeqq.* &
de ſimili lege Hiſpaniæ inter *Regias Conſtitutio-*
nes lib.9. tit 7. l.18. diſponente, quod bona
executata ad petitionem Fiſci ſint tradenda in
emptionem alicui Diviti, ſi emptor eorum non
reperiatur, de quo vide *Azeved. in Commentar.*
tom.6. pag.7.

Ceterum ſecluſa diſpoſitione *d. Bullæ* poſſet
dubitari ad quàm ſummam aſcendere deberet
14 debitum ad hoc ut quis excludatur ab Officiis,
& muneribus publicis, de quo videri poſſunt al-
legati per *Cobell. d. cap.19. n.12. in fine, & d.*
cap.44. n.20. verſ. ulteriùs cum ſeq.

B Quoad electionem per ſortem vidè ſuprà *Obſerv.*
ad Rub.2. n.29. cum ſeqq.

C Ampliùs non obſervatur diſpoſitio *Statuti* circa
electionem Officialium faciendam in duabus
15 vicibus in fine cujuslibet ſemeſtris, cum uſu
introductum, ſit, electionem fieri juxtà na-
turam Officij tàm pro primo, quàm pro ſe-
cundo ſemeſtri de menſe Decembris in feſto
Divi Thomæ, in qua die quantumvis feriata, &
16 feſtiva poſſunt fieri electiones Officialium tan-
quàm actus voluntariè juriſdictionis ad *tex. in*
l. actus C. de feriis Marant. de ordin. judiciar.
diſt.16. in fine, & docet *Oterus de Officialib. cap.2.*
num.14. cum ſeq. part.1.

Nota, quod electus ad ſemeſtre, ut per il-
lud ſpatium temporis officio incumbat, intel-
17 ligitur pro primo Semeſtri, & intrà illud tan-
tum inſervire valet juxta doctrinam *Bart. in l.*
ſi ita ſtipulatus eſſem abs te num.2. ff. de verb.
oblig. Valaſc. Conſultat. 155. n.1. Antunez Por-
tugal. de donat. reg. tom.1. lib.1. part.2. cap.13.
n.144. Imò etiamſi facto ſuo, vel tertij, aut
caſu fortuito fuerit impeditus exercere intrà

18 tem-

18 tempus determinatum ejusOfficium non tene-
tur eligens, ſeù concedens ſubrogare ad favo-
rem electi tantundem tempus, quia cum Offi-
cii tempus metam habeat determinatam, quæ
de momento ad momentum currit; ampliùs
non regreditur, nec ſubrogatur; vel etiam
quia quando factum diverſificatur ex curſu
temporis, utpotè quia agatur de operibus per-
ſonalibus, quæ ex curſu temporis mutantur,
finito tempore finitur jus, cum opera hujus
anni ſint diverſa ab operibus anni ſequentis *l. ſi*
19 *uſufructus mihi in biennium ff. de uſufruct. legat.*
& docet *Bart. in l. ſi uno §. 1. in fine ff. locati, &*
in l. ſi priùs ff. de nov. oper. nunc. ac reſponderunt
Capliban. de Baron. pragm. 5. n. 87. verſ. In con-
trarium cum ſeq. Capyc. latr. conſultat. 47. n. 74.
cum ſeq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 21. n. 90.
juncto cap. 23. n. 56. Antunez Portugal. de donat.
reg. tom. 1. par. 2. lib. 1. cap. 13. n. 144. cum duobus
ſeqq. Valaſc. d. conſultat. 155. n. 3. verſ. Ceterùm
cum ſeqq. Jo. Petrus Alà de Chriſtiano, & Poli-
tico Decurione quæſt. 101. Oterus de Officialib. par. 1.
cap. 11. n. 29. cum ſeqq. ubì dicitur hanc opinio-
nem communi *Doctorum* placito eſſe veriorem,
& ſecuriorem *Matthæu. de regim. regn. Valent,*
cap. 4. §. 4. n. 19. verſ. ſed nota cum ſeq. Fontanell.
de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 10. par. 1. n. 103. verſ.
contrarium cum ſeq. ubi dicitur, hanc opinionem
eſſe veriorem, & teſtatur eàm ſequutam fuiſſe
Senatum Cathaloniæ, *& deciſ. 99. n. 10. juncta*
deciſ. 137. n. 16. Cabed. dec. 84. n. 5. part. 2. Franch.
deciſ. 419. per tot. ubì refert ita fuiſſe reſolutum
à Senatu Neapolitano.

Nec obſtat prædictam opinionem procede-
re, quando impedimentum oritur facto tertii,
ſecùs autem ſi facto Adverſarii juxtà diſtinctio-
nem *Prat. lib. 2. diſcept. 44. n. 49. allegat. per*
D. Carolum Antonium de Luca in obſervat. ad
Franch. d. deciſ. 419. n. 6. verſ. Diſtinguit. Nam
verius eſt indiſtinctè non dari ſubrogatio-
21 nem temporis, ſed ſolùm in caſu, quo im-
pedimentum provenerit vel facto Adverſarii, vel
tertii conſulitur electo mediante actione contrà
impedientem pro damnis paſſis, poſtquàm re-
portaverit ſententiam favorabilem ſuper vali-
ditate electionis, & injuſtitia impedimenti, ut
advertunt *Capiblanch. loc. cit. n. 87. verſ. Nec obſtat*
Antunez ubi ſuprà n. 146. in fine Maſtrill. d. cap. 21.
n. 90. Valaſc. loc. cit. n. 14. Oterus d. cap. 11. n. 33.
Matthæu loc. cit. n. 21. & Franch. d. deciſ. 419. n. 3.
& ſub num. 4.

Verùm ſi nondum lapſum erit totum tempus
determinatum in electione, eo caſu debet rein-
22 tegrari primus pro ea rata temporis, quæ
ſupererit, non obſtante electione alteriùs fa-
cta eo modo, quo reverſus à captivitate ad
priſtinam Dignitatem, & adminiſtrationem
reponendus eſt, amoto quolibet alio interim
electo, ut latiſſimè reſpondit *Fagnan. in cap.*
Per tuas il pr. n. 27. cum ſeqq. de Simon. ubi etiam
in comprobationem *num. 46.* refert Patrem
Joannem Cheron Provincialem Carmelitarum
Vaſconiæ reverſum à captivitate Turcarum re-
integratum fuiſſe ad Provincialatum, ac an-
nullatam electionem alteriùs factam ex reſolu-
tione *Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regu-*
larium emanata ſub die 12. Auguſti 1650. Non
obſtantibus iis, quæ ſcripſerat *Lezzana in ſuis*
conſultat. tom. 4. conſultat. 42.

D Cum electio, & extractio Officialium, &
Conſiliariorum, ac aggregatio Civium ſpe-
ctet ad Conſilium generale repreſentans to-
23 tum Populum ut docet *Bart. in l. obſervare n. 8.*
C. de Decurion. lib. 10. Petra de poteſt. Principis
cap. 15. ſub n. 45. & Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 13.
n. 161. ubi etiam Concordantes reſpondit *Rot.*
Maceraten. coràm Thomat. deciſ. 138. n. 8. Sed fa-
cienda ſit præſente *Illuſtriſs. D. Gubernatore,*
24 *ſeù ejus Locumtenente Romaguer. in addit. ad*
Conciol. ad Statut. Engub. lib. 1. Rubr. 51. n. 22.
Cancer. loc. mox cit. n. 163. Attamen ipſe, vel
aliùs Superior ſeù Judex non poteſt, nec debet
25 aliquo modo ſe intromittere in electione, aliàs
Civitas gravaretur, ut firmant *Cancer. ubi ſuprà*
n. 162. cum ſeq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 17.
n. 101. plenè *Novar. de gravam. Vaſſal. tom. 1.*
gravam. 127. & Petra loc. cit. ubì quòd Barones
non poſſunt prætendere aliquod jus in electio-
ne Antianorum, ſeù Adminiſtratorum Civita-
tis *Thomat. ubì ſupra n. 4. 7. & 12. juncto n. 20.*
cum ſeq. ubi firmat., quod alioquin aggregatio
Civium, & electio Conſiliariorum facta à Ju-
dice, vel Præſide ex defectu juriſdictionis erit
nulla, & revocanda: Poteſt tamen id facere
ſupremus Princeps tanquàm de regalibus, ut
tradit *Thomat. d. deciſ. 138. n. 6. junct. n. 19. & 21.*
cum ſeq.

E Subrogatus in Officio ut ſerviat, durante ab-
ſentia, ſeu impedimento Officialis, eo mor-
26 tuo poteſt officium exercere *Amaya in l. nullus*
n. 39. C. de Decurion. lib. 10. Antunez. Portugal.
de donat. Reg. tom. 5. par. 2. lib. 1. cap. 13. n. 143.
Boer. deciſ. 249. n. 15. Franch. deciſ. 255. num. 4.
ibiq; de Luca eodem n. 4. Giurb. deciſ. 9. n. 8. & 9.
cum ſubſtitutus datus in caſu abſentiæ cenſea-
27 tur etiam datus in caſu mortis, cum in utro-
que caſu vigeat eadem ratio, & abſentia morti
æquiparetur *gloſſ. in cap. ſi delegat. in 6. Amaya*
Antunez, & Giurb. in loc. allegat.

Verum ſi quis fuerit ab Officiali ſubſtitutus
28 per mortem ſubſtituentis expirat ſubſtitutio, ut
reſpondit *Rot. in Romana Officii ſubſtituti ſummi-*
ſtæ 11. Martii 1626. *coràm Remboldo in princ.*
impreſſ. penes Amyden. de ſtylo Datariæ lib. 1.
cap. 15. §. 6. ſub n. 81. confirmata coram eodem, ut
in dec. inter ejus impreſſas 1637. *n. 1. &* 18. Se-
cùs autem ſi deputatio ſubſtituti facta eſſet au-
29 ctoritate Superioris, ut admittit *Rot. coram*
Remboldo d. deciſ. 637. n. 1. verſ. Nec obſtat cum ſeq.

F Diſtributio Officiorum inter Cives eo magis
30 redditur conſona juſtitiæ, & utilis tranquillo
gubernio politico, ſi finito congruo tempore
à *Statuto* præfixo, prohibita ſit continuatio,
prout paſſim antiquitus Magiſtratibus, & Of-
ficialibus interdictum erat cum aſſignatione
intervalli temporis, *ut tot. tit. ff. de muner. &*
honor. non continuand. &c. l. intervalla, ibique
latiſſimè *Amaya n. 1. cum seqq. C. de muner. &*
honor

Digitized by Google

bonor lib.10. Gratian. diſcept. 184. n.3. & ſeqq. Scanarol. de viſitat. carcerat. lib.1.cap.7.num.20. pleniſſimè *Oterus de Officialib. cap.7. n.1. cum pluribus ſeqq.part.1.cum adductis ſuprà ad Rub.3. litera E.*

Et taliter exoſa eſt hujuſmodi continuatio, ut conſenſus majoris partis Conſiliariorum non
31 ſuffragetur pro validitate confirmationis, dum ſufficit, unum ſolum diſſentire, ut firmatum fuit *ſuprà ad d. Rub.3. n.4.* & tradit *Rirr. collectau. 316. verſ.limita 1.*

Permittenda tamen erit continuatio, quan-
32 do utilitas Reip. id expoſceret, veluti ſi aliquod graviſſimum negotium inchoatum haberent præ manibus, quòd ipſi, & non alii poſſent perficere, vel quando alii idonei non reperirentur docet *Jo. Petrus Ala de Chriſtiano, & Politico Decurione quæſt.76.* & ità deciſum fuit in *Conſilio Neapolitano apud Franch. dec.210. num.3, Oterus d. cap.7. num.25.*

G Una, & eadem perſona non poteſt habere
33 plura Officia in ejus regimine, ut egregiè comprobat *Caput. de regim. Reip.cap.10. per tot.*

H An electus, ſeù extractus ad aliquod Officium poſſit alium ſubſtituere vide infrà *Obſerv. ad Rub.17. ejuſdem libri primi.*

ADDITIO AD RUBR. XV. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 CAptus ab hoſtibus aut aliis Infidelibus, & reverſus an, & quando & ad quæ officia poſſit agere Jure poſtlimini.
Juris poſtliminii, & de captivis, & poſtliminio reverſis materiam tractantes remiſſive num. 1.
2 Electio, & extractio Conſiliariorum ſpectat ad Conſilium Generale.
3 Nec Rector, Præſes, aut Baro poteſt ſe ingerere ex defectu juriſdictionis.
4 Electio, & extractio Conſiliariorum facienda eſt coram Rectore, ſeù Præſide.

Num.22. Captus ab hoſtibus, aut aliis Infidelibus, & poſteà reverſus, an quando, & ad quæ offi-
1 cia poſſit * agere Jure poſtliminii, & alia de Jure poſtliminii vide *Ramon. conſ.6.ibique Balducc. in ejus obſervat. vol.1.* & qui materiam de Captivis, & poſtliminio reverſis deſiderat videre adeat *Petrum Antonium de Chavarri & Eguia Didaſcalia multiplex Veteris, Acediæ, & Novæ Juriſprudentiæ in capite de captivis, & poſtliminio reverſis.*

Num.23. & 24. & 25. Electio, & extractio Conſiliariorum, & Officialium ſpectat ad Conſilium
2 Generale * ut etiam firmant *Campell. in Conſtit. Ducat. Urbini Decret.23. nu.11.*

Nec Præſes, aut Rector Civitatis poteſt ſe
3 ingerere, adeòut ſi ſe ingerat * totum ſit inſubſiſtens ex defectu juriſdictionis, ut proſequitur *Campell. n.12.* ubi concordantes. Idemque dicit procedere circa Barones *n.14.*

Alioquin Civitas gravaretur ut proſequitur *Campell. ubi ſuprà n.13.*

Benè verum eſt quod facienda eſt præſente
4 Præſide, ſeù Rectore ad hoc ut electio * & extractio legitimè fiat, ut etiam advertit *Campell. loc. cit. nu.17.*

De extractione, & electione officiorum communis Faventiæ fienda in Conſilio generali per annum duratura.

RUBRICA DECIMA SEXTA.

STatuimus, & ordinamus, quòd ſingulis annis (A) de menſe Decembris, vel alio tempore, ſi contigerit, & expedierit ex aliqua neceſſitate fieri debere intra annum, fiat electio, ac extractio de burſis Officiorum in Conſilio generali ſolemniter congregato; quæ officia de burſis ſunt infraſcripta videlicet. (B) unus Judex primarum appellationum Civitatis Faventiæ ejuſque Comitatus, & Diſtrictus, & contrabannorum, & devetorum omnium, & nullus alius ſit Judex eorum ſalvis ſemper Statutis gabellarum, qui Judex juris ſit Doctor; Tres Notarii ad ejus Tribunal, Unus Cancellarius principalis Comunitatis. Tres Officiales cuſtodiæ, quorum unus ſit Juris Doctor, vel Juris peritus. Unus Notarius Actuarius ad eorum Tribunal. Duo Priores gabellarum. Tres Notarii ſeu Scribæ ad capſettam dictarum gabellarum. Unus Officialis ad palleas. Unus Prætor Caſtri Ruſſii: Unus Vicarius Caſtri Aureoli. Unus Vicarius Caſtri Granaroli. Infraſcripti autem alii Officiales dictæ Communitatis eligantur in Conſilio generali dictæ Civitatis per ſuffragia fabarum. Et illi tantum qui ſuffragiis ipſis prævaluerint in pluribus fabis albis, intelligantur electi, dum tamen habeant ſuffragia ultra medietatem fabarum albarum Conſiliariorum tunc exiſtentium in dicto Conſilio, ita quod qui non exceſſerit medietatem fabarum albarum exiſtentium Conſiliariorum, tunc in ipſo Conſilio, non intelligatur electus, nec obtinuiſſe dictum Officium, ad quod fuerit quomodolibet ſcrutinatus. Et prædicta

for-

forma obtinendi inviolabiliter obſervetur in omnibus aliis electionibus, deliberationibus, & partitis in dicto Conſilio quomodolibet facien. Officia verò ad electionem, ut ſupra, concedenda ad partitum, ſunt infraſcripta, videlicet. Unus Depoſitarius introituum, & reddituum Communitatis. Unus Maſſarius Montis Pietatis. Et unus Notarius ejuſdem montis. Unus Factor Communis. Unus Scriba rationum, & introituum Communitatis. Duo Regulatores ſeu Reviſores omnium introituum, expenſarum, ac rationum dictæ Communitatis, & Depoſitarii. Unus Coadjutor Cancellarii Communitatis. Gabellini decem ad portas. Unus Miles gabellarum. Unus Exactor condemnationum. Unus Officialis ſuper molendinis. Duo Officiales ad penſam. Duo Aquaroli, qui intelligantur eſſe officiales Burghi. Unus Claviger portarum. Sex portarum Cuſtodes videlicet. Portæ Pontis. Caſſaretti. Et portæ hoſpitalis, ſeu Sanctæ Crucis. Portæ Ravennatis, Portæ Imolenſis; ac portæ Montanariæ. Unus Officialis Comitatus ſeu laboratorum. Unus Cuſtos Arcis Ruſſii. Unus Cuſtos portæ ejuſdem Caſtri. Duo Cuſtodes ſiluæ Caldiranæ Communitatis Faventiæ in agro Ruſſiano ſitæ. Unus Vicarius Caſtri Solaroli. Unus Cuſtos arcis ejuſdem Caſtri. Unus Cuſtos arcis Caſtri Aureoli. Unus Cuſtos Arcis Granaroli. Quæ officia extrahantur, & eligantur reſpectivè juxta, & ſecundùm reformationes tam editas quam edendas ſuper extractionibus, & electionibus eorundem Officiorum, & Officialium, & aliorum quorumcunque cum honoribus, oneribus, ſalariis, & emolumentis deputatis vel deputandis. Et ſalvis vacationibus, & deveris, de quibus in dictis reformationibus. Et quòd minor decem, & octo annorum non poſſit ad Officium aliquod eligi, extrahi, vel exercere; & ſi electus, vel extractus fuerit, talis electio, & extractio ipſo jure non valeat.

SUMMARIUM.

1 Officiales temporales eſſe utilius eſt Reip. quam perpetuos.
2 Limita in Officialibus juriſdictione carentibus.
3 Officiales extrahuntur in Feſto Divi Thomæ.
4 Officiales quinam ſint, qui extrahuntur in Feſto Divi Thomæ, & numeris ſeqq.
Poteſtas cognoſcit cauſas Civiles ordinarias num. 4.
5 Judex appellationum cognoſcit cauſas in ſecunda inſtantia à ſententiis latis à Prætore, aliiſque Judicibus Civitatis, & diſtrictus Vide ibi.
6 Judices Bovis, & Equi interponunt decreta in contractibus mulierum, pupillorum, & minorum.
7 Judex ad cuſtodiam vulgò nuncupatus *alla guardia*, quàm juriſdictionem habeat.
8 Vicarii Caſtri Aureoli juriſdictio.
9 Vicarii Caſtri Granaroli reſidentia, & juriſdictio.
10 Poteſtatis, ſeù Prætoris Caſtri Ruſſii remiſſivè.
11 Approbatoris Collectarum officium.
12 Officialis ad penſam curare debet, quod in molendis frumentis cuique ſatisfiat, ſimulvè farina juſto pondere, menſura, & bonitate, ac debito tempore tradatur: Iſtud miniſterium olim incumbebat Annonæ Præfecto.
13 Officialis ſuper ponderibus, & menſuris remiſſivè.
14 Æſtimatores Maſſariæ, ſeù Depoſitariæ ad quid eligantur.
15 Æſtimatores Communis æſtimant bona pupillorum vendenda, & bona Fiſco devoluta, ſeù confiſcata.
16 Officialis ſuper tranſitu Lombardorum Officium.
17 Notarius Judicis appellationum regiſtrat, & adnotat acta.
18 Notarius *alla guardia* ad quid eligatur, & ejus Officium.
19 Notarius Maſſariæ, ſeù Depoſitariæ regiſtrat omnes actus publicos Depoſitariæ.
20 Notarius Nundinæ ad quid eligatur, & ejus Officium.
21 Judex damnorum datorum quàm juriſdictionem habeat.
22 Deputati ſuper bono regimine ad quid eligantur, & eorum Officium.
23 Graſſerii eliguntur, & eorum officium quale ſit.
Cereales eligebantur apud Romanos, & eorum Officium quale eſſet nu. 23.
24 Abbundantiarii eliguntur, & eorum Officium remiſſivè.
25 V. Rectores Lectoris Inſtitutionem Civilium eliguntur.
26 Electores Concionatoris eliguntur.
27 Præſidentes Hoſpitali expoſitorum eliguntur. Adminiſtratorum Hoſpitalis remiſſivè n. 27.
28 Præſidentes Hoſpitali S. Antonii Abbatis eliguntur.
29 Præſidentes ad vitam Hoſpitalis B. Novelonis eligantur.
30 Deputati Datiariorum, & aquarum eliguntur.
31 Deputati curæ Fontis publicæ eliguntur, & ad quid teneantur.
Ædiles invigilare debent conſervationi fontium, & nè aqua expurcetur, & contaminetur nu. 31.
32 Deputati conſervationi cluſæ eliguntur.
33 Reviſores Computorum Communitatis eliguntur.
34 Deputati ſuper litibus eliguntur.
35 Deputati ſuper Archivio eliguntur.
36 Deputati ſuper Nundinis vulgo nuncupati *Signori della Fiera* eliguntur.
37 Regulator ponderum, & menſurarum eligitur & ejus Officium, & onus.
Conſenſus omnium requiritur, quando agitur de intereſſe ſingulorum uti ſinguli, nec ſufficit majoris partis n. 40.

38 Me-

38 Medicus Chirurgus eligitur, & quo ſalario.
39 Medicus eligendus eſt in Conſilio generali.
40 Et cum conſenſu omnium, itàut non ſufficiat majoris partis. Ampliа nu. 41.
41 Et diſcordantibus Conſiliariis electio devolvitur ad Judicem.
43 Medicus ad quid teneatur etiam in foro Poli remiſſivè.
Medico ſalarium an, quomodo, & in qua quantitate debeatur remiſſivè n. 43.
44 Medicus confeſſionem peccatorum infirmo ſuadere debet.
45 Medicus viſitare non poteſt infirmum ultra certiam diem ſi non conſtat de confeſſione peccatorum facta, et ſi viſitet, incurrit pœnas, de quibus ibi.
46 Medicus deſerere non tenetur infirmum, qui monitus confeſſus non fuit peccata ſua, & quare.
47 Medicus Eccleſiaſticos curare tenetur, licèt ipſi pro ſolutione ſalarii à Communitate illi conſtituti non poſſint cogi, ſi ex redditibus publicis ei ſolvatur.
Si verò ſolvatur ex contributione, quæ fit à ſingulis, tunc Epiſcopus permittere poteſt, ut per Eccleſiaſticos Medico detur aliqua annua contributio voluntaria n. 47.
48 Viventes cum Eccleſiaſticis eorum expenſis non tenentur ad contributionem ſalarii Medici à Communitate electi.
49 Eccleſiaſtici ut teneantur ad contributionem collectæ impoſitæ ab Univerſitate pro mercede Medicorum, & aliorum Officialium, quorum opera, vel conſiſtit in pia cauſa, vel communi Clericis, & Laicis æquè principaliter quæ requirantur.
50 Excluduntur ab officiis publicis Communitatis Clerici, aliique gaudentes privilegio fori Eccleſiaſtici.
51 Fœminæ excluduntur ab Officiis civilibus, & publicis, & quarè.
Officium Magiſtratus, Judicis, Arbitri, Procuratoris &c. fœminis eſt interdictum, & quare n. 51.
Fœminarum imperium inter cauſas calamitatum recenſetur n. 51.
Fœminæ ſunt fragilis conſilii, lubricitatis voti, & ſecreti o. 51.
52 Docendi publicè munus, & aſſumendi gradus fœminis eſt prohibitum.
53 Fœminæ apud Æthiopos ſolæ regebant, judicium ferebant, & leges promulgabant.
Scholas apud Athenienſes frequentabant, & apud publicas diſceptationes, & conſultationes confluebant n. 53.
54 Erinna docta, & ſapiens fœmina fuit.
55 Fœminæ doctæ, & ſapientes plures recenſentur.
56 Sybillæ ſeptem fuerunt doctiſſimæ, aliiſque virtutibus ornatæ.
57 Amazones erant bellicoſæ, & magnam Aſiæ partem occuparunt.
Error unius Provinciæ non ſufficit ad dextruendum jus univerſarum reliquarum gentium num. 57.
58 Santa Catarina Alexandrina doctiſſima fuit, ejuſque geſta recenſentur.
59 *Fabiola* Romana in ſacris ſcripturis verſatiſſima fuit.
Marcella Romana ſacras literas egregiè callnit oum. 59.
60 *Paula*, *Bleſilla*, *Aleta*, *Aulia*, & *Cellantia* fuerunt doctiſſimæ Fœminæ.
61 *Genebria* Veronenſis luculentas epiſtolas enarravit.
65 *Conſtantia* Alexandri Sfortiæ Uxor, & *Baptiſta* filia eloquentia, & eruditione fuerunt inſignes.
Liberalibus artibus fœminæ antiquitus inſtruebantur num. 62.
Gramaticam fœminæ olim legebant, & inde audaciores fiebant n. 62.
Bettiſia de Gozzadinis in Archigymnaſio Bononienſi legebat n. 62.
Cecilia de Sabuciis Tiburtina in Philoſophia, & Theologia peritiſſima n. 62.
63 *Chriſtina Suecorum Regina* laudatur.
64 Fœminarum ornamenta quæ ſint.
Extincta fuit in fœminis illa virilitas, & ſtudium artium liberalium, incumbendo ſolùm familiarum decori mediantibus orationibus boniſque moribus n. 64.
65 Docendi exercitium fœminis permitti non debet, & quare.
66 Studium artium liberalium in fœminis damnatur, & quare, & n. 67.
67 Fœminæ conſumunt majorem partem temporis in curioſiori earum cultu.
68 Mulieres Viris debent eſſe ſubjectæ.
69 Ignominioſum eſt Viros ſubiici mulieribus.
Inhoneſtum eſt, fœminis verſari promiſcuè cum Viris n. 69. & 78.
70 Fœminarum vanitas, ambitio, luxus, otium, & libertas converſandi damnatur, & nu. 71. & 74.
71 Mulieres à domibus olim non egrediebantur exceptis diebus in pactis nuptialibus deſignatis.
75 Mulieres affectant quatuor, de quibus ibi.
73 Mulieres fucis utentes ad fingendam pulchritudinem quando committant peccatum remiſſivè, & n. 75.
74 Fœminæ veſtem cum cauda deferentes damnantur.
76 Artifex indignatur, dum opus ſuum deletur.
77 Abuſus fœminarum comparendi in publicum humeribus, & bracchiis nudatis, ac pectore diſcooperto ubera monſtrando damnatur.
Fœminæ non poſſunt accedere ad SS. Sacramenta pectore denudato n. 98. 77.
79 Fœminæ devotionem, & pia opera colentes non obſtantibus exercitiis temporalibus.
80 Luxus exceſſivitas declinare fecit Reſp. Romanam, Spartanam, & alias.
81 Luxus damna recenſentur.
85 Dotes augentur in dies ob luxum mulierum.
83 Princeps concedere poteſt leges præſcribentes certum modum, & regulam veſtium.
84 Calcei cornuti prohibiti fuerunt ab Urbano V. Bul-

Bullæ Summorum Pontificum præſcribentes modum veſtiendi ad cohibendum luxum num. 84.
85 Pulvinaris uſus confert ad ſpecioſitatem, majeſtatiſquè auctoritatem demonſtrandam.
86 Pulvinaris abuſus in multis.
Pulvinaris uſus quibus ſit permittendus n.86.
87 Luxus eſt dulce venenum incorruptibilium animorum, innocentiam occidens, & legum vigorem enervans, & vide ibì.
88 Pœnæ corporales, & pecuniariæ, ut plurimum operantur plus quàm ſpirituales.
89 Duellum quibus pœnis extinctum fuerit in Gallia.
90 Epiſcopus prohibere an, & quando poſſit mulieribus ſuæ Diœceſis certa ornamenta, ac exceſſiva veſtimenta tàm in publico, quàm in Eccleſiis, & locis Sacris ſub pœna excommunicationis.
91 Sacramentum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ denegari poteſt mulieribus incedentibus cum ornatu peccaminoſo.
92 Ornatus peccaminoſus mulierum quando dicatur.

OBSERVATIO.

A Reip. utilius judicatur, Officiales temporales potiùs quàm perpetuos eſſe ſecun-
1 dum communiorem, & probabiliorem opinionem, quam tenent *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1. cap.23. Borell. eod. tract. lib.1. cap.12.* quos ſequitur *Fragoſ. de Regim. Reip. par.1.lib.3. diſp.5. §.5. Scanarol. de viſit. carcerat.lib.1. cap.7.n.18. & ſeqq.* cum aliis adductis ſuprà in *Obſerv. ad Rub. V. littera B.*

Quòd tamen non procedit in Officialibus
2 juriſdictione carentibus, ut declarando tenet *Fragoſ.ubì ſuprà eodem §.5. in fine.*

B Hodiernis temporibus in die feſto Divi Thomæ de menſe Decembris quolibet anno unica
3 vice ſorte extrahuntur Officiales, ut de ſimili *Statuto*, ſeù *Conſtitutione Bononiæ* vigente eſt *deciſio 33. inter diverſ. Rotæ Bononiæ*; Officiales autem, qui præfata die, à noſtro Conſilio ge-
4 nerali extrahuntur ſunt infraſcripti nempè Prætor ſeù Poteſtas ad ſemeſtre, qui cognoſcit Cauſas Civiles ordinarias, eique pro ſalario ſolvuntur à Communitate ſcuta decem,& octo. Cætera vidè ſuprà in *Obſerv. ad Rubr. V. nn.43. & ſeqq.*

Judex appellationum, ad quem ſpectat cognoſcere cauſas in ſecunda inſtantia a ſententiis latis à Prætore, aliiſque Judicibus Civita-
5 tis, & Diſtrictus, ut ex diſpoſitione præſentis *Statuti*, & conceſſione, ſeù privilegio Julii II. *infrà in Appendice pag.* 34. & comprobatur ex conceſſionibus ab eodem Pontifice factis ſub die 4. Octobris 1509. Briſighellenſibus. Hodiernis temporibus ejus juriſdictionem ad exercitium non deducitur. Nihilominus à Communitate ſolvitur ſalarium in ſumma ſcut.novem, & bon. novem, & eligitur ad ſemeſtre.

Judices Bovis,& Equi ad ſemeſtre, qui inter-ponunt decreta in contractibus mulierum, pu-
6 pillorum, & minorum juxtà diſpoſitionem noſtri *Statuti lib. 1. Rub. 21. lib. 3. Rub. 17. lib. 7. Rub.25.* circa quos Judices vidè infrà *Obſerv.ad d. Rub.21. ejuſdem libri.*

Judex ad Cuſtodiam,ſeù ut vulgo nuncupatur *alla Guardia* pro Doctore habens juriſdictionem
7 in cauſis civilibus tenuis ſummæ, prout quandoque illam exercet in cauſis ſummam librarum decem monetæ veteris, & modernæ ſcut. duorum circitèr. Alter verò pro Cive cognoſcebat circa permiſſionem comercii forenſium, necnon ſuper meretricibus, earumque ſanitate. Aſſignata legitur in Tabella pro ſalario ſumma ſcut. novem, & bon. novem: Uterque eligitur ad ſemeſtre.

Vicarius Caſtri Aureoli ad annum, qui olim inibi reſidebat, ac exercebat juriſdictionem,
8 à longiſſimo autem tempore citra non reſidet, nec ullam aliam exercet juriſdictionem præter illam ſubſcribendi libeculos frumenti recollecti, & moliti, necnon interveniendi Conſiliis, aliiſque actibus publicis illius Caſtri. Quamvis extrahatur in die feſto S. Thomæ, attamen diſfert capere poſſeſſionem Officii uſque ad primam diem Auguſti.

Vicarius Caſtri Granaroli ad annum; antequam Ducatus Ferrariæ devolueretur ad Sedem
9 Apoſtolicam reſidebat in eodem Caſtro, tanquam in confinio poſito, & exercebat juriſdictionem in cauſis damnorum datorum, ut deducitur ex antiquis Capitulis, ab indè verò citrà non reſidet, nec ullam exercet juriſdictionem.
10 Poteſtas, ſeù Prætor Caſtri Ruſſii de quo infrà in *obſervat.ad Rubr.2. lib.2.*

Approbator Collectarum, qui dat regulam impoſitioni nonnullorum onerum, quæ Scolæ,
11 ſeù Villæ Territorii juxtà antiquiſſimum ſtylum ſuper fumantibus ejuſdem Territorii diſtribuuntur. De his vidè infrà in *obſerv.ad Rub.2. lib.6.*

Officialis ad penſam, qui adnotat pondus frumenti, quod conſignatur Molendinariis, &
12 reſtitutionem farinæ exindè retractæ, eligitur ad ſemeſtre. Antiquitùs iſtud officium exercebatur à duobus Patribus nuncupatis *della Penitenza* juxta diſpoſitionem antiqui Statuti manuſcripti *lib.2. Rub. 26.* deindè exerceri cæpit à perſonis nobilibus,nunc autem exercetur etiam à perſonis inferioris ordinis, qui tanquam rigoroſi Cenſores curare debent, quod in molendis frumentis cuique ſatisfiat, ſimulve farina juſto pondere, menſura, & bonitate, ac debito tempore tradatur *Knichen de Jure Territorii, cap. 4. nu.313.* quæ cum aliis ſequitur *Myler. in ejus Metrolog. cap.16. tit.de Jure, & poteſt. ſtatuen. circa Molas, eaſque viſitan. §. 4. nu.2.* & in *§.7. nu.2.* notat, quod hanc curam Imperatores Præfecto Annonæ commiſerunt.

Officialis ſuper ponderibus, & menſuris, de
13 quo infrà in *obſerv. lib.7. Rub.13.*

Æſtimatores duo Maſſariæ, ſeù Depoſitariæ,
14 qui æſtimant mobilia, & ſtabilia executata antequam ſubhaſtentur, & deliberentur, eliguntur ad ſemeſtre.

Æſti-

Æſtimatores duo Communis,qui æſtimant bona pupillorum vendenda,& bona Fiſco devoluta,
15 ſeù confiſcata eliguntur ad ſemeſtre,circa quos vide infrà *obſerv. ad Rubr.*50. *lib.*3.

Officialis ſuper tranſitu Lombardorum vulgò nuncupatus *Paſſaggio de Lombardi* qui exigit
16 à Lombardis tranſeuntibus per noſtram Civitatem certam ſummam juxta taxam, idque præticatur à Lombardis, dùm noſtri tranſeunt per eorum loca, nam pari modo gravantur ad hujuſmodi ſolutionem; eligitur ad Semeſtre.

Notarius Judicis appellationis, qui tanquàm
17 Actuarius debet regiſtrare, & adnotare acta, & eſt annalis.

Notarius *alla Guardia*, qui ſtipulat inſtrumenta fidejuſſionum Capitulariorum, ſeu Maſ-
18 ſariorum Scholarum, quæ præſtantur in principio cujuſlibet anni, & recipit reſignationem equorum deſtinatorum curſui Braviorum; eligitur ad Semeſtre.

Notarius Maſſariæ, ſeù Depoſitariæ, qui ad-
19 notat, & regiſtrat omnes actus publicos Depoſitariæ pignora executa concernentes, eligitur ad Semeſtre.

Notarius Nundinæ, qui tempore Nundinarum adnotat, & ſtipulat omnes actus, & con-
20 tractus geſtos, ſcribit proceſſus, & tradit bullectas rerum inibi emptarum; eſt annalis.

Alii verò Officiales, & Miniſtri eliguntur per vota ſecreta vid. Judex damnorum dato-
21 rum ad annum, licèt iſte quoque olim ſorte extraheretur: Circa ejus auctoritatem, & juriſdictionem vide infrà *lib.* 5. *Rubr.* 1. *ibique Obſerv.*

Decem Deputati ſuper bono Regimine ad Semeſtre, firmis tamen remanentibus quinque
22 pro inſtructione Deputatorum pro ſecundo Semeſtre, necnon Antianis pro tempore, quæ Congregatio inſtituta fuit à *clar. me. Cardinali Aquaviva* Legato de anno 1655. ut in ejus Ordinationibus infrà in Appendice *pag.* 105. *nu.*8. & 13. cujus eſt digniſſimus Pronepos *Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Franciſcus Aquaviva* ad præſens in Inſula Melitenſi Quæſtor, & præſidio ſuæ generoſæ nobilitatis, morum ſuavitatis, & virtutum ornamenti brevi tempore promovendus ad ſubliminres gradus.

Sex præfecti Graſſiæ, vulgò nuncupati *Graſ-*
23 *ſceri* nempè tres pro quolibet Semeſtri, ſicuti apud Romanos nè in mercibus, & ponderibus fraudes committerentur, eligebantur ſimiles Officiales Cereales nuncupati qui cibariorum, & menſurarum habebant rationem jus de menſura dicendo, & vaſa minora frangendo ut cum *Feneſtell. Halicarnaſſ.* & *Damboud.* notat *Knipſchild de privil. & Civit. Imperial. lib.*5. *cap.*23. *n.*15. & de electione ſimilium Officialium, prout ſunt Graſſerii *Oter. de Officialib. par.*2. *cap.* 7. *n.*1. & 2. de quorum officio, juriſdictione, & auctoritate vide Capitula ſuper officio Graſſiæ reformata & aucta ab *Eminentiſſimo D. Cardinali Cybo*, & impreſſa infrà in Appendice *pag.* 76. & *obſerv.ad Rub.*51. 52. & 59. *lib.*4.*ad Rubric.*37. *lib.*5. & *ad Rubr.*13. *lib.*7.

Tres Præfecti Annonæ, ſeù Abbondantiarii
24 ad annum, de quorum officio, & auctoritate vide *infrà ad Rubr.*41.*lib.*4.

Sex V. Rectores Lectoris Inſtitutionum Ci-
25 vilium ad triennium.

26 Quatuor Electores Concionatoris ad triennium.

Tres Præſidentes Hoſpitali Expoſitorum vulgò nuncupato *Caſa di Dio* ad triennium, fir-
27 mo tamen remanente uno pro inſtructione eligendorum in ſequenti triennio de his Adminiſtratoribus generaliter vidè *Caput. de Regim. Reip. cap.*7. §.12.

Tres Præſidentes Hoſpitali S. Antonii *Ab-*
28 *batis* vulgò nuncupato *degl' Incurabili* ad trien-
29 nium, firmo remanente uno pro inſtructione eligendorum in ſequenti triennio.

Duo Præſidentes ad vitam Hoſpitalis Beati
30 Novelonis, qui cum aliis duobus Deputatis ab Eccleſiaſticis incumbunt gubernio ejuſdem.

Tres Deputati ad vitam Congregationi Datie-
31 riorum, & aquarum, qui una cum aliis tribus ab Eccleſiaſticis Deputatis reſolvunt, & decernunt datia, & aquas concernentia.

Tres Deputati curæ Fontis publicæ ad trien-
32 nium. Cum aqua ſit elementum neceſſarium humano generi, ut pleniſſimè dictum fuit in *obſerv.ad Rubr.* 63. *lib.*4. meritò deputandi ſunt qui diligenter invigilent conſervationi Fontis, & aquæ, & ne expurcentur, & contaminentur, quod Ædilibus incumbit, ut tradit *Fragoſ. de Regim.Reip. par.*1. *lib.*7. *diſp.*21. *n.*10.

Tres Deputati conſervationi cluſæ ad triennium.

Tres Reviſores computorum Communita-
33 tis, & Abbundantiæ ad triennium, qui etiam aſſumunt nomen Deputatorum ſuper æſtimo.

34 Quatuor Deputati ad vitam ſuper litibus.

35 Quatuor Deputati ad vitam ſuper Archivio.

Quatuor Deputati Nundinis vulgò *li Signori*
36 *della fiera* ad triennium, quibus adiectus fuit bo: me: *D. Marchio Rodulphus Spada*, ſed poſteà ſtante illius renunciatione electus fuit *D. Marchio Matius* filius, in quem paternæ virtutes tranſfuſę cernuntur. In illa nobiliſſima ac numeroſiſſima Familia floruere Viri non minùs utilitati Reipublicæ, quàm mori ſplendori, & exaltationi propriæ Domus in variis Regionibus, valdè intenti, inter quos præſertim clar. me. *Cardinalis Bernardinus*, cujus dignitatem ſors, & virtus certatim germinarunt in *Eminentiſſ. D. Cardinali Fabritio*, qui à Secretis Status à Regnante *Summo Pontifice* Innocentio XII. virtutum æſtimatore, incorrupta fide, & ſumma laude munus exercet, prout exercuerat Nunciaturas Apoſtolic. apud Ducem Sabaudiæ, & Regem Galliarum, ac Legationem Ducatus Urbini. Pro meliori directione Nundinarum editæ fuerunt nonnullæ Ordinationes, de quibus infrà in *Appendice pag.* 55. *cum ſeq.*

Regulator ponderum, & menſurarum regulariter eligitur eveniente caſu vacationis, non autem quolibet anno, cui imponi ſolet onus ne-
37 dum regulandi gratis pondera, menſuras, & ſta-

ſtateras Communiraris, nempè Molendinorum,
penſæ, & ſalaræ, præſtita tamen illi per Com-
munitarem materia, vtrùm etiam propriis ſum-
pribus, & cura die, ac nocte manurenendi lam-
padem accenſam ante Altare S. Savini in Eccle-
ſia Cathedrali poſitum.

Eligitur etiam Medieus Chirurgns pro cu-
38 randis pauperibus cum pactis, & condirioni-
bus, de quibus infrà in *Appendice pag.69.* conſti-
ruto Salario annuo ſeutorum centum, eiquè
datur Subſtitutus Barbironſor in arre Chirurgica
Coadiuror, cui conſtituitur ſalarium annuorum
39 ſcutorum decem, & octo. Er quidem à Con-
ſilio generali, prour de jure definitum eſt à *Vul-
pian. in l.1.* ibi -- *Medieorum intrà numerum præ-
finitum conſtituendorum arbitrium non Præſidi
Provinciæ commiſſum eſt, ſed Ordini, ac poſſeſſo-
ribus cujuſque Civitatis; ut certi de probitate mo-
rum, & peritia artis eligant ipſi, quibus ſe, li-
beroſque ſuos iu ægritudine corporum committant
ff. de decret. ab Ordin. facien. l. unica* juncta *gloſſ.
C. de ſalar. prab. lib.10. gloſſ. in l. Nec intrà iu princ.
C. de Profeſſor. & Medic. lib.10. Loſaus de Jure
Univerſit. p.1. c.3. n.62. Rip. de remed. ad conſerv.
vbert. n.185. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c.31. n.127.*
& Doctillimus. *Lagunez. de fructib. p.1. c.24. n.16.*

Advertendum in electione Medici omnes
conſentire debere, adeò ut nec ſufficiar con-
40 ſenſus majoris partis ut firmant *Avendan. de
exaquen. mandat. pag.2. c.10. n.8. cum ſeq. & No-
var. in comment. ad tres lib. Cod. in l. nominatio-
num num.17. C. de Decurion. lib.10. & in l. utili-
tas num.11. lib.12. C. de primipil.* ac reſpondit
Larath. conſ.63. per. tot. & preſertim *nu.1. cum
ſeq.* & ea poreſt eſſe ratio, quia agitur de inte-
reſſe ſingulorum uti ſinguli, quo caſu requiritur
conſenſus omnium non ſuffragante illo majoris
partis prout ad alium propoſitum concordan-
tibus relatis firmar *Cobel. ad Bull. Bon. Reg. cap.31.
n.161. cum ſeq.* Quòd procedir etiamſi ſalarium
41 ſolvatur ex introitibus Univerſitatis, & non ſin-
gulorum *Avendan. loc. cit. & Larath. ubi ſup. nu.4.*

Diſcordantibus igitur Conſiliariis in electio-
ne Medici, tunc electio devolvitur ad Judicem,
42 videlicèt ad Superiorem *Felin. in Rubr. de tregua,
& pace num. 7. ante finem verſ. Et ſi partes di-
ſcordant Avendan. d. cap.10. n.9. in princ. verſ.
& ſi ipſi diſcordent.*

Ad quæ autem Medicus teneatur, plenè tra-
ditur per *Fragoſ. de Regim. Reip. tom.1. p.1.
43 lib.5. diſput.13. §.9. num. 208. cum pluribus
ſeqq.* qui materiam esaminat eriam in foro po-
li, & *Zach. de ſalar. quæſt.23. num.11. cum ſeq.
juncta quæſt. 75.* & quando ei debeatur merces,
ſeu ſalarium, & in qua quantitate, & à quo
vide *Fragoſ. loco mox. allegat; & Zach. de ſalar.
dicta quæſt. 75.*

Præcæteris Medicus conſulere etiam debet
ſaluti ſpirituali infirmorum, eos monendo, ut
44 de peccatis confireantur juxtà præſcriptum
in *cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.* Idquæ
innovatum fuir per B. Pium V. mandaurem, nè
45 Medici ultra tertium diem viſitent infirmos,
niſi conſter de confeſſione facta ſub pœna per-
petuæ infamiæ, privationis gradus, ac pecunia-
ria arbitrio Ordinatii imponenda. Univerſita-
tibuſque præcipit, ut de hac re exigant jura-
mentum à Medicis admonendi infirmos & eos
ultrà tertium diem non viſitandi, ſi à Confeſſio-
ne abſtineant, ut in ejus *Conſtitucione Bullar. nov.
tom.2. Conſtit.3.* quæ innovata fuit per *Sa: me:*
Innocentium XI. mediante epiſtola circulari
*Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium
ſub datum 30. Septembris 1682.*

Facta verò monitione, ſi infirmus non con-
fiteatur peccata ſua, Medicus non tenetur de-
46 ſerere illum, nam id eſſet contra charitatem,
contra quam non cenſetur Pontificem quidquam
diſponere voluiſſe, nec iſto caſu Medicus facit
contra juramentum præſtitum, cum urgeat
charitas, cui non prævalet juramentum, ut te-
nent *Angel. Suarez. & Silveſt. quos refert Fragoſ.
loc. cit. num.222. verſ. quod ſi infirmi cum ſeq.*

Tenetur etiam Medicus ab Univerſitate ele-
ctus Eccleſiaſticos curare, licèt ipſi pro ſolu-
47 tione illius ſalarii, non poſſint cogi, ſi ex red-
ditibus publicis ei ſolvatur; ſi vero ſolvitur ex
contributione, quæ fit à ſingulis, tunc Epiſco-
pus permittere poteſt, ut per Eccleſiaſticos Me-
dico detur aliqua annua contributio volunta-
ria, ut reſolvit *Sac. Congreg. Immunitatis in Al-
banen. 14. Auguſti 1634.* & quod Eccleſiaſtici
non teneantur ad contributionem pro Medico
Communitaris abſque eorum conſenſu, & Be-
neplacito S. Sedis, reſoluit *eadem Sac. Congreg.
in Caſtellanaten. 18. Novembris 1664. & 28. Fe-
bruarii 1668.* ut refert *Pignat. conſult.25. nu.5.
tom.3.* ubi cum alia reſolutione ejuſdem *Sac. Con-
gregationis* ſubdit, quòd viventes cum Eccleſia-
48 ſticis eorum expenſis non teneantur ad contri-
butionem ſalarii Medici.

Hinc *Zacch. de ſalar. quæſt.5. num.5. cum ſeq.*
pluribus concordantibus relatis firmat, quòd
ad hoc, ut Eccleſiaſtici teneantur ad contribu-
tionem Collectæ, quæ imponitur ab Univer-
49 ſitate pro mercede illorum Officialium, quo-
rum opera vel conſiſtit in pia cauſa, vel com-
muni Clericis, & Laicis æquè principaliter, tria
requiruntur, nempè primo, quòd Eccleſiaſtici
utantur eorum opera; Secundo quòd Papa
conſulatur, & ipſo conſulto, & non aliàs Ec-
cleſiaſtici contribuant; Tertio quòd ad ſolutio-
nem talium onerum, ſeu Collectarum cum
præfatis duobus requiſitis impoſitarum non co-
gantur à Miniſtris Laicis, ſed ab eorum Epi-
ſcopo.

Notandum in propoſito ſæcularium Offi-
ciorum publicorum Communitatum, præcæ-
teris ab illis escludi Clericos, alioſque gau-
50 dentes privilegio Fori Eccleſiaſtici ad *tex. in
cap.1.2.5. & 8. Nè Clerici, vel Monaci* firmat
*Maſtrill. de Magiſtrat. lib.2. cap.6. n.1. cum ſeqq.
Marta de juriſdict. p.2. caſ.227. num.7. Del Be-
ne de Immunit. cap.9. dub.35. ſect.1. nu. 20.* plu-
ribus relatis *Cappon. diſcept.121. num.7. ac n.9.
Franc. decis.479. ibique de Luca num. 4.* & reſol-
vit *Sac. Congreg. Immunitatis Eccleſiaſticæ in Fir-
mana 20. Decembris 1667.* relata à *Pignatell.*

Con-

Conſultat. 69. num. 1. cum ſeqq. tom. 2. Rot. Bononien. diverſ. deciſ. 33. per tot. & præſertim n. 42. cum ſeq. ubì reſolutum fuit pro excluſione bo: me: Malvaſiæ Cameræ Apoſtolicæ Clerici à Prætura Caſtri Roncaſtaldi.

Excluduntur etiam fœminæ ab omnibus viri-
51 libus Officiis civilibus, & publicis per tex. in l. fœminæ 2. ff. de Regul. Jur. latè probat Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 4. nu. 12. cum ſeqq. eo modo, quo illis interdictum eſt Officium Magiſtratus, Judicis, Arbitri, Procuratoris, &c. l. cum Prætor. §. Moribus ff. de Jud. l. quod de abſente, & l. alienam C. de Procurat. l. ultima C. de arbitr. pleniſſimè firmat Arniſæus de Rep. tit. de ſucceſſ. & excluſ. fæmin. cap. 2. ſect. 12. num. 69. cum ſeqq. ubi num. 130. notat, quòd in Sacris literis inter pœnas peccati, & cauſas calamitatum recenſetur muliebre imperium ut in Iſaja cap. 3. verſ. 13. ibì Pueri exactores erunt populi mei, & mulieres dominabuntur iis, & ludendo de Aggrippina, quæ volebat admitti ad Magiſtratum, cecinit Antonius de Abbatibus in eius opuſculo inſcripto Fraſcherie faſcis 2. pag. mihi 146.

Ma chi crede, che ſia buona al Governo
Una femina vana, aſſai vaneggia.
Non è buona al Governo, è buona al Verno.

Quæ quidèm conſuetudo introducta fuit tam propter honeſtatem mulierum, nè virilibus officiis implicentur, & hominum conſortiis interſint, cum Magiſtratus publica ſit perſona, & palàm, atque publicè ſui facere copiam debeat; quàm propter fragilitatem conſilii, lubricitatem voti, quia ter mutantur in hora, ob periculum ſecreti, quia neſciunt ſecreta retinere, ac etiam quia pervertitur naturæ ordo, quo mulieres viris ſubjiciuntur, non autem dominantur, ut per has, ac alias rationes plenè probat Maſtrill. de Magiſtrat. cap. 4. nu. 12. cum pluribus ſeqq. Arniſæus loc. cit. & Pater Andreas Mendo de Jure Academ lib. 3. quæſt. 51. n. 606. ubì ideò firmat, munus publicè docendi, &
52 aſſumendi gradus, fæminis eſſe prohibitum, licèt, præter alias Nationes, apud Ethiopes fœminæ ſolæ regerent, judicium ferrent, & leges
53 promulgarent; Imò apud Athenienſes frequentabant Scholas, & ad publicas diſceptationes, ac conſultationes confluebant, ut proſequitur idem Mendo nu. 603. & retroactis temporibus efloruerunt fæminæ doctæ, & ſapien-
54 tes, inter quas Erinna, de qua loquitur Propert. l. 2. Polla Lucani Uxor, de qua Statius l. 2. Sylv. Tres Chorinæ Sappho Leſtia Aſpeſia, Mileſia,
55 Phemoneo, Cleobulina, Cornificia, Cornelia, aliæque plurimæ recenſitæ à Joanne Raviſio Textore in Officina tom. 1. verbo mulieres doctæ p. 234. & à Patre Andrea Mendo de Jure Academic. lib. 3. quæſt. 51. num. 600. Aliæ etiam una cum earum geſtis recenſentur in Sacra Scriptura, ut de Debora, quæ Judex fuit populi Hebraici in libro Judic. cap. 4. Maria Sorore Aaron Profetiſſa in Exod. cap. 15. num. 20. Judith. cap. 16. & Eſther, quæ elegantem Orationem Deo direxit Eſther, cap. 14. num. 3. cum ſeq.

Septem Sybillæ pariter doctiſſimæ fuerunt, earumque libri, & oracula ſunt celeberrima,
56 & de quibus agunt Card. Baron. in Apparatu Annal. num. 19. Pater Suarez oper. tom. 1. in 3. par. diſp. 3. ſect. 2. Azor. Inſtit. Moral. l. 9. cap. 24. quæſt. 10. Pater Theophilus Rainaud. in Theolog. natur. diſt. 5. quæſt. 2. art. 2. Petr. Gregor. Syntagm. Jur. univ. l. 18. cap. 6. Del Rio de Magia lib. 4. cap. 1. ſed in illis Largitor omnium ſpiritum ſapientiæ, Prophætiæ, & literalis ſcientiæ infundit, & advertit Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuncius verbo duas habens filias num. 13. in fine de teſtam.

Vigebat etiam antiquitus in Scithia, & Libia quoddam genus Mulierum Amazones nuncupa-
57 tæ, quæ utpotè bellicoſæ non minùs deliberatis, quam deſperatis animis viriliter præliantes virorum mortem inimicorum nece vindicarunt, & magna Aſiæ partem occuparunt, ut tradiderunt Juſtin. lib. 2. Vopiſcus in Aurelianum latè Diodor. lib. 3. cap. 11. & lib. 5. cap. 2. Carolus Stephanus in ejus Dictionario Hiſtorico in verbo Amazones, & ex noſtris Rota de priv. Mulier. cap. 1. num. 1. cum ſeq. Arniſæus de Rep. tit. de ſucceſſ. & excluſ. fæmin. cap. 2. ſect. 12. num. 75. ubì tamen notat, quòd error unius Provinciæ non ſufficit ad dextruendum jus univerſum reliquarum gentium, præcipuè quando error vergit contra dictamen ipſius naturæ.

Nec deſunt Catholicæ fæminæ itidem doctæ, & ſapientes, nàm Diva Catharina Alexandrina à prima ætate ſtudia liberalium artium cum
58 fidei ardore conjunxit, & plures Philoſophos undique ab Imperatore Maximo acceerſitos ſuæ diſputationis ſubtilitate devicit, & ad fidem Catholicam traxit, ut refert Sancta Mater Eccleſia in Lectionibus, quæ in ejus feſto recitantur Simon Metaphraſtes in eius vita, & Card. Baronius anno 307. Excelluerunt literis Fabiola Ro-
59 mana in Sacris Scripturis verſatiſſima; cui Divus Hieronymus librum de veſte Sacerdotali dicavit, Marcella Romana, quæ Sacras literas egregiè calluit, cui idem Sanctus Doctor plena opera conſcripſit; Euſtochium novum Orbis appellata prodigium in literis Latinis, Græcis, & Hebraicis peritiſſima, cui familiariter ipſe Divus Hieronymus ſcribebat, Paula Bleſilla, Aleta,
60 Aulla, & Celantia, quas refert, Gulielm. de Benedict. in d. cap. Raynuncius in verbo duas habens filias ſub num. 17. de teſtam. Refert, & Genebria Veronenſis, quæ vigebat tempore Pii II.
61 & luculentas Epiſtolas enarravit; Eminuerunt præterea Conſtantia Alexandri Sfortiæ Uxor,
62 ejuſque filia Baptiſta, quæ eloquentia, & eruditione fuerunt inſignes, ut teſtatur Joannes Raviſius Textor in Officina tom. 1. in titulo Mulieres doctæ pag. 234. aliaſque refert Arniſæus de Repub. tit. de ſucceſſ. & excluſ. fæmin. cap. 2. ſect. 12. num. 74. cum ſeq. nam antiquitùs Mulieres liberalibus artibus inſtruebantur, & tradit Gloſell. Marginal. in l. qui filium 4. ff. ubì pupill. educ. deb. ubì ſubdit, quòd olim Grammaticam legebant, quæ audaciores ipſas reddebant, ut advertit Rota de privil. mulier. cap. 1. ſub num. 2.

Poſ-

Digitized by Google

Poſſent numerari aliæ plures in ultimis ſæculis,
de quibus apud Hiſtoricos, & præſertim No-
bilis *Bettiſia de Gozzadinis*, quæ in celeberrimo
Archigymnaſio Bononienſi publicè legebat de
anno 1339. de qua latè Dulphus in ejus Chrono-
logia familiarum Nobilium Bononiæ *nu.* 1236.
Ac modo in Urbe cernitur *Cæcilia de Sabuciis*
modeſtiſſima Virgo Tyburtina in Philoſophia,
& Theologia peritiſſima, prout comprobavit
publicis diſputationibus, quas omnium plau-
ſu ſuſtinuit; Sed pro coronide hac noſtra ætate
extrà omnis comparationis aleam univerſus pe-
nè Orbis miratus eſt ſublimem, ac Regalem
Svecorum Reginæ Chriſtinæ mentem, quæ om-
63 nium ſcientiarum, diſciplinarumque cognitio-
nem tam ſummum ſapientiæ faſtigium veræ Re-
ligionis lumine attigit, ut eam præpoſuerit, &
Regnis, & imperiis, & ad Urbem translata in
nobiliſſima Regia ejus Aula virtutes, ac bonæ
artes patrocinii felicitatem invenerunt, ſuum-
que ſarum, & ſtudia, & ingenia tantę debent
Heroinæ, quæ tam virtute, & geſtis, quàm
Stirpe, & Titulis clariſſima fuit, prout com-
probatum fuit ex univerſali luctu ob mortem
illius ſequutam in Urbe de Menſe Aprilis an-
ni 1689.

Verùm extincta deindè fuit in fæminis illa
virilitas, & ſtudium artium liberalium, incum-
64 bendo ſolùm familiarum decori mediantibus
armis virtutum, orationibus, boniſque mori-
bus, quæ ſunt vera ornamenta mulierum, ut
dixit Divus Augustinus *in Epiſtol.* 73. *regiſtrata*
in can. fucare de conſecrat. diſt. 5. *part.* 3. reffert
etiam *Alberic. de Roſat. in Dictionar. verbo orna-*
menta mulierum, omnibus prorsùs neglectis
virilibus exercitiis, & ſic etiam illud docendi,
65 quòd eis permitti non debet ut latè firmat *Pa-*
ter Theophilus Raynaud. in tract. de Sobria fre-
quentat mulier. per Sacros homines cap. 13. *art.* 9.
inter ejus opera tom. 12. *pag.* 340. *cum ſeqq.* & *Pa-*
ter Mendo allegat. quæſt. 51. *num.* 606. hujuſque
ſententiæ adducitur pulchra ratio à *Thoma Vual-*
denſe in tom. de Sacramentalib. tit. 7. *cap.* 59.
nempè quia mulier, quæ ſemel attentavit virum
docere, omnia ſubvertit, itaque meritò iuſtum
eſſe non docere, ſed diſcere: Nuper tamen in
aliquibus nobilibus puellis audivi cæpiſſe revi-
viſcere idem ſtudium artium liberalium, ſed
66 utinam iſte abuſus extinguatur, prout alias
evanuerat; Nam illud nimis pernicioſum ſua-
detur Reip. ac Regimini politico, ea ratione,
quia fœminæ conſequi non valent eos fines, ad
quòs ſtudia literarum diriguntur, vel quia
ineptę, vel quia incapaces, nempè ad munera
Judicis, & Advocati gerenda, ad Eccleſiaſticas
Prælaturas obtinendas; ad diſputandum cum
hæreticis; ad aſſiſtendum Conciliis; ad Ordines
Sacros ſuſcipiendos, Sacramentaque admini-
ſtranda, ad medicinam exercendam, hiſque
ſimilia, à quibus notoriè conſtat, ipſas eſſe
alienas, ut advertit *Pater Mendo de Jure Acca-*
demiæ cit. quæſt. 51. *num.* 605. *ac* 610. *cum ſeq.*
Gulielm. de Benedict. in cap. Raynucius verbo Duas
habens filias num. 24. *cum ſeq. de teſtam.*

Ultrà quod paucæ ſunt fœminæ, quæ ex-
cellant in literis, licèt multæ ſtudeant, ut ad-
vertit *Pater Mendo loc. cit. ſub n.* 612. Cum non
poſſint, nec velint ex profeſſo incumbere ſtu-
dio, ex quo majorem partem temporis con-
ſumunt in curioſiori earum cultu, & præſertim
67 in ornatu capitis ſuper ſpeculo, diù quieſcen-
do occupatæ, ut notat *Gulielm. de Benedict. in*
cap. Raynutius verbo cuidam Petro tradiderunt
ſub n. 38. *de teſtam.* & ſi ſuperficialiter ſtuduerint
uti audaces vanæ, & laudis cupidæ ſe doctas,
& ſapientes ſuadentes credendo minùs eſſe
quod ignorant, ut advertit *Arniſæus de Reip. tit.*
de ſucceſſ. & *excluſ. fœmin. cap.* 2. *ſect.* 12. *n.* 9. non
ſolùm aberrant, ut plurimum à proprio, &
naturali inſtituto parturiendi, & nutriendi fi-
lios, ut dixit *Claudian. in Eutropio lib.* 1.

Naſcitur ad fructum mulier, prolemque futu-
ram, & conſequenter operibus domeſticis in-
tentæ dumtaxàt incumbendo guberno domus,
ac quærendo lanam, & linum ut in *Proverb.*
Eccleſiaſtic. cap. 31. ibì & *digiti ejus apprehende-*
runt fuſum, & dixit *Virgil. in Aeneid.*

—— Cui fœmina primum.
Cui tolerare colo viſam tenuique Minerva,
Impoſitum Cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes.
Noctem addens operi; famulaſque ad lumina
longa.
Exercet penſo. Caſtum, ut ſervare cubile
Conjugis, & poſſit parvos educere natos, &
monet *gloſſ. in l. cum quæreretur* 58. *verbo in*
lana ff. de legat. 3. *Rota de privileg. Mulier cap.* 1.
n. 2. *cum ſeq.* & *Pater Mendo d. quæſt.* 51. *n.* 608.
ac intra domum ſiſtendo, ſilentium amando,
à publico abſtinendo, & comercia virorum vi-
tando, ne periculis obviam eatur, ac inde-
centiis, & honeſtatis detrimentis opportunitas
pareretur, ut auctoritate *Sacræ Scripturæ*, &
Sanctorum Patrum advertit idem *Pater Mendo*
eadem quæſt. 51. *ſub n.* 608. *cum ſeq.* Verùm etiam
muliebri temeritate adeunt majora pericula, ut
notat *Arniſæus de Rep. loc. cit. n.* 79. & eis fa-
cilior via exhibetur ſcribendi, & accipiendi,
epiſtolas, quibus amoroſæ flammæ aluntur, &
malitia creſcit, undè obſtentando virtutes, &
ſpiritus viriles deviant ab obſequiis maritali-
bus, & parentum, & ſic prævertitur naturæ
68 ordo, quo mulieres viris debent eſſe ſubjectæ
ex præcepto Pauli Apostoli *ad Hebreos cap.* 2. ibì
Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubjectione,
docere autem mulieri non permitto, neque domi-
nari in virum, ſed eſſe in ſilentio, & *in Geneſi*
cap. 3. ibì *in dolore paries filios*, & *ſub viri pote-*
ſtate eris ac tradunt *Luc. de Pen. in l. ſi quis C. de*
Profeſſor. & *Medic. lib.* 10. *Maſtrill. de Magiſtrat.*
lib. 2. *cap.* 4. *n.* 29. *cum ſeqq. Arniſæus de Rep. cit.*
ſect. 12. *n.* 124. *in fine cum ſeq.* ubì advertit, quod
non tantum ignominioſum eſt viris ſubiici fœ-
69 minis, ſed, & inhoneſtum eſt fœminis ver-
ſari promiſcuè cum viris quicquid favore mu-
lierum dixerit *Gulielm. de Benedict. in d. cap.*
Raynucius verbo duas habens filias n. 18. *de teſtam.*

Ita inoleſcit quoque in hoc ſæculo, & in dies
creſcit in eis vanitas, ambitio, luxus, otium,

70 &

70 & libertas converſandi præſertim in aliquibus
Regiis, & primariis Civitatibus, ut nobiles
fœminæ etiam provectæ ætatis operibus dome-
ſticis, & cura propriæ ſamiliæ valdè neglectis,
ac ſeceſſu non ſervato, licèt jam à Matronis
Romanis rigoroſè practicato, prout occaſione
deſcriptionis funerum Adriani VI. tradit *Bla-
ſius Ortiz in Itinerario ejuſdem Adriani edito per
Stephanum Beluzium lib. 3. Miſcellan. cap. 35.
pag.436.* ibi *Et celebrata Miſſa, & peractis exe-
quiis, ſicùt pridiè factum fuerat, in aperto relin-
quitur, ut Matronæ Romanæ venirent Pontificis
pedes deoſculaturæ: Nàm hic mos jam diù in Urbe
obſervatur ab ipſis, quæ non paſſim è domibus*
71 *egrediuntur, exceptis diebus in chirographo
nuptiali deſignatis; Et tunc obligationis potiùs
facultate, quàm arbitrio maritorum egrediuntur.
Hinc inter illas exortum eſt adagium, Beatas eſſe
fœminas, quæ nubunt Hiſpanis, quia liberè ad
Sacra, aliaque munia obeunda pro arbitrio exeunt
juxta Hiberia conſuetudinem, nequè conſtringun-
tur, ut reliquæ ad certos dies, & feſta ſolemnia,*
quotidiè in Rhædis concomitantèr incedunt,
forſàn ſpectatum eundo, ut ſpectentur; Nec
eis remanet aliquid feſtivum, cum omnia or-
namenta ſint quotidiana, procedendo indiſtin-
ctè ornatiſſimæ omnibus diebus, nec patiendo
extrà domum videri, niſi pompoſis, & ſum-
ptuoſis veſtibus, ſuperſtitionis ligaminibus,
capillamentis, gemmis, auro, aliiſque plu-
ribus ornatæ, quem exceſſivum veſtitum, &
ornatum mulierum latè reprehendit, & dam-
nat *Pater Theophilus Raynaud. de virtutib. &
vitiis lib.6. cap.18. n.280.* Quin imò etiàm in
domo propria ſerico, & ornato habitu ince-
dunt veſtitæ, ut deteſtando refert *Capyc. latr.
deciſ.184. n.26. cum ſeq. Surd. deciſ.166. num.8.
Freudemberg. de reſcript. morator. tit.10. concluſ.68
de modo contrah. paupert. n.18. ſub littera R.* ubì
littera T. ſubdit, mulieres quatuor affectare;
72 nempè à pulchris juvenibus amari, pollere
plurimis filiis, ornari pretioſis veſtibus, &
dominari in domibus, & *Balmaſeda de collect.
quæſt.88. n.25.* Reaſſumendo obſervantiam an-
tiquati decreti Senatus Romani, à quo ſanci-
tum fuerat mulieribus licere uti aurea, & pur-
purea veſte, aureiſque fibulis, & armillis, ut
cum *Valer. Maxim. lib.2. de inſtit. antiq.* tradit
*Guliem. de Benedict. in cap. Raynucius ſub n.20.
& 22. de teſtam.*

Nec deſunt, quæ fucis utuntur ad fingendam
pulchritudinem, qua carent non ſinè periculo
73 peccati, quod quando incurratur conſule *Cau.
fucare de conſer. diſt.5. par.3. Fagnan. in cap. multa
num.64. cum ſeqq. ne Cleric. vel Monach. Jo. Andr.
in cap. eaque à Judice de regul. Jur. in 6. Gulielm.
de Benedict. in d. cap. Raynucius in verbo Cuidam
Petro tradiderunt n.40. cum ſeqq. de teſtam. Bar-
boſ. vot. deciſ. lib.3. vot.124. n.24 cum ſeqq. Gi-
balin. de uſur. lib.1. cap.9. art.5. n.79. cum ſeqq.
Franceſ. var. reſolut. cap.2. n.66. cum ſeqq.*

Nedùm autèm nobiles, ſed etiam plebeæ,
& viles fœminæ non erubeſcunt ità incedere
pompoſæ, & faſtoſæ, ut nullum inter eas di-
ſcrimen remaneat, deferrendo ipſæ quoquè
74 veſtem cum cauda, contra quem uſum ex-
clamabat *S.* Bernardinus *Senenſis ſermon.44.* cujus
ſequentia verba reflectuntur per *Navarinum in
Encyclopedia Epiſtolari epiſtol.93. n.419.* ibì *Quid
etiam dicimus de faſtidioſo opprobrio caudarum,
quas tantum dilatavit Diabolus per Italiam tempo-
re meo, ut neque viliſſima muliercula jam ſit, quæ
non erubeſcat, ſi abſque cauda incedat, de quo
tempore Merlinus prophetavit dicens, Mulieres
ſerpentes fient, & omnis greſſus eorum ſuperbia
replebitur; renovabuntur Caſtra Veneris, nec ceſ-
ſabunt ſagittæ cupidinis:* Hinc ex pauperibus
fiunt miſerabiles, & quandòque inter alia ſcan-
dala in dedecus Parentum, & Conjugum ſe
proſtituunt, ut exclamat *Alberic. in l.2 C. quæ
res vend. non poſſ.* & advertit *Adden. ad Rot. in
rec. dec.460. n.194. cum ſeq. part.4. tom.2. Vin.
deciſ.345. n.20. lib.2.* Et quod deteſtabilius eſt,
videmus ſæpè practicari à fœminis provectæ
75 ætatis, ac etiàm vetulis, præſertim Viduis,
ſe remaritari cupientibus, ipſas enim nec an-
notum numerus, nec alia vetuſtatis circunſtan-
tia docere poteſt, quod vetulæ ſint, ſed quo-
damodò delirantes capillos cum perdiderint,
alienis verticem ornant, ac præteritam juven-
tutem in rugis annilibus polluunt, abſque eo
quod placeant, cui placere deſiderant, imò
quod deterius eſt, ſuo diſplicent *Creatori*, ut
redarguendo animadvertit *Gulielm. de Benedict.
in d. cap. Raynucius verbo cuidam Petro tradide-
runt n.36. de teſtam.* licèt cuique ſufficere, &
placere deberet naturalis color datus à *Deo*,
cum vix alius citrà illius injuriam ſupponi va-
leat, eo quia indignatur Artifex, dum opus
76 ſuum deletur, ut notat *Jo. Andr. in Rubr. Ne
Cleric. vel Monach.* & latè comprobat *Gulielm. de
Benedict. d. n.36. cum ſeqq. Adden. ad Rot. in rec.
deciſ.460. n.185. cum ſeqq. par.4. tom.2.*

Ulteriùs inolevit abuſus comparendi in pu-
blicum humeribus, & brachiis nudatis, ac
77 pectore diſcooperto, ubera monſtrando non
ſinè ſcandalo, & evidenti periculo alliciendi
homines ad inhoneſta, quem abuſum damnat
*Pater Theophilus Raynaud. de virtutib. & vitiis
lib.6. ſect.2. cap.8. n.161. inter ejus oper. tom.4.
pag. 805.* illumque egre ferendo *Sa. me.* Inno-
centius XI. mediantibus Confeſſariis, & Con-
cionatoribus in Urbe curavit extirpationem,
ſed inutiliter, undè prout prædixerat.

Dantes in Purgatorio cant.23.

O dolce Frate, che vuoi tu, ch' io dica?
Tempo futuro m' è già nel conſpetto,
Cui non ſarà queſt' hora molto antica,
Nel qual ſara nel pergamo interdetto
Alle sfacciate donne Fiorentine
L' andar moſtrando con le poppe il petto.
Quai Barbare fur mai, quai ſaracine
Cui biſognaſſe, per farle ir coverte,
O ſpiritali, ò altre diſcipline.
Ma ſe le ſvergognate foſſer certe
Di quel che 'l Ciel veloce loro ammanna,
Già per urlar havrian le bocche aperte.

coactus fuit devenire ad pœnam mediante Edi
cto

cto *Eminentiſſimi D. Cardinalis de Carpineo* ejus Vigilantiſſimi, Zelantiſſimi, & doctiſſimi Vicarii publicato ſub die 30. Novembris 1683. ibi *Volendo adunque in ogni maniera la Santità ſua eſterminare un abuſo così ſcandoloſo da queſt'Alma Città, che deve ſervire di norma, ed' eſempio all' altre di tutto il Mondo Chriſtiano, affinche S.D.M. non trattenga per le noſtre offeſe il corſo delle ſue miſericordie manifeſtateci nel vederſi per hora ripreſſi li sforzi de' Barbari, e ceſſate l'empietà, che hanno commeſſe à danno de' fedeli. Col tenore del preſente Editto, e per ordine eſpreſſo di N. S. datoci con l' oracolo della ſua viva voce, ſi commanda per parte della Santità Sua in virtù di Santa obedienza à tutte le donne di qualſivoglia ſtato, grado, e condizione ſi ſiano, che non compariſchino per le ſtrade, nè altri luoghi publici, nè reſpettivamente l'Artegiane nelle loro Botteghe, e molto meno ſi faccino vedere per le Chieſe con il petto, ò ſpalle ò braccia ſcoperte; ma coprino le ſpalle, & il petto ſino al collo, e le braccia ſino alli polſi delle mani con drappo, ò altra coſa, che ſia denſa, e non traſparente: e che quelle che doppo lo ſcorſo di ſei giorni da cominciarſi dal dì della publicazione di queſto Editto, due de quali per primo, due per ſecondo, e gl'ultimi due per terzo ultimo, e perentorio termine, e monizione canonica, ſi aſſegnano non haveranno ubidito all'ordine di ſopra contenuto, & eſpreſſo, incorrino ipſo facto, e ſoggiaccino alla Scommunica, dalla quale non poſſino eſſere aſſolute da altri, che da Sua Santità medema, fuorche nell' articolo di Morte. Vuole anche la Santità Sua, che all'isteſſa Scommunica à ſe reſervata ſiino ſottopoſti quei Confeſſori, che preſumeſſero de facto d' aſſolvere alcuna delle dd. Contravenienti, & incorſe perciò nella Scommunica come ſopra, ſalva in oltre la facoltà di procedere contro d' eſſe ad ogn' altra pena tanto ſpirituale, come temporale à noſtro arbitrio, alle quali pene temporali ſoggiaceranno parimente li Padri, Mariti, Padroni, ò altri Capi delle caſe per permiſſione, ò connivenza de' quali le loro Donne contraveniſſero alla diſpoſizione di queſt' ordine della Santità Sua*, & mediante hoc ſalubri Edicto valdè commendato, & comprobato à *D. meo Raynaldo in ejus obſervat. criminal. vol. 3. cap. 28. §. 3. per tot.* poſt hæc ſcripta impreſſ. penè extinctus fuit talis exceſſus, licèt, venerato zelo paterno, efficaciſſimis rationibus diſſuadere curaſſent illum Summum Pontificem ab impoſitione pœnæ excommunicationis pro tunc ſuadentes potius ad pœnas temporales infligendas prudentiſſimi, ac doctiſſimi Viri (excepto uno) à Sanctitate Sua Conſulti, quorum *Pater Leander Colloredus Venerab. Congregationis Oratorii S.* Philippi Nerii ſub die 2. Septembris 1686. ad Cardinalatus Dignitatem univerſo plauſu ob ejus excelſam nobilitatem, ſummam humilitatem, aliaſque multas, & præclaras virtutes evectus fuit, collato ei deinde Pœnitentiarii Apoſtolici Officio, quod incredibili charitate, vigilantia, & aſſiduitate exercet, ac non obſtante Sacræ Purpuræ ſplendore tanquam præfatæ Congregationis probatiſſimus Preſbyter amore, & devotione conjunctus cum eiſdem Patribus convivit.

Non deficiebant etiam nocturnæ converſationes, tàm in propria, quàm in aliena domo colentes, quæ à multis gravitatem profitentes redarguebantur tanquam immoderatæ, & eo
78 quia inhoneſtum ſit fœminis verſari promiſcuè
cum viris, ut admonet *Arniſæus de Rep. tit. de ſucceſſ. & excluſ. fæmin. cap. 2. ſect. 12. nu. 125.*
Non diſtrahebantur tamen hujuſmodi nobiles
79 fœminæ ab earum devotionibus, & piis operibus, ſed talia exercitia temporalia, & quotidianas, ac nocturnas recreationes cum exercitiis ſpiritualibus mirabiliter conjungebant ſequendo monita, & regulas traditas à *M. I. Ripet Preſtre Inſtructions Chreſtiennes ſur plutieurs Points de morale tirees de l'Ecriture Sainte, e des Peres, & particulierment touchant le luxe, e la vanitè des Femmes impreſſ. Pariſiis de anno 1678.*

Prudentes Principes, & rectè ordinatæ Reipublicæ non ignorantes Romanam, Spartanam,
80 aliaſque Orbis Reſp. ob exceſſivitatem luxus declinare cæpiſſe, ut animadvertit *Borell. de præſtant. Reg. Catholic. cap. 51. n. 28.* quem Sequitur *Solorzan. de Jure Indiar. lib. 1. cap. 16. num. 67. tom. 2.* occurrere volentes damnis, & abiſſis, quæ ab eo ſubditis reſultant, cum exindè dila-
81 bantur ſubſtantiæ, depauperentur familiæ, deſolentur Civitates, augeantur laſciviæ, & ſenſualitates, incitentur viri ad luxuriam, aliaque mala ſuccedant, ut etiam animadvertit *Gulielm. de Benedict. in d. cap. Raynerius in verbo cuidam Petro tradiderunt n. 39. de teſtam. Adden. ad Rot. in rec. dec. 460. n. 184. cum ſeqq. par. 4. tom. 2.* ubi *n. 194.* notat quod ideò dotes in dies augentur
82 *Jo: Franciſcus de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 1. n. 2. Barboſ. vot. dec. lib. 3. vot. 124. n. 9. cum ſeqq.* Undè *Antunez Portugal. de donat. Reg. par. 2. lib. 1. cap. 29. n. 166. tom. 1.* acritèr invehit contra Gallos, & Caſtellanos introductores ibi -- *Ac equidem cum magno dolore experimur, quòd poſtquàm in hoc Regnum fuerunt admiſſi Caſtellani Franſigenæ poſteà luxus circa mulierum veſtes, & ornamenta, necnon etiam virorum in dies crevit, incedendique mores antiqui corrupti fuere, hominum, mulierumque veſtes mutata in pejus, ità ut Luſitani non naturales noſtri videantur, ſed Galli. In quibus patrimonia conſumuntur, & boni, ſanctique mores antiqui aboliti videntur. Faxit Deus, ut Princeps noſter Invictiſſimus in propria perſona præbendo exemplum veteres reſtituat mores, & expellat exteros, ut hic Reſp. reſtaurata divitiis polleat, & non pereat.* P. Segnari *il Chriſtiano inſtruito par. 3. ragionament. 30.* Conditæ fuerunt variis temporibus Leges præſcribentes cer-
83 tum modum, & regulam veſtium, quæ quidem à Principe pro bono publico, & utilitate privata publicari valent ad *tex. in l. 1. cum ſeqq. C. de veſtib. holober & aurat. &c. lib. 11. ibique Bart.* docet *Capiblanch. de Baron. pragm. 6. cap. 32. n. 1. Knipſchilds de Iurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 15. n. 1. cum ſeqq. juncto n. 16. cum ſeqq.* ubì *nn. 19. cum ſeqq.* docet varios modos cohibendi luxum, prout à variis Pontificibus publi-

blicata fuere, & præſertim ab URBANO V. qui laudatur à *Petrarcha in Epiſtol. 1. lib. 6.* eo quia legibus, & Ædictis præcæteris prohibuit cor-
84 nutos calceos, pennatos vertices, caudatam cæſariem &c. & à SIXTO V. *in ejus Bulla la* 51. *Bullar. nov. tom.* 2. ubi etiam refert temporibus *Summorum Pontificum* CLEMENTIS VII. PII IV. & *B.* PII V. in Urbe complures leges, ac Statuta de ſumptibus immoderatis coercendis ſalubritèr ædita fuiſſe.

Inter exceſſivum luxum emendandum, & reparandum connumerari valet uſus pulvinaris, quod licet conferat ad ſpecioſitatem, majeſta-
85 tiſque authoritatem demonſtrandam, ut docet *Salzedo in ejus theatro honoris gloſſ.* 33. *n.* 51. humana ambitio, & animoſitas adeò excrevit, ut nobiles mulieres etiam titulo Comitatus vel
86 Marchionatus carentes, imò nec eximiæ, ac excelſæ nobilitatis eo utantur, quamvis permitti dumtaxat deberet Illuſtrioribus Matronis, ac primorum Miniſtrorum, & Principum, ac Baronum altioris gradus Uxoribus, quibus Syrmata, ſeù tractus longiores pediſſequi, ne humum verrant ſublevare, & deferre poſſe permiſſum eſſe debet, quod cæteræ nobilitati, vel antiquiſſimæ, & Equeſtri debet vetari, ut in *libro Anonimo Inſcripto obſervationes Eugenialogicæ, & Eroicæ lib.* 2. *cap.* 27. ubi etiam teſtatur, quod cum quidam Equeſtri dignitate ſuffultus Uxorem haſce primæ Dignitatis notas aſſumere ſciviſſet, ad inſtantiam Fecialis Mauriſſens iis abſtinere Uxor juſſa eſt, & ipſe in 300. Florenorum mulctam condemnatus fuit per ſententiam in Supremo Brabantiæ Senatu latam.

Animadvertendo circà extinctionem, ſeù moderationem luxus, qui & ſi ſit dulce venenum incorruptibilium animorum innocentiam
87 occidens, & legum vigorem enervans; Nihilominùs tanquàm delictum neminem offendens, cum omnes ſint culpabiles non obſtantibus legibus pœnalibus facilè diſſimulerur ac tolleretur, itaut vitium in ſtylum, & uſum converſum tranſeat in admirationem, culpa in deriſum, & pœna in odium in graviſſimum damnum publicum, & privatum, ut ratiocinatus fuit *Aloyſius Molinus in ejus oratione impreſſa penès Nanum in hiſtoria Veneta par.* 2. *lib.* 6. *circà annum* 1653. *in fine*, Adhuc tamen cum ut plurimum plus
88 operentur pœnæ corporales, & pecuniariæ, quàm ſpirituales, prout aliàs docuit experientia præceteris tàm in hac materia quàm in illa duelli, quod licèt ſeveriſſimis Excommunicationibus ſit prohibitum, attamen tunc ſolùm
89 tale delictum in Gallia fuit extinctum, quando pœna infamiæ, aliiſque corporalibus, & temporalibus fuit punitum; Undè eadem ratione recurrendum videtur, ad pœnas temporales tanquàm efficaciores prout practicatum fuit à SIXTO V. *in d. ejus Bulla la* 52. ac ab omnibus ſecularibus, & de anno 1684. in Civitate Neapolis à *fel. me. Marchione* CARPII *P. Rege*.

Cæterùm an Epiſcopus propter honeſtatem melius conſervandam prohibere valeat mulieribus ſuæ Diæceſis certa ornamenta, ac exceſ-
90 ſiva veſtimenta tàm in publicum, quàm in Eccleſiis, & locis ſacris ſub pœna Excommunicationis valdè controverſum eſt inter *DD.* ut videre eſt penes *Jo. Andr. in cap. ea quæ à Judice de regul. Jur. in* 6. ubi latè refert rationes, & auctoritates pro utraque parte *Aaden.* verò *ad Rot. in rec. dec.* 460. *n.* 189. *cum ſeq. par.* 4. *tom.* 2. *Fragoſ. de regim. Reip. par.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 4. §. 15. *n.* 163. & *Franceſ. var. reſol. cap.* 2. *n.* 20. tenent pro affirmativa: Sicuti poteſt prohiberi rece-
91 ptio Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ in illis caſibus, in quibus ornatus mulieris eſt peccaminoſum, nec de emendatione conſtat, ut reſpondit *Barboſ. vot. deciſiv. lib.* 3. *vot.* 124. *per tot.* & præſertim *n.* 29. *cum ſeq.* Ac ingreſſus in Eccleſia *Franceſ ubi ſuprà eodem nu.* 20. & hanc opinionem ſequitur doctiſſimus *D. meus Raynald. in loc. allegat. ſuprà n.* 77.

Quando autem dicatur peccaminoſus vidè *Giballin. de uſur. lib.* 1. *cap.* 9. *art.* 5. ubi *num.* 88.
92 cum *Navarr. Leſſ.* & *Cajetan.* agit de nudatione, & non occultatione mamillarum, & pectoris *Barboſ. cit. vot.* 124. *per tot. ubi n.* 2. refert etiam longam catervam *DD.* de hac materia tractantium, & *Franceſ. allegat. cap.* 2.

ADDITIO AD RUBR. XVI. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 Obligationes Medicorum in concernentibus Animam infirmorum, & pœnas, quas incurrunt negligentes remiſſivè.
2 Nobiles an ſint Medici remiſſivè.
3 Matronatum Hiſpaniarum laudes, & privilegia eis conceſſa.
4 Regeſſus Auctoris ad Patriam poſt lapſum Annorum 32. & acceſſus Patavium in viſitatione glorioſiſſimi S. ANTONII.
5 *Helenæ Corneliæ Piſcopiæ* inſcriptio, & laudes.
6 *Magdalenæ Senderg* laudes.
7 *Liviæ Vipereſchæ* laudes.
Eliſabeth Cini laudes n.8.
Iſabella Genghi laudes n.8.
Lauræ Battiferri laudes n.8.
Victoriæ Galli laudes n.8.
Minervæ Bartoli laudes n.8.
Baptiſtæ de Monteſeltro laudes nu. 8.
Hortenſiæ Guglielmi laudes n.8.
Lauræ à Genga laudes n.8.
9 Mulierum Poetarum remiſſivè & de aliis in ſpecie n. 6. 7. & 8.
10 Mulieres cõmendandæ quæ domi ſe detinent, reique familiari ſedulò incumbunt.
11 Uxores ſubjici, & parere debent viris.
12 Viri, qui Uxoribus ſubdunt deridendi ſunt.
13 Uxor erga virum, & vir ergà uxorem quomodo ſe gerere debet.
14 Mulieres vagari non decet.
15 Mulieribus prohiberi poteſt ſub pœna excommuni-

municationis ne nudato pectore ſe publicè
oſtendant.

16 Mulieres olim nudato pectore, & brachiis in Urbe incedebant, ſed contrarium nunc practicatur.

17 Luxus Mulierum deteſtatur.

18 Mulieres non poſſunt ingredi Eccleſias niſi velato capite 18.

19 Epiſcopus cenſuras contra mulieres portantes veſtes ſumptuoſas, & ad libidinem provocantes an poſſit fulminare.

20 Mulieres in Eccleſia olim non intrabant, niſi velato capite.

21 Ornatus mulièrum an, & qui ſit peccaminoſus remiſſivè.

*Num.*44. & 45. & 46. Circa obligationem Medicorum in concernentibus Animam Infirmorum
1 & pęnas, quas incurrunt, ſi negligant * vidè *Gonzalez.Tellez.in cap.cum infirmitas de pœnitent. & remiſſion. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat.* 91. ubi etiam examinat præſtan-
2 tiam Medicinæ, & an Medici ſint Nobiles * *Novar. in Summa Bullar. par. 1. commentar.* 78.

Num. 57. Paritèr Matronas Civitatis Avilæ in Hiſpania (in qua ob influentiam aſtrorum,
3 illam prædominantium * generantur animi fortes, generoſi, & brioſi cum inclinatione non minùs ad arma, quàm ad pietatem) abſentibus earum viris refertur defendiſſe Civitatem *Duce Gimena Blazquez*, undè ob talem benemerentiam eidem, ac aliis mulieribus ab ipſa deſcendentibus conceſſum fuit privilegium ſedendi, & votandi in publico Conciſtorio ut in *vita* S. Thereſiæ.

Num. 58. Occaſione, qua poſt lapſum triginta
4 duorum annorum redivi ad Patriam meam *, devotione glorioſiſſimi Divi Antonii *Patavini* acceuſus me contuli ſub die 23. Octobris 1699. Patavium ubi poſt celebratam Miſſam, & veneratas ejuſdem Sancti Sacras *Reliquias* inſpexi in eadem Eccleſia Nobiliſſimum Depoſitum *D. Elenæ Lucretiæ Corneliæ Piſcopiæ* factum cum inſcriptione tenoris ſequentis.

D. O. M.

Helenæ Lucretiæ Corneliæ Piſcopię Joannis Baptiſtæ D. Marci Procuratoris Filiæ Heroinæ animi
5 *celſitudine * pietate, conſtantia, omni literarum, & ſeptem linguarum peritia ſingulari, cum ab aliis Europæ Magnatibus tum vel maximè ab* Innocentio XI. *Pont. Max. perhonorifico Diplomate, & à* Joanne III. *Poloniæ Rege datis ad eam Epiſtolis ſumoptre commendatæ. Quæ poſthabitis Virorum Principum connubiis ante D. Benedicti Antiſtites Deo primum Virginitatem vovit, paſt ampliſſimis Ædibus in Aciteria, & Peripatum converſis, ferreis uncis membra, Divinis Philoſophiciſque contemplationibus mentem acrius exercuit, Demum in celebri Patavino Collegio unico poſt hominum memoriam exemplo Philoſophiæ lauream ſolemniter adepta, coronam prævenit, quam ipſi morum innocentia augurabatur in Cœlo. Obiit Patavii anno* MDCLXXXIV. XXVI Julii *ætatis ſuæ* XXXVIII.

Obiit Pariſiis de anno 1702. *Magdalena Sen-*
6 *dery* * literatiſſima, aliarumque virtutum ſingulariter ornata.

Livia Vipereſcha Nobilis Virgo Romana non tantùm Grammaticæ curſum explevit, verùm
7 etiam * multiplicem erudirionem, inſtitutionemque in bonas Artes adepta fuit, ac inſuper Græcam linguam ritè condidicit, & ita in literis edocta claruit, ut eam maximè fecerit Maximus bonarum literarum parens Urbanus VIII. ut teſtatur *Ignatius Urſolinus in ejus opera inſcripta Pontifices, & Cardinales Nationis Florentinæ pag. mihi* 143.

Floruerunt in Civitate Urbini *Eliſabet Cini*,
8 *Iſabella Genghi*, * *Laura Battiferri, Victoria Galli, Minerva Bartali, & Battiſta de Montefeltro* in facultate Poetica inſignes ut teſtatur eruditiſſimus *R.P. D. Riviera in vita Raffaelis Fabretti inter vitas Arcadum recollectas per D. Canonicum Creſcimbenum par.1. pag.mihi* 91.

Hortenſiæ Guglielmi à Fabriano inſignis Poetiſſæ, & *Lauræ à Genga* meminit *Creſcimben. Commentar. della volgar. Poeſia vol. 2. pag. mihi* 92. prout etiam meminit aliarum multarum in
9 *vol.3. & 4.* & quinquaginta Poetiſſarum * meminit in ejus recollectione *à Bulifon* facta Neapoli.

*Num.*67. Mulieres illæ Summopere comendandæ ſunt, quæ domi ſe detinent, reique familiari
10 ſedulò incumbunt * ut dicit *Grat. diſcept.* 215. *n.*47. & 48. advertit *Rot. in Romana Separationis Thori 9. Decemb. 1697. coram R. P. D. Dell' Olmo Impreſſ. inter recollect. ad Card. de Luca ſuper mater. de Regular. & matrim. deciſ.* 12. *n.*16. *vol.*2. *ſecundum impreſſ. Lugdunen.*

*Num.*68. Mulieres ſubjici, ac parere debere Viris adeòut Viri voluntas pro lege non ſcripta ha-
11 benda ſit * comprobat *De Angelis de delict. & pęnis par.1. cap.97. n.11. verſ. & quod magis eſt.* Comprobatur ex *Geneſi cap.* 3. ibì *In dolore paries Filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.*

Et deridendi ſunt illi Viri, qui uxoribus ſe ſubdunt verificando quod de muliere illa ſcri-
12 bit * *Propert. lib.3. eleg. de Imper. fœmin.*

Et trahit ad dictum ſub juga Colla Virum.

Quomodo autem ſe gerere debeat Vir erga
13 vxorem, & vxor erga Virum * & uterque circa educationem filiorum, & gubernium Domus &c. videnda *la Pianta dell' Edificio dell' Vomo dell' Abbate Carlo Nuti.*

*Num.*71. Mulieres vagari non decet *cap. Mulieres*
14 *in princ. de judic. in 6.* * *l.1. C. de offic. diverſ. Judic.* & dixit *Rot. in d. dec.* 12. *n.*15.

Num. 77. Prohiberi poteſt Mulieribus ſub pęna excommunicationis nè denudato pectore ſe pu-
15 blicè oſtendant * ut me allegato, & aliis ad ſuctis firmat *D. Raynald. in ſupplement. ad cap. 1. ejus obſervat. crimin. ſupplet. 5. nu.376. cum ſeq.* ubi etiam firmat, quòd ſub pęna excommunicationis poteſt inhiberi mulieribus, quæ ſe nimis adornant *vol.4. Monacell. in ejus Formular. tit.2. n.5. cum ſeqq. tom. 3.* ubi refert nonnullas *conſtitutiones Synodales* Epiſcoporum id prohibentes.

Pa

Digitized by Google

Pater Lepori Religionis Domenicanæ cele-
berrimusConcionator in quadam concione de-
16 ſcribendo * vanitatem mulierum, & tempus,
quod erunt in ſe ornando, eaſque acritèr
redarguendo dixit *finalmente ſi veſtono in Caſa per uſcir poi fuori nude*, quod tamèn his temporibus nempè de anno 1715. quo hæc ſcribo valdè coopertæ in pectore, & bracchiis, in Urbe incedunt, quod aliàs non practicabatur, ideòque dederat cauſam *Edicto ſa. me.* INNOCENTII XI.

*Num.*78. Idemque pleniſſimè docet *Pater Seguari in opere inſcripto Il Chriſtiano inſtruito par. 3. ragionament. 3.*

Num. 81. B. BRIGITA in ejus revelationibus dete-
17 ſtatur luxum mulierum ſequentibus verbis *
Deponant Mulieres veſtes oſtentationis, quas propter ſuperbiam, & vanamgloriã aſſumpſerunt, quia Diabolus dictavit mulieribus contemnentibus mores Patriæ ſuæ antiquos, & laudabiles, quandam novam abuſionem, & ornamenta indecentia in Capite, in pedibus, & in reliquis membris ad provocandam luxuriam, & irritandum Deum.

*Num.*82. Redarguit etiam latè *Pater Segnari loc. ſuprà cit.*

Hic notandum quod olim Mulieres non po-
terant ingredi Eccleſiam niſi velato capite ut
18 decrevit S. LINUS * Pontifex & Martyr ut in
ejus 3. *Lectione feſti* 23. *Septembris*, & legitur in *Apocalipſi* quod JOANNES APOSTOLUS præcepit capite velari in Eccleſiis propter ANGELOS.

*Num.*90. An Epiſcopus poſſit fulminare Cenſuras
contra mulieres portantes veſtes ſupervanas, &
19 nimis Sumptuoſas, ſivè ad libidinem provocantes vidè *Cortlada deciſ.* 263. *tom.* 4. & *ſuprà hic num.*15.

Valdè utilis eſſet ſaluti animarum ſi re-
novaretur eadem lex, quam Sancivit * S. LINUS
20 *Pontifex*, nempè *nè qua mulier niſi velato Capite in Eccleſiam introeat* ut teſtatur *S. Eccleſia in lectione prima quæ in ejus Feſtivitate recitatur* quòd inſinuatum fuerat à DIVO PAULO APOSTOLO.

*Num.*92. Ornatus mulierum an, & quando ſit pec-
21 caminoſus * vidè *Cortiadam d. deciſ.* 263. *Stephanum Abbatem Theologum Principis, ſeù Politia Moralis cap.* 5. *dub.* 7.

Quod nullus poſſit exercere Officium per ſubſtitutum.

RUBRICA DECIMASEPTIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque fuerit extractus, ſeù electus ad aliquod Officium, ſorte, vel ad brevia, aut ſcrutinio fabarum, debeat illud Officium toto tempore dicti Officii per ſe, & non per ſubſtitutum (A) exercere. Et qui illud noluerit perſonaliter exercere, eo & ejus ſalario ſit privatus ipſo jure, niſi ex cauſa infirmitatis, vel niſi ſit abſens (B) cauſa Reipub. vel niſi pater ſubſtitueret filium, vel filius Patrem, vel Frater Fratrem. In quibus caſibus poſſit illud exercere per ſubſtitutum idoneum. [C] Dummodò talis ſubſtitutus approbetur per generale Conſilium dictæ Civitatis in omnibus caſibus prædictis. Et idem fiat, & obſervetur in quacunque ſubſtitutione facienda de aliquo, ſeu aliquibus in quocunque Officio, ſeu loco.

SUMMARIUM.

1 INduſtria perſonæ electa, non poteſt Officialis, Magiſtratus, ac alius Miniſter electus alterum ſubſtituere. Limita n.5.

2 Quod procedit in Decurionibus, & aliis Senatoribus Civitatum.

3 Electa induſtria perſonæ cenſetur, quando agitur de Officio habente adminiſtrationem annexam, vel quando alicui committitur aliquod miniſterium, vel quando in deputatione concurrunt illa verba *de te confidimus, de te ſperamus, vel pro te, manu tua videas perſonaliter, tuæ diſcrecioni committimus, tuæ conſcientiæ*, & n.4.

6 Impeditus non dicitur is, qui abeſt ut ampliorem obtineat Dignitatem.

7 Subſtitutio facienda eſt in perſonam ejuſdem profeſſionis, & æque idoneam, ut nulla inter ſubſtituentem, & ſubſtitutum ſit differentia qualitatis, & conditionis.

8 Officialis tenetur de culpis, & exceſſibus, ac delictis ſui ſubſtitui.

9 Limita primo ſi in eligendo adhibuit debitam diligentiam.

10 Limita ſecundo ſi ſubſtitutio fuerit approbata à Conſilio generali Civitatis.

11 Limita tertio, quando ſubſtitutio facta fuit ex neceſſitate, non ex voluntate, utpotè quia ſequuta ſit juſſu Superioris, vel ex conſuetudine.

12 Quæ fiunt ex neceſſitate non comprehenduntur in diſpoſitione legis generalis.

OBSERVATIO.

A INduſtria perſonæ electa non poteſt Officia-
lis, Magiſtratus, ac alius Miniſter electus
1 alium ſubſtituere *l. nullus C. de Decurion. lib.*10. *Auth. ut nulli Judicum in princ. Auth. de Collatoribus* §. *Ad hæc prohibemus Auth. de mandat. Princip.* §. *Eos autèm Auth. Ut Judices ſinè quoquo ſuffrag.* §. *Nulli quoque Amaya in d. l. nullus n.*1. *cum ſeqq. Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap.* 31. *num.*97. ubi de Decurionibus plenè *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.*29. *num.*1. *cum ſeqq. Myle-*

Digitized by Google

rius in ſuo hyparebologia cap.21. num.1. cum ſeqq.
ubi etiam adducit rationes , & firmat procede-
re præceteris in Decurionibus , aliiſque Sena-
2 toribus Civitatum *Novar. de gravam. Vaſſall.*
tom.3. gravam.94. num.1. cum ſeqq. ubi loquitur
etiam de *Pragmatica Regia* idem prohibente, &
tàm de *Jure Communi* , *quam Regio* firmant *Bo-*
rell. de Magiſtrat. lib.1. cap.5. num.37. cum ſeq.
& Giurb. deciſ.9. num.1.

Cenſetur verò electa induſtria perſonæ, quan-
do agitur de Officio habente adminiſtrationem
3 annexam , vel quando alicui committitur ali-
quod Miniſterium *l. inter Artifices 31. ff. de ſo-*
lut. cap. final. §. His autèm cum ſeq. de Offic. &
poteſt. Jud. Amaya loc. cit. num.2. juncto num.7.
ubi notat , præſumi electam induſtriam perſo-
4 næ , quando in electione , ſeù deputatione con-
currunt illa verba *de te confidimus* , *de te ſpera-*
mus , vel pro te , manu tua videas perſonaliter ,
tuæ diſcretioni committimus , tuæ Conſcientiæ &c.
Myler. ubi ſuprà num.3.

B In caſu tamen neceſſitatis videlicet legitimæ
abſentiæ , infirmitatis , &c. poteſt alium ſubſti-
5 tuere juxta *tex. in l.2. C. de Offic. ejus , qui vices*
gerit , & in l.1. ff. de Offic. ejus cui mandata eſt
jurisdictio l. 1. §. Quod ſi morbo C. de Præpoſitis
Agentium in rebus lib. 12. Novar. de gravam.
gravam. 94. num.13. cum ſeqq. Zacch. de Salar.
q.19.n.36. Myler. ubi ſuprà n.14. cum ſeqq.

Sed adverte , quòd juſtè non dicitur impedi-
6 tus is , qui abeſt ut ampliorem obtineat Digni-
tatem , ut de Clerico Cameræ reſpondit *Rota*
Bononien. diverſor. deciſ.33. nu. 50. cum ſeq.

C Subſtitutio autem tunc fieri debet in perſo-
7 nam ejuſdem profeſſionis , & æquè idoneam ,
ut nulla inter ſubſtituentem , & ſubſtitutum ſit
differentia qualitatis , & conditionis *d. lib.1. §.*
Quod ſi morbo C. de præpoſ. agent. in reb. l.12.
ibique Bart. num.4. Amaya loc. cit. num.36. cum
ſeq. Cobell. d. cap.31. num. 97. verſ. Et ſi detur
caſus Novar. cit. gravam. 94. num.24. cum ſeqq.
& Maſtrill. de Magiſtrat. d. cap. 29. num. 41.
Myler. loc. cit. num.20. cum duobus ſeqq. juncto
num.37. Carena de Offic. Inquiſit. tit.7. §. 2. n.6.

Sequuta ſubſtitutione diſputant *DD.* relati
per *Carleval. in ejus apologia num.1. impreſs. poſt*
tract. de judic. An Officialis teneatur de culpis,
8 exceſſibus , & delictis ſui ſubſtituti , & teneri
communitèr firmant per *tex. in l. nullus ibi pe-*
riculo ſuarum facultatum , & l. neminem ibi ſua-
rum periculo facultatum C. de Decurion. lib. 10.
l.1 ibi *electione ſua , ſuarumque periculo faculta-*
tum C. de Præpoſit. Agent. in reb. lib.12. Com-
probando tenet *Amaya in d. l. nullus nu.43. cum*
ſeq. latè *Myler. loc. cit. num. 24. cum ſeqq.* ubi
etiam adducit rationes *Oterus de Officialib. c.19.*
num. 2.

Iſta tamen Concluſio limitatur ſi ſubſtituens
in eligendo adhibuit debitam diligentiam, nam
9 tunc non tenetur de exceſſibus ſubſtituti , cum
non poſſit conſiderari neque dolus , neque cul-
pa, ut concordantibus relatis proſequitur *Ama-*
ya ubi ſuprà num.46. Myler. loc. cit. nu.35. Undè
multo minùs tenebitur , ſi in electione ſubſtitu-
ti ſervata fuerit forma tradita in præſenti no-
10 ſtro *Statuto*, nempè ſi ſubſtitutio fuiſſet appro-
bata in Conſilio generali .

Proùt etiam limitatur, quando ſubſtitutio fa-
cta fuit ex neceſſitate , non autem voluntariè ,
11 utpotè quia ſequuta ſit juſſu Superioris , vel
ex conſuetudine argumento *l. unum ex fami-*
lia 67. §. Si de falcidia ff. de legat.2. & l. utrum
§. Cum quidem ff. de reb. dub. Nam quæ fiunt ex
neceſſitate non comprehenduntur in legis gene-
12 ralis diſpoſitione , ut proſequitur *Amaya loc.*
cit. num. 47. cum ſeq. firmant relati a *Giurb.*
conſ. 36. num.20. Myler. ubi ſuprà num.31. cum
ſeqq. & Rot. coram Rembold. deciſ. 637. num. 17.

Quod nullus invitus cogatur acceptare Officium.

RUBRICA DECIMA OCTAVA.

STatuimus , & ordinamus, quod ſi aliquis electus, ſeu extractus, vel aliter quomodocumque deputatus fuerit , poſſit illud re integra non acceptare , nec ad illud acceptandum cogi poſſit . Si autem dictum Officium acceptaverit , & illud exercere incohaverit , non poſſit ei renunciare ſinè aſſenſu expreſſo DD. Antianorum , & Adjunctorum, & hujuſmodi renunciatione approbata inter eos per Scrutinium fabarum . Et nihilominus ſi talis renunciatio approbata fuerit , ut ſuprà , talis renuncians habeat , & habere intelligatur vacationem, & devetum ab aliis Officiis , ac ſi exercuiſſet dictum Officium per totum tempus .

SUMMARIUM.

1 AMbitio, & aviditas conſequendi Officia, & munera publica ut plurimum inCivibus vigere ſolet; ceſſat tamen aliquando in aliquibus.

2 Electus, ſeù extractus ad aliquod Officium publicum Civitatis poteſt cogi ad illud acceptandum, & quibus remediis remiſſivè.

3 Quod maximè procedit in Civitate *Faventiæ*, alioquin electus privatus remanet loco, & honore Conſilii.

Munerum perſonalium ſpecies num.4.

4 Exempti ab Officiis, & muneribus, publicis quinam ſint remiſſivè, & vidè ibi.

Libri Poetarum, qui laſcivis argumentis, ſententiis amatoriis, turpibus hiſtoriis, aut verbis petulantibus utuntur à *Rep.* ſunt exterminandi num.5.

5 Poetæ nulla immunitatis prærogativa juvantur, & quare. Decl. num.7.

Poetæ laureis coronari quando inciperint num.5.

Franciſcus Petrarcha quando laurea coronatus fuerit num.5.

6 Poetæ, & Philoſophi laudandi, & honorandi ſunt.

Poetarum, & Philoſophorum teſtimonia in deciſionibus tàm Pontificiis, quàm Cæſareis citantur, & laudantur num.6.

7 Plato excluſit à Sua Rep. Poetas ſuperſtitioſos, falſos, & inhoneſtos, non autem morales.

8 Poetarum merces, & præmium.

9 Poeta an admittendus ſit ad majoratum, ad quem vocatur is, qui ſcientiam profitetur remiſſivè.

10 De Poeſi, & Poetis materiam tractantes.

OBSERVATIO.

AMbitio, & aviditas conſequendi Officia,
1 & munera publica, quæ ut plurimum in
Civibus vigere ſolet, aliquando ceſſat in aliquibus, Undè contingit dubitari, an electus,
2 & extractus ad aliquod Officium publicum teneatur illud acceptare, ac cogi poſſit; & quòd teneatur illud acceptare, ac ad acceptandum cogi valeat facit *tex. in l. ſi quis Magiſtratus 9. ff. de muner. & honorib. l. ſi ad Magiſtratum* 18. *& l. ex omnibus C. de Decurion. lib.*10. *Choell. ad Bull. Boni Regim. cap.*19. *num.* 28. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.*30. *num.* 63. ubi *num. ſeqq.* docet remedia pro cogendo recuſantem, & *David Mevius in Jus Lubecenſe lib.*1. *tit.*1. *art.*6. *num.*1. *cum ſeqq.*

Hinc *fel. rec. D. Cardinalis de Aquaviva* die 18.
Junii 1656. tunc Provinciæ Romandiolę Legatus mediante ſequenti ejus particulari decreto,
3 ſeù reſcripto mandavit ſub pęna privationis loci, & honoris Conſilii, ne quis recuſet acceptare, & expreſsè derogavit diſpoſitioni noſtri *Statuti*.

Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signore.

A Nome della Communità di Faenza Oratrice humiliſſima di Voſtra Eminenza, ſi eſpone, che in virtù del Statuto della medema Città, nel quale ſi diſpone, *Quòd nemo invitus cogatur accipere Officium*, molti Conſiglieri pretendono eſentarſi dal ſervizio del Publico per l'Officio dell' Anzianato, quando tocca loro in Eſtrazzione; E perchè in tal caſo naſce ſempre confuſione, e diſordine, ſi ſupplica V. Eminenza di remedio opportuno, acciòche il peſo del ſervizio venghi ſopportato da tutti quando li tocca, che tutto, &c. *Quàm Deus.*

Attentis narratis, & aliis de cauſis animum Noſtrum moventibus, mandamus, & volumus, quod omnes, qui extrahuntur ex Burſis, tàm pro ſubeundo onere Magiſtratus, quàm pro exercendo quocunque alio munere Publico, non poſſint ſub aliquo prætextu, cauſa, aut Privilegio, niſi à Nobis, ac Noſtris Succeſſoribus approbando, ſe eximere, & ſi recuſaverint, ſtatim, & ipſo facto priventur, & privati intelligantur, loco, & honore Conſilii, quouſque vixerint, abſque eo quod poſſint unquam reintegrari: Et ad hoc ut hæc tàm ſalutaris, ac neceſſaria proviſio cuique ſemper innoteſcat, volumus, & mandamus per Dominos Antianos præſentes mandari imprimi, & in loco eorum ſolitæ reſidentiæ affigi quibuſcunque Civitatis Statutis, Conſuetudinibus, aliiſque incontrarium facientibus. Non obſtant. &c. Dat. Forolivii die 18. *Junii* 1656.

CARD. DE ACQUAVIVA LEG.

Non deſunt tamen qui prætendunt ſe exem-
4 ptos, de quibus *Cobell. ubi ſuprà num.*32. *cum ſeqq. Maſtrill. d. cap.*30. *n.*92. *cum ſeqq. Koppen. deciſ.*61. Advertendo in propoſito tria eſſe perſonalium munerum genera, quorum alia dignitatem annexam habent, quæ honores vocamus; Alia utilitatem exercitii, quæ ſordida dicuntur; Alia media, nec honores, nec ſordida; A duobus poſterioribus licèt multæ cauſæ excuſent, & relevent de quibus toto *tit. ff. & Cod. de vacat. & excuſat. mun.* à prioribus tamen, inter quæ Magiſtratum, & Senatoriam dignitatem connumeramus, non abſolvunt excuſandi cauſæ, niſi graviſſimæ, ut docet *David Mevius in Jus lubecenſe lib.*1. *tit.*1. *art.*6. *num.*6. *cum ſeqq.*

Notandum Poetas nulla immunitatis præro-
5 gativa juvari juxtà verba PHILIPPI *Imperatoris in l. Poetæ C. de Profeſſorib. & Medic. lib.*10. *ubi Amaya* poſt multa pulchra notabilia circa Poetas, & Poeſim, *n.*5. ſubdit. *Poetis denegatam fuiſſe immunitatem, quia cum Poeta naſcatur magis, quàm fiat, & poeſis ſit quoddam naturæ donum, & excellentiori ingenio proveniens, generoſus ille, & divinior Spiritus plauſu, & laudibus tantum contentus eſt, & ſic præmium nullum, aut privilegium majus dari potuit illi arti, niſi laudes.* Veriſimilius eſt, Poetas immunitatis prærogativa à PHILIPPO *Imperatore* privatos fuiſſe, quia Satyris, & contumeliis certabant, hominum vitia inſectabantur, & quando

Digitized by Google

doque etiam niſi liberè majorum gentium
Deos taxabant, qua de cauſa valdè fuerunt
odioſi ut teſtatur *Kloch de contribut. cap.15.
n.63. cum duobus ſeqq.* Imò libri Poetarum,
qui laſcivis argumentis, ſententiis, amato-
riiſque turpibus hiſtoriis, aut verbis petulan-
tibus utuntur, quique magis libidini, quam
pudori indulgent à Rep. ſunt exterminandi, ut
optimè comprobando docet *Amaya in obſervat.
Juris lib.3. cap.5. num.50. cum ſeqq.*

Nihilominus Poetæ poſteà Imperatoribus
ſeſe inſinuarunt, & ab illis in maximo prætio
habiti fuerunt, & ad talem benevolentiam
pervenerunt, ut lauro coronarentur, prout
Senatus Romanus de anno 1341. Franciſcum
Petrarcham magna populi frequentia, & con-
gratulatione in Capitolio laurea donavit; poſt
Petrarcham Eneas Sylvius, poſteà Pius II. ab
Imperarore Friderico III. Lauro Coronatus eſt,
ut proſequitur *Kloch ubi ſuprà n.67. cum ſeqq.*
Undè potiùs laudandi, & honorandi ſunt, præ-
ſertim cum Philoſophorum, & Poetarum te-
6 ſtimonia *in deciſionibus* tàm *Pontificiis*, quàm
Cæſareis citentur, & laudentur, ut in *can. Sa-
tyra p.1. diſt.2. can. Si quid veri p.1. diſt.37. in
cap. forus §. Jurgium de verb. ſignif. in Concilio
Turonen. 2. can.15.* ibi *ſicut ait Seneca in l. aut
facta 16. §. Quantitas in fine, & in l. Cicero 39.
ff. de pœnis in l. proponebatur §. Quod ſi quis ff. de
Judic. in l. legatis §. Pecoribus ff. de legat. 3. in l.
non facile §. Duorum fratrum ff. de gradib. in l.1.
ff. de donat. cauſ. mort. in l. ſi Uxor 13. §.1. ff. ad
leg. Jul. de adulter. in l.1. §. 1. ff. de contrahen.
empt.* & notat *Gonzalez. Tellez. in cap. cum omnes
6. num.10. de Conſtitut.*

Idque eo magis procedit in Poetis morali-
bus; exemplo *Platonis*, qui excluſit quidem
7 ab ejus Rep. illos antiquos Poetas, eorum-
que ſequaces, qui ſuperſtitioſis, falſis, &
inhoneſtis compoſitionibus paginas impleve-
runt, & animas legentium venenarunt, re-
preſentando Deos adulteros, & reos cujuſvis
enormis criminis; Non autem eos, qui do-
ctrinis, & documentis moralibus inſtruunt, ut
reſpondit *bo. me. D. Ludovicus Caſalis in ejus
diſcurſu Apologetico Romę impreſſo de anno 1670.
per Fabium Faleum.*

Majori tamen præmio, ſeù mercede non ju-
dicantur digni Poetæ, quam laude, & gratia-
8 rum actione, *ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſi-
mo D. Marco Battaglino Nucerino Epiſcopo, Reip.
literariæ benemerito in ejus opere inſcripto. Il
Legiſla Filoſofo lib.2. diſcorſ.20. ſub §. 13. & 14.*
loquente de præmio dato à Leone X. Poetæ, qui
in ejus laudem illi obtulit compoſitionem ibi.
*corriſpoſe con pari benignità, atteſtandone il gra-
dimento con lo ſpiegare in ſomigliante Poeſia le lo-
di dello ſteſſo Poeta, e l' obligo, in che lo haveva
poſto la di lui corteſia. Nè ſi creda, che queſta
azione morale anzi perfettamente magnanima tro-
vi luogo d' encomii nel noſtro diſcorſo, perche ri-
puti. mo indegna di più larga ricompenſa la poeſia,
perche ella è certamente il giardino dell' univer-
ſale facoltà delle ſcienze, nel quale ſi fà vaga pom-
pa de' fiori più fragranti, e più vezzoſi, i quali
tanto più ſi rendono vaghi, quanto che la ſiepe del
metro li reſtringe, e partiſce con leggiadra ſime-
tria con godimento dell' occhio, e con allettamen-
to delle narici; ma ſi commenda l'azione di* Leone,
*come conveniente al ſuo grado, così eſagerando il di
lui glorioſo Preceſſore* Gregorio *Magno lib.9. ep.
cap.48., che reputa tanto indecente l' accoglienze
de Poeti ſotto i Sagri manti degl' Apoſtoli, e tanto
incongrua la vanità di loro alla ſerietà del Pontifi-
cato, quanto i belletti ſul volto ſantificato da veli
delle Sagre Veſtali. E ciò anche perche l' adula-
zione peſte ſi abominevole delle Corti non trova og-
gi giorno Senſale, che la porti con maggior ſoa-
vità all' orecchie de Grandi affaſcinati da lei, de
Metri poetici; Roverſciando poi eſſa tutte le regole,
ch' habbiamo oſſervate della Diſtributiva, incan-
tati li ſenſi de' Dominanti dalla Magia venefica
dell' Adulatore.*

An autem poeſiam profitens admittendus
ſit ad Majoratum, ad quem vocatur is, qui
9 ſcientiam profitetur, latè examinat *Royas de
Incompatibilit. Regnor. & Majorat. par.1. queſt.12.
num.4. cum ſeqq.*

Cætera de Poeſi, & Poetarum ſtatu vidè
10 penès *Riſicat. de ſtatu homin. tom.2. pag.705. &
Cabrera de la Immunitad de los libros motivo 3.*

De juramento omnium Officialium Communis Faventiæ.

RUBRICA DECIMANONA.

Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli Officiales electi, extracti, ſeu quo-
modolibet deputati in Conſilio generali, vel alio quocunque modo teneantur in initio
eorum Officii, antequam illud exercere incœperint, jurare in manibus D.D. Antianorum
pro tempore de legaliter, fideliter, & ſinè fraude, dolo, vel negligentia eorum Offi-
cia exercere. Et quod ſi quid ad eorum manus pervenerit, quod ad Communitatem
quoquomodo ſpectaret, de reddendo, dando, & ſolvendo dictæ Communitati. Idemque
ſervari debeat, & ſervetur in Antianis, & Conſiliariis quibuſcunque de cætero eligendis.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 Juramentum præſtandum eſt à quolibet Officiali de cunctis ſibi commiſſis bona fide agendis, & Adminiſtrandis. Ampl.num.2.

OBSERVATIO.

Quæ dicta fuerunt ſuprà *in obſerv. ad Rubr.* 11. *n.*47. *& ſeqq. & Rubr. VI.* circà juramentum præſtandum ab Antianis, & Magiſtratibus procedit etiam reſpectu aliorum Officialium, cum quilibet Officialis teneatur præſta-
2 re juramentum de cunctis ſibi commiſſis bona fide agendis, & adminiſtrandis, ut firmat *Mylerius in ſua hyparchologia cap.*6. *n.*107. *cum ſeq.* ubi tenet procedere; quamvis Officialis electus, ſuſceptus, & confirmatus fuerit à Principe.

Quod nullus Doctor poſſit exercere Officium Judicatus, ſeu Advocationis, niſi prout infrà.

RUBRICA VIGESIMA.

Statuimus, & Ordinamus, quod nullus Doctor poſſit eligi ad aliquod Officium Judicatus Communis Faventiæ, vel patrocinium ſubire pro aliquo in aliqua cauſa civili, vel criminali, ſeu mixta, niſi primo fuerit approbatus, & deſcriptus in ordine, & matricula Doctorum, & Tabellionum Civitatis Faventiæ. Et niſi ſtuduerit Bononiæ, vel alibi, ubi vigeat ſtudium generale quinque annis continuè in Jure civili, vel Canonico, & ejus Doctoratus privilegium oſtendat, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 Cultus Juſtitiæ eſt neceſſarius pro tranquillitate Reip.

2 Viri doctrina, integritate; honeſtate, & aliis præditi virtutibus, de quibus ibi remiſſivè deſiderantur in juſtitia adminiſtranda.

3 Ad Judicaturam in Civitate *Faventiæ* quis eligi non valet, niſi copulativè præcedat approbatio, & deſcriptio in ordine, & matricula Doctorum, & ſtudium quinquennale in Civitate Bononiæ, vel in alio ſtudio generali.

4 Procuratoris, & Advocati exercitio in Civitate *Faventiæ* incumbere volens debet priùs deſcribi in matricula Doctorum, & docere de ſtudio quinquennali in Civitate Bononiæ, vel in alio ſtudio generali.

5 Fiſci Advocatus non poteſt eſſe qui in legibus per quinquennium non ſtuduerit.

6 Procuratores in Urbe non admittuntur ad patrocinium cauſarum Rotalium, niſi prævio examine coram Decano Rotæ fuerint approbari, vel niſi ab eodem Decano conceſſa fuerit licentia patrocinandi.

Procuratoris, & ſollicitatoris officium exercere volens in Curia priùs examinandus, & approbandus eſt num.8.

7 In Cathalonia examinantur Procuratores publico examine.

8 Scientia præſumpta deducta ex præcedenti Doctoratu non ſufficit, quando pro forma ſtatuti, vel Conſtitutionis requiritur examen illius, qui inſtat pro admiſſione ad Collegium, ſed iterùm examinandus eſt. Limita num.9.

9 Doctor valdè excellens, & maximi nominis abſque præcedenti examine admittendus eſt ad Collegium.

10 Doctoratus, Licentiatura, vel Magiſterium requiſitum ad obtinendam Dignitatem, Beneficium, vel Canonicatum debet obtineri à publica Univerſitate approbata, aliàs non ſuffragatur, & Dignitas, & Beneficium aliter obtentum vacat, & Proviſus non facit fructus ſuos ultrà alias pœnas.

OBSERVATIO.

A Inter majores curas pro rectè, & tranquillè conſervanda Rep. connumeratur cultus
1 juſtitiæ, pro qua proindè adminiſtranda deſiderantur Viri doctrina, integritate, ho-
2 neſtate, & alijs prædití virtutibus, de quibus ſuprà in *Obſerv. ad Rub. V. n.*8. *cum ſeqq.*

Noſtri igitur Statuentes prohibuerunt quempiam Doctorem ad officium Judicatus eligi, niſi copulativè præcedat approbatio, & de-
3 ſcriptio in ordine, & matricula Doctorum, & ſtudium quinquennale in Civitate Bononiæ, vel in alio ſtudio generali, ut de ſimili *Statuto Mediolani* requirente ſtudium ſexennium *Carpan, ad idem ſtatum lib.*1. *cap.*414.

Idemque diſponit quoad eos, qui patrocinio cauſarum incumbere volunt, quod conſo-
4 nat cum diſpoſitione *Juris Communis ad tex. in l. Jubemus §. Ne de cætero ibique gloſſ. in verbo per ſtatuta C. de Advocat. diverſ. Judic. gloſſ. in l.*1. *§. Advocatus §. Quoquo ff. de var. & extraord. cognit. & Xamar. de offic. Jud. & Advoc. par.*2. *quæſt.*1. *num.*5. & tradit *Fragoſ. de Regim. Reip. par.*1. *lib.*5. *diſp.*13. *n.*264. ubi etiam teſtatur de uniformi *lege Hiſpaniarum*. Quod certius procedit in Fiſci Advocato, ad cujus officium non poteſt aſſumi, niſi qui ſtuduerit in legibus
5 per quinquennium *l. petitiones C. de Advocat. diverſ. Judic. Peregr. de Jure Fiſci lib.*7. *tit.*2. *n.*6. & de ſimili *Conſtitutione Bleſenſi art.*84. mandante Nobiles albo Patronorum non adſcribi, niſi probaverint per triennium Juri operam dediſſe, & Ignobiles per quinquennium teſtatur *Langleus Semeſtr. lib.*1. *cap.*2. *in princ.* ubi etiam notat in Britania à pleriſque primatiis Judicibus

cibus conſtitutum eſſe, inconcuſſeque ſervari, neminem in album ſui fori Cauſidicorum adſcribi, niſi priùs doctrinæ, eruditioniſque ſuæ periculum fecerit, publiceque de Jure responderit. Et in Urbe non admittuntur Procuratores ad patrocinium Cauſarum Rotalium, niſi
6 prævio examine *coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Decano Rotæ* fuerint approbati, vel niſi ab eodem *Illuſtriſſimo Decano* eis conceſſa fuerit licentia ſcribendi, & informandi in eodem Tribunali, ut diſpoſitum fuit per PAULUM V. *in ejus Bulla ſuper reformatione Tribunalium Urbis* la 71. §. 18. ibi-- *non omnes paſſim, ſed hi ſolum ad procurandum in Rotæ Auditorio admittantur, qui doctrinæ uſus, & morum examen ſubierint, & per ipſius Rotæ Decanum, vel alium loco Decani arbitrio Rotæ deputandum, adhibitis duobus, vel tribus Procuratoribus ab ipſorum Collegio deputatis, ſuper his univerſis approbati fuerint &c.* quod examen priùs fieri mandaverat coram V. Cancellario, vel ab eo deputando MARTINUS V. *in ejus Bulla* 5.§.14.*Bullar nov. tom.*1. Et Reip. valdè utilius eſſet ſi generaliter quo ad omnes patrocinare volentes etiam extra Tribunal Rotæ ſervaretur diſpoſitio *Bullæ B. Pii V. in Bullario veteri la* 79. ibi *decernimus, & mandamus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus quivis modernus cauſarum Procurator, ſeù Sollicitator exceptis in Collegio Procuratorum hactenùs deſcriptis, & matriculatis, & aliis ab eiſdem Reformatoribas approbatis coram quibuſcunque Judicibus Romanæ Curiæ comparere, & proceſſus inſtruere, ac Procuratoris, ſeù Sollicitatoris officium exercere, niſi prævio examine ſuper ejus doctrina, qualitate, & moribur, à ſupradictis quibus negotium reformationis hujuſmodi commiſimus probatus, & ad hujuſmodi munus procurationis, ac ſolicitationis admiſſus fuerit, cujus nomen ſit annotantum in cedula, eorumdem Deputatorum manu ſubſcripta, & Judicibus quorumcumque Tribunalium Urbis per Curſorem intimata. Alii verò qui de cętero perpetuis futuris temporibus Procuratores, & ſollicitatores cauſarum fieri, illorumque officium exercere voluerint, illud nullatenùs exercere valeant, niſi etiam cum licentia prævio examine, ut ſupra inſcriptis habita à præſentibus Almæ Urbis Gubernatore, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditore, noſtro in ſpiritualibus in hac Alma Urbe Vic., ſeu V. Gerente, & Almæ Urbis Senatore, Collegii Auditorum Rotæ, & Clericorum Cameræ Apoſtolicæ Decanis Romanæ Curiæ Judicibus, & de tali licentia in cauſis, in quibuſcomparuerint fidem faciant.* In Cathalonia quoque examinantur Procuratores publico
7 examine ut teſtatur *Fontanell. dec.* 198.*n.*1.*par.*1. Et quoties à Statuto Collegii, vel ex Conſti-
8 tutione requiritur pro forma examen illius, qui inſtat pro admiſſione, tunc non ſufficit præſumpta ſcientia deducta ex Doctoratu præcedenti, ſed iterùm examinandus eſt per tex. *in l. nemo C. de Advocat. diverſ.* tradit *Jo. Baptiſta Magnonius de recta patrocinan. ratione cap.*41. *n.*20. *Quintilian. Mandoſ. conſ.*97. *n.*14. *cum ſeq.*
9 Si tamen Doctor ſit valdè excellens, & maximi nominis ſinè examine recipi poteſt, & debet ut relato *Rebuff. in prin. benefic. tit. de Regiæ ad Prælat. nominat. verbo excellentis doctrinæ pag.*566. tradit *Barboſ. Vot. deciſiv. lib.*3. *vot.*125. *num. finali*.

In propoſito præſentis materiæ non videtur incongruum adnotare, quod quoties ad aſſequendum aliquod Beneficium, & Dignitatem Eccleſiaſticam requiritur Doctoratus, Magi-
10 ſterium, vel Licentiatura, tunc debet obtineri in aliqua publica Univerſitate, alioquin non ſuffragatur juxtà diſpoſitionem *Bullæ B. Pii V. in Bullar. nov. in ordine la* 7. *vol.*2. & reſolutum fuit à *Sac. Congregatione Concilii* 22. *Julii* 1673. cum ſubſequuta approbatione *Sa. me.* CLEMENTIS X. ut ex ſequenti Decreto.

Die 22. *Julii* 1673. *Sac. Congregatio EE. S. R. E Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animadvertens, quam plures impetrare, ac obtinere Dignitates, ac Beneficia ex præſcripto Sacrarum Conſtitutionum, aut Decretorum ipſius Concilii gradum aliquem requirentia non obſtante quod gradus hujuſmodi aſſequuti non fuerint in publica, & approbata Univerſitate contra formam Conſtitutionis B. Pii V. incipientis Quamvis a Sede Apoſtolica &c. ac volens propterea tam utilium Conſtitutionum obſervationi in poſterùm conſtanter proſpicere, inherendo Conſtitutioni præfatæ, ac declarationibus aliàs factis, iterùm decrevit, quod gradus Magiſterii, vel Doctoratus, aut Licentiaturæ à dd. Sacris diſpoſitionibus requiſiti debeant eſſe recepti, ſeù reſpectivè recipi in publica, & approbata Univerſitate, aliàs præter pœnas ab ipſis ſanctionibus contrà inobſervantes inflictas, præfatæ Dignitates, vel Beneficia aliter collata vacent eo ipſo, ac proindè taliter proviſi non faciant fructus ſuos, eaque ex hoc capite impetrari poſſint.*

Et die 26. *ejuſdem facta de præmiſſis relatione Sanctiſſimo D. N. Sanctitas ſua præſens Decretum approbavit, obſervari mandavit, & publicari.*

*Ita reperitur in regiſtro autographo Decretorum ejuſdem Sacræ Congregationis lib.*28. *fol.*135. *ut teſtatus fuit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Antonius Secretarius.*

De Officio, & juriſdictione Judicum Equi, & Bovis.

RUBRICA VIGESIMAPRIMA.

CUm ſuprà Statutum fuerit de duobus Judicibus eligendis. Uno videlicet ad Tribunal Equi; Alterò verò ad Tribunal Bovis. (A) Ordinamus, quod ipſi Judices, & eorum quilibet habeant juriſdictionem (B) ordinariam à Communi ad cauſas, & in cauſis civilibus quibuſcumque, & maximè in cauſis pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, ſedereque poſſint in palatio Communis reſidentiæ Domini Poteſtatis. Et hujuſmodi cauſas audire, & terminare poſſint, & debeant ſummarie, ſimpliciter, de plano,

hinc

ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, niſi tamen præventi (C) fuerint in hujuſmodi cauſis à D. Poteſtate Civitatis Faventiæ. Et Notarii, qui electi fuerint ad eorum Tribunalia ſoli debeant ſcribere acta dictarum cauſarum; Ipſique ſoli Judices, & quilibet eorum, & non alii Judices poſſint interponere decreta (D) in obligationibus, & alienationibus quibuſcumque, & maximè contractibus pupillorum, & minorum, ac in eorum tutelis, & curis, & in confectionibus inventariorum hujuſmodi turorum, & curatorum, dummodò dicta decreta per eos interponantur cum cauſæ cognitione, & non aliter. Aliàs decretum hujuſmodi aliter interpoſitum ſit, & eſſe intelligatur ipſo jure nullum. De quibus tamen decretis, tutelis, curis, alienationibus, & contractibus dictorum pupillorum, & minorum quilibet Notarius Civitatis Faventiæ poſſit ſe rogare, & de eis inſtrumenta conficere. Et quod præſumatur hujuſmodi cauſæ cognitionem (E) interveniſſe, ſi hoc fuerit dictum, vel affirmatum per Judicem, quod intervenerit in talis decreti interpoſitione. Qui Judices pro hujuſmodi decreti interpoſitione habere debeant à partibus ſolidos quinque bonenorum (F) ſi interponatur decretum in dicto Palatio; Si vero alibi in dicta Civitate ſolidos X. bonenorum; Si vero in Comitatu, ſeu Diſtrictu ſolidos XX. bonenorum.

SUMMARIUM.

1 Judices Equi, & Bovis ſumpſerunt hujuſmodi denominationem ab inſignis depictis ſupra Banchum, ſeù Sedem cujuslibet eorum poſitam in Sala Palatii Communitatis Faventiæ.

2 Mediolani eliguntur duo Judices, nempè unus ad ſignum Galli, & alter ad ſignum Equi.

3 Bononiæ eligitur Judex Aquilæ.

4 Judices *Equi*, & *Bovis* nullam aliam juriſdictionem exercent præter eam interponendi decreta in contractibus pupillorum, mulierum, & minorum, quæ ipſis competit privativè quoad Gubernatorem & n. 12. cum ſeqq.

5 Juriſdictione in ſolidum pluribus competente præfertur qui præoccupavit, cum ſit locus præventioni.

6 Præventio inducitur per ſolam citationem.

7 Præventionis materia tam in civili, quàm criminali remiſſivè.

8 Inferiori non cenſetur conceſſa juriſdictio privativè quoad habentem ordinariam, ſed potiùs cumulativè.

9 Declara procedere in dubio, ſecùs ubi ex tenore conceſſionis conſtat de mente concedendi privativè.

10 Amplia etiamſi in conceſſione juriſdictionis adſit illa dictio *tantùm*, vel illa verba *ſolus cognoſcat*. Vidè n. 11.

Limita quando in conceſſione leguntur illa verba *nullus alius cognoſcat* n. 12.

11 *Cancer. var. reſol. part. 2. cap. 2. nu. 233.* reprobatur.

13 Gubernator *Faventiæ* poteſt interponere decretum in contractibus pupillorum, & minorum, ac in datione Tutorum, & Curatorum. Contrarium n. 14.

15 Ex injuſta, & mala interpoſitione decretorum Judicum in contractibus pupillorum, minorum, & mulierum reſultat graviſſimum præjudicium contrahentibus, & Reip.

16 Judices, qui interponere debent decreta in contractibus pupillorum, minorum, & mulierum, eligendi ſunt doctrina, & integritate conſpicui.

17 Judices delinquentes circa interpoſitionem decretorum in contractibus pupillorum, minorum, & mulierum ſeveriſſimè puniri debent mediante publicatione bonorum, & Dignitatis amiſſione, ultrà refectionem damnorum, & intereſſe. Vidè ibi.

18 Contractus minorum, pupillorum, & mulierum non deberent ſtipulari priuſquàm per diem ante confecta eſſet minuta inſtrumenti, illaque Judici, qui interponere debet decretum communicata.

19 Decretum Judicis præſumitur ritè, & rectè, ac cum cauſæ cognitione in contractibus interpoſitum, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.

20 Limita primo ex brevitate temporis, in qua Judex veriſimiliter non potuit ſe informare.

21 Sublimita quando concurrit conſuetudo interponendi incontinenti decreta.

22 Limita ſecundo in decretis interpoſitis à Magiſtratibus minoribus indoctis, & nullam literam habentibus.

23 Limita tertio quando ex lectura inſtrumenti apparet de ejus vitio viſibili.

Limita quarto quando conſtat cauſam expreſſam eſſe inſufficientem, & ineffiacem n. 24.

Decretum interpoſitum in inſtrumento, de cujus vitio viſibili conſtat, eſt nullum ac ſi non fuiſſet interpoſitum n. 23.

25 Cognitio cauſæ in interpoſitione decreti Judicis in contractu cenſetur interveniſſe, quoties Judex id affirmavit ſecundum diſpoſitionem *Statuti Faventiæ*.

26 Merces Judicibus Equi, & Bovis pro interpoſitione decretorum in contractibus quanta ſit.

OBSERVATIO.

A Duo Judices Equi, & Bovis, qui quotannis eliguntur in Feſto S. Thomæ, eam denominationem Equi, & Bovis ſumpſerunt ab Inſignis depictis ſupra Banchum ſeù Sedem cujuſlibet eorum poſitam in Sala Palatii Communitatis, ut teſtatur *bo. me. D. Tondoſius in Hiſtoria Faventina par. 3. fol. 405. ſub verſ. Morì* ibi — *leggeſi in oltre un inſtrumento d'affitto celebrato nella Sala del Palazzo del Commune di Faenza, dov'era-*
1 no

no i Banchi de i Giudici del Bue , del Cavallo, e
dell' Aquila coſì denominati dall' Inſegna dipinta
ſopra riaſcheduno per diſtinzione d'uno dall' altro.
Il Giudice dell'Aquila era quello de maleficii, e cri-
minalità, quelli del Bue, e del Cavallo, che ſino al
dì d'hoggi ſi conſervano, ſervivano, e ſervono ad
interporre i decreti ne i contratti de' Minori, e Don-
ne conforme al Statuto.

Similiſque denominatio alibi etiam practi-
2 catur, prout Mediolani eliguntur duo Judices,
nempè unus ad ſignum Galli, & aliter ad ſignum
Equi, ut reſtatur *Carpan. ad Statutum Mediolani*
tom.2. cap. 6. nu.1. & de Judice ad ſignum Galli
meminit *Rot. in Mediolanen. Bonorum 27. Aprilis*
1668. coram Eminentiſſimo Carpineo 5. Tertio de-
nique cum ſeq. impreſſ. penès Torre de pact. futur.
ſucceſſ. dec. 76. ſub n.2. cum ſeq. Et in Civitate
3 Bononiæ eligitur Judex Aquilæ, ut in ejus *Sta-*
tuto lib.1. Rub. de officio Judicis Aquila.

B Hodiernis temporibus nullam aliam juriſdictio-
nem exercent præter illam interponendi decre-
4 ta in contractibus Pupillorum Mulierum, & Mi-
norum juxtà tenorem *Statuti lib. 1. Rub. XXI.*
lib.3. Rub. XVII. & lib.7. Rub. XXV.

C Juriſdictione pluribus in ſolidum competente
5 præfertur qui præoccupavit, cum ſit locus præ-
ventioni *Bart. in l. final. n.4. ff. uti poſſidetis Ton-*
dut. de prævent. par.2. cap. 45. nu.2. Cancer. var.
reſol. par.2. cap.2. nu.224. Rot. in rec. deciſ. 254.
n.28. part. 19.

Præventio autem inducitur per ſolam cita-
6 tionem *l. ſi quis poſtea ff. de Iudic. C. propoſuiſti de*
foro Compet.

Cætera de *prævent.* vidè *Tondut.* in ſuo par-
7 ticulari tractatu, & in materia criminali vidè
Conciol. reſolut. criminal. in verbo Præventio.

I Inferiori regulariter non cenſetur conceſſa
juriſdictio privativè, quoad habentem ordina-
8 riam, ſed potiùs cumulativè, ut probat *tex. in*
cap. per hoc de hæretic. in 6. in Clementin. 1. eodem
tit. in l. 1. C. de Offic. Præfect. Vrb. l. final. C. de
Juriſd. omn. Iudic. Felin. in cap. Paſtoralis nu. 2.
de offic. Ordin. plenè *Roman. conſ. 393. nu.1. cum*
ſeqq. Cancer. var. reſol. par.2. cap.2. n.221. Emi-
nentiſſimus de Luca de juriſdict. diſcurſ. 86. nu.6.
cum duobus ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 912.
n.4. coram Bichio dec. 474. n.12.

Quòd procedit in dubio, ſecùs ubì ex tenore
conceſſionis conſtat de mente concedendi pri-
9 vativè, ut declarat *Rot. in rec. dec. 121. num.3.*
par.1. & d. dec. 474. n.13.

Nec receditur a prædicta regula ex quo in
conceſſione juriſdictionis adſit illa dictio *tan-*
10 *tùm*, vel legantur ea verba *ſolus cognoſcat*, cum
adhuc non cenſeatur conceſſa juriſdictio priva-
tivè quoad Judicem Ordinarium, ſed cumulati-
vè, ut reſpondit *Dec. conſ. 3. Roland. conſ. 80. n.10.*
vol. 2. & cum aliis tenet *Petrus Barboſa ad l. 1.*
art. 4. nu.99. cum ſeqq. ff. de judic. licèt hæc con-
11 cluſio non videatur vera *Cancerio d. cap. 2.*
n.223. & aliis allegatis per *Barboſ. ubì ſuprà n.98.*

Benè quidem receditur, quando (prout diſ-
ponit noſtrum *Statutum*) in conceſſione juriſ-
dictionis, ultra verbum *ſolus* leguntur alia ver-
12 ba *nullus alius cognoſcat*, cum eo caſu cenſeatur
conceſſa privativè, ut tradit *Felin. in d. cap. Pa-*
ſtoralis ſub n.2. verſ. limita tertiò, & diſtinguen-
do, ac conciliando dictas contrarias opiniones
tenet *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quaſt. 40. n.8.*
quem ſequitur *Barboſ. ubì ſuprà n. 106. cum ſeq.*

Hinc (ſalva debita reverentia) non videtur
ſubſiſtere, quòd quoad Illuſtriſſimum Guber-
natorem, tanquàm in Civitate ſupremam au-
ctoritatem habentem, poſſit interponere decre-
13 ta in contractibus pupillorum, & minorum, ac
in datione Tutorum, & Curatorum &c. ut re-
ſpondit *Rot. coram Manzaned. deciſ. 867. num.5.*
dum clarè conſtat de expreſſa voluntate conce-
14 dendi juriſdictionem privativam, attentis illis
verbis *ipſi ſoli judices, & quilibet eorum, & non*
alii judices poſſint interponere decreta &c. ex *Fe-*
lin. Menoch. & Barboſ. ſuprà allegatis.

Convincitur ulteriùs ponderando, quòd in
caſu juriſdictionis contentioſæ conceſſa fuit cu-
mulativa, cum præſervata fuerit præventio,
quæ ſupponit pluribus juriſdictionem in ſoli-
dum competere ex *ſuprà allegatis*, in caſibus ve-
rò voluntariæ juriſdictionis ſtatuentes uſi fue-
runt ſupradictis verbis privativam juriſdictio-
nem præſeferentibus, ex quo diſcretivo modo
loquendi eo magis eligitur eorum voluntas, &
intentio ex *vulgatis*.

E Aliquando Judices mole cauſarum, & negotio-
rum oppreſſi, multotiès ob incuriam & nimiam
15 facilitatem, ac ſola aviditate conſequendi ſo-
litam mercedem, & quandoque ex imperitia,
non adhibitis debitis diligentiis, & informa-
tionibus, ac omnibus partibus contractus, &
obligationis non benè rimatis, nec pupillis,
minoribus, & mulieribus contrahentibus in-
ſtructis circa relevantiam eorum obligationis,
& contractus, feſtinanter interponunt decreta
in graviſſimum præjudicium Contrahentium,
& Reip. cum ex indè ut plurimum oriantur,
jurgia, inimicitiæ, lites, & controverſiæ ad
tradita per *Simoncell. de decret. lib.1. tit.1. nu.9.*
cum ſeq. qui invenit contra Judices indebitè in-
terponentes decreta; quibus malis cauti, ac
juſti Principes, & Superiores ſumma vigilantia
16 occurere debent, permittendo ſolùm Judici-
bus doctrina, & integritate conſpicuis interpo-
ſitionem hujuſmodi decretorum, ac ſeveriſſi-
17 mè puniendo delinquentes in eorum officio
mediante publicatione bonorum, & Dignitatis
ammiſſione juxtà *Tex. in l. Iubemus la 2. §. His*
quoque ibique Salicet. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Ne-
vizan. conſ. 21. num.10. Simoncell. d. tract. lib.3.
tit.8. inſpect.6. n.48. Ultrà refectionem damno-
rum, & intereſſe favore pupilli, vel minoris,
quando juxtà conſuetudinem introductam con-
currant in Magiſtratu dolus, aut lata culpa, ut
reſpondit *Rot. in rec. dec.60. in princ. par. 3.* vel
dolus, & barattaria, ut cenſuit in *dec.116. nu.*
finali par.4. tom.2. Ac valdè utile eſſet, ſi pœnali
lege a Principe prohiberetur ſtipulatio ſimi-
18 lium, contractuum, & obligationum priuſquam
confecta eſſet minuta Inſtrumenti rogandi illa-
que, ſaltem per diem ante communicata Judici

eoque

eoque tunc plenè informato prout ſanctè, ac
juſtè per varia Statuta locorum diſpoſitum eſſe
teſtatur, & laudat *Simoncell. de decret. lib.1.
tit.1. n.34. in fine*,

Regulariter tamen præſumitur, decretum
ritè, & rectè, ac cum cauſæ cognitione fuiſſe
19 interpoſitum omniaque ſolemniter, & rationa-
biliter geſta, & contrarium aſſerenti incumbit
onus probandi *Alex. conſ.80.n.5. cum ſeqq.lib.5.
Cephal. conſ.651. n.17. Cyriac. Controv. 182. n.7.
Adden.ad Ludoviſ. dec. 406. num.20. Gratian.di-
ſcept.952. n.23. Thomat. dec. 68. n.60. cum ſeqq.
juncto n.73. Surd. dec.234. n.7. cum ſeqq. part. 2.
Rot. penès Cenc.de cenſ. dec. 23. nu.1. & 5. & de-
ciſ. 503. n.13. & in diverſ. dec. 348. ſub num. 3.
par.4. coram Bichio dec.58. n.11. coram Card. Ca-
valer. dec.479. n.2.verſ.facit coram Eminentiſſimo
Cerro dec.644. n.5.*

Quæ præſumptio ceſſat ex brevitate tempo-
20 ris, in qua veriſimiliter non potuit Judex eo-
dem momento, & contextu, quo cauſam intel-
lexit, & decretum interpoſuit ſe informare, an
expediret pupillo, & minori ad contractum, &
obligationem devenire, ut firmant *Pariſ.conſ.98.
n.19. vol.1. Nevizan. conſ.85. n.4. cum aliis alle-
gatis per Ciroch.diſcep.54.n.50.*juncta *diſcept.71.
n.39.* & reſpondit *Rot. coram Cavaler, deciſ.257.
num.* 10.

Verùm id non procedit, quando concurrit
conſuetudo incontinenti interponendi decre-
21 tum, nam tunc adhuc pro validitate, & juſtitia
illius præſumitur, ut reſponderunt *Cenc. de
cenſ. quæſt.15. n.10. Ciroch. loc. cit. in fine, Sena-
tus Pedemontanus penès Surd. deciſ.334. ſub nn.5.
cum pluribus ſeqq. par. 2. Vreeol. conſultat. 28.
nu.26. cum duobus ſeqq. tom.1.*ubi advertit, præ-
ſumi Judicem antè decreti interpoſitionem ſe
extrajudicialitèr informaſſe de ſufficientia cau-
ſæ, vel uno, eodemque tempore negotium di-
ligentèr examinaſſe *Rot.coram Put. dec.364.n.2.
lib.1. diverſ. dec.348. n.4. par.4.*

Prout etiam non habet locum præfata præ-
ſumptio, quando decretum interpoſitum fuit à
22 Magiſtratibus minoribus indoctis, & nullas ha-
bentibus literas, quales judicantur Magiſtra-
tus Municipales, & pedanei à *Bald.* quem cum
Bart. Iaſ. & Azor. diſtinguendo ſequutus fuit
*Pariſ.d. conſ.98.n.21. & Pic.ad Statut. Vrb.lib.1.
cap.151. gloſſ.21. n.34.* ubi ſubdit id eſſe notan-
dum contra Judices ab Inclyto Populo Romano
in diſtrictu deputatos ad decreta interponenda,
qui cum deputentur nullo prævio examine, &
ſæpè ſint literarum ignari, non eſt præſumen-
dum pro eis, nec pro eorum decretis.

Paritèr non præſumitur pro decreto Judicis,
quando ex lectura inſtrumenti apparet de ejus
23 vitio viſibili, quo caſu decretum eſt nullum
Aleiat.de præſumpt. regul.3. præſumpt.10. nu.11.
& perindè habetur ac ſi non fuiſſet interpoſi-
tum *Simoncell. de decret.lib.3. tit.7. diſp.3. n.51.
verſ. quando igitur*.

Idemque procedit, quando conſtat cauſam
24 expreſſam eſſe inſufficientem, & inefficacem
*Rot.penès Pic.ad Stat.Vrb. deciſ.32. num.4. coram
Dunozet. jun. deciſ.805. num.4. in rec. deciſ. 171.
nu.9. par.11.*

Cæterùm ex diſpoſitione noſtri *Statuti* præ-
ſumitur cognitionem cauſæ interveniſſe, quo-
25 ties Judex id affirmaverit; exindè tamen non
excluditur, quin in contractu exprimi debeat
cauſa, ut infrà in *Obſerv. ad Rubr. XVII. lib. 3.*
firmatur.

F Merces, ſeù ſtipendium ſolvendum Judicibus
Equi, & Bovis pro interpoſitione decretorum
26 in actibus voluntariæ juriſdictionis modernis
etiam temporibus regulatur ſecundùm diſpoſi-
tionem præſentis Statuti.

De electione, officio, juramento, & mercede Nunciorum publicorum Communis Faventiæ.

RUBRICA VIGESIMA SECUNDA.

STatuimus, & ordinamus, quod per DD. Antianos pro tempore exiſtentes, & Cives adjunctos de conſilio generali eligantur, & deputentur quoniam oportum fuerit decem Nuncii (A) publici per electionem ad fabas albas, & nigras qui portare debeant inſignia (B) Communitatis Faventiæ in bireto, ſeu galero, ita quod publicè videri poſſint, & teneantur exequi mandata, citationes, & commiſſiones dictorum DD. Antianorum, Poteſtatis, & aliorum Officialium Civitatis Faventiæ. Et non poſſint recuſare facere, & exequi dicta mandata, & citationes ſub pœna privationis eorum Officii, qui teneantur ante ingreſſum, & exercitium eorum Offici præſtare fidejuſſionem libr. vigintiquinque bononorum, ac jurare (C) de bene, fideliter, & legaliter eorum Officium exercendo in manibus præfatorum Dominorum Antianorum ſub dicta pœna privationis Officii. Et quod nullus ex dictis Nunciis poſſit compelli ſolus de nocte pro exequendo aliquam commiſſionem, & mandatum, & quod poſſint impune arma deferre. Et quod ſint immunes ab omnibus, & ſingulis collectis realibus imponendis, etiam ſi fuerint deſcripti in libris æſtimorum Communis. Et habeant, & habere debeant à Commu-

nita te Faventiæ pro eorum ſalario lib. xxiii. bonenorum ſingulo anno pro eorum quolibet; & plus, & minus, prout deliberatum fuerit per Conſilium generale dictæ Civitatis. Et quòd non poſſint, nec debeant accipere prò executione alicujus citationis, commiſſionis, & mandati per eos, vel unum eorum fienda per Civitatem Faventiæ, & in ſuburbis niſi denar. iiii. nec aliquid aliud pro ſua mercede (D) accipere queant. Et ſi ad inſtantiam alicujus privati ſe contulerint pro exercendo dicto eorum Officio extra Civitatem Faventiæ accipere, & habere poſſint pro eorum mercede denarios xii. pro primo miliari, & pro aliis denariorum ſex pro quolibet milliari, & non ultra, ſive ſe contulerint ad exequendum citationes, commiſſiones, & mandata prædicta, ſeu ad dandum vel accipiendum tenutam ex primo, ſive ex ſecundo decreto, ſeu ad pignorandum, vel pignorari faciendum aliquem. Et quorum Nunciorum relationibus in prædictis adhibeatur plena, & indubitata fides; (E) teneantur tamen præfati Nuncii exequi mandata DD. Antianorum, & Conſilii generalis Civitatis Faventiæ, & Scribarum dictæ Communitatis ex cauſa publica abſque mercede aliqua, in comitatu tantum, & Diſtrictu Civitatis Faventiæ dummodo per eos pro executionibus hujuſmodi mandatorum, non ſit pernoctandum. Et non poſſit aliquis dictorum Nunciorum ire extra diſtrictum Faventiæ abſque licentia expreſſa DD. Antianorum, pœna pro qualibet vice amiſſionis lib. quinque Communi Faventiæ applicandarum.

SUMMARIUM.

1 Nuncii varia ſortiuntur nomina tàm de Jure communi, quàm ſecundùm locorum varietatem, dè quibus ibì.

2 Nuncii conditio reputatur vilis; ac ipſi cenſentur infames.

3 Nuncii deberent eſſe perſonæ divites, & approbatæ.

4 Curſores Papæ ſunt perſonæ divites, & approbatæ.

5 Curſoribus Papæ major fides adhibetur, quàm aliis Nunciis, cum eorum Officium ſit honorabile.

6 Nuncii ſignum aliquod portare debent.

7 Curſores portant veſtem laneeam coloris violacei, & in manibus virgam ſpinoſam occaſione intimationis Conſiſtorii, & Cappellæ, aut alterius publicæ functionis gerendæ à Pontifice, vel à Collegio Cardinalium.

8 Nuncii publici deputantur à publico.

9 Nuncii docere debent de deputatione, vel ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exercendi Officium.

10 Nuncii juramentum de benè, & fideliter administrando Officium præſtare tenentur antequam illius exercitium incipiant. Vidè ibi.

11 Nuncii mercedem pro eorum labore conſequi debent juxta taxam per leges, ſtatuta, & locorum conſuetudines præſcriptam. Limita num. 12.

13 Curſores Urbis intimare debent abſque mercede nonnullas functiones. de quibus ibì.

14 Nuncio refferrenti aliquem citaſſe plena fides adhibetur.

15 Admittitur tamen probatio in contrarium.

16 Ex negativa dicitur probata, ſi quis cum juramento neget ſe fuiſſe citatum, dumodò negans ſit vir laudabilis vitæ, & maximè ſi ſit in dignitate conſtitutus. Decl. nu.17.

18 Nuncio atteſtanti contrà relationem à ſe factam non creditur, ſed ſtatur ejus primo dicto.

19 Nuncio atteſtanti non citaſſe non creditur, quando in actis conſtat de ejus relatione.

20 Nuncius puniri debet, dùm teſtatur aliquem citaſſe, quamvis non ſit verùm, & qua pœna.

21 Nuncii materiam remiſſivè.

OBSERVATIO.

A Nuncii tàm in Jure, quàm ſecundum locorum varietatem varia ſortiuntur no-
1 mina, nàm in Jure appellantur *Miſſi*, *Officiales*, *Apparitores*, *Executares*, *Porterii* ex adductis per *Specul. lib. 2. part. 2. tit. de citat. §. Sequitur num. 5.* In diverſis verò locis nuncupantur *Plazarii*, proùt *Faventiæ*, *Mazzerii*, *Bajulini*, *Viatores*, & in Curiis Vicarii, Gubernatoris, & Capitolii Urbis dicuntur *Mandatarii*, qui autem inſerviunt aliis Curiis vocantur *Curſores* Papæ, ut probat *Gratioſ. Ubert. de citat. tom. 1. cap. 7. num. 38. verſ. Et ſecundùm cum ſeq. & tom. 3. cap. 12. num. 370. D. Zacch. de Salar. quæſt. 79. num. 1. cum ſeq.*

Regulariter, ac ferè in omni Tribunali, &
2 loco eorum conditio reputatur vilis *Bart. in extravag. ad reprimendum verbo per Nuncium num. 1. cum ſeq. Tiraquel. de retract. Lignager. §. 8. gloſſ. 9. nu. 2. Felin. in cap. prudentiam nu. 13. de Offic. de leg.* Imò cenſentur infames, ut notant *Bart. & Tiraquell. loc. citat. & Ubert. ubì ſuprà dicto num. 38.* Licèt de Jure eligi deberent
3 perſonæ divites, & approbatæ, ut per *tex. in §. His qui cauſas* ibì *hos autem omnino locupletes, & probatos eſſe Auth. de Judic. & nullatenus &c.* tradit *Bart. loc. allegat.* quem ſequitur *Felin. ubì*
4 *ſuprà*, prout ſunt Curſores Papæ, de quibus loquitur *Tex. in cap. cum dilecti 6. de dolo, & contumac.* proſequitur *Ubert. d. cap. 7. ſub. n. 39.* ubì etiam *num. 47.* ſubdit, quòd de Curſoribus Papæ Rota honorificè locuta eſt, illiſque ma-
5 jor fides adhibeatur, quam aliis Nuntiis, & quòd Curſorum Officium ſit honorabile *Ubert. allegat. cap. 12. nu. 371. circa finem.*

B Ad hoc, ut cognoſcantur, & diſtinguantur ab aliis, in multis partibus Orbis portare ſo-
6 lent aliquod ſignum, quæ conſuetudo eſt obſervanda *Bart. in d. extravag. ad reprimendum ſub n. 7. Fragoſ. de Regim. Reip. par. 1. lib. 5. diſp. 13. §. 12. n. 332. cum ſeqq.* In Urbe tamen ſoli Curſores

ſores occaſione intimationis Conſiſtorii, Cap-
7 pellæ, aut alteriùs publicæ functionis gerendæ,
vel à Pontifice, vel à Sacro Collegio Cardina-
lium portant veſtem laniceam coloris violacei,
& in manibus virgam ſpinoſam.

C Nuncii publici deputantur à publico, nempè
8 à Conſilio generali, & ut pro talibus habean-
tur, debent docere de deputatione, vel ſe eſſe
9 in quaſi poſſeſſione exercendi officium, ut do-
cet *Bart. in d. extravag. ad reprimendùm n. 5. Vbert.
cit. cap. 12. nu. 369. verſ. per Nuncium publicum*.
Antequam autem, incipiant exercitium Officii
10 juramentum de bene, & fideliter, ac legaliter
illud adminiſtrando præſtare tenentur *Bart. ubi
ſuprà nu. 4.* ubi tamen ſubdit putare poſſe exer-
cere officium etiamſi non jurent *Gratioſ. Vbert.
citat. cap. 12. n. 371. in fine Fragoſ. ubi ſuprà n. 331.*

D Mercedem, pro eorum labore conſequi de-
11 bent *gloſſ. in §. Tripli ibique Iaſ. n. 6. Inſt. de Act.
Zacch. ubi ſuprà n. 3.* illamque percipiunt juxtà
quantitatem per leges, Statuta, & locorum
conſuetudines præſcriptam *Gratioſ. Ubert. d.
cap. 12. n. 372. Zacch. de Salar. d. qu. 79. n. 5. cum
ſeqq.* ubi notat quantitatem mercedis ſolvendæ
Curſoribus, & Mandatariis Urbis.

Tenentur tamen etiam abſque mercede exe-
qui citationes, alioſque actus exercere gratis,
12 quando concurrit Statutum prout noſtrum,
Conſtitutio, vel Conſuetudo talitèr in certis
caſibus diſponens prout de Curſoribus Urbis
13 extat *Conſtitutio* Pauli *V. ſuper Reformatione
Tribunalium Vrbis* imponens illis onus inti-
mandi gratis certas functiones ibi *Conſiſtoria
publica, & privata, nec non alias ſolemnitates, &
Divina Officia intimari ſolita fidelitèr tempore in-
timent Cardinalibus, & aliis, quibus tenentur abſ-
que præmio, & mercedis alicujus expectatione*
notat *D. Zacc. loc. cit. n. 25.*

E Plena fides Nuncio referenti aliquem citaſſe
14 præſtanda eſt cum pro veritate ejus relationis
militet præſumptio *gloſſ. in cap. cum parati verbo
ſuus Nuncius de appellat. & in cap. prudentiam
verbo per certum Nuncium de offic. & poteſt. Iudic.
delegat. Ridòlphin. prax. par. 1. cap. 2. n. 72. Ba-
ron. de citat. qu. 43. n. 33. & in Addit. ibidem n. 15.
Zacch. loc. cit. n. 20. cum ſeq. Rot. coram Ludoviſ.
dec. 426. n. 6. coram Celſò dec. 28. nu. 1. cum aliis
allegatis in Obſerv. ad Rubr. XVI. lib. III. nu. 1.*

Quæ tamen præſumptio admittit probatio-
15 nem in contrarium, ut proſequuntur *Vbert. d.
cap. 7. n. 83. & Zacc. ubi ſuprà n. 22. cum ſeqq. &
ex adductis in d. Obſerv. ad Rub. XVI. n. 7.*

Et cenſetur ſufficientèr probata negativa, ſi
quis cum juramento negaret ſe fuiſſe citatum;
16 dùmmodò negans eſſet vir laudabilis vitæ, & ma-
ximè ſi eſſet in dignitate conſtitutus *Specul. de
citat. §. Sequitur ſub nu. 6. in fine, & Ubert. ac
Zacch. in locis mox allegatis Baron. loc. cit. n. 34.
verſ. ſuppoſita* ubi ſubdit in hoc multum reſide-
re Judicis arbitrium, *& ibidem in addit. nu. 16.*
ubi alios concordantes *Guſman. de evict. qu. 9.
n. 10.* ubi tamen declarat procedere, quando
17 Nuncius eſſet viliſſima, & ſuſpecta perſona.

Sicuti etiam non creditur Nuncio, ſi aliquid
18 atteſtetur contra relationem à ſe factam, cum
tàm in judicio, quàm extrà ſtetur primo dicto
*gloſſ. in cap. cum parati in verbo ſuus Nuncius in
fine de appellat. Vbert. d. cap. 12. n. 401. Guazzin.
ad deffenſ. reorum deffenſ. 10. cap. 6. ſub nu. 1.* vel
19 diceret, ſe non citaſſe, quando in actis conſtat
de ejus relatione per Actuarium ſcripta, nam
tunc magis creditur Notario, quàm Nuncio,
ut proſequitur *Vbert. eodem cap. 12. n. 402.*

Aliquando tamen non ſolùm non eſt præſtan-
da fides, nec debenda merces, ſed graviſſimis
20 pœnis puniendus, videlicet quando referret ali-
quem citaſſe, quamvis non eſſet verum, quo
caſu ſi pecunia, vel muneribus corruptus id
affirmavit tenetur lege Cornelia de falſis; Si ve-
rò ſpontè, ſed dolosè, tenetur actione in factum
ad intereſſe, ac privandus eſt Officio *l. qui no-
mine Prætoris ff. ad leg. Cornel. de falſ. Vbert. d.
cap. 7. n. 89. & d. cap. 12. nu. 404. Zacch. loc. cit.
n. 19. Guazzin. ad deffenſam reorum d. cap. 6. nu. 4.
Baron. de citat. qu. 43. nu. 27.* Si autem ob quan-
dam ſimplicitatem ſinè dolo, & tunc excuſatur,
ut diſtinguendo notat *Vbert. eod. cap. 12. ſub d.
n. 404.* licèt *Baron. in d. qu. 43. ſub eodem nu. 27.*
tradat, quod ſi ignavia, vel ſimplicitate tene-
tur ad intereſſe actione in factum, & refert
concordantes.

Cætera de Nuncio vidè *Tiraquell. Baron.
21 Vbert. Guazzin. Ridolphin. & Zacch. in loc. allegat.*

ADDIT. AD RUBR. XXII. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 NOn creditur dicenti etiam cum juramen-
to non fuiſſe citatum.

2 Nuncio atteſtanti contra ejus relationem ante-
cedenter factam non creditur.

Num. 16. Contrarium, quòd imo non credatur di-
centi etiam cum juramento ſe non fuiſſe cita-
1 tum * quamvis agatur de viro nobili firmat *Vr-
ceol. dec. Florent. 46. n. 5. cum ſeq.*

Num. 18. Nuncio atteſtanti contra ſuam relatio-
3 nem publicè antecedenter factam non creditur,
non ſolùm quia tàm in judicio, quàm extra
ſtatur primo dicto, verùm etiam quia hujuſmo-
di atteſtatio præſumitur extorta, ut concordan-
tibus relatis firmat *Vrceol. deciſ. Florent. 46. ſub
n. 1. cum ſeq.*

De

Digitized by Google

De electione, Officio, & Salario Advocati, & Sindici Communis.

RUBRICA VIGESIMA TERTIA.

STtatuimus, & ordinamus, quod in generali conſilio dictæ Civitatis quolibet ſemeſtri eligantur, & eligi debeant ad brevia Advocatus (A) unus, qui ſit Doctor Juris. Et Sindicus (B) unus Communis Faventiæ, qui ſit vel Doctor, vel Juris peritus qui teneantur defendere, & patrocinari jura, & cauſas dictæ Communitatis in Civitate Faventiæ, & in quacumque Curia generali vel ſpeciali, eccleſiaſtica, vel ſeculari. Quorum officium duret, & durare debeat per ſex menſes tantum, prout in ſuperioribus Statutis latius cavetur. Et qui Advocatus habeat, & habere debeat pro ejus mercede à Communi Faventiæ in dictis ſex menſibus lib XII. bonenorum, & dictus Syndicus lib. VI. bonenorum tantum. Et quòd durante dicto eorum officio ſinè alio ſalario, & mercede teneantur patrocinia præſtare in cauſis carceratorum, & miſerabilium perſonatum. (C)

SUMMARIUM.

MIlitia neceſſaria eſt pro defenſione Patriæ, & Parentum n.1.

1 Advocationis officium neceſſarium eſt humano generi, & quare.

2 Univerſitas Advocati miniſterio indiget pro defenſione ejus bonorum, & jurium.

Univerſitas eſt corpus mortuum, ſeù perſona ficta, & repræſentativa n.2.

3 Advocationis officium adinventum eſt, ut ſuccurratur iis, qui jus ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant.

4 Advocationis officium commendandum eſt quadruplici ratione, nempè quia eſt licitum, quia eſt neceſſarium, quia eſt utile, & quia meritorium eſt n.7.

5 Christus Advocationis munus exercuit.

6 Divus Ambrosius Advocationis munus exercuit in Urbe.

Divus Ivo Advocationis munus exercuit n.6.

8 Nobile judicandum eſt officium Advocati.

9 Advocatus *Clariſſimus* appellatur, etiamſi officium depoſuerit.

10 Advocatus habere debet in vultu ſerenitatem aufugere arrogantiam in dicendo, evitare corporis incompoſitionem.

11 Advocatus captare debet benevolentiam Judicis eum laudando, cum valde lucroſum ſit babere Judicem gratum.

12 Judices credunt facilius iis, quos libentèr audiunt.

13 Judices repellunt quos odio habent.

14 Advocati defendere debent cauſas rationibus, & auctoritatibus, non autem jurgiis, & injuriis, alioquin ſibi comparant nomen infamis.

15 Advocati allegare debent jura in ſpecie, & in individuo non in genere, cum ſcribere per regulas generales ſit officium pauperum Doctorum.

16 Advocati cavillationes, ac defenſionem cauſæ injuſtæ debent abhorrere.

17 Advocati conſulerent, aſinum volare poſſe, & piper eſſe nigrum, imò plerumque farentur album.

18 Advocato cavillationes, ſeù induſtrioſa ſimulatio, ac ars, bonuſque dolus citra mendacium, & perjurium ſunt permiſſæ ad effugiendas adverſarii cavillationes, & victoriam in lite juſta reportanda.

19 *Ruginell. pract. qq. qu.39. n.82.* reprobatur.

20 Advocatus revelans jura ſui principalis adverſario pœna falſi puniri poteſt.

21 Advocatus prævaricationem evitare debet.

Prævaricatio committitur, quando patrocinium proprii Clientis deſeritur, & illud partis adverſæ amplectitur n.21. Lim. n.23.

22 Prævaricatorum pœnæ remiſſivè.

23 Prævaricatio Advocati, & Procuratoris evitatur, quando ex ſcripturis, & diuturna acquieſcentia partis, & ex aliis circumſtantiis conſtat, ipſum non eſſe plenè informatum; Vel quando illi ab una parte oſtenſa fuerunt jura abſque ſolutione mercedis.

24 Pactum quotæ litis cum Clientulo tanquam prohibitum fugere debent Advocati, & quare num.27.

25 *Fontanell. dec. 178. nu.2. cum duobus ſeqq.* reprobatur.

26 Advocatus pactum quotæ litis cum Clientulo faciens qua pœna puniatur.

28 Advocatis interdicta eſt quælibet pactio, Contractus, & Conventio cum Cliente. Lim. n.31.

29 Maximè ſi Clientes ſint pauperes.

31 Procuratoribus ad negotia, ſeù Agentibus pactum quotæ litis non eſt prohibitum.

32 Communitas, ſeù Univerſitas non poteſt per ſe ipſam nec agendo, nec defendendo ſtare in judicio.

Communitas, ſeù Univerſitas conſtituit Syndicum, ſeù Procuratorem generalem, per quem ipſa repræſentatur n.32.

33 Nomina Syndici, & Procuratoris promiſcuè ſunt confuſa.

34 Communitas, & Univerſitas cogi poteſt officio Judicii ad conſtituendum Syndicum.

35 Syndicus à Communitate conſtitui, ac deputari debet in Conſilio generali.

36 Syndicus Communitatis agere, vel defendere volens cauſas in judicio tenetur docere de ejus electione, ſeu conſtitutione.

37 Syndici Communitatum in Statu Eccleſiaſtico depu-

deputatio reſtringitur ad cauſas, & materias
judiciales.

38 Syndicus mandatum cum libera an habeat, &
an poſſit contrahere, vendere, obligare, tranſigere &c. remiſſivè.

39 Advocatus Pauperibus dandus eſt espenſis
publici.

40 Advocatus, & Syndicus Communitatis Faventiæ præſtare tenetur patrocinium gratis
in cauſis carceratorum, & miſerabilium
perſonarum.

41 Doctores tenentur abſque ulla mercede, præſtare patrocinium pauperibus, & ſi ab illis
petant ſalarium peccant.

42 Maximè quando nullus ad hunc effectum deputatus fuit à publico.

43 Advocati non tenentur patrocinium eorum
pauperibus gratis præſtare, quando Advocatus Pauperum deputatus fuit à Communitate.

44 Advocatus Pauperum cuinam patrocinium
præſtare debeat, quando lis agitur inter duas
miſerabiles perſonas.

45 Advocatus, vel Procurator, qui duobus operas ſuas præſtare promiſit, cuinam ex eis,
vel neutri eorum navare teneatur, ſi illi inter
ſe litigent.

OBSERVATIO.

A ADvocationis officium neceſſarium eſt hu-
1 mano generi eodem modo, quo militia
pro defenſione Patriæ, & Parentum juxtà *reſ-
ponſum Imperatorum Leonis, & Anthemii in l.
Advocati* ibi-*Nec enim ſolos noſtro Imperio mili-
tare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & tho-
racibus nituntur, ſed etiam Advocatos: militant
namque cauſarum Patroni, qui glorioſæ vocis con-
fiſi munimini vel labarantium ſpem, vitam, & po-
ſteros defendunt C. de Advocat. diverſ. Iudic.*, &
juxtà elegantem orationem *Ciceronis pro Mure-
na* ibì-*Vigilias tu de nocte, ut tuis Conſultaribus
reſpondeas ille ut quo contendit, maturè cum exer-
citu perveniat, & gallorum, illum buccinarum
cantus exuſcitat, tu actionem inſtituis, ille
aciem inſtruit, tu caves nè tui Conſultores, ille nè
Urbes, aut Caſtra capiantur; ille tenet, & ſcit
ut hoſtium copiæ, tu ut aquæ pluviæ arceantur,
ille exercitatus eſt in propagandis finibus, tu in re-
gendis Xamar. de Offic. Iudic. & Advocat. part.2.
quæſt.2. num.1. cum ſeq. Pigant. ad Statut. Ferra-
riæ lib. 1. Rubr.86. num.1. Barboſ. de offic. & po-
teſt. Epiſcop. part.3. allegat.79. num.21. cum ſeq.*
cum non omnes ſe, ſuaque tueri queant *Fra-
goſ. de Regim. Reip. part.1. lib.5. diſput.13. §.10.
num.232.* quod multo magis procedit pro de-
fenſione bonorum, & jurium Univerſitatis,
2 quæ tanquam corpus mortuum, ſeù perſona fi-
cta, & repræſentativa *Loſeus de Jure Univerſit.
part.1. cap.1. num.3. cum ſeq. & part.4. cap. 1.
num.12.* indiget miniſterio alteriùs. Undè il-
lud adinventum eſt, ut ſuccurratur iis, qui jus
3 ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant, ut no-
tat *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.2. caſ. 369. nu. 1.
& Xamar. d. part.2. quæſt.1. num.1.*

Iſtud officium ſummoperè commendandum
4 eſt quadruplici ratione, nempè primo, quia
eſt licitum, & licitè poteſt exerceri, ut con-
ſtat *ex l.1. ff. de poſtulan.* & comprobatur exem-
plo CHRISTI DOMINI NOSTRI, qui ſæpiſſimè Advo-
5 tionis munus in hac vita obivit, & præſertim
in Luc. 10. in fine ubi S. AUGUSTINUS *ſic* DOMINUS
pro MARIA *reſpondit* MARTHÆ, *& factus eſt ejus
Advocatus Barboſ. d. allegat.79. nu.17.* nec non
plurium probatæ Sanctitatis Virorum, qui
hoc officio functi fuere, inter quos, DIVUS AM-
BROSIUS per ſpatium undecim annorum in Urbe,
6 *&* DIVUS IVO. Secundò quia neceſſarium ad ve-
ritatem cognoſcendam, aperiendam, & erveu-
7 dam per *tex. in l. Laudabile C. de Advocat. di-
verſ. Iudic.* Tertiò quia utile, ratione beneficii,
quod Reip. redundat ex peritia Advocatorum,
qua mediante bona, vitam, & honorem defen-
dunt. Quartò quia meritorium, cum officium
Advocatorum apud DEUM ſit valdè acceptum,
ſi ritè, & rectè exerceatur, etenim inter elee-
moſynas ſpirituales connumeratur impendere
conſilium petenti *l. unic. in fine C. de his, qui an-
te apert. tabul.* ut latè docet *Fragoſ. d. §. 10.
nu.234. cum ſeqq. Guazz. ad defenſ. reorum præ-
fat. num.1. cum ſeqq.*

Hinc meritò officium Advocati nobile judi-
8 candum eſt, ut aliis omiſſis dixit *Andreol. Con-
trov.314. nu.29.* & appellatur *Clariſſimus* etiamſi
9 depoſuerit officium, *Olea de ceſſ. jur. tit. 3.
quæſt.3. nu. 26. Guazzin. loc. cit. num.2.* Et pari
nobilitate exercendum, habendo modeſtiam
10 in ſermone, exhibendo in vultu ſerenitatem,
aufugiendo arrogantiam in dicendo, evitando
corporis incompoſitionem, nec caput indecen-
tèr movendo, ſed totum corpus maturitate
regendo; nàm æqualitas corporis, ac compo-
ſitio membrorum mentis ſapientiam, & inge-
nii maturitatem oſtendunt; Oculos inſuper
compoſitos, ſemperque ſuos, quietoſque non
verò elatos, neque mobiles habendo ad hilari-
tatem, & affabilitatem potiùs, quàm ad triſti-
tiam, & ſeveritatem inclinando, ut docent *Ce-
ned. ad decret. Collectan.28. nu.6. & Fragoſ. cit.
§.10. num.265.* latè *Petra ſuper Rit. Magnæ Cu-
riæ Vic. Rit.101. num.64.* Captando in principio
11 cauſæ, & informationis benevolentiam Judi-
cis mediantibus laudibus, vocando eum Excel-
lentiſſimum, Doctiſſimum, Celeberimum, &
acutiſſimum cum ſimilibus, cum his ſoleant,
ut plurimum Judices delectari, & valdè lucro-
ſum ſit habere Judicem gratum, & benevolum,
ut notat *Guazzin. ubi ſuprà num.7.* Nàm Judices
eis facilius credunt, quos libentèr audiunt ex
12 *Quintil. lib.4. de inſtit. Orat.* eorum verò, qui
13 odio habentur, ſicuti prophanorum preces re-
pelluntur *l. final. in fine C. de Offic. Vicar.* ut no-
tat *Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap.33. nu.16.*

Defendendo cauſas rationibus, & auctori-
14 tatibus, non autem jurgiis, & iniuriis, alio-
quin ſibi compararet nomen infamis, juxtà
*Tex. in l. quiſquis itaque gloſſ. ſub verba opinionis
C. de poſtulan. Cenſal. in l. unic. §.17. nu.40. cum
ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. C. ſi quis. Imperat. Maledix. Golin. de Procurat. part. 1. cap. 2. num. 12. Decian. in ejus apologia contra Alciatum cap. 20. num. 6. impreſſ. poſt ejus reſponſa vol. 1. & Guazzin. ubì ſupra num. 8.

Allegando jura, & DD. non in genere ſed in
15 ſpecie, ac in individuo, quod eſt doctiſſimi Doctoris Gonzalez. ad Regul. Cancell. §. 4. probem. n. 41. Cavagnol. in addit. ad Menoch. conſ. 176. num. 36. cum ſcribere per regulas generales ſit Officium pauperum Doctorum, & eorum quos vulgus poſitivos appellat, ut proſequitur Gonzalez. ubì ſupra n. 42. cum ſeq. Cavagnol. loc. cit.

Abhorrendo cavillationes Xamar. de Offic.
16 judic. & Advocat. part. 2. quæſt. 1. num. 31. & deffenſionem cauſæ apertè injuſtæ, ut admonet Benedictus XII. in ejus Bulla la 2. §. 4. ibi; ſi vero injuſtam, & improbam ex dicta informatione repererit, eam non aſſumat de à patrocinio ſuo repellat, partique repulſæ conſulat, quod dictam Cauſam dimittat, nec in proſecutione ipſius ſe, & alteram partem vexet laboribus, & expenſis, & advertit Xamar. d. tract. part. 3. quæſt. 3. nu. 26. Jo: Petrus Ala de Advocato, & Cauſidico Chriſtiano quæſt. 24. cum ut plurimum quidam Advocati conſulerint, aſinum volare poſſe, ut dixit Marta de Succeſſ. legal. part. 4. quæſt. 2. art. 2. num. 6. tom. 2. & piper eſſe nigrum, imò plerumque fatentur eſſe album, ut notat Gutierez. pract. qq. lib. 1. quæſt. 26. num. 1. Gramatic. deciſ. Neapol. 104. num. 1. quod dedit anſam Lancellot. Gall. conſ. 10. in princ. & Thomat. deciſ. 50. n. 335. deplorandi calamitatem noſtrorum temporum refferendo ſequentia carmina Plauti.

Noſtra ætas non multum fidei gerit.
Tabulæ notant, adſunt teſtes duodecim.
Tempus, locumque ſcribit Actuarius.
Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.

Solum autem ſunt permiſſæ cavillationes,
18 ſeù quædam induſtris ſimulatio, ac ars bonuſque dolus citrà mendacium & perjurium ad effugiendas Adverſarii cavillationes, & victoriam in lite juſta reportandam Pacian. de prbat. lib. 1. cap. 21. num. 5. Guazzin. loc. cit. nu. 13. & pluribus concordantibus cumulatis firmat Joannez. de Faria ad Covar. var. reſol. lib. 1. cap. 2. num. 1. & 3. in fine, & quòd Advocatus in juſta cauſa ad vincendum Adverſarium dolo uti poſſit, ſed bono tradit Struvius Corrolario 8. in fine tractat. de muribus licèt Ruginell. pract. qq. quæſt. 39. num. 28. indiſtinctè tradat, Advocatum uti poſſe cavillationibus, & dolis pro deffenſione juſtæ cauſæ inter alios allegans D. Thomam in ſecunda ſecundæ quæſt. 71. art. 3. ad 3. qui ſolum permittit Advocato juſtè patrocinanti occultare ea, quæ ſuo Clienti nocere, adverſario verò prodeſſe poſſent, & admonet ne falſitate, aut mendacio cauſam adiuvet, ut advertit d. tract. quæſt. 29.

Fugiendo regulationem jurium ſui Clientis
20 parti adverſæ, alioquin pœna falſi puniri poteſt l. 1. §. is qui ff. de falſ. ubi Bart. inquit nota bonum caſum contra Notarium Advocatum, vel Procuratorem, qui inſtrumenta unius partis oſtendit alteri, ut teneatur pœna falſi l. 1. ff. de prævaricat. ibique Bart. Rol. à Valle conſ. 36. num. 23. cum. ſeq. vol. 3. Xamar. d. tract. part. 2. quæſt. 4. nu. 6. juncto n. 19. Gratian. diſceptat. 100. num. 56. Guazzin. ad deffenſ. reorum in præfat. num. 14. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3.
21 allegat. 79. n. 24. cum ſeq. Et multo magis prævaricationem, quæ committitur quando patrocinium proprii Clientis deſeritur, & illud partis adverſæ amplectitur l. Athletas ff. de his, qui not. infam. l. Prævaricatores 212. ff. de verb. ſignif. Farinac. quæſt. 4. num. 14. cum ſeqq. Xamar. de Offic. Jud. & Advocat. part. 2. quæſt. 4. nu. 12. Gobb. conſulat. 108. nu. 2. verſ. ſivè. cum ſeq. Antunez. Portugal. de donat. tom. 2. part. 3. cap. 73. num. 2. juncto num. 11. ubi refert pœnas præva-
22 ricatoribus inflictas, quod prohibetur etiam ex diſpoſitione Bullæ Pauli V. ſuper Reformatione Tribunalium Urbis la 71. §. 18. num. 16. ibì - Neque Advocatus, neque Procurator, aut ſollicitator, qui pro una parte patrocinium ſuſcepit, in eadem cauſa pro altera patrocinari poſſit ſub pœna privationis Officii, & infamiæ. Evitatur tamen
23 nota prævaricationis, quando ex ſcripturis, & diuturna acquieſcentia partis, ac ex circumſtantiis facti, præſertim ex inſigni integritate Advocati conſtat, illum non eſſe plenè informatum ut de Procuratore reſpondit Rot. coram rec. mem. Coccin. deciſ. 2018. per tot. Nec non etiam quando Advocato ab una parte narrata, vel oſtenſa fuerunt jura ſua abſque ſolutione debiti honorarii, nàm tunc ei licet aſſumere defenſionem alterius partis ad effectum obviandi malitiis illorum, qui ſimulant ſe confidentes Advocatis, nè contra ſe patrocinentur, & poſteà aliorum utuntur opera, illiſque mercedem præſtant, ſupplantando hoc modo Viros primarios ut docent Peregr. de Jure Fiſci lib. 6. tit. 2. ſub num. 11. Barboſ. de Offi. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 79. nu. 26. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 1. Rubr. 86. num. 13. & animadvertit Rot. d. deciſ. 2018. num. 3.

Et demùm fugiendo pactum quotæ litis cum
24 Clientulo, quòd ab Imperatore Constantino expreſsè reprobatum fuit (quicquid de injuſtitia hanc prohibitionem redarguat Fontanell.
25 deciſ. 178. num. 2. cum duobus ſeq.) in l. ſi quis Advocatorum, ubì ſcribentes, & latè Barboſ. ubi quod facientes hujuſmodi pacta Advocationis
26 Officio privantur, & reputantur crudeles, & depredatores C. de poſtulan. & in tract. de Offic. & poteſt. Epiſcop. d. allegat. 79. num. 28. Alba in d. tract. quæſt. 14. Guazzin. ad defenſam reorum in præfat. num. 15. Borell. Summ. deciſ. tit. 65. num. 57. Olea de ceſſ. jur. & act. tit. 3. quæſt. 11. num. 36. cum ſeq. Antunez. Portugal. de donat. Reg. par. 3. cap. 37. n. 13. Xamar. d. tract. part. 2. quæſt. 9. num. 26. cum ſeqq. reſpondit Rota in Anagnina Donationis 16. Junii 1662. coram bo: me: Bevilaqua §. Præterea, & à Paulo V. in d. Bulla la 71. eodem §. 18. nu. 7. ibi - Et Sicut de quota litis, ità ut de fructibus, & expenſis, aut earum, in quibus Adverſarii condemnantur, aut aliis emolumentis, & premio cum partibus in eventum victoriæ quidquam Advocatus, vel Procurator nullatenus conveniat, cujus prohibitionis duplex

27 ratio

Digitized by Google

27 ratio à *DD.* aſſignatur, videlicet prima qnia ſimi-
les pactiones cum Clientulis non ex gratia,
& voluntate, ſed timore litis amittendæ
extorquentur, undè litigans quodammodò
omnia daret, ſicut infirmus Medico propter ti-
morem infirmitatis, & ſic conventio inter Ad-
vocatum, & Clientem ſpeciem concuſſionis con-
tinet, & eſt rector injuſtus pecuniæ, vel alterius
rei extorquendæ cauſa, ſecunda eſt ad præclu-
dendam viam fraudibus, nè videlicet præbea-
tur occaſio per fas, & nefas procurandi victo-
riam cauſæ, ut notant *Olea*, & *Antunez. loc.
cit. ſupra allegat*.

Quinimò Advocatis interdicta eſt quælibet
pactio, contractus, & conventio cum Cliente
28 pendente lite per *tex. in l. quiſquis §. Præterea*
ibi-*præterea nullum cum eo litigatore contractum,
quem in propriam recepit fidem ineat Advocatus,
nullam conferat pactionem C. de Poſtulan. Faber in
ſuo Cod. lib. 8. tit. 24. deffinit. 3.* & firmat *Rebuff.
ad Conſuetud. Gall. tit. de reſciſſ. contract. in præ-
fat. num. 29. Maynard. deciſ. Tholoſ. 12. num. 2.
lib. 3. Franc. March. deciſ. 19. ſub nu. 4. par. 1. &
deciſ. 248. nu. 4. part. 2* quos ſequuta fuit *Rot. in
Anagnina loc. cit.*

Quod multo magìs procedit in Advocatis
Romanæ Curiæ ex diſpoſitione *d. Bullæ* Bene-
dicti XII. *in 2. §. 5. ibì caveant autem quòd ul-
trà conventum Salarium nihil omninò lite penden-
te recipiant quamtumcunque gratis oblatum, nec
Clientulis, vel aliis pro ipſis ineant, nec aliquam
faciant pactionem, alioquin ad reſtitutionem dupli
illius, quod receperint ultra dictam conventionem
teneantur nulla remiſſione partis in hoc profutura,
& contractus hujuſmodi viribus non ſubſiſtant.*
29 Eo magìs ſi ſit pauper, ut in eadem *Bulla
§. 2. ibì Caveant tamen Advocati, nè de cauſis pau-
perum (quas per illos qui eas proponere nolunt
gratis proponi volumus) quicquàm omninò reci-
piant, etiam de ipſorum pauperum prompta inſtan-
tia liberalitatis oblatum, qui autem ab eis aliquid
receperint, nequaquam dominium ejus acquirant,
ſed ad reſtitutionem dupli ejus, quòd receperint,
ſic eis teneri volumus, & adſtringi, ut nihil per
dictos pauperes remitti poſſint eiſdem &c.*

Ceſſante tamen penitus fraude, & ſuſpicio-
ne non videntur prohibiti alii contractus, &
30 conventiones, excepto pacto quotæ litis, ut
tenet *Olea d. quæſt. 11. ſub num. 39.*

Et Procuratoribus ad negotia ſeù Agentibus
pactum quotæ litis non eſt improbatum *Fari-
nac. de var. & diverſ. crim. quæſt. 106. num. 17.
Bertrand. conſ. 160. lib. 4. Carpan. ad ſtatut. Me-
diol. cap. 429. litt. B. & C.*

B Cum Univerſitas, ſeù Communitas non
poſſit per ſe ipſam nec agendo, nec defenden-
32 do ſtare in judicio, conſtituit ad hunc effe-
ctum Syndicum, ſeù Procuratorem generalem,
per quem ipſa repręſentatur *l. 1. §. Quibus verſ.
fieri oportent l. 2. & 3. ff. quod cujuſque Univerſit.
nomin. Loſæus de Jure Univerſit. part. 2. cap. 1.
num. 2. Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 4. n. 1.
Borell. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 14. nu. 37. Oterus
de Officialib. cap. 3. num. 1. cum ſeq. part. 2.* ubi
etiam docet nomina Syndici, & Procuratoris
33 promiſcuè confuſa. Imò nè actio per plures
ſciſſa adverſarium incomodo afficiat, & ut cau-
ſæ faciliùs, & meliùs agantur cogi poteſt Uni-
34 verſitas Officio Judicis ad conſtituendum Syn-
dicum, ut proſequitur. *Loſæus ubì ſupra nu. 3.
& Cobell. loc. cit. & num. 4. Oterus ubì ſupra
num. 25. Knipſchilds de Jurib. & privil. Civit.
Imperial. lib. 5. cap. 4. num. 1. cum ſeq.*

Conſtitui autem debet Syndicus in Conſilio
35 generali *l. nulli cum l. ſeq. ff. quòd cujuſque Uni-
verſit. nom. Pigant ad ſtatut. Ferrariæ lib. 1. Rub. 42.
num. 1. verſ. Et verè & lib. 2. Rub. 27. num. 3. Co-
bell. ad Bullam Boni Regim. cap. 34. art. 2. num. 2.
Loſæus loc. cit. num. 12. Oterus de Officialib. d.
cap. 8. num. 4. cum ſeqq.*

Et poſtquàm fuerit conſtitutus ſi velit agere
vel defendere cauſam in judicio tenetur docere
36 de ejus electione, ſeù conſtitutione *Maſſin. de
Confiſcat. quæſt. 11, num. 63. Rota coram Bichio de-
ciſ. 383. num. 3.* quæ cum in Statu Eccleſiaſtico
attenta Bulla Clementis VIII. *ſuper bono Regi-
mine* reſtringatur ad cauſas, & materias judi-
37 ciales, ſuperfluum eſt examinare, an habeat
mandatum cum libera, an poſſit contrahere,
38 vendere, obligare, tranſigere &c. de quibus,
*Loſæus ubì ſupra nu. 25. cum ſeq. & cap. 2. Knipſ-
childs d. lib. 5. cap. 6. Cobell. cit. cap. 24. num. 13.
cum ſeqq. Oterus loc. cit. num. 14. cum ſeqq.*

C Succurrendum eſt pauperibus mediantibus
expenſis publicis de Advocato ad imitatio-
39 nem Omnipotentis Dei ſecundum *Pſalm. 71.*
ibi -- *liberabit pauperem à potente, & pauperem,
cui non erat adjutor*, ut ait *Roland. conſ. 87. n. 57.
cum ſeqq. vol. 2. Zacch. de Salar. qu. 52. num. 117.
ſeq.* Hinc ea diſpoſitione noſtri Statuti injuncta
eſt Advocato, & Syndico Communitatis præ-
40 ſtatio patrocinii in cauſis Carceratorum, & mi-
ſerabilium perſonarum gratis, quod eſt confor-
me diſpoſitioni *Juris Communis*, cum omnes *Do-
ctores* teneantur abſque ulla mercede præſtare
41 patrocinium pauperibus, inopiaque laboranti-
bus *l. prodeundum §. 1. C. de poſtulan. Menoch. de
arbitr. lib. 2. caſ. 369. num. 1. cum ſeqq.* ubì refert
alia ſimilia Statuta, *Leoncill. de privil. pauper.
part. 2. privil. 4. verb. Avvocatus il primo Guaz-
zin. ad defenſ. reorum in præfat. num. 5. Petra ſu-
per Ritu Magn. Curiæ Rit. 19. n. 3. & ſuper Rit. 23.
n. 10.*, & quòd defenſionis munus teneatur quili-
bet Doctor pauperi gratis præſtare, quandonemo
42 extitit à publico deputatus, *Scanarol. de viſit.
Carc. lib. 1. cap. 3. ſect. 1. n. 9. Oter. de offic. cap. 12.
Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 79. n. 33.*
ubi quod ſi petat ſalarium à pauperibus peccat
Nam quotiès deputatus fuit Advocatus Paupe-
43 rum cęteri Advocati ab hoc onere ſunt exem-
pti; Cum ceſſet ratio, ob quam pauperes adju-
vare, & defendere teneantur, ut declarat, *Novar.
de gravam. Vaſſall. tom. 2. gravam. 173. num. 15.*

Quid ſi orta ſi lis inter duas miſerabiles per-
44 ſonas, cuinam Advocatus patrocinium præſtare
debeat examinat *Petra d. rit. 23. num. 14.*, ubì
firmat, præferendum eſſe munitum privilegio
naturali, ut pupillo, poſthabita Vidua, & ſi ſint

in pari gradu miſerabilitatis præferendum illum, qui agit de damno vitando, licèt *Caravit. ſuper eodem Rit.* teneat à patrocinio utriuſque eſſe abſtinendum.

In hoc ptopoſito dubitari poteſt, ſi Advocatus, vel Procurator promiſit operas ſuas duobus, & illi inter ſe litigent, cuinam eorum, vel potiùs neutri eas navare teneatur vide *Cancer. var. reſol. par.2. cap.14. n.71. cum ſeqq. Barboſ. d. alleg. 79. num.36.*

ADDIT. AD RUBR. XXIII. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 PActi de quota litis materiam tractantem remiſſivè.

2 Pactum de quota litis prohibitum eſt Advocatis, & Procuratoribus, non autem aliis.

3 Ceſſio hæreditatis litigioſæ cum obligatione ceſſionarii faciendi expenſas, & quicquid recupetabitur dividendi valet.

Num.24. Pacti de quota litis vide plura penes
1 *Silveſtrum Bonſin.ad Banniment.* * *General.cap.64. ibique ejus Nepotem.*

Num. 31. Pactum quotæ litis exceptis Advocatis, & Procuratoribus in aliis non eſt prohibitum *
2 *Card. de Luca de empt. & vendit. diſcurſ.27. in fine, & de fideic. diſcurſ.109. num.3.*

Hinc ceſſio hæreditatis litigioſæ à tertio oc-
3 cupatę cum obligatione ceſſionarii faciendi expenſas, * & quicquid recuperabitur dividendi eſt permiſſa *Rot.coram Triolo deciſ.59.n.2.in rec. deciſ.228. in fine part.12.*

De Oratoribus, ſeu Ambaſiatoribus Communitatis Faventiæ eligendis.

RUBRICA VIGESIMAQUARTA.

STatuimus, & ordinamus, quod quandocumque contigerit pro explicandis, & tractandis negociis d. Communitatis aliquem Oratotem mittere ad quemcunque Superiorem in Provincia, quod electio hujuſmodi Oratotis, ſeu Oratorum fieri poſſit per DD. Antianos pro tempore Præſidentes, & per Cives adjunctos de generali Conſilio cum ſalario per eos deputando, & conſtituendo. Si verò contigerit Oratorem, ſeù Oratores hujuſmodi mittendos eſſe ad Summum Pontificem, ſeù extra Provinciam, tunc talis electio, & eorum ſalarii conſtitutio fiat, & fieri debeat per Conſilium generale dictæ Civitatis, & non alitèr. Poſſint tamèn dd. DD. Antiani, unacum Adjunctis ex cauſa urgenti, & quæ veriſimilitèr, & probabilitèr non pateretur dilationem abſque præjudicio Communis mittere unum ex Cancellariis Communis etiam extra Provinciam, proút eiſdem Antianis, & adjunctis videbitur expedire;

SUMMARIUM.

1 LEgati, Ambaſciatores, Oratores, & Nuncii ſunt ſynonima.

2 Legatorum uſus à neceſſitate introductus eſt, & quare.

3 Legati mitti ſolent etiam ad Cardinales, & in adventu Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Præſidis Provinciæ.

4 Legati mitti ſolent à ſubditis ad Principem ad quem effectum requiritur voluntas Conſilii generalis Civitatis, & auctoritas Superioris, & quare.

5 Legatis negoria tàm aliena, quàm propria tractare prohibitum eſt.

6 Civitas Faventiæ miſit variis temporibus Legatos tàm ad Summos Pontifices, quam ad alios.

8 Communitates Status Eccleſiaſtici transmittere non poſſunt Legatos, etiamſi ſua ſpontè munus ſuſcipere, & expenſas facere de ſuo ptoprio velint, & num.9.

10 In electione Legati inſpicienda ſunt ejus dona tàm externa, quàm interna, & quæ ſint referuntur.

11 Legatis Principum competunt varia privilegia.

12 Legati Principum immunitate Palatii gaudent, quam etiam dilatare ſolent per longum girum, & diſtantiam ab eodem Palatio.

13 Controverſiæ inter Legatum, & Principem, cui miſſus eſt, non diſputantur, nec deffiniuntur in Tribunalibus, & Foro, ideoque ſunt prudentialitèr componendæ ſecundum varietatem temporum, & circumſtantiarum.

14 Palatia Legatorum Principum non ſunt immunia.

15 Immunitas Palatiorum Legatorum Principum toleranda eſt potiùs ex urbanitate politica, quàm de Jure, quoties Legati cum moderatione ea utantur.

16 Et regulanda eſt ab ea, quæ invicem inter Principes practicatur.

17 Legati conveniri non poſſunt durante legatione, & quare. Ampl. num.18.19.20.21. 24. 26. 27. Subampl. num. 22. & 25. Vide n.23. Lim.n.28.29.31.32.33.34.35.36.37. ſublimita num.30.

38 Legatorum materiam tractantes remiſſivè.

OBSERVATIO.

LEgati, Ambaſciatores, Oratores, & Nuncii tanquàm idem ſignificantes ſunt ſynoni-
1 mi, ut notant *Knipſchilds de Jurib. & privil.*

Ci-

Civit. Imperial. lib. 2. cap. 25. n. 6. Creſp. obſervat. 5.
num. 37.
Eorum uſus à neceſſitate fuit introductus,
2 nam cum varia, & magna negotia inter Prin-
cipes, & Reges in dies vigentia non poſſent
epiſtolis tutè committi, nec inter ipſos im-
mediatè tractari, vel ob diſtantiam Principa-
tuum, & Regnorum, vel ob pericula, quæ
ex eorum congreſſibus accidere poſſent, proin-
dè legationes inventæ fuerunt, quibus median-
tibus voluntates, deſideria, affectus, & con-
ſilia Principum ultrò citroque communicantur,
ut animadvertit *Richardus Zoucheus de legati de-
linquentis Judice Competente cap. 1. verſ. de utili-
tate legationum fol. mihi* 10. *Antunez Portugal. de
donat. Reg. tom. 1. par. 2. lib. 1. cap. 35. num. 9. cum
ſeq. Knipſchilds loc. cit. num. 14.*
Mitti ſolent etiam ad Cardinales, & in ad-
3 ventu Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Præſidis
Provinciæ, ut notat *Caput. de regim. Reip. cap. 7.
§. 23. num.* 6. Necnon à ſubditis ad Principem,
4 quod tamen fieri non poteſt, niſi prævia vo-
luntate Conſilii generalis Civitatis, & loci,
ac auctoritate Superioris juxtà diſpoſitionem
*tex. in l. final. C. de legat. lib. 10. Amaya in l. inter-
vallu 3. n. 32. & 33. C. de mun. & bonor. lib. 10.
Caput. ubi ſupra Creſp. obſervat. 119. n. 13. Cancer.
var. reſol. part. 2. cap. 15. num. 63. Cobell. ad Bul-
lam Boni Regim. cap. 33. n. 9. & 14. Capyc. latr.
deciſ. 185. n. 1.* Idque ad evitandam ambitionem,
& proprium commodum, & intereſſe, ex
quibus multi moti ambire ſolebant legationes
propriæ Patriæ *Amaya loc. cit. num. 33. cum ſeq.
Giurb. conſ. 69. num. 20.* Nam tales propriis li-
tibus, & negotiis intenti publica deſerunt, ac
negligunt, undè prohibetur Legato nè alicujus
5 negotiis, vel etiam propriis ſe interponat
*l. Paulus §. fin. l. Si abſenti 11. verſ. qui legationis.
l. Is qui. 15. ff. de legation.* ut advertit *Amaya ubi
ſupra n. 34. Cobell. d. cap. 33. n. 41. cum ſeq.*
Prout variis temporibus miſſos fuiſſe per
noſtram Civitatem tàm ad Summos pro tem-
6 pore Pontifices, quam ad alios teſtatur *bo.
me. Tondutius in hiſtoria Faventina*, & prætere-
ris *bo. me. Origenem Salechium* cujus meminit
7 *Honded. conſ. 30. in fine vol. 1.* & teſtantur idem
Tondutius part. 4. fol. 705. & ſequens elogium
occaſione ejus obitus in Legatione inſculptum
in Eccleſia S. Marcelli Urbis.

Origeni Salechio Duodecim Viro
Faventino Juris, & Juſtitia Conſultiſſimo.
Multis muneribus.
Summa cum laude perfuncto
Franciſca Calderonu Uxor.
Faciendum curavit.
Vixit annos LXIII. menſes IV.
Obiit in publica legatione
Ad INNOCENTIUM *IX. Pont. Max. prid.*
Nonas Febr. M. D. XCII.

8 Hodiè legationes Communitatibus ſtatus
Eccleſiaſtici ſunt prohibitæ à SIXTO V. *in ejus
Conſtitut. la 43. §. 8.* à CLEMENTE VIII. etiam
ſi quis ſua ſponte id munus ſuſcipere, & de
ſuo proprio impenſas facere & ſubire velit, ut
9 in ejus *Bulla la 10. §. 13.* & latè firmat *Cobell.
ad eandem Bullam* CLEMENTIS *nuncupatam Boni
Regiminis cap. 33. num. 7. cum ſeqq.* ubi etiam ad-
ducit rationes hujus prohibitionis *D. Conciol. ad
ſtatut. Eugubii lib. 1. Rubr. 32. num* 3.
Cum Legati munus ſit difficile, & periculo-
ſum, idcircò in ejus electione inſpicienda ſunt
10 ejus dona tàm externa; nempè authoritas,
ætatis maturitas, & corporis pulchritudo,
quàm interna videlicet ingenii præſtantia, dex-
teritas, fidelitas, doctrina, hiſtoriarum co-
gnitio, Juris tàm publici, quàm privati ſcien-
tia; experientia, eloquentia, linguarum pe-
ritia, fortitudo, & temperantia, ut admo-
nent *Ramirez de lege Reg. ſeù de abſolut. Princip.
poteſt. §. 16. n. 44. Knipſchilds cit. cap. 25. num. 12.
Cobell. ad Bull. Boni Regim. allegat. cap. 33. n. 16.
cum pluribus ſeqq.* ubi refert duodecim requi-
ſita, quorum unumquodque rationibus, &
auctoritatibus ornat, & latiſſimè nedum præ-
dicta, ſed majores alias qualitates in eo re-
quiſitas examinat *Fridericus de Marſelier de
Legato lib. 1. per tot.*
Varia, & multa ſunt privilegia competen-
11 tia Legatis Principum, de quibus penès
Authores infrà allegandos; præcipuè verò affe-
12 ctatur illud immunitatis Palatii, quæ etiam
aliquando extendi, & dilatari prætendunt per
longum girum, & diſtantiam ab eodem Pa-
latio, adeò ut pars Civitatis tanquam immu-
nis, & ut ajunt *Francho* eximatur à juriſdictio-
ne proprii Principis; Verùm iſta prout aliæ
controverſiæ, quæ inter Principem, & Ora-
torem, ſeu Legatum alterius Principis con-
13 tingunt, non ſolent, nec poſſunt diſputari,
ac deffiniri in Tribunalibus, & foro, cum ut
plurimum ratio, & jus conſiſtat in armis, &
præpotentia, proindè Politici Viri prudentes
pro ſanioti conſilio ſuadent diſſimulationem,
& juxtà vires, qualitatem controverſiæ, &
perſonarum, ac circumſtantiam temporis, loci,
& effectus, qui exindè reſultare poteſt, rem
componendam, ut optimè concludendo ad-
monet *Marſelaer d. tract. lib. 2. diſſertat. 13. ſub
verſ. Addo nunc*, ibi *Quid ſuadeam igitur? Cau-
tos, providos, minimè præcipites eſſe, qui ſic
puniunt, & ſi puniri crimen non poſſit, crimen
non videntur. Enim verò Legatus, ejuſque Co-
mites fortè reos læſæ Majeſtatis, quæ udita eſt
conveniri, & condemnari poſſe, multis rationi-
bus probari liceat: an autem puniri expediat, in
bibliothecis rectè definitum non facile legeris; ſed
multa circumſtantiæ, rerumque ſtatus ſuggerere,
ſuadere, vel excuſare poſſunt, qua non ſtylo li-
terario, ſed cuſpide gladii deffinias, aùt deſcribas.*
Prout ſecundum varietatem temporum, & cir-
cumſtantiarum diverſimodè determinatum
fuiſſe in Urbe, tàm in Pontificatu URBA-
NI VIII. & INNOCENTII X. quàm in variis Mun-
di partibus legitur penès hiſtoricos, & patet
ex exemplis regiſtratis *à Richardo Zoucheo de
legati delinquentis Judice Competente cap. 5. cum
duobus ſeqq. Fulv. Conſtant. in l. unic. C. de palut.
& domib. dominic. lib. 11. n. 45. Bobadill. in po-*

Digitized by Google

litic.lib.2. cap.14. n.11. Petr. Gonzalez de Salcedo in Teatro honoris gloſſ.29. n.45. & Donat. Anton. de Marin.reſolut. Jur lib.1. cap.179.n.63.

Quatenùs tamèn tes decidenda eſſet juxtà tramites Juris, ſecundum quos ſæpiſſimè regulatuc etiam judicium, & opinio gentium, ad hoc ut illæ à juſtitia cauſæ fretę potiùs uni, quàm alteri adhereant, non videntur immunia,
14 ac jus aſyli habere Palatia Legatorum, ſeù Oratorum, cum illa concedatut Palatiis Principum, & Regum dumtaxat ratione majeſtatis, quæ verè non concurrit in Legatis, ſed ſolùm ttptæſentativè, ac in iis veneratur tantùm auctocitas, quæ ad hunc effectum non ſuffragatuc, ut examinato articulo latè firmat *Salced. loc. cit. nu.28. cum ſeq.* & compcobatur auctoritate *Vgonis Grotii de Jure Belli, & pacis lib.2.cap.18.* ibi - *Ipſe antem Legatus an juriſdictionem habeat in familiam ſuam, & an jus Aſyli in domo ſua pro quibuſvis to confugitutibus, tx conceſſione pendet ejus, apud quem agit: iſtud enim Juris gentium non eſt:* Undè *ſa: mc;* Innocentius XI. de menſe Maii 1687. edidit Conſtitutionem, in qua præ cæteris pęnis impoſita fuit pęna excommunicationis contra impedientes exercitium juciſdictionis in Urbe, & prætendentes ut vulgò dicitur *il Franco, ò Quartiere; & Sanctiſſimus D. N.* Innocentius XII. ejus auctoritate, & juciſdictione uteus in initio ſui Pontificatus deffinivit, quòd nonnulli ejus Anteceſſores præviis negotiatinnibus componere ſtuduerant, quod intet aliàs ejus hetoicas actiones connumeratum eſt. Et tunc ſolùm ex utbanitate politica potiùs, quàm de Jute toleranda eſt, quo-
15 tiès Legati cum moderatione, prudentia, modeſtia, & absque injuria Reginiinis publici ea prætenſa immunitate & aſylo utuntur, ut egregiè animadvertit *Anaſtaſ. Germon. de Legat. Princip. lib.3. cap.14. n.16.* ibi, *ubique ergò adhibenda eſt moderatio, ubique modeſtia, ubique diſcretio, & prudentia, ut domus Legati appareat omninò venerabilis, ſacroſancta, & inviolabilis: non autem aſylum improbcrum hominum, ſed perfugium, & præſidium corum, ut diximus, qui miſeratione, & ſecuritate digni ſunt, ut verò dici poſſit; Quemquam ab eo arripere, aut dejici neſas ſit, quæ libentèr a ſummis Principibus, vel ab uno omnium Potentiſſimo Rege Catholico, ab ejuſque ſummo Præſide, & aliis omnibus Magiſtratibus, qui maleficiis præſunt, tolerantur, conceduntur, & obſervantur: Reip. enim ſuiſque rebus expedire arbitrantur, ut Principum Legati hoc jure uti poſſint, quaſi Divinæ legis præſcriptum Civitatibus conſtitutis, ad quas perſugere valeant, qui imprudentes crimina committunt, aliove modo à delictis queant ſe excuſare: nam omnes delinquentes vita privare calamitoſum eſt, nec utile Principibus,* quem tefert, & ſequituc *Salced. ubi ſuprà Antunez Portugal. de donat. Reg.tom.1. par.2. citat. cap.35. n.20.*

Quæ urbanitas tegulanda eſt ab illamet, quæ
16 pcacticatut cum proprio Legato; nàm uniformis, & reciproca eſſe debet tractatio, ac æqualitas ſemper eſt fetvanda intet pattes, nec ad imparia judicari debent *ex vulgatis*, ut in propoſito docet *Samuel. Paſendorſius de Jure naturæ, & gentium lib.2. cap.3. ſub §.22.* ibì, *illa ex mera ejus, ad quem mittuntur, indulgentia dependent, adeoque ſi commodum videatur citra violationem ullius juris denegari ipſis poſſunt, ſi modo is pati velit, ut ſui quoque pari modo tractentur &c. fol. mihi 197.*

Circà uuicum illud pcivilegium Legatorum contingere ſolet diſputatio in foco contentioſo, nempè an, & quando durante legatione conveniri poſſint, in qua controverſia pro regula
17 conſtituitur, ipſos ea durante non poſſe conveniri juxtà *tex.in l.2. §. Legatis ff. de judic.* ibique *Petr. Barboſ. nu.49. cum ſeqq.* ubi teddit rationem, nè per conventiones impediantur ab officio legationis, & ſic nè inferatur præjudicium publicæ utilitati *Gonzalez Tellez in Commentar. ad cap. licèt n.6. cum ſeq. de foro compet. Cephal. conſ. 453. nu.10. cum ſeqq.* pleniſſimè reſpondit *Rugger. conſ. 2. n.32. verſ. Quibus cum pluribus ſeqq.* ubi etiam confutat jura in contrarium adducta *Vela diſſertat. 39. n.14. cum multis ſeqq. vol. 2.* ubi etiam teſtatur ità judicatum fuiſſe in *Hiſpalenſi Senatu*, ubi ipſe etat Judex, & coufutat contraria *Antunez Portugal. de donat. Regi par.2. lib.1. cap.35. n.17. tom.1. Fragoſ. de Regim. Reip. par.2. lib.4. diſp.1n. §.5. nu.133. D.Conciol.ad Statut. Eugub. lib.1. Rub.33. n.8.*

Quæ concluſio, ſeu regula ampliatur pcimò
18 procedere etiamſi cauſa ſit talis, quæ legationi nullum affecat præjudicium, ut tejecta contraria opinione tenet *Barboſ. ubi ſuprà num. 60. cum ſeqq.*

Ampl. 2. quamvis per modos prohibitos ob-
19 tinuerit legationem, nè alias impediatur officium legationis adimplece cum detrimento Reip. ut confutata coutratia opinione tenet *Barboſ. loc. cit. n.68.*

Ampl. 3. procedere nnn ſolùm favore illius Legati, quem Princeps Supremus mittit ad alium
20 Pcincipem, vel quem mittit Civitas ad ſuum Principem, ſed etiam favote Legati miſſi ab una Civitate ad aliam, ut tenet *Barboſ. ubi ſuprà n.78. cum ſeqq.* ubi tamen declarat.

Ampl. 4. quamvis ante legationem conſecu-
21 tam conteſtata eſſet lis cum eo, pet *tex.in l.non diſtinguemus §. Item ſi quis Romæ compromiſerit, mox Romam in legationem veneris non eſt cogendus arbiter ſententiam dicere non magis, quàm cogeretur, ſi litem ante conteſtatus eſſet, nunc eam exercere, nec intereſt tunc quoque in legatione fuerit, an non ff. de recept. arbitr.* tenet *Barboſ. loc. cit. n.91. verſ. ſed mirum cum duob. ſeqq.* ubi declarat *tex.in l.penult.ff.de legation.*, & latiſſimè aliis relatis, & rejecta contraria opinione tenet *Vela dicta diſſertat. 39. n.23. verſ. ſed mirum eſt cum ſeqq.* ubi etiàm exactiſſimè teſpondet contrariis *tom.2. Cabed. dec.24. n.4.*

Subampl. procedere in legatione conceſſa
22 motu proptio Pcincipis, ſecùs ſi ad poſtulationem ejuſdem Legati, ad tradita per *Barboſ. ubi ſuprà n.96. cum ſeqq. Roman.ſingular.597. Annot. ad Statnta Parmæ ſub tit. de modo, & forma ele-*

ctionis

Digitized by Google

ctionis Ambaſciatorum Toudut.de prævent.par.1.
*c.28.n.50. & ſeq.*ubi diſtinguit inter legationem
affectatè procuratam, & illam non affectatè
procutatam *Gratian. diſcept.421. n.30. cum ſeq.*
de hac tamen ſubampliatione videndus *Vela*
dicta diſſertat.39. n.28. cum ſeqq.

Circa prædictam quartam ampliationem no-
tandum, quòd cum pro parte Domini Alexan-
dri Petronii *de anno 1669.* contra clar. mem.
D. Cardinalem Robertum *in Signatura Gratiæ*
proponente R. P. D. de Sancto Petro ſub die 12.
Februarii coram ſan. me. Clemente IX.inſtaretur
pro admiſſione appellationis, ſeù reſtitutionis
in integrum à ſententia criminali, lata ſuper
falſitate codicilli, & mandati procuræ, oppoſi-
tum fuit eidem Cardinali tanquam de Latere
Legato Provinciæ Romandiolæ competere pri-
vilegium nè poſſet conveniri duranteLegatione
dilata fuit reſolutio ſed ſub *die 14. Februarii*
ejuſdem anni per acta Angelucci Notarii A. C.
de mandato Pontificis interpoſitum fuit à
R. P. D. Rita ejus Auditore ſequens decretum.
Ex tunc Dominus facto verbo cum Sanctiſſimo man-
davit ſuperſederi uſque ad reditum ad Urbem Emi-
nentiſſ. D. Card. Roberti poſt terminatam Legatio-
nem, quam modò fungitur in Provincia Romandio-
læ, ſinè præjudicio jurium ambarum partium etiam,
quoad propoſitionem cauſæ in Signatura Sanctitatis
ſuæ, & interim ex cauſa præſentis ſuperſeſſoriæ
tantum tempus, & tempora non currere ad appel-
landum, ſeù ad proſequendam appellationem, ac
aliàs omni &c. Et in *Signatura Juſtitiæ ſub die 17.*
Decembris 1676.proponente R. P. D. Parracciano
tunc Ponente, nunc vero ejuſdem ſupremi Tri-
bunalis Votante, doctrina, & integritate or-
natiſſimo *in Ferrarien.fideicommiſſi inter Dominos*
de Flaſchis Actores, & Dominos de Bevilaquis,
& de Bentivolis Reos, in qua cauſa jam per
quinquaginta, & ultra annos fuerat in Civitate
Ferrariæ introductum judicium, & tandem la-
ta ſententia immiſſiva favore Dominorum de
Flaſchis, antequàm bo: me: Reverendiſſimus
Bevilaqua promotus fuiſſet ad Nunciaturam
extraordinariam Germaniæ, reſolutum fuit,
quòd A. C. Cavallerinus, coram quo pendebat
cauſa in gradu appellationis ſuperſederet quo-
ad omnes, videlicèt tàm quoad Reverendiſſ.Be-
vilaquam, quàm quoad alios, qui diviſim poſſi-
debant partem bonorum fideicommiſſariorum
cum contra iſtos ſolos Domini de Flaſchis vel-
lent proſequi cauſam, & A. C. Cavallerinus ſe
declaraſſet, poſſe quoad Bentivolos cognoſce-
re cauſam, relicta in ſuſpenſo portione bono-
rum poſſeſſa à Reverendiſſimo Bevilaqua; Ve-
rum propoſita cauſa per eundem *ſub die 13. Se-*
ptembris 1678.in Signatura Gratiæ, non obſtante
quòd pro majori parte ſuffragiorum Votantium
perſiſteretur in prædicta reſolutione *Signaturæ*
23 *Juſtitiæ*, tamen mandante ſa. me. Innocentio
Undecimo emanavit ſequens reſcriptum *quoad*
R. P. D. Bevilaquam ſuperſederi arbitrio Sanctiſ-
ſimi, & quoad alios procedi ad ulteriora, quæ ſu-
perſeſſoria poſteà fuit revocata, & in cauſa pro-
ceſſum ad ulteriora in diſcuſſione.

Amplia 5. procedere etiam favore litis con-
24 ſortium, qui gaudere debent eadem dilatio-
ne, qua gaudet Legatus *Anaſtaſ. Germon. de Le-*
gatis Principum lib.3. cap.9. n.15. cum ſeq.

Quod ſub amplia procedere, quando cauſa
eſt unita, connexa, & individua, ut reſpondit
25 *Rugger. conſ.2. n.123. verſ. quibus cum pluribus*
ſeqq. & n.151. tradit, ità in inclita Civitate
Ferrarienſi practicari, quando negotium eſt
connexum, & ſi ipſius negotii res diviſibiles ſint
nihilominus propter cauſæ comunionem ex
unius conſortis juſto; & neceſſario impedimen-
to in tota cauſa, ut ſibi relatum ait à viris Ex-
cellentiſſimis, ſuperſedeatur, *Cephal. conſ.453.*
n.17. cum ſeq. quod etiam canonizatum fuit *à*
Signatura Juſtitiæ in dicta cauſa Ferrarien. ſed
poſteà contrarium reſolutum *in illa Gratiæ*, ut
mox dictum fuit.

Amplia 6. procedere, ut nec pro contracti-
bus anteà geſtis Romæ poſſit conveniri, ut pro-
26 ſequitur *Barboſ.loc. cit.n.104.cum ſeqq.*

Amplia 7. quamvis conveniatur à Credito-
27 ribus hæreditatis, quam agnovit, & adivit
de tempore Legationis, nè tot actiones, quis
ex multitudine negotiorum, quibus implicatur,
ſuſcipere cogatur, nec muneri ſibi injuncto
poſſit ſatisfacere, debet tamen interim duran-
te Legatione hæreditariis Creditoribus, & Le-
gatariis cavere, ut declarat *Gonzalez.Tellez. in*
Commentar. ad cap. licèt ſub n.7. circa finem verſ.
ſed quamvis de foro compet. Fermoſin. in cap.final.
qu.11. n.8.de judic.& foro compet. & firmat *Bar-*
boſ. in l. hæres abſens à n.89. & 96.ff.de judic.

Limitatur tamen primo, quando nullum
28 infertur præjudicium Legationi, quia de facili
expediri poteſt, ut reſpondit *Rota deciſ.1. & 2.*
de foro compet. in antiq.

Limitatur ſecundo non procedere, quando Le-
gatus convenitur pro contractibus initis duran-
29 te Legatione, ut limitat *Barboſ.in l.2. §.Legatis*
n.122. cum ſeqq. ff.de Judic. Gonzalez. Tellez. in
Commentar. ad cap. licèt ſub nu.9. verſ. cæterum
de for. compet. Vela d. diſſertat. 39. nu. 12. juncto
nu.52. tom.2.

Sublimitatur procedere, quando contraxit
30 prævia licentia ſui Principis, ſecùs è converſo,
ut declarat *Barboſ. ubi ſuprà n.125. cum ſeqq.*

Limitatur tertiò quando Legatus tenetur ali-
qua actione temporali, nàm tunc cogitur ſal-
31 tèm litem conteſtari, ne aliàs pereat actio cre-
ditoris, ut proſequitur *Barboſ. ubi ſuprà n. 195.*
cum ſeq. Et quod pro actu momentaneo expe-
diendo tempore Legationis conveniri poſſit, tra-
dit *Imol. in l. ſi Legatus 30. n.1. ff. ad Trebell.*

Limitatur 4. quando Legatus convenit ali-
quem durante Legatione pro contractu ante
32 eam inito, tunc enim per viam reconventionis
cogitur reſpondere, quamvis duret legatio, ut
limitat *Barboſ.in d. l.2. loc. cit. n.215. cum ſeqq.*
ubi declarat, & vidè *Gonzalez.Tellez.in commen-*
tar. ad cap. dilectus 6. n.7. de arbitr.

Limitatur 5. non procedere ad effectum pro-
ſequendi judicium, contra eum antè Legatio-
33 nem intentatum, juxtà *tex.in l.penult.ubi Bart.*
& Al-

Digitized by Google

& Alberic. ff. de legation. Bart. in l. 1. nu.4. in fine ff. de diverſ. & tempor. præſcript. tenet *Rugger. conſil. 2. nu.52.* & alios refert *Vela d. diſſertat.39. nu.23. tom.2.* ſed vidè quæ dicta fuerunt ſuprà in *Ampliat.4.*

Limirarur 6. in Legatione perpetua, uc de-
34 clarando intec Legatum tempotalem, & perpetuum faciunt tradita *per Bart. in l.1. n.4. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. Rot. coram recol. me. Coccin. dec.1915. nu.18.*

35 Limitatur ſeprimò in Legatione diutucna, & longa, ſecùs in brevi, ur declarar *Auaſtaſ. Germon. de Legat. Priucip. lib.3. cap.9. n.8. Martin. Laudenſ. eodem tract. qu.28.*

Limitatur octavo ad effectum cogendi Legatum hæredem inſtirutum cum oncre ſubſtitu-
36 tionis ad adeundam hæcediratem, quia illa eſt levis occupatio, ut docet *Gonzalez. Tellez. in Commentar. ad d. cap. licèt tirta finem de foro Compet.*

37 Limitatur nono, quaudo Legatus in legatione delictum commiſſit, ur declatat *Gonzalez. loc. cit. in fine.*

Ceterum, qui de Legatis majora, & magis
38 digeſta deſidecar, adice poterir *Corrad. Bauu. de Legation. Alberic. Gentil. eodem tract. Federic. Marſelaer de Legatis, Octavian. Mag. eodem tract. Anaſtaſ. Germon. eod. tract. Heuric. Habu. de Legation. ſivè de Legatorum auctoritate diſſertatio Abaſaver Fritſchium exercitat. var. Juris publici par.2. exercitat.14. de Legation. Hugon. Grot. qu. vetus, & nova An Legatus adverſus Principem, vel Rempub. ad quam miſſus eſt, delinquens ſalvo Jure gentium capere, retinere, ac punire liceat Gundiſſalvum Villadieg. de Legat. Jo. Brunellum de Legati dignitate, & poteſtate inter tract. magu. tom.13. par.2. ſol.230. Martin. Grat. de Legat. Principum inter tract. magu. tom.16. ſol.212. Riccard. Zoucheum ſolutio quæſtionis veteris, & novæ, ſivè de Legati delinquentis Judice Competente diſſertatio, in qua Grotii ſeutentia explicatur expenditur, & aſſeritur, eundem Zoucheum iu Juris, & Judicii ſacialis, ſivè Juris inter gentes, & quæſtionem de eodem explicat. 4. ſect.4. à quæſt. 7. uſque ad 22. pag.234. & ſeqq. Matthiam Borſium de legation. & Legat. inter diverſ. Accadem. de Jure publico Dominici Arumæi diſcurſ.14. tom.1. p.113. Jo. Gryphi. ndr. de Legatis diſputatio interd. Arumæi diſcurſ. Accademic. tom.1. diſcurſ. 29. p.266. à tergo Reinard. Kouiugs de Legatis, & Legation. inter. d. Arumæi diſcurſ. Accademic. tom. 2. diſcurſ. 21. pag.629. Hug. Grotium de Jure Belli, & Pacis lib.2. cap.12. pag.265. & ibi Gaſpar. Zieglier in not. ſeu animadverſionibus pag.411. Godeſrid. de Peſcutiz de repreſaliis cap.8. nu.76. eum ſeqq. pagina 244. Bragacoja l'Ambaſciatore, le Parſait. Ambaſſadeur traduit de l'Eſpagnol en Francois per le Seur Lanclot. Wiequeſort memoires touchât les Ambaſadeurs, et les Miniſtres Publics, Reflexion ſur les memoires pour les Ambaſſadeurs, & reſponſe au Miniſtre Priſonier, Cæſarin Furſtenerium de Jure ſuprematus, ac Legationis Principum Germaniæ, Giovacchino Setauti Inſtruzione per gl' Ambaſciatori de Principi edit. poſt ejus librum inſcriptum Frutti dell' hiſtoria, Jo. Chriſtifriedum Sagittarium iu otio Jennenſi, hoc eſt variarum obſervationum, & Comentationum Philologicarum Philoſophicarum, & Hiſtoricarum diſſertat. 17. Speculum boni Legati pag. 423. Trajano Boccalini in Epiſtolis epiſtola ...... Carolum Emanuelem Vizzanum de mandatis Principum ſeù de offic. eorum, qui in Provincia cum Imperio mittuntur ad leg. primam n.45. cum ſeqq. Erneſtum GocKelinum de Europæis Regibus cap.20. pag.914. Chriſtophor. Var. Sevicium de Legato, & Legatione inter ejuſdem librum de Concilio, Conſiliariis Philippum Knipſchildſ. de Jurib. & privil. Civit. Imperial. lib.2. cap.25. Cobell. ad Bullam Boni Regim. c.33. Io. wolſgang. Textor. Synops Iuris public. cap. 14. Chriſtofor. Beſold. de Legat. & Legation. Franciſc. le Vayer Legatus ſeù de Legatione, Legatorumque privilegiis, officio, & munere, Kircherenm de Legat. Felbing. in diſſert. de Legat. Samuel Puſendorpum de Iure naturæ, & gentium, Perejam de edition. inſtrum. tit.2. reſolut.2. Roccbum de Officialib. tit. Legatorum electio &c. §. 8. & ſeqq.* ubi de Legatis Civitatis *Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Engub. lib.1. Rub.32. Piguatell. conſult.110. tom.1.* ubi an Legati, ſeu Oratores eorumve comites, & famuli delinquentes in Remp. in Pcincipem, ad quem miſſi ſunr, poſſint ab eo punici *Aatunez Portugal. de donat. Reg. par. 2. lib.1. cap.35. tom.1. Petr. Gonzalez. de Salcedo in Theatr. honoris, ſeù Commentar. ad l.16. tit. primo lib. 4. Recompil. Hiſpan. gloſſ. 26. 27. 28. & 29. pag. 234. Zacchariam Paſqualig. decis. moral.508. cum duabus ſeqq. Lagunez de fruct. part. prim. cap.14. n.59. cum quatuor ſeqq. & cap. 22. n.44. cum ſequent. ac n.48. Zacch. de Salar. qu.17. n.8. & qu. 53.*

ADDITIO AD RUBR. XXIV. LIB. I.

SUMMARIUM.

1 DUrante Legatione non poſſunt Legati conveniri & n.2.
3 Et hujuſmodi privilegium ſuffragatur etiam litis conſortibus.

Num. 17. Legati durante Legatione non poſſunt conveniri ut confirmat *Reverendiſſimus Petra in*
1 ejus doctiſſimis *Commentar. ad Conſtit. Apoſtolic. tom.2. ſect. 2. n.30. pag. mihi 91.*

Num. 13. De his duabus reſolutionibus emanatis
2 in Cauſis bo:me: Cacdinalis Roberti, & bo:me: Bevilaquæ, & de Flaſchis vidè *R. Petram loc. cit: n.30. eum ſeqq.*

*Num.*24. Etiam favore litis conſoctium ut etiam
3 firmat *R. Petra loc. allegat. n.30.*

LIBER SECUNDUS

Statutorum Civitatis Faventiæ.

De bonis Communis Faventiæ manutenendis, & non alienandis.

RUBRICA PRIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod omnia bona (A) Communis Faventiæ, videlicet Molendina, & Gualcheriæ, Silvæ, Prata, Paſcua, Terræ aratoriæ, ſaldæ, & poſſeſſiones quæcunque in Civitate Faventiæ, & ſuburbiis, viæ, Domus, & quæcunque alia bona, jura, & juriſdictiones Communis ubicumque ſint, tam in Civitate quàm extra, recuperentur, & manuteneantur per D. Poteſtatem Civitatis Faventiæ, ac per DD. Antianos, & generale Conſilium ejuſdem. Et quod bona, & jura dictæ Communitatis vendi, ſeu alienari [B] non poſſint, nec obligari quovis prætextu, ſeu cauſa, exceptis tamen bonis bannitorum ſeu rebellium Communis Faventiæ, & excepto niſi talis conceſſio, & alienatio fieret in generali Conſilio, & ex legitima cauſa, & in evidentem utilitatem dictæ Communitatis, & ſervatis ſervandis de jure, in quibus caſibus præcedant proclamationes per Civitatem Faventiæ, per preconem dictæ Communitatis, & plus offerenti dentur; Alias omnis obligatio, & alienatio aliter facta ſit ipſo jure nulla, Et prædicta non vendicent ſibi locum in bonis emphyteuticis, & livellariis dictæ Communitatis ſolitis concedi in emphyteoſim; & in locationibus [C] triennalibus per ſuperiora Statuta permiſſis, quæ fieri poſſint per DD. Antianos pro tempore exiſtentes, & Cives adjunctos. Declarantes, quod via renatia, ripæ Fluminis, ſpacium terreni, quod dicitur Bondiolo, [D] intus Civitatem, trivia, plateæ, ſtadia,ſtratæ,& hujuſmodi,ſint etiam,& intelligantur de juribus dicti Communis, quæ nullo modo vendi, vel alienari, nec ad aliquem uſum concedi, ſed perpetuo uſui publico deſerviant. Et omnis alienatio, & conceſſio aliter facta ſit ipſo jure nulla.

SUMMARIUM.

1 BOna Communitatis ſunt in triplici differentia, de quibus ibi.

2 Quælibet Communitas habet particularia bona, res, & jura à ſupremo Principis dominio ſeparara, quorum adminiſtratio ad ipſam ſpectat.

3 Plateæ, fontes, pontes, forum, nemora, paſcua, & alia ſimilia quoad proprietatem ſunt Vniverſitatis, ſed quoad uſum, & commoditatem omnibus ſunt communia. Decl. n.4.

5 Theatra, Amphiteatra, Palatia, & ſimilia quoad commoditatem ſunt omnibus communia, ſed non ſemper.

6 Civitas Statuto prohibere poteſt alienationem locorum publicorum, ac etiam illa facere privata, & alienabilia.

7 Civitas ſtatuere poteſt circa ea, quæ illius bonorum adminiſtrationem reſpiciunt.

8 In locationibus bonorum Cummunitatum Status Eccleſiaſtici apponi debet pactum circa renunciationem cujuſuis remiſſionis, ſeù defalchi, & quatenùs non apponatur, ſubintelligitur. Declara ut ibi remiſſivè n.9.

10 Decuriones,Conſiliarii,& alii Officiales Communitatis non poſſunt bona illius conducere. Ampl. nu.11.

12 Subcollectoribus, & Commiſſariis Spoliorum Eccleſiaſticorum, eorumque Conjunctis, Familiaribus, Notario, aliiſque Officialibus prohibitum eſt emere res ſub ſpolio comprehenſas.

13 Theſaurario generali, Clericis Cameræ, aliiſque Miniſtris Cameralibus prohibitum eſt habere partem, ſeu participationem in Appaltibus, & locationibus vectigalium, aliorumque bonorum, & rerum Reu. Cameræ ſub pęnis, de quibus ibi.

14 Limita in Cardinali Camerario.

15 Via *Bondiolo* nuncupata ornata fuit domibus, & ædeficiis,

OBSERVATIO.

A BOna Communitatis ſunt in triplici differentia, alia enim licet quodammodò ſint
1 publica,tamen tàm quoad proprietatem,quàm quoad uſum, ſunt Univerſitatis, ranquàm ejus proprium, & privatum patrimonium, eo modo, quo res ſingulorum poſſidentur, proùt ſunt vectigalia, domus, prædia, redditus, & ſimilia *ad tex.in l.bona Civitatis* 15. *& in l.inter publica* 17. *ff. de verb. ſignificat.* notat *Iaſ.in l.final. n.6. C.de pact. Cancer. var. reſol.par.3. cap.* 17. *n.*199. *Tondut. qq. & reſolut. civil. par.*1.*cap.*60. *nu.*11.

1 n.11. cum ſeq. Valeron. de tranſact. tit.4. quæſt.3.
n.1. Cabed. dec.18. nu.5. par. 2. Nàm unaquæque
2 Communitas habet præcipua, & particularia
bona, res, & Jura, à Supremo Principis domi-
nio, ſeù patrimonio ſeparata, quorum admini-
ſtratio ad ipſam ſpectat l.1. §. Quibus autem, &
§. Final. ff. quod cujaſque Univerſit. l. bona Civi-
tatis ff. de verb. ſignif. docet Jo. Petrus Ala de
Chriſtiano, & Politico Decurione qu. 1. in princ.
prout noſtræ Communitatis ſunt prædia, Mo-
lendina, Gualcheria, Domus, apotecæ necnon
canones domorum, & apotecarum &c.
Alia verò, quæ quoad proprietatem ſunt
Univerſitatis, ſed quoad uſum, & commodi-
3 tatem omnibus, & ſingulis ſunt communia, ut
plateæ, fontes, pontes, forum, nemora, paſcua,
& alia, quæ deſcribuntur hic à noſtro Statuto,
ut docent Cancer. ubi ſuprà un. 198. Valeron. loc.
cit. ubi plures concordantes Cabed. d. deciſ. 18.
ſub n.3. Rot. in rec. dec.447. n.7. & 8. par.5. tom.2.
ubi ad effectum ſolemnitatum requiſitarum
in earum alienationibus,
Advertendo tamen, quòd reſpectu nemo-
4 rum, paſcuorum, & ſimilium uſus, & commo-
ditas poteſt quidem competere Incolis, & Ci-
vibus, non autem Exteris, ut docet Valeron.
loc.cit. n.3. cum ſeqq. juncto nu.11. & confert. d.
deciſ.447. n.8.
Alia, quæ quoad uſum, & commoditatem
ſunt omnibus communia, ſed non ſemper, ut
5 ſunt theatra, amphitheatra, palatia, & ſimilia,
quæ aliquando quibuſcunque patent, quando-
que verò clauduntur, ut declarando diſtinguit
Cabed. loc.cit. n.4.
B Civitas etiam recognoſcens Superiorem po-
teſt mediante Statuto prohibere alienationem
6 locorum publicorum, ac etiam illa facere pri-
vata, & alienabilia (ſicuti hic diſponit noſtrum
Statutum in fine) ut probat Neguſant: reſponſ.465.
nu.43. cum ſeqq.
Nec non poteſt ſtatuere circa ea, quæ illius
bonorum adminiſtrationem reſpiciunt, ut tra-
7 dit Jo. Petrus Ala d. tract. quæſt. 1. circa princ.
Alia circa alienationem bonorum Communita-
tis vide ſupra Obſerv. ad Rubric. IV. littera D. & E.
C Juxtà diſpoſitionem Bullæ Clementis VIII. in
10. §. 17. vulgò nuncupatæ Boni Regiminis in
contractibus locationis bonorum Communita-
tum Status Eccleſiaſtici apponi debet pactum
8 circa renunciationem cujuſuis remiſſionis, ſeù
defalchi, & quatenùs non apponatur, adhuc
ſubintelligitur, ut expreſsè legitur in dicta Bul-
la ibi. In quocunque contractu locationis rerum
Univerſitatum apponendum eſſe pactum, & condi-
tionem, ut Communitates teneantur ad aliquam
remiſſionem ex quocumque inopinato, & inſolitiſ-
ſimo belli, incurſus militum, depopulationis agro-
rum, direptionis, aut ſiccitatis, alluvionis,
grandinis, tempeſtatis, incendii, aut alio quovis
maximè fortuito caſu, atque ex quovis capite, atque
etiam legitima; & urgenti amiſſionis, aut dimi-
nutionis fructuum, etiam omnium, vel majoris
partis aut ſterilitatis, vel alia quavis cauſa co-
gitabili, vel incogitabili, ſint prorſus immunes,
nec ad id cogi poſſint, etiamſi de jure tenerentur,
ſed integrè ſemper reſponſiones, & præſtationes,
ſeu penſiones annuæ abſque ulla diminutione per
ipſos Conductores, eis ſolvi debeant, & quamvis
pactum hujuſmodi forſan in contractibus omiſſum
fuerit, nihilominus vigore præſentium literarum
tacitè ineſſe ſubintelligi debere, perindè ac ſi inter
Contrahentes expreſsè cautum, & conventum
fuiſſet, quæ verba licèt ſint ampliſſima, attamèn
cum agatur de Conſtitutione Juris Communis
9 correctoria, patiuntur declarationes, de
quibus latè doctiſſimus D. Pacionus in ejus tract.
de locat. cap.49. n.115. cum ſeqq.
Advertendum etiam, quod Decuriones, alii-
10 que Officiales Communitatis, qui illius bo-
norum adminiſtrationem gerunt, ac præpoſiti
ſunt locationibus, non poſſunt vectigalia, &
bona ejuſdem Univerſitatis conducere, alio-
quin contractus erit nullus §. Œconomis auth.
de alienat. & emphyt. Cohell. ad Bullam Boni Re-
gimin. cap.46. nu.22. Poſth. de ſubhaſt. inſpect.32.
num.59. D. Pacion. de locat. cap.10. n.34. Oſaſch.
deciſ.109. num.6. ubi quòd incurritur pœna ir-
ritationis actus, & quadrupli, etiamſi condu-
11 cant per interpoſitam perſonam: Eodem mo-
do prohibitum eſt Subcollectoribus, & Com-
miſſariis Spoliorum Eccleſiaſticorum, eorum-
que Conjunctis, Familiaribus, Notario, aliiſ-
que Officialibus emere res ſub ſpolio compre-
henſas juxtà inſtructionem impreſſam, ut tra-
dit Poſth. loc. cit. num.58.
Sicuti etiam prohibitum eſt, tàm Theſaura-
13 rio generali, quàm Clericis Cameræ, aliiſque
Miniſtris Cameralibus, partem, ſeù participa-
tionem habere in Appaltibus, & locationibus
vectigalium aliorumque bonorum, & rerum
Rev. Cameræ ſub pœna excommunicationis la-
tæ ſententiæ, necnon privationis omnium, &
quorumcumque Officiorum, & Dignitatum,
ac emolumentorum, ex eadem participatione,
vel aliàs quomodolibet provenientium, ut diſ-
ponitur in Bulla Julii II. in 9. in Bullar. nov. num.1.
confirmata per Paulum III. in ejus Bulla in 18.
eodem Bullar. & tomo, ac notat Cohell. cap. 16.
num.79. & cit. cap. 46. num.21. & de Theſaura-
rio affirmavit Fabius Marcheſius in ſecundo ejus reſ-
ponſo num.1. cum. ſeqq. impreſſ. in addit. ad San-
felic. deciſ. 170. tom.2.
Quæ tamèn prohibitio non comprehendit
14 Cardinalem Camerarium, ut expreſsè diſpo-
ſitum fuit per Julium III. in ejus Bulla in 3. §.4.
cum ſeqq. in Bullario novo tom.1.
D Terrenum, ſeù Situs Boadiolo nuncupatus,
15 non eſt ampliùs nudus, & vacuus, cum ſuper
eo fuerint ædificatæ domus, & constructa no-
bilis, & venuſta via ſeù contrada.

A D-

ADDITIO AD RUBRICA I. LIBRO II.

SVMMARIVM.

1 Clerici, & alii Eccleſiaſtici poſſunt depaſci facere eorum animalia in paſcuis univerſitatis, prout alii Cives.

*Num.*4. Clerici, aliique Eccleſiaſtici, & Regulares poſſunt facere depaſci eorum animalia in paſcuis * Communibus Univerſitatis prout alii Cives *Cortiad. deciſ.* 212. *num.*16. & 17. *tom.*4.

Quod Poteſtas: & Antiani teneantur defendere, manutenere, & recuperare juriſdictionem Civitatis Faventiæ, & maximè infraſcripta jura.

RUBRICA SECVNDA.

STatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, & Antiani Civitatis Faventiæ pro tempore præſidentes vinculo eorum juramenti, & Officii teneantur tueri, & manutenere omnes juriſdictiones Communis Faventiæ, & bona quæcumque ejuſdem, & res omnium, & ſingulorum hominum Civitatis Faventiæ Comitatus, & Diſtrictus ejuſdem, & maximè infraſcripta jura, & juriſdictiones dicti Communis, videlicet. Caſtrum Ruſſii, [A] cum Silva candirana, (B) & alia poſſeſſione, ſita in dicto agro, cum aliis ſuis juribus, & pertinentiis; Caſtrum Aureoli, (D) Caſtrum Granaroli (E) Poſſeſſiones de Madraria, [F] & Foſſiula, (G) Molendina tam in Civitate, quàm extra exiſtentia, Gualcherias, [H] Poſſeſſionem de Feletto, Apothecas, Domos (I) & alia quæcumque jura dicti Communis, & maximè juriſdictionem, quam habet in flumine Alhamonis, Et præcisè teneantur recuperare Caſtrum (K) Solari cum ejus molendinis, poſſeſſionibus, & pratis, & aliis ſuis juribus, & pertinentiis, Et juriſdictiones, quas habebat, & habere debet dictum Commune in terra Biſurtii, Marzanellæ, Felectæ, Maradi, Povolani, Caſtri novi, Boeſini, Graſiani, Ruynæ, Piſtrini, Caſtiglioni, Camutrani, Criſpini, & cellæ cum curte, & etiam in aliis quibuſcumque locis, & bona quæcumque, & maximè emphyteotica, & livellaria dicti Communis ſita tam in Civitate quàm extra, Et in ſpecie recuperare, & manutenere totum Diſtrictum Civitatis Faventiæ, uſque ad pontem termini in flumana Marciani, Prætamauri, Paleæ, Cæparani, Albinelli, & alias Terras, & juriſdictiones, & uſus Civitatis Faventiæ uſque ad dictum pontem, & villam Blanchanigi, Cutignolæ, Caſſanighi, & omnes villas, & loca; quæ ſunt circa flumen Senni ex utraque parte fluminis; & in prædictis ſint, & eſſe debeant diligentes, & ſoliciti.

SVMMARIVM.

1 CAſtrum *Ruſſii* ſemper ægrè tulit ſuperioritatem, & juriſdictionem Civitatis *Faventiæ*, & ſemper ſatagit, ſe ab illa eximere, & ſubjicere vel immediatæ juriſdictioni Sedis Apoſtolicæ, vel potius Civitati Ravennæ num.3.

2 Caſtro *Ruſſii* multæ gratiæ, & conceſſiones variis temporibus factæ fuerunt à Civitate *Faventiæ*, de quibus ibi remiſſivè.

Poteſtas Caſtri *Ruſſii* eligitur quolibet anno à Conſilio generali Civitatis *Faventiæ* nu. 3.

Civitas eligens Poteſtatem, ſeu Gubernatorem Caſtri gaudet magna prærogativa, & diſtinguitur ab aliis Civitatibus num.3.

4 Sylva eſt arborum congeries, vulgò etiam nuncupata *Boſco*.

5 Sylva alia cædua eſt, alia verò paſcua.

6 Sylva cædua eſt, quæ certis temporibus cęditur.

7 Faſcinæ deſtinatæ ad cremandum ſunt fructus Sylvæ cędu.

8 Sylva paſcua eſt, quæ paſcuis pecudum, ac aliorum animalium eſt deſtinata.

9 Sylva differt à foreſta.

Foreſta eſt locus, in quo feræ includuntur, & in ea habet quis uſum venandi nu.9.

10 Verbum *poſſeſſione* idem eſt ac prædium, & paſſim promiſcuè uſitantur.

11 Circa pertinentiam tàm Villæ *Lucii*, & S. Ponti, quam Caſtri *Aureliani*, ſeù Aureoli, vulgaritèr nuncupati *Oriolo* acritèr controverſum fuit inter Archiepiſcopum Ravennæ, & Civitatem *Faventiæ*, & in judicio interdicti *uti poſſidetis* intentati reſolutum fuit favore Archiepiſcopi, & num.12. 13. ac 14.

15 Caſtrum Aureoli vulgariter nuncupatur *Oriolo*.

16 Interdictum *uti poſſidetis* pro honore competit.

18 *Lippus Severolus* ob occupationem Oppidi Aureoli ab Archiepiſcopo Ravennæ anathemare ligatus fuit, & poſteà inſtante Rep. Veneta abſolutus.

19 Caſtrum *Aureoli* vendicatum fuit de anno 1474.

no 1474. per Archiepiſcopum Ravennæ Carolo Manfredo Faventiæ Domino, ob eujus ſamiliæ extinctionem remanſit ſub Dominio, & Juriſdictione *Faventiæ*.

20 Caſtrum *Aureoli* conceſſum fuit Civitati *Faventiæ* à Cardinali Alidoſio.

21 Vicarius Caſtri *Aureoli* deputatur quotaunis à Civitate *Faventiæ*.

22 Caſtri *Granaroli* varii fueruot Domini, & occupatores.

23 Caſtri *Granaroli* habitatores olim erant duo mille.

24 Caſtri *Granaroli* juriſdictio, & gubernium conceſſa fuerunt Civitati *Faventiæ* à Cardinali Alidoſio, quæ adhuc exercentur mediante deputatione Vicarii.

25 Caſtrum *Granaroli* eſt membrum Civitatis *Faventiæ*.

26 Septem prædia poſita in loco, nuncupato *Madrara*, conceſſa fuerunt per Cardinalem Alidoſium Communitati *Faventiæ*.

27 Circa quæ prædia longa lis agitata fuit inter Canonicos, & Communitatem *Faventiæ*.

28 Prædia poſita in loco, nuncupato *Foſſula* controverſa fuerunt inter Canooicos, & Communitátem *Faventiæ*.

29 Prædium *Pompoſiæ* oon eſt diſtinctum, & ſeparatum à fundo, nuocupato *Foſſula*, ſed partim in eo ſitum, & partim in alio loco, ouncupato *Praſa Fantina*.

30 Civitas *Faventiæ* poſſidet hodiè ſolùm prædia poſita in loco nuncupato *Calderara*.

31 Molendina, & Gualcheria conceſſa fueruot Civitati *Faventiæ* per Cardinalem Alidoſium.

32 Communitas *Faventiæ* poſſidet Domos, & Apothecas, ex quibus percipit annua ſcuta 200.

33 Caſtrorum, eorumque jurium materia remiſſivè.

34 Villa dicitur, quæ eſt extrà muros Civitatis.

35 Villa eſt congregatio hominum, & unitas quarundam domorum ſinè muris, quaſi vallis vallata, & circumdata.

36 Ad Villam conſtituendam requiritur, quòd adſint ſaltem quiuque homines Patres familias.

37 Villa juriſdictionem ſub ſe continet. Decl. num. 38.

39 Univerſitatis nomine decorari oon poteſt Villa abſque Superioris licentia.

40 Villa accipitur etiam pro loco deliciarum, & recreatioois.

41 Villa dicitur ædificium in rure ſitum ſioè muro, & vallo.

42 Civitates *Villæ* vocantur io Gallia, & io Hiſpania.

43 Villæ diverſimodè accipiuntur.

44 Villicus eſt qui propter fructus percipiendos in Rure præponitur.

45 Villani dicti ſunt à Villa, eo quòd in Villis commorentur.

Ruſtici dicti ſunt à Rutibus, quæ excoluot num. 45.

OBSERVATIO.

A HOmines Caſtri *Ruſſii* famulantes naturali
inſtituto, ſemper ægrè tulerunt antiquiunnam Superioritatem, & Juriſdictionem
noſtræ Civitatis, undè non obſtantibus variis
2 gratiis, & conceſſionibus, ipſis de anno 1514.
& 1518. factis, quarum primæ regiſtratæ fuerunt per *bo. me: Tondutium in Hiſtoria Faventina*
par.3. fol.605. & omnes infrà *in appendice p.22.*
3 *& ſeqq.* ſæpè ſategerunt, ſe ab illa eximere, & ſubjicere, vel immediatæ juriſdictioni Sanctæ Sedis
Apoſtolicæ, vel potiùs Civitati Ravennæ, ut
teſtatur idem *Tondut. par.4. fol.643. & 649. &*
652. cum ſeq. Verùm ſuccubuerunt, ut proſequitur *d. Tondut. eadem par.4. fol.654. & 660.* & quolibet anno à Conſilio generali Civitatis eligitur Poteſtas ad annum, qui juriſdictionem
exercet io prædicto Caſtro, ac per Magiſtratum
illi expediuntur literæ parentales, qua prærogativa mediante noſtra Civitas valdè differt ab
aliis Civitatibus Sedi Apoſtolicæ ſubjectis, &
redditur ſpecialiori oota digna, ut loquendo
de Civitate Vrbevetana ſua Patria eadem prærogativa gaudente, comprobat *Cobell. ad Bull.*
Bon. Regim. cap. 8. n.22. cum ſeqq.

B Sylva eſt quædam arborum cougeties, vulgò
4 etiam nuncupata *Boſco*, *Rebuff. in l. Sylva 30. ff. de*
verb. ſignificat.

Alia dicitur cædua, alia verò paſcua, ad *tex.*
5 *in d. l. Sylva* doeet *Otcrus de paſc. cap. 1. n.2. cum*
ſeq. Boſſ. moral. var. vol.3. tit. de alienat. bonorum
Eeeleſiaſt. n.424. cum pluribus ſeqq. ubi latè de
Sylva, ejuſque ſpeciebus. Cædua enim eſt illa,
6 quæ frequenter, ſeù certis temporibus cæditur,
de qua loquuntur *Cæpol. de ſervitutibus ruſtic.*
præd. cap.22. n.6. Molin. de primog. Hiſpan. lib.1.
cap.22. Garz. de expenſ. cap.11. Guticrez de tutel.
par.3. cap. 27. nu.2. cum ſeqq. Caſtill. de uſufruct.
7 *cap.25. n.42.* Et faſeinæ, deſtinatæ ad cremandum, ſunt fructus Sylvæ cæduæ, ex qua ſuccidu̲ntur *Rot. in rec. dec.230. n.13. par.17.* Nam
ad hoc ut Sylva cædua dicatur duo copulativè
requiruntur, nempè quòd ejus arbores excidi
conſueverint, ità quòd illius utilitas in hoc conſiſtat, & quòd arbores exciſæ ex ſtirpibus, àut
radicibus renaſcantur, ut docet *Boſſ. loc. cit.*
num.424.

Paſcua verò eſt, quæ paſcuis pecudum, ac
8 aliorum animalium eſt deſtinata, ut tradit *Otcr.*
ubi ſuprà num.7. cum ſeqq.

Sylva differt à Foreſta, cum Foreſta ſit locus,
9 in quo feræ includuntur, & in ea habet quis
uſum venandi *Barbat. de diviſ. fruct. part. 1.*
cap. 6. num.24.

C Verbum *Poſſeſſione* idem ſonat, ac prædium,
10 & paſſim promiſcuè uſitantur, *per tex. in l. Indictiones cum ſeq. C. de Anuon. & tribut. lib. 10.*
ibique *Amaya Bulla* Gregorii XIII. *la 69. Bullarii veteris*, ubi de ſolutione Fidæ, & tradunt
Cephal. conſ.144. n.18. Bellon. Iun. conſ.10. n.26.
verſ. ſecundo reſpondeo, D. Pacion. de loeat. &
conduct. cap.23. num.19. Solorzan. de Jure Indiar. lib.1. cap. 23. n.61. tom.2. Surd. decis.241.
num.12. in fine.

D Acti-

Digitized by Google

D Aeriter controverſum fuit inter Archiepi-
ſcopum Ravennæ, & noſtram Civitatem ſuper
11 pertinentia tàm Villæ Lucii, & S. Ponti, quàm
Caſtri Aureliani, ſeù Aureoli, vel Arioli, vul-
12 garitèr nuncupati *Oriolo*, ut teſtatur *Leander
Albertus in deſcript. Italiæ pag. mihi* 259. *& ho:
me: Tondutius in hiſtoria Faventina in probem. pa-
gina* 53. in qua poſt diſcuſſionem nonnullorum
articulorum, probationes, & ordinatoria ju-
13 dicii *interdicti uti poſſidetis*, intentati ab Ar-
chiepiſcopo, concernentium, ut legitur *in cap.
cum cauſam 6. de juram. calum. & cap. cum cau-
ſam 37. de teſtib. & atteſtat.* deciſum fuit per
14 Innocentium III. in illo judicio poſſeſſorio fa-
vore Archiepiſcopi, *ut in cap. licèt 19. de proba-
tion. Tondut. in d. hiſtoria par. 2. fol.* 235. quæ re-
ſolutio laudatur *à Franciſco de Royè de jurib. ho-
norific. in Eccleſia lib. 2. cap. 15. verſ. Hunc pro
remedio*, ubi notat, quòd, Archiepiſcopus tur-
baretur ſuper juriſdictione, honore, & jure, quod
ad eum ſpectabat ſuper dd. duabus Villis, &
Caſtro, tanquàm Domino, & Seniori Comita-
tus Faventini ex donatione Conradi Imperato-
15 ris, juſtè egit *interdicto uti poſſidetis*, quòd
etiam pro honore competit, & refert *Hierony-
mus Rubeus in Hiſtoria Ravennatenſi lib. 5. ad an-
num* 1031. *& lib. 6. ad annum* 1204.

Et cum *Lippus Severolus* (ex cujus nobiliſſima
familia originem traxit *fel. rec. D. Nicolaus Se-
16 verolus Sac. Conſiſt. Aulæ Advocatus* in multi-
plici eruditione, ac Juriſprudentia inſignis, &
in ætate quaſi octogenaria, qua ſub die 19.
Decembris 1690. animam Deo reddidit, adhuc
ſtudendi avidus: Ejuſdem præcæteris virtutes
omnes, glorioſa æmulatione conſpiciuntur in
*Illuſtr. & Rev. D. meo Marcello filio utriuſque
Signaturæ Votante* Judice Rev. Fabricæ Sancti
17 Petri ſpecialiter deputato, ab omnibus Lite-
ratis paſſim laudato, & juxtà contingentias
pro diſcuſſione peregrinorum articulorum in
quavis ſcientia quotidie adito, ac conſulto,
18 unus de Magiſtratu Civitatis, inſimul cum
Principe Faventiæ de anno 1313. dictum Oppi-
dum occupaſſet, ab Archiepiſcopo Ravenna-
tenſi anathemate ligatus fuit, ſed poſteà autho-
ritate Pontificia, inſtante Reip. Veneta gratio-
ſa abſolutione reſtitutus eſt, ut ex *Rub. in d. hiſto-
ria lib. 6. fol. 398. juxtà impreſſ. Venetam an-
ni* 1580. ut refertur *in Epiſtola dedicatoria im-
preſſ. apud Nigr. de laudem. tom. 2. & per Tondut.
in d. hiſtoria par. 3. fol.* 283.

Cùm autem poſt varios caſus diverſis tempo-
ribus ſequutos, & relatos *per Tondut. in dicta
19 hiſtoria*, præfatum Caſtrum de anno 1474. ven-
ditum fuiſſet per Archiepiſcopum Ravennæ pro
ſumma ſcut. 250. Carolo Manfredo Faventiæ
Domino, ob illius familiæ extinctionem re-
manſit ſub dominio, & juriſdictione noſtræ Ci-
vitatis, ut ex *Tondut. d. fol. 53. & par. 3. fol.* 506.
in cujus corroborationem acceſſit conceſſio
ejuſdem Caſtri Civitati facta de anno 1510. *per
20 fel. rec. Cardinalem Alidoſium*, de qua infrà *in
Appendice pag. 3. nu.* 19. & concurrit deputatio
21 Vicarii, quæ quolibet anno fit à Civitate, ut
dictum fuit ſuprà *in Obſerv. ad lib. 1. Rub. XVI.
num.* 8.

E Varii fuerunt Domini, ſeù Occupatores Ca-
ſtri Granaroli juxtà varietatem temporum, ut
22 teſtatur *Tondut. in dicta hiſtoria*, & deducitur
ex Jo. de Imola conſ. 84. ubi ob amiſſionem dicti
Caſtri factam à Civitate noſtra diſputatum fuit
An illa favore conductoris teneretur ad remiſ-
ſionem affictus gabellarum, & maximè maci-
næ, quæ aſcendebat ad notabilem ſummam,
cum tunc habitatores eſſent numero duorum
23 millium, de anno tamen 1510. *per D. Cardina-
lem Alidoſium à Latere Legatum* illius gubernium
& juriſdictio conceſſa fuit noſtræ Civitati, ut
24 in *Appendice pag. 3. nu. 19. & 22.* quàm adhuc
exercet, ut teſtatur *Tondut. in eadem hiſtoria in
probem. fol.* 57. mediante deputatione Vicarii,
ut dictum fuit ſuprà *in d. Obſer. ad Rubr. XVI. n. 9.*
& ideò cum ſubjaceat, reputatur illius mem-
25 brum *Oter. de paſc. cap. 10. n. 5.*

F Ex duodecim prædiis, ſeù poſſeſſionibus, po-
ſitis in loco, vulgaritèr nuncupato *Madrara*,
26 ſeptem conceſſæ fuerunt per dictum *Cardinalem
Alidoſium* Communitati, ut teſtatur *Tondut. in
hiſtoria par. 3. fol.* 583. & patet ex eadem con-
ceſſione infra *in Appendice pag. 3. n.* 14. quæ con-
ceſſio confirmata fuit *à* Julio II., ut ex eadem
confirmatione, regiſtrata *à Tondut. eadem par. 3.
fol. 586. & infrà in Appendice pag.* 3.

Circa prædicta prædia Madrariæ longalis
27 agitata fuit inter Canonicos, & Communita-
tem in Rota, prius *coram Gropperio*: & deindè
coram Seraphino, ut in deciſ. 470. 488. 501. 607.
634. & 704.

G Eadem controverſia, quæ vertebat inter Ca-
nonicos, & Communitatem ſuper poſſeſſioni-
bus Madrariæ, vertebat etiam ſuper illis Foſſu-
28 læ, ut patet *ex Seraphin. d. deciſ.* 470. in qua
fuit reſolutum, prædium Pompoſiæ non eſſe
29 diſtinctum, & ſeparatum à fundo nuncupato
Foſſula, ſed partim in eo ſitum eſſe, partim ve-
rò in alio loco, qui dicitur *Prata Fantina*, *ut
coram eodem Seraphin. dec.* 255. in qua Cauſa
emanarunt etiam aliæ *deciſiones*, nempè 368.
384. 470. 501. 634. 656. 675. 704. 783. 979. 1096.
1129. 1162. & 1189.

Hodie noſtra Civitas poſſidet dumtaxat
30 prædia ſita in loco, vulgaritèr nuncupato, *Cal-
derara*.

H Molendina, & Gualcheria conceſſa fuerunt
31 Civitati *per D. Cardinalem Alidoſium*, ut patet
ex conceſſione, de qua infrà *in Appendice p. 12.
n.* 14. & teſtatur *Tondut. in d. par. 3. fol.* 583.

I Adhuc poſſidentur à Civitate Domus, & Apo-
32 thecæ, ex quibus annuatim percipit ſcut. 200.
circitèr.

33 De Caſtris, eorumq; juribus, vidè *Cancer. var.
reſolut. par. 3. cap. 13. Mantiſſ. de Jure Burgorum
impreſſ. penès Hering. de Molendin. Ripol. de Re-
galib. cap.* 33.

K Ceterum quoad pertinentiam Caſtrorum, &
aliorum bonorum, in hac *Rubrica* enunciato-
rum, videndus *Tondutius in cit. hiſtoria*.

L Villa dicitur, quæ eſt extrà muros Civitatis

34 *Ripol. de regalib. cap. 33. nu.35. Franciſc. Marc.*
dec.366. nu.27. par.1. & eſt congregatio homi-
35 num, & unitas quarundam Domorum ſinè mu-
ris, quaſi vallis vallata, & circumdata, quia
non tuitione murorum, ſed vallatione fortifica-
tur, ut firmant *Ripol. ubi ſuprà n.34. & Franciſc.*
Marc. loc.cit. Carolus du Freſuè in ejus Gloſſario in
verbo Villa.

Ad effectum conſtituendi Villam requiritur,
36 quod adſint ſaltem quinque homines Patresfa-
milias, ut cum *Marſil. de bannit. in Verbo Villis*
tradit *Carpan. ad ſtat. Mediolan. tom.2. cap. 217.*
n.38. & iſto caſu ſicuti Caſtrum, ita Villa, & ſi-
milia, ut quid univerſale juriſdictionem regu-
37 lariter ſub ſe continet *Roman. conſ.444. num.7.*
Cancer. var.reſol. par.3. cap.13. n.31. Quod pro-
38 cedit, quando Villa decorata eſt nomine Uni-
39 verſitatis, quòd tamen ſinè Superioris licentia
ſumi non poteſt, ad tradita per *Cancer. ubi ſu-*
prà n.111. Ripol. loc.cit. nu.33.

Sumitur etiam Villa pro loco deliciarum, & re-
40 creationis, ut de Villa Imperatoris nuncupata
la Stella, Regis Galliarum *Fontaineblean*, de qui-
bus ſuprà in *Obſer. ad Rubr. V. lib.1.* & Principis
Burgheſii *Mondragone*, cum ſimilibus, quo caſu
non eſt neceſſaria pluralitas Domorum, & Pa-
trumfamil. ſed ſufficit unica Domus.

Quinimò quòd propriè Villa ædificium in
41 Rure ſitum ſine muro, & vallo dicatur, tradit
Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verbo, &
Uxorem nomine Adelaſiam nu.464. Frances de Ec-
cleſ. Cathedr. cap.4. n.54. & ità ſumitur *à dicto in*
l. ſi fundum 83. §. Qui fundum ff. de legat.1. l. fun-
di appellatione ff. de verb. ſignif. advertit *Frances*
ubi ſuprà n.57.

Aliquandò etiam Civitates Villæ vocantur,
42 ut in Gallia *Ville*, teſte *Caſſan. in Catalog. gloriæ*
Mundi 12. p. conſ. 60. paulo poſt prine, relato per
Frances ubi ante n.59. & Carolus du Freſuè in ejus
Gloſſario verbo Villa, & in Hiſpania Civitas Ma-
driti vulgaritèr nuncupatur *Villa*, Undè ex præ-
dictis liquet, diverſimodè accipi juxtà varieta-
43 tem Regionum, & locorum. Villicus verò no-
minatur, qui propter fructus percipiendos in
44 Rure præponitur *l. ſi eum Villico ff. de Inſt. &*
Ripol. de regal. cap.44. n.7. cum ſeqq. & proſequi-
tur *Frances loc. cit. n. 58.* Et Villani dicti ſunt à
45 Villa, eo quòd in Villis commorentur, qui &
Ruſtici à Ruribus, quæ excolunt, ut notat *Freſnè*
in dicto Gloſſario verbo Villani, ubi refert ſequen-
tia carmina *Briti: Ruſticus, agricola, rudus, &*
Villanus, agreſtis, Runco, ruricola, rureſtis, Vil-
licus aſſint.

ADDIT. AD RUBR. II. LIB. II.

SUMMARIUM.

1 Sylva cædua ut conſtituatur quæ requirun-
tur.

Num.7. Sylva cædua ut conſtituatur quæ requirun-
tur Vide *Addit. ad Rubr.6. lib.5. n.21.*

Quod Depoſitarius, & Factor Communitatis teneantur ſupellectilia quæcumque dicti Communis conſervare, & de eis inventarium conficere.

RUBRICA TERTIA.

STatuimus, & ordinamus, quod Depoſitarius, & Factor (A) Communitatis, qui pro tempore erunt in principio eorum officii, teneantur conficere inventarium ſolemne de ſupellectilibus, (B) munitionibus, & aliis bonis mobilibus dicti Communis, eaque conſervare, & manutenere, & conſervari, & manuteneri facere. Et ſi contigerit de mandato. DD. Antianorum aliqua de hujuſmodi maſſaritiis (C) aſſignari D. Poteſtati, ſeu alicui alteri, teneantur, & debeant ea aſſignare per publicum inſtrumentum, continens inventarium, & notulam hujuſmodi bonorum, & in fine eorum officii facere curare, quòd ea ſibi reddantur, & conſignentur. Et ſi idem D. Poteſtas in fine ſui officii ea non aſsignaverit dicto Depoſitario, & Factori, ſeu alteri eorum, condemnetur per Sindicos Communis deputatos ad ſindicandum dictum D. Poteſtatem in duplum precii dictarum ſupellectilium. Et ſi in prædictis dictus Depoſitarius, & Factor contrafecerint, incidant ipſo jure in pœnam lib. x. bonon. & ad reſarciendum dicto Communi precium, & valorem rerum ſic amiſſarum, & ſeu deficientium, Et prædicta omnia etiam habeant locum in munitionibus, & ſupellectilibus aſſignatis Cuſtodibus, & Caſtellanis artium Communitatis Faventiæ, de quibus præfati Depoſitarius, & Factor teneantur confici facere inſtrumentum ſolemne per ipſos Cuſtodes, & Caſtellanos in principio eorum officii, & ea ſibi, vel eorum in Officio ſucceſſoribus in fine eorum Officii reſtitui facere ſub dictamet pœna. Et ipſis Cuſtodibus ea non reſignantibus, incidant in pœnam libr. vigintiquinque bonon. & precii eorundem arbitrandi, & declarandi per DD. Antianos Faventiæ. Et qui Depoſitarius, & Factor teneantur per publicum inſtrumentum in fine eorum Officii dictas maſſaritias, & ſupellectilia conſignare eorum ſucceſſoribus, & ipſis de dictis bonis, & ſupellectilibus debitam reddere rationem, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 FActor dicitur, qui incumbit prædiis ruſticis, ut illa diligentèr colantur, & fructus exindè colligantur, & cuſtodiantur, ac ne jura Domini uſurpentur, vel negligantur.
2 Factor generalis exigere debet,
3 Salarium, & impenſa Factoris ſpectat ad Dominum.
4 Factoris impenſa tanquàm neceſſaria bonificanda eſt,
5 Factor Monialium abſque ſpeciali mandaro non poteſt Monaſterio præjudicare, retrovendendo cenſum, vel illius fructus reducendo. Limita nu.6.
7 Liber Factoris an, & quando probet, remiſſivè,
8 Supellectilium appellatione quæ veniant.
9 Supellectilia ſub hypoteca an veniant, remiſſivè,
10 Biancaria legara quæ veniant,
11 Maſſaritiæ nuncupantur à vulgaribus ea, quæ ab aliis vocantur ſupellectilia.
12 Dictio *præcisè* quid importet, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A FActor propriè dicitur is, qui incumbit
1 prædiis ruſticis, ut illa diligentèr colantur,
& fructus exindè colligantur, & cuſtodiantur,
& ſic ne jura Domini uſurpentur, vel negligantur, ut dixit *Rota coram Vbald. dec. 880. num.3. verſ. Item teſtes cum ſeq. par. 3. repetita in rec. dec.266. n.5. cum ſeq. par.7.* & particularitèr de Factore noſtræ Communitatis diſponitur *in Rub.V. hoc eodem lib.2.* & de Factore generali *Ciriac. controv.433. n.1. juncto n.4.* ubi ulterius ei
2 injungitur onus exigendi, & ideò illius ſalarium
3 & impenſa pertinet ad Dominum, in cujus gratiam, & commodum conſtituitur, ut reſpondit *Rot. ubi ſuprà*: Ac tanquam impenſa neceſ-
4 ſaria venit bonificanda *Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 512. num.1.*
Notandum circa Factorem Monialium, quòd
5 ipſe abſque ſpeciali mandaro non poteſt Monaſterio præjudicare retrovendendo cenſum, vel illius fructus reducendo, ad *Rot. coram Ludoviſ. dec.311. n.5.* & admittit *coram Priolo deciſ. 147.*
6 *nu. 5.* Verùm ſi doceatur de pacto præcedenti, quòd in caſu factæ reductionis Moniales deberent acquieſcere, & conſiter ſe ſubſequenti exactione in minori ſumma facta à Factore, juncta recuſatione Monialium circa exhibitionem librorum Monaſterii, exinde elicitur, fructus in minori ſumma de earum conſenſu exactos, & ſic cenſum reductum fuiſſe in executionem præcedentis pacti, ut reſpondit *Rot. coram Priolo d. dec. 147. nu.6.* Sicuti etiam retrovenditio a Factore facta valet, quando Moniales illam approbarunt, pretium recipiendo, illiuſque ſolutionem adnotando in libris Monaſterii, ut reſpondit *Rot. coram Priolo dec.231. n.8. cum ſeq.*
7 Liber Factoris an, & quando probet, vidè *Genua de ſcriptura privat. lib.4. tit.de libro Factoris contra Dominum Rot. coram Ludoviſ. dec.475.* ubi de expenſis ab eo factis,
B Supellectilium appellatione, quæ veniant,
8 vidè *tex. in l. ſupellectilis, & l. legata ſupellectili, ibique ſcribentes ff. de ſupellectil. legat. Palma Conſil.33. Altograd. conſ.35. vol.2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 160. Barboſ. de appellat. verb. jur. ſignif. appellat. 253. gloſſ.14. nu.1.*
9 *cum ſeqq. Merlin. de pign. lib.2. qu.57.* ubi an veniant ſub hypotheca, & ſub legaro biancariæ quæ veniant, vidè *Ciroch. diſcept.37. n.20. cum ſeqq.* ubi reſpondit, quòd licet forſan non ve-
10 niant, niſi mobilia lintea, & ſimilia; attamèn ſi ſic legaro Teſtator exceptuaverit coramina, & ſic mobilia penitus diverſa ab illis, arguitur mentem diſponentis, quę principatum obtinet, & verborum ſignificationi præfertur, fuiſſe comprehendendi omnia alia mobilia domus.
C Maſſaritiæ à vulgaribus nuncupantur ea, quæ
11 ab aliis vocantur ſupellectilia *Bart. in l. 1. ff. de ſupellectil. legat. Abbas conſ. 88. num. 2. part. 2. Giurb. loc. cit. ſub n.1. in fine.*
D 12 Circa verba, *& ſit præciſum* vidè *Jaſ. in l. omnes populi 9. n.51. cum ſeqq. ff. de Juſt. & Jure Bald. conſ.170. n.2. vol.3. Tiraquel. in l. ſi unquam in verbo revertantur nu.68. cum ſeqq. C. de revoc. donat.* & vide *Barboſ. de diction. uſufrequent. dict. 275.*

ADDITIO AD RUBR. III. LIB. II.

SUMMARIUM.

1 SUpellectilium appellatione quæ veniant.

Num. 8. Supellectilium appellatione quæ veniant vidè *Giurb. ad Conſuetud. Meſſanen. par.1. cap.15.*

Quod pecuniæ, & omnes redditus, & proventus Communitatis perveniant ad manus Depoſitarii dictę Communitatis.

RUBRICA QUARTA.

STatuimus, & ordinamus, quod omnes collectæ, ſive pecuniæ (A) Communis undecunque pervenerint, & tàm præſtantiæ, quàm gabellarum, & datiorum introitus, & molendinorum, poſſeſſionum, ſylvæ Candiranæ, Gualcheriarum, apothecarum, domorum, & omnium aliorum introituum, quoquo modo, ad dictam Communitatem ſpectantium, perveniant, & pervenire debeant ad manus dicti Depoſitarii, (B) & nullus alius quoquo modo dictos introi-

introitus, & exactiones recipere poſſit, nec in eis ſe intromittere. Quos redditus dictus Depoſitarius teneatur fideliter (C) conſervare, & eos diſpenſare, diſtribuere, ſolvere, & expendere fideliter, prout, & ſicuti ei commiſſum, & mandatum fuerit, per Magnificos. DD. Antianos (D) juxta eorum facultates, & in omnibus aliis per generale Conſilium, & juxta tenorem reformationum, tàm editarum, quàm edendarum, ejus officium concernentium. Poſſit tamen ſalarium D. Poteſtatis, & aliorum quorumcunque Judicum, Officialium, & aliorum habentium officium ordinarium, vel quibus ſalarium aliquod ex publico eſſet ordinatum, ſuum ſalarium eis ſolvere ſinè alio ſpeciali mandato in ſcriptis. Salvis tamen ſemper retentionibus fiendis dicto D. Poteſtati, & Statutis loquentibus de modo ſolvendi ſalarium dicti D. Poteſtatis. Poſſit etiam pro ſcriptutis, & cauſis, quæſtionibus, & litibus ſolvere omne id, quod per DD. Antianos pro tempore ei fuerit injunctum. Et prædicti Depoſitarius, & Factor non poſſint moleſtari, vel inquietati per aliquos Officiales, vel Rectores dictæ Civitatis de aliquid dando, ſolvendo, faciendo, vel expendendo ultra, vel præterquam contineatur in Statutis, vel reformationibus Communis Faventiæ. Et ſi eis, vel alteri eorum fieret aliquod præceptum ſuper prædictis, poſſint, & poſſit impune dictum præceptum ſpernere, & ſi de hoc contra eos inquireretur per aliquem Rectorem, ſive Officialem, talis inquiſitio, ſeu inquietatio, & quicquid indè ſequeretur, ſit ipſo jure nullum. Et finito ejus officio, ſtatim reſtituere teneatur omnia, & ſingula bona, fructus, & introitus dicti Communis; apud eum tunc exiſtentia, & exiſtentes ejus ſucceſſori in forma debita. Et non poſſit dictus Depoſitarius quoquo modo ſe intromittere, vel alicui obligare dictos redditus, & proventus dictæ Communitatis anni proximè ſequentis poſt finitum ejus officium. Qui Depoſitarius teneatur, ac debeat bene, fideliter, ac diligenter, & abſque ulla fraude, & dolo dictum ejus officium exercere, & computa, ac rationes omnium geſtorum per eum diligenter conficere, & tenere per manus Scribæ computum, & rationem dictæ Communitatis. Et finito ejus officio intrà duos menſes debeat, & teneatur reddidiſſe rationem (E) de omnibus, ad manus ipſius pervenris, & de omnibus geſtis, & adminiſtratis per ipſum durante ejus Officio, cum reliquorum reſtitutione. Nec poſſit dictus Depoſitarius, ſeu alius quicunque Officialis dictæ Communitatis conducere aliqua laboreria dictæ Communitatis tam ad incantum quàm non, niſi obtineretur in Conſilio generali de dicta conducta, pœna dicto Depoſitario contrafacienti lib. centum bonon. Communi Faventiæ applicanda, ſi contrafecerit in prædictis, & quolibet prædictorum, & qualibet vice.

SUMMARIUM.

1 PEcuniæ, ſeù nummi, & monetæ uſus introductus eſt poſt contractum permutationis.
Genus humanum abſque commercio conſiſtere non poteſt num. 1.
2 Pecunia, ſeù moneta conſtat ex materia metalli, ad id prælecti, nimirum æris, argenti, auri, & aliquando alerius metalli.
Æs introductum fuit ſub *Servio Tullio* nu. 2.
Argentum introductum fuit ab anno 486. n. 2.
Aurum introductum fuit ab anno 546. num. 2.
3 Pecunia, ſeù moneta formata aliquando fuit ex coriis, lignis aſperis, & quadratis, panno lineo, carta, ſeu papyro, ex anterioribus mori corticibus, ex carta panucea.
4 Idque practicatum fuit ob exhauſtum Æratium Principis occaſione belli, & eo caſu mediante edicto conſtitui ſolet pretium, & promitti, quod terminato bello ſolvetur æquivalens moneta aurea, vel argentea à Theſaurario Principis, & num. 5.
5 Fridericus Imperator obſedit de anno 1240. Civitatem *Faventiæ*.
6 Monetæ mutatio, diminutio, prohibitio, & variatio gignere ſolet periculoſam commotionem in populo, & ideò non niſi maturo conſilio & auditis artificibus, mercatoribus, aliiſque expertis facienda eſt.
7 Prohibitio monetarum tonſarum nuncupatarum *Teſtoni* in Urbe, & Statu Eccleſiaſtico, quæ damna attulerit, & remedia adhibita ad reparandum damno publico.
8 Ponderatio monetæ argenteæ impedit comercium, & ideo non debet injungi per Principem, ſed edictum illam imponens revocari.
Lucrum, quòd facit Princeps ex monetæ alteratione an ſit turpe, aut honeſtum, remiſſivè num. 9.
Ad mutationem monetæ faciendam an ſufficiat opinio probabilis, remiſſivè num. 9.
9 Monetarum materiam tractantes, remiſſivè, & num. 10.
11 Principes in cudenda moneta ab omni quæſtu, & commodo pecuniario debent eſſe alieni, extrà caſum neceſſitatis, & num. 12.
Princeps pecuniam ex pretioſis metallis, & cum valore intrinſeco cudi facere debet n. 13.
12 Princeps eſt imago Divinæ Majestatis.
13 Expenſa pro cudenda moneta deducenda eſt à materia, cujus æſtimatio proindè augeri proportionabilitèr debet, vel aliquid viljoris metalli miſceri.
14 Moneta nuncupata *lire*, *ſcudi*, *bolognini* in Provincia Romandiolæ quanti valebant n. 14.
In Provincia Romandiolæ currebant monetæ imaginariæ, nuncupatæ *bolognini*, *lire*, *ſcudi*, quæ de anno 1659. ſuppreſſæ fuerunt; Prout abolitæ fuerunt etiam in Civitate, & Ducatu Ferrariæ liræ, & bononeni nu. 14.
15 Valor monetæ nuncupatæ *lira* in Civitate Bo-

noniæ

Digitized by Google

noniæ debet eſſe juliorum duorum, medietatis unius julii, & quartæ partis unius groſſi.

16 Depoſitarii Officium introductum eſt, ut Debitores Vuiverſitatum facilè ſolvere valeant. Univerſitates cogi valent ad conſtituendum Depoſitarium num.16.

17 Depoſitarius convertens pecuniam Communitatis in uſum proprium abſque dolo, de infidelitate redargui non valet, nec pœnam Peculatus incurrit, quoties eam illius periculo retinebat.

18 Pecunia numerata, non autem in ſacculo clauſo tradita Depoſitario, tranſit in ejus dominium.

19 Lucrum, quod Depoſitarius ex contrectatione pecuniæ depoſitatæ ſibi acquirit, ceſſante ejus mora, & intereſſe deponentis, concurrente verò retardatione reſtitutionis depoſiti, tenetur refundere damnum emergens, & lucrum ceſſans,

20 Contrarium in Depoſitario, ſeù Theſaurario Principis.

21 Theſaurarii, Quæſtores, aliique Adminiſtratores rerum publicarum, & Fiſci, in alium uſum, præter deſtinatum, convertentes pecuniam, crimen incurrunt.

22 Depoſitarius Communitatis Faventiæ non poteſt quidquam ſolvere, niſi prævio ordine, ſeù mandato ſubſcripto, tàm ab Illuſtriſſimis Gubernatore, Priore, & Antianis, quàm à Ratiocinatore, qui etiam debet regiſtrare de verbo ad verbum mandata in libro, adhunc effectum retento, aliàs ad reiteratam ſolutionem tenetur num.24. Limita num.25. Ampl. num.26.

23 *Statutum Urbis lib.3. cap.4. verſiculo mandato ſolvendo* præſcribit Depoſitario modum ſolvendi.

27 Adminiſtrator inventarium conficere debet in principio ſuæ adminiſtrationis, ſi rectam, veram, & non ſuſpectam rationem de adminiſtratis reddere cupit.

28 Necnon idonee cavere de reddenda ratione, quòd maximè procedit in Depoſitario Communitatis.

29 Depoſitarius Communitatis, vel alius Adminiſtrator idoneè caviſſe non cenſetur, ſi fidejuſſor præſtitus tractu temporis effectus fuerit non ſolvendo, & ideò ad reiteratam cautionem tenetur.

30 Decuriones Civitatis, qui idoneum fidejuſſorem Depoſitarii approbarunt, non tenentur ob ſupervenientem illius inopiam.

31 Tutores, Curatores, cæterique Adminiſtratores rerum, tàm publicarum, quàm privatarum, rationes reddere tenentur.

32 Tutor, Curator, vel alius Adminiſtrator, qui vel ex pacto, vel ex legis diſpoſitione rationem reddere certo tempore tenetur, ſi eo adveniente illam reddere recuſaverit, ad intereſſe damni paſſi poterit condemnari; ſecùs ſi computa præſtiterit, & ſe paratum obtulerit ſolvere totum id, quod debitor apparuerit.

33 Editio inventarii, librorum, & ſcripturarum facienda eſt ad effectum rectè, & clarè reddendi rationem adminiſtrationis.

Depoſitarius Communitatis Faventiæ exhibere tenetur inventarium, libros, & ſcripturas in redditione rationis ejus adminiſtrationis num.33.

34 Libri adminiſtrationis continere debent diſtinctè, & ſingulariter, quòd in ſingulos dies per totum tempus adminiſtrationis perceptum fuerit, & quid impenſum cum expreſſione perſonarum, & cauſæ dari, & accepti, quòd præſertim ſervandum eſt à Depoſitario Communitatis Faventiæ; Alioquin negligentia, dolus, & mala fides præſumitur, & num.35.

36 Liber adminiſtrationis erroneus, defectuoſus, ſeù exorbitans in aliquibus partitis, nulla fides eſt ei adhibenda, niſi omnes partitæ aliundè juſtificentur.

37 Adminiſtrator librum adminiſtrationis non exhibens, malitiosè occultare præſumitur, & adverſus eum juratur in litem.

Depoſitarius Communitatis non exhibens librum adminiſtrationis, malitiosè occultare præſumitur, & adverſus eum juratur in litem num.37.

38 Officialis publicus libros conficere tenetur, ac præſumitur illos confeciſſe.

39 Tutor, & Curator reddere poteſt rationem abſque libris.

40 Tutor, Curator, alioſque Adminiſtrator pro complemento ſuæ adminiſtrationis reliquatum reddere tenetur.

OBSERVATIO.

PEcuniæ monetæ, ſeu nummi uſus introductus eſt poſt contractum permutationis ex
1 comerciorum neceſſitate, ſinè quibus genus humanum conſiſtere nequit, ut docet *Ariſtotel. Politic. lib.1. cap.9. Romeo Bocchi della giuſta univerſal miſura, & ſuo typo part.1. pun.8. & Kitzel de Jure monetar. claſſ.1. theorem.5. litt.B.* Et conſtat ex materia metalli ad id prælecti,
2 nimirum æris, quòd ſub *Servio Tullio*, argenti, quòd anno ab Urbe condita 486. & auri, quòd anno 546. fuit introductum, ut relato *Budell. de monet. & rer. numm. lib.1. cap.2. nu.12.* docet *Lotter. de re benef. lib.1. quaſt.39. num.178.* Aliquando etiam in aliis metallis; Quinimò
3 multoties formati fuerunt ex coriis, lignis aſperis, & quadratis, panno lineo, carta, ſeù papyro, ex anterioribus mori corticibus & ex carta panucea *Budell. d. tract. lib. 1. cap. 1. num. 22. cum ſeqq. Lotter. ubi ſuprà*, & latè refert *Cruſius de Jure offeren. cap. 12. nu.31. in fine cum ſeq. Larrea deriſ. Granaten.12. num.21.* qui ſubdunt id temporaneè practicatum fuiſſe ob exhauſtum ærarium Principis oc-
4 caſione diuturni belli quo caſu mediante publico Edicto conſtitui ſolet pretium, jubendo quemlibet eam pecuniam ſumere pro facilitate comercii, juncta promiſſione, quòd terminato bello,

bello, illis, qui deferrent hujuſmodi monetam Theſaurario, ſeù Depoſitario Principis, certa moneta aurea, ſeù argentea ſolvetur; Idemque ſervatum fuit à FRIDERICO II. IMPERATORE de anno 1240. quo tempore poderoſo exercitu ob-
5 ſederat noſtram Civitatem, ut teſtatur *Alberic. in ejus Dictionario verbo guelf. Tondut. in hiſtoria Faventina part. 2. fol. 180. ibi: E perchè ciò non ſi poteva fare, ſe non con grandiſſima ſpeſa, il che fù cauſa che mancaſſe il denaro all' Imperatore, non perciò s'ammoli punto l'animo di lui, nè tal penuria l'induſſe a quello, che egli in alcun modo non voleva, anzi doppo havere coll'argentaria; che ſerviva alla propria perſona, fatto batter moneta, mancando anche queſta con opportuno conſeglio providde alla neceſſità delle paghe, facendo batter moneta di corame con improntarvi da una parte l' Aquila Imperiale, e dall'altra l'effigie ſua, valutandola per un Auguſtano, ch'era una moneta d'oro di 20. carati, comandando a tutti generalmente il ſervirſene, e ricevera con obligo di farla cambiare a ſuoi Teſorieri all'arrivo di nuovo denaro, che aſpettava di Germania, e Sicilia*; & teſtatur *Giegler. de jurib. majeſt. lib. 1. cap. 49. de Jure monetæ n. 17. Kloch. de ærar. lib. 2. cap. 84. n. 33. Larrea cit. deciſ. 12. num. 21.*

Adverrendum, quod prohibitio alicujus ſpeciei monetæ, vel illius valoris diminutio, vel
6 quoquo modo mutatio, & variatio, etiam cum apparenti, ſeù juſta cauſa, tanquàm lex omnes tangens, & ut plurimum pauperibus, artificibus, & mercatoribus graviſſimum damnum afficiens, ac interdicens, vel ſaltèm retardans publicum comercium, gignere ſolet periculoſam commotionem in populo, proindè à prudentibus Principibus non niſi prævia matura diſcuſſione, & auditis etiam Artificibus, Mercatoribus, aliiſque menſam nummulariam exercentibus, ac ſapientibus, & expertis Viris publicanda eſt. Cum autem in Urbe ſub die 15. Januarii 1683. mediante publico Ædicto demandatum fuiſſet -- *che le Piaſtre, e mezze Piaſtre, Teſtoni, e Giuli toſati così in Roma, come in tutto lo Stato Eccleſiaſtico ſiino prohibiti, e vogliamo, che tutte le ſopradette monete così toſate non ſiano più in Commercio, nè in Roma, nè in alcun luogo del detto Stato Eccleſiaſtico mediatamente, & immediatamente ſoggetto alla Sede Apoſtolica, nè quelle ſi poſſano più ſpendere, nè debbano correre in conto veruno, anzi tutte le riproviamo, come non buone; Et acciò quelli, che haveranno dette monete così toſate poſſano farne eſito con quel minor danno, che ſarà poſſibile, ſi concede termine d'un Meſe, dentro il quale poſſino portare le dette monete alla Zecca di N. S., e per eſſa alla Depoſitaria generale della R. C., dove ſarà tagliata, e gli ſarà immediatamente pagato il prezzo à ragione di ſcudi dieci, e ba:70. la libra, che è il giuſto valore corrente. In quanto poi alle Città dello Stato Eccleſiaſtico debbano portarſi nelle mani delli Teſorieri delle Provincie, ò delle perſone, che li medemi deputeranno frà il termine di un Meſe dal giorno della publicatione del preſente Editto nella medeſima Città. Ma paſſato il detto Meſe chi ſarà trovato havere preſſo di sè tali monete toſate, oltre la perdita di eſſe, incorrerà nelle pene comminate ne i Bandi al-*
7 *li Toſatori di eſſe*; de facto, & incontinenti auditi ſunt clamores populi, nam attenta prædicta lege generali, & indiſtincta, ne dùm commercium inter Mercatores, & Negociatores ceſſavit, ſed etiam Piſtores, Tabernarii, cæterique victualia vendentes recuſabant recipere tales ſpecies monetarum, quæ quaſi unicè currebant in Urbe, utpotè quia major pars earum apparebat diminuta, vel artificio doloſo hominum, vel antiquitate temporis; Ad quod evitandum ocerenùs prædictis venditoribus victualium injunctum fuit, quod ſe redderent faciles in recipiendis ſimilibus monetis, dummodò non eſſent exorbitantèr tonſæ, & præcæteris hanc diligentiam exactiſſimè demore adhibuit *clar. mem. Card. mens de Cavaleriis, tunc Annonæ Præfectus*, non ſolùm mediantibus ejus Commiſſariis Platearum, ſed perſonalitèr ſe conferendo ad furnos, & partim blando, & partim rigoroſo ſermone ſuadendo Piſtores, quos poſteà eos indemnes relevari curavit.

Ad reparandum clamoribus populi, & damno publico ſub die 30. Januarii ejuſdem anni mediante alio Ædicto declaratum fuit .-- *che li giuli ſono permeſſi, e non cadono ſotto la probizione, non eſſendoſi in eſſi riconoſciuta toſatura, e però dovranno ſpenderſi, e darſi, e riceverſi in pagamento. Che li Teſtoni battuti con un cerchio, giro, ò ghirlanda nell'anno 1655., che fù il primo del Ponteficato della ſan. mem. d'*ALESSANDRO VII.*, e nelli ſuſſeguenti, e che in avvenire ſi batteranno, ſi dichiarano per mercantili, e permeſſi tutti quelli, che haveranno intiero il cerchio, e giro, o ghirlanda, e per toſati, e prohibiti quelli, che non haveranno intiero il cerchio, giro, ò ghirlanda. Che riſpetto alli Teſtoni battuti avanti il detto anno 1655. per non havere il giro, e cerchio intorno alla forma delli battuti dopo, o altro ſegno evidente per conoſcere ſe ſono toſati, ò nò: Dichiariamo per mercantili, e permeſſi tutti quelli, che ſaranno di peſo di grani 186. conforme il peſo di quelli, che di preſente ſi battono nella Zeccha di Roma, e non arrivando al detto peſo, ſi dovrà ſupplire à ragione di un quattrino per ogni grano, purche la mancanza non ecceda grani 25. poiche queſti così calanti ſi dichiarano per prohibiti, e non mercantili.*

Deindè poſt nonnullas protogationes termini, ut ſupra aſſignati, mediante alio Ædicto, publicato die 16, Novembris 1683. demandatum fuit .] *Che in avvenire, cioè trè giorni doppo la publicazione del preſente Editto, neſſuna perſona poſſa nè pagare, nè ricevere ſino alla ſomma di ſcudi trenta in moneta calante, ma debba eſſere tutta moneta nuova, o di giuſto peſo, e ciò proceda non ſolo riſpetto alli Mercanti, Negozianti, Depoſitarie, e Banchi, ma anche trà particolari: ſotto la pena della perdita della moneta, che ſi pagaſſe, e reſpettivamente ſi riceveſſe, ed altre pene corporali à noſtro arbitrio. In oltre ſi ordina, che*

tutte

Digitized by Google

tutte le monete calanti dentro però li 25. grani ſi
debbano portare nella Depoſitaria Generale della
Rev. Cam., dove gli ſarà cambiata con moneta
nova, o vero dalla Cancellaria, dove dal Peſatore
ſarà peſata con li peſi publici, e parimente cambia-
ta, detrattone il calo de, grani, che caleranno.

Sub die verò 26. Januarii 1684. ordinatum
fuit – *che in avvenire quì in Roma, e trè giorni*
dopo la publicazione de preſente Editto, neſſuna
perſona poſſa ne pagare, ne ricevere in moneta ca-
lante, ma debba eſſere di moneta di giuſto peſo, ò
nova, e ciò proceda non ſolo riſpetto alli Mercanti,
Negozianti, Depoſitarie, e Banchi, ma anche trà
particolari, ſotto le pene della perdita della mone-
ta, che ſi pagaſſe, e reſpettivamente ſi riceveſſe,
& altre pecuniarie, e corporali a noſtro arbitrio
&c. quæ prohibitio mediante alio Edicto, pu-
blicato ſub die 17. Junii ſequentis executa fuit
ad totum Statum Eccleſiaſticum.

Ex præmiſſis diligentiis, & ex eo quod magna
quantitas pecuniæ cudi diligentèr curatum
fuit, reintegratum eſt commercium, quod va-
ldè diminutum erat, tàm ex difficultate inve-
niendi monetam, nuncupatam *teſtone* juſti pon-
deris, quàm ex neceſſitate unamquamque mo-
netam ponderandi, in quo miniſterio major
pars temporis conſumebatur in graviſſimum
damnum populi, & præſertim Artiſtarum, &
Pauperum, ad quod evitandum, & nè commer-
8 cium impediretur, ſimilia Edicta ſuper ponde-
ratione monetæ argenteæ aliàs publicata, re-
vocata fuerant, ut teſtatur *Vermigliol. conſ. 220.*
n. 5. verſ. Et hinc quod tamen non fuit ſervatum
ultimo loco, ut dictum eſt, cum adhuc ponde-
retur moneta nuncupata *teſtone*.

Cum materia monetarum diligentèr, & la-
tiſſimè diſcuſſa fuerit à *Borell. de præſt. Reg. Ca-*
tholic. cap. 12. Montin. Parrad. Laudens diſſertat.
de monet. Jo. Aquil. de monet. Martin. Laudens.
9 *Jo. Regnand. Brun. eod. tract. à doctiſſimo Gobb.*
paritèr eod. tract. Budell. de monet. & re nummar.
Saldevio de nummis, cui tractatui accedit *Biblio-*
theca nummaria, in qua recenſentur omnes *Au-*
thores monetarum materiam tractantes *Ioanne*
Kitzellio de Jure monetar. Caſpar. Anton. Theſaur.
de mutat. monet. à Carazzar. de augment. monet.
à Rome: Bocchi d. tractat. della giuſta univerſal.
miſura, e ſuo Typo, ab Hurtad. de reſident. tom. 2.
reſolut. 6. per tot. ubi *in ſub digreſ. 2.* examinat,
qua ratione lucrum, quod Princeps habet ex
monetæ alteratione, ſit turpe, aut honeſtum,
& ſub digreſ. ſeq. examinat: utrum ad muta-
tionem monetæ ſufficiat opinio probabilis, *à*
10 *fel. mem. Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Vir-*
gilio Spada, qui poſtquam in ſtatu Prælatitio
varia officia exercuerat, ſæculi honoribus à ſe
abdicatis, Paradiſum reperetat in *Illuſtriſſima*
Sancti Philippi Nerii *Congregatione Urbis* nun-
quàm à nobis ſatis laudata, ſed ſemper vene-
rata, in qua ſe receperat, ſed ad honores nem-
pè ad Præceptoriam Archioſpitalis S. Spiritus
in Saxia iterùm revocatus a *Sa. me.* Alexan-
dro VII. cui erat, prout antea fuerat *Sa. me.*
Urbano VIII. & Innocentio X. apprimè cha-
rus, dùm operibus pietatis inceſſantèr incum-
bebat, innumeris laboribus, quibus nunquàm
ſuccubuerat, tandèm occubuit, *in ejus manu-*
ſcripto tractatu edito de anno 1647. & inſcripto
Diſcorſo ſopra le monete delle trè Provincie di Bo-
logna, Ferrara, e Romagna, in quo ſæpè fit men-
tio præcedentis diſcurſus ſagaciſſimi, & pru-
dentiſſimi *bo. me. Pauli Spada* Patris, nobis
communicato *ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo*
D. meo Severolo, in cujus inſigni Bibliotheca
conſervatur; & ſecundum caſuum particula-
tium contingentiam reſponderunt *Surd. conſ.*
220. & 285. Rim. conſ. 304. Stracc. de Comerc. &
Camb. §. 2. gloſſ. 2. & 5. Farinac. in ſuo repertor.
de contract. qu. 44. Cenc. de cenſ. qu. 85. Andreol.
controv. 319. Ciarlin. controv. forenſ. cap. 238.
lib. 3. D. Gobb. de monetis, Tondnt. qq. & reſolut.
Civil. cap. 6. cum ſeqq. part. 1. Lotter. de re bene-
fic. lib. 1. quæſt. 139. n. 176. cum ſeqq. bo. me. Car-
dinalis de Luca de regalib. diſcurſ. 126. cum duo-
bus ſeqq. Kloch. exercitat. legal. cap. 19. Berlich.
concluſ. par. 2. concluſ. 36. Roſa conſultat. 54. Ci-
riac. controv. 620. Reverter. deciſ. 566. Adden. ad
Rot. in rec. deciſ. 67. par. 9. Carocc. dec. 5. Kippen.
dec. 2. par. 1. Larrea deciſ. Granaten. par. 2. dec. 85.
Votum Camerę in Bononien. Montis Iulii 6. Mar-
tii 1684. coram Illuſtriſſimo de Aſte, Panimoll. de-
ciſ. 77. ubi de fabricantibus falſam monetam,
vel illam radentibus, aut tondentibus *Rot. co-*
ram Ludoviſ. dec. 42. penès Merlin. de pign. dec. 119.
penès Cenc. dec. 214. cum ſeqq. in rec. dec. 67. jun-
cta dec. 398. par. 9. tom. 2. par. 9. deciſ. 164. de-
ciſ. 311. par. 15. deciſ. 125. deciſ. 230. deciſ. 394.
deciſ. 363. part. 16. deciſ. 101. deciſ. 193. deciſ. 233
part. 17. deciſ. 329. part. 19. ac alii, quorum
Catalogum, longum eſſet, retexere.

Advertendum eſt ſolum in propoſito, quòd
in cudenda moneta Princeps, & quilibet alii
11 Superiores, ad quos iſtud Jus Regaliæ ſpectat,
debent illam ex pretioſis metallis, & cum va-
lore intrinſeco cudi facere, præſertim ad ſuſti-
nendum, & propagandum commercium inter
ſuos ſubditos, & exteros, ut ad nonet *Larrea*
deciſ. 12. num. 29. cum ſeq. ac ab omni quæſtu, &
commodo pecuniario debent eſſe alieni, ut re-
lato *Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 7. num. 88. cum*
ſeq. admonet *Ioannes Kitzel. de Jure monetar.*
claſſ. 1. Theorem 9. littera A, & quod extra ca-
ſum neceſſitatis, nec divino, nec humano Jure
ipſis permiſſum ſit lucrum facere in hoc Jure
Regali firmat *Klocb. de Ærar. lib. 2. cap. 84.*
12 *num. 34.* Nàm cum Princeps ſit imago Divinæ
Majestatis, & Imaginem ſuam monetis plerum-
que imprimi ſinat, profectò ipſi nimis turpè,
& deteſtabile eſſet fraudem committere in eo,
quod in alio turpiſſima morte deberet punire,
ut proſequitur *Kirzel. ubi ſuprà*.

Sumptus tamen neceſſarii juxtà generalem
conſuetudinem deduce[...] ſunt à materia,
13 cujus æſtimatio proindè propter hujuſmodi
impenſas proportionabilitèr augeri valet,
quamvis intrinſeca monetæ bonitas valori il-
lius plenè non correſpondeat *Bart. in l. 2. §. Mu-*
tui num. 7. ff. de reb. credit.; Vel aliquid viliotis

metalli miſceri poteſt pro ſubeundis expenſis
monetalibus, prout utrumque remedium do-
cet *Kitzel. d. tract. theorem.8. litera E.* ubi alios
cumulat, juncta *claſs.5. quæſt.2. num.16. & cum Loccenio lib.4. de Rep. ordin. cap.12.* tradit
*Martinus Schoozius de ſeditionibus, ſeù de Reip.
diſcordiis, domeſticis lib.3. cap.16. circa finem pag.
mihi 910.*

Non omittendo etiam, quod in Provincia
Romandiolæ currebant monetæ imaginariæ,
14 vulgò nuncupatæ *bologuini*, *Fenzon. ad ſtatut.
Urbis lib.1. cap.197. num.115.* valoris ſex qua-
drantium, *lire* valoris obulorum viginti, quic-
quid dixerit *Rota* de valore obolorum decem,
& octo, & denariorum novem *in rec.deciſ.140.
num.9. par.17.* & *ſcudi*, quæ in nonnullis locis,
& Civitatibus Provinciæ nempè *Forilivii, Ra-
vennæ &c.* valebant bononenos 84. *Rot. coram
Ludoviſ.deciſ.42.in princ.coramCoccin.deciſ.1851.
coram Otthobon. deciſ.64. in princ. & num.4. &
in rec. deciſ.230. part.16. ſed Faventiæ* bonone-
nos 80. poſteà verò mandante *Sa: me:* ALEXAN-
DRO VII. de anno 1659. ſuppreſſæ fuerunt hujuſ-
modi monetæ imaginariæ, ut ex Edicto *fel.
rec. Cardinalis Giſberti Borromei*, tunc de Latere
Legati, quòd inſertum legitur *in Bulla ejuſdem
Pontificis, illius confirmatoria in Bullar. tom. 6.
in ordine la 94.* & pro majori facilitare reductio-
nis ad limites hujuſmodi legis accomodata fuit
Regula, ſeù Tariffa, infrà *in appendice pag.95.*

Eadem abolitio dd. monetarum nuncupata-
rum *bolognini*, *lire* emanavit in civitate, & Du-
catu *Ferrariæ*, ut ex Edicto *fel. rec. Cardinalis
Imperialis* tunc de Latere Legati, *& Bulla Sa:
me:* ALEXANDRI VII. deſuper edita *in Bullar. d.
tom 6. in ordine la 95.*

Pariter in Civitate, & Legatione Bononiæ
ſancitum eſt, valorem monetæ, nuncupatæ *li-*
15 *ra*, eſſe debere Juliorum duorum, medietatis
unius Julii, & quartæ partis unius groſſi, ut ex
Edicto *fel. rec. Cardinalis Farneſii*, tunc de La-
tere Legati, confirmati à ſupradicto *Pontifice*,
ut in ejus *Bulla la 102. in Bullar. tom.6. Ludovi-
cus de Calvis in ejus opuſculo, inſcripto Reſolutio
labyrinthi monetarum ponderum, & aliorum an-
tiquorum pag. mihi 96. cum ſeqq.*

B Depoſitarii Officium introductum fuit, ut
debitores Univerſitatum facilè ſolvere valeant,
16 idcircò Officio Judicis cogi poſſunt eædem
Univerſitates ad illum conſtituendum, ut relato
*Rip. in l.1. §. Si autem Collegium num.9. ff. ad
Trebellian.* docet *Caput. de Regim. Reip. cap.7.
§.24. num.1.*

C Depoſitarius ob converſionem pecuniæ Com-
munitatis exactæ in uſum proprium abſque do-
17 lo, de infidelitate redargui non valet, nec pœ-
nam peculatus incuriſſe prætendi poteſt, quo-
tieſcumque illam ejus periculo retinebat, juxtà
reſponſum *Labeonis*, relatum à Paulo *in l. Sa-
crilegi 9. §. labeo. ff. ad leg. Jul. peculat. Caball.
reſolut. crim. caſ. 99. num.30. centur.1.* quem ſe-
quitur *Cobell. ad Bull. Boni Regimi. cap.49. nu.1.
verſ. contraria cum ſeq.* ubi dicit hanc opinio-
nem veriorem *Fritzbius in appendit. ad exercitat.
var. part.3. exercitat.5. num.51. Sanſelic. de-
ciſ. 285. nu.28. verſ. Quoniam par.2.* Nàm cum
non fuerit tradita in ſacculo clauſo, ſed nume-
18 rata, proindè in dominium Depoſitarii tran-
ſivit, ut latè comprobat *Barboſ. vot. deciſiv.
lib.1. vot. 13. num.8. cum ſeqq.*

Quinimò lucrum, quòd ex illius pecuniæ
19 contrectatione percepit, ſibi acquirit, quando
non concurrit mora ejuſdem Depoſitarii, & in-
tereſſe Communitatis, ſecundùm veriorem, &
tutiorem ſententiam, quam tenet *Leotard. de
uſur. quæſt.132. nu.21. cum ſeqq. Farinac. de furt.
quæſt.171. num.55. Noguerol. allegat.20. n.141.
Fragoſ. de Regim. Reip. part.1. lib.7. diſp.22. n.21.
cum ſeq.* ubi quòd tunc ſolùm ad favorem depo-
nentis tenetur refundere damnum emergens,
vel lucrum ceſſans, ſi retardet reſtitutionem
depoſiti.

Contrarium tamen in Theſaurario, ſeù De-
20 poſitario Principis reſpondit *Surd. conſ. 391.
per tot. Franc. Marc. deciſ.202. part.2.* Sed *Bar-
boſ. in d. vot.13. num.25.* advertit, quòd circa
deciſionem iſtius articuli tota difficultas verſa-
tur, an dominium pecuniarum tranſierit in
Theſaurarium, & *Surd.* inclinavit in partem ne-
gativam, præcipuè quia in ejus caſu non erat
veriſimile, quòd Dux vellet transferre domi-
nium in Theſaurarium, eumque teneri in gene-
re ad ſolvendam tantam quantitatem pecuniæ,
quæ duplo excedebat valorem omnium bono-
rum ejuſdem Theſaurarii, & quòd Theſaurarii,
21 Quæſtores, aliique Adminiſtratores rerum
publicarum, & Fiſci in alium uſum præter deſti-
natum convertentes pecuniam, crimen incur-
rant, tanquàm contrectare videantur, *& lege
Julia* de reſiduis teneantur, relatis *Bart. in l.1.
§. Hæc verba ff. ne vis fiat, Gutierez. pract. qq.
part.3. quæſt.13. num.103. cum ſeqq. Eſcobar. de
ratioc. cap.23. num.6. cum ſeq. Carleval. de judic.
tom.2. tit.3. diſp.4. nu.2. cum ſeq. Salgad. labyr.
credit. part.1. cap.4. num.3. cum ſeqq. ac part.3.
cap.6. nu.8. & cap. ſeq. à num.1.* ac aliis firmat
*Mattheu. & Sanz. de re crimin. contr.78. num.4.
cum ſeqq.*

D Ad obviandum periculo, ne pecuniæ, ſeù
introitus Communitatis aliundè convertantur,
quàm in cauſas deſcriptas in Tabella, vel alias
22 neceſſarias, & extraordinarias, Depoſitarius
non poteſt quidquam ſolvere, niſi prævio or-
dine, ſeù mandato ſubſcripto ab Illuſtriſſimo
Gubernatore, Priore, & Antianis, cum præ-
ter diſpoſitionem *Statuti* concurrant *Decreta*
facta à nonnullis *Eminentiſſimis Cardinalibus Lega-
tis à Latere* in eorum viſitationibus, infrà *in
appendice* regiſtranda, nempè ab *Eminentiſſimis
Cybo, Aquaviva, & Giſberto Borromeo.*

Et pro faciliori redditione rationis debent
à Ratiocinatore, vulgò nuncupato *Computiſta*,
mandata ab ipſo confecta ſubſcribi, & regiſtra-
ri de verbo ad verbum in libro, adhunc effectum
retento ſub nomine *Rincontro, ò Regiſtro de man-
dati* juxtà *Decretum Eminentiſſimi Giſberti Borro-
mei* infrà *in appendice num.7.* idemque diſponi-
23 tur à *Statuto Urbis lib.3. cap.4. verſ. mandata de
ſolvendo.*

Si

Si autem non ſervata prædicta forma Depo-
ſitarius ſolverit, ad reiteratam ſolutionem te-
24 netur, ut tradit *Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.1.
cap.26. num.1. cum ſeq.* & de Æconomo, & Ad-
miniſtratore publico docet *Mattheu. & Sanz.
de re crim. d. contr.72. num.14. & Oterus de offi-
cialib. part.2. cap.10. n.22. cum ſeq. & n.26.* ſub-
25 dit, quòd in parvulis, & exiguis ſummis non erit
obſervanda rigida diſpoſitio Statuti, Conſti-
tutionis, & Legis, maximè ſi ſecundum con-
ſuetudinem Univerſitatis concurrat veriſimili-
tudo ſolutionis ſequutæ; Contrarium tamen,
quòd imò nec unum nummum de ſuo capite
26 ſolvere valeat, docet *Choell. ad Bullam Boni Re-
gim. cap.24. num.16.* quem ſequitur *Conciol. d.
cap.26. num.2.*

E Omnis, qui rectam, veramque rationem, ac
nullatenùs ſuſpectam de adminiſtratis reddere
27 cupit, in principio ſuæ adminiſtrationis in-
ventarium conficere debet *ad tex. in l. final. C.
de arbitr. tutel. Munoz. Eſcobar. de ratioc. cap.9
num.4.*

Necnon idoneè cavere tenetur de reddenda
28 ratione, quòd eo certiùs procedit in Depoſi-
tatio Communitatis, tàm ex diſpoſitione *Juris
communis ad tex. in l. fidejuſſores Magiſtratuum 69.
ff. de fidejuſſor. l. unic. C. de pericul. eorum qui pro
Magiſtrat. intern. lib.11. & l. 2. C. de admin. rer.
public. Scanarol. de viſit. carcerat. lib.2. cap. unic.
§.13. num.13. Borell. de Magiſtrat. lib.1. cap.15.*
quàm vigore *Bullæ* Clementis VIII. *la 10. §.18.*
ut tradit *Cobell. ad eandem Bullam cap.49. n.14.
verſ. Tenentur.*

Nec ſufficientèr, ac idoneè caviſſe cenſetur,
ſi fidejuſſor tractu temporis effectus fuerit non
29 ſolvendo, undè ad reiteratam cautionem te-
netur, ut optimè firmat *Cobell. d. cap.49. n.16.
verſ. pro affirmativa cum ſeqq.* Decuriones tamen,
30 qui idoneum fidejuſſorem approbarunt, non
tenentur ob ſupervenientem illius inopiam *Bo-
badill. in politic. lib.3. cap.8. num.88. & lib.5.
cap.3. n.14. Perez. de Larà de vita homin. cap.19.
num.62.* quos refert, & ſequitur *Amaya in l.
nullus nu.56. C. de Decurion. lib.10.*

Quicunque enim Procuratores, Tutores,
Curatores, negotiorum Geſtores; Factores,
31 Theſauraii, cæterique Adminiſtratores re-
rum, & bonorum, tàm privatorum, quàm
Univerſitatum, Communitatum, & Civitatum
rationes reddere coguntur *l.2. §. Quod ſi de fru-
mentaria ratione ff. de adminiſter. rer. ad Civit.
pertin. Bart. in l. comperimus C. de Navicular.
lib.10.* plenè *Sola in conſuet. Sabaud. in decreto
quietationis gloſ.1. num.6. cum pluribus ſeqq.* &
comprobat *de Jure naturali divino, humano; ca-
nonico, & civili Borell. conſ.31. & in tractat. de
Magiſtrat. lib.4. cap.13. utrobique num.1. cum
ſeqq. Loſaus de Jure Univerſit. cap. 3. cap. 19.
num.14. Rot. in rec. deciſ.455. nu.8. part.14.*

Et ſi determinato tempore ex pacto, vel le-
gis diſpoſitione rationem reddere tenetur,
eoque adveniente illam reddere recuſaverit, di-
32 citur eſſe in mora, & ad intereſſe damni paſſi
poterit condemnari, ut docet *Eſcobar. de ra-
tioc. cap.4. num.21. in princ.* Si verò debito tem-
pore præſentaverit computa, ſeque paratum
obtulerit omne totum ſolvere, in quo rationi-
bus calculatis, verè debitor apparverit, excu-
ſatur à mora, & pœna *Cepoll. de cautel.27. Eſco-
bar. d. cap.4. nu.21. Donat. Anton. de Marin. re-
ſolut. Jur. lib.2. cap.110. num.5.*

Ad effectum autem rectè, clarè, & limpidè
reddendi rationes, facienda eſt antè omnia edi-
33 tio non ſolùm inventarii *l. ſi quis rationum ff. de
eden. Roland. conſ.49. n.18. cum ſeq. vol. 1. Rot. in
rec. dec.204. num.4. par.14.* verùm etiam libro-
rum, & ſcripturarum, ut cognoſci valeat, an
omnes partitæ dati, & accepti benè, & bona
fide fuerint deſcriptæ, ac poſſint percunctari,
examinari, & diſpungi *l. ſtatu liber la 2. §. Si quis
non dare verſ. rationum autem ff. de ſtat. liber. Bald.
conſ.152. num.1. vol.3. Roman. conſ.413. ſub n.3.
Borell. ubi ſuprà d. cap.13. n.7. cum ſeqq. Rot. cit.
dec.204. nu.4. & dec. 455. num.2.* & præſcripſit
Depoſitatio *Eminentiſſimus Aquaviva à Latere
Legatus in decretis*, ab ipſo occaſione viſitatio-
nis factis, de quibus infrà *in Appendice pagi-
na 104. nu.2.*

Animadvertendo, quod libri continere de-
bent diſtinctè, & ſingularitèr, quod in ſingu-
los dies per totum tempus adminiſtrationis
34 perceptum fuerit, & quid impenſum, cum ex-
preſſione perſonarum, & cauſæ dati, & recepti
*per tex. in l. neminem C. de ſuſcept. præpoſit. &
arcar. lib.10. Bart. in d. l. comperimus Rip. in l.
admonendi num.116. ff. de jure juran. Roland. d.
conſ.49. n.5. cum ſeqq. Eſcobar. de ratioc. cap.10.
num.42. cum ſeqq. Rot. coram Coccin. dec. 2214.
nu.5. coram Eminentiſſimo Cerro deciſ. 76. num.9.*
ubi plures concordantes juncta *deciſ.210. nu.6.*
& demandatum fuit Depoſitario à dicto *Emi-
nentiſſimo Cardinali Aquaviva* in præcitatis *De-
cretis*. Ex hujuſmodi enim explicita, & dili-
genti deſcriptione ejus diligentiam, & bonam
fidem oſtendit, è converſo autem negligentia,
35 dolus, & mala fides arguitur, ut advertit *Eſco-
bar. ubi ſupra num.47. verſ. ex ſimili*, Et conſe-
quentèr quotieſcunque partitæ careant prædi-
ctis requiſitis, & legantur confuſæ, & inordi-
natæ, cùm non poſſit comprehendi, an aliquid
machinationis in ſe contineant, liber, in quo
ſunt ſcriptæ, non probat, ut docet *Bart. in d.
l. comperimus Roland. d. conſ.49. nu.22. cum ſeqq.*
firmat *Rot. coram Eminentiſſimo Cerro deciſ. 53.
num.4. cum duobus ſeqq.*

Pariterque ſi liber adminiſtrationis in aliqui-
bus partitis detegatur erroneus, defectuoſus,
36 ſeù exorbitans, nulla fides ei eſt adhibenda in
cæteris, niſi omnes partitæ aliundè juſtificen-
tur, nam ſicuti in aliquibus intervenit error,
vel dolus, ita in ceteris errari, vel doloſè ver-
ſari præſumitur *Gabriel. conſ.148. num.9. vol.1.
Rot. coram Ludoviſ. deciſ.79. num.3. ibique Ad-
den. num.6. coram Eminentiſſimo Cerro allegat.
deciſ. 76. num.10. deciſ.168. num.8. cum duobus
ſeq. coram Dunozet. jun. deciſ.677. num.3. coram
Coccin. allegat. deciſ.2214. num.6.* juncto *nu.10.
cum ſeq.* Si autem librum non exhibuerit, ma-

37 litiosè occultare præſumitur, & adverſus eum
juratur in litem, ut concordantibus relatis firmat *Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 11. nu. 4.*
cum Officialis publicus teneatur conficere
38 libros *Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 274. num. 2. ubi
Adden. num. 7.* ac præſumatur illos confeciſſe *Andreol. controv. 187. num. 10.* & utramque conclusionem firmat *Conciol. in Annot. ad ſtatut. Eugubii. lib. 1. Rubr. 26. num. 3. & 5. Munoz. Eſcobar. de ratioc. cap. 10. nu. 1. cum ſeqq.*

Non tamen eſt præcluſa via Tutori, & Cura-
39 tori reddendi rationem abſque libris, cùm ea, docto de Inventario valido, etiam ſinè libris aliundè reddi valeat, ut firmant *Adden. ad Pamphil. deciſ. 97. nu. 12. Rot. in rec. deciſ. 165. num. 15. cum ſeq. part. 11.* ubi concordantes:

Ulteriùs pro complemento redditionis ra-
40 tionis reſtituere debet reliquatum, ad hoc, ut per illum plenè redita dicatur ratio *l. t. 5. Officio ff. de Tutel. & ration. diſtraben. l. rationes C. de adminiſtr. Tut. Rot. coram Eminentiſſimo Cerro d. dec. 76. & 168. utrobique num. 1.*

ADDIT. AD RUBR. IV. LIB. II.

SUMMARIUM.

1 MOnetarum materia remiſſivè.
2 Agii monetarum prætenſi à Theſaurario Romandiolæ remiſſivè.

Num. 9. Monetarum plura vidè penes *R. P. D. Maſerium de legat. & Nunc.* ubi etiam in *Appendi-*
1 *dice la 57.* * legitur impreſſus diſcurſus erudi- tiſſimi *bo. me. Petri Mariæ Cavinæ* Concivis no-
2 ſtri ſuper agio* Monetarum à Theſaurario Emiliæ prætenſo.

De Officio Factoris Communis Faventiæ.

RUBRICA QUINTA.

FActor Communitatis eligendus in Conſilio generali, prout ſuprà, teneatur ex ſuo officio facere, ſeu fieri facere laboreria Communitatis prædictæ in Civitate, Comitatu, & Caſtris dictæ Communitatis cum ſuis arcibus, poſſeſſiones, molendina, domos, & alia quæcunque bona Communis Faventiæ bene, & diligenter revidere, & cùm opus fuerit, reparari, & cuſtodiri facere, Mœnia, turres, foveas Civitatis, & Suburbiorum, & in prædictis fideliter ſe exercere, & computa poſſeſſionum, molendinorum, ac candiranæ, & aliorum ad manus ſuas perventorum deſcribere, cuſtodire, tradere Depoſitario Communitatis. Et alia bona, quæ pervenerint ad ejus manus, in munitione ipſius Communitatis tenere, & conſervare, & de omnibus prædictis, & aliis quomodocunque ad manus ejus perventis, inventarium facere in publica forma, Ac alia facere, quæ ſibi injungentur per DD. Antianos, vel generale Conſilium ſecundùm ordinamenta Civitatis, Et finito officio, ſucceſſori ſuo reaſſignare per publicum inventarium, rationemque de omnibus geſtis per eum reddere, finito dicto ejus officio, ac etiam durante officio, quandocunque placuerit, & videbitur præfatis Dominis Antianis, dictam rationem reddere, ac inventarium conficere, ut ſupra, pœna contrafacienti in quolibet prædictorum lib. xxv. & privatione officii.

OBSERVATIO.

FActoris officium, quale ſit, & alia, vide ſuprà in *Obſervat. ad Rubricam tertiam hoc eodem libro 2.*

De Officio Scrivani computorum, & reddituum Communis Faventiæ.

RUBRICA SEXTA.

ITem Statuimus, & ordinamus; quod Scrivanus (A) electus in Conſilio generali, prout ex forma Statutorum diſponitur, teneatur, ac debeat deſcribere in uno libro, habendo à Communitate, omnes, & ſingulos introitus, redditus, ac proventus, tam gabellarum, molendinorum, poſſeſſionum, gualcheriarum, datiorum, ſylvæ candiranæ, datiorum Ruſſii, & madrariæ, paſſus (B) cuſtodiæ dictæ Civitatis, quam affictus penſionis apothecarum, tàm palatii Populi, quàm Communis, & aliorum bonorum livellariorum, ſeu cenſualium, ac emphiteoticorum, collectarum forenſium, & aliorum quorumcunque bonorum, & jurium dictæ Communitatis. Ac etiam creditores, & debitores ipſius Communitatis ex quacunque cauſa in eodem libro deſcribere teneatur diſtinctè, & ordinatè manu propria, & non

alie-

Digitized by Google

aliena. Et finito ejus officio prima die anni ſequentis immediatè teneatur, & debeat cum effectu præſentare, aſsignare, & relaxare dictum eius librum, & omnes alias ſcriptutas; & libros ad eius officium pertinentes dictis DD. Antianis pro tempore dictæ Communitatis, qui dictum librum, ſcripturas, & libros teneantur Regulatoribus tunc noviter electis, ipſius Communitatis conſignare, & tradere. Qui Scrivanus non poſsit aliquid ſcribere finito dicto eius officio in dictis libris, & ſcripturis, niſi de voluntate expreſſa dictorum DD. Antianorum,& dictorum Regulatorum, pœna præfato Scrivano contrafacienti in quolibet, & ſingulo prædictorum libr. decem pro qualibet vice, qua contrafecerit, Communi Faventiæ applicanda.

SUMMARIUM.

1 Ratiocinatoris,ſeù Computatoris Officium non ſolùm verſatur circa ſubductionem partitarum librorum Adminiſtratoris,negotiorum Geſtoris, ſeù alterius Miniſtri, earumque calculationem,ſed etiam extenditur ad aliud, de quo ibi.

2 Ratiocinator Montis Pietatis Urbis, & Banchi S. Spiritus, præter calculationem, contraſignare tenetur ordines, & mandata, ac invigilare circa eorum realitatem, alioquin tenetur de proprio, ſi detegantur falſa, vel pecunia vinculata liberè fuerit ſoluta.

3 Ratiocinator locorum Montium tenetur quolibet bimeſtri conficere liſtas Montiſtarum, illaſque deferre ad Theſaurarium generalem pro reportanda earum ſubſcriptione,necnon retinere librum, in quo ordine alphabetico deſcripta ſint nomina, & cognomina Montiſtarum.

4 Ratiocinatorum Rev. Cameræ Apoſtolicæ officium, remiſſivè.

5 Ratiocinatores Cameræ Apoſtolicæ jurare, & cavere tenentur, officium rectè, & fidelitèr exercitaturos, omniaque, & ſingula eis præſcripta ſtrictè cuſtodituros,& diligenter obſervaturos.

6 Ratiocinator libros tres, de quibus ibi, retinere debet.

Ratiocinator curare debet, quod de debito conſtet antequàm conficiat mandata nu.6.

7 Ratiocinatoris Populi Romani officium, remiſſivè.

8 Civitati *Faventiæ* competit jus exigendi vectigal pro ſale, aliiſque mercibus forenſium per ejus territorium tranſeuntibus ex privilegio ſibi conceſſo.

9 Gabella fraudata dicitur ſtatim, ac quis tranſivit per locum, ubi illa ſolvitur, cum rebus, pro quibus ea debetur, & non fuit ſoluta. Declara nu.10.

Gabellarius petere non tenetur gabellam à tranſeuntibus n.9. Decl. n.10.

11 Obſervantia attendenda eſt in materia gabellarum.

12 Vector mercium tranſiens, Gabellario abſente à loco ubi ſolvitur gabella, non incidit in pœnam fraudatæ gabellæ, cum non teneatur expectare Gabellarium; Qua cautela tamen tunc uti debeat, ut nu.13.

14 Gabella ſolvenda pro tranſitu pontis debetur etiam ſi quis tranſeat per vadum ad effugiendam gabellam, cum tranſeuntes ſervare debeant conſuetudinem, & ambulare per viam rectam, non obliquam.

OBSERVATIO.

Ratiocinatoris,ſeù Computatoris officium vulgò nuncupati *Computiſta*, licèt reſtringi videatur ad ſubductionem partitarum libro-
1 rum Adminiſtratoris, negotiorum Geſtoris, ſeù alterius Miniſtri, earumque calculationem, ut dixit *Rota coram Bichio dec.646. n.17.* Nihilominùs ut plurimum extenditur etiam ad aliud miniſterium, prout de Ratiocinatore Montis
2 Pietatis, & Banchi Sancti Spiritus Urbis, qui ultra calculationem contraſignare tenetur ordines, & mandata, & invigilare circa eorum realitatem, itàut ſi ſequuta ſolutione detegantur falſa, vel pecunia vinculata liberè ſoluta fuerit, tenetur de proprio, nam ratione illius periculi conſiderabilis merces aſſignatur, qua ratione refundere debet de proprio, ut reſpondit *Rota coram Bichio allegata dec. 646. num. 18. verſ. Sed quod primum cum ſeqq.* & advertit *Card. de Luca de Tut. & Curat. diſcurſ. 15. num.10. verſ. Major. cum ſeqq. & in tract. de offic. Roman. Curiæ tit. de locis Montium cap. 2. ſub num.10.* De Ratiocinatore Montium, qui tenetur quolibet
3 bimeſtri conficere liſtas Montiſtarum, illaſque deferre ad Illuſtriſſimum Theſaurarium pro reportanda earum ſubſcriptione, necnon retinere librum, in quo ordine alphabetico deſcripta ſint nomina, & cognomina Montiſtarum,ut de eorum qualitate, & de officio tradit *Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap.34. art.25. num.2. cum ſeqq.* Alia miniſteria incumbunt Computatori-
4 bus Rev.Cameræ Apoſtolicæ, recenſita in *Bulla Pii IV. la 87. §.39. cum ſeqq. ac §.48. cum ſeq. & §.53.* ubi etiam diſponitur, quòd antequàm ad
5 officium admittantur nedùm jurare, ſed etiam cavere tenentur, ſe illud rectè, & fidelitèr exercitaturos, omniaque, & ſingula eis præſcripta ſtrictè cuſtodituros,& diligentèr obſervaturos, & de illis loquitur *Cobell. d. tract. cap.16. ſub n.75. cum ſeq.*

Regularitèr verò Ratiocinator ſolet conficere, & retinere tres libros, nempè unum inſcrip-
6 tum *Regiſtro*, in quo regiſtrantur omnia mandata, & ordines; Advertendo quòd antequam hujuſmodi mandata,& ordines conficiat,curare debet, quod penès ipſum, vel aliundè conſtet de debito: Alterum inſcriptum *Giornale*, in quo regiſtrantur eadem mandata, ſeù ordines, cum annotatione diei ſolutionis; Ab aliis verò iſte ſecundus liber inſcribitur *Entrata*, & *Uſcita*, in

quo

quo regiſtrantur omnes exactiones, & ſolutio-
nes factæ: Tertium tandem librum inſcriptum
Libro Maſtro, in quo formantur computa *del da-*
re, & havere, ut dicitur *à modo di ſcrittura ſigno-*
rile, quæ valdè conveniunt cum officio Ratioci-
7 natoris Populi Romani; de quo *in Statuto Urbis*
lib.3. cap.21.

Competit Civitati noſtræ jus exigendi vecti-
gal pro Sale, & aliis mercibus foreſium, per ejus
8 territorium tranſeuntibus, ex conceſſione *Car-*
dinalis Alidoſii de mandato Julii II. & tanquam
à Latere Legati infrà *in Appendice num.17.* ut de
Sale meminit *Bart. & Dyn. in l.locatio, aliàs lici-*
tatio 9. §. Mercatores ff. de publican. & dixit *Emi-*
nentiſſimus de Luca de regalib. diſcurſ. 158. ubi
nu.2. teſtatur, hujuſmodi privilegium confirma-
rum fuiſſe à Paulo IV. ac ipſo ſcribente pro
Communitate Imolæ bis reſolutum fuiſſe *in Sac.*
Congregatione Boni Regiminis favore noſtræ Com-
munitatis Faventiæ pro ſolutione datii Salis,
aſportandi à ſalinis Cerviæ, & tranſeundi per
territorium ejuſdem Civitatis Faventiæ, & re-
petitum fuit infrà *in Obſerv. ad Rubr.14. num.5.*
hoc eod. lib.

Notandum, quòd gabella dicitur fraudata
9 Statim ac, quis tranſivit per locum, ubi illa ſol-
vitur cum rebus, pro quibus ea debetur, & non
fuit ſoluta, cum Gabellarius non teneatur illam
petere à tranſeuntibus, juxta tex. *in l.final. §. Divi*
ff. de publican. & vectigal. Maſſin. de confiſcat. bon.
quæſt. 21. num.20. Conciol. reſolut. crim. in verbo
Gabella reſolut.7. nu. 1. cum ſeq. ubi concordan-
tes, *& num.3. cum Maſſin.* ubi ſuprà *num.23. cum*
ſeqq. declarat procedere poſtquam tranſiens
10 cum rebus gabellæ ſubjectis exivit Civitatem,
Oppidum, vel Caſtrum, ubi ea ſolvitur, non
autem antea, licèt ipſe reliquerit poſt ſe do-
mum Gabellarii, non tamen eſt expectandum,
quod exiverit totum territorium, nàm ſi hoc
expectaretur, nunquàm eſſet locus pœnæ, cum
extra territorium Officiales gabellæ non poſſint
eos proſequi, & capere, niſi alitèr reſultaret ex
11 diſpoſitione *Statuti*, vel ex obſervantia, quæ in
materia gabellarum præcipuè eſt attendenda.

Si autem in loco, ubi ſolvitur gabella, non
12 reperiatur Gabellarius, tunc Vector mercium,
ſi iter ſuum proſequatur, non incidit in pœnam,
cùm non teneatur iter ſuum retardare, ut Ga-
bellarium rediturum expectet *Manſon. de cauſ.*
execut. ampliat.30. num.29. Guazzin. de confiſcat.
ampliat.82. n.3. verſ. Quam ſub ampliationem, quos
cum aliis ſequitur *Maſſin. ubi ſuprà n.31. cum ſeq.*
Cohell. ad Bullam Boni Regim. cap.47. nu.45. Sed
dubitari poteſt, an teneatur iſto caſu facere
13 oblationem, & proteſtari, eſſe promptum ad
ſolutionem gabellæ, ſi adeſſet, qui eam recipe-
ret, juxtà cautelam *Bart. in l. Item illa nu.9. verſ.*
& per hoc ff. de conſtit. pecun. & videtur neceſſa-
ria, nedùm oblatio, ſed etiam depoſitum, juxta
doctrinam Alex. quam refert *Cohell. d. n.45. verſ.*
ſed numquid. Alii docent, ponendam eſſe pecu-
niam ſub lapide, vel in feneſtra, ut Gabellarius
rediens illam inveniat, & recipiat; Verùm præ-
dicta intelligenda ſunt in terminis habilibus,
nempè, quando eſſet in loco ubi commodè, &
reſpectivè ſinè periculo prædicta fieri poſſent;
ſecùs autem ſi in loco campeſtri, ubi non adeſſet
perſona, coram qua poſſet fieri oblatio, & pro-
teſtatio, nec eſſet tutum depoſitum pecuniæ ſub
lapide ratione periculi furti, vel etiam quia
Gabellarius poſſet negare illas inibi inveniſſe,
& habuiſſe, ut advertit *Maſſin. loc. cit. n.33.*

Notandum etiam, quod ſi gabella ſolvenda
14 ſit pro tranſitu Pontis, & quis ad evitandam
illius ſolutionem eligat tranſire potius per va-
dum, quàm per Pontem adhùc ille tenetur eam
ſolvere, quia tranſeuntes ſervare debent con-
ſuetudinem, & ambulare per viam rectam, non
obliquam, ut reſpondit *Bald. in l.3. num.4. C. de*
privileg. fiſci Jo. de Platea in l. Præſidibus num. 2.
C. de curſu publico lib.12. quos refert, & ſequitur
Cohell. d. cap.47 n.33.

De Officio Exactoris condemnationum.

RUBRICA SEPTIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod Exactor condemnationum (A) pro tempore electus in Conſilio generali, ut ſupra diſpoſitum eſt, teneatur, & debeat vigore ejus officii habere unum librum (B) in quo deſcribantur per eum omnes, & ſinguli condemnati, mulctati, & carcerati, ac omnes, & ſingulæ pecuniæ, carceratorum, condemnationum, mulctarum, & contrabannorum, ac aliorum quorumcunque extraordinariorum ad dictam Communitatem pertinentes. Et de dictis pecuniis per eum exactis, & exigendis non poſſit aliquid ſolvere, nec de eis diſponere, niſi prout diſpoſitum fuerit in ſcriptis per officium DD. Antianorum, ſeu generale Conſilium dictæ Civitatis. Et finito ejus officio teneatur, ac debeat dictum librum in continenti præſentare, & conſignare præfatis DD. Antianis, una cum aliis ſcripturis, ad dictum ejus officium pertinentibus, poſsint dicti DD. Antiani librum ipſum cum dictis ſcripturis aſsignare ejuſdem Exactoris ſucceſſori in officio; & de omnibus exactis, (C] & per ipſum geſtis in dicto ejus officio bonum computum, & rationem reddere cum aſsignatione reliquorum, pœna contrafacienti lib.x. bonon. pro qualibet vice Communi Faventiæ applicanda. Nec poſsit dictus Exactor moleſtari, vel inquietari per aliquos Officiales, vel Rectores dictæ Civitatis de aliquid dando, ſolvendo, vel expendendo de dictis pecuniis dictarum condemnationum, & de aliis quibuſcunque rebus, ad ejus manus perventis occaſione ejus officii, ultra, vel præterquam ſibi commiſ-

miſſum, & ordinatum fuerit per DD. Antianos, vel generale Conſilium dietæ Civitatis,& omne præceptum ſibi aliter factum, non teneatur illud obſervare. Et ſimiliter omnis inquiſitio,ſeu condemnatio ob id per Rectorem, ſeù alium Officialem contra eum facta , ſit ipſo iure nulla.

SUMMARIUM.

1 POEnas tàm pecuniarias, & mulctas, quàm certæ quotæ, vel omuium bonorum,occaſione delictorum impoſitas , & Communitatibus ſpectantes Pius IV. applicavit Rev.Cameræ Apoſtolicæ , exceptis pœnis occaſione damnorum datorum inflictis .

2 Quod locum habere voluit Sixtus V. etiamſi per viam ſupplicationum, remiſſionum , abſolutionum, libetationum, condonatiouũm , compoſitionum, gratiarum, abolitionum , ſeù caſſationum proceſſuum exigerentur .

3 Sixtus V. mandavit,Communitates intrà duos menſes exhibere , deducere , & allegare debere conceſſiones , ipſis factas pœnarum , mulctarum, & compoſitionum , occaſione delictorum inflictarum, & quare .

4 Pœnæ, mulctæ, & condemnationes pro delictis Rev. Cameræ Apoſtolicæ debitæ,non poſſunt remitti, aut condonari à Legatis, & Gubernatoribus .

5 Pœnæ , mulctæ , & compoſitiones pro delictis impoſitæ adhùc ſpectant nonnullis Communitatibus Status Eccleſiaſtici , & præcipuè Reatis, Anconæ, & Nurſiæ .

6 Communitati *Nurſiæ* competunt pœnæ,mulctæ, & compoſitiones, occaſione delictorum inflictæ, & quare, ac quomodo . Ampl.n.9.

7 Tributa, gabellæ, & alia onera , quæ per ſubditos Principi ſolvuntut ſunt quaſi ſtipendia conſtituta , ut in locis ſibi ſubjectis juſtitiam miniſtret . Vidè n.8.

10 Communitati *Faventiæ* conceſſæ fuerunt omnes condemnationes pecuniatiæ , & confiſcationes pro duabus ex tribus partibus,de quibus tamen hodiè non participat .

11 Exactor librum conficere , illumque exhibere tenetur finito tempore ſuæ exactionis .

12 Exactori neganti coufeciſſe librum , vel illum perdidiſſe juranti , non creditur .

13 Exactor, Officialis , aliuſve Quæſtor publicus negligens in exigenda pecunia publica à debitore Principis , verſatur in lata culpa , & tenetur de proprio , non excuſſo debitore , & num.14.

15 Negligentia Exactoris probari debet, cum diligentia præſumatur .

16 Negligentia Exactoris qnomodo probetur remiſſivè .

17 Exactor non liberatur indicando debitores exigendos, ſed tenetur de non exactis .

18 Declara procedere , quando conſtituens Exactorem oſtendit nomina debitorum de tempore deputationis fuiſſe exigibilia, & ob culpam , & negligentiam illius effecta fuiſſe inexigibilia .

OBSERVATIO.

A PIus IV. expertus plura , & enormia delicta perpetrari , eaque ut plurimum impu-
1 nita remanere , quoniam pœnæ impoſitæ in totum , vel pro parte ad Communitates Civitatum , Terrarum , & locorum ex diſpoſitione Statutorum , Conſuetudine , vel Privilegio , ac etiam ex titulo oneroſo, vel pro reparatione murorum , fontium , pontium , & viarum , & etiam Eccleſiarum , ſeù piorum locorum , aut pro aliis rebus publicis ſpectantes , non exigebantur, utpotè quia delinquentes de ipſarum Communitatum corpore exiſtentes , & in illis quamplures ſibi neceſſitudine , & amicitia conjunctos habentes,pro ſolutione earundem pœnarum nequaquàm moleſtabantur , omnes hujuſmodi pœnas pecuniarias, & mulctas, ſivè certæ expreſſæ ſummæ , ſivè bonorum , ſivè alicujus partis illorum Confiſcationis prò quibuſvis criminibus (exceptis pœnis occaſione damnorum datorum inflictis) prævia derogatione omnium conceſſionum , Statutorum , & Privilegiorum , Rev. Cameræ Apoſtolicæ applicavit, ut ex ejus *Conſtitutione in Bullar. novo la 43. vol.* 2. quod Sixtus V. habere locum voluit , etiamſi per
2 viam ſupplicationum , remiſſionum, abſolutionum, liberationum, condonationum, compoſitionum , gratiarum, abolitionum, ſeù caſſationum proceſſuum exigerentur , ut in ejus *Conſtitutione la 93.§.7.eodem vol.*2. Voluit tamen Six-
3 tus in eadem *Bulla* §. 8.quòd quæcunque Communitates, Univerſitatiſque Collegia , aut perſonæ etiam Eccleſiaſticæ, quavis Dignitate fulgentes,aut eorum Magiſtratus, pœnas, compoſitiones , aut mulctas prædictas , ſeù illarum portionem aliquam quovis titulo etiam oneroſo, occaſione, vel cauſa etiam juſtiſſima , & pro reparatione , ac refectione, & fabrica, vel conſervatione murorum , pontium, viarum , fontium, aut cujuslibet publici boni , vel pii loci , Eccleſiæ , aut Hoſpitalis intuitu , vel aliàs quomodolibet ſibi deberi , vel applicatas eſſe prætendunt, deberent omninò intrà duos menſes à die publicationis *Bullæ* computandos , conceſſiones, & applicationes prædictas, ſuaque jura , & privilegia quæcunque in Camera Apoſtolica exhibere, deducere , & allegare , quæ quidem Camera ſi ipſas conceſſiones validas ex titulo oneroſo , vel ex urgentiſſima cauſa factas eſſe cognoverit,& judicaverit, poſſit eas ad tempus, quod ipſi Cameræ neceſſarium videbitur, confirmare , ſeù de novo concedere , & ſucceſſivè Depoſitario eiuſdem Cameræ, in Provincia,ſeù Civitate , in qua conceſſio huiuſmodi facta , & approbata fuerit, reſidenti , ſpecialitèr , & in ſcriptis committere , & mandare , ac ſpeciale mandatum deſupèr opportunum relaxare , & pœnæ ipſæ, mulctæ, & compoſitiones huiuſmodi,

to *Cyriac. contr.*433. *& aliis* proſequitur *Myler. ubi ſuprà*.

Culpa tamen Exactoris in exigendo debet
15 probari, cùm in dubio diligentia præſuma-
tur, ut advertit *Munoz. Eſcobar. de ratioc. ad-
miniſtr. cap.*19.*n.*22.*cum ſeq.* ubi etiam *n.*18.*cum
ſeqq.* docet modum probandi negligentiam,
16 latè *Catan. decíſ.*1.*nu.*63. *ac* 70. *cum ſeqq.* ubi
loquitur de nominibus debitorum contractis
cum anteceſſore; *Rota coram Royas decíſ.*189.
*num.*2. & admiſit *coram Bichio decíſ.* 135. *n.*30.
cum ſeq.

Undè quamvis Exactor, qui onus exactionis
aſſumpſit, non liberetur indicando debitores
17 exigendos, ſed teneatur de non exactis *l. Tu-
tori cum ibi notat. C. de negot. geſt. Aretin.
conſ.*111. *num.*6. *in fine Rot. penès Cenc. de cenſ.
decíſ.*288. *nu.*3. *& in rec. decíſ.*2. *n.*9. *part.*14.
Attamen id procedit, quando conſtituens Exa-
ctorem oſtenderit nomina debitorum de tem-
18 pore deputationis fuiſſe exigibilia, & ob cul-
pam, & negligentiam Exactoris effecta eſſe ine-
xigibilia *ad tex. in l.*2. *C. de arbitr. Tutel. Decian.
reſponſ.*85. *n.*27. *lib.*2. *Rot. coram Royas decíſ.*189.
*nu.*9. *& in rec. d. decíſ.*2. *num.*10.

De Regulatoribus, ſeu Rationariis Communis Faventiæ, & eorum Officio.

RUBRICA OCTAVA

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod ſingulo anno per Conſilium generale eligantur duo Regulatores, ſeu Rationarii, qui diligenter habeant videre, ac revidere, examinare, & calculare, ac moderari rationes, computa, introitus, & omnes expenſas, tàm Depoſitarii, quàm aliorum quorumcunque Officialium, miniſtrantium bona dictæ Communitatis. Et hujuſmodi rationibus viſis, & calculatis teneantur infra tempus ſtatuendum per DD. Anrianos, pro tempore præſidentes, proponere, & referre in Conſilio generali, ita quòd clarè appareat de credito, ſeu debito ipſius Communitatis. Et pro eorum ſalariis habeant, & habere debeant à Communi Faventiæ pro eorum, & cujuslibet ipſorum ſalario lib.xxv. bonon. quolibet anno.

SUMMARIUM.

1 Rationales in Regno Neapolitano quinam nuncupentur, & eorum Officium, remiſſivè.

2 Rationarii, ſeù Regulatores ſunt Reviſores, & Syndicatores computorum, & rationum Officialium, & Miniſtrorum Communitatis.

3 In Regno Valentiæ Rationalis Officium quale ſit.

OBSERVATIO.

Regulatores, & Rationarii, de quibus hic
& qui in Regno Neapolitano nuncupan-
1 tur Rationales, ut per *Novar. de gravam. Vaſ-
ſal. gravam.*124. *part.*1. *Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.*5. *cap.*9. *num.*3. ſunt Reviſores, & Syndica-
2 tores computorum, & rationum Officialium,
& Miniſtrorum Communitatis, cum per eos
ſint diſpungendæ rationes, & ſit calculandum
datum, & acceptum, prævià diſcuſſione par-
titarum, ut docet *Borell. de Magiſtrat. lib.*4.
*cap.*13. *num.*9. 13. *&* 19.

In Regno verò Valentiæ Rationalis officium
3 idem eſt, ac Quæſtoris Urbis, cujus erat ve-
ctigalia exigere, ſtipendia præbere, ſingulaque
accepta, expenſaque rationibus inferre, om-
niumque rerum, ac pecuniarum notas, & il-
luſtres rationes dare, ut de utroque latè tradit
*Mattheù de Regim. Regn. Valent. cap.*4. §.5. *n.*1.
cum ſeqq.

De electione Officialium penſæ: & eorum Officio.

RUBRICA NONA

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſingulo anno de Menſe Decembris eligantur in Conſilio generali duo Officiales penſæ Communis, (A) qui ſint de Civitate Faventiæ, & ætatis annorum xxx. ad minus, & bonæ conditionis, opinionis, & famæ. Et teneantur eorum officium (B) benè, fideliter, & ſinè fraude, ac perſonaliter, & non per ſubſtitutum, exercere, & in dicta penſa continuè, excepta hora prandii, commorari omnibus, & ſingulis diebus. Et quòd teneantur granum, quod mittitur ad Molendina, ponderare, & farinas à Molendinis redeuntes. Et debeant dicti Officiales in uno libro ſcribere diſtincte nomina euntium, & redeuntium à Molendinis, & pondera, & quantitates grani; et farinarum, et cum bulla Communis imprimere apodiſſas quaſcunque abſque mercede aliqua, pœna contrafacienti in quolibet prædictorum lib.V. bonon. pro qualibet vice, Communi Faventiæ applicanda. Et teneantur vinculo juramenti aliquam ſalmam farinæ non licentiare, niſi primo fuerit ponderata, et eam incontinenti ad Domum Domini deferri faciant, pæna decem ſolid. pro qualibet vice, et ſalma, et credatur juramento Domini, cujus fuerit farina. Et pro eorum ſalario habeant à Communi Faventiæ lib. quatuor bonon. pro ſingulo eorum ſingulo menſe. Non poſſint tamen Officiales hujuſmo-

di eligi, qui eſſent conductores ipſi, vel eorum fratres, filii, vel patres, aut aliquis de eorum familia cohabitantes, alicujus Molendini Communitatis Faventiæ, ſeu alterius ſingularis perſonæ, vel qui eſſent domini alicujus Molendini, ſeu partis illius. Et ſi aliter fieret: talis electio ſit nulla.

SUMMARIUM.

1 Officialis ad penſam, ejuſque Officium, remiſſivè num. 2.

3 Diſpoſitio tendens ad removendas fraudes debet extendi etiamſi materia ſit odioſa.

4 Cura, & inſpectio molarum ſpectat ad Principem.

5 Princeps curæ, & inſpectioni molarum præficere debet Miniſtrum bonum, legalem, & approbatæ vitæ, ac qui artem molitoriam alias exercuerit nu. 4. & 5.

6 Prior in tempore eſt potior in jure in molendo. Dominus molendini præfertur in molendo aliis, etiam tempore anterioribus nu. 6.

OBSERVATIO.

A Duo Officiales ad Penſam eliguntur ſingulo anno in die SANCTI THOMÆ, nempè
1 unuſquiſque ad ſemeſtre, ut dictum fuit ſuprà ad *Rubr. XVI. lib. 1. num. 12.*

B Eorum officium verſatur circa ponderatio-
3 nem frumenti, quod conſignatur molendinariis, & farinæ, quæ per eos reſtituitur, ut dictum eſt ſuprà ad d. *Rubr. XVI.* Et cum diſpoſitio *Statuti* tendat ad removendas fraudes, ex-
3 tendi debet, etiamſi materia ſit odioſa *Annot. ad Statuta Parmæ lib. 4. tit. de officio ſuperſtantium penſatorum farinarum.*

Ad occurrendum verò fraudibus, & furtis, cum ad Principem ſpectet cura, & inſpectio
4 molarum, proindè conſtituere debet Miniſtrum, qui ſuper eis invigilet, ut latè tradit *Myler. in ejus Metrologia cap. 16. tit. de Jure, & poteſtate ſtatuen. circa Molas, eaſque viſitan. §. 1. cum duob. ſeqq.* juncto §. 12. *& ſeq.* Eligendo
5 virum bonum, legalem, & approbatæ vitæ, ut admonet *Myler. in d. ejus Metrolog. cap. 17. tit. quinam Molendin. inſpectioni, & viſitat. ſint præficien. §. 1.* ac qui hanc artem molitoriam aliàs exercuerit, tanquam peritior, ut proſequitur *Myler. in d. cap. 17. §. 2.* qui *in cap. ſeq. tit. Quinam molendinorum inſpectioni, & viſita-*
6 *tioni ſint præficiendi §. 6. cum duobus ſeqq.* ubi tenet, quod quamvis in molendo prior in tempore ſit potior in jure; tamen in concurſu duorum ad molam accedentium Dominus molæ cæteris etiam in tempore anterioribus præfertur.

De Molendinariis, & eorum juramento, & exercitio.

RUBRICA DECIMA.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod Molendinarii, [A] ſeu Portatores, & quilibet eorum teneantur ad requiſitionem cujuſcunque perſonæ molere volentis, ire, & portare ſalmas, poſtquam requiſitus, ſeu requiſiti fuerint eadem die, vel ſequenti ad molendum, pœna pro quolibet, & qualibet vice ſolid. x. bonon., & credatur Sacramento Domini ſalmæ. Et omnes ſalmas ſtatim deferre ad penſam Communis, et ibi penſare frumenta, & repenſare farinas omnibus hominibus Civitatis, & Comitatus Faventiæ. Et quòd de hujuſmodi ponderatione, et reponderatione, et recuſatione, ut ſupra in penſa fienda, credatur Sacramento Domini frumenti, et farinæ, et ibidem, et non in aliquo alio ſcopulare, videlicet, accipiendo lib. quinque frumenti tantum pro qualibet corbe dicti grani molendi, Quas molituras, (B) vel ſcopulaturas accipere debeant dicti Officiales manibus propriis, et eas tradere Molendinariis. Et copula, quas ſcopulantur ſalmæ, ſit capacitatis librarum quinque grani cum culmatura, & non ultra, quæ ſit de ære, & ſignata bulla Communitatis, & continuè permanere debeat in dicta penſa apud dictos Officiales. Et dictas ſalmas delatas in Molendinis, non poſſint dicti Molendinarii retinere ultra tres dies, molendo tamen primo venienti, et illas reportaſſe infra dictum terminum ad penſam, et eas Domino reſtituiſſe. Nec debeant dicti Molendinarii aliquas ſalmas grani, ſeu farinæ tenere proſtatas, ſeu diſtentas in terra in dicto Molendino (C) et penſa, nec alibi. Et continuè tenere debeant papiliones ſupra, et circum Macinas benè ſaldos, et non ruptos, aut perforatos, de bonis telis lineis, benè ſolidis, et non de alia re. Et non poſſint ullo modo tenere, aut apponere ſtorias ſupra, et circum Macinas, nec circa eas facere gattas, nec alias fallacias. Nec ſimilitèr debeant detinere, ſeu pauſare aliquas ſalmas grani, ſeù farinæ in aliquo loco, præterquam in ejus, cujus eſt granum, vel farina, vel in penſa Communis, ſeu Molendinis. Teneantur etiam dicti Molendinarii, ſeù Portatores tempore pluviæ habere unam coopertam competentem ſuper ſalmis prædictis, dum portant eas, & reportant. Et teneantur ſtatim, & incontinenti poſtquam farina fuerit reponderata, eam onerare, & ad domum, cujus eſt, deferre, ut ſupra, cum apodiſſa ſeu buletta ponderis dictarum ſalmarum manu Officialium dictæ penſæ alligata ad ſaccos dictarum ſalmarum. Nec aliquis, qui eſſet dominus, in totum, vel in partem alicujus Molendini, ſeu qui conduxerit, vel conducet aliquod Molendinum, quod non ſit Communis Faventiæ, poſſit

quo-

Digitized by Google

quoquo modo conducere aliquod Molendinum dicti Communis, vel in eis partem aliquam habere, quodque nullus Molendinarius, ſeu Portator, vel Vituralis, ſeù quælibet alia perſona debeat portare ad Molendinum aliquod genus bladi, niſi habea bulettam Officialis ſuper inde deputati, pęna cuilibet contrafacienti in caſu prædicto pro qualibet vice ſolid. xi. bononen. Communi Faventiæ applicanda. Et ſimiliter eadem pęna puniatur quilibet Molendinarius, qui ſalmas acceptaverit in eorum Molendinis abſque buletta prædicta. Item quod pro qualibet libra farinæ, quæ inveniretur minus, condemnetur quilibet Molendinarius, ſeu alius Portator ab una libra ſupra in denariis xii. pro qualibet libra deficiente, & nihilominus teneantur dictam farinam deficientem reſtituere. Et quilibet Molendinarius, ſeu Portator debeat habere unum ſerineum, ſeu capſam in dicta penſa, in quibus ſemper habere, ac retinere debeat aliquam farinæ quantitatem pro ſatisfaciendo illis, quibus deeſſet farina in eorum ſalmis. Et quilibet Dominus, ſeù Conductor alicujus Molendini teneatur facere cum effectu, & curare, quod eorum Molendinarii, ſeu Portatores præſtent fidejuſſionem idoneam de libris xxv. bonon. pro quolibet eorum in manibus Dominorum Antianorum pro tempore de omnibus, & ſingulis, quæ ad eorum exercitium pertinent, ſemel, & quoties fuerit opportunum, de omni damno emendando illis, qui miſerint granum ad molendum in eorum Molendinis, pœna, tàm dicto Domino, ſeù Conductori, quàm ſingulis Molendinariis, qui fidejuſſionem prædictam non præſtiterint, pro quolibet eorum lib. x. bonon. Et nihilominus teneantur ad emendationem damni Domino farinæ. Et credatur juramento Domini, ſeu ejus ſervientis, qui damnum ſuſtinuerit uſque ad unam corbem. Ac etiam quilibet alius Portator ſalmarum prędictam fidejuſſionem præſtare teneatur modo prædicto, ſub dicta pęna. Item omnes, & ſinguli Molendinarii, ſeu Portatores teneantur, ac debeant emendare, & reficere omnem defectum, & damnum quod aliquis quoquo modo pateretur in ſuis Molendinis, ſeu ſalmis prædictis grani, & farinæ, immiſcendo aliquid in eis, vel alio modo deteriorando, falſificando, ſeu devaſtando. Et Dominus Poteſtas talem Molendinarium, ſeu Portatorem fuſtigari facere teneatur, ſi Dominus farinę, vel grani juraverit, ita verum eſſe. Et nihilominus teneatur emendare dictum damnum Domino antedicto damnum, ut præmittitur, in aliquo paſſo. Inſuper teneantur, & debeant dicti Molendinarii, ſeu Portatores vinculo juramenti prædicta omnia, & ſingula, ac ſtatuta, & ordinamenta gabellarum, ac reformationes dicti Communis tàm editas, quàm edendas obſervare, & in nullo contrafacere, pęna ſolid. xx. cuilibet contrafacienti in quolibet caſuum prædictorum, in quibus non eſt ſpecificata pęna.

SUMMARIUM.

1 Probos, & juſtos Molitores, ſeù Molendinarios habere Reip. eſt neceſſarium.

2 Ordines, & certæ leges Molendinariis ſunt præſcribendæ.

3 Juramentum fidelitatis, & ſinceritatis præſtare debent Molendinarii, eorumque famuli.
A dolo, & culpa Molendinarii debent eſſe immunes num. 3.
Pœna arbitraria eſt contra Molitores, doloſè ſe gerentes in eorum exercitio nu. 4.

4 Pœna imponenda eſt non minus Molendinariis negligentibus, quàm malitioſis, plus debito de frumento ſumentibus, aut doloſè in exercitio ſe gerentibus, adhoc ut in molendis frumentis cuique ſatisfaciant, & farina juſta menſura, & pondere reddatur.

5 Molendinarii malitioſi, & negligentes reputantur.

6 Ab officiis honeſtis Molendinarii, tanquàm fures præſumpti, arceantur. Contrarium num. 8.

7 Bona Molendinariorum inter malè quæſita cenſentur.
Molendinarius miſcens terram, ſeù arenam, vel quid ſimile cum farina, acriùs punitur, quàm fur ſimplex num. 8.
Privilegia conceſſa ab Urbano VIII. Univerſitati, & Hominibus Molitorum Urbis n. 8.
Opera Molitorum Reip. eſt maximè neceſſaria, & utilis n. 8.

8 Furti vitium, quod Molendinariis, objicitur propriè non eſt artis, ſivè opificii, ſed hominum.

9 Molitura ſolvitur ratione expenſarum Molendini, & juriſdictionis, ac dominii illius.
Expenſæ Operariorum, & manutentionis Molendini conſiſtunt in pluribus, de quibus ibi, remiſſivè nu. 9.

10 Gabella macinæ ſolvenda in pecunia pro balleсta à macinare volente imponitur per Principem pro conſequendo fructu ejus juriſdictionis ſuper Molendinis.

11 Gabella macinæ locata ad certum tempus, non poteſt Conductor in fine locationis ſupplantare ſucceſſorem, diminuendo emolumentum ad alliciendos Cives ad molendam majorem quantitatem frumenti, alioquin tenetur ad intereſſe. Limita n. 12.

13 Molendinum frumentarium in variis locis nuncupatur *Molinus*, *Molinum*, ſivè *Mulinum*, & vulgaritèr *Molino*.

14 Inventa ſunt varia genera Molendinorum frumentariorum, de quibus ibi.

15 Aquaria Molendina frumentaria ſunt magis uſualia.

OBSERVATIO.

A Molitores, ſeù Molendinarios habere probos, & juſtos Reip. neceſſarium eſſe
1 admonet *Knipſchilds de Jurib. & privileg. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 26. num. 38.* Sicuti valdè uti-

2 le eſt, eis certas leges, & ordines præſcribere,
illoſque cum famulis, & familia juramento fi-
3 delitatis, & ſinceritatis conſtringere, ut ſint
immunes ab omni dolo, & culpa, imponendo
etiam pœnam non minus negligentibus, quàm
malitioſis, plus juſto de frumento ſumentibus,
4 aut dolosè in exercitio ſe gerentibus, ad hoc
ut in molendis frumentis cuique ſatisſaciant,
& farina iuſtâ menſurâ, & pondere reddatur, ut
docent *Hering. de Molendin. quæſt. 46. num. 22.*
Kninchen. de Jure Territor. cap. 4. num. 313. quem
ſequitur *Knipſchilds ubi ſuprà Klock de Ærar.*
lib. 2. cap. 8. num. 33. Pœna autèm contra Moli-
tores dolosè ſubtrahentes rem alienam, aliter-
que fraudolentèr exercentes eorum artem, eſt
arbitraria, cum delinquendo, tàm furti, quàm
falſi crimen committant, ut per *tex. in l. ſi quis*
Uxori 52. §. Majora ff. de furt. l. penult. §. 1. ff. ad
leg. Jul. de falſ. docet *Myler. in ejus Metrologia*
cap. 17. tit. lævinam Molendinorum inſpectioni, &
viſitationi ſint præficiendi §. 11. Ad quem Judi-
cem verò ſpectet illorum caſtigatio ſi Molendi-
na ſint Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticorum, an ſcilicèt
ad Eccleſiaſticum, an potiùs ad Sæculatem vide
Ol[illegible]r. ad Rubr. 12. num. . . lib. 7.

Et quamvis intèr negligentiores, & malitio-
5 ſiores connumerentur Molitores à *Kninchen. loc.*
cit. Klock d. cap. 8. ſub num. 34. verſ. Quin cum
nulli, & tanquàm fures præſumptos ab honeſtis
6 Officiis omninò arcendos eſſe tradant *Fulgoſ.*
Nevizan. & Scot. in reſponſ. 6. ad finem lib. 4. to. 1.
relati *ab Hering. de Molendin. quæſt. 1. num. 66.*
7 Ac eorum bona intèr malè quæſita cenſeri à
Vvechner relat. à Knipſchilds ubi ſupra nu. 39.

Attamèn contrarium tenendum eſt, cum
8 vitium furti, quod Molitoribus objicitur, ex
adductis per *Nicolaum Mylerium in eius Metro-*
logia cap. 16. de Iure, & poteſt. ſtatuen. circa
Molas, eaſque viſitandi §. 3. num. 1. propriè
non ſit artis, ſivè opificij, ſed hominum, eo
modo, quo in ſegetibus lolium, & inter ſalu-
bres herbas noxiæ, & venenoſæ pullulant, &
tamen neque triticum; neque olera innoxia
aſpernantur, ut latè defendit *Hering. d. quæſt. 1,*
num. 67. verſ. licèt cum ſeqq. & quod generali-
tèr nec ipſi, nec eorum filii ab honeſtis Colle-
giis debeant excludi notat *Knipſchilds d. libr. 5,*
cap. 2. num. 57.

Si tamen aliquis fraudem commiſerit, ut-
potè quia terram, ſive arenam, vel quid ſimi-
le cum farina miſcuerit, acriùs puniendus erit,
quàm ſimplex fur, arbitrio Judicis iuxta facti,
& perſonarum qualitatem, ut cum *Azeved.*
lib. 1. num. 12. verſ. ſecundo tituli 15. lib. 5. re-
cop. docet *Cortiad. deciſ. 106. num. 50.*

Cùm autem Molitorum opera Reip. maxi-
mè ſit neceſſaria, & utilis, proindè Sa. me.
VRBANUS VIII. Vniverſitati, & Hominibus artis
Molitorum Vrbis varia conceſſit privilegia,
ut in ſequenti brevi expedito ſub die 30. Apri-
lis 1639.

VRBANVS PP. VIII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

Cum ſicut accepimus dilectis filiis Vniverſitati, & hominibus Artis Molitorum Almę Vrbis, ne dum molarum, ac domorum eiſdem Molis contiguarum ob neceſſitates repentinas neceſſariarum, ac Scalaram, & Turricularum earumque penſiones, ſeù locationes, quandoque augeri contingat; Verùm etiam permulti Molariam artem revera non exercentes, Molas, Domos, Scalas, & Turriculas huiuſmodi, Molitoribus locandas, ſeù ſublocandas conducant, vel in ſocios ſibi Molitores, qui ſuo nomine Artem huiuſmodi exerceant, aſſumant, hiſce artibus lucrum ex alieno labore captando, & aliis pauperibus Molitoribus, occaſionem ſibi quærendi victum ſubtrahendo, Nos attendentes Molitorum operam Reipublicæ maximè neceſſariam, & utilem eſſe, ac proinde illorum commodis, & quieti quantum cum Domino poſſumus conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus, Molarum, tàm in terra, quàm in flumine exiſtentium, Turricularum, Scalarum, & Domorum ipſis Molis contiguarum, & pro illarum cuſtodia commodatarum, in quibus Molitores habitant, ſeù habitabunt, penſiones, ſeù locationes augeri nequeant, quodque locationes Molarum, Scalarum, Domorum, & Turricularum huiuſmodi factæ illis, qui realiter, & cum effectu Molitores non ſunt, & perſonaliter artem prædictam non exercent, licèt patentes deſuper ipſorum Vniverſitatis, & Hominum literas obtinuerint, etiamſi de locationibus huiuſmodi ſpecialis mentio facienda foret, ipſæque etiam Apoſtolica auctoritate confirmatæ ſint, nullæ, & invalidæ ſint, & eſſe, ac expiraſſe cenſeantur, inque illis in omnibus, & per omnia Molitores prædictas Molas, Scalas, Domos, & Turriculas huiuſmodi inhabitantes reſtituto tamen dictis locatariis ſuorum bonorum Mobilium valore, ſuccedere debeant, ac præterea quòd nullus cujuſvis Molæ, aut illius partis dominus, qui verè, & actu non ſit Molitor, poſſit illam per tertiam perſonam exerceri facere, nec ab illa Molitores actu exercentes ad effectum illam inhabitandi amoveri, etiamſi prædictæ Molæ, Domus, Scalæ, & Turriculæ, ad quaſvis Baſilicas, Collegiatas, & alias Eccleſias, loca pia, & alias quaſvis privilegiatas perſonas, etiam ſpeciali nota, & mentione dignas, & hic forſan de neceſſitate exprimendas, ſpectarent, & pertinerent, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ipſoſque Molitores in emptione Molarum, Domorum, Scalarum, & Turricularum huiuſmodi cæteris omnibus, & quibuſcumque præferri volumus; Et propterea omnes, & ſingulas lites, & cauſas hactenus forſan contra ipſos Vniverſitatem, & Homines occaſione augmenti penſionum, ſeù locationum Molarum, Scalarum, Domorum, & Turricularum huiuſmodi, vel aliorum quorumcumque prædictorum coram quibuſvis Judicibus, ſeù Tribunalibus etiam quamtumvis privilegiatis, & ſupremis etiam ſpeciali, & individua ex-

pre-

preſſione dignis motas, & pendentes, indeciſas, in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus ad præſens reperiuntur, ſtatum earum huiuſmodi veriorem, & certum, ac merita, & cauſas, nominaque, & cognomina, Iudicum, Notariorum, ac Collitigantium, & dominorum Molarum, Scalarum, Domorum, & Turricularum huiuſmodi, aliorumque cauſam ab eis habentium, etiamſi Baſilicæ, Eccleſiæ, Monaſteria, Confraternitates, Hoſpitaliu, & alia loca pia, ac etiam Viduæ, Pupilli, & Minores, aliique quantumvis privilegiati exiſtant, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ad Nos harum ſerie avocamus, illaſque ſic avocatas, ac quaſcumque alias ratione præmiſſorum de cetero movendas dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Annonæ Præfecto privativè quoad omnes alios, & ſingulos Romanæ Curiæ judices, Magiſtratus, & Tribunaliu committimus, illique plenam, liberam, & abſolutam facultatem, & auctoritatem per ſe, vel alium, ſeù alios ab eo deputandos privativè quoad alios quoſque Iudices, Magiſtratus, & Tribunalia, etiam ſupremos, & ſuprema, ac ſpeciali mentione, & expreſſione dignos, & digna cognoſcendi, decidendi, & debito fine terminandi omnes, & ſingulas cauſas huiuſmodi motas, & movendas, ut præfertur, cum omnibus, & ſingulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac etiam cum clauſula quam, & quas etiamſi contra ipſos Univerſitatem, & Homines ageretur, & procederetur, vigore obligationum Cameralium juramento vallatarum, & cum expreſſa renunciatione præſentis indulti, necnon Domus, Scalæ, Molæ, & Turriculæ huiuſmodi ab eis poſſeſſæ, ſeu conductæ, directè, vel indirectè ad quaſuis perſonas quantumvis privilegiatas, ac etiam Baſilicas, & quaſvis Eccleſias, etiam Parochiales, Capellas, Religiones, Præceptorias, ſeù Commendas, Monaſteria, Conventus, Hoſpitalia, Confraternitates, & alia pia loca, etiam inſignia, & pari privilegio ſuffulta, ac etiam ad quoſcumque Pupillos, Minores, & Viduas, & quoſcumque alios, quantumvis ampliſſimis privilegiis ſuffultos, etiam ſpeciali mentione dignos ſpectarent, necnon etiam in eiſdem cauſis, & litibus, ac illarum qualibet ſingulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, ſummariè, executivè, ſimpliciter, & manu regia, ſinè ſtrepitu, & figura Judicii, ſed ſola facti, veritate inſpecta, & aliàs prout eidem Annonæ Præfecto, & ab eo deputandis prædictis, ac ſecundum rei, & caſus exigentiam, viſum fuerit expedire, omni, & quacumque appellatione, provocatione, & recurſu poſtpoſitis procedendi cum facultate paritèr avocandi, & reaſſumendi prædictas lites, & cauſas motas, & movendas, ac quibuſvis Judicibus, Tribunalibus, & Magiſtratibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus etiam, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, & quibuſvis aliis Judicibus, etiam ſupremis, ac privilegiatis, & neceſſario exprimendis, necnon omnibus, & ſingulis ſupradictis & aliis, quibus opus fuerit ſub pœnis pecuniariis, & cenſuris eidem Annonæ Præfecto, & ab eo deputandis placitis, & beneviſis inhibendi, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi concedimus. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeù intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, vel impugnari, in Jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus illas quodcumque Juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari poſſe, ſed ſemper, & omni tempore contra, & adverſus quaſcumque impugnationes validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque effectus ſortiri, & obtinere, Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici, & Cameræ Apoſtolicæ Auditores, ac ipſam Cameram, ejuſque Camerarium, Vicecamerarium, Theſaurarium, Decanum, & Præſidentes, Clericos, necnon etiam Vicarium noſtrum in Alma Urbe in ſpiritualibus generalem, ejuſque Locumtenentes, & Auditores, Senatorem, Collaterales, Viarum Magiſtros Urbis prædictæ, eorumque Aſſeſſores, & quoſvis alios Rom. Curiæ Judices, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, ſeù interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis præmiſſis, ac quod in illis intereſſe quomodolibet habentes, aut habere prætendentes ad illa vocati, & auditi non fuerint, vel illis contradicent expreſſè, & ſe opponent, necnon quibuſvis litis pendentia, & Inſtrumentis factis, & de cætero faciendis etiam cum obligatione in forma Cameræ prædictæ, & Juramento, & cum præſentis indulti, & quavis alia renunciatione, & cautela, & quibuſvis aliis privilegiis, & facultatibus conceſſis, quibuſvis Tribunalibus, & Magiſtratibus dictæ Urbis, ipſique Cameræ, ejuſque Camerario, & Clericis, etiam dictæ Cameræ Auditori Generali, dictoque Vicario noſtro, Populo Romano, Magiſtris Viarum, eorumque Aſſeſſoribus, necnon Baſilicis, Eccleſiis, Monaſteriis, & locis piis ſupradictis, ac aliàs quomodolibet in genere, vel in ſpecie etiam ex titulo oneroſo, ac ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac fæl. record. GREGORII PAPÆ XIII. *Prædeceſſoris noſtri ſuper Jure congrui edita, ac cum quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & præſertim illa de Jure quæſito non tollendo, ac prædictæ Urbis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate, roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, confirmationibus, ſtylis, & uſibus etiam Palatii noſtri Apoſtolici, ac decretis etiam Conſiſtorialibus, & Conventionibus. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi perinde, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus*

omiſ-

omiſſo, necnon forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXX. *Aprilis* MDCXXXIX. *Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.*

M. A. Maraldus.

Die 9. Maii 1639. Supradictum Breve fuit in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & ex illius decreto commiſſum Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Dongho ejuſdem Com. Clerico, & per ipſum die Veneris 13. ejuſdem prævia citatione contra Reverendiſs. D. Commiſſarium Gener. ejuſdem Cam. exequ. facto relatione in eadem plena Camera ex alio decreto illius fuit admiſſum, & Lib. 12. Div. S. D. N. ſub fol. 159. regiſtratum.

Joannes Cermonitus.

B Molitura ſolvitur ex duplici cauſa, nempè primò pro expenſis Operariorùm, & manutentio-
9 ne molendini, conſiſtentibus in multis recenſitis per *Burſatt. conſ. 161. num. 5. juncto num. 29. cum ſeqq.* Secundò ratione juriſdictionis, & dominii Molendini, & iſta ſolutio eſt veluti fructus juriſdictionis, ut advertit *Corn. conſ. 289. nu. 2. verſ. & maximè hoc dicendum videtur lib. 1.* & innuit *Burſatt. loc. cit. num. 22. verſ. Audio Knipſchilds de jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 26. num. 37.* Ut plurimum tamen per Principes pro conſequendo tali fructu eorum
10 juriſdictionis imponitur gabella, quæ dicitur gabella Macinæ, ſolvenda in pecunia pro bulletta à macinare volentibus proprium frumentum antequam illud ad Molendinum deferatur; quæ gabella ſi locata fuerit ad certum, & de-
11 terminatum tempus non poteſt conductor in fine locationis ad alliciendos Cives ad molendum majorem quantitatem frumenti pro anno ſequenti diminuere eam, cum exindè ſupplantetur ſucceſſor, cui proindè competit contra eum actio ad intereſſe, ut docet *Salycet. in L. hæc diſtinctio §. Cum fundum verſ. iſtum caſum ff. locat. Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 46. nu. 42.* ubi etiam refert reſolutionem *Tribunalis Cameræ, Hodiern. ad Surd. dec. 131. nu. 13. D. Parisn. de locat. cap. 29. num. 79. cum ſeqq.* ubi rejecta contraria opinione hanc teſtatur eſſe magis receptam, & veriorem *Franch. dec. 96. per tot.* ibique *de Luco num. 1. ubi num. 2.* limitat, quando in
12 contrarium concurrit conſuetudo Regionis, prout in Civitatibus Coſentiæ, & Melphis.

C Molendini frumentarii, quod in lege Salica, ac legibus Longobardorum, & Alemanorum
13 nuncupatur Molinus, Molinum, ſivè Mulinum, & Mulina, ut teſtatur *Hering. de Molendin. qu. 3. num. 11.* prout in Statu Eccleſiaſtico *Molino*, va-
14 ria genera inventa ſunt, de quibus latiſſimè *Hering. de Molendin. qu. 5. cum ſeqq. Knipſchilds de jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 26. num. 31. cum ſeqq.* & pleniſſimè *Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 8. num. 1. cum pluribus ſeqq.* ſed magis
15 uſualia, & frequentia ſunt aquaria, ut tradunt *mox allegati.*

De Officio, & electione Officialis Molendinorum Communis Faventiæ.

RUBRICA UNDECIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod ſingulo anno in Conſilio generali, & de menſe Decembris eligatur unus Officialis (A) Molendinorum Communis, qui ſingulo die ſemel ad minus teneatur ſe conferre perſonaliter ad ſingula Molendina, & penſam dicti Communis Faventiæ, & curare quod tàm Officiales penſæ, quàm etiam Molendinarii, & Portatores dictorum Molendinorum eorum officia diligenter exerceant, & fraudes aliquas non committant, & in exercitio dictorum officiorum obſervent Statuta quæcunque, tàm edita, quàm edenda, & conventiones quaſcunque factas, & fiendas, & maximè contenta in duobus Statutis proximè præcedentibus. Et ſi aliquem ex dictis Officialibus, ſeu Molendinariis, ſeu Portatoribus contrafacientem invenerit, teneatur pœnas contra hujuſmodi contrafacientes impoſitas, ſeu imponendas per Statuta hujuſmodi, exigere, & exigi curare, quarum pœnarum dimidia ipſi Officiali applicetur, & alia dimidia Communi Faventiæ, per eum, ut ſupra exigenda, & Depoſitario Communis aſſignanda. Et nihilominus habeat pro ſuo ſalario à Communi Faventiæ libras quatuor bononen. ſingulo menſe. Et ſi in prædictis, ſeu aliquo prædictorum idem Officialis fuerit negligens, ſeu contrafecerit, incidat ipſo jure in pœnam ſolid. xl. pro ſingula vice dicto Communi applicandam.

SUMMARIUM.

1 INſpectores Molarum, ſeù Molendinorum frumentariorum olim dicebantur Curatores, Gubernatores, Adminiſtratores, & Procuratores earum.

2 Inſpectores Molendinorum frumentariorum conſtituendi ſunt, & quidem viri graves, fideles, & periti, & quare.

3 Molendinorum frumentariorum cura ad Annonæ Præfectum olim ſpectabat.

OB-

OBSERVATIO.

A INſpectores Molarum, ſeu Molendinorum frumentariorum, qui olim dicebantur Cu-
1 ratores, Gubernatores, Adminiſtratores, & Procuratores earum, ut tradit *Kloch de Ærar. lib. 2. cap. 8. ſub num. 37. verſ. Planè*, conſtituen-
2 di ſunt, & quidém viri graves, fideles, & periti, ut diligentèr invigilent, quód in molendis frumentis unicuique ſatisfiat, & farina juſto tempore, & modo reddatur, ac à Molitoribus nulla fraus committatur, & ipſa Molendina ſarta, tecta conſerventur, ut tradit *Knipſchilds de jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 26. nu. 40. Klock ubi ſuprà nu. 34. in fine.*: Et hanc e-
73 tiam olim ad Annonæ Præfectum ſpectaſſe docet *Hering. de Molendin. quæſt. 45. num. 35.* quem ſequuntur *Knipſchilds loc. cit. & Klock. ubi ſuprà*.

Quod ex fluminibus publicis, ſeu canali, & Cluſa Communis non poſſit aqua recipi, ſeu diverti, nec ædificium ſuper eis fieri abſque aſſenſu generalis Conſilii.

RUBRICA DUODECIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus cujuſvis conditionis, & gradus poſſit modo aliquo directè, vel indirectè, aut quovis quæſito colore ex fluminibus publicis (A) aut excluſa, ſeu canali Communis Faventiæ aquam ad privatum uſum accipere, ſeu haurire, vel ipſorum fluminum, aut canalis prædicti aquæ curſum modo aliquo avertere, aut ipſam aquam retinere, & intercipere, ſeu ſuper ipſo canali, aut fluminibus Molendinum, ſeu aliud ædificium facere abſque expreſſo aſſenſu, & licentia (B) Magnifici Conſilii generalis dictæ Civitatis primò petita, & obtenta ab eo, etiam per duas partes ex tribus fabarum albarum hominum dicti Conſilii. Et ſi aliter fieri contigerit, omne ædificium, ſeu Molendinum hujuſmodi dirui omnino funditus debeat. Et talis accipiens, hauriens, retinens, aut avertens quoquo modo aquas dictorum fluminum, ſeu dicti canalis, aut cluſæ prædictæ abſque dicto aſſenſu, & licentia dicti Conſilii, ipſo facto incurrat, & incurriſſe intelligatur, etiam abſque alia Judicis declaratione, in pœnam librarum centum bononen. pro ſingula vice, qua contrafecerit Communi Faventiæ applicandam. Et à prædictis etiam abſtinere teneatur, ſolitum aquæ hujuſmodi curſum non impediendo, nec retinendo. ſeu avertendo, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 FLumina navigabilia alia ſunt, alia verò non.

2 Flumina navigabilia ſunt tàm ea, quæ per ſe ſunt navigabilia, quàm quæ navigationi ſunt apta, etiamſi actu nunquàm ſit navigatum, ac quæ defluunt in aliud navigabile.

3 Flumina navigabilia ſunt de Regalibus Principis,

4 Flumina navigabilia quoad dominium & proprietatem ſpectant ad Principem.

5 Sed quoad uſum ſunt communia de Jure gentium.

6 In flumine publico licèt ædificare Molendinum abſque licentia Principis, dummodo neque ſtatio, neque navigatio fiat deterior.

7 Dummodò notoriè non conſtet de detrimento publico, vel non ſit dubium.

8 Flumina non navigabilia, ſi perennia ſunt publica dicuntur.

9 Flumina non navigabilia, quoad juriſdictionem Principis ſunt, ſed quoad uſum ſunt Terrarum, & Communitatum, in quarum territorio fluunt. Vide ibi.

10 Uſus aquæ fluminis non navigabilis privatis eſt permiſſus.

11 In flumine non navigabili poteſt unuſquiſque Molendinum ædificare abſque Principis licentia. Amplia num. 12. & nu. 18. Subampl. num. 19. Decl. nu. 14. 16. & 17. Vide nu. 13. & 17.

15 Ad æmulationem ædificare nemo præſumitur.

20 Aqua fluminis *Amonis* uti volens, vel in eo Molendinum ædificare, impetrare debet licentiam à Communitate *Faventiæ*, & n. 21.

21 Civitates Italiæ præſcripſerunt jura ſuper flumine, porta, & ſimilibus, quamvis alioquin ſint de Regalibus,

OBSERVATIO.

A FLumina alia ſunt navigabilia, alia non na-
1 vigabilia; Navigabilia autem ſunt, tàm ea, quæ navigationi ſunt apta, & in quibus na-
2 vigari poteſt etiamſi re ipſa, & actu nunquam ſit navigatum, ac etiam ea, quæ defluunt in aliud navigabile *cap. unic. in princ. quæ ſint regalia Antunez. Portugal. de donat. reg. part. 3.*
3 *cap. 4. num. 6. & 9.* & iſta ſunt de Regalibus, ut firmatum eſt *in d. cap. unic.* & tradunt *Decian. reſponſ. 58. num. 1. vol. 1. Roſſental. de feud. cap. 5. concluſ. 23. pariter num. 1.* Ac quo ad do-
4 minium, & proprietatem ſpectant ad Principem

pem *Decian. ubi ſuprà Borel. de præſtant. Reg.*
Catbolic. cap.8. num.1. 6. & 9. Arias de Meſa
var. reſol. lib.2. cap.49. num.13. & aliis relatis,
Antunez. loc. cit. num.6. Sed quoad uſum ſunt
5 communia de Jure gentium, ad *tex. in l.2. §.1.*
ff. ne quid in loc. public. l.1. §.Fluminum ff. de flu-
minib. Roſſental. d. concluſ.23. num.2. & Antu-
nez. cit. cap.4. num.7. Undè in eo etiam abſque
6 licentia Principis licèt ædificare Molendinum,
dummodò neque ſtatio, neque navigatio fiat
deterior, & ſic ceſſet damnum publicum, per
tex. in l.1. §. Non autem ff. de fluminib. Bald. in
rubr. ff. de rer. diviſ. n.8. verſ. ſed nunquid Surd.
conſ.482. num.6. Roſſental. de feud. cap.5. con-
cluſ.28. num.6. cum ſeq. Sixtin. de regalib. lib.2.
cap.3. num.72. Antunez. loc. cit. num.34. verſ.
tamen ubi teſtatur hanc eſſe veriorem, & rece-
ptiorem ſententiam, dummodo notoriè non
7 conſtet de detrimento publico, vel non ſit du-
bium *Antonell. de tempor. legal. lib.2. cap.81.*
num.15. Koppen. deciſ.20. num.7. cum ſeq. Franc.
Marc. deciſ.416. num.5. cum ſeq. part.1.

Flumina verò, quæ navigabilia non ſunt, nec
faciunt alium immediatè navigabile dummodò
8 ſint perennia, publica etiam dicuntur *l. ſi autem*
plures §. Final. ff. de aqua pluv. arcen. l. quomi-
nùs ff. de fluminib. Antunez. ubi ſuprà num.10. &
9 quo ad juriſdictionem Principis ſunt, ſed quo
ad uſum ſunt Terrarum, & Communitatum,
in quarum territorio fluunt, juxtà *doctrinam*
Angel. in l. fluminum num.1. in princ. ff. de damn.
infect. Menoch. conſ.909. num.40. Surd. conſ.482.
num.1. cum ſeq. quòs refert *Cyriac. contr. 462.*
num.3. cum ſeq. Antunez. loc. cit. num.10. Pecch.
de aquæduct. cap.2. quæſt.2. num.2. cum ſeq. lib.1.
ubi tamen *num.19.* firmat, quod hodiè ex to-
tius Orbis terrarum obſervantia, flumina pu-
blica etiam quoad uſum ſunt Principis, non au-
tem communia. Et cum illius aquæ uſus æqu-
10 aliter privatis ſit permiſſus, proindè ſuper
eo poteſt quiſque Molendinum ędificare abſque
11 Principis licentia, *Bart. in l. quominus num.1.*
& 5. ff. de fluminib. Roſſental. de feud. cap.5. con.
cluſ.28. nu.3. Capyc. Galeott. controv. lib.2. con-
trov.52. ſub num.11.

Imò id procedit etiamſi per illud flumen
aliud fiat navigabile, dummodò illa aqua aliun-
12 dè non avertatur, ſed influat, ſeu redeat in
flumen navigabile, ut docet *Roſſental. d. feud.*
d. concluſ.28. num.4. ubi ſub num.7. ſubdit con-
13 ſultius eſſe impetrare licentiam *Hering. de Mo-*
lendin. quæſt.15. num.24. qui dicit, nullum *Do-*
ctorem contrarium tenere, & cumulatis con-
cordantibus comprobat *Antunez. d. cap.4. n.11.*
cum ſeq.

Advertendo, tunc permiſſam eſſe ædificatio-
nem Molendini, quotiès non fiat primo, &
14 principaliter ad æmulationem, quo caſu po-
teſt prohiberi, ut aljis relatis firmant *Antunez.*
d. cap.4. num.17. cum ſeq. ubi tamen notat, ne-
15 minem præſumi ad æmulationem ædificare,
& Rot. in rec. deciſ.405. num.4. part.12. Vel non
16 ſequatur injuria, ſeù reſultet damnum vicino,
ut limitat *Antunez. loc. cit. num.15. juncto n.18.*
verſ. diximus cum ſeq. & Galeott. ubi ſuprà.

Quæ injuria, ſeù damnum non conſideratur
habito reſpectu ad diminutionem lucri vicini
17 ob diminutum concurſum molentium, quòd
damnum tanquàm conſiſtens in voluntate mo-
lentium non conſideratur, ſed vel ex reſtagna-
tione aquæ, vel ex illius ablatione, & diverſio-
ne in præjudicium inferioris Molendini, juxtà
communem ſententiam, quam latè firmant
Bald. in l. unic. num.45. C. de ſent. quæ pro eo,
quòd intereſt Alex. conſ.194. ſub n.6. lib.2. Ruin.
conſ.98. ſub nu.12. lib.4. Surd. conſ.154. ſub n.13.
& conſ.321. num.21. Menoch. conſ.901. num.41.
cum ſeq. Rimin. jun. conſ.498. num.8. cum ſeq.
Honded. conſ.84. n.44. lib.2. VVeſembec. conſ.34.
num.19. lib.1. & conſ.67. num.12. cum ſeq. lib.2.
Hering. de Molendin. quæſt.14. n.30. verſ. Cumu-
latio enim, Gratian. diſcept.481. num.4. Cyriac.
controv.310. num.12. & controv. 462. num.6.
Roſſental. de feud. d. cap.5. concluſ.29. Antunez.
Portugal. cit. cap.4. num.15. Afflict. deciſ.388.
num.12. Koppen. d. deciſ.20. nu.12. Capyc. Latr.
Conſulat.39. nu.29. tom.1. Rot. in rec. deciſ.425.
num.1. cum ſeqq. & per tot. part.4. tom.2. & re-
ſolvit *Congregatio Cardinalium.* nempè *Spadæ Lu-*
cenſis, Pii, & Sabelli, ſpecialitèr à Papa depu-
tata de anno 1672. in cauſa Veliterna inter Do-
minos de Giunettis, & Capitulum Veliternum.

Et talis ædificatio novi Molendini adeò eſt
permiſſa, ut non poſſit impediri ab aliis, inibi
18 etiam per centum, ac mille annos poſſiden-
tibus Molendina, ut multis cumulatis firmat
Hering. de Molendin. quæſt.11. num.66. cum plu-
ribus ſeqq. ubi ſub num.68. loquitur de tempore
immemorabili, *& ſub. num.10.* de mille annis
Sixtin. de regal. lib.2. cap.3. num.55. cum ſeqq.
Klock. de Ærar. lib.2. cap.14. num.2. Theſaur.
deciſ.16. num.3. & ſub num.4. verſ. verum quic-
quid voluerit, ubi rejecta contraria tenet hanc
opinionem *Buratt. deciſ.38.* Niſi aliàs tentata
19 fuiſſet conſtructio, & propter prohibitionem
factam deſtitiſſet, atque ab indè citrà tempus
ad præſcriptionem neceſſarium cucurriſſet, ut
firmat *Afflict. deciſ.383. ſub nu.2. & Rot. coram*
Buratt. d. deciſ.38. & Addit. num.3.

Verùm non minus retentio, & averſio aquæ
quam conſtructio novi Molendini in flumine
20 Amonis potuit prohiberi à noſtra Communi-
tate, & qui vult uti aqua, vel in flumine Mo-
lendinum ædificare, impetrare debet ab ea li-
centiam, juxtà diſpoſitionem *ſtatuti*, attenta
generali conſuetudine, per quam omnes Civi-
21 tates Italiæ præſcripſerunt jura ſuper flumine,
porta, & ſimilibus, quamvis alioquin ſint de
Regalibus, juxtà *doctrinam Bart. in l. quominùs*
num.4. verſ. Sed hoc intellige ff. de fluminib. Alex.
conſ.194. num.7. in fine lib.2. Cæpol. de ſervit. ru-
ſtic. præd. tit. de fluminib. cap.32. aliàs 113. n.5.
Hering. de Molendin. quæſt.7. num.3. in fine cum
ſeqq. Franc. Marc. deciſ.416. ſub num.5. part.1.
& maximè attenta confirmatione ejuſdem ſta-
tutorum, facta à Summis Pontificibus.

R U-

Google

ADDIT. AD RUBR. XII. LIB.II.

SUMMARIUM.

1 UNuſquiſque poteſt conſtruere molendinum in proprio ſolo. Limita nu.3.
2 In fluminibus publicis non navigabilibus Dominus fundi poteſt ædificare molendinum, dum non divertitur aqua in præjudicium molendini inferioris, & num.5. Limita num.3. Amplia num.4.

*Nu.*10 & 11. Unuſquiſque poteſt in proprio ſolo conſtruere Molendinum ut firmant *allegati in*
1 *Anglonen.* * *Molendini ſuper bono jure 1. Julii 1697. coram R. P. D. Pio impreſſ. penès Gobb. tract. var. dec.48. nu.s. in Nepeſina Molendini 3. Febr.1710. coram R. P. D. Aldrovando §. Principium.*

Abſque eo quòd aliquis ſibi conqueri poſſit, nàm exceptis teſtagnatione aquæ, illiuſque diverſione in præjudicium Molendini inferioris nullatenus dubitare contingit, quin in fluminibus publicis, quæ navigabilia non ſunt Do-
2 minus fundi novum Molendinum valeat * ædificare ut concordantibus relatis, etiam firmavit *Rot. in d. Anglonen. eadem. deciſ.48. nu.2.*

Et ad tollendam prædictam juris aſſiſtentiam requiritur probatio tituli acquiſitionis vel me-
3 diante * privilegio Principis, vel pacto, vel legitima præſcriptione, ut firmavit *Rot. d. Nepeſina Molendini 3. Februarii 1710. §. Adeoæ cum ſeq.* ubi etiam ſi lis verſatur cum Barone Principem Superiorem recognoſcente.

*Num.*17. Sola molentium diminutio attendenda non eſt, cum nova molendini conſtructio * in
4 libera voluntate hominum repoſita ſit ut, firmavit *Rot. in d. deciſ.48. num.3. penès Gobb. tract. var. & in Foroſempronien. Molendinorum 16. Maji 1704. §. Nulla coram R. P. D. Anſaldo Nepeſina Molendini 3. Februarii 1710. coram R.P.D. Aldrovando §. Parum attento.*

Niſi concurrat omnimodum exterminium
5 antiqui Molendini mediante * totali diverſione aquæ, ut firmavit *Rot. in d. Nepeſina d. §. Parum attento.*

De electione Cuſtodis Carcerum Communis Faventię, & ejus Officio.

RUBRICA DEDIMA TERTIA.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd in Conſilio generali fiat electio Cuſtodis carcerum (A) Communis Faventiæ, cujus officium duret ad beneplacitum dicti Conſilii, qui teneatur bene, & diligenter cuſtodire [B] omnes, & ſingulas perſonas ſibi aſſignandas, & ponendas in dictis carceribus de mandato cujuſcumque Superioris, ſeu Judicis, ad id poteſtatem habentis. & tam pro civili cauſa, quàm pro criminali, ſeu mixta, & in principio ſui officii idoneum fidejuſſorem præſtare (C) pro quantitate illa, prout Dominis Antianis pro tempore præſidentibus videbitur de exercendo dictum ejus officium, & de aſſiſtendo continue perſonaliter, & non per ſubſtitutum dictæ cuſtodiæ dicti carceris, & dictorum carceratorum, & de ſolvendo omnem condemnationem, in quam veniret de jure condemnandus ex negligentia, culpa, ſeu dolo ipſius Cuſtodis. Et non poſſit aliquem carceratum pro civili cauſa relaxare, (D) niſi creditoris aſſenſu expreſſo accedente, & mandato etiam intercedente illius Officialis, & Judicis, cujus auctoritate talis fuerit carceratus. Si vero pro criminali Cauſa, ſeu mixta, aut pro mulcta aliqua, ſeu pro contrabanno aliquis fuerit carceratus, non poſſit talem ſic carceratum eximere, & liberare, niſi juſſu illius Judicis, & Officialis, cujus mandato carceratus fuerit, ac etiam niſi accedente juſſu, & mandato Exactoris condemnationum Communis Faventiæ, cujus Exactoris mandatum in ſcriptis præcedere debeat. Et pro ejus mercede, (E) & ſalario idem Cuſtos accipere poſſit pro ingreſſu, & exitu ipſorum carcerum à quolibet de Civitate, ſeu Comitatu Faventiæ ſolidos quinque bononen. & ſingulo die denarios duos tantum pro tempore, quo ſic carceratus ſteterit. Et ſi fuerit forenſis talis carceratus, pro dicto ingreſſu, & exitu, idem Cuſtos accipiat, & accipere poſſi ſolid. x. bononen. & quolibet die, quo ſteterit carceratus, denarios ſex & non ultra. Et dimidia quantitatum prædictarum, per eum exigendarum pro ingreſſu, & exitu dictorum carcerum per ipſum Cuſtodem ſolvi debeat Depoſitario Communis Faventiæ pro ipſa Communitate, & alia dimidia ad ipſum Cuſtodem pertineat, & ſpectet, nec aliud exigere poſſit à dictis carceratis ex quavis cauſa, ſeu quovis prætextu. Et cui Cuſtodi impune liceat arma deferre, ut melius, & audacius dictum ejus officium exerceat. Et ſi quid ultra à dictis carceratis exegerit, teneatur ad ejus reſtitutionem, & incidat in pęnam libr. decem bononen. pro ſingula vice dicto Communi applicando ultra pœnam appoſitam, ſeu apponendam in inſtrumento dictæ fidejuſſionis, per eum ſupra præſtandæ.

SUMMARIUM.

1 CUſtodes Carcerum Commentarienſes olim appellabantur.

2 Cuſtodes Carcerum ſcribere teneutur in libro particulari nomen, cognomen, aliaſque qualitates Carceratorum ſtatim ac traducti ſunt ad Carceres.

3 Cuſtodes Carcerum notulam, ſtù liſtam Carceratorum cum expreſſione qualitatis, ſeù cauſæ eorum carcerationis tradere tenentur Judici.

4 Cuſtodes Carcerum cuſtodire diligentèr tenentur Carceratos.

5 Cuſtodes Carcerum honeſtè tractare debent cum Carceratis.

Cuſtos Carcerum cognoſcens caroalitèr mulierem carceratam, etiam meretticem, qua pœna puniatur, remiſſivè n.5.

6 Cuſtos Carcerum de ſuga Carcerati ao,& quando teneatur.

7 Cuſtos Carcerum cavere tenetur eo modo, quo alii Adminiſtratores tetum publicarum & Officiales.

8 Qualitas autem cautionis, & quantitas, pro qua eam præſtare teneatur remiſſa eſt arbitrio Judicis, & ſic Antianorum Civitatis.

9 Relaxari non poteſt Carceratus à Cuſtode Carcerum poſtquàm deſcriptus fuerit in libro Carceratorum abſque præcedenti mandato Judicis. Ampl. ut ibi.

10 Salarii à Publico conſtituti Cuſtos Carcerum debet eſſe conteutus; ita ut non poſſit accipere eſeulenta, aut poculenta.

11 Merces Cuſtodi Carcerum debetur juxtà quantitatem taxatam.

12 Tabella Mercedis debita Cuſtodi Carcerum tenenda eſt affixa in Carceribus, ut quiſque eam legere valeat.

OBSERVATIO.

A CUſtodes Carcerum olim Commentarien-
1 ſes appellati, dictum in *Annot. ad rec. me: Coccin. dec. 88 num. 1.* (Deo dante imprimen.)
2 tenentur ſcribere in libro particulari nomen, cognomen, aliaſque qualitates Carceratorum ſtatim ac traducti ſunt ad Carceres, *ut in d. Annot. num. 3.* ac liſtam, ſeù notulam illurum ex-
3 preſſa qualitate delictorum, ſeù cauſa carcerationis tradere Judici, *ut in cit. Annot. n. 7.*

B Diligentèr cuſtodire tenentur Carceraros eo modo, quo Depoſitarius rem depoſitatam
4 *l. Miles ff. de Cuſtod. reorum l. final. C. eod. Scannarol. de viſit. carcerat. lib. 1. §. 3. cap. 1. num. 25. verſ. Cum itaque, Joſeph. Ludovic. dec. Peruſin. 7.*
5 *num. 6.* Ac honeſte tractare cum Carceratis, nàm ſi Cuſtos carceris carnalitèr cognoſcat mulierem carceratam, qua pœna puniendus ſit, vidè *Farinac. qu. 31. num. 115. Fragoſ. de Regim. Reip. part. 1. lib. 5. diſput. 13. §. 13. nu. 407. verſ. Inſuper cum ſeq.*, quod autem acectrimè puniri debeat etiamſi mulier ſit meretrix, concordantibus relatis docet *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 167. num. 22.* Quan-
6 do autem teneatur de fuga Carcerati, vidè *adductos in d. Annot. 88. num. 8.* ubi remiſſivè.

C Cavere tenentur Cuſtodes Carcerum eo modo, quo alii Adminiſtratores rerum publica-
7 rum, & Officiales, ut firmat *Scanarol. de viſit. carcerat. lib. 2. cap. ult. §. 13. num. 12. cum ſeqq.* ubi etiam refert *decretum Congregationis Viſitæ*: Qualitas autem cautionis, & quantitas, pro
8 qua eam præſtare tenetur, remiſſa eſt arbitrio Judicis, & ſic DD. Antianorum, ut proſequitur *Scmaral. num. 14.*

D Poſtquàm Carceratus deſcriptus fuerit in ſupradicto libro non poterit à Cuſtode Car-
9 cerum relaxari abſque præcedenti mandato Judicis, quamvis iniuſtè captus fuiſſet, ut docet *Farinac. d. qu. 31. n. 94. in fine Scanarol. cit. §. 13. num. 8.*

E Salarii à Publico conſtituti Cuſtos Carcerum
10 debet eſſe contentus, itá ut nec eo caſu recipere poſſit eſculenta, aut poculenta, ut aliis relatis tradit *Pegaſ. ad ordinat. Regn. Portugal. ad §. 9. gloſſ. 12. lib. 1. tit. 33. tom. 3.* alioquin defi-
11 ciente certo Salario debetur ei merces taxata, circa quam nè carcerati gravari poſſint teneo-
12 da eſt tabella, ſeù taxa affixa in carceribus ad hoc, ut quiſque eam legere valeat ut norat *Scanarol. allegat. §. 13. num. 9. cum duobus ſeqq.*

ADDIT. AD RUBR. XIII. LIB. II.

SUMMARIUM.

1 Carcerarius an, & quando teneatur de fuga carcerati, & de pœna contra eum imponenda & num. 8.

2 Carcerarius S. Officii, qui jurat de ſervando ſecreto quas diligentias facere debeat circa cuſtodiam Carceratorum.

3 Cuſtos carcerum tenetur de leviſſima culpa.

Num. 6. De fuga Carcerati an, & quaodo teneatur
7 Carcerarius, vide *tex. in l. Ad Commentarienſem* * *ibique ſcribentes de Cuſtod. Reorum fragoſ. de Regim. reip. par. 1. lib. 5. diſput. 13. §. 13. num. 384. cum ſeqq. Carpzov. pract. crimin. par. 3. cap. 111. n. 99. cum ſeqq. Sanfelic. dec. 46.*

Carcerum Cuſtos, qui carceratum per dolum aufugere permiſit, quamvis eadem pœna
8 teneatur, qua carceratus, * tamen ex æquitate contrarium videtur verius, ut docet *Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 100. n. 6.*

Num. 7. Cuſtos Carcerum S. Officii; qui jurat de
9 ſervando ſecreto, * quas diligentias facere debeat circa cuſtodiam Carceratorum vidè *Fermoſin. tract. crimin. tract. 2. ad tex. in §. Cathal. &c. qu. 1. n. 18. fol. mihi 281.*

Tenentur etiam de leviſſima culpa, cum te-
10 neantur ad carceratorum cuſtodiam eo * modo qua ſe gerere ſolet diligentiſſimus Paterfamilias *Fermoſin. ubi ſuprà n. 19.*

Quod

Digitized by Google

Quod Statuta gabellæ prævaleant aliis Statutis.

RUBRICA DECIMA QUARTA.

STatuimus, quod Statuta gabellæ Communis Faventiæ prævaleant omnibus aliis Statutis Civitatis Faventiæ, quantum eſt reſpectu juriſdictionis, & exercitii, ſeù exactionis gabellarum tantum, & non aliter.

SUMMARIUM.

1 STatutum generalitèr diſponens non habet locum in caſu, iu quo ſpecialitèr per Statutum fuit proviſum.

2 Statutum generale Provinciæ, aut Civitatis dominantis attendendum non eſt, dum concurrit aliud particulare loci.

3 Recurritur ad Statutum Provinciæ, vel Civitatis dominantis, quando Statuta locorum particularium, vel deficiunt, vel non loquuntur de caſu controverſo.

4 Capitula gabellæ debitæ Communitati *Foventiæ*, de quibus ibì, attendenda ſunt in illius exactione.

5 Salis datium jus exigendi competit Civitati *Faventiæ*.

6 Introductione ſalis prohibita non cenſetur prohibita introductio ſalimoræ.

7 Salis, & ſalinarum materia, remiſſivè. Corporibus nil utilius ſale, & ſole. Excellentia ſalis probatur num. 8.

9 Æternitatis, & amicitiæ ſymbolum eſt ſal.

OBSERVATIO.

TRitæ, ac vulgatæ ſunt concluſiones,
quod *Statutum* generalitèr diſponens, non
1 habet locum in caſu, in quo ſpecialitèr per
Statutum fuit proviſum *Jaſ. in l. ſi fidejuſſ. §. Satiſdatio. ff. qui ſatiſdare cogantur Altogr. conſ. 8. n. 71. vol. 1. D. Hieronym. Palmo allegat. 82. ſub n. 5.* ſicuti
nec *Statutum* generale Provinciæ, aut Civitatis
2 dominantis attendendum, dum concurrit illud
particulare loci, cum tunc ſolum recurratur ad
Statutum Provinciæ, vel Civitatis ſuperioris,
3 & dominantis, quando *Statuta* locorum particularium, & ſubjectorum, deficiunt, vel non
proſpiciunt in caſu controverſo, ut pluribus
concordantibus relatis firmat *Bonden. Collectat. 2. nu. 60. juncto num. 70. cum ſeq. Ciroch. diſcept. 70. num. 13. cum ſeqq.*

Undè cum circa gabellam, ejuſque exactionem particularitèr reperiatur diſpoſitum
4 mediantibus capitulis, de quibus *infrà in Appendice pag. 63.*, meritò Statuentes mandarunt illorum diſpoſitionem eſſe attendendam.

5 Competit etiam Civitati jus exigendi datium ſeù vectigal ſalis ex conceſſione facta per Cardinalem Alidoſium, & Archiepiſcopum Sypontium Commiſſarios Apoſtolicos, ut in *Appendice pag. 3. num. 16.* confirmata à Leone Decimo ut in eadem *Appendice pag. 7. num. 7.* ut de hujuſmodi jure competente exigendi vectigal pro ſale per noſtrum Territorium tranſeunte, meminit *Bart. & Dyn. in l. locatio, aliàs licitatio 9. §. Mercatores ff. de Publican.* & reſpondit *Card. de Luca de Regal. diſcurſ.* 158. ubi teſtatur, fuiſſe deciſum contra Communitatem Imolæ, quæ contendebat ſolvere prædictum vectigal.

Notandum, quod prohibita introductione
6 ſalis non cenſetur prohibita, introductio muriæ, vulgò nuncupatæ *Salimora*, nàm licèt muria conficiatur ex ſale, & aqua, tamèn per additionem aquæ mutatur forma ſalis, & in aliud corpus transfertur, ut tenet *Strace. de mercatur. pag. 4. n. 32.* quem refert *Capye. Latr. conſultat. 158. nu. 11. cum duobus ſeqq. par. 2.*

Cœtera de ſalinis, & ſale vidè penès *Larream allegat. Fiſcal. 77.* ubi de augmento pretii ſalis
7 *Melii obſervat. 111. & Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 11. per tot.*

Subdendo ſolùm, nil ſale, & ſole eſſe corpo-
8 ribus utilius, ſecundum *Plinium lib. 3. Hiſtor. natural. cap. 9.* & ſatis ejus excellentiam probavit Christus Dominus *in Matth. cap. 5.* dùm loquens de ſuis Diſcipulis, & poſt eos de Prælatis Eccleſiaſticis, inquit *Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur?* ſal enim eſt æter-
9 nitatis ſymbolum, & amicitiæ, ut tradunt *Alex. ab Alex. lib. 5. dier. genial. cap. 1. Gratian. diſcept. 179. num. 44. cum ſeqq. juncto num. 50. cum ſeqq.*

ADDITIO AD RUBR. XIV. LIB. II.

1 CApitula Gabellæ Civitatis *Faventia* canonizata fuerunt à Rota.

2 Gabella debetur Civitati *Faventia* à forenſibus in ſubſtitutione fideicommiſſaria vocatis.

3 Hæreditatis appellatione non comprehenduntur neque Legata, neque fideicommiſſa.

4 Capitulorum Gabellæ Civitatis *Faventiæ* meminit *Baldus*.

5 Gabella fraudata an dicatur ſi denunciatæ fuerint ballæ plenæ lini, dùm erant plenæ ſerici.

6 Civitati *Faventia* competit jus exigendi vectigal pro ſale tranſeunte per ejus territorium.

Num. 4. Capitula Gabellæ Civitatis Faventiæ ca-
1 nonizata fuerunt * à *Roto coram Priolo dec.* 334.
Cum in Capitulis Gabellæ, de quibus infra in *Appendice ſub num. 26.* diſponatur ſolvendum eſſe a Forenſibus ibi -- *E ſimilmente di tutti li be-*

ni Stabili, che compraranno, venderanno, contrattaranno, ò che per titolo d'heredità, Legato, ò donatione aquiſtaranno (quę verba *ò che per titolo d'heredità, Legato, ò donatione acquiſtaranno*
ex incuria Impreſſoris fuerunt ommiſſa ut videre eſt in Appendice fol.67.) debetur etiam à
forenſibus in ſubſtitutione fideicommiſſaria
2 vocatis * prout fuit pronunciatum per ſententiam à *R. P. D. Caffarello tunc Segretario Congregationis Boni Regiminis die 31. Auguſti 1701.* favore Petri Franciſci de Figadettis Gabellarii contra D.Carolum Marcheſium de Bonacurſiis ſubſtitutum in fideicommiſſo ordinato à bo: me: Carolo Bonacurſio, quæ ſententia confirmata fuit à *R. P. D. Bancherio* jam Aſſeſſore S. Officii digniſſimo, & meo anteceſſore modò verò Sac. Conſultæ Secretario vigilantiſſimo *ſub die 23. Februarii* 1703. quæ fuerunt executioni demandatæ, & videntur juſtæ, ut de ſimili *Statuto Florentino* reſolvit *Rota Florentina penès Urceol, dec.* 48. non obſtantibus deductis in eadem Cauſa per *Card. de Luca de regalib. diſc.* 154. nec obſtantibus pariter deductis in ſimili Cauſa per *Monſ. conſult.* 18.

Ac non obſtante, quod appellatione hæreditatis neque legata, neque fideicommiſſa conti-
3 neantur * ut in propoſito exemptionis à gabella *per l'heredità, legati, e laſcite* quod exemptio non comprehendat fideicommiſſum tradit *Ceparell. reſolut. fiſcal.* 86. *num.* 5.

Eorumdem Capitulorum Gabellæ Civitatis
4 Faventiæ meminit *Bald. conſ.* 34. *lib.* 5. relatus * à *Tuſcho in verbo Faventina Civitas* ubi agebatur an cenſeretur fraudara gabella ex eo quod denun-
5 ciatæ * fuerint ballæ plenæ lini, dùm erant plenæ Seriei.

Num. 5. De jure competente Civitati in ordine ad Vectigal pro Sale per ejus Territorium tran-
6 ſeunte * ſcripſit *Bero conſ.* 143. & 145. *lib.* 1. ubi agebatur de defalco prætenſo à Conductore Salis. *Vidè* ſuprà in *Obſerv. ad Rubr. 6. n.8. hoc eod. libro.*

Quod nullus poſſit eligi ad aliquod Officium, cujus ſalarium, vel merces non ſit prius taxata.

RUBRICA DECIMAQUINTA.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus poſſit nominari, vel eligi, tàm per Dominos Antianos, vel quempiam alium habentem auctoritatem, ad aliquod Officium, vel exercitium exercendum, ſeu faciendum pro Communi Faventiæ, cujus Officii ſalarium, ſeu merces [A] non ſit determinata [B] per formam alicujus Statuti, vel per Conſilium generale Civitatis Faventiæ, quòd ſi ſecus factum fuerit, talis aliter electus exercere non poſſit tale Officium, & taliter exercens habere non poſſit aliquod ſalarium, ſeu mercedem, & Depoſitarius ei taliter electo aliquid ſolvere non poſſit.

SUMMARIUM.

1 SAlarium congruum Officialibus aſſignari ſummoperè confert conſervationi Reip.
2 Spes mercedis virtutes nutrit, & eſt laboris ſolatium.
Homines amant præmium num. 2.
3 Qualitas laboris Officialis, ac valor rerum, quæ ad victum, veſtitum, & qualitatem, aut ſtatum Officii requiruntur, attendenda ſunt in conſtituendo ei juſto ſalario, & n.5.
4 Damna, & incommoda populorum eveniunt ex incongrua conſtitutione ſalarii Officialium.
6 Salaria antiquitus conſtituta, ſæpè redduntur injuſta, & quare.
7 Salarium juſtum ut dicatur, requiritur, quod æquiparetur oneribus, & laboribus.
8 Principes ſalaria reformantes, reprehendendi ſunt, & imitari non debent.
Officia plura committi non debent uni ſoli n.8.
9 Salarium injuſtum Officialis cenſendum non eſt, ſi de tempore illius aſſignationis multi habiles ſe obtulerunt pro eodem ſalario.

OBSERVATIO.

A SUmmoperè ad conſervationem Reip. confert Officialibus congrua ſtipendia aſſigna-
1 ri, *ad tex. in l. unic. ubi Rebuff. & Joannes de Platea C. de præben. ſalar. lib.* 10. *Aponte de poteſt. Proreg. tit. de Abundant. Civit. §. 6. nu.* 16.
2 cum ſpes mercedis virtutes nutriat, & ſit laboris ſolatium, ac amantibus juxtà quoddam naturale inſtinctum hominibus pręmium, ut cum *Ariſtotil. politic.* 7. utramque concluſionem firmat *D. Zacch. de ſalar. in proœm. num.* 7. *cum ſeqq.*

B Et in conſtituendo ſalario inſpicienda eſt qua-
3 litas laborum Officialis, nam plurimum intereſt, quòd laborem merces adæquet *Gloſs. in l. argentarius ff. de eden. Menoch. de arbitr. Judic. caſ.* 514. *num.* 4. *Aponte ubi ſupra num.* 15. *in fine cum ſeq. Zacch. loc. cit. nu.* 14. ubi *num. ſeq.* ſubdit damna, & incomoda populorum ex incon-
4 grua conſtitutione Salarii *Fragoſ. de Regim. Reip. part.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 13. *§.* 9. *nu.* 196.

Imò ad effectum conſtituendi juſtum ſalarium, conſiderari etiam debet valor rerum,
5 quæ ad victum veſtitum, & qualitatem, aut ſtatum Officii requiruntur, quæ cum quotidiè augeantur, ſæpè ſalaria antiquitùs conſtituta
6 redduntur injuſta. ut advertit *Fragoſ. ubi ſuprà num.* 197.

Et licèt in dies non deſint, qui neceſſitate oppreſſi Officia cum tenui ſalario aſſumant, non propterea efficitur juſtum ſtipendium, cum de
7 juſtitia requiratur, ut id, quod datur æquiparetur oneribus, & laboribus ipſius muneris, ut cum *Ariſtotel.* 5. *Ethic. & D. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 1. docet *Fragoſ. loc. cit. num.* 196. *in fine.*

8 Hinc

8 Hinc imitari non debent illi Principes, Magnates, & divites, qui nulla neceſſitate cogente, neglecto proprio decore, & vulnerata Juſtitia, ſoli avaritiæ famulando, reformant debita Salaria, vel unica mercede plura Officia uni perſonæ committunt, quod aliquando audivimus non ſinè murmuratione practicatum.

Notandum tamen, non eſſe cenſendum inju-
9 ſtum ſalarium, ſi eodem tempore multi habiles reperirentur, qui pro eodem Salario libentèr ſe offerant ad illud Officium obeundum, ut docet *Molina de Juſt. & Jur. diſput.* 506. *ſub n.* 2. *verſ. Et quando multi*, quem cum aliis ſequitur *Fragoſ. loc. cit. num.* 202. *verſ. Quin additur*.

De Capellanis, & Capitulariis Scholarum eligendis, & de eorum Officio.

RUBRICA DECIMA SEXTA.

STATUIMUS, & ordinamus, quòd quælibet Capella Parochialis Civitatis Faventiæ, & quælibet Schola Comitatus, & Diſtrictus ejuſdem ſingulo anno de menſe Januarii teneantur, & debeant facere unum Capellanum pro ſingula Capella, & unum Syndicum pro Schola (A) qualibet infra quinque dies dicti menſis; Aliàs ipſis non facientibus Poteſtas, & Domini Antiani poſſint compellere quatuor, aut homines dictarum Capellarum, & Scholarum ad electionem prædictam infra alios tres dies, ſub pœna librarum trium bononenorum. Qui Capellani, ſive Capitularii (B) ſint, & eſſe debeant ad minus ætatis annorum xxv. Et quòd quælibet Capella, ſeu Schola, quæ non habet xxv. fumantes, poſſit ſe unire cum Capella, ſeu Schola viciniori, ſi eis videbitur, cum conſenſu tamen, & licentia Dominorum Antianorum. Et ſi aliqua Schola eſſet ita magna, ut excederet centum fumantes, & inter eos, vel majorem partem, eſſent concordes de dividendo eam in duas Scholas, tunc Domini Antiani cum generali Conſilio poſſint hoc facere. Item quòd nullus Capitularius poſſit confirmari, (C) niſi de expreſſa licentia Dominorum Antianorum in ſcriptis apparuerit, aliàs confirmatio ſit nulla, & talis confirmatus non poſſit exercere Officium, nec aliquas collectas exigere, ſub pœna librarum xxv. bononenor. Communi Faventiæ applicandarum. Item quòd nullus Capellanus, nec Capitularius poſſint, aut valeant aliquam collectam petere, aut exigere, niſi priùs talis collecta fuerit approbata per Magnificos Dominos Antianos pro tempore reſidentes, & eorum ſigillo, & manu eorum Scribæ munita, Et qui contrafecerit, incidat in pœnam quinque libr. bononenor. Communi Faventiæ applicandarum pro qualibet vice, & tali Officio privatus exiſtat,

SUMMARIUM.

1 SChola eſt locus, in quo literis opera datur.
Accipitur etiam pro Confraternitate, ac etiam pro Univerſitate alicujus Artis, necnon pro Corpore, ſeù Congregatione militum nu. 1. & 2.

2 Scholæ militares olim erant undecim, nempè duæ inermes, & reliquæ armatæ militiæ.

3 Capitularii vocantur etiam Maſſarii.
Capitularii ſunt Officiales à publico deputati in Villis ad effectum denunciandi delicta ibi commiſſa, exigendi collectas &c. nu. 3.

4 Libris Capitularii circa concernentia ejus Officium plena fides eſt adhibenda, Vide nu. 5. & 6.

6 Libris Officialis deputati ſolùm ad recipiendum non creditur, dùm alius deputatus fuit ad ſcribendum.

7 Electionis, & confirmationis Maſſarii, ſeù Capitularii forma à Statuto præſcripta ad unguem eſt ſervanda.

8 Capitularius, ſeù Maſſarius removeri non poteſt ſinè cauſa durante tempore ſui Officii.

8 Officium reſolvitur, & ad ſucceſſoris deputationem devenitur tranſacto tempore, pro quo Officialis fuit electus.

OBSERVATIO.

A SChola non ſemper ſignificat locum, in quo
1 literis opera datur, ſed accipitur etiam pro Confraternitate in aliquibus locis, ut teſtatur *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 18. ibi: *vel Confraternitatum, quæ in nonullis locis Scholæ appellantur, de reformat.* ac etiam pro Univerſitate alicujus Artis, *ut in Statuto Mediolani penès Carpan. tom.* 5. *cap.* 100. *cum pluribus ſeqq.* Necnon pro Corpore, ſeù Congregatione militum, pro-
2 ut ſub JUSTINIANO *Imperatore* undecim Scholas fuiſſe conſtat *ex l. ultima C. de locat. & conduct.* ibi, *qui in undecim devotiſſimis ſcholis taxati ſunt &c.* quarum duæ inermes erant, aliæ verò armatæ militiæ, ut cum *Guid. Panzirolo* tradit *Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap.* 34. *art.* 1. *nu.* 3. *&* 4. ubi reprobat *Gutthier.* qui tenere videtur omnes Scholas militares fuiſſe.

B Capitularii, qui alibi appellantur Maſſarii,
3 ſunt Officiales à publico deputati in Villis ad effectum denunciandi delicta inibi commiſſa, exigendi collectas &c. Illorum libris circa concernentia eorum Officium plena fides præſtan-
4 da eſt, *Alex. conſ.* 136. *num.* 2. *verſ. Item etiam de ſolutione vol.* 2. *Cravet. de antiquit. tempor. verſ. quarto limitat. num.* 63. *cum ſeq. Genua de ſcriptura privata lib.* 4. *tit. de libris Maſſariorum num.* 1. *cum quatuor ſeqq. Scacc. de judic. lib.* 2. *cap.* 11.

cap.11. num.113. Solorzan. de Jure Indiar. lib.2. cap.24. n.97. verſ. & *idem in libris Maſſariorum.*

Non obſtante, quòd *Bald, in l. Imperator.la 1. ſub num.7. verſ. ſed an credatur ſcripturæ Maſſarii Communis ff. de Stat. homin.* firmaverit, non cre-
5 di ejus ſcripturæ, niſi fuerit à Notario ſubſcripta, cujus dictum refert, & ſequitur *Alex. conſ.186. ſub num.6. vol.2.* Nàm ejus opinio procedit, quando Officialis tantummodò deputa-
6 tus fuit ad recipiendum, & Notarius, vel alius Officialis ad ſcribendum, ſecùs autem quando ad utrumque munus deputatus fuit Maſſarius, ſeù Capitularius, ut declarando firmat *Maſcard. de probat. concluſ.973. num.45.* quem ſequitur *Genua ubi ſupra n.7. cum ſeq. Scacc. loc. cit. n.114.*

C Diſponente Statuto, quòd electio Maſſarii
7 fiat per unum annum ſolum, & ſi bene ſe gerat in adminiſtratione, poſſit confirmari per alium annum, tunc dicitur præſcripta certa forma illius electioni, & confirmationi, quæ ad unguem ſervari debet *Decian. reſponſ.72. num. 23. in fine cum ſeqq. vol.2.*

Durante verò tempore, pro quo fuit ele-
8 ctus, non poteſt removeri ſine cauſa *Jo. Paulus Melii obſervat. forenſ.23. nu.7.* Sed illo tranſacto Officium reſolvitur, & abſque alia cauſa ad ſucceſſoris deputationem devenitur, ut reſpondit *Melii ubi ſuprà num.29.*

ADDIT. AD RUBRICA DECIMASEXTA,

SUMMARIUM,

Non indiget.

Num. 1. Ludus literarius accipitur pro ſchola, ubi pueri docentur *Cortiad. deciſ.166. n.10. tom.3.*

De fidejuſſione præſtanda per Capitularios Scholarum, & ubi præſtetur, & quomodo ſolvatur Notariis, qui eam deſcribunt.

RUBRICA DECIMASEPTIMA.

STatuimus, & Ordinamus, quod omnes, & ſingulæ Scholæ Diſtrictus Faventiæ, ſeù homines earundem teneantur, & debeant quolibet anno de menſe Januarii facere, & conſtituere unum Sindicum, (A) & unum Capitularium, qui conſtituantur ab ipſis Scholis, ſeu hominibus ipſarum, à quibus habeant plenum, & ſufficiens mandatum, quod quidem mandatum teneantur præſentare in publica, & autentica forma manu publici Notarii de dicto menſe Januarii apud Officiales Cuſtodiæ Civitatis Faventiæ, & illud dimittere dictis Officialibus; qui illud tradere teneantur incontinenti Dominis Antianis dictæ Civitatis pro tempore. Et illud habeant à prædictis ſpecialiter ad promittendum de jurando (B) fidelitatem, & obedientiam Eccleſiæ Romanæ, & ipſius Officialibus Præſidentibus in Civitate Faventiæ, & ad ſatiſdandum apud prædictos Officiales, & eorum Notario pro Communi Faventiæ recipienti de omnibus, & ſingulis obſervandis, quæ continentur in Statutis, & Reformationibus Civitatis Faventiæ, & maximè de obediendo, & parendo mandatis Domini Poteſtatis, & Dominorum Antianorum, & aliorum Juſdicentium Civitatis Faventiæ, quacunque de cauſa factis: Et de non receptando aliquem bannitum in eorum Scholis, & de non dando eis, vel alicui de eorum famila, bibere, vel comedere, nec auxilium, conſilium, vel favorem eis præſtare: Et quòd omnia maleficia in eorum Scholis commiſſa, & committenda tempore eorum Officij durante, denunciabunt ſecundum formam Statutorum dicti Communis (ſub pœna in dictis Statutis contenta. Et collectas inpoſitas, ſeu imponendas per Commune Faventiæ in eorum Scholis exigent, & Depoſitario Communis Faventiæ, vel alteri perſonæ ſuper hoc deputatæ pecunias exactas dabunt: Laboreria in eorum Scholis per Officiales Communis Faventiæ data facient fieri: Et quod habebunt æſtima ſuæ Scholę exemplata omni anno ab Officialibus deputatis ſuper æſtimis dicti Communis de quolibet ſuo fumante, & ſummam æſtimi dictorum ſuorum fumantium. Et pro dicto æſtimo ſolvent collectas, eaſque exigent per fumantes eorum Scholarum: Et quód cuſtodient ſtratas, ne aliquid mali, robariæ, vel rapinę, violentiæ, vel damni fiat, & emendare omnia damna illata in eorum Scholis, niſi cæperint, præſentaverint malefactorem D. Poteſtati, vel ejus Officiali: Et quòd cuſtodient, quod non extrahatur de eorum Scholis aliquod bladum, nec permittent tranſire vel portari de aliena Schola per ſuam Scholam contra formam Statutorum, niſi habuerint expreſſam licentiam Dominorum Antianorum, vel Officialium ſuper hoc deputatorum. Et generaliter omnia alia facere teneantur, & facient, quæ in Statutis Civitatis Faventiæ continentur, de eorum Officio loquentibus: Et quòd ſecuritates dictorum Capitulariorum præcisè compellantur ſoluere omnes collectas, quas omiſerint dicti Capitularii ſolvere, vel aliquid de eorum Scholis; Et ſi non ſolverint dictæ ſecuritates dictorum Capitulariorum infrà tres dies à die ſibi facti præcepti connumerandos, omne id, quod ſolvi debet per fumantes Scholarum Capitulariorum, quorum ſunt ſecuritates, tunc Dominus Poteſtas, vel ejus Officialis præcisè ſub pœna lib. xxv. bononenor. teneatur dictas ſecuritates facere detineri. Et non relaxentur niſi primo ſolverint

pro-

propter quod ſunt, vel erunt detenti. Et teneantur nihilominùs dictus Dominus Poteſtas, ſeu ejus Officialis, qui primo fuerit requiſitus, facere, & curare cum effectu, taliter quod dictæ ſecuritates Scholarum conſerventur indemnes à dictis Scholis, pro quibus ſecuritates extiterint, & a Capitulariis, hominibus, & perſonis earum de omni, & toto eo quod ſolverint pro eis, & de expenſis, ac intereſſe, faciendo detineri Capitularios Scholarum, pro quibus ſecuritates extiterint, & ſingulares perſonas, quæ non ſolviſſent, ipſas detinendo ad petitionem talium fidejuſſorum, donec conſervaverint ipſos penitus ſinè damno, pœna dicto Domino Poteſtati, & alteri cuilibet Officiali, qui primo fuerit requiſitus, & neglexerit prædicta adimplere lib. xxv. bononenot. pro qualiber vice applicanda pro duabus partibus Communi Faventiæ, & pro reliqua tali fidejuſſori damnificato. Et Notarius Dominorum Officialium Cuſtodiæ pro fidejuſſione recipienda, & ſcribenda habere debeat pro ſua mercede à Capitulariis Scholarum, à quibus dictas fidejuſſiones receperit, & ſcripſerit in forma, duos ſolidos, pro qualibet Schola, dando fidejuſſionem ſecundum formam Staturorum pro omnibus, propter quæ d. Capitularius tenetur fidejuſſionem præſtare ſecundum formam Staturorum; teneantur etiam d Capitularii præſtare fidejuſſionem ſingulo anno (C) de ſolvendo, & obſervando omnia, quæ continentur in Statutis gabellæ; Et Notarii de gabella non accipiant pro dicta fidejuſſione ſcribenda niſi ſolidum unum bonon. a quolibet Capitulario, pęna Notariis prædictis, ſi plus acceperint; ſolidor. decem bonon. Cujus pœnæ medietas applicetur Communi, & alia medietas illi, à quo plus acceptum fuerit; pœna cuilibet Capitulario dictarum Scholarum contrafacienti in ſingulis Capitulis præſentis Statuti lib. decem bononenot. Communi Faventiæ, pro duabus applicanda, & pro tertia accuſatori.

SUMMARIUM.

1 Syndicus Scholarum, ſeù Villarum conſtituendus eſt, qui pro eadem Schola compareat, & reſpondeat.

2 Syndicus electus legitimè ut dicatur, requiritur conſenſus duarum partium populi congregati.

3 Capitularii, & Syndici Scholarum juramentum de fidelitèr exercendo eorum Officium, & de obſervando diſpoſita in Statutis præſtare tenentur.

4 Fidejuſſor obligatus pro Officiali ad certum, & determinatum tempus electo, eo tranſacto reſolvitur illius obligatio, nec extenditur ad tempus confirmatum, ſeù prorogatum. Lim. num. 8. Vide num. 7.

Fidejuſſor adminiſtratoris primogenituræ, qui promiſit ſemper, & omni tempore de adminiſtratis reddere rationem, non tenetur, niſi pro eo tempore, pro quo ſe obligavit n. 4.

5 Fidejuſſor pro adminiſtratione Officii ad vitam alicujus, eo mortuo ampliùs non tenetur.

6 Fidejubens pro Juvene, & Novitio Banchi, non tenetur pro Officio Caſerii, ad quòd poſteà fuit promotus.

OBSERVATIO.

B A Scholis, ſeù Villis ultra Capitularium, ſeù Maſſarium conſtituendus eſt Syndi-
1 cus, qui pro eadem Schola compareat, & reſpondeat, ut de ſimili Statuto *Pigant. ad Statutum Ferrariæ lib. 1. Rub. 27. nu. 2. verſ. Iſti ergo.*

Ad hoc autem, ut legitimè, & validè dicatur electus, requiritur conſenſus duarum par-
2 tium populi congregati mediante voce Præconis, aut alterius deputati, & ſecundùm conſuetudinem particularium locorum, *ad tex. in l. nulli ff. quòd cuiuſque Univerſit. nom. l. nominationum, C. de Decurion. lib. 10.* & proſequitur *Pigant. ubi ſuprà nu. 4.*

B Non minùs Capitularii, & Syndici quàm cæteri Officiales tenentur præſtare juramentum de fidelitèr exercendo eorum Officium, & ob-
3 ſervando diſpoſita in Statutis, ex firmatis ſuprà *ad lib. 1. Rubr. II. n. 47. & ſeq. Rubr. VI. & XIX.*

Fidejuſſor obligatus pro Officiali ad certum, & determinatum tempus electo, eo tranſacto
4 reſolvitur illius obligatio, nec ad tempus tacitè, vel expreſsè, prorogatum, ſeù ad tempus, quo principalis confirmatus fuit in Officio, extenditur *l. cum Hermes C. locat. l. Item quæris. §. Qui impleto ff. locat. l. Labeo §. Final. ff. de arbitr. Decian. reſponſ. 72. vol. 1.* & in eadem Cauſa *Surd. conſ. 460. Noguerol. allegat. 21. nu. 16. cum ſeqq. Salgad. labyrint. credit. part. 2. cap. 27. num. 73. verſ. ex ſupradictis, Maſſin. de Confiſcat. quæſt. 44. num. 31. Andreol.* qui cumulat concordantes *Controv. 45. nu. 1. & nu. 5. cum ſeq.* ſubdit, procedere etiamſi in obligatione adſint illa verba *pro toto, & integro tempore ſui Officii,* cùm reſtringantur ad tempus deputationis *Theſaur. deciſ. 125. nu. 1. cum ſeq.* & de fidejuſſione pro adminiſtratione Officii, vel aliorum bonorum ad vitam alicujus, quòd ceſſet
5 eo mortuo, reſpondit *Donat. Anton. de Marin. lib. 1. cap. 136. ibique Rodoer.*, qui reprobat *Muſcatell.* diſtinguentem inter confirmationem in Officio factam mediante nova commiſſione, & abſque ea *Salgad. labyrint. credit part. 2. cap. 27. nu. 57. & Rot. in Rec. deciſ. 161. & deciſ. 430. utrobique num. 1. part. 14.* ubi de adminiſtratore primogenituræ, qui promiſerat ſemper, & omni tempore de adminiſtratis reddere rationem.

Sicuti etiam is, qui fidejuſſit pro Juvene, &
6 Novitio Banchi, non tenetur pro Officio Caſerii, ad quòd poſtea fuit promotus *Salgad. labyrint. cedit. part. 2. cap. 27. nu. 74.* & reſpondit *Rot. coram Merlin. dec. 338. repetita in rec. deciſ. 156. part. 5.*

Quod procedit, quando limitatio temporis adiecta eſt ſubſtantiæ obligationis, & contra-

7 ctus

7 ctus utpotè quia locatio rei, ſeù conceſſio Offi-
cii, facta ſit ad annum, vel aliud tempus limi-
tatum; Secùs autem quando tempus appoſitum
eſt ſolutioni, & executioni, ut ſi debitor pro-
miſit ſolvere die Paſchatis, ut conciliando con-
trarias opiniones communiter, diſtinguunt *DD.*
quos refert, & ſequitur *Salgad. labyrint. credit.*
part.1. cap.36. num.1. cum duobus ſeqq. & The-
ſaur. d. deciſ.125. nu.4.

Si autem in conceſſione Officii, ſeù in prin-
cipali contractu limitato ad certum tempus, in
quo ſe obligavit fidejuſſor, data ſit facultas
8 prorogandi, & cum effectu ſecuta fuerit pro-
rogatio, tunc etiam pro tempore prorogato,
ſeù pro tempore. quo quis confirmatus fuit in
Officio, tenetur fidejuſſor, ut examinato arti-
culo, & rejecta contraria opinione *Caſtrenſ.* &
illius ſequacium comprobando latè tenet *Sal-*
gad. cit. cap.36. n.13. cum ſeqq. & par.2. cap.27
nu.72. verſ. quæ opinio.

Quod nullus fidejubeat niſi pro una, vel duabus Scholis.

RVBRICA DECIMAOCTAVA

ITem Statuimus, quod nullus de Civitate Faventiæ, vel ſub Diſtrictu, debeat, vel præſumat fidejubere, (A) vel ſe obligare penès Officiales Cuſtodiæ Civitatis Faventiæ, niſi pro una, vel duabus Scholis ad plus ſingulo anno, penès quos Officiales ſe obligabit, ſeu fidejubebit. Et dicti Officiales, & eorum Notarius, qui dictam fidejuſſionem ſcripſerint, et acceptaverint aliter quàm ſupra dictum eſt, incidant ipſo facto in pęnam ſolid. 11. bonon. pro quolibet, et qualibet vice; Et ille, qui ſic contra formam præſentis Statuti fidejuſſerit, ſolvat lib. quinque bononen. quarum pęnarum medietas applicetur accuſatori, alia Communi Faventiæ, & talis fidejuſſio aliter præſtita quàm ſupra, ſit, & habebitur pro non præſtita; Et Poteſtas, vel alius Juſdicens in Civitate Faventiæ, qui primo fuerit requiſitus, vel cui fuerit denunciatum, teneatur dictas pęnas de facto exigere à contrafacientibus, & partem Communitati Faventiæ tangentem Depoſitario ipſius Communitatis aſſignare, & aſſignari facere cum effectu.

SVMMARIVM.

1 FIdejubere eſt ars damnoſa.
Fidejubens donare, & malè uti ſubſtantia
ſua dicitur num. 1.
2 Aſſecurationi dotis locus eſt attentis fidejuſſio-
nibus factis a Marito.
3 Statutum diſponens ne quis fidejubeat pro una
vel duabus Scholis, valet.
4 Civitatis intereſt habere Cives locupletes.
Civitatis intereſt Cives non abuti eorum ſub-
ſtantia num. 4.
5 Statutum prohibens fidejubere pro forenſibus,
valet.
6 Renunciari non poteſt diſpoſitioni Statuti,
quando ipſo jure actus annullatur.

O B S E R V A T I O.

NUlla ars magis damnoſa eſt, quam fide-
jubere nàm fidejubens dicitur donare, &
malè uti ſubſtantia ſua, cum ex tali contractu
nullum lucrum ſperetur, ſed ſolùm damnum,
& amiſſio patrimonii *Jaſ. in l.qui pecuniam n.9.*
ff. de pact. Gratian. diſcept. 513. n. 19. cum ſeq.
Cancer. var. reſol. par. 2. cap.5. nu. 64. Hinc re-
ſultat, quòd attentis fidejuſſionibus per Mari-
tum factis tribuatur ſufficiens cauſa Uxori pro
2 aſſecuratione dotis, ut notat *Cancer. ubi ſupra*
& quod ex prohibitione facta per noſtrum Sta-
tutum, ne quis fidejubeat niſi pro una, vel duabus
3 Scholis, provinum fuerit damno publico, &
privato, quod quidem Statutum valet, cum
4 Civitatis interſit habere Cives, & ſubditos lo-
cupletes, & ne ipſi malè utantur ſubſtantia ſua,
ut de Statuto prohibente fidejuſſiones pro fo-
5 renſibus, aliis cumulatis, reſpondit *Gratian.*
diſcept.735.n.1. cum ſeq. ubi etiam firmat, quòd
6 diſpoſitioni talis Statuti non poteſt renunciari,
maximè quando ipſo jure actus annullatur.

De Officio Depoſitarię actorum Civilium.

RVBRICA DECIMANONA.

CUM acta publica Cauſarum Civilium (ut longa docuit experientia) quæ per Notarios Tribunalium finito eorum Officio malè cuſtodiuntur, & conſervantur, (A) cumquandoque ipſi Notarii ad Civilia dividant inter ſe ipſa acta, filtias, et manualia, et ſic difficile haberi poſſunt, quandoque per negligentiam, aut mortem ipſorum Notariorum de eis rogatorum, ipſa acta pereunt, et deſtruuntur. Et quòd pejus eſt fortè aliquando occultantur, in grave damnum, et præjudicium quorum intereſt. Eapropter ad publicam, et privatorum utilitatem, providendum duximus, prout in pluribus dignis Civitatibus extitit proviſum, et ordinatum. Statuimus, et ordinamus, quòd fiat Officium Depoſitariæ dictorum Civilium actorum in loco publico, et condecenti, et eligantur ſingulis annis de menſe Decembris duo Tabelliones idonei, et bonæ famæ, qui ſint ad minus ætatis annorum triginta ad dictum Officium Depoſitariæ actorum Civilium, qui ea recipere, tenere, et cuſtodire teneantur; Quorum Officium duret per unum annum, et quòd teneantur omnes Notarii ad Civilia deputati ad Tribunalia tàm Prętoris Faventię, quàm Judicis appellationum Faventiæ,

et

et Officialium Cuſtodiæ, et Gabellatum dictæ Civitatis, finito eorum Officio ſemeſtri, vel annali, ſuas filtias, manualia, et acta publicare, et illas, et illa tradere, et conſignare Notariis deputatis ad dictum Officium Depoſitariæ integrè, et abſque ulla diminutione, et fraude, infra terminum decem dierum à die finiti eorum Officii, pœna cuilibet non tradenti, et non conſignanti ſuas ſcripturas Officii ſui finiti lib. quinquaginta bonon. Communi Faventiæ applicanda. Et nihilominùs cogantur effectualiter, et perſonaliter obedire huic Statuto. (B) Et quod ipſi Notarii Depoſitariæ teneantur ipſas ſcripturas ſic ſibi conſignatas annotare diſtinctè ipſas ſcripturas, et cujus manu ſunt, et quot folia filtiarum, et manualium, et cujus anni, ità quòd diligenter conſtet de illis. Et ipſi Notarii Depoſitariæ poſſint, & intelligantur vigore præſentis Statuti habere auctoritatem elevandi in publicam formam ſcripturas ipſas, & acta, perinde ac ſi de eis fuiſſent rogati, & illis credatur, & detur plena fides tanquam eſſent rogati, ut ſupra. Et poſſint accipere ipſi Notarii Depoſitariæ pro ſalario, & mercede ſua de elevandis, & copiam dandis tantum quantum diſponitur per Statuta Faventiæ, loquentia de mercede Notariorum ad acta Cauſarum Civilium. Pro oſtenſione verò alicujus actus, proceſſus, vel ſcripturarum in dictis actis, & ſcripturis pro qualibet vice habere debeant ſolidos duos bonon. & non ultra, pęna ipſis Notariis Depoſitarię, ſi per eos, vel aliquem eorum contrafactum fuerit in prędictis, vel aliquo prædictorum, lib. x. bonon. pro qualibet vice Communi Faventię applican.

SUMMARIUM.

1 Cuſtodia ſcripturarum publicarum neglecta oriri poſſunt damna irreparabilia.

Ex cuſtodia ſcripturarum publicarum retrahitur maxima utilitas num. 1.

2 Acta executionem, ſubhaſtationem, & deliberationem reſpicientia, diligentèr ſunt cuſtodienda.

3 Subhaſtatio, & deliberatio remanet nulla, ſi aliqua acta ſubſtantialia occultentur, vel deperdantur.

Qui nullitèr paſſus fuit deliberationem, poteſt agere actione ſpolii contra deliberatarium, tàm pro manutentione, & reintegratione, quam pro reſtitutione fructuum n. 3.

4 Officium Depoſitariæ erectum fuit in Civitate *Faventiæ* cum deputatione duorum Notariorum pro confectione, & regiſtratione actorum, & quare.

5 Depoſitaria in Urbe erecta fuit ab Urbano VIII., & illius emolumenta applicata Monaſterio S. Euphemiæ.

6 Scripturæ non conſervantur melius, quàm in Archivio.

Cuſtodia ſcripturarum antiquis etiam Barbaris cordi fuit num. 6.

7 Archivia inſtituta fuerunt ab antiquis, & præſertim à Romanis pro cuſtodia publicarum ſcripturarum.

8 Archiviorum materia, remiſſivè.

9 Archivium pro conſervatione ſcripturarum ad Sac. Collegium Cardinalium pertinentium, ac Proceſſuum ſuper qualitatibus promovendorum ad Monaſteria, & Cathedrales erexit Urbanus VIII.

10 Archivium pro conſervatione librorum, & ſcripturarum Mercatorum decoctorum erexit Alexander VII.

11 Actuarius inventarium omnium ſcripturarum ſibi ab Anteceſsore conſignatarum, conficere tenetur antequàm exercitium Officii incipiat.

12 Archiviſtæ inventarium omnium ſcripturarum, ſibi ab Anteceſsore conſignatarum, conficere tenentur.

13 Extrahi poſſunt à ſucceſſore in officio, & Archiviſta ſcripturæ, abſque auctoritate Judicis, & citatione partis, & plena fides copiæ extractæ adhibetur. Decl. num. 14. & 15. ſubdecl. nu. 16.

17 Archivii publici requiſita, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A Sicuti ex negligentia cuſtodiæ ſcripturarum,
concernentium intereſſe, tàm publicum,
quàm privatum, oriri poſſunt irreparabilia
1 damna, ità è converſo ex diligenti earum cu-
ſtodia retrahitur maxima utilitas, & præcipuè
2 id procedit in ſubjecta materia actorum, re-
ſpicientium executionem, ſubhaſtationem, &
deliberationem bonorum, præſertim ſtabilium;
nàm ſi aliqua acta ſubſtantialia occultentur,
vel deperdantur, ſubhaſtatio, & deliberatio
erit nulla, & qui illam paſſus fuerit, poterit
3 agere actione ſpolii contra deliberatarium, pe-
tendo nè dùm manutentionem, ſeù reintegra-
tionem, verùm etiam reſtitutionem fructuum,
ut plenè per *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 58. Undè
Statuentes conſulendo indemnitati tàm credi-
torum, quàm deliberatariorum, & quieti, ac
tranquilitati publicæ, mandarunt erigi Offi-
4 cium Depoſitariæ in loco publico, cum depu-
tatione duorum Notariorum pro confectione,
ac regiſtratione actorum, eo modo, quo ab
Urbano VIII. erecta fuit in Urbe Depoſitaria,
5 ab ejus nomine *Urbana* nuncupata, & illius emo-
lumenta applicata loco pio, ſeù Conſervatorio
Puellarum S. Euphemiæ, ut teſtatur *Scannarol.
de viſit. Carcerat. lib.* 2. §. 30. *num.* 5. pro cujus
congrua directione emanarunt ſub *die* 10. *De-
cembris* 1674. *Ordinationes, ſeù Bannimenta ab
Eminentiſſimo D. Cardinali Alterio* tanquam
S. Romanæ Eccleſiæ Camerario, & Protectore
ejuſdem Conſervatorii, innovativa præceden-
tium *fel. rec. Cardinalis Antonii Barberini*.

Non enim conſervantur ſcripturæ meliùs, &
totiùs, quàm in certo, & determinato loco,
6 ſeù Archivio, undè apud Antiquos, etiam Bar-

baros, tanta fuit ſollicitudo conſervandi ſcrip-
tucas, ut accuratè inſtituta fuecint Atchivia,
7 & præſertim apud Romanos conſtitutum fue-
rat Archium, quod nos Arcbivium appella-
mus, pro tabulis publicis teſtamentorum, con-
tractuum, & aliarum conventionum cuſtodien-
dis, ut cum *Reccardo*, & *Caſſiodoro* tradit *Car-
leval. de judic. lib.1. tit.1. diſput.2. quæſt. 2. ſub
num. 342. verſ. quorum ſervandorum*: & quòd
Impecatoces habuerint ſcrinium ſlatocium,
quod Acchivium nuncupamus, docet *Frances
de Eccleſ. Cathedral. cap. 23. num. 8. cum ſeq.* Ac
quòd Justinianus in qualibet Civitate mandaſ-
ſet coultruenda eſſe Acchivia patet, ex *Auth.
de deſenſoi. Civit. §. Et ſi cadere contigerit verſ.
præcepta* notat *Cobell. de notit. Cardinalat. cap. 52.
verſ. Atque hujuſmodi*, & tepetit *in Commentar.*
8 *ad Bullam Boni Regim. cap. 17. num. 6.* Alia de
Archiviis vidè *Annot. ad recol. me. Coccin. de-
ciſ. 80. & 90.*

Hinc Urbanus VIII. erexit in Palatio Vati-
cano Archivium pro conſervatione ſcriptura-
tum, & aliotum actotum ad Saccum Collegium
9 Cardinalium pertinentium, ac Proceſſuum ſu-
per qualitatibus promovendorum ad Cathe-
deales Eccleſias, & Monaſteria Conſiſtorialia,
ut in ejus *Bulla la 56. vol. 5. Bullar.* & Alexander VII. in eodem Palatio erexit Atchi-
10 vium pro conſervatione librorum, & ſcriptu-
racum Mercatorum decoctotum.

B Priuſquàm Notarius Actuarius, ſeù alius no-
vus Officialis incipiat adminiſtrationem, ſeù
11 exercitium ejus miniſterii, faciendum eſt per
cum inventarium omnium, & ſingularum
ſcripturacum, ab ejus Antecelſore ſibi conſi-
gnatarum, exemplo Tutorum, & Curatorum,
ut probat *Capit. de Regim. Reip. cap. 6. num. 6.*
ubi ſubdit, quòd tale inventarium fieri debet
expenſis Reip. Quod ſervatur à conductoribus
12 Archivorum Status Eccleſiaſtici, ex diſpoſitio-
ne *Bannimentorum Generalium ſuper Archiviis,
publicatorum de mandato Eminentiſſimi Alterii
Camerarii die 2. Februarii 1675. cap. 16.*

C Abſque auctoritate Judicis, & citatione par-
tis extrahi poſſunt à ſucceſſote in officio, &
13 Acchiviſta ſcripturæ, illiſque ab eo exempla-
tis plena fides adhibetur, ut de ſucceſſore in
officio tradit *Scacc. de judic. lib.2. cap. 11. n. 738.
cum ſeq. Ridolphin. prax. par.1. cap. 12. nu. 188.*
fitmavit *Rot. coram Coccin. deciſ. 36. num. 8. &
deciſ. 2358. num. 23. coram Seraphin. deciſ. 1334.
num. 4. coram Dunozet. jun. deciſ. 729. num. 5.*
Quod procedit in publico Officiali, de quo lo-
quuntur allegatæ *deciſiones*; ſecùs autem in Ca-
nonico, qui uti ſucceſſor in officio Acchiviſtæ
Capituli extraxit jura ab ejus Archivio, ut de-
14 claravit *Rot. coram Martin. Andr. dec. 62. nu. 7.
verſ. Nec deſendi*; & de Archiviſta circa extra-
ctionem Copiæ ex ſcripturis in Archivio exi-
ſtentibus, quòd probeut, proſequitur *Ridol-
phin. loc. cit. num. 189. Frances cit. cap. 23.
num. 87. cum ſeqq. Rot. coram Coccin. dec. 36. n. 9.
coram Cavaler. dec. 351. num. 1. in rec. dec. 125.
num. 11. cum tribus ſeqq. par. 6. coram Eminentiſ-
ſimo Otthobon. deciſ. 143. num. 18. cum ſeq. & de-
ciſ. 245. num. 12.*

Declara procedere quoad perſonas ſubdi-
tas, inter quas Archivium probat etiam extra
15 territorium, ut advertit *Frances ubi ſuprà n. 53.
in fine cum ſeq. Spad. conſ. 186. num. 2. vol. 2. Rot.
coram Cavaler. d. dec. 351. nu. 2. juncta dec. 375.
n. 9. coram Coccin. dec. 128. num. 2. cum ſeq.* Quo
verò ad non ſubditos, & extrà territorium
non probat, ut proſequitur *Frances num. 55. Rot.
diverſ. dec. 549. in print. part. 4. coram Mellin.
dec. 34. & 438. utrobique num. 1. coram Coccin.
dec. 2342. num. 47. coram Royas dec. 250. nu. 19.
in rec. dec. 379. nu. 7. par. 13.*

Hujuſmodi tamen diſtinctio procedit, quan-
16 do agitur de Atcbivio privato, non autem de
publico, in quo nedùm ſcripturæ illius Terri-
torii, Dominii, & Principatus, ſed etiam aliæ
aſſervantur cum deputatione particularis Cu-
ſtodis, ut declaravit plenè *Scacc. de judic. lib. 2.
cap. 11. num. 751. cum ſeq.* ubi ſirmavit id habe-
re locum præcipuè in modernis Archiviſtis
Status Eccleſiaſtici poſt *Bullam ſa. me.* Sixti V.
ſuper erectione Archiviorum, & *nu. 756. cum
pluribus ſeqq.* & præſertim *num. 760. cum ſeqq.*
17 ubi ponit requiſita Archivii publici *Frances ubi
ſuprà num. 59. cum duobus ſeqq. Knipſchilds de
jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 12.
nu. 16. cum ſeqq. Seſſ. dec. Aragon. 21. nu. 2. & 4.
Eximius I. C. Manſ. conſultat. 200. num. 9. verſ.
Quia cum duobus ſeqq. tom. 2.* ubi de ſcriptura
extracta à Secretaria *Regis Hiſpaniarum* declara-
vit *Rot. coram Puteo dec. 186. nu. 1. lib. 3. in Cor-
rect.* & latiſſimè *coram Merlin. dec. 264. per tot.*
& præſertim *num. 31. cum ſeqq.* ubi de Archivio
Religionis Caſinenſis, quam ſequitur *Adden.
ad Buratt. dec. 667.*

De electione Maſſaroli, & ejus Officio.

RUBRICA VIGESIMA.

VT pignora, quæ accipientur mandato alicuius Juſdicentis, vel Officialis Civitatis Faventiæ, conſerventur, nec valeant per aliquos permutari, ſeù deteriorari. Statuimus, & ordinamus, quòd quolibet anno per Dominos Antianos, & Cives adiunctos per ſuffragia fabarum eligatur, unus probus Maſſarolus, (A) qui recipere teneatur omnia pignora ſibi aſſignata per quemcumque Militem, ſeu Executorem Civitatis Faventiæ, & ea ponere, & cuſtodire in loco publico, per Dominos Antianos deputando, & ſcribere ad quodlibet pignus breve cujus ſit tale pignus, & teneantur in principio ſui officii præſtare idoneam fideiuſſionem (B) de lib. centum bononen., ac jurare de cuſtodiendo, & reſtituendo omnia, & ſingula

Digitized by Google

gula pignora, ei ut ſupra, aſſignata. Teneatur etiam ſolvere, ſeu ſatisfacere Executori pro ejus mercede illud, quod diſponitur per Statutum ſupra in primo lib. poſitum ſub Rub. VII. De mercede, ſeu emolumentis Domini Poteſtatis, & ejus, ac aliorum quorumcumque Officialium, habereque, & accipere poſſit dictus Maſſarolus ultra mercedem ſolutam Militi, ſeu Executoribus ut ſupra, videlicet in caſibus, in quibus ſolvere debet Executori ſolidum unum denarios quatuor. In aliis autem caſibus ubi ſolvitur Executori ſolid. duos, denarios ſex. Abindè verò ſupra denarios VIII. pro ſingulo pignore. Inſuper diſtinctiùs Officialis habere debeat librum ordinatum, & bullatum, prout videbitur. DD. Antianis, in quo teneatur diſtinctè ſingulas partitas uniuſcujuſque pigniotis per quemlibet Executorem ei aſſignati, ac ſcribere ſingula pignora, quæ, ut ſupra, vendi contigerit, ſcribendo nomen tam creditoris quàm debitoris, cui libro adhibeatur fides etiam in judicio. Et Notarius electus per DD. Antianos ad id teneatur manu propria in libro prædicto ſcribere omnia, & ſingula pignora, quæ, ut ſupra, vendi contigerit ſcribendo cui, & quantum venditum fuerit unumquodque pignus. Qui Notarius pro ſua mercede habere debeat pro ſingulo pignore ſic vendito denar. ſex. Bannitor autem denarios duos habere debeat pro ſingulo pignore, quæ omnes, & ſingulæ mercedes ſolvantur expenſis debitoris. Teneatur etiam ipſe Officialis omnia, & ſingula pignora ſibi aſſignata per quemcumque Executorem conſervare, cuſtodire omnibus ſuis laboribus, periculo, & expenſis, eaque per duos menſes tenere, & conſervare debeat, à die præſentationis, & aſſignationis dictorum pignorum inchoandos. Quæ pignora teneatur reſtituere Domino pignori infra dictum tempus, ſi illa, vel illud reluere voluerit, vel habenti intereſſe in dicto pignore, vel pignoribus, ſeu cauſam habenti à Domino pignoris, ſatisfacto tamen priùs creditore de ejus credito liquido, ac mercede Executoris, ac ipſius Maſſaroli. Elapſo autem dicto tempore dictorum duorum menſium, teneatur ipſe Maſſarolus infrà octo dies immediatè ſequentes publicè in platea Communis dicta pignora ſubhaſtare (C) per publicum Bannitorem præſente Notario, ut ſupra per DD. Antianos deputato, & unumquodque pignus vendere, & plus offerenti tradere. Et ex pretio dictorum pignorum ut ſupra venditorum, ſatisfiat ipſi Officiali, ac Executori, & Bannitori de eorum mercedibus, ut ſupra limitatis. Et illud quod ſupererit de quolibet pignore vendito teneatur dictus Officialis abſque mora, & exceptione aliqua ſatisfacere creditori, ad inſtantiam cujus unumquodque pignus acceptum fuerit uſque ad integram ſatisfactionem ſui crediti, ſi tamen pretium redactum fuerit ſufficiens. Si vero aliquid ſupererit, ſatisfacto dicto creditore, & mercedibus ſupradictis, illud reſtituat Domino pignoris. Et caſu quo per aliquem ex Juſdicentibus in Civitate Faventiæ ſequeſtrari, vel reſirmari contigerit aliquod pignus exiſtens apud dictum Officialem, tunc, & eo caſu, idem Maſſarolus poſſit retinere mercedem tam Executoris, quàm ipſius Maſſaroli, ut ſupra, limitatam. Et caſu quo contingeret aliquem pignorari in ejus contumaciam ut tædio affectus compareat, tunc ſi dictum pignus vendi contigerit, prout ſupra de aliis pignoribus ſtatutum eſt, præfatus Officialis pretium redactum ex dicto pignore, ut ſupra vendito, teneat apud ſe in depoſitum donec ei per Judicem commiſſum fuerit, cui tradere debeat pretium dicti pignoris, retenta ſibi tamen mercede ſua, ac Executoris. Et talis Officialis, ſeù Maſſarolus non habeat devetum, ſeu vacationem ab aliquo officio Communis propter tale officium. Et quod de omnibus dubiis emergentibus circa ejus officium, non deciſis per præſens Statutum teneatur, & debeat dictus Maſſarolus ſtare determinationi, & declarationi ſuperindè per DD. Antianos pro tempore dictæ Civitatis faciendæ.

SUMMARIUM.

1 Pignora in executione capta conſignantur Depoſitario.
2 Depoſitarius cuſtodire, & conſervare tenetur pignora.
3 Ac illa conſignare ad omne mandatum Judicis.
4 Et ſi conſignare recuſet, cogi poteſt ad ſolutionem pretii, cujus liquidatio præcedere debet, alioquin mandatum non ſuſtinetur.
5 Depoſitario incumbit onus probandi, quod res perierit, vel furto ſubtracta fuerit, aliàs præſumitur ejus dolo, & culpa abeſſe,
6 Depoſitarius tenetur tantummodò de dolo, & lata culpa. Decl. n.7. & 8.
8 Depoſitarius, cui merces pro cuſtodia ſolvitur, tenetur etiam de leviſſima culpa.
9 Depoſitarius, qui neglexit mittere Vaccas ad Taurum, & ſic procurare earum fœtus, tenetur ad damna.
10 Fidejuſſio à lege, vel Statuto injuncta an, & quando requiratur pro forma, itaut ea non præſtita actus ſint nulli.
11 Juratoria cautio an, & quando admittatur, quando fidejuſſio à lege, vel Statuto requiritur, remiſſivè.
12 Subhaſtationis materiam tractantes, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A EXecutione reali per Birruarios facta pignora per eos capta conſignantur De-
1 poſitario ad hunc effectum electo, qui tenetur
2 ea cuſtodire, & conſervare *Anton. Sola ad Conſtit. Sabaud. lib.3. de form. & ord. proced. in pign. ſubhaſt. & delib. bon. mobil. gloſſ. 1. n.32. cum ſeq.* quem refert, & ſequitur *Poſth. reſolut.* 138.

n.2. Andreol. controv.36.num.11 Ridolphin.prax:
part. 1. cap. 41. num.71. illaque conſignare ad
3 omne mandatum Judicis *Gratian. diſcept.forenſ,*
cap.960. nu.41. in fine , & ſi conſignare recuſet ,
4 cogi poterit ad ſolutionem pretii , cujus tamen
liquidatio præcedere debet , alioquin manda-
tum non ſuſtineretur *Gratian. ubi ſuprà num.42,*
cum ſeq.

Quotiès autem Depoſitarius rem depoſita-
tam non conſignat , ſub prætextu , quòd perie-
5 tit , vel furto fuerit ſubtracta , cum præſuma-
tur ejus dolo , & culpa abeſſe , incumbit illi
onus probandi , caſu fortuito rem depoſitatam
abſque ejus dolo, vel culpa perjiſſe , *l.ſi creditor*
ibique DD. C.de pignor. Honded. conſ.43. num.10,
vol. 2. concordantibus cumulatis plenè docet
Andreol. ubi ſuprà num.11. cum ſeqq. Rot. in rec,
dec.763. n.3. par.2.

Animadvertendo,quod licèt regulariter De-
poſitarius teneatur tantumodò de dolo , & lata
6 culpa *Bonden. Collectat.38. n.93.* ubi plures con-
cordantes ; Nihilominùs id procedit in De-
7 poſitario , qui gratis , & nulla recepta merce-
de, depoſitum cuſtodiendum accepit ; ſecùs au-
tem ſi merces ei conſtituta ſit , nam iſto caſu
8 tenetur etiam de leviſſima culpa *l.qui mercedem,*
ibique *gloſſ. DD. ff.locat. & l,1. §,Sæpè evenit ff.*
depoſit. Cyriac. contr. 358. n.32. cum ſeqq. ubi de
9 depoſitario, qui neglexit mittere Vaccas depo-
ſitatas ad taurum , & ſic procurare earum fæ-
tum , diſtinguendo egregiè firmat *D. Zacch. de*
Salar. quæſt.63. num.31. cum duobus ſeqq. & An-
dreol. loc. cit. num.20.

B Fidejuſſio à lege , vel Statuto injuncta an , &
10 quando requiratur pro forma , ità ut , ea non
præſtita , actus ſint nulli , & quando pro ſim-
plici cautione , & ſecuritate partis , cui poteſt
renunciare ; & actus valeant ſi fidejuſſio petita
non fuerit , & an utroque caſu admittatur cau-
11 tio juratoria , egregiè examinatur , & reſolvi-
tur *à Salgad. labyrint. credit.par,1. cap. final. n.3.*
cum pluribus ſeqq. juncta pars. 2. cap. 30. num.7,
cum ſeqq. Scannarol. de viſit. Carcerat. qui loqui-
tur de juratoria cautione præſtanda à Carce-
rato *lib.3. §.1. cap.8.*

C Cùm *Mangil. & Poſth.* ediderint locupletiſ-
12 ſimos tractatus *de ſubbaſtat.*, ubi tota materia
doctiſſimè diſcuſſa , & examinata fuit; proindè
ij in contigentia caſuum adeundi erunt .

LIBER TERTIUS

Statutorum Civitatis Faventiæ.

De citationibus, commiſſionibus, & relationibus.

RUBRICA PRIMA.

IN primis quando aliquis vult facere aliquem citari , vel requiri ad Judicium (A] fiat commiſſio (B) per Judicem Nuncio [C) Communis , & citetur ſemel una die pro ſequenti (D) perſonaliter inventus , & non inventus bis ad domum [E] ſuæ habitationis, (F] ſi habitationem habet in Civitate Faventiæ , vel Diſtrictu , aliàs citetur ad domum , ubi ultimo [G) ipſe citandus habitare conſuevit in eo anno , in quo citatur . Quæ mandata , commiſſiones , relationes , & præſentationes ſcribantur in Actis per Notarios Judicis cauſæ , & ſcribatur præſentatio facientis citari in termino , vel hora debita cum accuſatione contumaciæ , & proteſtatione expenſarum . Et Nuncius debeat , & teneatur portare in ſcriptis cedulam ſcriptam , vel ſaltèm ſubſcriptam manu Notarii , qui eſt ad Tribunal, ubi fit commiſſio, ſive Judicis, vel Officialis ad id Tribunal , in qua contineatur commiſſio facta dicto Nuncio , & ad petitionem cujus fiat citatio , & coram quo Judice ; [H) & quod petitur ſub brevitate , & dimittere citato, vel requiſito dictam cedulam (I) vel ad ejus domum , ſeu habitationem , ubi citatio legitimè fienda eſt , pœna Nuncio contrafacienti pro qualibet vice ſolid. xx. bononen. Et Poteſtas , & ejus Vicarius teneantur facere jurare ſpecialiter hæc omnibus Nunciis , & Notarii non audeant aliquid accipere pro dicta commiſſione danda in ſcriptis , niſi id ſolum , quod per Statutum conceſſum eſt eis de commiſſione accipere . Et quilibet poſſit accuſare , & denunciare Notarios , & Nuncios contrafacientes , & habeat medietatem pœnæ . Et citatio aliter facta non valeat ipſo jure , quæ cedula tunc ſecundum formam ipſam præſentata , & dimiſſa , & facta intelligatur , ſi ipſe Nuncius ad id requiſitus juraverit , & in actis Curiæ apud ipſum Notarium per ordinem ſcripta inveniatur manu propria ipſius Notarii , vel ſaltem ſubſcripta , niſi contrarium probatum fuerit per ipſum citatum , vel alium ejus nomine . Et prædictus modus citandi habeat locum in citatione , quæ fit in principio Cauſæ , & quando quis citatur ad diffinitivam ſententiam audiendam . Aliæ

vero

vero citationes arbitrio Judicis procedant. Verùm quando aliquis, qui ſit in Palatio, citatur, vel requiritur, ſivè aliquid ei præcipitur per Nuncium ex parte alicujus Officialis, non ſit eo caſu neceſſaria commiſſio in ſcriptis in cedula, ſed ſufficiat verbotenus cum citati, eo ſalvo quod in quæſtionibus lib. quinque bononen. vel infrà non exigatur iſta ſolemnitas cedulæ ſcriptæ. Item quod omnes Notarii Civitatis Faventiæ, qui ſunt, vel in futurum erunt ad aliquod Officium, teneantur prædicta vinculo juramenti obſervare quantum in eis eſt. Et quod reus, qui non habitaverit in Civitate Faventiæ eo anno, quo citatur, citetur ſecundum formam Statutorum de citatione forenſium. Si verò citetur Univerſitas, ſeu Collegium (K) citari debeant, & citentur Priores, vel Conſules, & Maſſarius dictæ Univerſitatis, & Collegii, qui ſint electi à dicta Univerſitate, Collegio, vel pro talibus tunc ſe gerant. Qui tamen perſonaliter citentur, ſi commodè haberi poterint. Aliàs ſufficiat citari ad locum, ſeu Eccleſiam, in quo, ſeu in qua talis Univerſitas, & Collegium ſe congregare conſuevit. Si verò citetur aliqua Schola pro damnis datis, ſervetur forma Statuti loquentis de damnis datis. Si autem pro alia cauſa, citetur Capitularius hujuſmodi Scholæ, qui ſe gerat pro Capitulario dictæ Scholæ, & etiam citetur ipſa Schola ad Eccleſiam Parochialem dictæ Scholæ die feſto in hora, qua Miſſa celebratur. Et talis modus citandi ſufficiat pro legitima citatione. Et quòd præſumatur, commiſſionem Judicis præceſſiſſe citationem, quando Notarius in citatione exprimit factum, ſeu facere de commiſſione Judicis.

SUMMARIUM.

1 Judices ſuperflui dicerentur, niſi judicia conſtituta eſſent.

2 In iudiciis pugnant inter ſe litigantes tanquàm in paleſtra, in qua Judex, eſt Præfectus, ut de ea iudicet.

Nemo ius ſibi dicere valet n. 2.

3 Praxis eſt ſcientia digeſtiva.

4 Leges diſcuntur in Scholis, in Palatiis verò digeruntur.

5 Commiſſio Judicis ad validitatem citationis an requiratur, an debeat eſſe ſpecialis, an verò ſufficiat generalis, & an, & quando præſumatur, & de ea conſtet mediante aſſertione Nuncii, remiſſivè.

6 *Statutum Faventiæ* præſumit commiſſionem Judicis in citatione interveniſſe, quando Notarius in ea exprimit factum, ſeù facere de commiſſione Judicis.

7 Nuncio deponenti contra eius primam relationem non creditur. Decl. n. 8.

9 Citatio domi dimiſſa copia debet fieri una die pro alia, aliàs habens terminum breviorem eſt nulla, perſonalis verò fieri poteſt ad hodiè per totam audientiam.

10 Statutum diſponens, Civem, & habitatorem, qui de Civitate receſſit, poſſe citari domi ſuæ habitationis ſervandum eſt prout diſponit *Statutum Piſauri*;

11 Spelunchæ accomodatæ olim fuerunt ad tutamen Corporis humani, & ad evitandas aeris injurias, & elementorum intemperiem.

12 Domus inventæ ſunt poſtquàm accomodatæ fuerant ſpelunchæ, & quare.

13 Domorum conſtructio inventa eſt mediante lumine naturali, exemplo avium adhibito luto nidos nidificantium.

Domus ædificari captæ ſunt luto n. 13.

14 Inventor conſtructionis domorum quinam fuerit, remiſſivè.

15 Citatione ad Domum permiſſa, intelligitur de domo ſolitæ habitationis de tempore executæ citationis.

16 Domus ſolitæ habitationis dicitur ea, in qua quis cum familia habitat, vel ſi ſit ſolus, ibi ſolet habitare, non tanquàm peregrinus, nec ad momentum.

17 Locus ultimæ habitationis attenditur ad effectum citationis, quando ignoratur, ubi citandus ſe tranſtulerit, & nu. 20.

18 Citatio facta in domo, in qua citatus per diem artem exercet, non dicitur facta in domo ſolitæ habitationis,

19 Citatio fieri debet in domo, quam citatus apertam tenet in Civitate, quando ſe tranſfert Ruri; ſecùs ſi clauſam, quo caſu citandus, eſt in domo reali,

20 Nomen, & cognomen Judicis citantis requiritur ad validitatem citationis, & quare, & num. 21.

22 Copia citationis executæ dimittenda eſt per Nuncium, ſeù Curſorem, alioquin non arctat,

23 Citatio contra Univerſitatem legittimè facta dicitur quando executa fuit in Conſilio congregato, & tunc ea perſonaliter citata dicitur.

24 Univerſitas ſi non vult ſe congregare, vel congregata impedit ſe citari, tunc citatio habetur pro legitimè facta, ſi fiat contra ſingulos, & per affixionem in loco, ubi ſolent congregari.

25 Per contradictas contra Univerſitatem, quando procedatur.

26 Univerſitas cogi poteſt ad conſtituendum Syndicum. qui citari valeat, ac ipſam in judicio repræſentet,

27 Citatio prima facienda eſt Collegio, ſeù Univerſitati congregatæ etiamſi ipſa priùs jam conſtituiſſet Syndicum, limita nu. 28.

OBSERVATIO.

A In Civitate, & Rep. Judices eſſe ſuperfluum omninò redderetur, niſi quoque conſtituta
1 eſſent judicia, in quibus tamquàm in paleſtra
2 litigantes inter ſe pugnent cui pugnæ Judex eſt Præfectus, ut de ea judicet, vel Reum abſolvendo, vel condemnando, cum nemo jus ſibi dicere

Digitized by Google

cere valeat, ut tradit *Deinking. de Regim. ſacu-*
lar. lib.2. cap.13. num.1.
Et hinc oritur praxis, quæ eſt ſcientia dige-
3 ſtiva *Bald. in l. Æmilius ff. de minor. Pinel. in l.2.*
C. de reſcind. vendit. part.2. cap.4. num.2. quòs
refert, & ſequitur *Antuncz. Portugal. de donat.*
reg. part.2. lib.1. cap.12. ſub nu.26. Nàm leges
5 in Scholis diſcuntur, in Palatiis verò digerun-
tur *Cevall. Commun. contra Commun. in præfat. à*
n.71. Xamar. de Offic. Judic., & Advocat. par.1.
quæſt. 1. nu. 15. & illis relatis proſequitur *An-*
tunez. loc. cit.
B Ad validitatem citationis an requiratur com-
miſſio Judicis, eaque debeat eſſe ſpecialis, an
5 verò ſufficiat generalis, & an, & quando præ-
ſumatur, & quando de ea ſufficientèr conſtet
mediante aſſertione Nuncii, examinant *Scacc. de*
Judic. lib. 1. cap. 32. num. 7. cum ſeqq. Gratioſ.
Ubert. de citat. cap.7. num.53. & 55. ac cap.11. à
num.139. ad 199. Baron. eod. tract. quæſt.30. ibi-
que *addit. Marta Vot. Piſan.131. n.8.*
Advertendo, quòd noſtrum *Statutum* voluit
præſumi commiſſionem Judicis, quando No-
6 tarius in citatione exprimit factum, ſeù facere
de commiſſione Judicis, *ut in fine hujus Rubricæ.*
C Nuncio contra ejus primam relationem de-
7 ponenti non creditur, ob timorem ſubornatio-
nis *Bart. conſ. 86. lib. 1. Conciol. ad Statutum Eu-*
gub. lib.1. Rubr.59. num.5.
Declara procedere, quotiès contra ſubſtan-
8 tiam primæ relationis deponit, ſecùs quando
ſecunda relatio continet ſolam declarationem
quoad accidentia, & circumſtantias, ut decla-
rando reſpondit *Rot. coram Zarate dec. 68. n.6.*
D Citatio domi dimiſſa copia debet fieri una
die pro alia, ſed perſonaliter poteſt citari ad
9 hodiè per totam audientiam, aliàs citatio do-
mi dimiſſa copia, habens terminum brevio-
rem, indiſcreta eſt, & nulla, ut firmat *Ridolphin.*
prax. par.1. cap.2. n.68
Statutum diſponens Civem, & habitatorem,
qui de Civitate receſſit, poſſe citari domi ſuæ
10 habitationis, ſervandum eſt, ut de *Statuto Pi-*
ſauri dixit *Rot. coram Celſo dec.152. n.9.*
E Ad tutamen Corporis humani, & ad evitan-
11 das aeris injurias, & elementorum intempe-
riem olim accomodatæ fuerunt ſpeluncæ, &
12 poſtmodum domus inventæ, ut ex *Ovid.*

Tum primum ſubire domos, domus antra fue-
runt.
Et denſi frutices, & junctæ, cortice virgæ, &

relatis antiquis Hiſtoriis *Liebethal. exercit. Po-*
lit.8. quem refert, & ſequitur *Jo. Frider. Kochen.*
de Jure Viciniæ cap. 3. nu.1. cum duobus ſeqq. te-
ſtatur, quod antequam primi homines ad no-
titiam conſtructionis ædificiorum perveniſſent,
in eremis habitationibus penè nudi manebant,
ſed cum à feris beſtiis non eſſent tuti, ſibi vica-
tim conſtruxerunt abjecta, & vilia tuguriola,
virgultis, & arundinibus contexta.
Inventam autem fuiſſe domorum ſtructio-
13 nem per gentes mediante lumine naturali,
exemplo avium, adhibito luto, nidos nidifi-
cantium, domos etiam ad earum refugium lu-
teas ædificando docet *Plin. lib.16. cap.32.* quem
ſequitur *Petrus Gonzalez de Salcedo in ejus Thea-*
tro honoris gloſſ.29. num.5. ubi etiam *num.1. cum*
14 *ſeqq.* examinat quinàm fuerit primus inventor
earum.
F Permiſſa citatione ad domum, intelligitur de
15 domo ſolitæ habitationis, *Bart. in l. Prætor ait*
num.8. ff. de damn. infect. Gratioſ. Ubert. de citat.
cap.7. num.250. & cap.12. n.329. Ridolphin. prax.
par. 1. cap. 2. num. 62. & quidem de tempore
executæ citationis, ut proſequitur *Ridolphin. loc.*
allegat. verſ. & quidem.
Domus autem ſolitæ habitationis ea dicitur,
16 in qua quis cum familia habitat, vel ſi ſit ſolus,
ſolet ibi habitare, non tanquàm peregrinus,
nec ad momentum, & ſivè domus ſit propria,
ſivè conducta, ſivè gratuito, precariove ſit con-
ceſſa; & ſivè domus ſit in Civitate, ſivè in Vil-
la, *per tex. in l.1. §. Habitare ff. de his, qui deje-*
cerint, vel effuderint l. lex Cornelia ff. de injuriis,
ibique *gloſſ. in verbo* Hoſpitio, & proſequitur
Gratioſ. Ubert. cit. cap.7. n.256. cum ſeqq. juncto
cap.11. num.358. ubi *in fine* etiam firmat, quod
17 ſi ignoretur ubi habitet de tempore citationis,
& neſcitur, quo ſe tranſtulerit, attenditur lo-
cus ultimæ habitationis.
Hinc citatio facta domi, in qua quis per diem
artem exercet, non dicitur facta in domo ſoli-
18 tæ habitationis, ut tradit *Chriſtian. in leges Mu-*
nicipa es Mechlinen. tit.1. art.18. n.18.
Et ſi quis iret Rus; citandus erit in domo,
19 quam apertam tenet in Civitate, ſecùs ſi clau-
ſam reliquerit, ut ſi tempore æſtivo cum fami-
lia ſe contulerit Rus, tunc tempore æſtivo do-
mus Villæ erit domus habitationis, & domus
Civitatis tempore hyemali, ut docet *Ubert. d.*
cap.7. nu.260.
G Si ignoratur ubi citandus habitet de tempo-
re citationis, eo caſu validè citatur in loco ulti-
20 mæ habitationis, licèt verè tunc ibi non habi-
tet *Imol. in clement. cauſam num.6. de elect. Ubert.*
de citat. cap.7. num.263.
H In citatione nomen, & cognomen Judicis ci-
21 tantis requiritur ad ejus validitatem *cap. præ-*
tereà de dilat. l. ſi in judicii nomine, ubi *Caſtr. ff. de*
judic. firmat *Scacc. de judic. lib.1. cap.32. nu.10.*
ubi etiam adducit quatuor cauſas, ob quas ta-
lis expreſſio facienda eſt *Baron. de citat. quæſt.30.*
num. 1. ubi repetit eaſdem cauſas, & allegat
plures concordantes.
I Copia citationis domi executæ dimittenda
22 eſt per Curſorem, ſeù Nuncium, alioquin non
arctat *Ridolphin. prax. part.1. cap.2. nu.65. Gra-*
tioſ. Ubert. de citat. cap.7. num.271. Rot. coram
Buratt. dec.186. n.11.
K Citatio contra Univerſitatem tunc legitimè
facta dicitur, quando executa fuit in Conſilio
23 congregato *Bald. in l.5. n.4. juncto num.15. C. de*
execut. rei judic., & in l.1. in 2. lect. n.1. ff. quod
cujuſque Univerſit. nomin. ubi etiam *Caſtr. nu. 5.*
Cobell. ad Buil. Boni Regim. cap.24. n.21. verſ. ſed
contrariam cum ſeq. Gratioſ. Ubert. de citat. cap.7.
nu.134. Adden. ad Ludoviſ. deciſ. ultima num. 6.
& tunc perſonalitèr citata dicitur, ut tradit
Ubert.

Digitized by Google

Vbert. de citat. cap.12. num.350. verſ. quam Vniverſitas, Rot.coram recol.me.Coccin.dec.2059.n.3.

Si verò Univerſitas non vult ſe congregare ,
24 vel congregata impedit ſe citari , tunc citatio
habetur pro legitimè facta, ſi fiat contra ſingulos , & per affixionem in loco , ubi ſolent congregari *Vbert. de citat. cap.7. nu.133. Adden. ad Ludoviſ. ubi ſuprà* .

Executa autem citatione , ſeù monitorio in partibus contra Univerſitatem congregatam cum præfixione competentis termini ad com-
25 parendum , ſi ipſa negligat conſtituere Procurarorem in Curia , ubi cauſa fuit introducta , procedi poterit per contradictas , tanquàm contra contumacem , ut docet *Cobell.ad Bullam Boni Regim. cap.34. art.4. num.28. cum ſeqq.* ubi teſtatur ita practicari .

Sed ſi introductum fuerit judicium in partibus in eodem loco Univerſitatis , ubi in quoli-
26 bet actu ipſa citanda ſit , pro faciliori expeditione Cauſarum , & minori incommodo Actoris, poteſt Univerſitas officio Judicis cogi ad conſtituendum Syndicum , qui citari valeat, ac in judicio ipſam Communitatem , ſeù Univerſitatem repræſentet *Loſæus de Jure Vniverſit. par.2. cap.1. n.3. Knipchilds de Jur. , & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 4. num. 2. Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap.24. num.1. Oterus de Officialib. cap.18. nu. 25. ſuprà allegat.in Annot. ad Rubr. XXIII. lib.1. nu.32.*

Et ſi ante judicium ab Vniverſitate jam conſtitutus eſſet Syndicus , adhuc prima citatio fa-
27 cienda eſt in Collegio , ſeù Vniverſitate congregata , ut relatis *Jafred. Balb. dec.80. & Villalob. com. opin.in verbo citatio num. 53. cum ſeq.* limitando docet *Gratioſ. Vbert. cap.14. nu.526. verſ. fallit. in Vniverſitate,* ubi ſubdit conſilium
28 eſſe , ut Judex mandet citari Syndicum , quo caſu citatio , ſeù judicium poterit incipere etiam à Syndico , quod priùs dixerat *in cap. 7. num.142. in fine verſ. & propterea, & num.144. cum ſeqq.* adducit rationem differentiæ inter citationem factam Vniverſitati congregatæ , & illam factam ejus Syndico , ac notaverat *Bart. in extravag. ad reprimendum in verbo citatum verſ. ſed tu dices , & Cobell. d. cap. 24. num. 22. verſ. Verum* .

ADDIT. AD RUBR. I. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 NEmo poteſt ſibi jus dicere .
Poſſeſſionem invadere in contemptum Superioris inhibentis nemo poteſt n.1.
2 Judex Delegatus in monitorio , ſeù citatione tranſmittenda non ſolum debet facere mentionem delegationis , ſed etiam illius tenorem inſerere . Limita n.4.
3 Alioquin ſententia eſſet nulla .

*Num.*2. Nemo ſibi jus dicere poteſt , & interim in
contemptum Superioris inhibentis poſſeſſio-
1 nem * ſub Judice ſtantem invadere ut firmavit etiam *Rot.in Tiburtina ſid. 2. Martii 1705. coram R.P.D. Anſaldo 5.Idem Joſeph.*

Num. 21. Judex delegatus in monitorio , ſeù citatione tranſmittenda nedum debet facere men-
2 tionem * delegationis , ſed etiam inſerere tenorem ipſius delegationis , aliàs citatus , ſeù monitus non tenetur comparere ut tradunt *Barbat. in cap.cum in Jure de offic. delegat. nu. 10. ibique Barboſ. nu.4. & Gonzalez. Tellez. nu.3.Guaz. ad deffenſ. reor. deffenſ.1. cap.1. n.18.Maceraten.var. reſol. l.b.1. reſol. 16. n.1. & 3. Campana reſol.12. n.2. ad 5. Raynald. obſerv.crim. cap.32. §.4.n.56. cum ſeqq.*

Et ſi Reus condemnetur in hujuſmodi defectuoſa citatione , ſeù monitorio condemnatio
3 erit nulla * & indebitè condemnatus, quia contumacia non poteſt dici legitimè contracta juxta veriorem, tutiorem, & in praxi receptam docet *Raynald. ubi ſuprà 58. cum ſeq.* & ita reſolutum fuit à *Sac. Cong. S. Officii in Cauſa Nucerina, ſeù Camerinen. Homicidii* favore Angeli Biordi in contumaciam condemnati , qui poſtea Carceratus ſub die 4. Julii 1714. admiſſus fuit ad novas cum interim Carceratus fuiſſet .

Non deſunt tamen limitationes prædictæ re-
4 gulæ , quas refert *idem Raynald.* * *ubi ſuprà nu.73. & ſeqq. Orilia ad Campan. reſolut. 12.n.2. cum ſeqq.*

De citatione hæredum , & qualiter procedatur contra eos .

RUBRICA SECUNDA.

CUm aliquis agere intendit contra hæredes alicujus defuncti faciat Judex ad petitionem ejus citari hæredes ipſius defuncti propriis nominibus , ubi eſt certum qui ſint hæredes. [A] Aliàs ſufficiat citari appellativis nominibus,& dicantur eſſe certos hæredes,quando ex defuncto ſuperſunt filii , ſeu deſcendentes maſculi , vel fœminæ , ſeu alii , qui obtineant primum gradum ſucceſſionis uſque ad quartum gradum incluſivè , ſecundum dinumerationem Juris Canonici , ſivè ſint agnati , ſivè cognati . Et ſi citati comparuerint , & confeſſi fuerint ſe hæredes , procedatur contra eos ſecundum formam Statutorum de materia loquentium . Si verò comparuerint , & negaverint ſe hæredes, tunc procedatur contra hæredes appellativo nomine , qui citari debeant ad domum , ubi habitabat defunctus , quando deceſſit , ſi deceſ-

Digitized by Google

ceſſit in Civitate Faventiæ, Comitatu, vel Diſtrictu, aliàs citentur ad domum, vel locum, in quo in Civitate Faventiæ, Comitatu, vel Diſtrictu erat ſolitus habitare, vel alia die non feriata compareant coram ipſo Judice per ſe, vel ſufficientem reſponſalem reſponſuri de jure illi, qui fecit eos citari. Et ipſe agere volens contra eos, ſe præſentet in termino citationis coram Judice proceſſurus in cauſa, & ipſorum citatorum contumaciam incuſet, & ſuam præſentationem, & citatorum contumaciam faciat ſcribi in actis per Notarium Tribunalis, & expectet uſque ad diſceſſum Judicis à banco. Et eodem modo fiat ſecunda citatio, & præſentatio Actoris. Et elapſo termino ſecundæ citationis, citentur ipſi hæredes alta, & præconia voce per præconem Communis ad domum habitationis defuncti, ut ſuprà, ſi conſuevit habitare in Civitate Faventiæ; alias, hoc eſt, ſi non habitabat defunctus tempore mortis in Civitate Faventiæ, vel ſi citantur nomine appellativo, citentur ad arrengheriam Communis, quod tertia die ſequenti non feriata compareant coram Judice cauſæ reſponſuri de jure agenti: Et ſi non venerint, & comparuerint, Actor in termino ſe præſentet paratus procedere in cauſa, & eorum contumaciam incuſet, & expectet, ut ſuprà dictum eſt. Quæ citationes pro legitimis habeantur. Et poſſit contra eos procedi, quemadmodum contra alias perſonas ſecundum formas in Statutis præcedentibus denotatas. Salvo quod non ponantur in banno, nec carcerari, aut detineri poſſint, niſi certum ſit Actori de perſonis ipſorum hæredum. Quo caſu ſi certa ſint nomina ipſorum hæredum, tunc citentur propriis nominibus, ut ſuprà, perſonaliter, ſi ipſorum copia de facili haberi poterit, aliàs ſufficiat ipſos citari ad domum eorum habitationis, dum tamen non poſſint in banno poni, niſi citati fuerint nominibus propriis, ut ſuprà, & exceſſerint pupillarem ætatem, quo caſu procedatur contra eos, prout, & ſicut procederetur contra defunctum, ſi viveret ſecundum formam Statutorum Faventiæ. Et quod Actor, ſeù pro eo interveniens in cauſa in omnibus caſibus ſupradictis in quolibet termino citationum prædictarum ſe præſentet, & contumaciam citationum incuſet, ut ſuprà dictum eſt, faciendo etiam proclamari ibi ad Tribunal alta voce per unum ex Nunciis Communis qualiter ipſe fecit citari tales hæredes talis defuncti appellativo nomine. Et quod ſi vult eos defendere, vel bona hæreditatis ipſius defuncti, comparere debeat coram Judice cauſæ antequam contumaciam incurrant, quoniam citati fuerunt, declarando quot vicibus jam citati fuerint, quibus proclamationibus omiſſis proceſſus factus ſit nullus. Et quando Nuncius citaverit ad domum hæredes appellativo nomine teneatur in ejus relatione deſignari domum, ubi eos citaverit, ipſius domus latera, & confines exprimendo.

SUMMARIUM.

1 Legitimatio perſonarum præcedere debet in quocunque judicio, tàm ordinario quàm ſummario, & executivo. Ampl. nu. 2. Decl. n. 4. 5. 6. & 7.

3 Probatio ſuper legitimatione perſonarum debet eſſe plena, & concludens; aliàs ſententia erit nulla.

7 Aditio hæreditatis probanda eſt, quando quis citatus eſt tanquàm hæres, & ille negavit.

8 Citatio ad declarandum an ſit, vel eſſe velit hæres quando fiat.

9 Curator deputatur hæreditati jacenti prævia ſervatione quatuor terminorum ad declarandum, an ſit, vel eſſe velit hæres contra eos, ad quos prima cauſa ſucceſſionis ſpectat.

10 Et ſi ignorentur ij, ad quos ſucceſſio ſpectat, citantur omnes intereſſe habentes, & prætendentes in hæreditate, juxta praxim, de qua ibi.

OBSERVATIO.

A Legitimatio perſonarum in quocunque judicio, tàm ordinario, quàm ſummario, & executivo, ante omnia præcedere de-
1 bet, nè aliàs judicium reddatur eluſorium, & fruſtraneum, ut inquit *Marſil. in l. ſi quis nec quæſtio nu. 11. ff. de quæſtion. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 441. Argel. de acquir. poſſeſſ. qu. 3. art. 10. nu. 533. Adden. ad Ludoviſ. dec. 264. n. 5. Bonden. colluct. 1. n. 91. & colluct. 39. n. 119. Ridolphin. prax. par. 1. cap. 5. n. 24. Thomat. dec. 286. n. 1. & ſeqq.* cum aliis allegatis *per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. meum Severolum in ejus Voto impreſſ. inter recent. dec. 535. n. 1. par. 14.*

Etiamſi vigeat Statutum diſponens, quòd procedatur ſola facti veritate inſpecta, ac om-
2 ni Juris, & Statutorum ſolemnitate, & ſubſtantialitate rejecta, & omiſſa, ut egregiè comprobatur *in d. Voto n. 3.*

Quæ probatio debet eſſe plena, & conclu-
3 dens *Thomat.* alios cumulans *d. dec. 286. num. 4.* juncta *dec. 294. num. 6.* Alioquin ſententia erit nulla, ut firmant *Poſth. de manut. obſervat. 87. nu. 3. Adden. ad Ludoviſ. d. deciſ. 264. ſub nu. 5.* & proſequitur *Thomat. cit. deciſ. 286. nu. 5.*

Declara tamen tunc legitimationem requi-
4 ri quando à parte fuit oppoſita, alioquin proceſſus valet, ea non facta, ut declarat *Adden. ad Ludoviſ. ubi ſuprà n. 6. Ridolphin. loc. cit. n. 25. juncto nu. 33.*

Et quamvis ſecundum opinionem *Saluſt. Tiber. in pract. A. C. lib. 1. cap. 44. nu. 4.* quem cum *Rota Bononien. diverſ. dec. 102. n. 3.* refert *Poſth.*
5 *d. obſervat. 83. n. 5.* requiratur in judiciis ordinariis legitimatio perſonarum, etiamſi non fuerit oppoſita; Attamen illa opinio reprobatur, ut concordantibus cumulatis tradit *Ridol-*
6 *phin. loc. cit. nu. 34. cum ſeq.* ubi *n. 36.* declarat, opinionem *Saluſt.* poſſe procedere, quando non adeſt contradictor, ſecùs è converſo, & priùs

dixe-

dixerat *Adden. ad Ludovlſ. loc. cit. verſ. ab hoc tamen*.

Itaque ſi legitimatio perſonarum non fuerit
oppoſita, proceſſus erit validus, ſi autem de
ea pars proteſtata fuerit, eo caſu, niſi doceatur
de legitimatione, etiam geſta ante oppoſitio-
nem erunt nulla, ut docet *Ridolphin. prax. loc.
cit. num.1.*

Hinc citatis filiis debitoris, vel rei defuncti,
tanquam hæredibus, proceſſus ſuſtinetur, non
7 facta oppoſitione legitimationis perſonatum,
denegata verò qualitate hæreditaria doceri de-
bet de poſitiva aditione hæreditatis, vel de
actibus eam inducentibus, ut docet *Ridolphin.
d. par. 1. eodem cap. 5. num. 2.* Et quatenus non
8 conſtaret de aditione, tunc ſervatis quatuor
terminis contra eoſdem filios, vel alios, ad
quos prima cauſa ſucceſſionis ſpectat, ad de-
clarandum, an ſint, vel eſſe velint hæredes,
aliàs videndum deputari Curatorem hæredita-
9 ti jacenti, ipſis non declarantibus, deputatur
à Judice Curator, contra quem poſteà proce-
ditur in Cauſa, juxtà praxim traditam per *Ri-
dolphin. ubi ſuprà n.4. cum ſeqq.*

Si verò ignotentur ii, ad quos ſucceſſio ſpe-
ctat, tunc citantur omnes, & ſinguli quomo-
10 dolibet intereſſe habentes, vel prætendentes
in hæreditate, & bonis q. N. N.: ſi qui ſint, vel
eſſe velint hæredes ad comparendum legitimè,
& acceptandam, vel repudiandam hæredita-
tem, aliàs videndum per D. deputari Curato-
rem hæreditati jacenti, quæ citatio datur Cur-
ſori, ſeù Nuncio, qui facere debet diligentiam
de reperiendo hæredes domi, in qua D. N. N.
deceſſit, & ultimo loco habitavit, & in locis
vicinis, necnon per Urbem, & in locis publi-
cis, & ſi eos non invenerit, facta de hoc Judici
relatione, cui ſtandum eſt, tanquàm facta ſu-
per re, ad eius officium ſpectante *Gratioſ. Ubert.
de citat. tom.1. cap. 7. n.36. cum ſeq. Rot. coram
Zarate dec.89. n.13. & dec.95. n.2. & 4.* idem
Judex mandare debet fieri eandem diligentiam
per duos Curſores, quibus referentibus hære-
dès non inveniſſe, tunc mandat fieri proceſſum
per affixionem ad valvas, ut proſequitur *Ridol-
phin. ubi ſuprà n.11. cum ſeqq.* & faciunt firma-
ta per *Gratioſ. Ubert. de citat. cap.9. nu.253. ubi
nu.223. cum ſeq.* nonnulla de citatione ſub no-
mine appellativo.

ADDITIO AD RUBR. II. LIB.III.

SUMMARIUM.

1 Curator hæreditati iacenti deputatur.

Curatore hæreditati iacenti Deputato, eo citato proceditur ſivè debitor ſit hæres, ſivè non n.1.

Num.9. Curator hæreditati iacenti Deputatur, &
1 citato eo proceditur ſivè debitor ſit hæres vel
non ut etiam dixit *Rot. in Urbinaten. Pecuniaria 14. Maii 1700. coram R. P. D. Anſaldo §.Sed & qualibet.*

De Citatione Forenſium, & qualiter procedatur contra eos. Et per ipſos contra civem.

RUBRICA TERTIA.

SI quis agere intendit contra aliquem forenſem, (A] citatur ipſe forenſis ad domum [B) ubi ſe receptare conſuevit in Civitate, Comitatu, vel Diſtrictu Faventiæ duabus vicibus, & diverſis diebus, & cedula ibi dimiſſa ipſius citationis, ut in alio Statuto continetur, & ad Eccleſiam Parochialem, in qua ultimatè habitare conſuevit. Si autem non conſuevit habitare in Civitate Faventiæ, Comitatu, vel Diſtrictu, tunc citetur bis ad attengheriam Communis per præconem (C) Communis alta, & præconia voce, diverſis diebus, cum aſſignatione termini trium dierum pro qualibet citatione, & poſteà procedi poſſit contra ipſum forenſem tanquam legitimè citatum, & reum contumacem, ipſo, vel alio pro eo non comparente. Eo autem, vel alio pro eo legitimè comparente, idem modus ſervetur, qui in cive ſervandus eſſet, præſtita tunc ſatiſdatione per ipſum forenſem, de judicio ſiſti, (D) & judicatum ſolvendo, niſi Actor vellet ſecundum formam proximi ſequentis Statuti procedere, quod in ejus electione conſiſtat. Verum ſi aliquis forenſis trahat ad judicium coram aliquo Judice Faventiæ aliquem civem, comitativum, ſeu diſtrictualem, vel habitatorem Civitatis Faventiæ, Comitatus, vel Diſtrictus, teneatur ad petitionem ipſius conventi idoneè ſatiſdare de reſtituendis expenſis, (E) & intereſſe, ſecundùm taxationem fiendam per Judicem cauſæ, ſi contingat ipſum in dicta Cauſa ſuccumbere, & aliàs non audiatur.

SUMMARIUM.

1 Forenſis dicitur, qui de foris venit, ac in loco non habet ore originem, nec domicilium, nec incolatum.

2 Civis forenſis non efficitur ex eo quia faſſus fuerit ſe eſſe forenſem.

3 Statutum diſponens de forenſe, non habet locum in eo, de quo diſputatur an ſit forenſis.

4 Forenſes, & habitatores extra Civitatem, & Territorium non poſſunt in Tribunali Civitatis Faventiæ expedire citationes, ſeque-

ſtra, monitoria, & alia quæcunque, niſi priùs in actis conſtituerint Procuratorem certum, & in Civitate reperibilem, qui mandatum acceptaverit, vel impetrantes elegerint domicilium in Civitate, ubi citari velint n.9.

5 Citatio in hoſpitio facta non valet, etiamſi ibì citatus moretur. Lim. num.6. & num.8. Sublim. num.7.

9 Forenſis habitationem certam non habens in loco judicii, debet ad inſtantiam alterius partis cogi per Judicem ad eligendum domicilium, in quo poſſit citari, vel conſtituendum Procuratorem, aliàs quid facere debeat Judex.

10 Citatio per proclama executa, quando dicatur.

11 Per proclama tàm certi, quàm incerti citari poſſunt in nonnullis caſibus, de quibus remiſſivè.

12 Citatio per proclama non poteſt fieri prima contra certas perſonas. Limita n.13.

14 Reus olim compellebatur ſatiſdare de judicatum ſolvendo. Vide n.15.
Cautio de judicatum ſolvendo quid contineat num.14.

15 Cautio de judicio ſiſti, & quod in judicio permaneret uſque ad terminationem litis, à Reo olim præſtabatur.

16 Cautio de iudicio ſiſti inventa eſt pro aſſecuratione judicii.

17 Cautio de iudicio ſiſti valdè differt à cautione de iudicatum ſolvendo, ut ibi.

18 Fideiuſsor de iudicio ſiſti tenetur ſolùm uſque ad ſententiam, fideiuſsor verò de iudicatum ſolvendo tenetur pro condemnatione futura.

19 Cautio de indicio ſiſti in Urbe importat etiam obligationem de iudicatum ſolvendo.

20 Cautio de iudicio ſiſti non eſt in uſu.
Cautio de ſtando iuri, & iudicatum ſolvendo non eſt in uſu num. 20. lim. num.21.

22 Creditor agere poteſt contra debitorem decoctum pro terminis decurrendis, non ad effectum exigendi, ſed ut caveatur.

23 Fiſcus ex cauſa publicæ utilitatis exigere poteſt à ſuo debitore ante diem.

24 Statuto diſponente, quòd Reus ex quacunque cauſa obligatus teneatur ad petitionem Actoris præſtare cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolvendo antequàm audiatur, non tenetur, quando agitur de debito conditionali.

25 Cautionis de iudicio ſiſti, & indicatum ſolvendo, remiſſivè.

26 Forenſis cavere tenetur de reficiendis expenſis, & intereſse in caſu ſuccumbentiæ, alias non auditur, & acta ſunt nulla. Decl. n.28.

27 Statuta diſponentia, forenſem teneri cavere de reficiendis expenſis, & intereſſe in caſu ſuccumbentiæ, ſunt innovativa diſpoſitionis Juris communis, alioquin contraria conſuetudine abrogatæ.

29 Cautiones de reficiendis expenſis per forenſem in caſu ſuccumbentiæ præſtandæ, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A Forenſis dicitur, qui de foris venit, ac in
loco non habet, nec originem, nec domi-
1 cilium, nec incolatum, ut docent *Dec. conſ.661.
n.5. Menoch. conſ.663. n.3. Peregr. conſ. 34. n.3.
lib.4. & Altograd. conſ. 28. nu.41. vol.2. D. Con-
ciol. ad Statut. Eugub. lib.2. Rubr.14. n.7. cum ſeq.
Andreol. controv.274. ſub n.52.*
Unde Civis non efficitur forenſis ex eo quod
2 ipſe falſus fuerit, ſe eſſe forenſem, ſivè ſcien-
ter ſivè ignoranter hujuſmodi confeſſionem
emiſerit juxta *tex. in l. aſſumptio ff. de municip.
l. origine C. de municip. & orig. lib.10. Altograd.
conſ.28. nu.42. vol.2.*
Notandum eſt, quod Statutum loquens de
forenſe, non habet locum in eo, de quo diſpu-
3 tatur, an ſit forenſis, ut comprobando firma-
vit *Rot. Bononien. Diverſ. dec.34. num.28.*
B Cum citatio exequenda ſit domi ſolitæ habi-
4 tationis, ut firmatum fuit ſuprà *in Annot. ad
Rubr.1. præſentis libri num.47.* proinde ſi fiat in
5 hoſpitio, non cenſetur legitimè facta, etiamſi
ibi citatus moretur, quia ibi habitare non di-
citur, ut firmat *Carpan. ad Stat. Mediolan. to.1.
cap.1. nu.152. Tiraquell. de retract. lignag. §. 9.
gloſ.2. n.31.* cum aliis cumulatis per *Baron. de
citat. quæſt. 12. nu.115. Gratioſ. Vbert. de citat.
cap.11. nu.369.*
Quod limita, quando quis non habet habi-
6 tationem propriam, nàm tunc citari poteſt in
eo hoſpitio, in quo frequentiùs converſari con-
ſuevit juxtà *doctrinam Bart. in l. dies cautioni §.
Prætor ait nu. 10. de damn. infect.* ubi declarat
procedere, quando eſt quæſtio de pecunia, ſe-
7 cùs de re immobili *Tiraquell. ubi ſuprà num.32.*
quem cum aliis ſequitur *Baron. loc. cit. nu.117.*
Prout etiam citari poteſt in hoſpitio, quo-
tieſcunque in eo diutiùs habitare decreviſſet,
8 ut proſequitur *Tiraquell. loc. cit. nu.32. verſ. Se-
cundo etiam, & Baron. nu.118.*
Advertendum eſt, quòd forenſis, qui certam
habitationem non habet in loco judicii, debet
9 ad inſtantiam alterius partis cogi per Judicem
ad eligendum domicilium, in quo poſſit citari,
vel conſtituendum Procuratorem reperibilem,
alioquin Judex poterit conſtituere domicilium,
in quò omnes fiant citationes, vel etiam per
eum citari ad totam Cauſam, & ei intimare,
ut omnibus actibus interſit, ut latè docet *Gra-
tioſ. Vbert. de citat. cap.11. nu.373. cum ſeq.* ubi
ſubdit, quod in Urbe ſi citatus non eligat do-
micilium, nec conſtituat Procuratorem repe-
ribilem, & acceptantem, contra eum decerni-
tur proceſſus per contradictas. Undè *Cardinalis
Gabriellius* de anno 1672. Provinciæ Roman-
diolæ de Latere Legatus prohibuit citationes,
ſequeſtra, monitoria, & alia quæcunque foren-
ſibus, ſivè habitatoribus extrà Civitatem, &
Territorium omninò dari, niſi priùs in actis
conſtituerint Procuratorem certum, & repe-
ribilem, ac in Civitate commorantem, qui
mandatum acceptaverit, vel impetrantes ele-
gerint in Civitate domicilium, ubi citari ve-
lint,

Digitized by Google

liut, ut ſi ad illarum, ſeù illorum moderatio-
nem, ſeù revocationem ſit procedendum, poſ-
ſit pars incontinenti ſcire quis ſit citandus, ci-
ratiouemque unius ex prædictis ſufficere voluit
ad obtinendam revocationem, moderationem,
ſeù aliud quodcunque decretum neceſſarium,
& opportunum, ut ex eius *Conſtitutionibus, ſeù
Decretis infrà in Appendice pag.103. n.2.*

C Per proclama dicitur executa citatio, quam
Nuncius, Præco, vel alia ſimilis perſona pa-
10 làm in loco publico, pluribus exiſtentibus
exprimit, & publicat omnia, quæ continentur,
& leguntur in mandato Judicis de citando, ut
tradit *Gratioſ. Ubert. de citat. cap. 12. n.234.*

Et tàm incerti, quàm certi poſſent citari in
11 nonnullis caſibus, de quibus per *Gratioſ. Ubert.
d. cap. 12. n.235. cum ſeqq.*

Notando tamen, quod prima citatio fieri
non poteſt per proclama contra certas perſo-
12 nas, ut firmat *Gratioſ. Ubert. d. cap.12. n.238.
verſ. Non tamen in principio litis*, ubi *n.239.cum*
13 *ſeq.* limitat primo in perſona terribili, quæ ſo-
let Nuncios citantes male tractare, & ſecundo
contra eos, qui expulerunt Epiſcopum à ſua
Sede, & Civitate, nàm ii poſſunt per eundem
Epiſcopum citari per publicum proclama in
Eccleſiis illius convicinæ Diœceſis, ad quam
acceſſit in diebus feſtivis, quando populus in
Eccleſiis congregatur, & hoc quando non poſ-
ſet illos expulſores perſonalitèr citare propter
non tutum acceſſum.

D Reus olim compellebatur ſatiſdare de judi-
14 catum ſolvendo, *ut in princ. Inſtit. de ſatiſdat.*,
quæ cautio tres clauſulas continebat, nempè
de re iudicata, de re defendenda, & de dolo
malo, ut firmat *tex. in l. judicatum 6. ff. judicat.
ſolvi*, ibique *gloſſ. Natt. conſ.202. nu.7.*

Imperante poſteà *Juſtiniano* contrarium ob-
15 ſervatum fuit, nàm tunc non cogebatur ad ſa-
tiſdationem pro litis æſtimatione, ſivè in actio-
ne reali, ſivè perſonali conveniretur, ſed tan-
tummodò pro ſua perſona ſatiſdare de judicio
ſiſti, & quod in iudicio permaneret uſque ad
terminationem litis, ut legitur *in §. Sed hodiè
Inſtit. de ſatiſdat. Scacc. de judic. lib.1. cap. 101.
num.56.* Quæ ſatiſdatio inventa fuit pro aſſecu-
ratione iudicii, ob timorem fugæ à loco incu-
tati iudicii, nè judicium evaneſcat, & eluſo-
16 rium fiat, ut pluribus relatis firmat *Borell. ſum-
ma dec. tom.3. tit.13. num.18.*, quæ cautio de
17 judicio ſiſti valdè differt à cautione de judica-
tum ſolvendo, cum præ cæteris fidejuſſor de
18 judicio Siſti teneatur ſolum uſque ad ſenten-
tiam, ità ut lata, liberetur *Jaſ. in l. fidejuſſor
§. In fidejuſſorem n.7. & 9. ff. qui ſatiſdare cogant.
Pariſ. conſ. 48. n.24. cum ſeq. vol. 1.*, ubi quod
per fidejuſſionem de iudicio ſiſti excluſa vide-
tur illa de judicatum ſolvendo, quæ non ſup-
pletur per clauſulam *&c.* dùm in contrarium
non concurrat conſuetudo Notarii rogati,
*Adden. ad Gizzarel. dec.82. n.18. & 19. Carpan.
ad Statut. Mediolan. tom.1. cap.45. num.11. cum
ſeqq.* ubi ponit aliàs differentias, quas etiam
reaſſumit *Capyc. Latr. conſultat. 53. nu.34. cum
ſeqq.* fideiuſſor verò de iudicatum ſolvendo te-
netur pro condemnatione futura *ex DD. mox
allegatis*, & præcipuè *ex Carpan. ubi ſuprà n.20.*

Vigore tamen *Statuti Urbis lib.1. cap.97.* fi-
19 deiuſſio de iudicio ſiſti importat etiam obliga-
tionem de iudicatum ſolvendo, per rationem
adductam à *Galganett. ad idem cap. 97.*

Neutra ex prædictis cautionibus regularitèr
20 eſt in uſu, ſaltem in Romana Curia, ut teſta-
tur *Scacc. loc. cit.* ut de cautione pro aſſecura-
tione iudicii reſpondit *Rota coram recol.me. Coc-
cin. dec.104. num.3.* quam ſequuta eſt in *rec. de-
ciſ.326. n.4. par.2. dec.214. n.3. par.4.*

Sed concurrente iuſta cauſa, nè iudicium
reddatur eluſorium, Reus cogendus eſt ad
præſtationem cautionis de ſtando iuri, & iudi-
21 catum ſolvendo, videlicèt ſi poſt contractum
deterioraverit eius conditionem, & effectus ſit
de fuga ſuſpectus, ut reſpondit *Conſilium Nea-
politanum penès Gizzarell. dec.82. num.3.* ibique
Balthaxar de Angelis in Addit. ubi etiam tradit
differentiam inter cautionem de iudicio ſiſti,
& illam de iudicatum ſolvendo; Vel ſi ſit foren-
ſis, nec in loco ubi convenitur, quidquam poſ-
ſideat, ut declarat *Scacc. d. n. 56. in fine Capyc.
Latr. conſultat.73. n.1. Conciol. ad Statut. Eugub.
lib.2. Rubr.14. num.3.*

Sicuti etiam ſtante decoctione debitoris cre-
ditor agere poteſt pro terminis decurrendis,
& ſic antequàm advenerit dies ſolutionis, non
22 ad effectum exigendi, ſed ut ibidem caveatur,
ad hoc, ut adveniente die ſit tutus, & poſſit
conſequi ſuum creditum, ad tradita per *Rebuff.
in l. cedere diem col.4. verſ. ad hæc in omnibus ff. de
verb. ſignif. Roman. conſ.646. Ludovic. concluſ. 8.
lim.3. Gratian. diſcept.953. nu. final.* latè *Salgad.
labyrint. credit. par.1. cap. 8. n.26. cum pluribus
ſeqq.* ubi *à nu.43. uſque in finem* ſubdit remedia
pro cautione creditoris ſub conditione, vel in
diem *Rot. coram Cavaler. dec. 653. n.4. verſ. re-
ſponſum fuit, & n.5. penès Zacch. de oblig. Came-
ral. deciſ.102. num.4. cum ſeqq. coram Merlin. de-
ciſ.387. n.2. juncto n.4. & coram Bichio dec.402.
num. 29. coram Eminentiſſimo Cardinali Cerro de-
ciſ.272. num. 16. cum duobus ſeqq.* ubi quod do-
nec dies advenerit poteſt petere bonorum aſſe-
curationem, ſi adſit timor, quòd creditor po-
ſterior illa occupet, vel dilapidet. Fiſcus verò
ex cauſa publicæ utilitatis poteſt exigere à ſuo
23 debitore ante diem, ut tenet *Prat. obſerv.18.
per tot.*

Notandum eſt, quòd diſponente *Statuto*,
quòd Reus per publicum inſtrumentum ex qua-
cumque cauſa, & quomodocunque obligatus
24 teneatur ad petitionem Actoris præſtare fide-
juſſionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolven-
do antequàm audiatur, non tenetur; quando
agitur de debito conditionali, ut in terminis
*Statuti Lucenſis lib. 1. cap. 121. reſpondit. Rota
Lucenſis ut ex deciſ. penès Andreol. controv. 180.
num.4. cum ſeqq.*

Cœtera de his cautionibus vidè in mea *An-*
25 *not. ad recol.me. Coccin. dec.84. imprimenda.*

E Forenſis agens contra Civem, vel Diſtrictua-

Digitized by Google

lem ex diſpoſitione noſtri Statuti cavere tenetur de reficiendis expenſis, & intereſſe in caſu
26 ſuccumbentiæ, aliàs non auditur, valdè enim iniquum eſſet, quod ſubditus indebitè litibus vexaretur, & poſteà pro conſequenda ſua indemnitate cogeretur peregrinari, & in diverſa regione alienam juriſdictionem adire, ut de Statuto Mantuano reſponderunt *Cyriac. contr. 144. num. 4. cum ſeqq. juncta controv. 464. in princ. Mellius allegat. 110. nu. 36. lib. 3. & Gobb. conſultat. 133. n. 3. cum ſeq.* ubi refert alios DD. loquentes de Statutis vigentibus Mediolani,
72 Bononiæ, Ferrariæ, & Regii, quæ ſunt innovativa, ſeu reſtaurativa diſpoſitionis Juris communis, alioquin contraria conſuetudine abrogatæ, ut advertit *Gobb. ubi ſuprà n. 1. cum ſeq.*

Non præſtita autem tali cautione, omnia acta, præcedenter facta à forenſi, ſunt nulla,
28 quotiès tamen ille fuerit requiſitus, vel reus conventus oppoſuerit ipſum audiri non poſſe, niſi caveat de expenſis, ut reprobata contraria opinione, & ſequendo illam *Caſtr. in l. univerſa n. 6. C. de precib. Imper. offer.* relatis concordantibus tenet *Gobb. ubi ſuprà n. 6. cum duobus ſeqq.* ubi ſubdit hujus opinionis duplicem rationem, nempè quia hæc fidejuſſio licèt à Statuto præſcripta, non eſt de forma ſubſtantiali judicii, ac etiam quia principaliter reſpicit intereſſe partis, in cujus favorem præſtanda eſt, ideoque ipſa non petente remiſſa cenſetur, & judi-
29 cium interim ſubſiſtit, *ac numeris ſeqq.* examinat alia circa hanc cautionem, à forenſi præſtandam.

ADDITIO AD RUBR. III. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 **A**Gi poteſt ante diem quando debitor eſt decoctus, vel poteſt timeri dilapidatio, vel quod bona tranſeant in tertios.

Num. 22. Quando debitor eſt decoctus, vel poteſt
1 timeri, quòd bona dilapidentur, vel tranſeant in tertios, à quibus difficilius poſſint vindicari poteſt agi ante diem ad effectum aſſecurationis *Card. de Luca de credit. diſcurſ. 112. n. 6.*

De modo, & forma procedendi contra ſuſpectos de fuga.

RUBRICA QUARTA.

STATUIMUS, & ordinamus, quòd ſi quis civis, vel habitator in Civitate Faventiæ habuerit aliquem ejus debitorem de fuga ſuſpectum, (A) civem ſimiliter, vel habitatorem Faventiæ, & ipſum capi petat tanquam ſuſpectum de fuga, ſi de debito per inſtrumentum, vel ſcripturam publicam, vel per unum teſtem idoneum, (B) fidem fecerit, ac juraverit talem ejus debitorem in Civitate, vel Diſtrictu Faventiæ immobilia non poſſidere, (C) & ipſum habere de fuga ſuſpectum, & debitum fuerit à libris quinque ſupra, (D) audiatur, & captura concedatur. Si verò aliquis civis, vel habitator Faventiæ voluerit aliquem ejus debitorem forenſem pro ſuſpecto capi facere, facta fide de debito per inſtrumentum, vel unum teſtem, vel alio quovis modo, & de tali ſuſpicione fugæ per juramentum, captura concedatur. Si autem forenſis voluerit aliquem civem, vel habitatorem Faventiæ pro ſuſpecto capi facere, non audiatur, niſi plenè prius probato debito, & ſuſpicione fugæ, abſque tamen partis citatione. Declarantes tamen, quòd filii familias cum patribus habitantes, & immobilia poſſidentibus in Civitate Faventiæ non poſſint jurari ſuſpecti de fuga, nec tanquam fugitivi capi, & carcerari. Porrò ſi forenſis forenſem tanquam ſuſpectum de fuga carcerari petierit diſpoſitionem, & ordinem juris communis ſervari volumus, & mandamus. Qui ſic capti, & Carcerari, & ſuſpecti, ut ſupra, non relaxentur, niſi creditori ſatisfecerint de quantitate debita, & expenſis legitimis, vel ſatiſdederint idoneè de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo. (E)

SUMMARIUM.

1 **M**Andatum ſuſpicionis fugæ inventum fuit, ut occurratur indemnitati creditoris.

2 Mandatum ſuſpicionis fugæ ut relaxari validè valeat, conſtare debet de ſuſpicione fugæ, de credito liquido, & de deterioratione, alioquin non ſuſtinetur, & num. 6. Ampl. nu. 7. Vide nu. 10.

3 Liquidatio non requiritur, quando contra Tutorem, vel alium adminiſtratorem relaxatur mandatum ſuſpicionis fugæ ad factum pro redditione rationis; ſecus ſi pro certa quantitate.

4 Ante diſjunctas rationes Tutor, vel alius adminiſtrator non poteſt dici neque debitor, neque creditor.

5 Liquidatio crediti non requiritur ad validitatem mandati ſuſpicionis fugæ, quando debitor jam arripuit fugam.

8 Juramentum creditoris de Jure communi non ſufficit ad probandam ſuſpicionem fugæ debitoris; ſecùs ex diſpoſitione *Bullæ* PAULI V.

9 Juramentum ſuper ſuſpicione fugæ debitoris præſtari debet, vel ab ipſomet creditore, vel à Procuratore, ad id ſpecialiter deputato, vel ſaltem coſtituto cum mandato munito clauſula *cum libera*.

10 Suſpicio fugæ, & deterioratio debitoris probari poteſt poſt expeditum, & executum mandatum.

11 Exe-

11 Executio vigore mandati ſuſpicionis fugæ revocanda eſt, dum poſt eam non probatur ſuſpicio fugæ, & deterioratio. Limita n. 12. & 13.

14 Deterioratio conditionis debitoris pro validitate ſuſpicionis fugæ debet eſſe inſignis, & notabilis.

15 Poſſidens bona majoris valoris, quàm ſit debitum, non poteſt jurari de fuga ſuſpectus, & contra eum relaxari mandatum.

16 Deterioratio conditionis debitoris probatur, non ſolùm ſi facultatibus labatur, ſed etiam ſi malis moribus, & mala converſatione notetur, vel Meretricibus, vel ludis ſe applicuerit.

17 Creditum probatur ex depoſitione unius teſtis ſtante diſpoſitione Statuti.

Teſtium duorum depoſitio de loco, & tempore requiritur ad probandum creditum num. 17.

18 Poſſidens immobilia non poteſt uti ſuſpectus allegari.

19 Captura ignominioſa eſt, quia infamat.

Creditor criminaliter puniri poteſt, ſi ſuſpectum allegaverit ejus debitorem immobilia poſſidentem nu. 19.

20 Contra debitorem habentem fidejuſſorem non poteſt relaxari mandatum ſuſpicionis fugæ.

21 Niſi quoque fidejuſſor, & correus allegatus fuerit ſuſpectus.

22 Imò non ſufficit jurare ſuſpectum etiam fidejuſſorem, ſi Notarius ſuo riſico cautionem receperit.

23 Mandatum ſuſpicionis fugæ pro parva ſumma non conceditur.

24 Parva ſumma quænam dicitur, Judicis arbitrio relinquitur.

25 Excarceratur debitor carceratus vigore mandati ſuſpicionis fugæ mediante cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo,

26 Carceratus vigore mandati ſuſpicionis fugæ an teneatur cavere de ſe repræſentando tantum, an de ſtando juri, ac etiam de judicatum ſolvendo, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A
1 MAndatum ſuſpicionis fugæ, quòd adinventum principaliter fuit, ut occurratur indemnitati creditoris *Scanarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 8. cap. 1. nu. 6. Rot. penès Zacch. de oblig. Cameral. deciſ.* 118. *nu.* 10. antequam
2 relaxetur conſtare debet de credito *Cacciatup. de debitor. ſuſpect. cap. 6. nu. 15. Adden. ad Rot. in rec. deciſ. 46. nu. 39. tom.* 1. alioquin non poterit ſalvari ab injuſtitia, etiamſi illius probatio superveniat, maximè attenta diſpoſitione infra allegandæ *Reformationis Paulinæ*, cujus verba conditionem important, ut advertit *Scanarol. d. § 8. cap. 3. nu.* 12. ubi quòd etiam ſi ſupervenisset probatio, captus eſſet relaxandus, ut reſpondit *Rot. in Interamnen. ſeu Romana nullitatis mandati* 11. *Novembris* 1652. *impreſſ. penès Scanarol. in Appendic. §. 4. cap. 33. num. 7. cum ſeqq.* Et quidem liquido tam ex diſpoſitione Juris communis *Bald. in l. apertiſſimi 14. n. 11. C. de Judic. & in l. conſentaneum 5. nu. 25. C. quomodo, & quando Judex Scanarol. d. §. 8. cap. 3. nu. 12. Fontanell. deciſ. 234. nu. 12. Theſaur. deciſ. 220. nu. 2. Rot. coram Eminentiſſimo Otthobon. deciſ. 205. nu. 6.* quam *Reformationis Tribunalium Urbis* Pauli V. *in ejus Bulla* 81. *Bullar. vol. 3. ſub tit. de Judicibus in cauſis Civilibus num. 6.* ibi: *Mandata ſuſpicionis fugæ non citato debitore in Urbe non concedantur niſi conſtito in actis ſummariè de credito liquido, ac de ſuſpicione fugæ, ſaltem per juramentum creditoris &c.* ut proſequitur *Rot. coram Eminentiſſimo Otthobon. loc. cit.*

Aliquando tamen ſuſtinetur mandatum, &
3 executio non facta liquidatione, quando agitur de mandato ad factum contra Tutorem, Curatorem, vel alium adminiſtratorem, nàm factum ideſt redditio rationis, ad quam tenetur, eſt liquidum, licèt intereſſe pro facto non executo ſit illiquidum, undè poteſt ſuſpectus allegari *l. 1. §. præterea ſi tutelæ ff. de contr. tut. & util. act. Alex. conſ. 92. lib. 7. Antonell. conſ. 1. nu. 20, cum ſeqq. Scanarol. cit. §. 8. cap. 2. nu. 27. cum ſeq.*

Secùs verò ſi pro certa quantitate relaxaretur mandatum; nàm ante diſpunctas rationes incertum eſt, an adminiſtrator remaneat debi-
4 tor, an potiùs creditor, *Alex. conſ. 192. nu. 2. cum ſeq. lib. 7. Fontanell. d. deciſ. 234. n. 10.* reſpondit *Rot. coram Eminentiſſ. Otthob. loc. cit. num. 5.*

Sicuti etiam quando debitor jam arripuit fugam, quo caſu cum periculum ſit in mora, nec debitum poſſit liquidari ipſo citato, ſtante fu-
5 ga jam arrepta, proindè tunc validè relaxatur mandatum ſuſpicionis fugæ, & ad capturam devenitur, ut reſpondit *Rot. coram recol. me Coccin. deciſ. 1216. nu. 1. cum ſeqq. juncto nu. 10. in fine cum ſeq.* quàm ſequitur *Adden. ad Rot. in rec. deciſ. 46. nu. 95. cum tribus ſeqq. part. 9. tom. 1.*

Ultra creditum requiritur etiam, quòd præcedat probatio deteriorationis poſt contractum, & ſaltem juramentum ſuper ſuſpicione
6 fugæ, *Bart. in l. creditores n. 1. verſ. nàm prius, ff. de privil. credit. Dec. conſ. 75. num. 1. Natt. conſ. 430. nu. 7. in fine cum pluribus ſeqq. Roman. conſ. 320. nu. 3. Andreol. controv. 164. nu. 1. Joſeph. Ludovic. d. deciſ. Peruſ. 41. nu. 1. & 3. Rot. in Fulginaten. Nullitatis obligationis coram Sacrato* penès *Marcheſan. de commiſſion. par. 2. fol. 444. num. 7.* ubi quod procedit etiamſi ageretur de creditore habente facultatem procedendi ma-
7 nu Regia, & ſola facti veritate inſpecta. Quinimò quod de jure non ſufficiat juramentum ad
8 effectum probandi, ſed debeant probari cauſæ ſuſpicionis, tradit *Scanarol. d. lib. 3. §. 8. cap. 3. num. 23. cum tribus ſeqq.* ubi etiam enumerat cauſas ſuſpicionis; Ex diſpoſitione verò *Bullæ* Pauli V. *ſuper reformatione Tribunalium Urbis* 81. *d. tit. de Judicib. in cauſis Civilib. nu. 16.*

ſuffi-

ſufficit juramentum, ibi, *& de ſuſpicione fugæ*
ſaltem per juramentum creditoris, *Scanarol. loc.*
cit. d. cap.3. num.16. verſ. credito cum ſeq. & itá
ſervatur in Curia Romana, juxtá praxim tra-
ditam à *Ridolphin. pract. part.1. cap.14. nu.43.*
cum ſeqq. Quod quidem juramentum præſtan-
dum eſt ab ipſomet creditore, vel à Procura-
9 tore, ad id ſpecialiter conſtituto, tám ex diſ-
poſitione *Juris communis*, quám *d. Bullæ* Pa-
uli V. ut notat *Scanarol. cit. cap.3. nu.3. juncto*
nu.19., & reſpondit *Rot. in rec. deciſ.* 401. *nu.6.*
part.15. Ad quem effectum ſufficit mandatum
generale ad lites, munitum clauſula *cum libe-*
ra, ut reſpondit *Alex. conſ.134. vol.6. Cyriac.*
controv.446. num.19. & proſequitur *Rot. d. de-*
ciſ.401. num.8.

Ceterum veriùs eſt ſuſpicionem fugæ, & de-
teriorationem probari poſſe poſt expeditum,
10 ac executum mandatum, ut tenent *Alex.*
conſ.19. n.1. cum ſeqq. lib.3. Pariſ. conſ.101. n.4.
lib.3. Natt. conſ.29. n.10. Gigaſ. conſ.69. num.5.
Adden. ad Roman. conſ.241. littera A. Caccialup.
de debit. ſuſpect. gloſſ.6. quæſt. ultima num.17. ac
nu.20. Maſcard. de probat. concluſ.823. n.6. lib.3.
Saluſt. Tiber. in prax. A. C. lib.2. cap. 23. nu.1.
& 3. Scanarol. d. §.8. cap.5. n.23. Martha vot.120.
n.2. Thomat. deciſ. Maceraten.85. n.1. Rot. coram
Buratt. dec. 105. n.8. juncta dec. 531. nu.5. cum
ſeq. in rec. dec. 654. nu.4. par.2. & in allegata
Interamnen. ſeu Romana Nullitatis mandati 11.
Decembris 1652. *coram Reverendiſſimo Alberga-*
to, impreſſa penès *Scanarol. in Appendic. §. 4.*
cap. 23. n.14. & 15. & coram Cardinali Celſo de-
ciſ.361. n.11. & itá practicatur.

Non probata autem deterioratione poſt
executum mandatum, & capturam ſequutam,
11 non poterit ſuſtineri, ſed erit revocanda,
cum ſibi imputare debeat, qui cum tali perſo-
na contraxit, quaſi cenſeatur per eum appro-
bata illa pro idonea, nec poſſit conqueri, &
ſibi, rebus in eodem Statu permanentibus, ul-
teriùs præcavere, ut docet *Angel. in l. ſi ab ar-*
bitro §. Qui ex cauſa n.2. ff. qui ſatiſd. cogi. ubi te-
ſtatur ex iſto capite obtinuiſſe deſtrui mille
capturas, *Gratian.* alios cumulans *diſcept.* 875.
n.13. cum ſeqq. Cornazan. dec. Lucenſ. 59. num.5.
cum ſeqq. Amat. dec. Ferrariæ 13. n. 7. Thomat.
dec.110. n.4. Fontanell. dec.232. per tot. Rot. co-
ram Buratt. dec.531. n.5. cum ſeq. & coram Celſo
d. dec.361. n.8. in rec. d. dec.401. n.12. verſ. rur-
ſus cum ſeq. par.15.

Sed non procedit, quotieſcunque creditor
12 alleget ſe tempore contractus ignoraſſe cau-
ſam ſuſpicionis, etſi eam ſciviſſet non contra-
xiſſet, cum paria ſint, de novo emergere, vel
de novo ad notitiam pervenire, ut declarat *Gi-*
gaſ. conſ. 96. nu.11. Quia reſpondetur, & docet
Maſcard. de probat. concluſ. 823. n.10. & nu.11.
ſubdit, hujuſmodi ignorantiam probari jura-
mento creditoris, quem ſequitur *Scanarol. cit.*
§. 8. cap. 2. n.7.

Quinimò etiamſi creditor de tempore con-
tracti debiti ſuſpicionem non ignoraverit,
adhuc poterit debitor uti ſuſpectus fugæ jura-
13 ri, dùm debitum ortum habuit ex delicto, vel
ex quaſi contractu, nàm tunc non eſt in culpa
creditor, cujus conſenſu non fuit contractum,
nec ejus perſonam contrahendo approbavit,
cum præter ejus voluntatem, & conſenſum ille
inciderit in obligationem; ut notat *Maſcard. ubi*
ſuprà n.12. & declarat *Scanarol. dicto cap. 2. n.7*
verſ. Neque cum ſeq.

Adverte, quòd deterioratio, & mutatio
14 conditionis debet eſſe inſignis, & notabilis,
Roland. conſ.65. n.9. lib.3. Cornazan. d. deciſ. 59.
nu.5. ad 11. cum aliis per *Gratian. diſcept. forenſ.*
cap. 875. n.16. quos ſequitur *Adden. ad Buratt.*
deciſ.531. n.8. undè poſſidens bona majoris va-
loris, quam ſit debitum, non poteſt contra
15 eum relaxari mandatum ſuſpicionis fugæ, ut
reſpondit *Rot. in rec. cit. dec.401. n.12. verſ. rur-*
ſus cum ſeq. ubi concordantes.

Dicitur autem quis deteriorare ſuam condi-
tionem, nedùm ſi facultatibus labatur, ſed
16 etiamſi malis moribus, & mala converſatione
notetur, utpotè ſi ludis prohibitis, vel Mere-
tricibus ſe applicaverit cum ſimilibus, ut aliis
relatis probat *Scanarol. allegat. §.8. cap.2. n.33.*
B Diſpoſitio noſtri *Statuti* exorbitat à *jure com-*
muni, ex cujus diſpoſitione non dicitur plenè
17 conſtare de credito ex depoſitione unius teſtis
cum requiratur depoſitio duorum teſtium, &
quidem conteſtium de loco, & tempore, ut in
his terminis reſpondit *Alex. conſ. 241. num. 1.*
vol.6. & Scanarol. cit. §.8. cap.3. n.8.
C Poſſidens immobilia non poteſt uti ſuſpectus
18 allegari, per *tex. in l. ſciendum in princ. ff. qui*
ſatiſd. cog. ubi gloſſ. Bart. & DD. communiter,
Roman. conſ.241. nu.1. verſ. cæterum Fenzon. ad
Stat. Vrbis lib. 1. cap. 98. n.8. cum ſeq. Scanarol.
de viſit. carcerat. lib.3. §.8. cap.2. n.2.

Et cum captura unicuique ignominioſa ſit,
19 quia infamat, contra creditores ſuſpectos al-
legantes eorum debitores, bona immobilia
poſſidentes, tanquàm calumniatores, & per-
juros criminalitèr actione injuriarum ad in-
ſtantiam eorumdem debitorum procedi poteſt,
ut notat *Fenzon. ubi ſuprà*, quem, refert & ſequi-
tur *Scanarol. d. cap.2. n.4.*

Sicuti etiam non poteſt contra debitorem,
habentem fidejuſſorem, relaxari mandatum
20 ſuſpicionis fugæ, *Scanarol. d. §.8. cap.2. n.65.*
cum ſeq. & reſpondit *Rot. coram Otthob. dec.205.*
nu.6. cum ſeq. Niſi quoque fidejuſſor, & correus
21 ſuſpectus allegetur, ut advertit *Scanarol. d. n.65.*
cum ſeqq. Imò non ſufficit jurare ſuſpectum
22 etiam fidejuſſorem, ſi Notarius ſuo riſico cau-
tionem receperit, ut proſequitur ibidem *Sca-*
narol. n.67.
D Mandatum ſuſpicionis fugæ pro parva ſum-
23 ma non conceditur *Caccialup. de debit. ſu-*
ſpect. qu.3. nu.2. verſ. Tertio utrum, & num. 5.
24 *verſ. Per quæ concludo*, ubi ſubdit, Judicis ar-
bitrio relinqui, quæ dicatur parva ſumma, *Sca-*
narol. de viſit. carcerat. d. §.8. cap. 2. n.92. Fon-
tanell. dec.234. n.11.
E Carcerato vigore ſuſpicionis fugæ deſideran-
25 ti excarcerationem conſulitur mediante cau-
tione

Digitized by Google

tione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, juxta praxim traditam per *Ridolphin. prax. par. 1 cap. 14. n. 46.*

Controvertitur tamen, an carceratus teneatur cavere de ſe repræſentando tantùm, an de
26 ſtando juri, ac etiam de judicatum ſolvendo, de quo vidè *Scanarol. d. lib. 3. §. 8. cap. 4. n. 13. cum ſeqq.* & ſuprà *in Annot. ad Rubr. III. nu. 12. hoc eodem lib. III.*

ADDITIO AD RUBRICAM IV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 CArceratio Clerici irrogat infamiam.
2 Eo magis ſi ſequatur de mandato S. Inquiſitionis.
3 Judex Eccleſiaſticus, ſeù Epiſcopus incuttit excomunicationem demandans carcerationem Clerici abſque præcedentibus indiciis ſufficientibus ſaltem ad torturam, niſi ſit ſuſpectus de fuga; vel detineatur Carceratus ad morum correctionem.

Num. 19. Carceratio eo certius irrogat infamiam,
1 ſi ſequatur in perſonam Eccleſiaſticam * cum redundet in contemptum Ordinis Clericalis, & in infamiam Carcerati, ideoque matura conſideratio eſt adhibenda, ut conſiderat *Genuen. prax. Curiæ Archiep. Neapol. cap. 30. n. 2. & 3. ſecundum impreſſ. Romæ 1611. Pellegrin. prax. Vicar. par. 4. ſect. 8. n. 18.* eo magis ſi Carcera-
2 tio ſequatur de mandato Tribunalis S. Inquiſitionis; Adeò ut ſi Judex Eccleſiaſticus abſque præcedentibus legitimis Iudiciis ſaltem ſuffi-
3 cientibus ad torturam Carcerationem Clerici * demandaſſet excomunicationem incurreret, niſi adeſſet timor fugæ, vel detineatur Carceratus ad morum correctionem, ut docent *Jo. Andr. in Cap. ſi Clericos verbo remiſſos de ſent. excom. in 6. Corn. Conſ. 325. n. 2. antè finem vol. 4. Clar. §. Final. qu. 28. nu 5. & ibi Bajard. num. 6. Farinac. qu. 2. n. 2. verſ. & in Clerico juncta qu. 27. n. 74. Scacc. de Judic. lib. 1. Cap. 42. n. 6. verſ. quæ concluſio Guazzin. de deffenſ. Reorum deffenſ. 4. Cap. 1. n. 6. verſ. quod maximè procedit, & deffenſ. 5. Cap. 2. n. 5. Genuen. ubi ſuprà n. 3. Pellegrin. par. 1. ſect. 2. ſubſect. 1. n. 27. & d. ſect. 8. n. 17. n. 1. & ſeqq.*

Quomodo cognoſcantur, & terminentur cauſæ lib. decem, & abinde infra.

RUBRICA QUINTA.

STatuimus, & ordinamus, quod cauſæ non excedentes ſummam lib. decem in futurum ventilandæ coram quocunque Judice Civitatis Faventiæ juriſdictionem habente, cognoſcantur, & terminentur ſummariè, (A) & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſine libelli oblatione, litis conteſtatione; & omnibus juris ſolemnitatibus omiſſis, præcedente tamen tali quali facti narratione, & ſufficiat ad probationem intentionis Actoris ſuper dicta quantitate dictum unius idonei teſtis (C) cum juramento Actoris in defectum plenè probationis. In cauſis verò quadraginta ſolidorum, & ab inde infrà cognoſcantur, & terminentur ſecundùm formam prædictam, & etiam tales cauſæ poſſint decidi per Judicem, per juſiurandum, deferendum (C) per Actorem Reo, ſeu referendum per Reum Actori, & teneatur cui delatum fuerit jurare, vel referre omni exceptione poſtpoſita, & ſecundùm quod juratum fuerit, Iudex teneatur dictam cauſam terminare.

SUMMARIUM.

1 IN cauſis exiguis ſummariè procedendum eſt, & leves probationes ſufficere debent, alloquin Actor non obſtante victoria cauſæ majus damnum ſentiret, quàm lucrum conſequeretur.
2 In cauſis non excedentibus valorem ſcutorum octo paulorum, Judex denegata copia procedere debet ſummariè, ſola facti veritate inſpecta prævia ſola exhibitione petitionis, & jurium.

Summa modica dicitur, quæ non excedit ſcuta vigintiquinque n. 3.
3 Clauſula *ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii*, non tollit probationem, ſed ſolùm ſolemnia.
4 Executivè proceditur vigore clauſulæ *ſummariè, de plano, ſinè ſtrepitu, & figura judicii*.
5 Teſtis unicus ſufficit in cauſis pecuniariis exiguis.

Statutum diſponens, quòd quælibet probatio ſufficiat, intelligendum eſt de ſolemni, & legitima probatione n. 5.
6 Teſti unico non creditur, quando agitur de gravi præjudicio, non obſtante quavis humana

mana conſtitutione.
7 Princeps quando ſtatuere poſſit, quod dicto unius teſtis, vel teſtibus ſingularibus credatur.
8 Juramenti litis deciſivi materia, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A IN Cauſis exiguis merito à noſtro *Statuto* ſummaria cognitio præſcripta fuit, nam ſi
1 ordo judiciarius obſervaretur, ratione probationum, & expenſarum majus damnum ſentiret, quàm lucrum conſequeretur Actor, etiamſi victoriam reportaret, ad *text. in Auth. de mandat. Princip. col. 3. §. Sit ibi quoque*, notat *Bart. in l. Imperium nu. 25. verſ. Sexta ff. de juriſdict. omn. Iudic. Chriſtian. ad leg. municipal. Mechlinien. tit. 1. art. 15. nu. 1. cum ſeq. Mierez ſuper Conſtit. Cathaloniæ collat. 6. cap. 13. num. 1. cum ſeqq.* ubi de ſimili *conſtitutione* diſponente, quod cauſæ minores quinquaginta ſolidis terminentur ſine figura judicii, & ſinè ſcriptis, ac appellatione remota; Hinc *Eminentiſſimus Gabriellius Provinciæ Romandiolæ à Latere Legatus* in viſitatione facta de anno 1672. mandavit, quod in cauſis non excedentibus valorem ſcu-
2 torum octo paulorum Iudex, denegata copia, procedat ſummariè, ſola facti veritate inſpecta, & ſola exhibitio petitionum, & jurium in actis cum effectu facta ſufficiat, cum termino ad inſpiciendum apud acta ad primam diem, ut in ejus *Conſtitutionibus in Appendice pag. 110. n. 1.* & de ſimilibus Statutis, & conſuetudinibus, relatis concordantibus docet *D. meus Advocatus Peregrignus Maſerius de Avenionen. Æmil. & Legat. à Latere lib. 1. cap. 40. n. 1. cum ſeqq. poſt hæc in prima impreſſ.* ubi *nu. 8.* firmat, quod modica ſumma appellatur, quæ vigintiquinque ſcuta non excedit.

Et ſi præſcripta non eſſet qualitas probationis, non ſuffragaretur clauſula *ſummariè de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii*, per quam non
3 tollitur probatio, quæ alioquin de jure requiritur, cum per eam ſint ſublata ſolemnia, non autem ſubſtantialia judicii, juxtà veriorem opinionem, quam tenet *Bart. in extravag. ad reprimendum in verbo videbitur nu. 12. ver. quid ſi dicatur, & in verbo, & figura Martha de clauſul. par. 1. clauſ. 180. nu. 1. juncto nu. 19. verſ. Sed contrarium Marcheſan. de commiſſion. par. 2. tit. de commiſſion. aperit. §. Unic. ſub n. 73. cum ſeq. in fine Rot. coram Seraphin. dec. 277. n. 7.* Benè quidem vigore illius clauſulæ proceditur executi-
4 vè, *Rot. coram Bich. dec. 197. n. 3. coram Zarate dec. 82. n. 38. in rec. dec. 335. n. 4. par. 19. & deciſ. 265. nu. 3. par. 19.*

Paſſim per *leges*, & *Statuta* cavetur, ut in cauſis pecuniariis exiguis unius teſtimonio
5 credatur, ut tradit *Ybannez de Faria in addit. ad Covar. var. reſol. lib. 2. cap. 13. ſub num. 3.* Verùm ſi Statutum diſponat, quod quælibet probatio ſufficiat, intelligendum eſt de ſolemni, & legitima probatione ad *tex. in l. 1.* ibique *gloſſ. in verbo quibuſcunque C. de fide inſtrum.* ubi notat *Bald. num. 7.* quem ſequitur *Oinotim. ſuper Inſtit. §. In perſonam num. 39. de action.* & quando agitur de gravi præiudicio alterius,
6 ut de pœna corporali infligenda, nulla humana conſtitutione, etiam Imperiali, effici poteſt, ut unius teſtimonium ſufficiat, cum ſic contra Ius Divinum, juxta vulgatum illud *in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum*, regiſtratum in *Epiſtola 2. ad Corinth.* ut tenet *Felin. in cap. conſtitutus n. 16. de reſcript. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 243. & Ybannez ubi ſuprà.* Vidè tamen *Farinac. de teſtib.*
7 *qu. 63. Leotard. de uſur. quæſt. 93. nu. 30. Counciol. reſolut. criminal. in verbo Princeps reſolut. 2. & ad Statut. Eugub. lib. 4. rubr. 20. nu. 4. cum ſeq. Hurtad. reſolut. moral. tract. 4. cap. 8. Capyc. Latr. dec. 132. num. 7. lib. 1.* qui examinant quando Princeps ſtatuere poſſit, quod dicto unius teſtis, vel teſtibus ſingularibus credatur.

C De iuramento litis deciſivo cum plenè actum
8 fuerit per *Ridolphin. prax. par. 1. cap. 10. nu. 10. cum ſeqq. juncto nu. 121. cum pluribus ſeqq. Balthaxar. Tomaſ. tom. 2. de Tut. & Curat. tit. 19. n. 2820. cum ſeqq. Counciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rub. 12.* ideò ad eos me remitto.

ADDIT. AD RUBR. V. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 IN cauſis modici valoris proceditur executivè, & abſque appellatione.

Num. 1. In Cauſis modici valoris ad ſenſum *Conſtitutionis Magalottæ* proceditur executivè, nec
1 appellatio admittitur & quandoque ſola veritate inſpecta ſine ſcriptis ut etiam firmat *R. P. D. Maſſer de legat. & Nunc. lib. 1. Cap. 74. nu. 19. verſ. Profecto.*

Quo-

Qualiter procedatur contra obligatos ex publica ſcriptura

RUBRICA SEXTA.

Statuimus, & ordinamus, quod ſi quæ perſona, Collegium, vel Univerſitas habeat, vel habebit in futurum aliquam, vel aliquas perſonas obligatas ex publica ſcriptura, (A) ſive ex teſtamento, vel ex alia ultima voluntate, de qua obligatione, ſeu ultima voluntate, appareat publica ſcriptura,& contenta in ipſa obligatione,ſeu voluntate per ſe, vel alium petat coram aliquo Juſdicente in Civitate Faventiæ, vel Diſtrictu, tunc Judex ille, qui ſuper hoc fuerit aditus, ad petitionem Actoris ipſam cauſam audire, cognoſcere, & terminare teneatur ſimpliciter, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & teneatur Judex facere detineri (B) perſonaliter Reum uſque ad integram ſatisfactionem contentorum in ipſa publica ſcriptura, & ſeù ultima voluntate, ſi hoc Actor petat, ac etiam expenſarum. Et prædicta vendicent ſibi locum Reo exiſtente contumace, vel comparente, & ſine aliqua ex infraſcriptis exceptionibus negante, vel confitente contenta in dicta tali publica ſcriptura. Si autem ipſe Reus, vel Rei comparuerit per ſe, vel legitimum Procuratorem, & aliquam ex infraſcriptis exceptionibus oppoſuerit, vel de falſo ſoluto, tranſactione, liberatione, & pacto de non petendo, vel ad certum tempus petendo, præſcriptione, quæ ex ipſius Inſtrumenti,ſeù teſtamenti, vel ultimæ voluntatis ſerie appareat,re judicata,vel uſurarum, tunc ipſo Reo præſtante idoneam fidejuſſionem de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo,quantumcumque fuerit immobilium poſſeſſor, in ipſa exceptione, vel exceptionibus audiatur per Judicem, quam, vel quas ipſe Reus probare teneatur infra terminum decem dierum utilium, & peremptoriè per Judicem ſtatuendum. Qui Judex præſtita ſatiſdatione ſupraſcripta non poſſit ipſum Reum, vel Reos facere perſonaliter capi durante dicto termino, etſi jam tunc eſſet captus, vel eſſent capti, teneatur ipſum, & ipſos eo termino durante facere relaxari. Et ſi infra dictum terminum ipſe Reus, vel ejus Procurator dictas exceptiones, vel alteram earum legitimè probaverit, tunc ipſe Reus, vel ejus Procurator abſolvatur, & Actor condemnetur eidem in expenſis. Si autem ipſe Reus in ipſis probationibus defecerit, tunc ſtatim finito termino ſupradicto, ipſe Reus perſonalitèr capiatur ad petitionem Actoris; & de ipſis carceribus non relaxetur ſine integra ſatiſfactione ipſius Actoris, tam in petitis per eum, quàm expenſis. Et hoc ſi copia ipſius Rei haberi poterit, aliàs ipſa pronunciatio ferenda per Judicem, qui ſuper hoc aditus fuerit, poſt dictos decem dies mittatur executioni contra fidejuſſorem, vel fidejuſſores ſupraſcriptos, realiter, & perſonaliter ad voluntatem Actoris, etiam ſine aliqua citatione partis, vel alia judiciali ſolemnitate. Et intelligatur non poſſe haberi copia Rei ad hoc ut dicta executio contra fidejuſſorem prædictum fieri poſſit, ſi hoc Nuncius retulerit, & Actor hoc juraverit. Poſſit tamen ipſe Reus, ſi hoc Actor elegerit in caſu, quo ipſe Reus fuerit legitimè citatus, & contumax poni in banno pro debito petito,& expenſis; quod bannum ipſe Reus incurriſſe intelligatur, ſi infra quartam diem, per Judicem ipſi Reo aſſignandam, in pronunciatione ſuper prima contumacia ipſius Rei, coram Judice in judicio non comparuerit, & non ſatiſfecerit Actori de omnibus ſuis expenſis factis per ipſum Actorem in ipſa cauſa, vel ob eam cauſam. Qua comparitione facta, & ſatiſfactione expenſarum, vel depoſito facto per ipſum Reum de ipſis expenſis penès Notarium cauſæ in caſu contumaciæ Actoris, ipſe Reus in ſupraſcriptis exceptionibus, vel alia earum, audiatur in fra dictos decem dies, præſtita tamen ante per ipſum ſatiſdatione, de qua ſupra fit mentio, ſi per Actorem fuerit petita. Si verò poſt incurſum bannum ipſe Reus, vel Rei comparuerint perſonaliter, & non per Procuratorem, qui hoc caſu non admittatur, negans ſe teneri actori, & allegans aliquam, vel aliquas ex ſupraſcriptis exceptionibus, tunc incontinenti ipſe Reus perſonaliter detineatur ad petitionem Actoris, & ipſi Actori demùm ſatiſfacto de omnibus ſuis expenſis, tunc ipſe Reus infra dictum terminum decem dierum ſibi ſtatuendum ſuper dictis exceptionibus audiatur, quam ſi probaverit, abſolvatur, alias detentus remaneat uſque ad integram ſatiſfactionem Actoris. Et in caſu, quo ipſe Reus ab aliquo gravamine appellaret, nihilominùs ſemper ſtet detentus, donec appellationis cauſa agitata fuerit, nec unquàm de ipſis Carceribus relaxetur ſine ſatiſfactione ſupraſcripta, & ſine refectione expenſarum, in caſu, quo ipſe Reus fuerit contumax. Liceat tamen Creditori in omnibus caſibus ſupraſcriptis uti etiam via tenutæ ſimul cum ſupraſcriptis viis, ſi hoc ipſe Actor poſtulaverit. In qua tenuta procedatur via ordinaria, cum in cæteris ſupraſcriptis caſibus procedatur ſine ſtrepitu, & figura judicii. Et omnia ſupraſcripta habeant locum etiam in fidejuſſoribus contractus, & tàm in Inſtrumentis, quàm etiam in Teſtamentis, ſeu ultimis voluntatibus, etiam non liquidis, quæ tamen liquidentur infra decem dies, de quibus ſupra fit mentio. Cæterum quia de exceptione uſurarum ſupra fit mentio. Statuimus, & volumus, quod ad talem exceptionem uſurarum probandam, ſufficiat, ſi ipſe Creditor probetur de uſuris publicè diffamatus, per tres, aut quatuor teſtes fide dignos, (D) qui teſtes non ſint tempore depoſitionis, & juramenti eorum in aliquo ipſi Creditori obligati. Et

vera ſors dicti debiti intelligatur ſecundum, quod conſuevit dictus uſurarius in aliis contractibus mutuare. Quod etiam probetur per publicam famam per teſtes ſuperiùs deputatos. Et circa prædicta intelligatur conſuetudo talis creditoris circa veram ſortem trinus actus ipſius creditoris per ipſum adhibitus in incremento ſortis per ipſum mutuatæ in aliis ſuis contractibus, & Inſtrumentis, quod etiam ſimiliter probetur per teſtes, qui non fuerint ſuperius exceptuati.

SUMMARIUM.

1 SCripturæ ſunt in tripliei differentia, nempè publicæ ſolemnes, & privatæ.

2 Scripturæ publicæ ſunt, quæ fiunt manu publica.

Scriptutæ ſolemnes ſunt, quæ trino teſte ſunt munitæ num.2.

3 Scripturæ privatæ tres ſunt ſpecies.

4 Scripturæ aliæ ſunt publicæ, aliæ authenticæ, aliæ privatæ.

5 Scripturæ aliæ ſunt publicæ, ſeu authenticæ, & aliæ privatæ.

6 Scriptura publica dicitur non ſolum ea, quæ manu Notarii publici, vel per Judicem cum teſtium præſentia confecta eſt, & in publicam formam redacta, ſed etiam ſex aliis modis, de quibus remiſſivè.

7 Obligatio penès acta venit appellatione publicæ ſcripturæ,

8 Depoſitiones teſtium in actis redactæ veniunt appellatione authenticæ ſcripturæ.

Statutum tribuens executionem paratam credito, de quo apparet inſtrumentum, habet locum, quando creditum conſtat ex teſtibus examinatis, & in actis publicis productis n.8.

Acta publica vim inſtrumenti habent nu.8.

9 Via executiva an competat vigore depoſitionum teſtium, ex quibus probetur ſtipulatio inſtrumenti, ſeu promiſſio, vel contractus initus cum obligatione Camerali, remiſſivè.

10 Titulus juriſpatronatus, qui probari debet mediante authentico documento, non poteſt probari per teſtes.

11 *Menoch. conſ.341. nu.28. cum ſeq.* reprobatur.

12 Statutum diſponens, quòd producto inſtrumento, ſeu ſcriptura publica non cancellata, nec vitioſa, debitor carceretur, habet locum etiam contra illius hæredem.

13 Non tamen ſervatur extrà locum ſtatuti.

14 Diſpoſitiones ſtatutorum non egrediuntur territorium Statuentium.

15 *Statutum Bononiæ* concedens executionem paratam inſtrumentis publicis, non habet locum extra ditionem Bononiæ.

16 A. C. habet facultatem procedendi executivè in omnibus cauſis, in quibus executivè proceditur in aliis Tribunalibus Urbis: non autem exteris.

17 Fidejuſſor de judicio ſiſti, judicatum ſolvendo tenetur nulla præcedente excuſſione principalis debitoris.

Limita, quando ſtatutum mandat fieri prius diligentias pro executione perſonali contra debitorem num.17.

18 Excuſſio debitoris principalis legitimè facta dicitur, quando facta per duos Executores deputatos relatione non inveniſſe bona, Judex citatis omnibus intereſſe habentibus pronunciavit diſcuſſionem legitimè factam eſſe. Ampl. num.22.

19 Ad hunc effectum ſufficit deputatio unius Executoris, maximè in Tribunali A. C.

20 Declaratio expreſſa Judicis excuſſionem fuiſſe legitimè factam non requiritur, ſed ſufficit tacita mandando procedi ad ulteriora, vel relaxando mandatum contra fidejuſſorem. Vide ibi.

22 Reſtitutio in integrum conceditur revocando ſententiam, abſque eo quod interloquatur ſuper reſtitutione in integrum.

23 *Merlin. de pign. lib.3. quæſt.73. n.22. probatur.*

24 Aſſecuratio dotis fit, ut Uxor cum familia ex fructibus illius alii valeat.

25 A ſententia, ſeu decreto pronunciante excuſſionem debitoris legitimè factam fuiſſe, datur appellatio.

26 Uſura probari debet tam in civilibus, quàm in criminalibus, perfectis, & concludentibus probationibus.

27 Uſurarius probatur ex tribus, aut quatuor teſtibus fide dignis, deponentibus de ejus publica diffamatione, quando talitèr diſponitur à ſtatuto. Vide ibi.

28 Uſurarius manifeſtus teſtari non poteſt, quotiès non reſtituit uſuras, nec præſtit idoneam cautionem de illis reſtituendis. Vide num.29.

29 Uſurarius manifeſtus ut quis dicatur, requiritur factum ipſum uſurarium, & qualitas facti.

30 Spolium ob illicitam negociationem non habet locum contra Cives, Incolas, & Curiales Urbis Clericos, & in Ordinibus Sacris etiam Presbyteratus conſtitutos, quoad loca Montium, & alia bona, tam in Urbe, quàm intrà ſpacium decem milliariorum.

31 Negotiatio Clericis prohibita quare ſit.

32 Clericus negotiator tanquam peſtis eſt fugiendus.

33 Negotiatio Clericis in minoribus conſtitutis, & non beneficiatis, non eſt prohibita. Contrarium n.35. Declara nu.36. & 41.

Clericus renunciare poteſt facto, ſed non verbis Clericatui num.34.

Clericus renunciare non poteſt privilegio Fori Eccleſiaſtici in præjudicium Epiſcopi, qui non obſtante renunciatione tacita, vel etiam expreſſa poteſt eum repetere à Curia ſæculari num.34. Limita, ut ibi.

34 Clericus in minoribus conſtitutus poteſt impunè vivere ſæculariter, & tacitè renunciare in totum Ordini Clericali.

Clerici exercentes artem Agriculturæ in propropriis bonis, & caſalibus ſitis in Territorio, & Diſtrictu Urbis, necnon in Latii,

Cam-

Campaneæ, & Maritimæ Provinciis, non ſubjacent ſpolio ſub prætextu illicitæ negotiationis num. 37.

37 Bona Clericorum etiam in minoribus conſtitutorum ex illicita negotiatione acquiſitorum ſubjacent Spolio favore Rev. Cameræ ex diſpoſit. *Bullæ* Pii IV. *la* 19. Limita in Curialibus, Incolis Urbis, & Civibus Romanis, ut ibi.

38 Clerici contrahere non poſſunt cambium activum, tanquam continens negotiationem, & mercaturam num. 44. Vide ibi. Contrarium num. 65. Limit. num. 39.

40. Contractus cambii; vel alterius negotiationis initus cum Clerico, non eſt nullus, ſed ſolùm Clericus contrahens punitur.

42 Mercatura Clericis prohibita eſt illa, qua aliquid emitur, ut cariùs vendatur, non immutata ſpecie, nulloque adhibito artificio, ob quod ſpecies immutetur, ſive ubi non immutata ſpecie alia non adſit cauſa emendi, & revendendi, niſi illa lucri; ſecus ubi aliqua juſta cauſa impellat ad faciendam meliorem ejus conditionem, juxtà exempla ibi relata. Vide num. 43.

45 Cambium eſt cambiatio unius ſpeciei monetæ cum altera; ſive ejuſdem ſpeciei inter diverſa, individua in diverſis locis exiſtentia.

46 Cambium fit de una ſpecie monetæ cum alia, tam in eodem loco inter præſentes, quàm inter abſentes, & iſtud eſt licitum etiam Clericis, ſive alio cuicumque Eccleſiaſtico.

47 Cambium ſiccum dicitur, quando non intercedit vera, & realis tranſmiſſio litterarum; ſecus è converſo, nam iſto caſu dicitur verum, & reale.

48 Recambla licita ſunt ſicut Cambla.

49 Cambia platealia valida ſunt, & ſuſtinentur.

50 Lucrum proveniens ex cambio reali potiùs dicitur ſors, quam fructus, acceſſio, ſeu intereſſe.

51 Cambium non valet, quando is, qui pecuniam cambio accipit, eam in nundinis, vel plateis non eſt cambiaturus, ſed in ſolutionem æris alieni vel alium uſum converſurus. Contrarium numer. 52.

53 Prælati, & Adminiſtratores Eccleſiarum, & locorum piorum, ad inſtar Tutorum de culpa, & mala adminiſtratione redargui merentur, ſi pecunias otioſas retinent.

54 Cenſus illicitam redolet negotiationem, Contrarium num. 56,

Contractus cenſus eſt ignotus, tam de jure Civili, quàm Canonico nu. 54.

55 *Martinus V.* in *Concilio Conſtantienſi*, viventibus adhuc tribus Pontificibus creatus fuit Pontifex.

57 Contractus cambii introductus eſt circa initia ſæculi decimiſexti.

58 Illicitam negotiationem continet potiùs, cenſus quàm cambium.

59 Loca Montium continent negotiationem illicitam.

60 Cambium contractum juxtà diſpoſitionem *Bullæ B.* Pii V. nullam continet negotiationem Clerericis prohibitam. Decl. n. 61. 63 & 64. Ampl. num. 65.

62 Liber nuncupatus *ſquarciafoglio di Fiera* tanquam authenticus probat realitatem cambii.

66 Juſpatronatus mixtum, laicorum ſcilicet, & Eccleſiaſticorum, non ſubjacet reſervationi, ſeu affectioni, licèt ſit minor numerus Eccleſiaſticorum Patronorum.

67 Conſors non privilegiatus participat de privilegiis, & favoribus conſortis privilegiati in rebus communibus. Decl. nu. 68.

69 Pœna non incurritur ſinè delicto.

70 Lucra per Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas ex illicita negotiatione percepta applicantur Cameræ Apoſtolicæ.

71 Acta Cameræ Apoſtolicæ præjudicialia invalida ſunt, non citato Commiſſario Cameræ.

OBSERVATIO.

A SCripturæ ſunt in triplici differentia; aliæ
1 enim ſunt publicæ, aliæ ſolemnes, & aliæ
2 privatæ; Nam publicæ ſunt illæ, quæ fiunt manu publica; ſolemnes, quæ trino teſte ſunt munitæ, & privatæ, quarum tres ſunt ſpecies; ſe-
3 cundùm *Stracc. in ejus tract. quomod. in Cauſ. Mercat. procedend. ſit de probat. nu. 5. cum ſeqq.*

Secundùm verò *Canoniſtas in cap. 1. & 2. de fid. inſtrum.* ſcripturæ ſunt triplicis ſpeciei,
4 nempe publicæ, authenticæ, & privatæ, ex *DD.* allegatis per *Scacc. de judic. lib. 2. cap. 11. num. 1169. cum ſeqq.*

Veriùs tamen eſt, ſcripturas eſſe in duplici differentia, videlicet, quædam ſunt publicæ,
5 ſeu authenticæ, & quædam privatæ, ut docet *Specul. in §. Nunc dicendum in princ. de inſtrum. edit. Papien. in pract. in forma productionis inſtrumentorum in gloſſ. exhibens num. 12.* quòs refert, & ſequitur *Scacc. ubi ſupra num. 1168. juncto nu. 1171.* ubi cum eodem *Papien.* ſubdit, ſeptem modis verificari poſſe inſtrumentum publicum, ubi etiam exemplificat.

Advertendo, nedùm eam dici ſcripturam
6 publicam, quæ manu publici Notarii, vel per Judicem cum teſtium præſentia confecta eſt, & in publicam formam redacta, juxtà *gloſſ. in cap. 1. in princ. de fid. inſtrum. Papien. ubi ſuprà Scacc. d. nu. 1171. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 72. nu. 22. cum ſeqq. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 872.* Verùm etiam verificari ſcripturam publicam ſex aliis modis, de quibus *Papien. & Scacc. in locis mox allegatis*, ibique etiam firmatur, appellatione publicæ
7 ſcripturæ venire obligationem penès acta, quòd etiam tradit *Gait. ubi ſuprà ante nu. 874.* & alios modos refert *Gait. de credit. cap. 3. tit. 3. nu. 1. cum ſeqq.*

Paritèr etiam appellatione authenticæ ſcripturæ veniunt depoſitiones teſtium in actis re-
8 dactæ, ut in terminis ſtatuti tribuentis executionem paratam credito, de quo appareat inſtrumentum, quòd cenſeatur etiam tribuere illi, de quo conſtat ex teſtibus examinatis, &

in actis publicis productis, cum acta publica
vim inſtrumenti habeant, ſecundùm origina-
lem doctrinam *Angel. in l.ultima ſub num.4. C.
de edict. Div. Adr. tollen.* & relatis aliis reſpon-
dit *Menoch. conſ.336. nu.23. cum ſeq.* quatum
depoſitionum teſtium vigore an competat via
9 executiva, ſi vigore eorum probetur ſtipulatio
inſtrumenti, ſeu promiſſio, vel contractus cum
obligatione Camerali examinant *Suarez. in l.
poſt rem judicatam limit.3. ff. re judic. Galleſ. de
oblig. Cameral. quæſt.27. nu.4. cum ſeqq.* ibique
*Zacch. nu.7. paritèr cum ſeqq. Scacc. de appellat.
quæſt.17. limit.9. nu.63. cum ſeq. Fontanell. de
pact. nuptial. tom.2. clauſ.6. gloſſ.3. part.7. ſub
num.63. Gait. de credit. cap.3. tit.1. num.1029.
cum ſeqq. Angel. de acquir. poſſeſſ. quæſt.6. art.2.
nu.32. Chriſtophor. Mart. Medic. examinat.6. n.5.
cum ſeqq. & deciſ.13. num.6. cum ſeqq.* qui lo-
quitur de probatione teſtamenti per teſtes.

Verùm in terminis *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25.
cap.9. de reformat.* diſponentis, titulum Iuriſpa-
10 tronatus ex authentico documento oſtendi de-
bere, quod remaneat excluſa probatio per te-
ſtes, tenent *Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloſſ. 18.
nu.79. cum ſeq. Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap.52.
nu.2. Adden. ad Ludoviſ. dec.222. nu.11. Adden.
ad Buratt. dec. 832. nu. 10. verſ. Contrarium, &
dec.911.* ubi refert reſolutionem *Sac. Congrega-
tionis Concilii in Panormitana, Barboſ. in Concil.
cit. cap. 9. nu. 64.* reſpondit *Rot. coram Mantic.
dec. 89. nu. 2.*

Non obſtante *Menoch. conſ. 241. nu. 28. cum
11 ſeq.* cum reprobetur ab *Adden. ad Ludoviſ. loc.
cit.* Necnon eodem *Menoch. d. conſ. 336. nu.23.
cum ſeq.* cum loquatur de Iurepatronatus antè
Concil. Trid. Ac demùm aliis allegatis à *Barboſ.
de offic. & poteſt. Epiſcop. par.3. allegat.72. n.26.*
cum in contrarium vigeat opinio magis com-
munis, comprobata ex ibi citatis *num.21. cum
quatuor ſeqq.* & concurrant reſolutiones *Rotæ,
& Sac. Congregationis Concilii*, quæ prævalere
debent, ex vulgaris.

B Diſpoſitio Statuti mandantis, quod produ-
cto inſtrumento, ſeù ſcriptura publica non
12 cancellata, nec vitiata debitor carceretur,
procedit etiam contra illius hæredem, ex do-
ctrina *Bart. in l. poſtulante nu.1. ff. ad S.C. Trebel-
lian.*, quem ſequitur *Alex. in l. ſi deceſſerit nu.4.
ff. qui ſatiſd. cog. Annot. ad Magon. dec. Lucenſ.75.
ſub litera B.*

Notandum, quòd diſpoſitio talis Statuti non
13 ſervatur extrà illius locum, ut docet *Jaſ. in
l. cum quædam nu.21. ff. de juriſdict. omn. Judic.*,
& in terminis ſimilis *Statuti Anconæ* reſpondit
*Rot. coram Penia dec.1047. n.5. cum duobus ſeqq.
ſecundum impreſſ. Lugdunen.* nàm Statutorum
diſpoſitiones non egrediuntur territorium
14 Statuentium, ut in ſpecie de Statuto tribuen-
te paratam executionem inſtrumentis firmat
Cancer. var. reſolut. par.2. cap.3. num.19. & 20.
& de ſimili *Statuto Bononiæ* paritèr concedente
executionem paratam inſtrumentis publicis,
15 quod non habeat locum extrà ditionem Bo-
nonienſem reſpondit *Rot. coram Dunozet. jun.
dec. 795. nu. 9.* ubi *num. ſeq.* firmat, quod nec
16 A. C. vigore illius valeat procedere executi-
vè, licèt habeat in facultatibus procedendi
executivè in cauſis, in quibus proceditur exe-
cutivè in aliis Tribunalibus, cum id ſit intelli-
gendum de aliis Tribunalibus Urbis, non au-
tem exteris, & concordantes *deciſiones* allegat.

C Indulget noſtrum Statutum fideiuſſoribus de
judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, dùm man-
17 dat fieri diligentias pro executione perſonali
contra debitorem principalem, priuſquam exe-
quatur contra fideiuſſorem, licèt alioquin ipſe
teneatur nulla præcedente excuſſione eiuſdem
principalis debitoris, ut docet *Bald. in l. cum eo-
rum C. de ſent. & interloc. omn. Iudic.* & firmant
*Menoch. de adipiſc. remed. 5. num.144. verſ. His
accedit, Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 5. nu.125.
in fine, Donat. Anton. de Marin. reſolut. lib. 1.
cap. 133. num. 19. Anton. Faber. diffinit. 8. C. de
fidejuſſor.*

Si autem præcedere deberet excuſſio bono-
rum debitoris principalis, tunc ut ea legitimè
18 facta dicatur, requiritur, quod Iudex man-
det duobus Executoribus, quòd perquirant in
domo ipſius debitoris, & proclament in vici-
nia, ac publicis locis, an habeat aliqua bona
mobilia, & immobilia, ac deindè facta Iudici
relatione, & citatis omnibus intereſſe haben-
tibus, pronunciet diſcuſſionem legitimè fa-
ctam eſſe, iuxtà formulam, quam tradit *Angel.
in §. Sed neque nu.14. verſ. ultimo quæritur Auth.
de fidejuſſor.* reſpondit *D. Hjeronymus Palma
allegat. 44. num. 24. in fine cum duobus ſeqq. Rot.
coram Royas dec.212. nu.8. juncto n.18.* repetita
in rec. dec.202. par.9.

Et licèt tutior ſit deputatio duorum Execu-
torum, attamen ſufficit etiam deputatio unius,
19 maximè in Tribunali A.C. ut cenſuit *Rot. penès
Salgad. labyrint. credit. dec.18. n.16. cum duobus
ſeqq. repetita in rec. dec.25. n.14. par.11.*

Expreſſa tamen declaratio excuſſionis Iudi-
cis per ſententiam non videtur neceſſaria,
quamvis poſt relatam utramque opinionem,
id reponat in arbitrio Iudicis, amplectendo
magis unam, quàm aliam ſententiam *Fontanell.
dec.198. nu.2. cum duobus ſeqq. par. 1.* cum ſuf-
20 ficiat tacita, mandando procedi ad ulteriora,
vel relaxando mandatum contra fideiuſſorem,
ut tradit *Merlin. de pign. lib.5. qu.69. nu.5.* quem
ſequuta eſt *Rot. in rec. dec.25. num.16. par. 11.*
Eo modo, quo quando competit reſtitutio in
21 integrum de ſtylo Rotæ Romanæ, & Curiæ
ſuper ea non interloquitur, ſed ſtante injuſti-
tia ſententiæ pronunciatur in negotio princi-
pali, illam revocando, ut docet *Poſth. de manut.
obſervat.8. num.98. & Rot. coram recol. me. Coc-
cin. dec. 2066. n.1.*

Et hæc opinio eo faciliùs eſt amplectenda,
quando agitur de canonizanda, ſeù approban-
22 da excuſſione bonorum Mariti ad effectum
agendi contra tertium pro aſſecuratione dotis,
& ita in praxi ſervari tradit *Saluſt. Tiber. pract.
23 judic. lib. 2. cap. 35. n.14.*, licèt contrarium
tenuerit *Merlin. de pign. lib.3. qu.73. n.22.* Ete-
nim

Digitized by Google

nimi cum aſſecuratio dotis fiat ad hoc, ut Uxor
cum familia, ex fructibus dotis alii valeat, ut
24 pleniſſimè docet *Giurb.dec.16. n.2.* ſi Iudex per
ſententiam pronunciaret, daretur appellatio
25 *Merlin. de pign. lib. 5. qu. 75.* & conſequenter
nimis differeretur aſſecuratio dotis, & conſe-
cutio alimentorum, quæ dilationem non pa-
tiuntur, ex vulgatis.

D Uſurà, tàm in civilibus, quàm in crimina-
libus juſtificari debet perfectis, & concludenti-
26 bus probationibus *Vermigl. conſ.299. num.11.*
Rot.in rec. dec.656. n.1. in fine par.3.

Uſurarius autem ſecundùm diſpoſitionem
noſtri Statuti quis probatur ex tribus, aut qua-
27 tuor teſtibus fide dignis, deponentibus de
ejus publica diffamatione in materia uſurarum
ut de ſimili Ritu firmat *Petra ſuper Ritib. Ma-
gnæ Cur. Vic. Rit.196. n.5.* ubi docet, quod illa
qualitas teſtium, quod ſint fide digni, debet
articulari, & verificari.

Inter pœnas inflictas Uſurario manifeſto con-
numeratur privatio factionis teſtamenti, quo-
28 ties non reſtituit uſuras, nec præſtitit idoneam
cautionem de illis reſtituendis, ut diſpoſitum
fuit *in Concilio Lugdunenſe ſub* GREGORIO X. *in
cap. quamquam §. Nullus de uſur.in 6.* Ad iſtum
tamen effectum copulativè requiritur factum
29 ipſum uſurarium, & qualitas facti, videlicèt
teſtatorem fuiſſe Uſurarium manifeſtum, ut
deciditur in eodem *cap. quamquam*, & firmant
*Bald. conſ. 459. nu. 9. verſ. 2. non eſt lib. 4. Jaſ.
conſ.78. n.7. lib.3.* Et hæc qualitas manifeſti ta-
lis requiritur, ut ipſa criminis evidentia nulla
tergiverſatione celari poſſit, ut docent *Jo.
Andr. in cap. quia in omnibus de uſur. Bald. in
l.1. nu.25. C.de Sacroſanct. Eccleſ. & in cap. in
præſentia nu.8. in fine*, ibique *Felin. nu.13. de
probat. Paſſarin. in cap. quamquam ſub num. 11.
de uſur. in 6. Angel. conſ.10. nu.1. cum ſeqq. Jaſ.
d. conſ. 78. nu. 21.* tenet doctiſſimus *Covar. var.
reſolut. lib. 3. cap.3. verſ. At ſi tractetur, Giba-
lin.de uſur. lib.1. cap. 11. art.1. ſub num.3. verſ.
itaque, Bonac.de contract. diſput. 3. qu.3. punct.
ultimo nu.2. & deciſum fuit in Tribunali Cameræ
in cauſa Romana Hæreditatis 14. Martii 1674.
coram Illuſtriſſimo Manfrono*, in qua reſolutum
fuit pro validitate teſtamenti Sacerdotis Pau-
li Parcæ, cum non doceretur de uſuraria pra-
vitate, & agnoſcentibus Cameralibus juſtitiam
reſolutionis, deinde convolarunt ad præten-
30 tionem ſpolii ob illicitam negotiationem, jux-
tà diſpoſitionem *Bulla* PII *IV. la 19. ſed ſub die
18. Martii* 1675. *coram eodem* fuerunt rajecti,
cum Cives, & Incolæ Urbis, ac Curiales Cle-
rici, & in Sacris Ordinibus, etiam Presbyte-
ratus conſtituti eximantur ab hujuſmodi pœna,
quoad loca Montium, & alia bona, tàm in
Urbe, quàm intra ſpatium decem milliario-
rum exiſtentia ex diſpoſitione *Bullæ* PAULI V.
la 18. §. 5. in Bullar. tom. 3. & docet *Fagnan.
in cap. multa num. 100. ne Clerici, vel Monachi*.

Ideò autem prohibita fuit à *Sacris Canonibus*
negotiatio Clericis. Tùm quia finis negotia-
31 tionis eſt lucrum temporale, quod ipſi con-
temnere debent, tùm quia rariſſimè negotia-
tiones abſque peccati labe exercentur. Tum
etiam quia negotia homines retrahunt à ſpi-
ritualibus; ac demum quia negotiationes red-
dunt Clericum vilem, & Sacerdotalem deco-
rem annihilant, ut docent *Salſedo ad prax.crim.
Canon. Diaz. cap. 55. litera A. Oliva de foro Ec-
cleſ. par.1. quæſt. 38. nu.37. Barboſ. de Jure Ec-
cleſ. univ. lib. 1. cap. 40. & in ſumma dec. Apo-
ſtolic. collect.159. Sperell. dec.94. nu.1. cum duo-
bus ſeqq. par.1.* undè Clericum negotiatorem
32 tanquàm peſtem eſſe fugiendum, ex *D. Hiero-
nym.* traditur *in cap. negotiatorem diſt. 88.*

Quibus autem Clericis negotiatio interdicta
ſit *DD.* valdè inter ſe diſcrepant, nàm quod
non ſit prohibita Clericis in minoribus conſti-
33 tutis, & non beneficiatis tenent, *Hoſtienſ. Jo.
Andr. & Abb. in cap.1. & cap.multa Ne Cleric.
vel Monach. Redoan. de Spol. qu.2. nu.60. & 61.
Gait. de credit. cap.2. tit.7. qu.5.nu.2137. Rot.in
dec.209. nu.22. par.15. & dec.343. n.4. verſ.reſ-
ponſum cum ſeq. par. 19.* Nàm Clericus poteſt
34 impunè ſæculariter vivere, & renunciare or-
dini Clericali, & ſi non verbo, ſaltem facto,
exercendo actum omninò contrarium, *ad tex.
in cap. ſi diligenti*, ibique *Gonzalez. Tellez. n.11.
de foro compet. Redoan. ubi ſuprà nu.61. & Belle.
diſquiſit. Clerical. par.1. §.2. n.29. in fine Corti ad.
dec.7. nu.15. juncta dec. 12. nu. 29. cum ſeq.* qua
diſtinctione attenta nunquam voluimus ad-
mittere renunciationem Clericatus verbo, &
in actis prævia inſtantia nobis facta, quia Cle-
ricus non eximitur à juriſdictione Epiſcopi
etiam per ejus actum expreſſum, uti ſi expreſsè
renunciaſſet privilegio Clericali, vel conſite-
retur ſe non eſſe, & nolle eſſe Clericum, cum
privilegium fori Epiſcopalis, non in ipſius par-
ticularis Clerici dumtaxat, ſed in totius Or-
dinis favorem conceſſum fuerit, ut pluribus
concordantibus adductis firmat *Panimol. de-
ciſ.14. nu.12. & deciſ.36. num.21. 24. cum ſeqq.*
ubi, quod adhùc poteſt eum repetere à Curia
ſæculari, *Corti ad. deciſ.12. num.26.* Etiam con-
ſentiente Epiſcopo, *Farinac. quæſt. 8. num. 13.
Corti ad. dec.7. nu.13. & dec. 12. nu.28. D. meus
Raynald. obſervat. criminal. lib. 1. cap. 2. §. 4.
nu. 185.* Donec non fuerit illius privilegio de-
nudatus ſervatis ſervandis, ſive ab homine
per privationem, per depoſitionem, per de-
gradationem, & per declarationem, ſivè à le-
ge per bigamiam, & alia hujuſmodi, ut firmat
Panimoll. d. dec. 36. nu.28. cum ſeq. Quod verò
talis prohibitio extendatur quoquè ad Clericos
in minoribus conſtitutos, & non beneficiatos,
35 tenet *Anton. de Butr. in d. cap.multa n.5.*

Tertia fuit opinio, quòd omnibus Clericis
minorum Ordinum prohibita ſit negotiatio, ſi
36 congruam ſuſtentationem, ſive ex Beneficio
Eccleſiaſtico, ſive ex bonis patrimonialibus
habeant, quam quinque fundamentis, defen-
dit *Fagnan. in eodem cap. multa nu. 83. verſ. Tu
verò cum pluribus ſeqq. ne Cleric. vel Monach.*

Hæc controverſia ſublata fuit per prædictam
conſtitutionem PII IV. *la 19.* ſubjiciens ſpolio
fa-

Digitized by Google

favore Rev. Cameræ bona Clericorum ex illi-
37 cita negotiatione acquiſitorum, quæ compre-
hendit Clericos etiam in minoribus conſtitu-
tos, tàm attentis illis verbis *per Clericos etiom*
in Sacris Ordinibus conſtitutos &c. quàm aliis
panlò infrà poſitis, ibì - *per quoſvis Clericos*
tàm ſaculares, quàm quorumvis etiam Mendican-
tium Ordinum, ac Militiarum Regulares, etiam
in Sacris Ordinibus conſtitutos cujuſcunque Stotus
ordinis, & conditionis fuerint, ut firmant *Fa-*
gnan. in allegato cap. multa nu. 97. Redoan. de
ſpol. qu. 2. nu. 107. Sed nota, quòd dicta Con-
ſtitutio non habet locum contra Curiales, &
Incolas Urbis, ac Cives Romanos tàm in ea-
dem Urbe, quàm in ejus Diſtrictu intra decem
milliaria degedentes, non tamen extrà reſi-
dentiam, nedum quoad bona acquiſita ex fru-
ctibus beneficiorum, & penſionum Eccleſiaſti-
carum, verùm etiam ex illicita negotiatione,
dummodo exiſtant in Urbe, vel intrà decem
millaria Diſtrictus, juxtà diſpoſitionem *Bulla*
Pauli V. *la 18. in Bullar. tom. 3.* notat *Fagnan.*
in cap. multa nu. penult. ne Cleric. vel Monac.
& reſpondit *Tribunal. Cameræ coram Illuſtriſſimo*
Manfrono in Romona hæreditatis 18. Martii 1675.
in qua Camerales prætendebant, ſpolium ob
illicitam negotiationem Sacerdotis Pauli Par-
chę. Minuſque contra Clericos exercentes artem
Agriculturæ in propriis bonis, & Caſalibus, ſi-
tis in Territorio, & Diſtrictu Urbis, necnon in
Latii, Campaneæ, & Maritimæ Provinciis, ex diſ-
poſitione *Bulla* Clementis VII. *in Bullario la 72.*
§. 5. & advertit *Fagnan. ind. cap. multa nu. 45.*

Supereſt nihilominùs difficultas circa con-
tractum cambii activi, qui tanquam implici-
38 tam negotiationem, & mercaturam continens,
videtur Clericis prohibitus, eo modo, quo
alia negotiatio eis eſt interdicta, ut reſpondit
Rot. in rec. dec. 173. n. 6. confirmata *in dec. 251.*
ſub n. 5. cum ſeq. par. 14. & dec. 209. n. 19. par. 12.

Et ſolum id permiſſum cenſetur per interpo-
ſitam perſonam eis in extrema neceſſitate po-
39 ſitis, & aliundè non habentibus undè vivere
poſſint, ut declaravit dicta *dec. 209. ſub nu. 20.*
cum ſeq. ac d. dec. 251. in fine.

Verum cum hæc materia latè examinata
fuerit *à fel. rec. D. Card. de Luca in ſequenti ejus*
diſcurſu, ideò ad illum, & ad alios, illam diſ-
cutientes, me remitto; ſolùm addendo, quod
d. Bulla Pii IV. *la 19.* cœterique *Sacri Canones*
40 non irritant hujuſmodi contractus cambiorum
ac aliarum negociationum favore debitorum,
ſed ſolùm imponunt ſpolium favore Cameræ,
ac certas pœnas, ut advertit idem *Cardinalis*
de Luco de camb. diſc. 18. n. 7. & reſpondit *Rot. in*
Romana Cambii 23. Martii 1672. coram bo. me. Ca-
latojud. impreſſ. in rec. dec. 353. n. 5. in fine ac nu. 6.
cum ſeq. par. 19. in dec. 378. ſub n. 4. cum ſeq. par. 17.

Diſcurſus Eminentiſſ. Cardinalis de Luca.

Florentina Cambiorum, ſeù Negotiationis.

Propoſito dubio in *Sacra Congregatione Conci-*
lii, an Clericus in ſacris aliquam exercuerit
illicitam negotiationem, ideoque inciderit in
pęnas Clericis negotiatoribus inflictas (inter
quas illa eſt, quod Fiſcus Eccleſiaſticus omnia
lucra ab ipſo aufert, ſibique applicat) ex eo
quod hæres patris, cum duobus aliis fratribus
natu minoribus ſæcularibus, non per ſe ipſum,
ſed per laicum adminiſtratorem, ad id depu-
tatum, continuaverit ſuper cambiis illam pecu-
niam, quàm pater vivens in hoc negotio cam-
biorum traficare ſolebat. Et quatenùs fieri non
potuerit, an abſolutione à pœnis incurſis di-
gnus eſſet. Cum ob votorum diſcrepantiam
dilata fuerit reſolutio, atque in diſputatione
deſuper habita, cum aliquibus proceſſum fue-
rit præſuppoſitis, de quorum ſubſiſtentia non
improbabilitèr dubitari poſſe videtur; Hinc
ad veritatem eruendam, ſequentia adnotare
viſum eſt, in ſimplici forma diſcurſiva, ut ij,
qui contrarium ſentiunt, cum auctoritatibus,
& rationibus captivare poſſint intellectum du-
bitantium.

Non dubitatur itaque de regula, vel princi-
pio, præſupponendis, quòd Clericis prohibita
eſt illa induſtria, vel negotiatio, quamvis in
laicis licita, quæ mercaturam ſapiat; Minuſque
41 nunc agitur de illis limitationibus, quæ huic
regulæ dari ſolent, quando ſcilicèt id non fiat
ex motivo avaritiæ, & locupletationis, ſed ex
paupertate, pro congrua ſuſtentatione; Sivè,
Au fiat per alium, non autem per ſe ipſum; Aut
quod illicitum ſit Clericis in ſacris, vel in mi-
noribus beneficiatis, non autem illis in mino-
ribus, qui nullum habent beneficium, cum ſi-
milibus limitationibus, vel declarationibus,
quæ per DD. dari ſolent, cum iſtarum inſpectio
intret, quando verſamur in caſu regulæ prohi-
bitivæ, talique caſu intrare non poteſt reſpon-
ſum generale, ſed reſpondendum eſt juxta ca-
ſuum particularium circumſtantias.

His autem pro nunc neglectis, vel ſuſpenſis,
noſter punctus eſt, an contractus Cambii con-
tineat de ſui natura, nec nè, mercaturam Cle-
ricis prohibitam. Idque cum præſuppoſito
quòd Cambium ſit reale, & licitum, ad præ-
ſcriptum *Bullæ B.* Pii V. quoniam quando eſt
ſiccum, vel quod alias uſurariam labem habet,
tunc inanis, & extranea eſt quæſtio, de qua
agitur, cum tali caſu nulla inter Laicos, & Cle-
ricos differentia dignoſcatur.

Antequàm vero ad puncti examen devenia-
tur, pro tollendis æquivocis, prænotare con
gruum eſt, qualis verè, & propriè ſit illa mer-
catura, quæ Clericis eſt prohibita, & qualis
ſit illa induſtria, quæ ſit eis permiſſa, atque in
hac poſteriori ſpecie intrat etiam inſpectio, an
quamvis licita ſit, exerceri poſſit per ſe ipſum
nec nè; Ideoque aliud eſt agere de exercitio
per alium in caſibus permiſſis, ratione con-
gruentiæ, & honeſtatis, atquè ad hanc diſtin-
ctionem eſt reflectendum, cum plerique, æqui-
vocando, iſtos terminos confundant.

Vera igitur, & propria mercatura Clericis
prohibita eſt, quando aliquid emitur, ut ca-
42 rius vendatur, non immutata ſpecie, nulloque
adhibito artificio, ob quod ſpecies immute-
tur, ſive ubi non immutata ſpecie, nulloque
adhi-

adhibito artificio, ob quod ſpecies immuterut, ſivè ubi non immutata ſpecie, nulloque adhibito artificio ob quod ſpecies immuterut, ſive ubi non immutata ſpecie alia non adſit cauſa emendi, & revendendi, niſi illa lucri; Secus autē ubi aliqua juſta cauſa impellat ad faciendam meliorem ejus conditionem. Ut puta, ſi Clericus emit ferrum, ut illud cariùs revendat, erit Mercator, ſed ſi emit ferrum, ut cum ejus peritia, & artificio illud reducat ad cultros, vel gladios, aut ad filos, &c. tunc non erit mercator, ob mixturam proprii artificii, juxtà celebre, & receptum *conſil. Federici de Senis* 207. Vel ſi emit linum, aut filum, ut in eadē ſpecie cariùs revendat, erit Mercator, ſed ſi emit, ut cum ejus artificio componat retes pro piſcatione, vel venatione, vel ſimilia conſtruat opificia, tunc non erit mercator. Prout ſi emit animalia, & revendat, erit mercator, ſed ſi talem emptionem facit ad effectum illa impinguandi cum glandibus, vel pratis, & herbis prædiorum propriorum Eccleſiaſticorum, vel patrimonialium, vel eadem prædia ſtercorandi, aut quod faciat bombyces ſericos, pro foliorum propriorum conſumptione, non erit mercator. Ut etiam ſi emit frumentum, vel vinum, ut cariùs revendat, erit mercator, etiam ſi vendat ad minutum, vel in pane, ſed ſi habet frumentum recollectum in propriis prædiis Eccleſiaſticis, vel patrimonialibus, atque ut majus pretium ex illo percipiat, cum induſtria aperiat furnum, & reducat in panem, ſivè conficiat panem electum longè carioris pretii, notabile lucrum ità reportando, non per hoc erit mercator, & licitè faciet; Ità paritèr, ſi habens animalia curet aperire macellum, & vendere in frulla, ſivè ſale condire, & in diverſas formas redigere, aliaſque adhibere induſtrias, quas ſæculares negotiatores adhibere ſolent pro majori utilitate reportanda, non per hoc erit mercator, quoniam Clericis eſt prohibita vera mercatura, ſed non eſt prohibitum artificium, minuſque prohibita eſt induſtria, quamvis illa frequentiùs, magiſque communiter à ſæcularibus negotiatoribus exerceri ſoleat, *De his omnibus Canoniſtæ, & Morales, relati in Theatr. lib. 14. de Regular. diſc. 60. nu. 3. & 4. eodem lib. 14. in annotat. ad Concil. Trident. diſc. 19. n. 5. lib. 2. de Regal. diſc. 53. n. 10. & alibi*. Undè propterea non benè procedi videtur generalitèr in hac materia cum ſententia Apoſtoli ad Timotheum, quòd nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, quoniam ſi cum hac generalitate procedendum eſſet; non poſſent aperire furnos, ut vendant eorum triticum in pane, neque poſſent aperire tabernas, ut vendant eorum vinum ad minutum, aliaque eorum victualia, minuſque aperire macellos, vel apothecas ſalſamentarias, ut cum induſtria faciliùs, & cariùs vendant eorum carnes, & piſces, vel non poſſent aperire fundacos, & apothecas, ut vendant ferrum, ut ſuprà, cum eorum artificio elaboratum, & ad diverſam ſpeciem redactum, ſive retes, aut pannos, & ſimilia; Ideoque intelligitur de illis negotiis ſæcularibus, quæ redolent veram, & propriam mercaturam.

Sed quoniam multi ex dictis actibus exemplificatis, aliique ſimiles, liciti quidem ſunt in Clericis, non tamen honeſtum, & congru-
43 um eſt, ut ab eis per ſe ipſos exerceantur, quia nempè ſordidi ſint, & viles, aut quòd aliàs in populo ſcandalum id parere poteſt, puta vendere in taberna vinum, aliaque victualia ad minutum, vel exercere furnum, & macellum, ac ſalſamentarium, aut vendere in apotheca ferrum elaboratum, ſericum, retes, pannos, & alia ut ſupra, idcircò debet id explicari per laicos famulos, vel miniſtros, non quia ſit illicitum, ſed quia non ſit honeſtum, ideòque aliud eſt hoc implementum per ſubſtitutos ob dictam rationem quia non ſit honeſtatis, aliud eſt illud implementum, quod juxtà unam opinionem in pleriſque caſibus, tanquam per viā limitationis regulæ, permittitur, etiam in illis actibus, qui de eorum natura important veram mercaturam, & per conſequens ſunt regulariter prohibiri.

Deſcendendo itaque (his opportunè prænotatis) ad ſpeciem quæſtionis, an ſcilicet ille contractus cambiorum, qui in Sæcularibus licitus, ac validus præſupponendus veniat, contineat in Clericis veram mercaturam, & illicitam negotiationem, necnè, expenduntur prius auctoritates, deindeque deſcenditur ad rationes.

Quatenùs pertinet ad auctoritates, *Rota Romana*, in quibuſdam modernis deciſionibus ab anno 1662. citrà, cum antiquæ vel mediæ deſuper non habeantur, dixit, iſtum contractum eſſe Clericis illicitum, nulla tamen ſpeciali au-
44 ctoritate, vel ratione aſſignata, ſed procedendo cum terminis generalibus illicitæ negotiationis, iſtam ità præſupponendo, abſque articuli examine, potiſſimè quia de hoc incidenter potiùs actum eſt, cum principalis diſputatio eſſet circa invaliditatem contractus, ex defectu ſolemnitatis, & cauſæ, ideòque nullum penitùs fundamentum in eis conſtituendum videtur, ut earum lectura comprobat *deciſ. 41. 173. & 251. part. 14. recent. Romana Cambii 23. Martii 1672. coram Calataju*. Et è converſo eadem *Rota*, paritèr non examinato puncto, tanquam validum præſuppoſuit Cambium, revera initum per quemdam Cardinalem, mediante quodam Campſore, qui Cardinalis erat Sancta Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius, & Archiepiſcopus Bononiæ, & tamen nulla ex hoc habita fuit difficultas, quæ ſolum reſtricta fuit ad defectum, qui Laicis etiam eſt communis, juſtificationis nempè realitatis cum literis, vel ſpacciis, ut patet ex deciſionibus deſuper editis, & ex illis Scriptoribus, qui de illo caſu tractant *Romana Cambii 1. Julii 1658. coram Meltio, & 24. Martii 1664. coram Otalora. In Theatr. lib. 5. de cambiis diſc. 6.* & tamen paritèr admittitur, quòd neque in iſtis deciſionibus è converſo aliquod fundamentum conſtitui poteſt, quoniam revera illæ auctoritates, quæ obiter, vel præſuppoſitivè loquuntur, non exa-

cxaminato articulo, in nulla conſideratione habeti debent.

Ex Juriſtis autem pro mea notitia ſolus *Scaccia de Cambiis* §.1. *quæſt.7. part.2. ampliat.11. num.6. & ſeqq.* excitat quæſtionem, ſed paritèr procedit cum terminis generalibus negotiationis illicitæ, non examinando punctum in ſpecie, iſteque Auctot totnm deſumendo ex quibuſdam antiquis Moralibus, & præſertim ex *Navar. Toleto, Fabiano, Cavario, & ſimilibus*, qui reveta iſtum conttactum eo modo, quo ad præſens exetcetur, non benè intellexerunt, & pet conſequens, neque bene intelligunt illi modetniores Morales, qui cum eis procedunt, fecit quandam indigeſtam in hac negntiatinnis matetia collectionem, non benè examinato ſar-ticulo, ideoque de iſto Auctore, utporè articulum non examinante, & qui admittit fieri poſſe per ſubſtitutum, nulla ratio habenda elt. Conſiderando ¦quoque, qnòd illi antiquiores Morales, qui de iſto contractu Cambii in ſpecie agentes, promovent difficultatem iu Clericis, non moventut ex peculiari Clericorum qualitate, & ob mercaturam eis prohibitam, ſed parificant Clericos Principibus, & Nnbilibus, ac etiam Ruſticis, & Mnlieribus aliiſque ſimilibus, qui non ſint Campſores, & Negotiatores, ideoque ſcutos auri, vel marcarum non habeant, & veriſimiliter habituri non ſint in nundinis: unde proptetea inferunt ad infectionem conttactus, ut patet ex deductis per *Turre de cambiis diſp.1.quæſt.14. ex n.2. cum ſeqq.* Et ſic non ratione Cleticatus, ſed ex diverſa ratione, quæ communis eſt etiam laicis non Campſoribus, in quo tamen falluntur, & clarè æquivocant, ut infrà, unde propterea iſtæ auctoritates omniuò ponendæ videntur ad partes, ejſque omnibus deficientibus, punctus examinandus eſt per rationes, & principia à priori, ut præſertim faciendum elt per magna tribunalia, quæ poſſunt, & ſolent magis attendere rationes, quam auctoritates, ex tradiris *in RelationeCuriæ diſ.32.n.93.& diſc.46. n.35.& de judic.diſc.35.n.78.* multò verò magis ubi agitur de hujuſmodi *Sacris Congregationibus Cardinalitiis*, quæ ſuptemos Senatus potiùs, quàm Judices, & Tribunalia efformant, & repræſentant.

Examinando itaque punctum per rationes, & ptincipia; Quamvis verbum, ſeu vocabulum *Cambii*, genetaliter denotet permutatio-
45 nem, ſeu cambiationem unius ſpeciei monetæ cum altera, ſive ejuſdem ſpeciei inrer diverſa individua in diverſis locis exiſtentia; nihilominùs iſta generalitas pro hujus contractus notitia non ſufficit, ob divetſas illius ſpecies, & ad quatum diſtinctionem principaliter eſt reflectendum, uè alias incidatur in illa æquivoca, in quæ antiquiores incidiſſe, ac etiam moderuns ſuperficiales frequenter incidere praxis docet.

Prima itaque Cambii ſpecies eſt illa materialis, quæ in eodem loco fit inter præſentes de una ſpecie monetæ magis inconimodæ, mi-
46 nuſque æſtimabilis cum altera meliori, utpotè magis commoda, magiſque æſtimabili, quamvis juridicè idem ſit uttiuſque valor intrinſecus; puta quia habens quis ſcuta centum in moneta ęrea, vel altetius inferioris matetiæ, iudigens verò moneta argentea, vel aurea, curat facere cambium de una ſpecie in alretam, ſolvendo datori monetæ meliori ſex, & quandoque decem ſcuta pro quodam valore exttinſeco vel acccidentali, quem pro communi uſu habet moneta melior argentea, vel aurea, ut nototia ſtequens praxis docet in Regno Neapolitano, magis verò in Hiſpania, & alibi, ſive juxtà quotidiauam, nimiumque frequentem praxim Urbis, indigens quis ſcutis centum auri ſtamparum pro aliqua expeditione Datariæ, vel Cancellariæ Apoſtnlicæ, vel pro alio negotio, habens verò monetam argenteam, vel auream ponderis veteris ejuſdem quantitatis, & intrinſeci valoris, ¦nempè ſcuta 150. monetæ, curat ita illam cambiare, ſolvendo datori quoddam ptetium extrinſecum, & accidentale, quod ſub agii vocabulo explicari ſolet, puta quartam parteam julii pro quolibet ſcuto, ſive etiam majnrem ſummam, juxta communem uſum, & commercium, iſteque contractus, quoties nnn adſit dilatio temporis, cujus ratione aliquod majus pretium ſolvatur (& iu quo uſuraria labes exiſtere diceretur) eſt abſque dubio validus, & licitus, etiam Clericis, & Religioſis, imò Eccleſiis, nt eadem praxis docet, quoniam uulla dubitandi ratio dignoſci viderur, qaamvis pro magis communi uſu iſtud ſit negotium ſæculare, & mercantile, quod exercent illi, qui ad hunc effectum tenent publicè expoſitam in tabetuis, vel manſionibus menſam nummuliariam, & ¦qui Collybiſtæ, vel Trapezitæ, ulgò *Bancherotti*, nuucupautur, quoniam non ex eo dicendum eſt, quòd ſi Clericus, imò Epiſcopus, vel Cardinalis, aut Prælatus Eccleſiæ Regularis habet ſcutos auri ſtamparum, qui etiam in magna quantitate in dies ad ejus manum obveniant, prohibeatur dictum cambium facete, dictumque lucrum majoris pretii exrrinſeci reportare, quoniam etiam pro ftequentiori contingentia, & uſu ſæcularia negotia ſunt, aperire furnum, vel macellum, ſive tabernam, & ſalſamentariam, pro vendendis victualibus, non per hoc tamen id Clericis eſt prohibitum, ut ſupra, dummodò per ſe ipſos non exetceant, potiùs ratinne ſcandali, & indecentiæ: Sic à pari; Undè propterea errant qui credunt id importare illud telonium, à quo evocatus fuit *Matthæus*, & quod antiqui Publicani apud Judæos exercebant, more illotum Bancorum uſurariorum, quæ in Urbe exercentur in Ghetto per Judæos.

Alrera eſt ſpecies Cambii inter abſentes de eadem ſpecie mnnetæ, de loco ad locum ejuſdemPrincipatus, vel Dominii, adeòut utrobique ejuſdem ſit monetæ uſus, puta quia habens quis ſcuta mille monetæ argenteæ, vel aureæ in Civitate Petuſiæ, vel Maceratæ, ſive in alio

loco

Digitized by Google

loco Status Eccleſiaſtici, illiſque indigens in Urbe, nolens verò ſubjacere incommodo, & expenſis tranſportationis ejuſdem monetæ de loco ad locum, ac etiam periculo latronum, aliorumque accidentium, quæ per viam pati poſſet, curat facere Cambium per literas, tradendo pecuniam alicui Peruſino, vel Maceratenſi, ſive ſit Negotiator, ſive ſit Clericus, vel Prælatus, qui per literas mandat ejus Agenti, vel Miniſtro, aut Correſpondali in Urbe, ut ſolvat datori pecuniæ, vel alteri, cui ipſe mandet eamdem ſummam ſcutorum mille, recepta alia ſumma, tanquam mercede vecturæ, ac etiam periculi, puta duo, vel tria pro centenario, plus, & minùs juxtà temporum contingentias, ob quas ſuſceptio periculi, magis, vel minùs æſtimetur, cum in hac ſpecie non intret æſtimatio unius reſpectivè alterius monetæ, dum agitur de eadem ſpecie. Idemque in caſu converſo, quod quis habens pecunias Romæ, illis indigeat Peruſiæ, vel Maceratæ, ſive in aliquibus nundinis, quæ fiunt intra eumdem Principatum. Atque in hac ſpecie Cambii nulla cadere videtur dubitandi ratio, ut etiam per Clericos, & Prælatos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, (dummodò fiat ſine ſcandalo, ut in antecedenti ſpecie dictum eſt,) fieri poſſit, ita quoque docente quotidiana, & frequenti praxi, dum illæ rationes dubitandi, quæ tàm in iſta ſpecie, quàm in præcedenti, & in ſequenti cadere poſſunt ſuper labe uſuraria, ex eo, quod dictum pretium extrinſecum, ſeù merces conveniatur in majori quantitate, ratione majoris dilationis, vel altera circumventionis, & injuſtitiæ, quando eadem major merces quàm per eſt, conveniatur, ita conveniunt Clericis, ſicuti Laicis, ideóque nulla inter eos dignoſcitur differentia.

Tertia eſt Cambii ſpeces antecedenti in omnibus ſimilis, præterquam in eo, quod agatur de loco ad locum diverſi Principatus, vel Dominii, undè propterea intret cambiatio de una ſpecie monetæ in aliam, puta quia, juxtà magis frequentem, & quotidianam praxim, habens quis aliquam pecuniarum quantitatem in Regno Neapolitano, vel in altero Siciliæ, ſive in Statu Mediolanenſi, aut Veneto, aliiſque Principatibus, & quandoque etiam ultra Montes in aliis Regnis, & Principatibus, illiſque indigens in Urbe pro ſolvendis penſionibus, vel pro aliquibus expeditionibus Datariæ, ſive pro ejus ſuſtentatione, ut in Cardinalibus, Prælatis, Oratoribus, & aliis adeò frequens praxis docet, ita curet fieri Cambium per literas, tum ad evitandas expenſas, & pericula tranſportationis, juxtà ſpeciem antecedentem, tùm fortiùs, & ex neceſſitate, quoniam illa pecunia eſſet ſibi inutilis, utpotè in Urbe non expendibilis, atque in hac ſpecie intrat non ſolùm merces vecturæ, & periculi, ut in ſpecie antecedenti, ſed etiam merces majoris, & reſpective minoris valoris unius monetæ, quàm alterius, itaque merces varia eſſe ſolet, juxtà varias temporum contingentias, à quibus pendet major, vel minor valor anni, à quo iſta materia regulatur; unde propterea praxis docet (exempli gratia) quod Cambium à Civitate Neapolis ad Urbem, quandoque eſt ſex, vel ſeptem pro centenario, & quandoque decem, duodecim, & quindecim, atque paritèr in hac ſpecie dicendum venit idem, quod in antecedenti, ne fruſtra eadem repetantur, dum omnes iſtæ tres ſpecies ſunt veræ & reales, tàm de jure, quàm de facto, abſque ulteriori circulatione cum una tantùm cambiatione, ut paritèr frequens, & quotidiana praxis docet, iſtam ſpeciem Cambii activè, & paſſivè per Clericos, & Prælatos exerceri.

Dubitandi itaque ratio, tàm apud Juriſtas, quàm fortius, & frequentiùs apud Morales, cadere videtur in quarta ſpecie Cambii veri, & realis de jure, non autem de facto, quod cum continuatione, ſeù circulatione per Negotiatores exercetur per plateas mercantiles, frequentiùs verò per nundinas, quodammodò immaginarias, Novarum, Placentiæ, Biſunti, Lugduni, & ſimiles. In hac etenim ſpecie antiquiores, præſertim Morales, cum quibus moderni pertranſeunt, nimium ſe involuiſſe videntur, magnaſque excitarunt dubitationes ſuper hujuſmodi Cambiorum invaliditate ex labe uſuraria, quia nempè figmentum continerent, ſivè pallium uſurarum, quæ ità ex mutuo pecuniario exigantur ab eis, qui, ut vulgò dicitur, dant, & reſpectivè recipiunt pecunias ad Cambium. Verùm in quamplura incidiſſe videntur æquivoca, hodiè per *Rotam Romanam*, & per modernos Juriſtas benè elucidata, & explanata, eaque prænoſcere opportunum eſt, ut ità dignoſcatur, undè ad rem noſtram proveniat quædam communis opinio, & error popularis, quod iſte contractus contineat negotiationem Clericis, & Eccleſiaſticis illicitam, dùm eorum dubitationes non percutiunt ſolùm Clericos, & mercaturam eis prohibitam, ſed percutiunt ipſum contractum in genere, vel in ſubſtantia, etiam reſpectu Sæcularium.

Primò itaque nimiùm inſiſtunt ſuper figmento, & non realitate iſtorum Cambiorum, illa ſicca appellantes; verùm in hoc æquivocant, quoniam tunc dicuntur ſicca, quando
47 non intercedit vera, & realis tranſmiſſio literarum, quæ ſub nomine ſpacciorum explicari ſolent, ſed quando iſta tranſmiſſio verificatur, tunc, juxtà, claram diſpoſitionem *Bullæ Beati Pii V.*, dicuntur Cambia vera, & realia, & per conſequens licita, & ab omni labe uſuraria aliena, atque hoc jure paſſim vivitur, adeout de temeritate, vel de aperta ineptia, cui frequentiùs id referendum eſt, redargui merentur illi, qui de iſto contractu dubitant.

Admittunt aliqui hanc veritatem, ſed dicunt (atque iſtud eſt alterum æquivocum) id procedere ſolùm in primo Cambio, ſeù prima tracta, juxtà tertiam ſpeciem, de qua ſuprà,
48 non autem in ulterioribus Cambiis, & continuationibus, quæ in eorum ſenſu, figmentum, & immaginariam circulationem continent, at-

que in hoc potiſſimùm inſiſtunt Morales, iſtam propterea ſpeciem tanquam uſuratiam reprobantes. Verùm paritèr id nil ad rem noſtram facit, quoniam ubi etiam iſta duhitatio ſubſiſteret, ita percutit Clericos, ſicuti Laicos, dum reſpicit ipſum contractum in genere. Sed in hoc etiam æquivocant, quoniam licèt, *Bulla* B. Pii expreſsè diſponat Cambia fieri debere ſolùm pro primis nundinis, vel pro primis terminis, continuatione prohibita, & in qua *Bulla* ipſi ſe fundant; nihilominùs æquivocum eſt in mala ejuſdem *Bullæ* intelligentia, quoniam intelligenda venit de continuatione coacta, ſeù neceſſaria, adeòut volens debitor in primis nundinis, vel in primo termino implere literas, & terminare Cambium, non poſſit, ſecùs autem iſta neceſſitate ceſſante, quoniam quando verificatur Cambii realitas, cum tranſmiſſione literarum ad Correſponſalem, tunc dicitur, quod ſequatur literarum implementum, & illius Cambii terminatio, deindeque pro reditu efformatur novum Cambium ex integro quòd ſub Recambii vocabulo explicari ſolet, & ſic ſucceſſivè, donec accepta pecunia reſtituatur, adeòut tot dicantur nova Cambia, quot ſunt nundinæ, vel termini, *de Cambiis diſc.* 1. *num.* 14. & per conſequens in ſingulis procedit idem, quod ſuprà in tertia ſpecie unici Cambii dictum eſt, iſtaque ratio, quàndo talis contractus eſſet Clericis prohibitus, excludit in caſu, de quo agitur, excuſationem reſultantem à continuatione negotii per Patrem incæpti, quoniam ſunt contractus omninò novi, & independentes. Sed quidquid ſit, adhuc intrat idem, quod ſuprà, quod ſcilicèt iſta dubitatio non eſt peculiaris in Clericis, ſed communis eſt etiam Laicis, utpotè percutiens validitatem & ſubſtantiam contractus.

Credunt alii præfatam circulationem licitam eſſe in ſolo Cambio nundinali, nempè de nundinis ad nundinas, vel ad ſummum in
49 mixto, de plateis, nempè ad nundinas, & de iſtis ad plateas, non autem in merè plateali, juxtà accerrimas diſputationes habitas in celebri *Romana Cambiorum* inter Valentem, & Raymundum, in qua etiam *Rota* in hoc æquivocavit in primis reſolutionibus, agnovit autem poſteà incontrovertibilem veritatem circa coæqualem validitatem, etiam platealium, ut latius videri poteſt in ſuis ſedibus, nè ſuper hoc inutilis, & nauſeativa fiat digreſſio, & prolixitas *d. diſc. 1. de cambiis*, ubi latè. Paritèr autem intrat eadem conſideratio, de qua ſuprà, ut id peculiare non ſit in Clericis, ratione prohibitæ negotiationis, ſed commune ſit etiam Laicis, ex natura contractus, ideòque nihil ad rem noſtram.

Opinantur quoque alii (fortèque eſt opinatio magis communis,) quod illa lucra, quæ proveniunt ex Cambiis habeant naturam uſurarum, ſivè fructuum, vel acceſſionum, aut in intereſſe ratione lucri ceſſantis, vel damni
50 emergentis, debiti ſolito negotiari: Undè propterea Scriptores, præſertim moderni, iſtos terminos promiſcuè adhibent; & confundunt. Sed in hoc paritèr clarum dignoſcitur æquivocum, quoniam data realitate Cambii, ad præſcriptum *Bullæ Pianæ*, iſti termini omninò extranei ſunt, dum illud lucrum, quod ad commodum datoris pecuniæ, & incommodum receptoris ex Cambio reſultat, quoties non intercedat aliquod majus præmium, intuitù dilationis temporis, verè habet naturam ſortis, vel pretii monetæ, quod majus eſt in uno loco, quàm in alio, vel magis in una ſpecie monetæ, quàm in altera, & quod pretium poteſt eſſe majus, vel minùs, adeòut quandoque debitor ſit in lucro, & creditor in damno, cum reſtitutione ſortis diminutæ, dum iſtud præſertim periculum ſalvat contractum ab omni labe, aliàs enim ſi eſſent uſuræ, vel fructus, non poſſent converti in novum Cambium, ſeù Recambium, quoniam ità eſſet dare anathociſmum omni jure prohibitum, & tamen paſſim receptus, & probatus eſt uſus Recambiorum, ex dicta ratione, quod dicitur pretium monetæ, & ſic ſors principalis ratione commutationis monetæ unius Regionis, cùm illa alteriùs, vel ratione commutationis monetæ currentis in Regione, cum ſcutis auri ſtamparum veris, ut contingit in Cambiis platealibus, vel ratione commutationis eorundem ſcutorum auri ſtamparum cum illis ſcutis immaginariis marcarum, cum quibus regulantur Cambia nundinalia, ſed paritèr in hoc nil peculiare dignoſcitur in Clericis, ratione prohibitæ negotiationis, cùm id ſit commune etiam Laicis.

Demùm, magis proximè ad rem noſtram, conſtitui ſolet in iſto contractu differentia inter Laicos, & Clericos, ex eo quòd Clerici non ſolent, neque de facili poſſunt habere in plateis, vel nundinis notabilem promptam quantitatem ſcutorum auri ſtamparum, vel reſpectivè ſcutorum marcarum. Verùm, iſta dubitatio reſpicit potius inhabilitatem ad contrahendum Cambium paſſivum, quàm activum, cum ſit onus debitoris implere literas in dictis ſcutis, in plateis, vel nundinis, non autem creditoris, ideòque nihil ad rem. Et ulteriùs, id non eſt peculiare in Clericis, ratione interdictæ mercaturæ, ſed eſt commune omnibus illis Sæcularibus, qui prædicta facilitate careant, ideòque ea rationis identitate, idem dicitur in Principibus, in Nobilibus, ac etiam in Ruſticis, & Mulieribus, aliiſque ſimilibus, ut patet ex antiquis Moralibus, relatis per *Scacc.* & *Turre ſuperiùs citatis*, & ſic ex diverſa ratione, quæ Laicis etiam eſt communis, atque reſpicit ipſum contractum, ejuſque validitatem, & per conſequens nihil ad rem, idque decepit aliquando eandem *Rotam Romanam*, firmando
51 ex antiquorum Moralium, & aliorum auctoritate, quòd quando ex facti qualitate, & circumſtantiis liquet, quod ille, qui pecunias ad Cambium recipit, eas erogaturus eſt in extinctionem æris alieni, vel in alios uſus, adeòut veriſimilitèr non ſit eas cambiaturus in nundinis,

nis, vel in plateis, Cambium ſit invalidum,
apud *Peutinger. deciſ.* 163. *&* 196. Sed poſtmo-
dùm agnitum fuit id continere clarum æqui-
vocum, ideoquè paſſim diverſo jure vivitur, &
52 meritò, quoniam non eſt cambianda ipſa pe-
cunia in ſpecie, ſed æquivalens. Et ulteriùs
Cambium eſt de duplici ſpecie, unum nempè
directum, per quod ipſa pecunia in ſpecie cam-
bianda ſuſcipitur, & alterum eſt obliquum,
quod ſcilicèt indigeus pecuniis pro aliis uſibus
illas mutuas recipit, ſed nè mutuator damnum
exindè reportet, tenendo ejus pecuniam otio-
ſam, dat mutuatori mandatum ad accipien-
dam æquivalentem ſummam ad Cambium, ad
ipſius debitoris commodum, & incommodum,
ſivè ipſemet debitor in ſe ſuſcipit hoc onus,
ob cujus non implementum, tenetur ad id,
quod Cambia important, loco damnorum, &
intereſſe, ut latiùs in propria Cambiorum ſe-
de advertitur, *ubi deciſiones*, & auctoritates re-
cenſentur *lib.* 5. *de Cambiis diſc.* 10. *num.* 6. *&*
diſc. 23. *num.* 8. *& ſeqq. & diſc.* 3. *nu.* 5. *& ſeqq.*
Sed quidquid ſit, id non provenit à peculiari
prohibitione negotiationis, quam habeant
Clerici, ſed generalitèr provenit ex natura con-
tractus pariformitèr in Clericis, & in Laicis,
ideòque non videtur ubi nam conſiſtat illa ne-
gotiatio, vel mercatura, quæ omnibus aliis
perſonis, cujuſcumque ſint ſexus, gradus, &
conditionis, licita eſt, in Clericis autem illi-
cita ſit.

Neque illicitam negotiationem probare vi-
detur illa narrativa, quæ per Notarios in hu-
juſmodi Cambiorum contractibus, ad credi-
torum favorem, fieri ſolet, quod ſcilicèt non
ſint ſoliti tenere eorum pecunias otioſas, ſed
illas inveſtire, & traficare, quoniam nullibi
cautum eſt in Jure, quod Clerici, & perſonæ
Eccleſiaſticæ tenere debeant pecunias otioſas;
53 Quinimò Prælati, vel Adminiſtratores Eccle-
ſiarum, Capitulorum, Monaſteriorum, Hoſ-
pitalium, & Piorum locorum, ad inſtar Tu-
torum, potiùs de culpa, & mala adminiſtra-
tione redargui merentur, ſi pecunias ritineant
otioſas, ideòque iſtud motivum in nulla conſi-
deratione habendum videtur.

De ſtricta juris cenſura, magis de uſuraria
infectione, vel de illicita negotiatione ſuſpe-
cti ſunt Cenſus conſignativi, & loca Montium,
quàm ſint Cambia. Siquidèm quoad Cenſus,
54 cùm iſte contractus utrique Civili, & Cano-
nico Juri ignotus, circa finem ſæculi decimi-
quarti, ſive initia decimi quinti, ſub ultimo te-
terrimo, & diuturno ſchiſmate in uſu haberi
cæpiſſet, magnæ Theologorum, & Juriſtarum
excitatæ fuerunt dubitationes, ut uſurariam,
& Laicis etiam illicitam, redoleret negotiatio-
nem, dum pro pecunia, quæ datur indigenti,
ſalva ſorte, datur annua acceſſio, quæ uſura-
rum, vel fructuum veram ſpeciem ſinè dubio
habet; examinatus autem fuit punctus (non
tamen in forma Conciliari,) in *Concilio Con-*
ſtantienſi, atque magis communis illorum *PP.*
ſenſus fuit, poſſe, & debere ſuſtineri, furtè ad
effectum ita evitandi illas graviſſimas uſuras,
quæ pro illorum temporum miſerrima qualita-
te, exercebantur, adeòut quandoque in anno
adæquarent ſortem, & ſic ad rationem centum
per centum; Currentes autem, & leviores
erant, ut intra triennium ſortem adæquarent,
& ſic ad rationem 33. pro centenario, ut patet
ex DD. teſtimoniis, quæ deſuper habentur
55 *lib.* 5. *de uſur. diſc.* 6. Undè propterea MARTI-
NUS V., qui in eo Concilio cum raro exemplo,
viventibus adhuc tribus Pontificibus, nempè
GREGORIO XII. BENEDICTO XIII. *&* JOAN-
NE XXII. non ſolùm à Collegio Cardinalium,
ſed etiam à coæquali numero aliorum, ele-
ctorum, nomine Eccleſiæ Univerſalis, Pon-
tifex creatus fuit, non quidem ex Concilii de-
creto, ſed ex Congregatorum ſenſu, *Conſtitu-*
tionem deſuper edidit, inter *Extravagantes* re-
giſtratam, cui tamen zelantes Theologi, &
Canoniſtæ non acquieverunt; undè propterea
CALISTUS III. ſucceſſor, inſequendo etiam ve-
ſtigia NICOLAI V. immediati prædeceſſoris, qui
ſuper eodem contractu localem fecerat *Conſti-*
tutionem pro Regnis utriuſque Siciliæ, aliam
deſuper fecit *Conſtitutionem*, pariter inter *Ex-*
travagantes regiſtratam, ſed neque iſta quæ-
ſtionibus, & dubitationibus finem impoſuit,
uſquequo B. PIUS V., quadam nova adhibita
forma, edidit *Conſtitutionem*, cum qua hodie
56 vivitur, ſed neque extrà magnas dubitatio-
nes, & quæſtiones *lib.* 5. *de Cenſibus diſc.* 32. *in*
Supplemento, & tamen ſtante iſta Pontificia ca-
nonizatione paſſim non ſolum Clerici, ſed etiam
Eccleſiæ, & Monaſteria, aliaque loca Eccleſia-
ſtica, & pia iſtum faciunt contractum, abſque
eo quod reputetur negotiatio illicita.

Ita igitur à pari, immò à fortiori, longè-
que faciliùs dicendum eſt, in iſto contractu
Cambii. Cum enim circa initia decurſi ſæcu-
57 li xvj. aliquæ induſtres Nationes auctorizan-
tibus etiam aliquibus Principibus ad averten-
dum Italos à quibuſdam Ultramontanis nego-
tiationibus, & Cambiis, introduxiſſent iſtum
contractum Cambiorum, præſertim nundina-
lium, eædem, quæ ſupra in Cenſibus, apud
Theologos, & Juriſtas excitatæ fuerunt quæ-
ſtiones, & dubitationes, quod iſta eſſet uſu-
raria, & illicita negotiatio, etiam in Laicis,
ut patet ex illis Auctoribus, qui ſcripſerunt
eo intermedio tempore, antequam deſuper
ederetur *Conſtitutio ejuſdem* B. PII V. per
quam ubi eius forma ſervetur, dd. dubitatio-
nes, Cenſuum ad inſtar, ſublatæ fuerunt, undè
propterea manifeſtus remanet error illorum,
qui hodie fundamentum conſtituunt in præ-
dictorum Scriptorum auctoritate, ob immu-
tatum rerum ſtatum per *d. Bullam Pianam*.
Igitur non videtur quare illicitam negotia-
tionem importare non debeat Cenſus, &
debeat importare Cambium, cum longè ma-
58 jor dubitandi ratio cadat in Cenſu, in quo
dantur fructus, & veræ acceſſiones ſalva ſorte;
in Cambio autem non dantur fructus, neque
acceſſiones, ut ſupra, ipſaque ſors principalis

ſubjacet per icuio, ut diminutionem patiatur, juxta celebr e, & receptum *Romani conſil.* 238. *de Cambiis diſc.* 3. *num.* 9. & alibi pluries.

Idemque dici poteſt de Locis montium, in quibus eædem dubitandi rationes cadunt, quæ in Cenſibus, ut patet ex pleriſque Auctoribus,
59 de materia tractantibus *Lugo de juſt. & jur. diſp.* 25. *ſect.* 10. §. *Unic. Leotard. de uſur. quæſt.* 22. *Gibalin. de uſur. lib.* 4. *cap.* 7. *in tract. de Locis montium poſt tract. de offic. cap.* 1. longè verò magis in Societatibus Officii, de quibus Theologi magis dubitant *lib.* 5. *de ſociet. offic. diſc.* 12. & tamen iſtæ non reputantur negotiationes Clericis illicitæ; Ergo non videtur quare talis reputari debeat iſte Cambii contractus, qui hodiè juxtà modernam praxim eſt ſinceriſſimus, atque alienus ab illis fraudibus, & deceptionibus, quas conſiderant aliqui antiquiores, qui ſcripſerunt etiam poſt *Bullam Pianam*, de tempore, quo adhuc erant Cambia irregularia, quod ſcilicet aggium, ſeu pretium auri pendebat à conventione partium, unde propterea callidus, & depravati animi creditor ſuffocare, vel decipere poterat indigentem, vel imperitum debitorem, hodiè verò quod dictum pretium taxatur à publico foro, & eſt omnibus uniforme, adeout eadem ſit conditio, viri verſutiſſimi, ac pueri, vel idiotæ, ceſſant omnes dubitationes, ac propterea convincitur etiam error manifeſtus illorum ſuperficialium Modernorum, qui cum prædictorum Antiquorum auctoritate procedunt, ad hoc non reflectendo.

Quamvis autem ex præmiſſis, loquendo etiam generaliter, & in abſtracto, probabilius dicendum videatur, quod iſte contractus, quando ſequatur juxta formam ſtatutam ab
60 enunciata *Bulla B. Pii V.* nullam contineat negotiationem Clericis illicitam, eodem modo, quo habetur in Cenſibus,& in Locis montium, ut ſupra: Nihilominùs cum apud populos quædam contraria irrepſerit opinio, non videtur, quod *Sac.Congregatio* debeat deſuper generale, & indefinitum dare reſponſum, non quidem ex intrinſeca natura contractus, ſed ratione evitandi ſcandalum, quod, ut meus frequens eſt dicendi ſtylus, eſt filius opinionis, iſta verò eſt filia conſuetudinis, ut ità diſtinguendo à pleriſque annis in ſtatu Advocati, cum ſenſu veritatis pluries cenſui, non ſolum in caſibus particularibus, in quibus ſcribebam, cauſis inſerviendo *dicto tit. de Cambiis diſc.* 18. *n.* 7. *& ſeq. & diſc.* 32. *in ſupplem. num.* 9. *circa finem*, ſed etiam ſcribendo generaliter, & in abſtracto in quibuſdam compendioſis annotationibus ad Sacrum Concilium Tridentinum *lib.* 14. *diſcurſ.* 19. *numero* 6.

Pro regulatione verò caſuum particularium, in quibus tantum, juxta eorum circumſtantias, reſponderi debere, benè obſervatum fuit, reflectendum videtur ad quamdam diſtinctionem diverſarum ſpecierum hujuſmodi contractus; quarum prima eſt, quando Clericus, publicè, & palam, quaſi campſoriam, vel
61 cambiatoriam artem exercendo per ſe ipſum, atque ſub ejus nomine, nundinarum, vel piatearum Correſponſalibus ſcribit illas literas cambiatorias, quæ dicuntur acceſſus, vulgò *dell'andata*, & recipit illas literas reſponſivas quæ dicuntur receſſus, vulgò *del ritorno*, unde propterea ejus nomen deſcriptum appareat in eo nundinarum libro, qui vulgò dicitur *ſquar-*
62 *cia foglio di Fiera*, & qui habetur tanquam authenticus protocollus, ex quo, ubi perierint literæ originales, extrahi poteſt earum ſumptum, pro juſtificatione realitatis cambiorum, & tunc id videtur Clericis illicitum, ex dicta ratione ſcandali, ac etiam quia hujuſmodi actus explicari non ſolent per privatos, ſed ſolum per publicos negotiatores, campſoriam, vel nummulariam artem exercentes, atque propterea dicitur negotium merè ſæculare, quod juxta enunciatam ſententiam *Apoſtoli* probibitum eſt Clericis.

Altera eſt ſpecies Cambii, quam creditor, ſive mutuator in vim mandati ſibi dati per de-
63 bitorem, vel mutuatarium, girat æquivalentem ſummam ſuper cambiis, ad commodum, & incommodum debitoris mandantis, non per ſe ipſum, ſed mediante opera alicujus Campſoris, vel alterius Negotiatoris, juxta ſuperiùs enunciatum caſum cujuſdam valdè qualificati Cardinalis, qui erat etiam Archiepiſcopus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarius, cum aliis ejuſdem ſpeciei caſibus, in propria, Cambiorum ſede reenſitis, ubi commodius videri poſſunt *dictotit. de Cambiis diſc.* 6. *& diſc.* 12. *cum ſeqq.* adeò ut omnis ratio ſcandali, vel exercitii negocii ſæcularis ceſſet, & tunc nulla ſubeſſe videtur congrua ratio, quæ ſuadeat illicitam negotiationem, ſubjectam pœnis inflictis per *Canones*, & per *Apoſtolicas Conſtitutiones*.

Longè verò minùs illicitæ negotiationis terminus cadere videtur in alia ſpecie, in qua ipſe debitor, pro Clerici mutuatoris indem-
64 nitate, aſſumit in ſe onus girandi æquivalentiam ſuper Cambiis per ſe ipſum, vel per Campſorem, aut miniſtrum à ſe deputatum, juxtà caſus in eadem Cambiorum ſede peractos *diſc.*8. *cum pluribus ſeqq.* cum tunc nulla penitus dubitandi ratio deſuper cadere videatur.

Applicando autem ad caſum particularem, de quo agitur, juxtà initio præmiſſam facti ſeriem; Ubi etiam non conſtaret de Clerici paupertate, ad quam ſublevandam, & pro
65 ejus congrua ſuſtentatione potiùs, quàm pro locupletatione, & avaritia id egiſſet, & quo caſu longè minor dubitandi ratio caderet, adhùc negativè reſpondendum videtur, nullam ſcilicet illicitam exercuiſſe negotiationem, ideoque in nullas incurriſſe pœnas, ex pluribus fundamentis, quæ ubi ſingulariter, & de per ſe conſiderata aliquam recipere poſſent rationem dubitandi, attamen ſimul juncta omninò in claris rem ponere videntur. Primò nempè, quia verſamur in Cambio jux-

ta ſe-

Digitized by Google

ta ſecundam ſpeciem, exercito per alium, adeòut non interr ratio ſcandali, ut ſuprà. Secundò quia non agitur de actu, vel contractu novo, initiaro ab ipſo Clerico, ſed de actu incæpto, per Parrem defunctum, & jure cujuſdam continuationis. Quamvis enim, ut ſuperiùs animadverſum eſt, verè, & propriè iſta non ſit continuatio negotii defuncti, qualis dicitur quando agatur de negotio adhùc cæpto, & imperfecto, quod perficere oporrear, quod in Cambiis non verificatur, niſi in primo termino, vel in primis nundinis, reliqua verò Cambia ſunt omninò nova, ut ſuperiùs dictum eſt, vel quod continuatio ſequatur ex præcepto defuncti, juxta diſtinctionem, de qua plenè in ſuis ſedibus *de Fideicommiſſ. lib.* 10. *diſc.* 191. & 192. Nihilominùs iſta circumſtanria nimium conſiderabilis videtur ad inducendam juſtam excuſationem, & bonam fidem, tollendumque depravatum animum exercendi negotiationem. Et tertiò omnium clariùs, & ſolidiùs, quoniam non agitur de pecunia proptia ipſius Clerici, ſed de remanſa in parerna hæreditare, quæ non ad ipſum tanrùm pertinet, ſed ad duos alios fratres natu minores laicos, quorum ipſe fuit legalis curator, & adminiſtrator, ideoque eorum vice, & nomine, utpotè ſæcularium, & non probibitorum, potuit id agere, ut pluries *Sacra Congregatio* reſpondere, vel indulgere conſuevit; Mixtura enim ſæcularium in hoc privilegiarorum, & agentium de liberrare, in negotio communi, & individuo, ſuffragari debet Clericis non privilegiatis huic ſervituti ſubjectis, quamvis privilegiati eſſent numero minores, multò verò magis, & abſque minori dubitandi ratione, quando majorem partem conſtituunt, juxtà quamplura exempla, quæ deduci poſſent, niſi nimiæ prolixitatis vitium cohiberet, & præſer-
66 rim habemus in materia Juriſpatronarus mixti Laicntum, & Eccleſiaſticorum, quod mixtura Laicorum, quamvis in minori numero, ſuffragatur Eccleſiaſticis, illoſque eximit ab illa reſervationum, & affectionum ſervitute, cui ſubjacent *de Jurepatr. lib.* 13. *diſc.* 59. *n.* 21. *& ſeqq.* cum ſimilibus, ex regula generali, quod conſors non privilegiarus parrici-
67 pat de privilegiis, & favoribus conſortis privilegiati in rebus communibus, nè una, & eadem res diverſo jure cenſeatur. Potiſſimè verò, & clariùs, quando iſtud conſortium,
68 ſive iſta communio non ſit origine volunraria, unde propterea cadere valeat aliqua ſuſpicio fraudis, & affectationis in contrahendo hanc ſocieratem ad fraudandam legis prohibitionem, ſed illa provenit à narura, vel caſu, ut eſt paterna hæreditas inter filios, & quam diſſolvere potiùs in iſto Clerico natu majori, atque fratrum natu minorum legali Tutore, culpoſum fuiſſet, ideoque ex his omnibus ſimul junctis, clarum, & certum videtur, quod non verſamur in caſu culpoſæ, & criminoſæ negoriarionis; Ita quoque in iſto præciſo caſu, comprobante communi, & frequenti praxi, ab eadem *Sac. Congregat.* approbara.

Hinc agendum non eſt de ſecunda parte Dubii ſuper condonatione pœnarum incurſa-
69 rum, dum non adeſt delictum, ſinè quo pœnæ dari non poſſunt, ſed quando adeſſet, adhuc inane opus eſſet, ideoque reſponderi non deberet, quoniam quoad pœnas fori interni, providere poteſt *Sacra Pœnitentiaria*, & quoad illam fori externi, conſiſtentem in applica-
70 tione lucrorum Cameræ Apoſtolicæ, juxtà *Conſtitutionem* Pii IV., nil ſuffragaretur *S. Congregationis* indulgentia, *ex Conſtitutione ejuſdem* Pii, ut omnia acta Cameræ præjudicialia
71 invalida ſint, non citato, & audito ejus Commiſſario, ideoque vel non eſt neceſſaria, vel non ſufficit.

Dicuntur autem hæc, juxtà ſtylum, cum ſolo memoriæ beneficio, ſinè tempore, & ſinè libris, in forma diſcurſiva, ad veritatem eruendam, & excitanda meliora.

ADDIT. AD RUBR. VI. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 STatutum mandans inſtrumentum executioni mandari contra debitorem in eo deſcriptum, habet locum contra illius hæredem.

2 Non tamen contra tertium.

3 Facultates A. C. procedendi executivè in aliis Tribunalibus intelligendum eſt de Tribunalibus Urbis.

4 Executivè poteſt procedi vigore Statuti exteri, quando cauſa in prima inſtantia introducta fuit in partibus.

5 Praxis excuſſionis qualis ſit.

6 Executoris unici deputatio ſufficit pro facienda excuſſione.

7 Litium immortaliras eſt evitanda.

8 Lites de litibus non ſunt faciendæ.

9 Excuſſio cenſetur legitimè facta, quando Judex relaxat mandatum, vel mandat procedi ad ulteriora contra fidejuſſorem, ſeù cedentem nàm tacitè tunc cenſetur pronunciatum ſuper excuſſione. Ampl. num. 16.

10 Reſtitutio in integrum denegata cenſetur, dùm Judex ad executionem rei judicatæ procedit.

11 Reſtitutio in integrum conceſſa cenſetur quando Judex pronunciat ſuper negotio principali revocando ſententiam.

Praxis tacitè concedendi, vel denegandi reſtitutionem in integrum n. 10. 11. & 20.

12 Eccleſia recta via poteſt agere remedio reintegrandæ poſſeſſionis, quando alienatio bonorum laborat evidenri nullitate.

13 Appellatio competit à tacira Judicis ſententia interlocutoria ſuper excuſſione. Vide nu. 14. & 15.

17 Via executiva non competit vigore inſtrumenti dotalis non guarantigiati, vel obligati-

gatione Camerali vallati, vel non concurrente diſpoſitioue Statnti.

18 Limita quando agitur pro aſſecuratione dotis.

19 Appellatio non admittitur in cauſa, in qua deſideratur celeritas.

21 Clericus exercens attem Ordini Clericali non congtuentem nempè Macellarii, Tabetnarii &c. ſi ter monitus non dimiſerir eam ptivilegiis Clericalibus remaner privatus.

22 Cleticus, qui per annum exetcuit artem ignominioſam remanet ipſo jure prlvatus privilegiis Clericalibus.

23 Cleticus poreſt remanere privatus privilegiis Clericalibus, & retinere characterem Clericalem.

24 Clericus bigamus amirtit privilegia Cleticalia, licèt retineat characterem.

25 Cambii contractus Clericis in minotibus Otdinibus conſtitutis non eſt prohibirus. Contrarium n.27.

26 Cambii contractns gæſti à Sacerdotibus, & Clericis Beneficiatis ſunt validi, ſed omnia acquiſita ex illicita negotiatione ſpectant ad Cametam Apoſtolicam. Conttarium n.27.

28 Fructus, qui ex redditibus Capitularibus ſuperſunt debeut inveſtiri.

Num. 12. Statutum mandsns inſtrumentum executioni mitti contra debitorem in eo deſctip-
1 tum habet * locum etiam contra hæredem debitoris ut in ſpecie noſtri Statuti reſpondit *Soc. jun. conſ.* 13. *nu.* 16. *in fine vol.* 2. & cum *Bald.* tradit *Gratian. diſcept.* 104. *n.*8.

Non tamen procedit contta tettinm ut in
2 ſpecie noſtri Statuti reſpondit *Rot. coram* * *Ludov iſ. dec.*362. *n.*6.

Num. 16. A. C. facultates procedendi executivè quoties agi executivè poteſt in aliis Tribunali-
3 bus ſunt intelligendæ de Tribunalibus Urbis * ut me hic allegato tradit *Rot. in Urbinaten. Pecuniaria* 14. *Maji* 1700. *coram R. P. D. Anſaldo* §. *ſuperaddentes*.

Poteſt etiam procedere executivè vigore Statuti exteri, quando cauſa in prima inſtantia
4 introducta * fuit in partibus, & poſteà vigote *leg. unic.* per viam variationis, ſeù appellationis inttoducta fuit coram A. C. ut reſpondir *Rot. in d. Urbinaten.* 14. *Maji* 1700. §. *Siquidem*.

Num. 18. Praxis excuſſionis faciendæ de qua hic ttaditur Nobis allegatis apptobatur a *Palla-*
5 *gatto* * *in ejus reſponſ. impreſſ. penes Oter. & Bonden. de paſc. cap.* 49. *n.*51.

Num. 19. Unius executionis deputatio ſufficit pto
6 facienda excuſſione * ut Nobis allegatis tradit *Pallagatt. ubi ſuprà n.* 52. *cum ſeq.*

Num. 20. Cnm publicè expediar, quod litium immottalitas evitetur, & ne lites de litibus
7 fiant * prout fierenr ſi priùs inſtruendum, & terminandum eſſet judicium ſuper excuſſione,
8 & poſtea incohandum * & terminandum eſſet aliud judicium, proindè cauti Judices utendo
9 arbitrio, quo uti valent * ex *Fontanell.*, tacitè pronunciando ſuper excuſſione facta relaxant mandatum, ſeù mandant procedi ad ulteriota contra fidejuſſorem, ſeù cedentem, vel tertium poſſeſſorem justà caſuum contingentiam prout fieri poteſt ex *Merlin.* & *Rot. hic allegat.* & alios caſus recenſet *Balduc. ad Ramon. Conſ.* 72. *n.*29. *cum ſeqq. vol.* 3. prout in ſimili de reſtitutione in integrum ſi Judex ſentit reſtitutionem in in-
10 tegrum non competere * ad rei judicatæ executionem procedit, ſi vero hujuſmodi remedium competit pronunciat in negotio princi-
11 pali * revocando ſententiam, ut præter *Saluſt. Tiber. hic allegat. docet Marchesan. de comiſſion. reſtit. par.* 2. §. *Primo de comiſſion. reſtit. in integrum nu.*98. Prout Eccleſia recta via poteſt agere remedio reintegrandæ poſſeſſionis, quando
12 alienatio * ſuorum bonorum evidenti nullitate laborat abſque quo per tres ſententias declaretur nulla alienatio ut docet *Calà de reſtit. in integr. qu.*25. *nu.*17. & reſpondit *Rot. in rec. deciſ.*94. *n.*40. *par.*7.

Et quamvis etiam à tacita Judicis ſententia interlocutoria ſuper excuſſione competat ap-
13 pellatio * ut firmat *Pallagatt.* penes *Bonden. in annot. ad Oter. de paſc. cap.*49. *n.*65. *juncto n.*69. *cum ſeq.* qui per Nos hic deducta impugnare conatur; Nihilominùs hæc Concluſio non infringit cautelam tacitæ excuſſionis per Nos hic firmatam; Etenim cum ad hoc ut à ſententia interlocutoria ſuper excuſſione competat ap-
14 pellatio requiratur injuſtitia * ut tradit *Merlin. de pign. lib.*5. *tit.*2. *qu.* 75. *ſub n.*2. & generaliter, quod requiratur gravamen irreparabile per diffinitivam ſinè quo non competit appellatio ab interlocutoria ut firmat *Ridolphin. prax. par.*1. *cap.*13. *n.*301. & 316. docet decem requiri ad hoc ut competat appellatio. Aut præceſſit valida, & legitima excuſſio, & tunc
15 non competit appellatio * quia ceſſat gravamen; Aut deficit excuſſio, & illo caſu cum ſententia lata, ſeù mandatum relaxatum contra fidejuſſorem, vel tertium poſſeſſorem ſit injuſtum, competit appellatio; Et paſſim practicatur, quod à *Signatura Juſtitiæ* committatur appellatio etiam à mandato relaxato in judicio executivo, quando ex exceptionibus deductis, & probatis creditum redditur turbidum.

Eo facilius admittenda eſt prædicta praxis, ſeù cautela, quando præmiſſa excuſſione agitur contra tertium pro aſſecuratione dotis * non
16 obſtantibus adductis per *Pallagatt. loc. cit. nu.*66. *cum ſeqq.* Quia licèt ſecluſa obligatione Camerali ſeù guarantigia, aut diſpoſitione Statuti vigore inſtrumenti dotalia non guaran-
17 tigiati, * aut obligatione Camerali non vallati non competat via executiva ſecundum veriorem opinionem quam ſequitur *Rot. coram Carill. deciſ.*208. *nu.*1. repetita *penes Zacch. de oblig. Camerali deciſ.* 177. *nu.*1. *coram Durqu. deciſ.*37. *nu.*6. & *in rec. deciſ.*67. *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi etiamſi adſit juramentum *par.*6. & *deciſ.*20. *num.*10. *par.*13.; Nihilominus iſto caſu com-
18 petit via executiva * cum agatur pro aſſecuratione dotis mulieris, quæ aliundè non habet unde vivere valeat, ut relata *Rota in lucana*

Do-

Digitized by Google

Dotis 19. Jan. 1629. coram Virili diſtinguendo
declarat *Ridolphin. prax. part. 1. cap. 1. num. 77.*
Et iſto caſu, quo celeritas deſideratur ad-
19 mittenda non eſt appellatio * ex deductis per
Card. de luc. de judic. diſc. 37. num. 50. cum aga-
tur de aſſecuratione dotis pro conſequendis ali-
mentis ut deffendendo per nos hic deducta
comprobat *Bonden. ad Oter. ubi ſupra num. 124.
cum ſeq.*, & comprobatur ex *Rot. in rec. dec. 20.
num. 7. cum ſeq. par. 13. coram Merlin. deciſ. 875.
num. 5.*
Num. 21. Docet praxim *Saluſt. Tiber. in ejus pra-
xi tit. de modo procedendi in cauſis reſtitutionis in*
20 *integrum cap. 9.* * ibi.

*Remedium reſtitutionis in integrum extraordi-
narium eſt, & in illius judicio nunquam, aut ra-
rò pronunciatur A. eſſe, vel non eſſe in integrum
reſtituendum, ſed tantum incidenter Judex cogno-
ſcit, & ſubindè ad ulteriora in negocio principali
procedit; Quia quatenus reſtituti petens reſtitu-
endus de jure veniat per proceſſum ad ulteriora
habetur pro reſtituto, & ſic ità evitatur circui-
tus, ut habetur in formulario procurat. in tit. de
reſtitut. in integr.*

Hanc praxim ad evitandos circuitus, & ma-
teriam appellationis, ac per tres ſententias
conformes ſuper reſtitutione in integrum pro-
nunciandi, inconcuſsè ſervant Tribunalia Ur-
bis ut tradit *Ridolphin. prax. part. 1. cap. 13.
nu. 417.* ubi concordantes cumulat, & firmavit
*Rot. in rec. deciſ. 275. nu. 1. par. 6. & deciſ. 533.
num. 2. par. 12.*
Num. 34. in fine Clericus exercens artem Ordini
Clericali non congruentem nempè Macellarii,
21 Tabernarii ſi ter monitus * non dimiſerit ar-
tem privilegiis Clericalibus remanet privatus
ut diſponitur in *Clement. cap. 1. de vita, & ho-
neſt. cleric.*

Si verò exercuerit per annum continuum ar-
22 tem ignominioſam videlicèt Joculatoris, *
Iſtrionis, Birruatii &c. ipſo jure ammittit pri-
vilegium Clericale *cap. 1. de vita, & honeſt.
Cleric. in 6. Bellett. diſquiſit. Cleric. tit. de favo-
re Cleric. perſonal. §. 9. num. 1.*

Licèt enim character infixus in Anima ſit in-
delebilis, attamen Clericus poteſt remanere
23 privatus * privilegiis Clericalibus per exerci-
tium artis ſtatui Clericali contrariæ ut docet
Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 35. num. 74.
Prout ammittitur privilegium per Biga-
24 miam licèt retineatur character * ut tradit
Cobell. ubi ſuprà nu. 203.
Num. 40. Negotiationem & ſic contractus Cam-
bii Clericis primæ Tonſuræ, & in minoribus
ordinibus conſtitutis non eſſe prohibitos, *
25 ſed ſolis Clericis in Sacris Ordinibus conſti-
tutis, ac Beneficia retinentibus, reſpondit *Rot.
in rec. deciſ. 353. num. 5. par. 19.* in *Romana Pe-
cuniaria 14. Martii 1712. coram R. P. D. Falco-
nerio §. Adeout cum ſeq.*

Imò contractus activè geſtos à Sacerdotibus,
& clericis Beneficiatis à Sacris Canonibus non
26 annullari nec beneficio creditorum * cum
cis contrahentium irritari, ſed omnino eſſe vali-
dos, itaut ſolummodò iſti illicitè negotiantes
certis pœnis mulctentur firmavit *Rot. d. deciſ. 353.
num. 6. ubi num. ſeq.* ſubdit quòd ex *Conſtitutio-
ne 19.* Pii IV. declaratur, quod omnia bona
per eos acquiſita ex illicita negotiatione con-
tra *Sacros Canones* ad Cameram Apoſtolicam
pertinent.

Contra predicta duo veritate ſcripſit docti-
ſſimus *R. P. D. Faitinellus* exiſtimans Clericum
minorum Ordinum etiam non Beneficiatum *
27 non poſſe quæſtuoſam negotiationem exerce-
re, & individualiter contrahere cambia, &
aliter facientes ſubjacere etiam ſpolio favore
Rev. Cameræ Apoſtolicæ etiamſi eſſent Cives
Romani ut in *ejus reſpoſ. 6. tom. 2. ubi in fine* re-
giſtratur predicta *deciſio coram R. P. D. Falco-
nerio* ab ipſo particulariter impugnata.
Num. 53. Quicquid ſuperest ex redditibus Capitu-
laribus debet inveſtiri, prout tenetur Tutor
28 inveſtire * pecunias pupillares ut ſecuta fuit
*Rot. in Herunden. Ferialis 20. Junii 1704. coram
R. P. D. Anſaldo. §. Undecimo.*

De modo, & forma procedendi in Cauſis excedentibus ſummam librarum decem bononenorum:

RUBRICA SEPTIMA.

Finem litibus ſalubriori modo quo melius poſſumus imponere cupientes. Et ne veritas geſtorum per cavillationes, (A) & juris veritatem non tangentes, comprimatur. Et ut laboribus, & ſumptibus, quæ fiunt in litigando, occurramus, & ut de immortalibus, lites mortales fiant. Propterea hac ædictali, & in perpetuum valitura lege, & Statuto. Sancimus, decernimus, & mandamus, quod Cauſæ Civiles, vel mixtæ quæcunque agitandæ in Civitate Faventiæ inter homines dictæ Civitatis, & ejus Comitatus, & ſeù contra ipſos homines in prima inſtantia cognoſcantur, terminentur, ac cognoſci, & terminari debeant per Magnificum D. Poteſtatem dictæ Civitatis, & ejus Curiam; & quod inſtantia, & tempora hujuſmodi de cætero agitandarum coram præfato D. Poteſtate, & ejus Tribunali, & Curia dicta prima inſtantia ſuper executione publici Inſtrumenti, aut ſententiæ, laudi arbitramenti, ſeù ultimatum voluntatum, aut de, & ſuper quan-

Digitized by Google

quant itate , & ſumma excedente ſummam lib. x. bononen. uſque ad quantitatem lib. xxv. bononen. incluſivè , vel abindè infra , ſeu de , & ſupet re tantundem valente, ſint , & eſſe debeant dierum xl. continuorum tamen , (B) & non ultra , inchoandorum à die productionis dicti Inſtrumenti , ſententiæ , laudi , arbitrii , & arbitramenti , aut ultimæ voluntatis , ſeu à die factæ , & productæ ſuæ ſimplicis , & nudæ petitionis . Infrà quos quadraginta dies Cauſas hujuſmodi cognoſci , & terminari (C) volumus ; dummodò infrà prædictos quadraginta dies viginti ad minus utiles , & non feriati intetcedant . Quæ quidem tempora auctoritate præſentis legis , & decreti intelligantur eſſe , & ſint præfixa dicto D. Poteſtati , & ejus Judicibus . Et Inſtantiæ Cauſarum hujuſmodi , in quibus etiam Cauſis procedatur, & procedi debeat, etiam in decidendo ſummarie , ſimpliciter , de plano ſinè ſtrepitu , & figura judicii , omiſſis juris ſolemnitatibus , & in eis circa terminum probatorium ſtatuendum ſervando , & ita ſervari mandamus formam traditam à Statuto noſtro ſub Rubrica . Qualiter agatur contra obligatos ex publica ſcriptura . Quod Statutum etiam in aliis ſuis partibus volumus inviolabiliter obſervari in Cauſis agitandis ſuper executione publicæ ſcripturæ, quo termino probatorio elapſo intelligatur facta publicatio proceſſus, & teſtium , & Statutus terminus trium dierum utilium ipſis partibus ad opponendum contra , & oppoſita probandum ſine alio Judicis miniſterio . In aliis autem Cauſis agitandis in dicta inſtantia coram præfato ; D. Poteſtate , & ejus Tribunali , & Curiæ , excedentibus ſummam , & valorem librarum xxv. bononen. vel de , & ſuper re precio valoris excedentis ſummam hujuſmodi,& abinde ſupra , volumus , & ſancimus procedi debere ſummariè , ſimplicitèr , de plano , ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſola facti veritate inſpecta, eas tamen decidendo de jure tantum,& prout juris diſpoſitio dictabit , non derogando tamen per hoc feriis inductis ob neceſſitatem hominum, quas in hujuſmodi Cauſis ſic ſummam prædictam , & dictum valorem excedentibus , & ubi non agitur executivè , ſervari volumus , & mandamus , niſi eis expreſsè renunciatum fuerit . Et quas Cauſas cognoſci , ac terminari ſancimus infra tempus , & tempora dierum ſexaginta utilium, & non feriatorum , & inchoandorum immediatè à die porrectæ , & factæ petitionis , & libelli . Et quæ tempora auctoritate præſentis Statuti intelligantur eſſe , & ſint præfixa ipſi D. Poteſtati , & ejus Judicibus, (D) & inſtantiæ ipſarum Cauſarum . Volentes ; & decernentes in hujuſmodi cauſis , quod Actor teneatur exhibere ſuam qualem , & qualem petitionem coram ipſo D. Prærote, ſeu ejus Judicibus . Et ea porrecta teneatur idem Actor , ſeu pro eo legitimè intercedens , ſtatim legitimè docere de mandato Procuratoris (E) vel alterius perſonę prò eo legitimè comparentis, ſi per alium ipſum litigare , & comparere contigerit . Et pars conventa habeat , & habere intelligatur ipſo jure auctoritate præſentis Statuti terminum quatuor dierum utilium immediatè futurorum à die dictæ productæ petitionis ad opponendum quicquid voluerit contra perſonam comparentis,& petitionem prodnctam , & ad reſpondendum ipſi petitioni , ſi reſpondere voluerit , & ad opponendum omnes exceptiones declinatorias , dilatorias, peremptorias , anomalas,& cujuſvis generis , quas proponere voluerit , docendo etiam cum dictis exceptionibus propoſitis de mandato , ſi per alium litigare contigerit . Et exadverſo Actor ipſo jure habeat, et habere intelligatur terminum duorum dierum immediatè ſequentium poſt dictos quatuor dies ad ſumendum copiam , et replicandum , et opponendum contra Rei, et pro eo comparentis, perſonam,et exceptiones propoſitas per ipſum Reum , et pro ejus parte ; et quicquid aliud allegare , et proponere voluerit con ra producta,et oppoſita pro parte Rei . Poſt qnos ſex dies utiles , numerandos à die productionis libelli in caſu , quo exceptiones , ſeu replicationes opponi contingat , vel ſi ipſe Reus per ſe , vel alium nil oppoſuerit infra prædictos quatuor dies , tunc lis habeatur , et ſit ipſo jure pro legitime conteſtata, et jurato de calumnia . Et exceptiones, et replicationes, quę ur infrà dictos terminos fuerint propoſitæ,intelligantur, et ſint ipſo jure parti reſervatæ poſt litem conteſtatam , vel pro conteſtata habitam, decidendæ , et terminandæ , niſi deciſæ fuerint per ipſum D. Prætorem , vel ejus judices ante litem conteſtatam , vel pro conteſtata habitam . Quas quidem exceptiones , et replicationes ſic reſervatas , ipſe D. Prætor , ſeu ejus Iudices quandocumque ante ſententiam diffinitivam , vel in ipſa ſententia poſſit , et poſſint decidere , et terminare, poſtquam litem conteſtatam , vere , vel ficte (ut ſupra dictum eſt) intelligatur eſſe , et ſit Statutus terminus decem dierum utilium utrique parti ad probandum per teſtes , et ad producendum,et exhibendum omnia capitula, et intentiones, quæ , et quas quælibet partium exhibere, et producere volnerit in Cauſa . Poſt vero ipſos decem dies habeat , et habere intelligatur utraque pars alios ſex dies utiles ad faciendum deponere teſtes , et probatum habendum quicquid probare voluerit , et potuerit per teſtes juratos in Cauſa , ſi tamen teſtes fuerint jurati , aliàs talis terminns tanquam ſupervacuus omittatur , quibus terminis elapſis , teſtes , et proceſſus habeantur pro legitime publicatis abſque alio Judicis miniſterio , ſive partis inſtantia , nec alia expreſſa publicatio requiratur . Et poſt dictam publicationem ſic factam tacitè, vel expreſsè quælibet partium habere intelligatur , et habeat ipſo jure terminum ſex dierum utilium ad opponendum , & oppoſita probandum , et probatum habendum in Cauſa , (F) Ad quos teſtes civiliter reprobatorios exadverſo civiliter reprobandum , et reprobatum habendum , habeat, et habere, intelligatur

tur ipſo jure quælibet partium terminum quatuor dierum utilium poſt dictos ſex dies immediate ſequentium. In omnibus autem Cauſis prædictis, ſi quæ partium vellet producere teſtes exiſtentes, ſeu quos allegaret, habere in alieno Territorio, et ſub aliena juriſdictione ipſius D. Poteſtatis, et ſuæ Curiæ, idem D. Poteſtas, ſeu ejus Iudices [ſi ſibi videbitur] poſſit, et valeat, et ſeu poſſint, et valeant ad hoc terminum competentem, ſuo arbitrio moderandum, ſecundum loci diſtantiam dare. (G) Qui terminus non computetur in termino inſtantiæ, dummodo illa pars, quæ ità diceret habere teſtes in alieno Territorio, ſuo juramento adverſa parte præſente, vel citata, aſſerat, et affirmet ſe prædicta non proponere in fraudem, ſeu calumnioſe, et animo dilatandi Iudicium. Et ſi hujuſmodi petitio inventa fuerit calumnioſa, puniatur ipſo facto, et ſinè alio proceſſu, et declaratoria in lib. x. bononen. dandis, et applicandis Communi Faventiæ. Etiam ſi id per generalem Procuratorem, aut alium legitimè comparentem in Cauſa petitum fuiſſet. Et quæ petitio intelligatur calumnioſa, et calumnioſè facta, ſi infra dictum terminum, ut ſupra præfigendum, non fecerit examinare áliquos ex dictis teſtibus, quos in alieno Territorio habere propoſuerit, et eorum dicta præſentaverit coram dicto D. Poteſtate, ſeu ejus Iudicibus, quorum dicta, et atteſtationes faciant ad Cauſam. Et nihilominus inſtantia, et tempora ipſius Cauſæ cucurriſſe intelligantur ad ſui præjudicium. Poſt quos terminos, & dilationes quælibet pars habeat, & habere intelligatur ipſo jure terminum dierum quatuor utilium ad producendum omnia inſtrumenta, ſcripturas, & jura, quibus uti voluerit, facientia ad Cauſam prædictam, quæ ſi diceret extra Territorium, & Juriſdictionem ipſius D. Prætoris habere; idem Iudex poſſit, ſi ſibi videbitur, dare eidem dilationem ad id competentem, recepto prius dicto juramento calumniæ, de quo ſupra. Et quæ dilatio non computetur in terminis inſtantiæ, ut ſupra dictum eſt, etiam de teſtibus extra Territorium examinandis. Et ſi infra dictum tempus nil produxerit, ſeu fecerit, pœnas prædictas incurrat. Et dictis dilationibus, de quibus ſupra, decurſis, intelligatur eſſe, & ſit ipſo iure concluſum in Cauſa ab utraque parte, & ſtatutus terminus quatuor dierum utilium ad allegandum in ea, & ad petendum conſilium Sapientis, ſi aliqua partium illud petere voluerit, ſervando tamen formam traditam per aliud Statutum noſtrum de conſilio Sapientis petendo diſponens. Addenteſque, decernentes, & ſtatuentes, quod Actore Cauſam ſuam non proſequente per ſe, vel eius legitimum Procuratorem, & intereeſſorem infra tempora ſupra declarata, intelligatur ipſo iure, (H) etiam abſque alia pronuncia, inſtantiam huiuſmodi Cauſæ ex defectu ipſius Actoris deſertam eſſe, & ea deſerta etiam ipſo jure in expenſis idem Actor condemnatus, quas ſtatim dictus Dominus Judex taxare, & refici facere adverſæ parti teneatur. Poſſit tamen idem Iudex pronunciare dictam inſtantiam deſertam, Actorem prædictum in expenſis condemnando; Omnino tamen Iudex teneatur compellere ipſum Actorem deſerentem ad ipſarum expenſarum refectionem, & ſolutionem, ſi à parte id fuerit petitum, ſub pœna lib. xxv. bononen. Iudice prædicto negligente, vel contrafaciente, applicanda Communi Faventiæ, & nihilominùs ad intereſſe parti teneatur. Et quæ tempora, & inſtantia ſupra per nos præfixa, non poſſint in Cauſis modo aliquo prorogari, nec ſuſpendi, niſi de expreſſo conſenſu ipſarum partium litigantium. Licèt tamen dicto Actori deſerenti eius Cauſam, & eandem actionem, ſeu aliam quamvìs de novo inchoare, et proponere coram eodem D. Poteſtate, et ejus Curia, & eam proſequi, & terminari facere infra dicta tempora ſupra præfixa, et declarata, dummodo adverſæ parti actualiter dictas expenſas primo, & ante omnia reficiat, aliter non audiatur modo aliquo, niſi dictis expenſis primo refectis. Declarantes tamen, & decernentes, quod per prædicta non intendimus in aliquo derogare Iuriſdictioni, et ordinamentis officii Cuſtodiæ Civitatis Faventiæ, nec Iuriſdictioni aliorum Iudicum à Communi noſtro deputatorum, et deputandorum, quorum Juriſdictionem, et ordinamenta expreſsè approbamus, et confirmamus.

SUMMARIUM.

1 Reſecati debent litium inutiles, & futiles anfractus.
Romani litibus vectigal impoſuere, ſolvendum à victo, ot homines à litigandi libidine arcerent num. 2.

2 Diuturnitas litium Reip. eſt damnoſa, & quare.

3 Termini ſi non fuerint præfixi juxtà diſpoſitionem Statuti, ſententia, & decretum erit nullum.

4 Judex Statuti diſpoſitionem ſervare tenetur.
Sententia lata termino præfixo pendente, eſt nulla nu. 4.

5 Pendente dilatione Judicis officium conquieſcit.

6 Terminis probatoriis elapſis, & poſt concluſum in Cauſa, an poſſint admitti poſitiones, remiſſivè.

7 Termini, & dilationes diverſimodè ſervantur in Cauſis ordinariis, quàm in Cauſis executivis.
Statutum loquens circa dilationes, & terminos io Cauſis ordioariis, non trahitur ad executivas nu. 7.

8 Productio jurium per relationem ad folium non valet ſed ex actu productionis debet apparere.

9 Productiones jurium interpolatim factæ ad protrahendum terminum aſſignatum, non ſuffragantur pro illius prorogatione.

10 Jura producta dimitti debent cum effectu in act.

actis ad primam diem, aliàs tempus currit, & jutium productorum copia denegari poteſt, ac ſufficit terminus aſſignandus arbitrio Judicis.

11 Statutum diſponens circa tempus, intra quod Judex definire debet Cauſas, reſolvitur potiùs in conſilium, quàm in præceptum.

12 Cauſæ intra triennium de Jure Civili, & intra biennium de Jure Conciliari definiri debent. Decl. n.13. Vide n.14.

15 Appellatio à denegata juſtitia ut intret, requiruntur tres inſtantiæ pro expeditione Cauſæ, cum interpolatis diebus, & moderato intervallo, & dilatione inter unam, & alteram, cum proteſtatione appellationis in unaquaque inſtantia.

16 Appellatio à denegata juſtitia non datur in Urbe.

17 Præfixio temporis inſtantiæ per Statutum fit aliquando Cauſæ, aliquando Judici, & aliquando actioni, & diverſos operatur effectus.

18 Nullitas ex defectu mandati procuræ eſt una ex tribus, & inſanabilis, ac influit in aliam citationis, paritèr inſanabilem.

19 Mandatum procuræ requiritur abſque oppoſitione partis, aliàs acta ſunt nulla, quando Statutum illud requirit in principio judicii.

20 Amplia procedere non obſtante ratificatione geſtorum, quæ non ſuffragatur favore ratificantis, ſed ſolùm in ejus præjudicium.

21 Conſtitutio Procuratoris, & exhibitio mandati procuræ, tàm reſpectu Actoris, quam Rei, quando requiratur, remiſſivè.

22 Præfixis terminis, & concluſo in Cauſa Judex pronunciat prout in cedula.
Legatus à Latere poteſt condere leges, conſtitutiones, & Statuta perpetua in hac Provincia nu.22.
Pronunciatio proùt in cedula de jure valet, & ſuſtinetur nu.22. Decl. n.23. Vide nu. 24. 25. 26.27.28. 30.& nu.31.

25 Pronunciationis proùt in cedula formula.

26 Subſcriptio, & publicatio ſententiæ retrotrahitur ad diem, qua Judex pronunciavit prout in cedula, & ſi conſtaret de publicatione ſub eadem die, qua fuit ſubſcripta cedula, ſententia eſſet nulla, & n.27. Limita n.28.

29 Notario Actuario atteſtanti, cedulam ſententiæ de tempore pronunciationis prout in cedula non fuiſſe ſcriptam, vel non eſſe in actis, vel ſubſcriptionem, vel publicationem ſub alia die ſequutam fuiſſe, non creditur, dùm penes acta adnotaverat, ſequutam fuiſſe ſub eadem die pronunciationem, ſubſcriptionem, & publicationem.

32 Stylus locorum reſpiciens ordinatoria judicii attendendus eſt.

33 Appellatio interponenda eſt intra decendium à die, qua Judex pronunciavit prout in cedula, alioquin ſententia tranſit in judicatum Decl. ut ibi. Limita nu.38.

34 Notitia ſententiæ probatur mediante illius intimatione, etiam domi dimiſſa copia facta.

35 Ultra appellationem intra decendium à die, qua Judex pronunciavit, proùt in cedula, requirendus eſt etiam pro reſponſione Apoſtolorum ipſe Judex, qui ſolet dare terminum Juris. Vide ibi.

36 Apoſtoli refutatorii cenſentur dati, & committi poteſt Cauſa appellationis, quando Judex poſtquam pronunciaverat, prout in cedula bis dedit terminum Juris ante ſubſcriptionem ſententiæ.
Terminus Juris à Judice bis tantum dari poteſt, & à parte peti debet nu.35.

37 Appellatio habetur pro non interpoſita, ita ut nec pars ea uti valeat, quando appellans reportavit ſententiam favorabilem à Judice, qui pronunciaverat prout in cedula.

38 Decendium ad appellandum Faventiæ currit à die intimationis ſententiæ, & n.47.

39 Appellatio ſufficit, quod interponatur intra decendium à die habitæ notitiæ ſententiæ.

40 *Conſtitutiones Synodales Eccleſiæ Faventiæ* prohibent appellationem à ſententia inſtitutionis in Parochialibus laicorum. Decl. nu.41. & 43.

42 Lex loquens in caſu ſimplici, non eſt trahenda ad alios caſus, in ea formalitèr non expreſſos, ſed intelligenda eſt in caſibus in ea ſpecificatis, quos propria verborum ſignificatio comprehendit.

44 Præſentatio ad Juſpatronatus facta pendente appellatione à ſententia appellabili eſt attentata.

45 Executio directa ſententiæ poteſt fieri elapſo decendio ad appellandum, etiamſi Adverſarius ignoret ſententiam contra ſe latam, abſque vitio attentatorum, ſecùs verò obliqua. Decl. nu.46.

48 Curialibus de Stylo deponentibus credendum eſt.

49 Stylus Fori ligat ſolùm in Curia, in qua viget, non autem generalitèr.
Poteſtas non tenetur ſequi ſtylum Curiæ Epiſcopalis nu.49.

50 Terminus à Judice aſſignandus eſt juxta diſtantiam loci ad rationem viginti milliariorum pro qualibet die.

51 Declaratoria Judicis circa deſertionem appellationis requiritur, quamvis à Statuto inducta ſit ipſo jure. Limita nu.52.

OBSERVATIO.

1 Proficuum eſt Reip. futiles, & inutiles litium anfractus reſecare, & ad priſcam gravitatem judicia revocare; adeò enim damnoſa eſt diuturnitas litium, ut ii, qui victoriam tandem reportarunt, remaneant tàm longis ambagibus vexati, ac tot ſumptibus miſerè fatigati, ut lugere potiùs coacti ſint, quàm gratulari, quod nudam victoriæ gloriam tanto prętio comparaverint, ut cum *Anton. Faber.in Cod. Theodoſ. lib.9. tit.21.* animadvertit *Klock de Ærar. lib.2. cap.123. num.1.* egregiè notat *Barclajus in ſua Argen. lib.3. pag. 661.* cujus verba ad

ad unguem refett *Larrea allegat. fiſcal.* 118. *ſub num.*19. & priùs dixit *B.* Ivo, cujus verba refe-
runtur à *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.par.*3.
allegat. 79. *ſub nu.*19. *& Card. de Luca de Statu-
tar. ſucceſſ.* §.1. *nu.*13. Utiliùs decrevere Roma-
ni dùm ad hoc, ut homines à litigandi libidine
arcerent, litibus certum vectigal impoſuere,
quod condemnatus Cauſa perdita ſolvere co-
gebatur, ut cum *Seſt. Pomp. & Marco Varr. de
ling. Latin.* notat *Antunez. Portugal. de donat.
Reg. tom.*2. *par.*3. *cap.*1. *nu.*30. *verſ. namque.*
B Termini aſſignati à Statuto ad probandum,
& deducendum omnia, ſi non fuerint præfixi,
3 decretum, ſeù ſententia erit nulla; nam Judex
Statuti diſpoſitionem ſervare tenetur *Scacc. de*
4 *Judic. lib.*2. *cap.*3. *num.*154. Sicuti etiam erit
nulla ſi eâ lata ſit termino præfixo pendente;
quia pendente dilatione officium Judicis con-
5 quieſcit *l. ſivè pars C. de dilat. Scacc. de Judic.
lib.*2. *cap.*3. *quæſt.*8. *num.* 165. *Pigant. ad Statut.
Ferrariæ lib.*1. *rubr.*16. *num.*110. *Antonien. de
Amat. var. reſol. lib.*1. *reſolut.* 35. *num.*6.
Elapſis verò terminis probatoriis, & poſt
concluſum in Cauſa, an poſſint admitti poſitio-
6 nes vide *Michalor. de poſit. cap.* 27. *Fontanell.
deciſ.*25. *n.*11. *cum ſeqq. Rot. in recent. deciſ.*454.
*ſub num.*1. *cum ſeqq. par.*18. *tom.*2.
Diverſimodè præfiguntur termini, ſeù di-
7 lationes in Cauſis ordinariis, quàm in cauſis
executivis, undè diſpoſitio *Statuti* loquens in
Cauſis ordinariis, non trahitur ad executivas,
ut de *Statuto Bononiæ Rubr.*5. *de modo procedend.
in cauſ. coram Auditore Generali* reſpondit *Rot.
coram Manzaned. deciſ.*161. *num.*1.
Circa productionem inſtrumentorum, &
aliorum jurium ad effectum probandi actio-
nem, ſeù exceptionem, notandum eſt, quod
*Eminentiſſimus.Cardinalis Gabriellius Provinciæ
Romandiolæ de latere Legatus* ad tollendum abu-
8 ſum introductum de anno 1672. occaſione vi-
ſitationis prohibuit, productiones fieri per re-
lationem ad folium, & mandavit illas ex actu
productionis apparere, & fieri in libris acto-
rum clare, & ſpecificè: Nec non decrevit, pro-
ductiones jurium interpellatìm factas ad pro-
trahendum terminum aſſignatum non ſuffraga-
9 ri pro illius prorogatione. Item quod jura pro-
ducta dimittantur cum effectu in actis ad
primam diem, alias tempus currat, & jurium
10 productorum copia denegari poſſit, ac ſuffi-
ciat arbitrio Judicis terminus aſſignandus ad
inſpiciendum apud acta, ut in ejus *Conſtitutio-
nibus* de quibus *in Appendice pag.*110. *nu.* 6. 7.
& 9.
C Diſpoſitio Statuti circa tempus, intra quod
Judex definite debeat Cauſas reſolvitur potiùs
in conſilium, quàm in præceptum, & quatenus
11 contineret præceptum, ac adiecta eſſet Cauſæ
devolutio ad Judicem ſuperiorem, prout de
Jure Civili intra triennium definiri debet per
tex. in l. properandum C. de Judic. ubi latè *Bar-
boſ.* adducit ampliationes, & limitationes, &
de *Jure Canonico* in Cauſis ad Forum Eccleſia-
ſticum pertinentibus diſpoſitum eſt in *Sac.
Conc. Trid. ſeſſ.*24. *cap.*20. *de reformat.* ibi: *Sal-
tèm infrà biennium à die motæ litis terminentur
alioquin poſt id ſpatium liberum ſit partibus, vel
alteri illarum, Judices ſuperiores, aliàs tamèn
competentes, adire &c.* adhuc ad effectum avoca-
tionis, ſeu devolutionis requiritur, quòd in-
tra tempus præfixum Judex, vel noluerit, vel
13 non curaverit Cauſam expedire, & ſic con-
ſtet de culpa, & defectu Judicis, nam ſi ob gra-
vitatem, & qualitatem Cauſæ, vel ob cavilla-
tiones, & exceptiones partium, vel ob infir-
mitatem, aliudque ſimile legitimum impedi-
mentum non ſtetit, quo minùs per Judicem
fuerit deciſa, non intrat devolutio, ſeù appel-
latio, ut in terminis diſpoſitionis *Concil. Trid.
Barboſ. in Collectan. ſuper dicto cap.*20. *num.*14.
*Salgad. de protect. Regn. tom.*1. *par.*2. *cap.*17.
*nu.*35. *Scacc. de appellat. quæſt.*15. *num.*280. &
*num.*304. adducit, & examinat varias ſpecies
impedimenti, & generalitèr *Scacc. dicta quæſt.*15.
*num.*290. *Cortiada deciſ.*17. *nu.*39. *cum ſeqq.* Ut
autem de culpa Judicis conſtare dicatur, debet
ſæpè requiri pro expeditione, ut proſequitur
14 *Barboſ. ubi ſupra nu.*15. & *Scacc. dicto nu.*280.
*Ricc. deciſ. Curiæ Archiepiſcopal. Neapol. par.*4.
*deciſ.*120. Inolevit etiam praxis appellationis
15 a denegata juſtitia præviis tribus inſtantiis pro
expeditione Cauſæ cum interpolatis diebus,
& moderato intervallo, & dilatione inter unam
ac alteram, in quarum ſingulis contineatur
poteſtatio appellationis à denegata juſtitia,
ut docet *Ruginell. de appellat.* §.2. *cap.*3. *n.*263.
& §.2. *cap.*2. *n.*73. *Scacc. de appellat. quæſt.*17.
*num.*46. *Card. de Luca in Annot. ad Conc. Trid.
diſcurſ.*33. *nu.*19. *cum ſeq.* & priùs *de Juriſdict.
diſcurſ.* 68. *ſub nu.*7. *cum ſeq.* Secluſo etiam ter-
mino à *Sac. Concilio* vel diſpoſitione Juris com-
munis, vel Statuti, intra quem definiri debeat
Cauſa à Judice, adhùc præmiſſa prædicta tri-
plici inſtantia, ſi non conſtet de aliquo legi-
timo impedimento, & ſic Judex contumax non
pronunciaverit, competit appellatio à denega-
ta juſtitia, juxtà originalem doctrinam *Jo:
Andr. in cap. dilecto ſub num.*3. *de appellat. Ne-
vizan. conſ.*97. *Scacc. de appellat. quæſt.*17. *n.*46.
& 58. *Cancer. var. reſol. par.*3. *cap.*12. *nu.*252.
*cum ſeq. bo: me: Card. de Luca de Juriſdict. dicto
diſcurſ.*68. *num.*9. *cum ſeq.* reſpondit *Rot. diverſ.
deciſ.*514. *num.*4. & 5. *par.*1. At ea non habet
16 locum in Urbe, ob notoriam vigilantiam,
integritatem, & applicationem Judicum.
D Præfixio temporis inſtantiæ per *Statutum*
aliquando ſit Cauſæ, aliquando Judici, prout
17 in *noſtro Statuto*, & aliquando actioni, ut do-
cet *Scacc. allegat. quæſt.*15. *num.*288. ubi tradit
diverſitatem effectuum juxtà varietatem ca-
ſuum. Et circa hoc *Statutum* quoad deſertionem
Cauſæ vide *Additionem eorundem Statuentium
impreſſam in fine libri VII.*
E Nullitas ex defectu mandati procuræ, quæ
18 eſt una ex tribus inſanabilibus *Ridolphin. prax.
par.*1. *cap.*13. *num.*348. ubi plures concordan-
tes, inſtuit in aliam citationis, paritèr inſana-
bilem, ut advertit *Poſt. de manut. obſervat.* 86.

*ſub num.*5. undè particularitèr evitanda eſt, &
quotiès à Statuto requiritur in principio judi-
19 cii, quod doceatur de mandato procuræ, eo
caſu etiam abſque oppoſitione partis de illo de-
bet doceri, alioquin omnia acta ſunt nulla, ut
de ſimili *Conſtitutione Ferrariæ* vigente advertit
Pigant. ad Stat. Ferrariæ lib.1. Rubr. 16. nu.29.
Adeoùt nec ſubſequens ratificatio geſtorum in
favorem ratificantis ſuffragetur, ſed ſolum in
20 ejus præjudicium *Gabriel. conſ.194. n.6. vol.1.
Honded. conſ.38. nu.27. vol. 1. Pigant. ubi ſuprà
num.30. Adden. ad Ludoviſ. deciſ.295. nu.6.*

*Eminentiſſimus Cardinalis Gabriellius in Pro-
vincia Romandiolæ à latere Legatus* in viſitatio-
ne de anno 1672. edidit particularia decreta
21 circà conſtitutionem Procuratoris, & reſpe-
ctivè exhibitionis mandati procuræ, tàm reſpe-
ctu Actoris, quàm Rei, ut in ejus *Conſtitutio-
nibus in Appendice pag.110. nu.4. & 5.*

F Præfixis terminis, & concluſo in Cauſa Ju-
dex pronunciat proùt in cedula, qui ſtylus ap-
22 probatus fuit ab *Eminentiſſimo Gabriellio in
dictis conſtitutionibus num.*8. qui tanquam à la-
tere Legatus legem perpetuam condere potuit
*cap. final. de offic. Legat. ibique communitèr Scri-
bentes*, & in puncto alterius præcedentis Con-
ſtitutionis Cardinalis Legati reſpondit *Rot. co-
ram Seraphino deciſ.536. n.4.* & de jure talis ſty-
lus valet, ac pronunciatio ſuſtinetur, ut cum
Bald. Contard. & Becc. docet *Guazzin. de defenſ.
Reor. defenſ.35. cap.10. ſub num.5. Rot. diverſ.
deciſ.705. nu.3. par.3. ſub nu.5. Rot. coram Coc-
cin. deciſ.1857. num.2. coram Cavaler. deciſ.563.
nu.1. coram Ludoviſ. deciſ.546. num.7. ibidem
Adden.* Quoties tunc temporis ſcripta ſit ce-
23 dula, & ſic ea ſit certa, ad quam ſe refert, ut
declarat *Bald. in l.1. nu.11. C. de ſent. ex brevi-
loq. recitan. Becc. conſ.78. num.36.* proſequitur
*Rot. coram Coccin. dicta deciſ.1857. nu.3. coram
Cavaler, ubi ſupra;* ſecùs autèm ſi in actis adhùc
non fuerat exhibita, quo caſu ſententia erit
nulla, cum pronunciatio non poſſet certifica-
ri per relationem ad acta *Pariſ. conſ.49. nu.91.
vol.3. Gratioſ. Ubert. de Citation. cap.9. nu.512.
Rot. coram Coccin. deciſ.183. nu.6. deciſ.280. n.7.
deciſ.791. nu.3. & deciſ.1857. nu.3. coram Lu-
doviſ. deciſ.546. nu.8. ibique Adden. num.16. &
coram Carill. deciſ.105. nu.18.* de quo conſtare
poterit, ſi Principalis, vel ejus Procurator ti-
mens ſententiam contrariam, præſentibus duo-
24 bus teſtibus interroget Notarium Actuarium,
an penes ipſum reperiatur cedula ſententiæ, &
ſi reſponderit, eam non habere & de hoc teſten-
tur iidem duo teſtes, exindè probatio conclu-
dens reſultabit. Quodque pernecеſſe requira-
tur eo tempore, cedulam, nedùm eſſe ſcri-
25 ptam, ſed etiam in actis exibitam, præſefe-
runt verba illa Judicis, ibi: *ex tunc Dominus
pronunciavit prout in cedula, quam facto legit,
& mihi Notario dedit tenoris &c. ſuper quibus
&c.* juxtà praxim traditam *per Gratioſ. Ubert.
de modo citandi part.4. formul.1. ſub verſ. ex tunc
Dominus, & in tract. de Citat. cap.9. num.511.
cum ſeqq.* ubi examinat prædicta verba, & fir-
mat *Becc. loc. cit. & Rot. coram Carill. loc. al-
legat.* ubi limitat concurrente ſtylo in contra-
rium.

Quinimò cum tàm ſubſcriptio, quam publi-
26 catio debeat apparere facta ſub die pronuncia-
tionis, proindè utraque annotanda eſt à No-
tario ſub illa die, ad quam prædicti ſubſequen-
tes actus retrotrahuntur, ut advertunt, *Poſt.
de manut. obſervat.102. num.14. Gratian. di-
ſcept.438. num.9. cum ſeq. Adden. ad Ludoviſ. d.
deciſ.546. nu.16. Adden. ad Pamphil. deciſ.131.
num.9. Gratioſ. Ubert. d. cap.9. num.513. Rot. in
Faventina Succeſſionis coram Corduba impreſſ. pe-
nes Marcheſan. de Commiſſ. par.1. pag.1055. n.3.*
alioquin ſi conſtet de publicatione ſub eadem
27 die, qua poſtmodum ſubſcripta eſt, ſenten-
tia erit nulla, ut advertit *Adden. ad Ludoviſ. d.
deciſ.546. eodem nu.16. Gratian. ubi ſupra Gra-
tioſ. loc. cit. num.514. Poſt. ubi ſuprà* reſpondit
Rot. diverſ. deciſ.705. quam ſequuta eſt *in d. Fa-
ventina ſucceſſionis coram Corduba impreſſ. penès
Marcheſan. de Commiſſ. num.1. in Forolivien. Fi-
deicommiſſi coram Pamphilio impreſſ. penès Poſth.
de manut. deciſ.586. nu. final. diverſ. allegat. de-
ciſ.705. par.3. coram Coccin. deciſ.1857. num.3.
emanata in Cauſa Faventina.*

Niſi concurrat ſtylus annotandi diem ſub-
28 ſcriptionis, & publicationis, non autem diem
pronunciationis, qui ſtylus eſſet attenden-
dus, ut docent *Poſth. d. obſervat.102. ſub n.15.
verſ. Atque etiam Rot. coram Ubald. deciſ.610.
nu.2. part.2. coram Duran. deciſ.141. nu.3.*

Si Notarius Actuarius poſtquam penes
acta annotavit, ſequutam fuiſſe ſub eadem die
pronunciationem, ſubſcriptionem, & publi-
29 cationem ſententiæ, atteſtetur, vel cedulam
de tempore pronunciationis non fuiſſe ſcri-
ptam, vel publicationem ſub alia die ſequu-
tam fuiſſe, non creditur, cum agatur de dam-
nando Judicem *Gratioſ. Ubert. d. cap.9. n.514.
verſ. Et ſi Rot. coram Coccin. d. deciſ.183. n.7.*

Advertendum, quòd quamvis nonnullæ ex
auctoritatibus ſupra adductis firment, cedu-
lam ſententiæ de tempore pronunciationis de-
30 bere eſſe ſubſcriptam, attamen id per erro-
rem cenſetur dictum, cum ſufficiat tunc fuiſſe
ſcriptam, ſubſcriptio enim poſteà ſubſequitur,
licèt ad diem pronunciationis retrotrahatur,
ut ex aliis auctoritatibus ſupra relatis, & quo-
tidiana praxi comprobatur.

Notandum eſt etiam, quòd ſæpiſſimè tàm
Faventiæ, quàm in tota Provincia Romandio-
31 læ, ubi hujuſmodi ſtylus pronunciandi proùt
in cedula viget, Judex ſub die, qua cadit cita-
tio ad ſententiam, non ſolum non conſignat
Notario cedulam ſententiæ, ſed nec minùs eam
vidit, cum adhùc à partibus ipſa exhibita non
fuerit, imò non rarò tunc eſt ignarus merito-
rum Cauſæ, nàm ut plurimum poſtquam ſer-
vati ſunt omnes termini, ac pronunciatum fuit
prout in cedula, dùm ei non eſt præfixus cer-
tus terminus pro deciſione Cauſæ, informatur
à Cauſidicis, tàm in voce, quam in ſcriptis,
& deindè diſcuſſa Cauſa, traditur hinc indè ce-
dula,

Digitized by Google

dula, quæ, ſubſcribitur pro ea parte, pro qua
juſtitia aſſiſtit, ut ſervatur in Tribunalibus no-
ſtræ Civitatis; Stylus enim locorum reſpiciens
32 ordinatoria judicii eſt attendendus, ut tra-
dunt *Franc. in cap. final. nu.6. de re judic. in 6.
Roman. conſ.367. nu.11. Rot. coram Coccin. alle-
gat. deciſ.1857. n.5. coram Ubald. deciſ.610. n.2.
in fine cum ſeq.*

Quando viget Statutum, vel Conſtitutio,
vel ſtylus ſubſcribendi, & publicandi ſenten-
tiam etiam poſt lapſum decem dierum à die
33 pronunciationis, intra quos interponenda eſt
appellatio, ſi præceſſit citatio perſonalis ad
ſententiam, vel monitæ partes, ſeù earum
Procuratores præſentes pro certa die, tunc
cauti Procuratores, ne ſententia tranſeat in
judicatum ob appellationem intra decendium
non interpoſitam, appellant cum clauſula *qua-
tenùs contra*, ut docet *Ridolphin. prax. part.1.
cap.13. nu.336. Scacc. de appellat. quæſt.5. n.111.
Ubert. de citat. cap.9. ſub n.509.*

Si verò citatio non fuerit perſonalis, tunc
decendium ad appellandum non incipit currere
à die prolationis ſententiæ, ſed à die notitiæ,
& ſcientiæ latæ ſententiæ, ut docet *Scacc. de
appellat. quæſt. 12. num.13. Ridolphin. loc. cit.
num.342.*

Et notitia ſufficens ſententiæ intelligitur
probata mediante intimatione illius, etiamſi
facta ſit domi dimiſſa copia *Scacc. d. quæſt.12.
num.25.*

Ultra appellationem requirendus eſt etiam
pro reſponſione Apoſtolorum Judex, qui iſto
35 caſu ſolet dare terminum Juris, qui eſt unius
menſis, ante cujus lapſum ſi ſententiam ſub-
ſcripſerit, proſequitur appellatio, ſin autem ſen-
tentiam non ſubſcripſerit, requiſitus dare ſolet
alium terminum juris ſed cum ulteriorem ter-
minum appellans petere non teneatur, nec Judex
36 dare valeat, cenſentur iſto caſu dati refutatorii,
& conſequenter committi poteſt Cauſa appel-
lationis, ut docet *Scacc. de appellat. quæſt.14.
nu.11. Ridolphin. d. cap.13. num.341.*

Si verò contingat, ſententiam favorabilitèr
ſubſcribi, tunc appellatio habetur pro non in-
37 terpoſita, & condemnatus, qui ſperabat ſen-
tentiam favorabilem, ſi non appellavit, non
poteſt uti appellatione à parte adverſa interpo-
ſita, ut notat *Scacc. de appellat. qu. 7. limit. 21.
nu.23. juncto nu.29.*

Eximuntur Cauſidici Faventini ab hujuſmo-
di diligentiis, attento ſtylo Tribunalium Ci-
vitatis Faventiæ perſonalitèr intimandi parti
38 ſententiam latam, quæ alioquin in judicatum
non tranſiret, ut prævia probatione hujuſmodi
ſtyli mediante ſequenti atteſtatione -- *Noi in-
fraſcritti Curiali &c. della Città di Faenza faccia-
mo piena fede, & atteſtiamo mediante il noſtro
giuramento, come nelle Cauſe appellabili ad utram-
que effectum, quando ſi pronuncia la Sentenza dal
Giudice, prout in folio, vel in cedula alla preſen-
za de Procuratori hinc indè, non ſuole dal Giudi-
ce in quell' atto conſegnarſi ſottoſcritta al Notaro,
mà è in libertà ſua di pronunciare, e di conſegnar-
la anco doppo più ſettimane, e meſi ſenza nuova
Citazione, publicandoſi la ſentenza ſotto il giorno,
nel quale è ſtato detto pronunciavit prout in Cedu-
la, vel in folio, e perchè ſpeſſe volte accade, che
la parte condannata, e perdente non hà notizia di
tal ſentenza, perciò è ſtile inveterato in queſti no-
ſtri Tribunali, e particolarmente nella Curia Ve-
ſcovale, di far l'intimazione della detta ſentenza
perſonalmente alla parte, ò à Caſa, alla quale à
die intimationis corre il termine ad appellandum,
e non prima, e per eſſer ciò ſtile, e uſo inveterato
pratticato ſempre da noi, e veduto pratticare
communemente da tutti nelle cauſe, e ſentenze
appellabili habbiamo ſottoſcritta la preſente &c.*
reſpondit *Rot. in Faventina Parochialis 28. Ju-
nii 1683. coram R. P. D. Pauluccio §. Non adver-
ſante. & §. Cæterum in fine* tenoris ſequentis.

*Non adverſante, quod ſententia lata favore
illorum de Sinibaldis tranſierit in judicatum. Qui-
nimò cum in Curia Faventiæ vigeat inconcuſſus
ſtylus perſonalitèr intimandi ſententias favorabi-
les obtentas ad hoc ut incipiat currere decendium
ad appellandum, præcedere debuerat prædicta in-
timatio, omiſſa enim tali intimatione, ſententia
nunquàm tranſitum fecit in judicatum, & Reo ſuf-
ficit appellationem fuiſſe interpoſitam intrà decen-
39 dium à die habitæ notitiæ Auth. hodiè C. de ap-
pellat. Clement. appellant. eod. tit. Veſtr. in prax.
lib.7. cap.6. n.21. Rot. dec. 16. nu.2. de dolo, &
contumac. in novis Ubald. deciſ. 209. nu.1. Emi-
nentiſſimus Ottbob. dec. 44. nu.2. & 3. & in rec.
dec.396. nu.1.* & *dec.636. paritèr n.6. par. 2. &
dec.526. n.4. part.18. tom.2. rec.*

*Minuſque ceſſant attentata, ex eo quod Conſti-
tutiones Synodales Eccleſiæ Faventinæ præſcribant,
ut à Sententia inſtitutionis à Parochialibus laico-
40 rum nulla detur appellatio ſuſpenſiva. Tùm quia
dictæ Conſtitutiones, cum ſint reſtrictæ ad ſimpli-
cem ſententiam inſtitutionis in poſſeſſorio inter
duos præſentatos latam, tanquàm correctoriæ Ju-
ris Communis non ampliantur, quando agitur de
ſententia continente mixturam petitorii, cum ex-
plorati Juris ſit, quod lex loquens in caſu ſimplici,
42 non ſit trahenda ad alios caſus, in ea formalitèr
non expreſſos, ſed intelligenda in caſibus in ea ſpe-
cificatis, quos propria verborum ſignificatio com-
prehendit Soccin. conſ. 13. num. 16. lib. 4. Ri-
min. jun. conſ.110. n.65. lib.1. Onded. conſ.1. n.53.
lib.1. Surd. dec.9. n.16. Rot. dec. 557. nu. 22. &
dec.360. n.23. par.17. rec. Tùm etiam quia Con-
ſtitutiones iſtæ ſunt intelligendæ de præſentatione,
43 & inſtitutione valida, non autem de nulla, &
attentata ſicut fuit illa Lanzoni tanquam facta à
Sinibaldis poſt ſententiam admittentem de Jure
appellationem, ideoque in illius executionem non
poterant Sinibaldi præſentare, cum lite pendente
44 Patroni habeant vinctas manus, quouſque per
tres conformes lis non fuerit extincta, ad tex. in
cap.1. & 2. ut lit. pend. Bich. dec.118. nu.18. &
19. & in rec. dec.90. n.31. par.18. &c.*

*Cæterum nec executio ſententiæ vindicata rema-
net à vitio attentatorum prævia diſtinctione dedu-
45 cta inter executionem directam, & obliquam,
nempè primam fieri poſſe elapſo decendio ad appel-*

lan-

Digitized by Google

landum, etiamſi pars adverſa ignoraret ſententiam contra ſe latam; ſecundam verò non, juxtà Votum impreſſ. poſt dec. Rembold.427. ubi ulterius firmatur, non revocari executionem ſic geſtam per viam attentatorum, ſed tantùm injuſtitiæ, quia DD. cenſuerunt inapplicabilem eſſe prædictam diſtinctionem caſui, in quo verſamur, cum ea procedat
46 *in paris terminis Juris communis, quando executio facta eſſet poſt decendium datum ad appellandum, quod utique etiam admittebant Informantes pro Fraſſonis; Secùs verò ſi intrà decendium, prout intrà decendium executioni fuiſſe demandatam ſententiam ſatis apertè conſtat, ex eo quod juxtà ſtylum Curiæ Faventiæ non fuerit intimata Fraſſonis*
47 *ſententia contraria, & omiſſa intimatione, decendium currere non poterat, ut ex plena atteſtatione jurata Curialium fori Faventini, quibus de*
48 *ſtylo deponentibus eredendum eſt, Rota poſt Poſth. de ſubhaſt. dec. 227. nu. 24. & deciſ. 169. num. 8. par. 16. recent.*

Notandum, quod licet ſtylus fori ſit jus Pretorium, non ligat generalitèr, ſed tantum in Curia, in qua viget, adeò ut Poteſtas non teneatur ſequi ſtylum Curiæ Epiſcopalis, ſicuti
49 docet *Bald. in l. certum n. 15. C. undè legitim. & undè cognat.* quem ſequuntur *Gratioſ. Ubert. de Citat. cap. 8. n. 130.*, & *Adden. ad Cappell. Tholoſ. dec. 115. nu. 3.* talis difficultas ceſſat in dicto caſu, cum præfatus ſtylus ſervetur in omnibus Curiis Faventiæ.

G Juxtà diſtantiam loci concedendus eſt ſufficiens terminus, nempè una dies pro ſingulis vi-
50 ginti milliariis, juxtà *text. in l. prima ff. ſi quis caut.* ibi: *Vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerare Prætor jubet &c.*, & infrà ibi, *nam ſanè talis dinumeratio neutri litigatorum oneroſa eſt*, & in §. *Qui autem excuſare inſtit. de excuſat. Tut. vel Curat.* ibi -- *dinumeratione facta viginti millium diurnorum &c.* & docet *Ubert. de Citat. cap. 9. n. 533. verſ. Judex autem*, ubi etiam admonet, Judicem circa dilationem dandam in caſu longi itineris.

H Non obſtante, quod deſertio inducta ſit à
51 *Statuto* ipſo jure, nihilominùs requiritur ſententia declaratoria Judicis, cum plura concurrere potuerint, quæ deſertionem impediverint, *Bald. in l. eos 6 n. 5. C. de appellat.* ut rejecta contraria opinione reſpondit *Gratian. diſcept. 40. nu. 2.* quem ſequitur *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 3. Rubr. 9. n. 4.*

Sed poteſt limitari in caſu, quo *Statutum*
52 aliter diſponat, prout noſtrum quod inducit deſertionem abſque alia pronuncia Judicis.

ADDITIO AD RUBRICAM VII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 PRonunciationis prout in cedula praxis remiſſivè.
2 Habito termino pro ſervato, ſeù per Judicem pronunciato prout in cedula ex ſtylo Notarius poteſt notare ſententiam eadem die.
3 Poſt concluſum in Cauſa poteſt ferri ſententia intra Semeſtre vigente ſtylo.
4 Facta concluſione in cauſa vigente ſtylo omittitur citatio ad ſententiam.

Num. 22. De ſtylo pronunciandi prout in cedula
1 vide etiam *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiolæ obſerv. 9. n. 50. cum ſeqq.* Vigente ſtylo habendi terminum pro ſervato ſeù pro nunciandi prout
2 in cedula Notarius poteſt notare ſententiam * in illa eadem die ut tradit *Altimar. de nullit. ex defect. citat. qu. 1. n. 147. pag. 352. tom. 2.*

Num. 32. Poſt concluſum in Cauſa poteſt ferri
3 ſententia intra Semeſtre, quando viget ſtylus * ut ſequendo ſtylum Meliteæ reſpondit *Rot. in Melevitana Bonorum 8. Junii 1682. coram R. P. D. Urſino §. Non quidem.*

Ex ſtylo facta concluſione in cauſa ommit-
4 titur citatio ad ſententiam ut de hujuſmodi ſtylo vigente Neapoli firmat *Altimar. ubi ſuprà nu. 145.*

De Poſitionibus.

RUBRICA OCTAVA.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi in aliqua Cauſa civili, vel mixta productæ fuerint poſitiones, tunc reſpondere debens & habilis ad reſpondendum, ſi ſemel fuerit monitus, & juſſus a Judice, vel ſemel perſonaliter citatus, & ſemel domi ad reſpondendum hujuſmodi poſitionibus, vel ſi reſpondere debentis copia haberi non poſſet, ter citatus ad domum ſuæ habitationis, ſi non comparuerit legitimè in judicio, & non reſponderit dictis poſitionibus, hujuſmodi poſitiones ipſo jure abſque aliqua Judicis pronuncia habeantur pro confeſſatis. (A) Et teneatur eas producens productis poſitionibus, & earum reſponſionibus, quando eis reſpondi contigerit, ſolvere Notariis Actuariis denarios duos pro qualibet poſitione reſponſionum. Nec ad aliquam ſolutionem reſpondens de cætero teneatur, non obſtante etiam quod aliter eſſet, vel ex conſuetudine, vel alio Statuto hactenùs obſervatum. Et hoc ut multitudo poſitionum refrenetur. Et quibus productis teneatur eas producens, ſive ſit Actor, ſive Reus procedere ad citationes præmiſſas, prout opportu um fuerit abſque mora pro habendo reſponſiones, & reſpondere debentes, alias non intell gantur tempora inſtantiæ Cauſæ hujuſmodi ſtetiſſe in ſuſpenſo, imò ea cucurriſſe omninò intelligantur. Et ut lites protelandi materia tollatur, ſancimus non poſſe per aliquem ſive Actorem, ſive Reum produci, niſi unica poſitionum

Digitized by Google

ſitionum ſcriptura in quolibet termino probatorio. Et ſi aliquis poſitionem aliquam ad Cauſam facientem, & deponentem ex facto proprio, ſeu continentem paternitatem, filiationem, agnationem, cognationem, affinitatem uſque ad tertium gradum ſecundum jus Canonicum, Officiales, vel Notariatum (etiam non credendo) negaverit, & fuerit de mendacio (B) legitimè conjunctus ab Adverſario ſuo, ipſo facto condemnatus ſit & eſſe intelligatur ſine alio proceſſu in libris quinque bononen. pro qualibet poſitione hujuſmodi, ut ſuprà, negata, applicandis Parti adverſæ pro duabus partibus, & pro reliqua tertia parte Judici Cauſæ, coram quo Cauſa agitatur exigenti, dummodò integrè exiganrur, & applicentur, ut ſuprà. Et quas dictus Poteſtas, & ejus Judices, ſeu alius Juſdicens incontinenti cum ſibi conſtabit hujuſmodi poſitionem negatam probatam fuiſſe per Adverſarium, per teſtes, vel inſtrumenta, aut per alias legitimas probationes, exigere cum effectu teneantur. Declarantes tamen, quod poſt lapſa tempora dictarum citationum ad reſpondendum poſitionibus. Et poſtquam dictæ poſitiones habitæ fuerint pro confeſſatis, ut ſupra, teneatur pars, in cujus favorem dictæ poſitiones habitæ ſint pro confeſſatis, intimari facere in ſcriptis eadem die, vel ſequenti perſonaliter, vel ad domum illi, contra quem tales poſitiones ſunt habitæ pro confeſſatis, ipſam partem fuiſſe vicibus interpolaris citatam ad reſpondendum dictis poſitionibus, & ejus contumaciam fuiſſe qualibet vice accuſatam, & ipsâ fuiſſe ſemper contumacē in reſpondendo dictis poſitionibus, & propterea ipſas poſitiones vigore præſentis Statuti habitas fuiſſe pro confeſſatis. Et poſſit ille, cui facta fuerit dicta intimatio infra alios quatuor dies, non computandos in termino probatorio, nec in inſtantia, comparere coram Judice, & ſolutis expenſis dictæ contumaciæ, & intimationis, & non aliter, reſpondere dictis poſitionibus. Et talis reſponſio ſit, & habeatur pro legitimè facta. Eo autem aliter non comparente, nec reſpondente, dictæ poſitiones ſint, & remaneant pro confeſſatis, ut ſupra. Liceat tamèn ipſi, contra quem talis pronunciatio facta fuerit vigore dictarum citationum etiam in cauſa appellationis à diffinitiva ſententia lata poſt dictam pronunciam, & ejus vigore, ſi de jure appellare licebit, probare contrarium (C) ejus, quod in dictis poſitionibus contineretur, cui probationi ſtari debeat, dicta pronunciatione non obſtante.

SUMMARIUM.

1 Statutum diſponere poteſt, quod poſitiones habeantur pro confeſſis, ſtante contumacia partis in reſpondendo, & eſt rationabile, ac utile.

2 Contra contumaces omnia jura clamant.

3 Statuto mandante ſimpliciter poſitiones haberi pro confeſſatis ob contumaciam partis, requiritur ſententia declaratoria Judicis ſuper contumacia. Limita n.7.

4 Statuto mandante, quod poſitiones ipſo jure habeantur pro confeſſatis ob contumaciam partis, non requiritur declaratoria Judicis ſuper contumacia. Contrarium nu. 5. Decl. num.6. & 7.

7 Stylus loci attendendus eſt, quando controvettitur, an requiratur declaratoria Judicis ſuper contumacia partis in reſpondendo poſitionibus, ad hoc ut habeantur pro confeſſatis.

8 Declaratoria Judicis ſuper contumacia partis in reſpondendo poſitionibus non requiritur explicita, & expreſſa, ſed ſufficit tacita per proceſſum ad ulteriora in Cauſa.

9 In præfixione termini ad reſpondendum poſitionibus debet eſſe adjecta comminatio, quod alias habeantur pro confeſſatis, & Judex interponit decretum cum præfixione certi termini ad reſpondendum, quod continet pronunciationem pro confeſſatis.

10 Judices *Faventiæ* in termino primæ citationis admittunt poſitiones ſi, & in quantum, & mandant ad ſecundam reſponderi, & intimari, elapſis verò poſt intimationem duobus diebus juridicis mandant reſponderi poſitionibus, aliàs pronunciari pro confeſſatis.

11 Reſpondens poſitionibus ſi convincatur de mendacio, quas pœnas incurrat remiſſivè.

12 Contumax in reſpondendo poſitionibus admittitur ad probandum contrarium ejus, quod ex illius ficta, confeſſione reſultavit.

13 Poſitionum materia remiſſivè.

OBSERVATIO.

A Diſponi poteſt per *Statutum*, quod ſtante contumacia in reſpondendo, poſitio-
1 nes habeantur pro confeſſatis, abſque eo quod redargui valeat de irrationabilitate, & odioſitate, cum potiùs cenſendum ſit utile, & rationabile, quia contra contumaces omnia Jura
2 clamant, ut relato *Surd. conſ.360. à n.7. ad 37.* tradit *Gratian. diſcept. for.639. n.28. cum ſeq.* & *Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap.68. n.18. cum ſeq. Conciol. ad Stat. Eugub. lib.2.rubr.6.nu.9.*

Advertendo ſecundum unam opinionem, quod quando *Statutum* ſimpliciter mandat po-
3 ſitiones haberi pro confeſſatis, requiritur ſententia declaratoria Judicis ſuper contumacia, abſque eo quod pronuncietur, poſitiones haberi pro confeſſatis, quia pœna iſta ſubſequitur ex juris diſpoſitione; ſecùs verò quando poſitiones
4 habentur ipſo jure pro confeſſatis, cum *Statutum* ipſum pro confeſſatis declaret, ut diſtinguendo reſpondit *Natt. conſ.364. n.7. cum duobus ſeqq. Ruin. conſ. 117. num. 9. vol. 4. Roland. conſ.90. num.15. verſ. His tamen non obſtantibus cum ſeqq. vol.3 Michalor. de poſit. cap. 46. nu.3. cum ſeqq. & cap. ſeq. nu.10.* in quo cap. examinat an admittatur purgatio moræ, poſtquàm poſitiones pronunciatæ fuerunt pro confeſſatis.

At

At ſecundùm aliam opinionem requiritur
5 declaratoria Judicis, non obſtanre, quod per
Statutum habeantur pro confeſſatis ipſo jure,
quam tenent *Scacc. de judic. lib. primo cap. 97.*
nu.115. ubi concordantes, & teſtatur de ma-
gis communi *juncto lib.2. cap.7.num.522. Pere-*
grin. de jure Fiſci lib. 2. tit.primo n.12. Ludovic.
dec. Lucenſ.44. nu.44.

Quæ ultima opinio poteſt procedere quo-
tieſcunque controvertitur contumacia in re-
6 ſpondendo, quia prætenditur, vel non fuiſſe
præfixos terminos neceſſarios, vel nulliter fuiſ-
ſe præfixos, vel aliquam rationabilem cauſam
interceſſiſſe, ob quam ceſſet contumacia, quo
caſu eſt pronunciandum, aliàs dum contuma-
cia ex actis conſtat, non requiritur declaratio,
quia quod certum eſt, non indiget declaratio-
ne, ut declarat *Bald. in l. prima nu.17. cum ſeq.*
C. ex delict. defunct. quem ſequitur *Natt. dicto*
conſ.364. n.9. Michalor. depoſit. cap.46.n.10.cum
duobus ſeqq.

Concurrente tamen conſuetudine, & ſtylo
7 loci pro pronunciatione, vel pro omiſſione
pronunciationis ſuper contumacia, ille ſervan-
dus erit, ut cum *Gaſpare Cabalin. ſuper Conſti-*
tut. Marchiæ lib.4. cap. primo in gloſſ. citat. n.5.
in fine docet *Scacc. cit. cap. 97. nu.115. in fine.*

Cęterùm quatenùs requireretur declaratio,
non ideò erit neceſsè, quod ſit explicita, &
8 expreſſa, ſed ſufficit tacita per proceſſum ad ul-
teriora in Cauſa, ad tradita per *Scacc. de ap-*
pellat. qu.17. limit.47. memb. primo n.96.

Regulariter tamen in citatione ſuper præfi-
xione termini ad reſpondendum poſitionibus
ſolet, immò debet eſſe adjecta comminatio,
quod aliàs habeantur pro confeſſatis, ut per
9 *Surd. conſ. 360. num. 29. & Michalor. de poſition.*
cap.61. n.14. & Judex interponet decretum niſi
ad primam diem, vel niſi ad ſecundam, vel
aliam ſibi beneviſam, aut ex diſpoſitione *Sta-*
tuti præfixam, quod continet pronunciatio-
nem pro confeſſatis, niſi intrà tempus præfi-
xum pars citata reſponderit, aut aliquid rele-
vans deduxerit, ad tradita per *Pigant. ad Sta-*
tut. Ferrar. lib. primo cap. 47. nu.57. & de ſtylo
Faventiæ ſervatur, quod Judex in termino pri-
mæ citationis admittit poſitiones ſi, & in-
10 qnantum, & mandat ad ſecundam reſponderi,
& intimari, elapſis verò poſt intimationem
duobus diebus juridicis præfixis, mandat re-
ſponderi poſitionibus, aliàs pronunciari pro
confeſſatis, & intimari.

B Reſpondens poſitionibus ſi convincatur de
11 mendacio, quas pœnas incurrat, vide *Ridol-*
phin. prax. par. prima cap.10. num 33. cum ſeqq.
Pigant. loc.cit. n.66. cum ſeqq.

C Ficta confeſſione reſultanre ex contumacia in
reſpondendo poſitionibus non, obſtante, con-
12 tumax admittitur ad probandum contrarium,
cum veritas prævalere, & attendi debeat, ut
docent *Peregr. de jure Fiſci loc.cit. n.10. Pigant.*
ad Stat. Ferrariæ dicto cap.47. n.55. ubi concor-
dantes.

Cætera circa materiam poſitionum latiſſimè
13 examinantur per *Michalor. de poſit. Fenzon. ad*
Stat. Urb. lib. primo cap.68. Conciol. ad Stat. Eu-
gub. lib.2. rubr. 6. Pigant. ad Statut. Ferrariæ d.
cap.47. Poſſh. de manutent. obſervat.83. Ridolphin.
prax. par. prima cap. 10. Scacc. de judic. lib. 2.
cap.7. De Angelis de Confeſſionib. lib.3. q.1. Fon-
tanell. dec.25. par.prima.

De Appellationibus interponendis.

RUBRICA NONA.

STatuimus, & ordinamus, quod quicunque in aliqua Cauſa Civili, vel mixta appellari, & de nullitate proponi contigerit à Domino Prætore Civitatis Faven. ſeu ejus Judicibus, & à quocumque alio Judice dictæ Civitatis, & ejus Diſtrictus, & ab ejus, & eorum Sententiis, tàm inre rlo-cutoriis, quàm diffinitivis, appelletur, & appellari debeat ad Judicem primarum appellationum (A) Civitatis Faven. in generali Conſilio ejuſdem Civitatis deputatum, & ſeu deputandum, Qui Iudex in Cauſis hujuſmodi appellationis, & nullitatis dictionis ſi appellari contigerit à diffinitiva Sententia, ſervare, & ſequi teneatur Conſtitutiones Provinciales (B) inſertas in præſenti volumine Statutorum dictæ Civitatis. Sed quia ſæpius dubitatum fuit ſuper proceſſibus, & modo procedendi in Cauſis appellationum, tàm à diffinitivis, quàm interlocutoriis ſententiis, quæ dubitatio oriebatur ex variis Conſtitutionibus Provincialibus, inſertis in volumine Statutorum noſtrorum, aliis namque dicentibus, quod tempora ipſarum appellationum, tàm ab interlocutoriis, quàm à diffinitivis Sententiis, & procedendi modus, in ipſis obſervetur, & obſervari debeat, prout, & ſicut continetur in Conſtitutione poſita in ſexto libro dictarum Conſtitutionum ſub Rub. Forma qualiter procedatur in Cauſis, tàm ante Sententiam, quàm poſt, quæ incipit: Sancimus hac Conſtitutione &c. (A) Aliis dicentibus, quod prædicta Conſtitutio, & tempora in ipſa comprehenſa, ſint moderata, & abbreviata, & emendata per aliam Conſtitutionem Sabinenſem, ſitam in volumine dictarum Conſtitutionum poſt ſextum librum ſub Rubrica de tempore proſequendarum & finiendarum appellationum, tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus Cauſis, quæ incipit: quia per appellationum diffugia (D) poſita in d vi.

Lib.

Digitized by Google

Lib. Conſtitutionum immediatè poſt antedictam Conſtitutionem, quæ incipit: Sancimus hac Conſtitutione, ſub Rub. De appellationibus interponendis à Judicibus generalis Provinciæ celeriter &c. Propterea attendentes non tàm utile, quàm neceſſarium eſſe ſuper prædictis claram, & apertam declarationem, ac determinationem facere. Sancimus & declaramus quod dicta prima Conſtitutio, quæ incipit: Sancimus ſub Rub. de modo, & forma procedendi in Cauſis appellationum, & nullitatis dictionum ab ipſa diffinitiva Sententia, vel quæ vim diffinitivæ Sententiæ habeat; ſalvis tamen caſibus infra exceptuatis. In meris verò interlocutoriis, & in caſibus comprehenſis in dicta ſequenti Conſtitutione, quæ incipit: Quia per appellationum diffugia &c. ipſa Conſtitutio, & ejus diſpoſitio ſervetur in caſu ſuo, & in his meris interlocutoriis tantum, quæ latę fuerint per quemliber ex Iudicibus, vel Arbitris, ſeu Arbitratoribus Civitatis Faven., & in ipſa Civitate, dum tamen infra octo dies quatuor, non feriati in honorem Dei intercedant. Si verò hujuſmodi interlocutoriæ fuerint latæ per alios Judices extra Civitatem Faven. deputatos, tales appellationes habeant tempora unius menſis continui, in Conſtitutione ultima Sabinenſi comprænenſi: In aliis verò interlocutoriis majoris ponderis, & quę aliam diffinitivam non expectant poſt ſe nec reparari ſperatur, ut eſt pronuncia ſuper competentia, vel incompetentia Judicis, perſonarum legitimatione, condemnatione, vel abſolutione, expenſarum taxatione, compromiſſum eſſe fiendum, vel non eſſe fiendum, ſeu ſuper deſertione, abſolutione ab obſervatione judicii, vel pronuncia, ſeu commiſſione executionis Sententię, Laudi, vel alicujus publici Inſtrumenti, in caſibus, in quibus licet provocare, & in aliis ſimilibus appellans teneatur infra duos menſes continuos, à die appellationis connumerandos, expediri facere, & proſequi infra octo dies continuos, modo, & forma contentis in dicta Conſtitutione: Sancimus &c. Dum tamen infra dictos octo dies proſecutionis, duo ad minus non feriati intercesserint à die appellationis hujuſmodi. Declarantes etiam, quod in prædictis omnibus, & ſingulis caſibus, excepto primo capite appellationis à diffinitiva, poſſit procedi quolibet die etiam feriato, dummodò non ſit feriatus in honorem Dei. Addentes, quod dictis temporibus elapſis, vel elapſo termino dictæ proſecutionis, Cauſa ipſa ſit, & intelligatur deſerta, etiam ſinè alia pronuncia, & deſerens in expenſis condemnari debeat, ſicut in prima Conſtitutione fit mentio. Et quod cauſa deſerta, omnis nullitas etiam deſerta intelligatur, ità ut de cętero nulla exceptio nullitatis allegari poſſit, (E) etiam ratione Judicis incompetentiæ; dummodò ipſa Sententia, ſeù interlocutoria ſit lata per unum ex Judicibus ordinariis Civitatis Faven., & ejus Diſtrictus, & ità obſervari volumus ſtatuimus, & mandamus. Si verò appellari, & de nullitate proponi inſimul contigerit à d. D. Judice primarum appellationum, tàm ab ejus ſententiis diffinitivis, quàm interlocutoriis in caſibus, quibus licet appellare; appelletur, & appellari debeat ad Magnificum D. Gubernatorem Civitatis Faven. juxtà formam Indultorum Apoſtolicorum. Si verò ab aliquo Laudo reclamari contigerit, ſeu de ejus nullitate dici, vel reductio ad arbitrium boni Viri peti, ſive conjunctim, ſive diviſum, talis reclamatio, nullitatis dictio, & petitio reductionis prædictæ interponatur ad D. Poteſtatem dictæ Civitatis, ſeu ad dictum Judicem dictarum primarum appellationum ad electionem proponentis hujuſmodi reclamationem, nullitatis dictionem, & petitionem reductionis prędictæ, in quibus caſibus, & cauſis ſerventur Conſtitutiones Provinciales, inſertæ in præſenti volumine. Et quæ obſervantur in appellationibus à diffinitiva Sententia, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 JUdex appellationum eligitur à Conſilio generali *Faventiæ*, ſed non exercet juriſdictionem.

Cauſæ in gradu appellationis cognoſcuntur coram Gubernatore, vel alio Superiore n.1.

2 *Conſtitutiones Ægidianæ* ſumpſerunt nomen à *Cardinali Ægidio* earum Conditore.

3 *Conſtitutio Ægidiana lib. 6. cap. 9.* circa appellantem in judicio civili, & criminali ab aliquo gravamine, interlocutoria, vel præcepto aliquo, tàm antè, quàm poſt ſententiam quid diſponat, & n.4.

4 Reductionem ad arbitrium boni viri petens quid facere debeat.

Appellans proſequi an, & quomodo debeat appellationem, & quæ ad hunc effectum facere teneatur nu.3. & 4.

Cauſæ tàm Civiles, quàm Criminales in gradu appellationis intra quantum tempus terminari debeant.

Cauſa remanet deſerta lapſis fatalibus, de quibus ibi, ità ut præcluſa remanet via agendi de nullitate, & omnis reclamationis, provocationis, & reductionis ad arbitrium boni viri, & reſtitutionis in integrum n.5.

6 *Conſtitutio Ægidiana lib.6.cap.12. quid diſponat.*

Appellatio interpoſita, vel interponenda à quancunque interlocutoria lata, vel ferenda ante ſententiam diffinitivam, vel poſt, per quemcumque Judicem, vel Officialem Ordinarium, vel Delegatum Rectoris Provinciæ cognoſci, & terminari debet infra octo dies continuos n.6.& 7. vidè n.9.

7 Appellatio interponi poteſt à die latæ ſententiæ interlocutoriæ, vel ſequenti, & non poſt.

8 Impedientes, occidentes, vel percutientes per

A a ſe,

Digitized by Google

ſe, vel per alios, appellantes, vel recurrentes ad Romanam Curiam, excommunicantur.

9 Ab interlocutoria licet ſemèl appellare. Vide ibi.

10 Statutum prohibens poſt certum tempus dari poſſe de nullitate, intelligendum eſt non procedere, quando ſententia eſt notoriè nulla, & injuſta. Contrarium n. 11.

11 *Statutum Urbis lib. primo cap.* 191. prohibens poſt annum dari poſſe de nullitate, nec replicari, habet locum, etiamſi nullitates ſint notoriæ.

12 Statutum prohibens dari poſſe de nullitate, non habet locum in nullitate proveniente ex defectu citationis.

Citatio tolli non poteſt à ſupremo Principe, minuſque à Statuto numero 12, Decl. n. 13.

13 Citatio prima eſt de Jure naturali, cæteræ verò de Jure civili, & poſitivo, quæ per Principem tolli poſſunt.

OBSERVATIO.

A 1 IUdex appellationum eligitur quidem, ſed cum non exerceat juriſdictionem ut dictum eſt ſuprà in *Annot. ad Rubr. XVI. lib. primo litera B.* Cauſæ in gradu appellationis cognoſcuntur coram Illuſtriſſimo Gubernatore, vel alio Superiore.

Conſtitutiones Provinciales quarum hic fit men-
B tio, ſunt illæ met conditæ à *Cardinali Ægidio*,
2 ab ejus nomine *Conſtitutiones Ægidianæ* nuncupatæ quæ cum ſint vulgatæ, & in volumine particulari circumferantur, judicatum fuit ſuperfluum eas omnes imprimi facere in fine noſtrorum Statutorum, prout anteà, ſed ſolummodò illa capita, quæ juxtà materiæ contingentiam erunt magis neceſſaria.

Rubricæ Conſtitutionis Ægidianæ lib. 6. cap. 9.

C jam impreſſæ penes noſtrum Statutum ſecundum præcedentem impreſſionem *Rub. VI. lib. VI.* cujus meminit præſens Rubrica, tenor eſt, qui
3 ſequitur. *Sancimus hac Conſtitutione in perpetuum valituru, quod tàm quilibet appellans ab aliquo gravamine, interlocutoria, vel præcepto aliquo ante ſententiæ tempus, vel poſt, & quocunque alio actu, præterquàm à mera diffinitiva ſententia in judicio, vel extra in criminali cauſa, vel civili à quibuſcumque Poteſtatibus Communitatibus, vel aliis juriſdictionem, vel notionem habentibus, ſeù à Judicibus, & Officialibus, Rectoris Provinciæ, tàm generalibus, quàm præſidialibus, vel Arbitris, & Arbitratoribus, & de nullitate agens, vel petens reductionem ad ar-*
4 *bitrium boni viri, aut reſtitutionem in integrum coram Rectore, vel ſuis Judicibus, ſeù ad eos vel eorum Curiam infrà octo dies à die interpoſitæ appellationis, vel factæ contradictionis, aut petitæ reductionis ad arbitrium boni viri, vel reſtitutionis in integrum computando, appellationem, & cauſam ipſam proſequi teneatur, faciendo citari Partem appellatam, quod in termino citationis debeat comparere & in dicto termino, & infrà dictum terminum ipſe appellans ſeù de nullitate agens ſe, debeat præſentare; In Cauſis verò appellationum, ſeù provocationum, ſeù nullitatum, aut reductionum ad boni viri arbitrium, & reſtitutionis in integrum diffinitiva Sententia ad Rectorem, ſeù ſuam Curiam devolutis, ſeù quomodolibet interjectis appellans, & cauſam agens infrà viginti dies continuos à die appellationis, & nullitatis cauſam proſequi teneatur faciendo citari Adverſarium, ſivè Partem, & ſe in dicto citationis termino, vel in ipſum terminum præſentando. In omnibus autem appellationibus, & cauſis ſuprascriptis poſſit procedi abſque libello litis conteſtatione, juramento de calumnia, & aliis ſolemnitatibus, & ordinibus judiciorum, & ſubſtantialibus, ſed ſolum facta præſentatione, ubi opus eſt, legitimentur perſonæ, & deindè terminus detur decem dierum, vel major, vel minor arbitrio Judicis utrique Parti ad juſtificandum, & impugnandum, & probandum, tàm per teſtes, quàm per Inſtrumenta vel per quemcumque alium modum, qui eis competeret de jure, & habendum probatum, & elapſo dicto termino, detur terminus ad accipiendum copiam de productis, & probatis, ſi quæ producta, ſeù probata ſint; ad opponendum, & probandum, & probatum habendum contra ea utrique Parti. Quo termino elapſo detur terminus utrique Parti ad allegandum, & demùm eo elapſo Judex Cauſam, quàm citiùs poteſt, per Sententiam debeat terminare. Hoc tamen pro expeditione, & abbreviatione litium volumus, & ordinamus, quod in omnibus Cauſis ſupplicans, appellans, de nullitate agens, & petens reductionem ad arbitrium boni Viri, ſeù reſtitutionem in integrum, Adverſario comparente, vel non comparente, ſic ſe habeat diligentèr, quod infrà tempora fatalia, inferiùs deſignanda, Cauſam, & litem per Sententiam curet, & faciat terminare, videlicet ſi Cauſa eſt civilis ab interlocutoria, vèl ab alio gravamine, vel actu, quàm à diffinitivà Sententia, infra duos menſes, ſi*
5 *eſt civilis, & à diffinitiva, infra tres. Si verò Cauſa criminalis fuerit, & ab interlocutoria, ſivè diffinitiva, infra menſem, ſi gravamen fuerit illatum, vel Sententia lata in loco, ubi Rectoris Curia reſidet, & ſi in alio loco, Cauſa infra duos menſes habeat expediri, quæ tempora fatalia incipiant à die appellationis, vel querelæ nullitatis, ſivè petitionis reductionis ad arbitrium boni viri, vel petitionis reſtitutionis in integrum, & prædictis temporibus fatalibus elapſis Cauſa intelligatur omninò deſerta, etiam ſine alia pronunciatione: Judex tamen poſſit ab inde impoſterum pronunciare, & declarare deſertam, & condemnare deſerentem in expenſis; hoc addito ad prædicta, quòd quilibet appellans Cauſam iniquitatis, & nullitatis in appellatione ſua deducere, & intentare poſſit, & debeat, ac etiam teneatur, & quod ſimùl, & ſemel agitari debeat utriuſque judicium, & per Judicem terminari, & etiam ſimul cum appellatione, & nullitate poſſit intentari, & deduci reſtitutio in integrum, & petitio reductionis ad arbitrium boni Viri, ubi competit adverſus actum, à quo appellatur, vel reſtitutio in integrum, vel reductio ad arbitrium boni Viri petitur. Et ſinguli termini,*

qui

Digitized by Google

qui per noſtras Conſtitutiones in appellationum Cau-
ſis exiſtuns ordinati, quantum ad eorum progreſ-
ſum, ſive quantum ad eorum finem, ſive quoad mo-
dum, & ordinem procedendi in Cauſis nullitatum,
& reductionum ad arbitrium boni viri, & reſti-
tutionis in integrum, ſint, & eſſe intelligantur
ſimilitèr conſtituti; ità quod eis elapſis agendi de
nullitate, & omnis reclamationis, provocationis,
& reductionis ad arbitrium boni Viri, & reſtitu-
tionis in integrum, & appellandi aditus ſit, &
eſſe debeat præſentis Conſtitutionis auctoritate præ-
cluſus, & per hunc Conſtitutionem, quoad prin-
cipium, ſeu tempus dicendi nullum, vel petendi
reſtitutionem in integrum, vel reductionem ad ar-
bitrium boni viri, volumus præjudicium generari,
nec aliquid innovari. Conſtitutio, de qua hic
fit mentio reperitur impreſſa inter Conſtitutio-
D nes Ægidianas lib. 6. cap. 12. ac penes noſtrum
6 Statutum lib. VI. Rubr. VII. ſecundum præceden-
tem impreſſionem; & eſt tenoris ſequentis: Quia
per appellationum diffugia, quæ ab interlocutoria
interponuntur, frequentèr à Rectore, vel ſuis Ju-
dicibus contigit cauſam nimium protelari, & effe-
ctum juſtitiæ impediri, & cum in Curiis ipſorum
Rectorum habeatur copia peritorum, & facilitas
conſequendorum actorum, & habilitas eorum, ad
quos appellatur, & per quos poſſint Cauſæ ipſæ cum
inſtantia celeritèr expediri, ſtatuimus, quod qua-
libet appellatio interpoſita, vel interponenda à
quacunque interlocutoria lata, vel ferenda ante
Sententiam diffinitivam, vel poſt per quemcumque
Judicem, vel Officialem ordinarium, vel delega-
tum Rectoris Provinciæ, poſſit, & debeat cogno-
ſci, & terminari infra octo dies continuos à die
præſentis Conſtitutionis in appellationibus jam in-
terpoſitis, & à die interpoſitæ appellationis in ap-
pellationibus interponendis; & quibuſlibet diebus,
etiam quarumcunque feriarum dictæ cauſæ poſſint
cognoſci, & terminari; & tales appellationes in-
terponendæ poſſint interponi die latæ interlocuto-
7 riæ, vel ſequenti, & non poſt; & ſi appellatio à
dictis interlocutoriis non fuerit interpoſita infrà
dictum tempus ſupra ad id ordinatum, vel ſi fuerit
infrà tempus interpoſita, & non fuerit infrà di-
ctos octo dies terminata, habetur perindè ac ſi non
fuiſſet appellatum, & proindè procedatur per Ju-
dicem à quo, & per partem appellatam, appellans
cogatur reficere parti appellatæ expenſas antequàm
audiatur in cauſa, in qua appellaverit ad aliquem
actum. Et nihilominus pars appellata poſſit in
Cauſa illa principali procedere ad omnes actus ſibi
opportunos, & expedientes, & quod ab interlo-
cutoria aliqua de prædictis non poſſit appellari,
8 niſi ſemel tantùm, & ab aliquo actu, qui fieret in
Cauſa talis appellationis non poſſit appellari: Ta-
men interlocutoriæ prædictæ omnes latæ ante diffi-
nitivam, præterquam latæ ſuper legitimatione
perſonarum, pro aliis in judicio intervenientium,
poſſint in cauſa appellationis à diffinitiva Senten-
tia recenſeri, non obſtantibus, quod ab eis non eſſet
appellatum, vel eſſet ſemel appellatum; & quod
omnis appellatio, quæ interponeretur contra di-
ctam formam, præſumatur, & fingatur frivola,
& fruſtatoria, & cauſa morandæ litis interpoſita,

& ei nullatenùs deferatur, & ea non obſtante
procedatur in Cauſa, ac ſi in ea interpoſita non fuiſ-
ſet, ſalvo, & excepto, quod prædicta locum non
habeant in interlocutoriis habentibus vim diffini-
tivæ, & latis, ubi non eſt lata, nec expectatur
ferri alia diffinitiva Sententia, in qua poſſit emen-
dari, nec locum habeant in Sententiis, quæ feren-
tur per judicem Rectoris ſuper appellationibus de-
putatum, per quas diffiniuntur cauſæ appellatio-
num ad eum interpoſitarum ab aliis Sententiis, &
gravaminibus, tam illatis, quam factis in gene-
rali Curia ſupradicta. Nota, quod apud noſtrum
Statutum ſecundum præcedentem impreſſio-
num non legitur ſequens Additio, ſed benè in-
tèr Conſtitutiones Ægidianas.

Huic Conſtitutioni bo: me: Philippus Cardinalis Bono-
nienſis Legatus addendo ſtatuit proptèr brevita-
9 tem termini, & inſtantiæ diès octo, per Con-
ſtitutionem ipſam præfixos, intelligi continuos,
præterquam quoad dies feriatos ad honorem DEI,
alias per conſtitutiones ipſas deſertos, & nomina-
tos, quos dies noluit computari in termino ipſorum
octo dierum, & ita mandamus.

Animadvertendum, quòd non poſſunt impediri
appellantes, recurrentes, & provocantes ad
Romanam Curiam in eorum Cauſis, & nego-
tiis, & qui eos occaſione Cauſarum, & nego-
tiorum hujuſmodi occidunt, ſeu quoquo mo-
do percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe,
vel per alios directè, vel indirectè delicta hu-
juſmodi committere, exequi, vel procurare,
aut in eadem auxilium, conſilium, vel favo-
rem præſtare non verentur, cujuſcunque di-
gnitatis, & præeminentiæ fuerint, excom-
municantur, & anathemarizantur in Bulla Cœnæ
Domini, ut in Conſtitutione URBANI VIII. la 62.
§. 12. Bullar. nov. vol. 4.

Ad talem vim publicam coercendam Conſul Vale-
rius Publicola anno primo ab erectis Regibus,
vel ab Urbe condita 244. ſimilem legem edi-
derat, qua ſanciverat, ne quis Magiſtratus Ci-
vem Romanum adverſus provocationem ver-
beraret, aut necaret, aut pecunia mulctaret,
ut tradit Menoch. de arbitrar. Judic. lib. 2. cen-
tur. 4. caſ. 394. A prædicto Conſule originem
traxit Domus Sancta Crucia inter Primarias
Familias Patritias Romanas meritò connume-
rata, & cujus pervetuſtus ſplendor, virtutum
ornamentum, & religioſa pietas, ab Anteceſ-
ſoribus Heroibus, & Præſulibus culta, conſer-
vantur ab Illuſtriſs. Domino Marchione Antonio,
Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo D. Andrea apud
Regem Poloniæ Nuncio Apoſtolico, & Patre
Octavio Congregationis Oratorii S. PHILIPPI
NERII Urbis exemplariſſimo Sacerdote, & or-
namento: Idemque ſperandum de D. Scipione,
cujus D. Marchio eſt pater, & Ego Patruus,
dum in tenera ætate ſigna æmulationis virtu-
tum Avorum oſtendit.

Diſpoſitio Statuti prohibentis poſt certum
E tempus dari poſſe de nullitate intelligi deber
10 non procedere, quando ſententia eſt notoriè
nulla, & injuſta, ut tradiderunt Surd. conſ. 354.
nu. 14. cum ſeqq. Gratian. diſcept. 691. num. 27.

& diſcept.745. n.4. cum ſeqq. Thomat. deciſ.227. num.5.
Sed contrarium, quod imò procedat, etiamſi
11 nullitates ſint notoriæ, in terminis *Statut. Urbis lib.1. cap.191.* diſponentis, poſt annum dari non poſſe de nullitate, nec replicari, reſpondit *Rot. in recent. deciſ.388. n.58. cum ſeqq. par.14. deciſ.243. num.7. cum ſeq. par.15.*

Dummodò tamen nullitas non proveniat ex defectu citationis, cum ea nec à ſupremo Principe, minuſque a Statuto tolli valeat, tanquàm
12 Juris naturalis, propter defenſionem cuique competentem, ut de Principe eſt *Text. in cap. 1. de cauſ. poſſeſſion. & propriet. cap. inter quatuor. de majorit. & obedien. Clementin. Paſtoralis §. Cæterum de ſentent. & re judic.* ubi de Imperatore ibique *Ancaran. n.22.* & de Statuto docet *Bald. in l. prima nu.7. C. quomod. & quand. Judex*, ac de utroque firmant *Vant. de nullit. ex defect. citat. nu.5. cum ſeqq. Amaya in l. unic. nu.8. C. de ſentent. adverſus Fiſcum latis retractan. Guazzin. ad defenſ. reorum defenſ.10. cap.1. nu.4.* ubi *num. ſeq.* docet, id eſſe intelligendum quoad
13 primam citationem, quæ eſt de Jure naturali, nam aliæ ſunt de Jure civili, & poſitivo, quæ per Principem poſſunt tolli, & pluribus concordantibus relatis firmat *Mattheu & Sanz. de re crimin. controverſ.70. n.14. cum tribus ſeqq.*

De probatione mortis, juriſdictionis, & Notariatus.

RUBRICA DECIMA.

Quia probationum facultas non eſt anguſtianda, ſed potiùs amplianda. Et cum contingat ſæpiſſimè dubitari de morte alicujus; Propterea ſtatuimus, & ordinamus quod ſi fiat poſitio de morte alicujus, & Adverſarius, contra quem ponitur, negaverit illum mortuum eſſe, & infra x. dies ſequentes immediatè poſt dictam poſitionem negatam non probatur illum, de cujus morte ponitur, vivere, Si probetur famam publicam (A) eſſe in Civitate, ſeu Comitatu, aut Diſtrictu Faventiæ ſeu in loco, in quo mortuus aſſeritur, illum mortuum eſſe, & pro mortuo haberi, ſufficiat, & pro plena probatione habeatur, dummodò talis fama probetur per quinque teſtes idoneos. Idemque ſervetur, ſi negetur aliquem fuiſſe Judicem, (B) vel Officialem Communis Faven. Si vero probari contigerit aliquem fuiſſe Notarium (C) dictæ Civitatis, & ſeu Diſtrictus, tunc ſufficiat probatio per famam publicam, probandam per quinque teſtes, ut ſupra, cum productione matriculæ Collegii Notariorum dictæ Civitatis, ſeu ejus Diſtrictus, in qua talis, de quo dubitatur, ſit, & appareat deſcriptus pro Notario, ſeù per oſtenſionem privilegii Notariatus, quoad Notarios Diſtrictuales tantum.

SUMMARIUM.

1 Mors eſt privatio vitæ.
2 Mors eſt ultimum terribilium.
3 Ad probandam mortem non poteſt conſtitui certa regula, cum remittatur Judicis arbitrio, regulando à caſuum varietate, & à facti circumſtantiis.
4 Mors probatur ex publica fama, vel ex aliis præſumptionibus idoneis, quando agitur de iis, quæ non ſunt tanti prejudicii, prout de commodo pecuniario. Vide nu.7. & 8.
6 Mors probatur per unicum teſtem, vel aliam ſimilem probationem, quando agitur de re modici præjudicii.
7 *Magon. deciſ. Lucens.44. num.7. cum ſeq. reprobatur.*
8 Fama ſola non probatur mors, præſertim, quando agitur de opulenta hæreditate, ſeu de alicujus ſtatus ſucceſſione.
9 Maximè ſi mors ſequuta ſit de recenti, & in loco vicino, nam tunc requiritur plena probatio, quæ de facili haberi poſſe præſumitur.
10 Fama probatur mors illius, qui dicitur mortuus à tempore, loco valdè remoto, vel ratione aliarum circumſtantiarum, impoſſibile ſit habere probationes per teſtes, qui interfuerint, & viderint mortuum. Decl.n.11.
12 Fama probatur mors, quando etiam concurrit lapſus viginti annorum.
14 Communis error facit jus.
Judex cenſetur is, qui pro tali communiter reputatur, num.14. Decl. ut ibi.
15 Notarius nemo præſumitur, cum nemo talis naſcatur.
16 Notariatus probari debet ab eo, qui produxit Inſtrumentum, quotiès ex adverſo impugnetur.
17 Notario creditur de geſtis coram eo, non ab eo.
18 Notariatus probatur mediante exhibitione privilegii ante rogitum expediti.
19 Item ex protocollis repoſitis in Archivio, juncta deſcriptione in Notula Notariorum.
20 Item ex deſcriptione in Matricula Notariorum Civitatis.
21 Item ex atteſtatione Magiſtratus, ſeu Conſervatorum Civitatis.
22 Item ex legalitate Ordinarii.
23 Item ex aſſertione ipſius Notarii, ſe talem nominantis. Decl. ut ibi.
24 Item ex antiquis enunciativis aliorum Inſtrumentorum.
25 Item ex communi reputatione.
26 Item ex teſtibus de publica voce, & fama. Lim. num.27.

28 Item

28 Item quando reputatur Tabellio, & illius
Inſtrumentis adhibetur fides, ut publicis;
quoties Tabellio, qui confecit Inſtrumentum,
eſt de longinquis partibus; Si autem
de loco, in quo agitur, ſufficit probari, illum
fuiſſe in quaſi poſſeſſione Notariatus,
& quod publicè per decem annos fuerit Notarius
reputatus,

OBSERVATIO.

A AD probationem mortis, quæ eſt priva-
1 tio vitæ, ex *Bart. in tract. de teſtimon.*
verſ. mortuum hominem nu. 37. ac eſt ultimum
2 terribilium, ut ex *Philoſopho 3. Ethic cap. de*
fortitud. & ex *Bald.* tradit *Ibannez de Faria ad*
Covar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 2. num. 54.
non poteſt conſtitui certa regula, cum id mul-
3 tum remittatur Judicis arbitrio, regulando à
caſuum varietate, de quibus latè ſcripſi in *An-*
notat. ad recol. mem. Coccin. deciſ. 87. Deo dante
imprimen. à facti circumſtantiis, nempè remotæ
Regionis, diuturnæ abſentiæ, belli, peſtis,
teneræ, vel ingraveſcentis ætatis, proſperæ,
vel adverſæ valetudinis cum ſimilibus, ut animadvertunt
Gonzalez Tellez in cap. In præſentia
ſub num. 7. de Sponſalib. ibique Barboſ. num. 5.
& 7. Sanchez de matrim. lib. 2. diſput. 46. pari-
ter nu. 7. Farinac. quæſt. 140. num. 75. Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 43. num. 41. circa finem.

Notando ſolùm in noſtro propoſito, quod
quando agitur de re maximi præjudicii, ut de
4 homicidio, tunc plenè, & concludenter proban-
da eſt mors ab eo, qui in ea ſe fundat; quando
verò agitur de iis, quæ ſunt quidem magni,
ſed non tanti præjudicii, ut de aliquo commo-
5 do pecuniario, quod in caſu contrarii poſſit in
priſtinum ſtatum reponi, tunc ſufficit proba-
tio reſultans ex publica fama, vel ex aliis præ-
ſumptionibus idoneis; quando tandem quæſtio
verſatur circa rem modici præjudicii, & eo
6 caſu ſuffragatur probatio per unicum teſtem,
vel alia ſimilis, ut plenè diſtinguendo docet
Bart. in l. 2. §. Si dubitetur num. 1. verſic. Ad-
vertendum cum ſeq. ff. quemad. teſtamen. aper.,
& Naurath de vita, & morte hominis theo-
rem. 49.

Probatio autem reſultans ex ſola fama mor-
tis (quicquid in contrarium tradat *Magon de-*
7 *ciſ. Lucen 44. num. 7. cum ſeq.* cum ibi ab eo re-
latis) tanquàm imperfecta regulariter rejici-
8 tur, præſertim quando agitur de opulenta hæ-
reditate, ſeu de alicujus ſtatus ſucceſſione, ut
reſpondit *Alex. conſil. 187. num. 5. volum. 6.*
firmat *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſin. 12. num.*
8, quam ſequuta eſt *Rota in Romana Adminiſtra-*
tionis 13. Junii 1674. coram Reverendiſſimo
Bonrlemont. §. Si quidem coram Manzanedo deciſ.
682. num. 2. cum ſeq. ac num. 6.

Idque faciliùs procedit, ſi obitus ſequutus
ſit de recenti, & in loco vicino, nam tunc eo
9 minùs admittitur ſola famà, ſed requiritur
plena probatio, quæ iſto caſu de facili haberi
poſſe præſumitur, ut docet *Peregrin. de fideicom-*
miſſ. dicto artic. 43. num. 40., & 42. Maſcard.
de probat. concluſ. 1075. num. 4, cum ſeq. Tren-
tacinq. variar. reſolut. tit. de probat. reſolut. 10,
num. 4. Naurath. dicto tract. ſub theorem. 52. &
advertit *Rot. in allegata Romana Adminiſtratio-*
nis eodem §. Siquidem in fine.

Si verò agatur de probanda morte illius, qui
dicatur mortuus à tempore, vel loco valdè
10 remoto, vel ratione aliarum circumſtantia-
rum, impoſſibile ſit habere probationes per
teſtes, qui interfuerint, & viderint illum mor-
tuum, tunc ſufficit probatio reſultans ex fama,
ut cum *Cyn. Cuman. Angel. Salyc., & Imol.* de-
clarat. *Alex. conſil. 25. num. 4. lib. 4. Peregrin.*
dicto artic. 43. num. 42. Naurath. dicto Theorem.
52. Rot. coram Manzaned. deciſ. 682. num. 5. co-
ram Ninot. deciſ. 6. num. 2. verſic. Eoque magis
cum ſeq. ubi de obitu ſequuto in Regione lon-
ginqua, & ſejuncta à libero comercio. Dum-
modò fama ſit plenè, & verè probata, ac ori-
11 ginem traxerit ab hominibus gravibus, &
cauſis rationabilibus, quæ inducant populum ad
ita credendum, utpotè quià teſtes deponant,
quod is, de cujus obitu agitur, intravit Civi-
tatem peſtiferam, vel mare, deindè ſuperve-
nit tempeſtas, & quòd fuerit expectatus tem-
pore congruo, ac etiam perquiſitus per loca
veriſimilia, ſed non repertus, nec navis inven-
ta; vel quòd cum magno exercitu ingreſſus eſt
bellum, & finito conflictu non fuit inventus,
quamvis expectatus, & perquiſitus à Conſan-
guineis, vel quod Mercator dives tranſiverit
per loca inſidioſa, & poſteà expectatus non re-
verſus, & perquiſitus repertus non fuit, ut de-
clarando docet *Bart. in tract. de teſtimon. ver-*
ſic. Mortuum hominem num. 38. verſic. Quod in-
telligendum Alex. dicto conſil. 25. num. 5. lib. 4.
Dec. conſil. 575. num. 7. verſic. Nam ad iſta Pe-
regrin. dicto artic. 43. num. 42. Maſcard. de pro-
bat. dicta concluſ. 1075. num. 7. cum ſeqq. ubi
num. 9. cum ſeq. ſubdit, quod ut fama dicatur
12 plenè, & verè probata, requiritur, quod
teſtes dicant, majorem partem populi ſic ſen-
tire, nec ſufficere, quod teſtes deponant eſſe
publicam vocem, & famam *Farinacc. in frag-*
ment. par. 2. in verbo Mors num. 327. cum ſeq.
Naurath dicto tract, theorem 51. verſic. Quod te-
ſtes plenè *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 1. Rub.*
50. num. 9. verſic. Et ſæpe cum ſeqq. ubi refert
adminicula, quæ cum fama concurrere debent
Joſeph Ludovic. dicta deciſ. 12, num. 12. Viv. de-
ciſ. 245. num. 8. lib. 2. Rot. coram Manzaned.
cit, deciſ. 682. num. 5. cum duob. ſeqq. & in di-
cta Romana Adminiſtrationis §. Nec ad præſu-
mendum.

Prout ſi cum fama mortis concurrat lapſus
13 viginti annorum, ut docet *Munoz. de ratioc.*
admin. cap. 6. num. 53. cum duobus ſeqq.

B Is cenſetur Iudex, vel Officialis, qui pro ta-
li communiter reputatur, cum communis er-
14 ror faciat jus, ad hoc, ut acta judicialia co-
ram eo geſta ob publicam utilitatem valeant,
ad *Text. in l. Barbarius, ibique Bart. In princ.*
ac num. 1. cum. ſeqq. cæterique communiter
Scri-

Digitized by Google

Scribentes ff. de Offic. Prætor. Ferrett. conſil. 8.
num. 4. *ad med. cum ſeq.* ubi contrarium firmat
in iis, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis.

C Quia Tabelliones non naſcuntur, & nemo
15 Notarius præſumitur, *Innoc. in cap. Venient de
verb. ſignific. Roland. conſil.* 32. *num.*2.*cum ſeqq.
volum.* 2. & pluribus concordantibus relatis
firmat *Borell. ſumma deciſ. par.* 2. *tit.* 18. *num.*
121. *Boer. deciſ.* 36. *num.* 7. Idcircò producto
Inſtrumento, ſi per Adverſarium excipiatur
16 de Notariatu, ille probandus eſt, alioquin
Inſtrumentum non erit in forma probanti, ut
tradit *Specul. in tit. de Inſtrumtu. edit.* §. *Reſtat
verſic. Et ſcias, & verſic. Illud autem notandum,
Rolan. loc. citat. num.* 4. *cum ſeqq. Borell. ubi ſupra
ſub num.* 125. *cum ſeq. Rot. in recent. deciſ.*
113. *num.* 12. *cum ſeq.* ubi reddit rationem,
quia Notario creditur de geſtis coram eo, non
17 ab eo *par.* 6.

Notariatus autem probatur mediante exhibitione
privilegii, ante rogitum expediti, ut
18 reſpondit *Rot. in Romana Hæreditatis* 8. *Martii*
1652. *coram Veroſpio impreſſ. penes Contr. diſcept.
forenſ. deciſ.* 156. *num.* 5.

Item ex Protocollis repoſitis in Archivio,
19 juncta deſcriptione in notula Notariorum
Rot. coram Priolo deciſ. 68. *num.* 26.

Item ex deſcriptione in matricula Notariorum
Civitatis *Rot. coram recol. mem. Coccin de-*
20 *ciſ.* 2358. *num.* 7. *& num. ſeq.* ſubdit id magis
procedere, quando in eadem matricula
habetur expreſſum ſignum ipſius Tabellionatus,
adamuſſim correſpondens ſigno appoſito
in Inſtrumento, de quo agitur.

Item ex atteſtatione Magiſtratus, ſeu Con-
21 ſervatorum Civitatis *Rot. coram Pamphil. deciſ.*
199. *num.* 2. *cum ſeqq.*

Item ex legalitate Ordinarii *Adden. ad Pam-*
22 *phil. dicta deciſ.* 199. *num.* 6. *Rot. in recent. deciſ.*
735. *ſub. num.* 1. *par.* 18. *tom.* 2.

Item ex aſſertione ipſius Notarii, ſe talem
23 nominantis *Rot. coram Pamphil. deciſ.* 378. *num.*
2. Quod poteſt procedere concurrente antiquitate
temporis *Rot. coram Agnelles dec.* 17.
nu. 23. *coram Coccin. d. deciſ.* 2358. *num.* 17.
cum ob temporis antiquitatem præſumatur
Rot. d. deciſ. 17. *num.* 4. ubi *num. ſeq.* ſubdit,
ſufficere antiquitatem centum annorum.

Item in antiquis probatur ex enunciativis
24 aliorum Inſtrumentorum, in quibus aſſeritur,
illum eſſe Notarium, cum habeant vim famæ
Rot. in recent deciſ. 735. *num.* 10. 11. *&* 12. *par.*
18. *tom.* 2.

Item probatur ex communi reputatione,
25 quem eſſe Notarium *Rot. in recent. deciſ.* 398.
num. 4. *par.* 16. Et quod probetur ex teſtibus
de publica voce, & fama *Rot. coram recol. mem.*
26 *Coccin. deciſ.* 2027. *num.* 25. ſed limita, quando
teſtes non percutiunt famam de tempore
27 rogitus Inſtrumenti controverſi, ut reſpondit
Rot. in recent. deciſ. 173. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 2.

Notandum tandem, quod ſi Tabellio, qui
confecit Inſtrumentum, eſt de longinquis par-
28 tibus, ſufficit probari, quod reputetur Tabellio,
& quod illius Inſtrumentis adhibeatur
fides, ut publicis; ſi autem eſt de loco, in quo
agitur, ſufficit probari illum fuiſſe in quaſi poſ-
ſeſſione Notariatus, & quod publicè fuerit
Notarius reputatus, ac ſufficere hanc reputationem
per decem annos, ſequendo *Alberic. de
Roſate in l. Barbarius ff. de offic. Prætor* firmat
Afflict. deciſ. 251. *num.* 4. & hanc diſtinctionem
pulchram appellat *Borell. ſumma deciſ. par.* 2.
dicto tit. 18. *numer.* 132. *cum ſeq.*

ADDIT. AD RUBR. X. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Mors mariti probatur ex ejus abſentia per longum tempus ad effectum validitatis ſecundi matrimonii.
2 Quod ſufficiat quadriennium à die captivitatis viri, vel in militiam profectus.
3 Sed poſtea fuit extenſum ad decennium.
4 Mulier non poteſt tranſire ad ſecundas nuptias niſi priùs probatis iis, de quibus ibi remiſſivè.
5 Matrimonium ſecundum ut valeat requiritur certitudo mortis primi Viri.
6 Nec ſufficit ſola depoſitio Tabellarii, vel alterius unici Teſtis.
7 Teſtis unicus non probat mortem primi Viri.
8 Etiam ſi deponeret de viſu. Contrarium ſervatur de ſtylo *Sac. Congregationis Sacræ Inquiſitionis num.* 9.
10 Fama ſola non probat mortem primi viri.
11 Longa abſentia non probat mortem primi Viri.
12 Juramentum conjugis circa mortem Conjugis admittitur ſolumodo, quando agitur de modico præjudicio.
13 Mors primi Viri ut probat dicatur requiritur depoſitio ſaltem duorum teſtium de viſu.
14 Partita libri defunctorum, qui retinetur à Parocho, probat mortem.
15 Mors Conjugis probatur ex depoſitione unius teſtis de viſu juncta publica voce & fama, ac luctu uxoris.
16 Dumodo fama publica probata ſit cum requiſitis, de quibus ibi remiſſive.
17 Militis mors probatur ex depoſitione Capitanei, ejuſque Cancellarii de viſu.
18 Mors conjugis probatur ex teſtibus etiam de credulitate deponentibus.
19 Secundum matrimonium non eſt permittendum, quum ex concludentibus probationibus non conſtat de obitu primi Conjugis, & quare num. 20.
21 Impugnans ſecundum matrimonium ob ſuperviventiam Conjugis tenetur vitam illius probare.
22 Contrahens ſecundum matrimonium ſuperviventе primo Conjuge redditur ſuſpectus de

Hæreſi

Hæreſi. Declarat num. 23.
24 Probatio mortis Conjugis facilius admittenda eſt, quando mulier vult ingredi Religionem.
25 Mors Conjugia probari poteſt aliunde quam ex certo Nuncio.

*Num.*10. *& ſeqq.* Probatio mortis ad effectum
validitatia ſecundi matrimonii de *Jure digeſto-*
1 *rum* ſatis erat quod lapſum eſſet longum tem-
pus ut in *l. Miles* §. *Mulier ff. ad leg. Jul. de*
Adult., & quod ſufficeret quadriennium à die
2 captivitatis viri per *tex. in l. Vxores ff. de di-*
vort. & repud. Quod tempus fuit poſtea de *Ju-*
re codicis reſtrictum ad quadriennium à die,
qua Maritus in militiam profectus erat ut in *l.*
Vxor C. de repud. & Judic. &c. Deindè de *Jure*
3 *Autenticorum* extenſum eſt ad decennium * ut
in §. *Novimus Auth. de Nupt.* Sublata etiam
fuit hujuſmodi probatio reſultans ex lapſu
temporis per JUSTINIANUM IMPERATOREM ac de-
ſuper Sancitum, quod mulier non poſſet tranſi-
4 re ad Secundas Nuptias, * niſi priùs ſervatis
iis, quæ preſeribuntur in §. *Quod autem Auth.*
ut liceat Matri, & Aviæ, &c. Idenique diſpo-
nitur in *Auth. Hodie C. de repud. & Judic. &c.*

De *Jure* autem *Canonico*, quod eſt ſervan-
dum, ut valeat ſecundum matrimonium requi-
5 ritur, quod habita fuerit certitudo * mortis pri-
mi Conjugis ut diſpoſitum fuit per LUCIUM III.
in Cap. Dominus de Secund. Nup., & à CLEMENTE
III. *in cap. In preſentia* 19. *de ſponſal.* ubi *Barboſ.*
num. primo Gonzalez Tellez num. 3. *Farinac. q.*
140. *n.*50. *Caren. de Offic. S. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 5.
§. 4. *num.* 24. *Guttierez pract. qq. lib.* 2. *q.* 8. *n.*
4. *& ſeq. Peregr. de Fideic. art.* 43. *num.* 41. *Bor-*
don. oper. moral. par. 3. *de teſtib. matrimonial.*
reſol. 106. *num.* 130. ubi ſubdit rationem, &
n. 136. reſpondet non ſufficere veriſimilitudi-
nem *tom.*4.

Nec pro iſta certitudine poteſt ſuffragari ſo-
la depoſitio Tabellarii, vel alterius unici teſtis *
6 attentis dictis verbis *certum Nuncium*, de qui-
bus in d. *Cap. In preſentia*, cum ea exponenda
ſint in genere neutro, id. *La certa nuova*, non in
Maſculino. Eo certius ponderatis illis verbis
d. *Cap. Dominus* ibi *obeuntis conjugis certitudine*,
quæ præſeferunt certam, & concludentem pro-
bationem, quæ non poteſt reſultare ex depo-
7 ſitione unius teſtis, * ut rejecta contraria opi-
nione de probabilitate morali hanc uti proba-
biliorem tenet *Sanchez. de matr. lib.* 2. *diſp.* 46.
num. 6. *cum ſeqq.* juncto *num.* 11. *Guttierez loc.*
cit. num. 4. *&* 5. *Bordon. ubi ſupra num.* 131.
cum ſeq.

Imo non ſuffragatur depoſitio unius teſtis de
viſu, nàm ſicuti exinde non reſultat perfecta
8 probatio * in aliis materiis prophanis, & pe-
cuniariis, ita multo minus in hac, in qua ver-
titur periculum Animæ, Sacramenti irritan-
di, maximæ infamiæ, & dedecoris ut compro-
bando advertit *Sanchez loc. cit. nu.* 11. *&* 12.
Bordon. ubi ſupra num. 132. Contrarium ſerva-
9 tur de Stylo *Sac. Congregationis Sanctæ Inquiſi-*
tionis * preſertim concurrentibus adminiculis.

Pariterque non probatur ex ſola fama, quæ
oritur ab incerto, & plerumque fallaci Autho-
re ut firmat *Barboſ. in d. Cap. In preſentia num.*4.
& hanc opinionem amplectitur *Sanchez d. diſ-*
put. 46. *num.* 15.

Minuſque ex longa abſentia ut latè compro-
11 bat * *Gonzalez in eod. Cap. In preſentia num.*
7. *Bordon. loc. cit. ſub. num.* 130. ubi ſubdit ra-
tionem, quia quævis longa alterius Conjugis
abſentia nullam confert certitudinem mortis
illius, ſed rem dubiam, & incertam relinquit,
quo caſu cum melior ſit conditio poſſidentis,
ſtandum eſt pro primo matrimonio, præſu-
mendo, Conjugem adhuc vivere, ac etiam
quia in dubio in materia Sacramentorum tu-
tior pars eſt eligenda.

Ac nec etiam ex juramento Conjugis licet
quandoque admittatur, quod intelligendum
12 videtur, * quum agitur de modico præjudicio
ad tradita per *Naurath. de vita, & morte homi-*
nis Theorem. 51. *verſ. ſic admittitur quandoque.*

Concludens verò probatio reſultat ex uno
ex duobus modis ſupra recenſitis, nempè ex
13 depoſitione * ſaltem duorum teſtium *Bor-*
don. loc. cit. num. 131. *cum ſeq.* & ex partita li-
14 bri defunctorum * qui retinetur à Parocho.

Sufficiens etiam probatio deſumi poteſt ex
depoſitione unius teſtis de viſu junctis aliis de-
15 ponentibus * de publica voce, & fama, ac de
luctu Conjugis ut cum *Riccio* tradit *Carena de*
Offic. S. Inquiſit. par. 2. *tit.* 5. §. 4. *num.* 25. *Fa-*
rinac. d. q. 140. *num.* 66. *Lotter. de re Benef. lib.*
3. *q.* 10. *num.* 51. *Bertachin. Vot.* 200. *num.* 4.
cum ſeq.

Dummodò fama publica probata ſit cum re-
16 quiſitis, de quibus *Farinac. loc.* * *cit. num.* 63.
cum ſeqq. & Sanchez d. diſput. 46. *num.* 16. *Bor-*
don. loc. cit. num. 134.

Ulteriùs probari poteſt obitus militis ex
depoſitione de viſu Capitanei, ejuſque Can-
17 cellarii * *Giez. ad Capyc. Latr. deciſ.* 60. *ſub*
num. 5. *lib.* 1. ubi quod probatur ex litteris
Ducis militum ſub quo militabat *Munoz de ra-*
tioc. Cap. 18. *ſub. num.* 37. *Ciarlin. controv. Cap.*
130. *num.* 29. *ubi* pariter de litteris Capitanei.

Pariterque probari poteſt ex teſtibus etiam
18 de credulitate deponentibus, * quotieſcum-
que tamen optimam reddant rationem, utpo-
te quia illum viderint in acie, conflictu, & con-
greſſu inimicorum, & poſtmodùm eo termi-
nato nunquàm viſus ſit; ſicuti etiam ſi Navis,
in qua. Erat, ſubmerſa eſt, ut limitando tenet
Farinac. d. q. 140. *num.* 70. *cum ſeq.*

Cautè tamen procedendum eſt in hac mate-
ria ſecundi matrimonii ob ſupra recenſita
19 inconvenientia, & pericula, * dum ex conclu-
dentibus probationibus non conſtat de obitu
primi Conjugis ut advertit *Sanchez loc. cit. ſub*
num. 11.

Et melius eſt impedire matrimonium, quan-
20 do aliquo modo poteſt ſuſpicari de obitu *
Conjugis, quam illud permittere, & po-
ſteà annullare cum periculo Animarum, &
ſcan-

ſcandalo ad tradita per *Sanchez d. diſput.* 46. *ſub. num.* 66.

Si autem fuerit contractum eo caſu illud impugnans ratione impedimenti ob ſupervi-
21 ventiam primi Conjugis * tenetur vitam illius probare cum ſit fundamentum ſuæ intentionis ut reſpondit *Rot. coram Ludoviſ. deciſ.* 238. *per tot. & coram Coerin. deciſ.* 1823. *num.* 66.

Quamvis ultra nullitatem ſecundi matrimonii ob ſuperviventiam primi Conjugis contra-
22 hens reddatur ſuſpectus * de Hæreſi ex *Carpn. & Guttierez ſupra allegat*, Nihilominùs cum non ſint infligendæ penæ niſi doloſè contractæ
23 fuerint ſecundæ Nuptiæ, * quia deficiente dolo non poteſt timeri contrahentem perperam ſenſiſſe de Sacramento ut advertit *Gonzalez in d. Cap. In preſentia num.* 7. *in fine de Sponſal.* Ideò ad excuſandum à peccato, & pæna ſufficit veriſimilis, & præſumptiva probatio, quæ dolum excludit, ac inducit bonam fidem ſecundum opinionem, quàm rejecto *Abbate* diſtinguendo tenet *Farinac. d. q.* 140. *num.* 42. *&* 59. *Bordon. loc. cit. num.* 136. *verſ. Et ex his tom.* 4. pleniſſimè *Ciarlin. d. Cap.* 130. *per tot.* Ut ſi ageretur de muliere, quæ virum militem habuiſſet, & teſtes inducti depoſuiſſent famam ortam fuiſſe, virum deceſſiſſe in conflictu, vel depoſuiſſent mare fuiſſe ingreſſum, nec unquàm amplius comparuiſſe famamque increpuiſſe, ipſum naufragio ſublatum, vel alias per longiſſimum tempus abſuiſſe tradit *Card. Albic. de Inconſt. in Fide cap.* 36. *num.* 89.

Eo certius ſi cum licentia Epiſcopi convolavit ad Secundas Nuptias; ut advertit *Albic. ubi ſupra num.* 95.

Quæ dicta ſunt de muliere volente tranſire ad ſecundas Nuptias eo facilius poſſunt applica-
24 ri mulieri cupienti ingredi Religionem, * prout contigit Cremonæ; Nam cum Anna Maria Franzoni Brixiæ in ejus juvenili etate contraxiſſet matrimonium cum Jacobo Bordelli Parmen. Diæ., qui ante matrimonii conſumationem (ut ipſa mulier aſſerebat) diſceſſerat, & miles factus apud Rempublicam Venetam in Navim aſcenderat Orientem verſus cum orta fuiſſet publica vox de ejus obitu, & ipſa ad ætatem annorum 58. perventa cuperet ingredi Monaſterium Convertitarum Cremonæ, ibique profiteri recurſum habuit ad *Sac. Congregationem S. Inquiſitionis* pro obtinenda licentia, omnibus prædictis expoſitis, undè propoſita Cauſa *in Congregatione coram Sſmo Dño* CLEMENTE XI. *die* 24. *Novembris* 1714. *Sanctitas Sua*, auditis votis EE. DD. Cardinalium, *decrevit pro gratia in forma Commiſſaria Epiſcopo Cremonæ.*

Hinc deducitur, quod non eſt adeò artata probatio mortis Conjugis ad certum Nuncium, quod non poſſit probari per aliud genus probationis, quod conſtituat certitudinem moralem ut docet *Card. Albic. d. Cap.* 36. *num.* 90. quicquid dicat *Pignatell. conſultat.* 186. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 4.

Qualiter, & quando peti & concedi debeat Conſilium Sapientis.

RUBRICA UNDECIMA.

Statuimus & ordinamus: quod ſi aliquis Principalis, ſeu ejus Procurator, Tutor, vel Curator, aut alter, cujus interſit in aliqua Cauſa tam ordinaria, quàm delegata, vel extraordinaria, pendente coram quocumque ius dicente in Civitate Faveñ. ſive ordinarie, aut extraordinarie procedi contingat, Conſilum Sapientis (A) in Cauſa petierit ante litem conteſtatam, vel poſt, in quacumque parte judicii, tunc Judex; coram quo dicta Cauſa pendet, teneatur ad petitionem dictæ Partis committere Conſilio Sapientis Patribus non ſuſpecto in Civitate Faveñ. niſi altera Partium allegaret omnes Doctores dictæ Civitatis habere ſuſpectos ex cauſa legitima, juramento dictæ Partis probanda, ſi per ſe litigaverit; Alias probari debeat ipſa ſuſpicio tam Principalis juramento, quàm Procuratoris, Curatoris, aut Actoris, niſi Principalis eſſet Pupillus, quo caſu ſolùm Tutoris ſufficiat juramentum. Et ipſa commiſſione ſacta teneatur Judex, coram quo infra tempus per ipſum ſtatuendum, cogere partes ad deponendum ſalarium Conſultoris, & præſentare ſcripturas Judici per ipſum Conſultori mittendas. Quibus habitis ipſe Judex omnes dictas ſcripturas, una cum puncto incluſas deſtinare teneatur, aut aſſignare ipſi Conſultori ſimul cum ſalario. Et ſi contingat Partes ſuper puncto non concordare, tunc Judex petat ſibi conſuli quid juris ſuper toto proceſſu, & illud loco puncti ſufficiat. Nec concedi poſſit extra Civitatem Faveñ. niſi ſumma, de qua litigatur, excedat quantitatem librarum quinquaginta bonenorum, aut ſit ſuper re ejuſdem valoris, & niſi ſuper diffinitiva agatur. Super emergentibus verò, ſeu interlocutoriis meris intra Civitatem tantùm concedi debeat, & non extra. Non poſſit tamen Judex eligere Conſultorem, tam intra, quàm extra Civitatem, niſi priùs datis confidentibus ab utraque Parte, & ſi non concordaverint in uno ex confidentibus datis, tunc Partes debeant darè ſuſpectos; qui non excedant numerum decem pro qualibet Parte extra Civitatem. In Civitate verò tres tantùm pro qualibet Parte, nec dari poſſit tota una Civitas, ubi vigeat Studium generale pro ſuſpecta, ſed ſingulares perſonæ tantùm illius Civitatis. Reliqui verò intelligantur confidentes, & eligi poſſint. Et ſalarium Conſultoris in Civitate eſſe intelligatur duorum florenorum ad plus. Extra verò Civitatem ſex florenorum au-

ri, & plùs, & minùs arbitrio Judicis. Et reddito dicto Conſilio Judex aperire teneatur in præſentia Partium, vel ipſis citatis & non comparentibus, & illud ſequi (B) teneatur contradictione Partium, vel alterius non obſtante. Teneaturque Judex ſtatim aperto Conſilio facere Parti, pro qua conſultum fuerit, contra alteram, partem ſalarii reſtitui, quàm ipſa ſolvit, ab alia Parte, contra quàm Conſilium redditum fuerit, niſi ex forma Conſilii aliud appareat, & hoc etiam ſententia nondum lata. Et ſi poſt primam commiſſionem in Civitate factam aliqua Partium petat, quod unus alius Sapiens adjungatur aſſumpto, tunc talis petens audiatur, omnibus tamen ſumptibus ſuis, & alius Sapiens neutri Partium ſuſpectus eligatur, quæ ſuſpicio ſolo juramento probetur, & ipſis diſcordantibus Judex Cauſæ ſit tertius, & tunc Conſilium Judicis concordantis cum uno ex eis teneantur ſequi. Verùmtamen ubi Pars, contra quàm per aperturam Conſilii conſultum apparuerit, peteret dictum Conſilium reformari, tunc & eo caſu omnibus ſumptibus, & laboribus dicti petentis reformationem, dictus Judex dictam reformationem concedere teneatur extra Civitatem in loco, ubi vigeat Studium generale, & committere alicui Doctori Partibus non ſuſpecto, & Conſilium talis Doctoris reformantis ſequi debeat, ſi ſit confirmatorium primi; Alias poſſit peti & concedi alia reformatio, expenſis tamen petentis. Et ubi duo Conſilia inſimul Sapientum concordaverint, ulterius non liceat petere aliam reformationem, ſtante conformitate duorum Conſultorum locorum, ubi vigeat Studium generale, reformatum in eadem inſtantia.

SUMMARIUM.

1 Conſilium ſapientis requiritur coram Judicibus non Juriſconſultis, ut juſtior ſententia feratur, ſeù malum corrigatur judicium, ſecùs coram Juriſconſultis, & ſapientibus.

2 Statutum conſilium ſapientis adhiberi mandans à Judicibus imperitis favorabile, validum, & laudabile eſt.

3 Conſilium alterius neceſſario ſequi quis non tenetur, licet illud peti debeat. Limita num. 4. 5. 7. 9. 10. & 11.

5 Tutor teſtamentarius conſilium illius, qui ad hunc effectum deputatus fuit à Teſtatore, ſequi tenetur.

6 Auditor Rotæ conſilium coadjutorum petere, ac ſequi debet.

7 Sequi quis debet conſilium alterius, quando illud ſumitur pro conſenſu.

8 Epiſcopus Coadjutorem habens, nihil agere poteſt ſine conſenſu illius.

9 Judex imperitus ſequi debet conſilium ſapientis, dùm vigore Statuti, conſuetudinis, vel ſpecialis commiſſionis debet Cauſam terminare cum illius conſilio.

11 Clauſula *de voto* operatur, ut Judex teneatur ſequi votum alterius.

Clauſula *de conſilio* operatur, ut Judex teneatur ſequi conſilium alterius numero 11.

Clauſula *cum voto* ſignificat conſilium, non autem importat, quod Judex illud ſequi teneatur num. 11.

12 Conſilii ſapientis materia remiſſivè.

OBSERVATIO.

A Coram Judicibus Juriſconſultis, & Sapientibus non requiritur conſilium ſapientis,
1 ſed ſolum coram non Juriſconſultis, ut juſtior ſententia feratur, ſeu malum corrigatur judicium, firmat *Pignat. ad Stat. Ferrariæ lib.* 1. *Rubr.* 40. *num.* 1. *cum duobus ſeqq.* Idcircò Statutum adhiberi mandans conſilium Sapientis,
2 ubi Judex eſt imperitus, favorabile, validum, & laudabile reputatur, ut cum *Sola*, *Tort. & aliis*, proſequitur *Pignat. ubi ſupra num.* 4.

Judex, vel alius non tenetur neceſſario ſequi
B conſilium ejus, à quo debet illud petere *cap.*
3 *Cum olim 7. verſ. Verum de arbitr. l. Cum tale, §. Meccia, ff. de condit. & demonſtrat. l. Cum Pater, §. Mandato, ff. de legat.* 2. *Gloſſ. & DD. in cap. Ne pro defectu* 41. *verbo Conſilio de election. Gonzalez ad Regul. Cancell.* 8. *Gloſſ.* 46. *num.* 60. *verſ. Reaſſumendo cum ſeqq. Xamar. de offic. Judic. par.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 1. *Larrea allegat. fiſcal. par.* 2. *allegat.* 67. *num.* 7.

Quæ concluſio patitur ſuas limitationes, & præſertim primo quando Conſilium datur ple-
4 num intellectum non habenti, vel ratione ætatis, vel prodigalitatis, nàm tunc nedum requirendum, ſed etiam ſequendum eſt, alioquin actus erit ipſo jure nullus, juxta *Tex. in l. Impuberibus* 7. *in princ. ff. de ſuſpect. Tut. §. Impuberes Inſtit. eod. tit. Bart. in l. prima, §. Si plures il* 2. *num.* 6. *ff. de exercit. act. Gonzalez loco cit. num.* 77.

Secundo limita, quod conſilium petendum eſt ab eo, qui eſt particeps Officii, cum eo caſu
5 ſit ſequendum, ut de tutore teſtamentario, deputato cum lege gerendi omnia cum Mævii fratris Teſtatoris conſilio, quod ſi Mævius eſt etiam particeps Officii, & Contutor, nihil agitur, niſi Tutor Mævii conſilium exploraverit, & ſequutus fuerit *l. Titium* 47. *in princ. ff. de adminiſtr. Tut.* ibique Scribentes *Bart. in d. l. prima eodem §. Si plures il* 2. *num.* 7. proſequitur *Gonzalez. num.* 78.

Hinc *Auditor Rotæ*, qui tenetur procedere cum conſilio aliorum Coadjutorum, non ſo-
6 lum debet illud petere, ſed etiam ſequi, eo quia ſunt ad invicem officii participes *Vant. de nullit. ex defectu juriſdict. num.* 152. *verſ. Et ſtantibus hujuſmodi ſtatutis*, & *Gonzalez. d. Gloſſ* 46. *num.* 79.

Tertio limita quando conſilium ſecundum ſubjectam materiam ſumitur pro conſenſu, qui
7 ſequendus eſt, juxta illius naturam, ut in *cap. Ve-*

Venerabili 37. ubi *Gloſſ. in verbo Conſilio de offic: Delegat.* notat, quod cum juxta diſpoſitionem
8 *Textus* EpiſcopusCoadjutorem habens nihil fa-
cere poſſit ſine conſilio Coadjutoris, intelligi-
tur conſilium pro conſenſu, & aliis relatis do-
cet *Gonzalez ubi ſupra num.* 80. *cum ſeqq.*

Quarto limita, quando vigore particularis
Statuti, aut Conſtitutionis, ſeu Conſuetudi-
9 nis, aut ſpecialis commiſſionis, vel reſcripti
Judex illitteratus tenetur cauſam terminare
cum conſilio ſapientis, nàm tunc debet illud
ſequi, aliàs ſententia, erit ipſo jure nulla *Caſtr.
conſ. primo, num.* 2. *lib.* 3, ibique *Addit. num.*
40. *& num.* 41. *verſ. Communis, Gonzalez loco
cit. num.* 82. *Vant. ubi ſupra num.* 152. *verſ. Si
verò fuerimus, Rota coram Penia deciſ.* 721. *nu.*
3. *ſecundum impreſſ. Lugdunen.*

Quinto limita, quando concurrit mens pro-
10 ferentis, & qualitas negotii, ne dùm pro con-
ſilio, ſed pro conſenſu, ut ſequendo *Alberic.
Imol. Hoſtienſ., & Franch.* docet *Gonzalez loco
cit. num.* 88. ac plenè *Larrea dicta allegat.* 67.
per tot. ubi de proviſionibus faciendis ab Epi-
ſcopis cum conſilio Regis Portugaliæ.

Sexto limita quoties in commiſſione, ſeu
reſcripto injunctum fuerit Judici, ut procedat
11 *de conſilio*, ſeu *de voto* alterius ad differentiam
clauſulæ *cum voto*, nàm quando injunctum fuit,
ut procedat *de voto*; Judex tenetur ſequi vo-
tum, quia clauſula *de voto* præceptum impor-
tat, clauſula verò *cum voto* conſilium ſignificat,
ut docent *Gonzalez ubi ſupra num.* 85. *Marche-
ſan. de commiſſ. ſuſpicion. Judic. par.* 2. *§.* 2. *nu.*
32. *cum ſeq. recol. mem. Coccin. in ejus Annot.
deciſ.* 185. *num.* 1. ubi etiam teſtatur de ſtylo
Signaturæ, & cum hæc diſtinctio de plano in
Curia Romana amplexa ſit, non eſt curandum
de contraria opinione tenentium, nullam inter
prædictas clauſulas eſſe differentiam, quos re-
fert *Gonzalez d. Gloſſ.* 46. *num.* 86. *& recol. mem.
Coccin. cit. Annot.* 185. *num.* 2.

Reliqua circa conſilium Sapientis vide penès
Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 1. *cap.* 27. *Fen-*
12 *zon. ad Statut. Urbis lib. primo, cap.* 187. *cum
ſeq. Pigant. ad Stat. Ferrariæ lib. primo, rubr.*
40. *Card. Albitius de Inconſtat. in judic. quæſt.* 37.
num. 97. *cum pluribus ſeqq.*

Si agatur perſonali, vel reali actione, quomodo procedatur contra contumaces.

RUBRICA DUODECIMA.

SI agatur perſonali actione contra aliquem, & ille legitimè citatus fuerit in judicio, & non comparuerit, Judex cauſæ ad petitionem Actoris, libello per eum in judicio porrecto, pronunciet, Actorem fore mittendum, & ita mitti mandet in tenutam, & poſſeſſionem ex primo decreto bonorum Rei conventi pro menſura debiti in libro declarati, & pro expenſis legitimis, primo mobilium, ſecundo immobilium, tertio nominum debitorum, (A) quæ tenuta ea data, & accepta ſcribi debeat per Notarium Actuarium dicti Judicis in actis, & idem Judex committat, & committere teneatur dictum Reum conventum citari ad comparendum coram eo infra decem dies ex tunc proximè ſequentes ad reluendum dictam tenutam, aut eam caſſari faciendum, quibus decem diebus elapſis, ſi idem Reus, non comparuerit, & tenutam hujuſmodi non reluerit, aut caſſari eam non fecerit, vel alia perſona ipſi tenutæ ſe legitime non oppoſuerit; tunc committantur per ipſum Judicem, & per unum ex Nunciis publicis Communis Faventiæ fiat proclamatio, & ſubhaſtatio ad Tribunal ipſius Judicis alta voce, ipſoque Iudice ſedente pro tribunali, & jus reddente. Et aſſignetur in hujuſmodi proclamatione (B) & ſubhaſtatione terminus trium dierum, tam ipſi Reo, quàm cuilibet alio ad comparendum coram ipſo D. Iudice, & ſe opponendum ipſi tenutæ, & eam caſſari faciendum, ſeu eam emendandum, & precium offerendum. Quo termino elapſo committatur per eundem Iudicem alia proclamatio, & ſubhaſtatio, & ea fiat per unum ex dictis Nunciis in ſcalis Palatii Communis Faventiæ reſidentiæ ipſius dicti Iudicis tenoris, & continentiæ prædictæ, & in ea aſſignetur terminus quinque dierum, quo termino elapſo per ipſum Iudicem committantur fieri, & fiant per duos diverſos Nuncios denunciationes ipſi Reo debitori perſonaliter, ſi poterit inveniri. Alias fiant ad domum ejus ſolitæ habitationis, ſi habitationem haberet, vel habere conſuevit in Civitate Faventiæ, ſeu ejus Comitatu, alioquin fiat dicta denunciatio bis diverſis diebus ad arrengheriam Communis, & præconem Communis Faventiæ, ut ipſam tenutam reluat infra tertiam diem ſecuturam. Quibus tribus diebus elapſis Iudex Cauſæ vocare faciat æſtimatores (C) Communis Faventiæ, & ſub vinculo eorum juramenti faciat res in tenutam acceptas per dictos æſtimatores appreciari, & æſtimari, & ſecundum eorum declarationem, & æſtimationem eas inſolutum ex ſecundo decreto adjudicet (D) ipſi Actori, tam pro ſorte principali, quàm pro expenſis legitimè factis, eum conſtituendo poſſeſſorem hujuſmodi bonorum, committendo, & faciendo ipſum Actorem induci in poſſeſſionem eorum per unum ex dictis Nunciis, facta tamen prius fide legitima ipſi Iu-

dici

Digitized by Google

dici per dictum Actorem de ejus credito petito, vel per publicam ſcripturam, aut Rei confeſſionem, ſeu per teſtes, vel alias legitimas probationes, quas probationes idem Judex recipere poſſit etiam lite non conteſtata. Veruntamen elapſis dictis terminis, & facta dictorum æſtimatorum declaratione, & æſtimatione, & ejus relatione in actis Cauſæ, & ſui crediti liquidatione, ſit in ipſius Creditoris electione, ante dictam adjudicationem, inſolutum bona hujuſmodi vendere, vel facere ea ſibi inſolutum aſſignari, & adjudicari. Non poſſit tamen eam vendere, niſi fiat primo per præconem publicum unica ſubhaſtatio ad arrengheriam Communis cum termino trium dierum, per quam ſignificetur dicta bona eſſe venalia, & tali præcio æſtimata, & quod plus offerenti dabuntur. Quo termino elapſo, alio non comparente, & majus pretium non offerente, liceat Creditori ea vendere cui voluerit pro dicto pretio appoſito, & declarato per dictos æſtimatores, & non pro minori, vel ea ſibi, ut ſupra, inſolutum adjudicari facere. Dictæ tamen ſolemnitates non vendicent ſibi locum in Cauſis librar. decem bononenum, vel ab inde infra. Sed in eis procedatur Judicis arbitrio, dummodo bona in tenutam accepta per dictos æſtimatores apprecientur, ipſo tamen Reo ad id priùs legitimè citato. Sin autem reali actione agatur, tunc Reo legitimè citato, & contumace, petitioneque porrecta per Actorem, & ſuper ea juramento calumniæ per D. Judicem Cauſæ recepto, & in actis Cauſæ redacto, Judex pronunciet Actorem immittendum eſſe, & ita immitti mandet in actualem poſſeſſionem Rei petitæ. Qua immiſſione facta committatur per d. Judicem Cauſæ notificari dictam immiſſionem per unum ex dictis Nunciis Reo convento. Et elapſis 15. diebus à die dictæ immiſſionis, & notificationis ipſo Reo aliter non comparente, Actor fructus, & redditus dictæ tenutæ lucretur, & dictis 15. diebus elapſis, fiat una proclamatio per unum ex dictis Nunciis ad Tribunal dicti Iudicis, cum termino trium dierum, tam de illo, contra quem proceditur, quàm de aliis quibuſcunque, qui haberent, vel prætenderent jus habere in re petita, ad comparendum coram ipſo Judice ad opponendum ſe dictæ tenutæ, & ad oſtendendum de jure ſuo, declarando ipſius tenutæ loca, latera, confines, & qualitatem. Et quibus tribus diebus elapſis fiat alia ſimilis proclamatio per unum ex dictis Nunciis alta, & præconia voce in convicinia habitationis Rei conventi in Civitate Faventiæ, vel in ejus Diſtrictu, ſi in ipſis locis, vel eorum altero, habitationem habere inveniatur. Quarum poclamationum commiſſione, & relationes Nuncii ſcriptæ inveniantur, vel ſaltem ſubſcriptæ in actis Cauſæ manu Notarii actuarii Tribunalis dicti Iudicis. Si vero dictus Reus tunc non habitaret in Civitate Faventiæ, vel eius Diſtrictu, tùnc dicta ultima proclamatio fiat ad arrengheriam Communis per præconem alta voce, ſono tubæ præmiſſo. Et ſi nullus infra hujuſmodi terminum comparuerit, idem Actor conſtituatur verus poſſeſſor. Et idem Reus amplius ſuper poſſeſſione dictæ rei non audiatur. Sed ſi Reus tam in perſonali, quam reali actione comparuerit in terminis ſupradictis ante ſententiam ſecundi decreti in perſonali actione, & in reali antequam Actor conſtituatur verus poſſeſſor, & voluerit litigare, tùnc audiatur ipſe Reus, dummodo primo reficiat expenſas (E) legitimas dicto Actori ſuæ contumaciæ, & idoneè ſatiſdet de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, & tùnc talis tenuta caſſetur, & in Cauſa procedatur ſecundum formam juris, & Statutorum Faventiæ. Si autem alius contradictor apparuerit in dictis terminis, ſive reali, ſive perſonali, ſeu mixta actione agatur, & petat talem tenutam datam revocari, ſeu infringi, aut aliter ſe opponat dictæ tenutæ, dicendo ſe rem ipſam poſſidere, audiatur, ſi proponat, & demum infra brevem dilationem, ſibi arbitrio Iudicis ſtatuendam, probet dictam rem poſſediſſe tempore dictæ acceptæ tenutæ. Si autem ſimpliciter diceret ſe poſſidere, ſeu aliud jus habere in ipſa tenuta, tunc non audiatur, ſed ſuper ipſa tenuta procedatur, tali contradictione, & oppoſitione non obſtante, reſervato tamen illi omni ſuo jure in ordinario judicio, cui juri præjudicium aliquod non fiat, nec factum fuiſſe intelligatur per proceſſum ad ulteriora in dicta tenuta. Declarantes tamen, quòd in perſonali actione Reo, ut ſupra, contumace exiſtente, liceat dicto Actori uti via perſonalis capturæ, ſi Actor maluerit, & petierit uſque ad integram ſatisfactionem debiti, & expenſarum. Poſſit tamen dictus Debitor detentus, & carceratus aſſignare ejus bona in ſolutum dicto Creditori pro quantitate debita, & expenſis, qua in ſolutum datione facta, idem Reus relaxari debeat, niſi fuerit captus, & detentus vigore executionis publicæ ſcripturæ, aut ultimæ voluntatis, ſeu ſententiæ, vel laudi, arbitrii, vel arbitramenti, quibus caſibus talis bonorum oblatio, ſeu in ſolutum datio, facta invito Actore, dicto Reo in aliquo non opituletur, ſed omnino ad actualem ſolutionem quantitatis debitæ, & expenſarum compellatur.

SUMMARIUM,

1 Executio fieri debet primo ſuper mobilibus deindè ſuper ſe moventibus, poſteà ſuper immobilibus, poſtmodum ſuper nominibus debitorum, & tandèm contra perſonam.

2 Super trabibus, oſtiis, feneſtris, aliiſque domui affixis non poteſt fieri executio Limita num.3.

Diſcooperiri non poteſt domus pro executione mandati, auferendo tegulas, & rectum, num.2. Lim. num.3.

4 Super arboribus fructiferis, ant aliis non cæduis, non poteſt fieri executio, ut illæ ſcindantur, & ſeorſim à fundo vendantur.

Super pallio non poteſt fieri execurio nu.5. Vide, & decl. num.10, & 11,

5 Super veſtibus, & bonis mobilibus, & ſuppellectilibus, ad uſum quotidianum deſtinatis, non poteſt fieri executio, ſuper lecto non poteſt fieri executio nu.5.

6 In generali obligatione non continentur ea, quæ veriſimile eſt quemquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe.

7 Executio non poteſt fieri ſuper illis, quæ in obligatione non veniunt.

8 Veſtis quotidiana reputatur veſtis duplex, nna nempè pro hyeme, & altera pro æſtate deſerviens.

9 Veſtes, & ſupellectiles neceſſariæ cenſentur illæ, ſine quibus realiter quis ſtare non poteſt.

10 Pallium neceſſarium non cenſetur in illis locis, in quibus homines eo uti non ſolent.

Oves ad ſtercorandum comparatæ non poſſunt in executionem capi num.11.

12 Boves aratorij, aratra, ac alia inſtrumenta agriculturæ non poſſunt executari. Ampl. nu.13. & 16. vide nu.12. 14. 15. & 18. Limita nu.15.

17 Bona unius exequi non poſſunt pro obligatione alterius.

19 Super armis, veſtimentis, abiliamentis militaribus, & equo Militis non poteſt fieri executio.

20 Super ſtipendio Militum non poteſt fieri executio. Limita ut ibi. Sublimita nu.21.

22 Operari, ſervire, & laborare non poteſt, qui non manducat.

23 Manducare non debet, qui non operatur Milites privilegiis militaribus non gaudent in Tribunalibus Eccleſiaſticis num. 23. Decl. ut ibi.

24 Præconiorum, bannimentorum, ædictorum, & aliarum diligentiarum pro validitate ſubhaſtationis, & deliberationis, remiſſivè.

25 Æſtimationes bonorum per Peritos faciendæ pro validitate deliberationis, & adiudicationis, remiſſivè.

26 Creditor recipere bona debitoris in ſolutum ad materiam *auth. hoc niſi C. de ſolut.* an, & quando teneatur, remiſſivè.

Adiudicationis, & dationis in ſolutum materia, remiſſivè num.26.

27 Contumax non auditur priuſquam per ipſum reficiatur parti adverſæ expenſæ, & damna. Ampl. & Limita remiſſivè nu.28.

OBSERVATIO.

A EXpedito mandato in actione perſonali, & in Cauſis ordinariis, non poteſt devenire ad executionem ſuper omnibus bonis Debito-
1 ris, cum ea facienda ſit ſuper iis, quæ illi ſunt minus damnoſa, & conſequenter primo ſuper mobilibus, deindè ſuper ſe moventibus, & illis deficientibus, ſeu non ſufficientibus, ſuper 2
immobilibus, & poſteà ſuper nominibus debitorum juxtà diſpoſitionem *Text. in l. à Divo Pio, §. In venditione*, ubi communiter DD. *ff. de re judic*, cum aliis plena manu congeſtis per *Poſth. de ſubbaſtat. inſpect.14. num.1. cum ſeqq.* & tandem devenitur ad executionem perſonalem, mediante captura perſonæ, ut relatis Concordantibus firmavi in *Annot. ad deciſ.59. nu.1. cum ſeq. recol. mem. Coccini*, & proſequatur *Poſth, ubi ſupra nu.17. ubi num. ſeq.* ſubdit, ideò inoluiſſe praxim in mandatis apponere illa verba: *Auferantur de bonis N. debitoris, ſin ſecùs, capiatur idem, carceretur &c. Mattheu, & Sanz. de Regim. Regn. Valent. cap.13. §.3. n.13, cum ſeqq.*

Advertendum tamen eſt, quòd ſuper omnibus bonis Debitoris non eſt permiſſa executio, Nàm pro executione madati non licèt diſcoo-
2 perire domum Debitoris, & auferre imbrices, ne Urbs deformetur, nec accipere trabes, oſtia, feneſtras, aliaque domui affixa, ut docent *Gilian. ad Stat. Peruſiæ in verbo Executio num.9. Poſth. dicta inſpect.14. num.13.* & *Novar. de gravam. Vaſſall. tom.1. gravam.337. ubi n. 4.*
3 limitat in caſu, quo domus eſſet diruta,

Minuſque in executionem capi poſſunt ex fundo arbores fructiferæ, aut aliæ non cæduæ,
4 illas ſcindendo, & ſeorſim à fundo vendendo, *Gluſſian. de bon. in ſolut. dan, cap.3. nu.62. cum ſeqq.*, & proſequitur *Poſth. ubi ſupra eodem n.13, verſ. Nec poſſunt*.

Pariter non poteſt fieri executio ſuper veſti-
5 bus, & bonis mobilibus, & ſupellectilibus ad uſum quotidianum deſtinatis, & præſertim ſuper lecto, & pallio, tum quia in generali obligatione non veniunt, quæ inſerviunt uſui quotidiano, ut cum *Pancirol. in pract. part.3. verſ. Executor igitur, fol.300.* & ibi *Adden. in verb. veſtes*, proſequitur *Poſth. ubi ſupra eodem n.13, verſ. nec licet*, plenè firmat *Merlin. de pign. lib.2. quæſt.55. & quæſt. ſeq. utrobique num.1. & quæſt.57. num.1. cum ſeqq. Novar. de gravam. Vaſſall. tom.1. gravam.336. n.1. cum ſeqq. Pacion. de locat. & conduct. cap.40. nu.103,* tum etiam quia in generali obligatione non continentur
6 ea, quæ veriſimile eſt, quemquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, in terminis firmat *Tex. ibique gloſſ. in l. obligatione 6. ff. de pign.* & tradunt *Merlin. Novar. & Pacion. loc. cit.* Et quæ
7 in obligatione non veniunt, nec ſuper eis exequi valet, ſecundum regulam traditam à *Monach. de execut, in veſtib. cap.1. nu.21. & 26,* ut refert *Merlin. d. quæſt.56. nu.6.*

Veſtis autem quotidiana in propoſito reputatur veſtis duplex, una nempè pro Hyeme,
8 & altera pro Æſtate deſerviens. *Surd. de alim. tit.4. quæſt.3. ſub num.32. ac quæſt. 17. num.5. Monach. dict. tract. cap.5. nu.29. cum ſeq. cap.6. num.31. cum ſeq. & cap.7.* quos refert, & ſequitur *Merlin. cit. quæſt.56. nu.10.*

Advertendo veſtes, & ſupellectiles cenſeri neceſſarias eas, ſine quibus realiter quis ſtare
9 non poteſt, *Bertrand. conſ.55. num.3. vol.2.* & *Novar.*

Novar. dict. gravam. 336. *nu.* 6.

Hinc pallium non cenſetur neceſſarium in locis, in quibus homines illo uti non ſolent,
10 & conſequenter tunc ſuper eo fieri poteſt executio, ut notat *Novar. loc. cit. n.* 5. Et quando reputatur neceſſarium, & quia inibi communiter homines eo utantur, tunc non poteſt in executionem capi, niſi in ſubſidium cum ſpeciali Judicis mandato, prævia citatione ad videndum mandari exequi ſuper pallio, ut tradit *Poſth. cit. inſpect.* 14. *nu.* 15. *cum ſeq.* & quotidiè practicatur. Deſuditur tamen aliquando Ju-
11 dex, & Creditor à Debitore perforando pallium, ad effectum intromittendi brachia, & illud transformàndi opportuno tempore in veſtem, itaut videndo birruarios, ſtatim eo uti valeat tanquam veſte.

Non poſſunt ſimiliter executari boves aratorii, aratra, ac alia inſtrumenta agriculturæ,
12 juxta diſpoſitionem *Text. in l. executores cum l. ſeq. & Auth. Agricultores, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* & firmant *Merlin. de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 61. *nu.* 5. *D. Pacion. de locat. cap.* 40. *n.* 111. *Jacobus de Collantes, & Avellaneda Commentar. pragm. in ſavorem rei frumentariæ, & agricolarum &c. lib.* 1. *cap.* 3. *cum ſeq. ac cap.* 13. tenet procedere etiamſi agatur de debito fiſcali, *Ciarlin. contr. lib.* 1. *cap.* 112. *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi tamen *num.* 24. limitat in debito fiſcali, vel publico, *Kloch. de Ærario lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 56. ubi concordantibus relatis firmat, quod equi, vel boves aratorii, vel oves, aliave pecora ad ſtercorandum comparata, ligones, atatra, ſurculi, falces putatoriæ, bidentes, vel vomeres, & ſimilia inſtrumenta ad culturam deſtinata, pro debito publico, & liquido non poſſunt in executionem capi, & quod capta debent reſtitui, propter utilitatem agriculturæ, & rei ruſticæ, *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 1. *nu.* 2. *cum ſeq.* ubi pariter firmat, quod nec pro debito publico poſſunt executari, *Solorzan. de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 21. *cum ſeq. Narbon. ad ll. recopilat. lib.* 4. *tit.* 21. *leg.* 25. *gloſſ.* 2. *n.* 1. *ubi n.* 6. ampliat procedere, etiamſi continuò agriculturæ non inſerviant, & *Panimol. in annotat.* 4. *num.* 10. *ad ejus deciſ.* 13. ubi quod pro collectis, & oneribus Cameralibus non poſſunt executari boves, & inſtrumenta aratoria, nec homines deſtinati ad culturam, & poteſt reſiſtentia fieri, & res prædictæ propria auctoritate recuperari, *Navar. de gravam. Vaſſall. tom.* 1. *gravam.* 338. ubi ampliat etiamſi
13 debitum ſit fiſcale, *& gravam. ſeq. nu.* 1. *cum ſeqq.* Et conſonat diſpoſitio *Bullæ* B. PII V. *la* 19. §. 8. publicatæ favore exercentium agriculturam intra quadraginta ab Urbe millitaria, prohibentis boves aratorios, omniaque inſtrumenta ad agriculturam neceſſaria omni tempore, & perpetuò pro quavis civili obligatione auferri, aut alia ratione impediri, ac declarantis inſuper in tacitis quibuſcunque hypotecis à quocunque quavis de cauſa inductis prædictos boves, aliaque inſtrumenta hujuſmodi minimè compreheuſa fore, & iu ſumma prædictis rebus agriculturæ inſervientibus tanquam commoditatis, imò neceſſitatis publicæ inſtrumentis omnia privilegia idem Summus Pontifex conceſſit, quæ dotalibus de jure conceſſa eſſe reperiuntur, cujus *Bullæ* meminit *Solorzan. de Jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 18. *in fine, Amaya in l.* 36. *num.* 17. *C. de decurion. lib.* 10. *Scanarol. de viſit. Carcerat. lib.* 3. §. 10. *cap.* 12. *num.* 30. *cum ſeq. pag. mihi* 561. Necnon concurrente diſpoſitione *Bullæ* CLEMENTIS VI. *in Bullar. nov. la* 5. §. 6. quæ Comprehendit etiam debita obligatione Camerali, Ripæ, & Ripettæ vallata, ut infra in *Annot. ad Rubr.* 17. *lib.* 5. *num.* 18.

Contingit tam indubitari, an ſaltem in ſubſidium ſuper illis permittenda ſit executio, in
14 cujus articuli reſolutione variant *DD.* ut videre eſt penes *Merlin. de pign. dicta quæſt.* 61. *num.* . *Gayt. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 7. *nu.* 459. *cum pluribus ſeqq. Ciarlin. d. cap.* 112. *num.* 25. *cum ſeqq.* & *D. Pacion. de locat. cap.* 40. *n.* 113. *cum ſeqq.* ubi cumulaut opiniones cum earum declarationibus, & limitationibus. Nam opi-
15 nionem affirmativam originaliter tenet *gloſſ. in d. l. Executores, verbo Aratorium*, fundans ſe in *l. ſtipendia, C. de execut. rei judic.* diſponente publica ſtipendia non vendi, nec in ſolutum adiudicari, niſi in ſubſidium, cum aliis relatis per *Pegner. in pract. civil. rub.* 29. *nu.* 27. ibique *Adden. num.* 77. *cum ſeqq. Merlin. dicta quæſt.* 61. *n.* 14. *cum ſeq.* per *Giurb. deciſ.* 40. *n.* 12. *verſ. Prima fuit*, & per *Berlich. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 80. *nu.* 45. *verſ. Contrarium*. Præſertim ſi permittatur executio ſuper bobus cum cautione de illis non macellandis, prout providetur à *Regia Cancellaria*, ut teſtantur *Gayt. loc. cit. num. Novar. cit. gravam.* 339. *nu.* 3. *cum ſeq. Carlin. d. cap.* 112. *nu.* 19.

Negativam verò ſequuntur *Mantica ſingular.* 497. ubi teſtatur, ita ab ipſo judicatum
16 *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 4. *caſ.* 378. *n.* 10. *cum ſeqq.* ubi latè reſpondet fundamento *gloſſæ*, necnon adducti per *Merlin. ubi ſupra num.* 12. *per Berlich. loc. cit. nu.* 45. *Peguer. loc. allegat. & per Giurb. dicta deciſ.* 40. *num.* 13. *cum ſeqq.* qui duo ultimi pro hac opinione inclinare videntur reſpondendo contrariis; Quia iſto caſu militat eadem ratio impedimenti culturæ, quæ cum reſpiciat publicam utilitatum, anteponenda eſt privatæ ex *DD. mox. allegatis*.

Et hæc ultima opinio corroboratur etiam ex eo quod, nec expreſsè poſſunt obligari ratione publicæ utilitatis, cui per pactum non poteſt per contrahentes derrogari ex *Solorzan. & Merlin. ſupra allegatis*, & *Ignatius de Villar in ejus Sylva reſponſ. lib.* 2. *reſponſ.* 16. *cap.* 1. *n.* 17. *cum ſeqq.* juncto *nu.* 28. ubi firmat procedere etiamſi concurrat juramentum; Conſequenter nec etiam in ſubſidium ſuper illis poterit fieri executio, dum non cadunt ſub obligatione, eo modo, quo non poſſunt in executionem
17 capi bona unius pro obligatione alterius ex adductis *in Annot. ad Rubr.* XXXII. *lib.* 11.

Advertendum, prædictam opinionem nega-
tivam

Digitized by Google

tivam poſſe quidem procedere, juxtà diſpoſi-
18 tionem *Juris communis*, non autem videri ha-
bere locum in terminis diſpoſitionis *dictæ Bul-
læ* B. Pii V. etenim cum in ea exæquantur doti,
concedendo ipſis omnia privilegia competen-
tia bonis dotalibus, ſicuti dos, ſaltèm pro me-
dietate, poteſt obligari concurrente legitima
cauſa *vulgatis, juribus* & quotidiana praxi om-
nium Tribunalium, ita & boves, & alia Inſtru-
menta aratoria. Verùm hanc controverſiam ſu-
ſtulit ſubſequuta obſervantia, facilè, innixa diſ-
poſitioni *Bullæ* Clementis VII. *in Bullar. nov. la* 5.
§. 6. de qua infrà *in Obſer. ad Rubr.* 17. *nu.* .....
lib. 5. dum in *Tribunali Agrigulturæ Urbis*, nec
in ſubſidium fuerit conceſſa, nec concedatur
executio ſuper bobus, & Inſtrumentis Agri-
culturæ, quicquid in contrarium teſtetur quan-
do concurrit obligatio Cameralis *Urſill. con-
cluſ.* 82. *nu.* 5. dum in contrarium viget diſpoſi-
tio *d. Bullæ* Clementis VII. *nu.* 6. de quo infra
in cit. Obſer. ad Rub. 17. *num.* ....., *lib.* 5. nec
non Decretum ſan. mem. Innocentii XI. de
quo in eadem *Obſer.* niſi præcedente præcepti-
vo reſcripto *Summi Pontificis*, quod non ſolet
concedi, & ſi concederetur deberet præſtari
cautio de non macellando boves, prout pra-
cticari à Collaterali Conſilio Neapolis teſtatur
*Novar. ſuper Pragmatic. Regni tit. de Beſtiis col-
lectan.* 2. *nu.* 3. Alias ampliationes, & limita-
tiones vide apud *Ciarlin. dicto cap.* 112. *lib.* 1.

Non poteſt quoque fieri executio ſuper ar-
mis, veſtimentis, & abiliamentis militaribus,
19 prout quoad Milites Militiarum pedeſtrium
diſponitur in *privilegiis* conceſſis per Clemen-
tem X, *cap.* 26. ibi: *Non douranno farſi eſecutio-
ni reali ſopra l'armi del Soldato, con le quali è deſ-
critto nella Milizia, e ne meno nelli veſtimenti,
e abbigliamenti Militari*; Et quòad Milites Mi-
litiæ equeſtris, nec ſuper equo *in cap.* 12. ibi:
*Prohibendo, che in neſſun modo ſi poſſa far l'eſe-
cuzione per qualſivoglia cauſa ſopra l'armi veſti-
menti, e abbigliamenti Militari, ò Cavalli arro-
lati, o loro finimenti*. Quo verò ad Milites ſti-
pendiatos non poteſt fieri executio ſuper eo-
20 rum ſtipendio, niſi in ſubſidium, deficienti-
bus aliis bonis, ex quibus poſſit creditori ſa-
tisfieri, juxtà *Text. in l. Stipendia* 4. *C. de exe-
cut. rei judic. ubi Scribentes*, & alios concor-
dantes tradit *Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſ-
put.* 18. *nu.* 1. & *Rot. in recent. deciſ.* 325. *num.* 4.
cum ſeq. par. 18, *tom.* 1. Et iſto etiam caſu debet
21 ei dimitti tanta pars ſtipendii, quanta ſuffi-
ciat pro ejus victu, & alimentis, ne ſubtraha-
22 tur à miniſtro publico, cum operari, ſervire,
& laborare non poſſit, qui non manducat, quem-
admodùm manducare non debet, qui non ope-
23 ratur, & non laborat, ut docet *Carleval. loc.
cit. num.* 3. ubi teſtatur, ita pluties judicatum
fuiſſe relinquendo medietatem ſtipendii, & in
terminis publici Officialis *Poſth. in Addit. de
ſubbaſtat. inſpect.* 14. *n.* 7. *Zacch. de Salar. qu.* 108.
num. 26. *cum ſeq.*

In propoſito notandum, quod in privilegiis
Militum Militiarum Status Eccleſiaſtici, con-
ceſſis à ſan. mem. Alexandro VIII. *cap.* 40. diſ-
ponitur: *Dichiariamo in fine non comprenderſi in
queſti Capitoli, e diſpoſitioni, li Tribunali Eccle-
ſiaſtici, ne quali ſi bene è noſtra volontà, che s'oſ-
ſervi la letera della Sacra Congregazione de' Veſ-
covi, e Regolari, in data delli* 3. *Ottobre* 1659.
cujus tenor eſt, qui ſequitur: *Fermo al Signore
Cardinale Arciveſcovo. Per parte degli Officiali
Maggiori della Soldateſcha dello Stato Eccleſiaſti-
co s'è rappreſentato alla Sacra Congregazione, che
in alcuni Tribunali degl'Ordinarii de' Luoghi, e
particolarmente in coteſto Arciveſcovale di V. E.
ſi ricuſi di far buoni à Soldati i privilegii Milita-
ri conceſſi loro da Sommi Pontefici, e ſpecialmente
dalla Santità di Noſtro Signore, & eſſcadoſi pero fatta
iſtanza di fare ſopra di ciò gl'ordini opportuni.
Queſti Eminentiſſimi miei Signori han giudicato,
che fuori di quelle Cauſe, che appartengano mera-
mente al Foro Eccleſiaſtico privativè, quo ad Ju-
dicem Laicum, in tutte le altre i Soldati nell'iſteſſo
Foro Eccleſiaſtico, debbano godere delli detti Pri-
vilegii nell'iſteſſa forma, che li godono ne i Tribu-
nali Laicali, & han commandato, che ciò ſi ſcri-
va à V. E. perchè ſi compiaccia di far oſſervare
nell'accennata conformità da Miniſtri di coteſta ſua
giuriſdizione, e le bacio per fine humilmente le
mani. Roma* 3. *Ottobre* 1659.

De Præconiis, Incantis, Bannimentis, Ædi-
B ctis, & aliis diligentiis faciendis pro valida
24 ſubhaſtatione, & deliberatione pignorum vi-
de *Poſth. de ſubbaſtat. inſpect.* 29. *per tot. Ridol-
phin. prax. par.* 1. *cap.* 15. *Rot. coram recol. mem.
Coccin. deciſ.* 1870. *ubi de Statuto Briſighellæ*.

Circa æſtimationem Peritorum, requiſitam
C à Statuto pro validitate deliberationis, vel
25 adiudicationis, vide dicta in *Annot.* 59. *n.* 41.
Annot. 109. & 816. *ad deciſ. recol. mem. Coccini*
Deo dante imprimen.

Creditor an, & quando teneatur recipere
D bona debitoris in ſolutum ad materiam *Auth.
26 hoc niſi C. de ſolut.* dictum fuit in *Annot. ad di-
cta deciſ.* 59. Cætera ad ſaturitatem circa adiu-
dicationem, ſeu in ſolutum dationem, vide
penes *Poſth. de ſubbaſt. inſpect.* 42. *cum ſeq. ibi-
que Addit.*

E Contumax non auditur priuſquàm per ipſum
reficiantur Parti expenſæ, & damna, ut expreſ-
27 sè dicitur *in l. Sancimus C. de judic.* & ibi fir-
mat *Augustin. Barboſ. num.* 1. *cum ſeqq.* ubi ad-
ducit limitationes *Fragoſ. de Regim. Reipubl.
par.* 1, *lib.* 5. *diſput.* 13. §. 8. *nu.* 161. ubi etiam
ſtatuat, quod & ſi poſteà in Cauſa evadat vi-
ctor, adhùc non recuperabit expenſas jam re-
fuſas.

Hujus Concluſionis plures ampliationes, &
28 limitationes adducuntur, per *Ventrigl. prax.
for. Eccleſ. tom.* 1. *Annot.* 21. §. 1.

AD-

ADDIT. AD RUBR. XII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Executio fieri non poteſt ſuper operimentis feneſtrarum, & oſtiorum, nec ſuper quoquo domui affixo, nec ſuper trabibus, nec ſuper tegulis. Decl. n.3.

2 Executio ſuper lecto, vel aliis ad uſum neceſſarium deſtinatis prout vaſa fictilia, & ſuppellectilia ad uſum quotidianum, Decl. n.3.

4 Executio non poteſt fieri ſuper inſtrumentis neceſſariis ad Agriculturam, quæ autem ſint vide ibi.

Boves aratorii non poſſunt executari nu.4.

Fenum pro pabulo animalium ad culturam neceſſariorum non poteſt executari nu.4

Ararra non poſſunt executari nu.4.

5 Boves indomiti, & alii non apti ad culturam, ſed tantum ad trahendas barotias poſſunt executari.

6 Militarem profeſſionem facientes, ſed actu illam non exercentes quamvis deſcripti in matricula non gaudent privilegio fori, nec aliis privilegiis militaribus.

7 Milites privilegiis militaribus non gaudent quo ad cauſas privative ſpectantes ad Tribunalia Eccleſiaſtica.

8 Nec ſuffragantur quo ad mandatum de evacuando finita locatione domus,

Privilegia Militaria cap.26. loquuntur ſolum de executionibus realibus vel perſonalibus num.8.

*Num.*2. Quod non poſſit fieri executio pro ære alieno ſuper trabibus, nec ſuper tegulis, nec ſuper operimentis feneſtrarum, & oſtiorum, *

1 nec ſuper quoquo domui affixo, ne per eorum ablationem domus vaſtetur, & publicus deformetur aſpectus ſequitur *Campell. ad Conſtitutiones Ducatus Urbini decret*.80. *nu*.88. *pag*.486.

Num.5. Executio fieri non poteſt ſuper lecto, & aliis ſimilibus ad uſum neceſſarium deputatis

2 prout ſunt vaſa fictilia, * & ſuppellectilia ad uſum quotidianum deſtinata ut docet *Marant, in ejus ſpecul. aur. par.6. art. ultim. n.28. verſ. limita* 1. *Maſcard. de probat. concluſ*.210, *nu*.18. *verſ. quæ limitatio Pacific. de ſalvian. inſpect*.3. *cap*.5. *nu*.15.

Decl. procedere, quando adſunt alia bona ſecùs autem quando alia bona deficiunt * ut de-

3 clarat *Marant. ubi ſuprà nu*.30. *verſ. Prædicta autem intelligo Maſcard. d. Concluſ*.210. *loc. cit. Pacific. ubi ſuprà nu*.16. *Pacion. de locat. cap*.40. *num*.106.

Num.11. Inſtrumenta neceſſaria pro agricultura ſuper quibus non poteſt fieri executio * cen-

4 ſentur nedùm boves aratorii, verum etiam ligones, ararra, ſervi aratorii, pecudes non tamen ſuperfluæ, fænum pro pabulo animalium ad culturam neceſſariorum *Conſtant. ad Statut. Urb. Annot*.60.*art*.1. *par. nu*.35. *& ſeqq. tom*.2. *Merlin. de pign. lib*.2. *tit*. 1. *par*.61. *nu*.1, *& ſeqq*.

Poſſunt tamen capi in executionem boves in-

5 domiti, nec non illi, * qui amplius non deſerviunt pro aratro, ſed pro trahendo barotias ut tradit *Conſtantin. loc. cit. ſub nu*.44. *Merlin. ubi ſupra nu*.24.

Num.19. Notandum, quod iiqui licet faciant militarem profeſſionem, cum tamen actu non

6 exerceant, * ſed in Palatiis tempus conterentes ſe ipſos cauda aurea more pavonum glorientur, hi enim licet deſcripti ſint in matricula non gaudent privilegio Fori, nec aliquo alio privilegio militari, ſed in omnibus actibus vivunt jure communi ut relato *Luca de Penna in l.Milites C.de re militar. lib*.12. & aliis concordantibus docet *Rovit. in Pragmat. Regni Neap. ſuper Pragm*.11.*de Militibus n*.34.

Num.23. Milites privilegiis militaribus non gaudent quoad cauſas privativè ſpectantes ad Tri-

7 bunal Eccleſiaſticum * ut etiam firmat *Paulutc. diſertat*.42. *nu*.22. *cum ſeqq*.

Prout etiam eorum privilegium non ſuffragatur quoad mandatum de evacuando domum

8 finita locatione, * cum illorum privilegium cap.26. loquatur ſolum de executionibus realibus, vel perſonalibus, ideoque non poteſt extendi de caſu ad caſum ut docet *Paulutc. ubi ſupra num*.18. *cum ſeqq*.

De executione ſententię laudi, arbitrii, ſeu arbitramenti confeſſionum, & præceptorum.

RUBRICA DECIMATERTIA.

STatuimus, & ordinamus, quod quælibet ſententia lata per quemcumque Judicem competentem, juriſdictionem (A) habentem, quandocunque, & quomodocunque tranſitum fecerit in rem judicatam, exequatur, [B] & executioni mandetur, & ipſius ſententiæ executio fiat per Judicem illius Officii, à quo fuerit lata [C]. Dummodo per Judicem cauſæ appellationis, ſeu nullitatis, talis ſententia non fuerit infirmata, vel nulla declarata. Quæ executio fiat ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, levato velo, & nulla ſolemnitate ſervata, etiam tempore feriato, præterquàm in honorem Dei; Citatis tamen illis, contra quos talis ſententia exequenda foret, ſeu exequi peteretur, ad contradicendum

quare

Digitized by Google

vocatum, & petitum reduci ad arbitrium boni viri, vel etiam ubi contigerit querelari, provocari, & peti reductionem hujuſmodi, finita, ſeu deſerta Cauſa querelæ, provocationis & petitionis reductionis prædictarum, niſi in caſu, quo per Judicem Cauſæ querelæ provocationis, & petitionis, reductionis hujuſmodi dictum laudum, arbitrium, ſeu arbitramentum infirmatum fuiſſet, ſive declaratum nullum, illud exequatur, & executioni mandetur per Judicem Ordinarium Communis Faven. in omnibus, & per omnia, prout ſupra dictum eſt de ſententia per Judicem competentem, & juriſdictionem habentem lata. Et idem etiam ſervetur, & fiat in executione cuiuslibet legitimæ confeſſionis judicialis factæ per aliquem debitorem, & præcepti cuilibet debitori in judicio legitimè confeſſo facti per aliquem ex Judicibus, vel Officialibus Communitatis Faven. de civilibus Cauſis cognoſcentibus, vel etiam ubi per aliquem ex Tabellionatibus, ſeu Notariis in matricula, ſive in ordine Notariorum d. Civitatis deſcriptum, & matriculatum, factum appareret aliquod præceptum alicui debitori confitenti de ſolvendo debitum in Inſtrumento publico contentum, ita quod præcepta hujuſmodi valeant, teneant, & habeant robur, & executionem. Et decurſo termino ad ſolvendum præfixo exequi poſſint, & executioni mandari in omnibus, & per omnia ſecundum formam præſentis Statuti, & prout ſupra de ſententiis, & laudis exequendis proviſum fuit. Addentes, & ſtatuentes, quod D. Poteſtas, & quilibet ex Judicibus, & Officialibus Communis Faven. de Cauſis civilibus cognoſcentibus, poſſint, & debeant ad requiſitionem, & inſtantiam cujuſcunque, cujus interſit, omnes, & quaſcunque ſententias, & præcepta latas, & facta per quoſcunque Maſſarios, ſeu Officiales Societatum, & Univerſitatum artium Civitatis Faventiæ, ſeu alicujus earum, quæ per ipſarum Societatum, vel Univerſitatum, Statuta, ſeu proviſiones, & ordinamenta executionem merentur, exequi, & executioni mandare in perſonis, (M) rebus, & nominibus debitorum modo, & forma, & in omnibus, ac per omnia, prout ſupra in præſenti Statuto de aliis ſententiis, ſeu præceptis ſtatutum eſt, & proviſum.

SUMMARIUM.

1 Juriſdictio in allodium ſi prætendatur, probanda eſt.

2 Juriſdictio non poteſt præſumi nata libera apud inferiorem.

Juriſdictio reſidet apud Principem non recognoſcentem Superiorem tanquàm de regalibus, & abeo fluit, & refluit, nu.2.

3 Imperator juriſdictionem à Deo, an immediatè habuerit, remiſſiſuè.

4 Conceſſio Principis requiritur ad acquirendam juriſdictionem.

5 Acquiritur juriſdictio ex legis authoritate Dominus feudi habet juriſdictionem ordinariam de re feudali inter ſuos Vaſſallos, n.5.

6 Conſuetudine legitima præſcripta acquiritur juriſdictio, abſque eo quod requiratur titulus.

7 Declara procedere in Judice incompetente, non autem incapace.

Judex Laicus juriſdictionem acquirere non poteſt ſuper perſonis, & rebus Eccleſiaſticis, non obſtante quavis conſuetudine, nu.7.

8 Præſcriptione acquiritur juriſdictio. Vide ibi, & nu.10. Declara nu.9.

Perſona publica dicitur, quæ habet diſtrictum, vel juriſdictionem, nu.9.

10 Contra Eccleſiam Romanam requiritur præſcriptio centenaria, nec ſufficit immemorabilis.

11 Executio rei judicatæ petitur officio Judicis, & actione judicati, ſeu in factum.

12 Executio rei judicatæ quando petitur officio Judicis non requiritur libellus, neque litis conteſtatio.

Inſtrumentum ſententiæ in judicatum tranſactæ habet paratam executionem, nu.12.

13 Executio rei judicatæ, quando petitur actione in factum, tunc requiritur libellus, & proceditur via ordinaria.

14 Pro executione rei judicatæ quomodò procedatur in Curia remiſſivè.

15 Officium Judicis pro executione rei judicatæ debet implorari ad eodem Judice, qui tulit ſententiam, & non ab alio.

16 Præfigi debet hæredi terminus ad docendum ſe adiviſſe hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii, & de bonis Inventariatis rationem reddidiſſe, quo elapſo, & non docto de Inventario, vel non reddita ratione de bonis inventariatis relaxatur exequatur contra perſonam, & bona propria.

17 Contra hæredem beneficiatum, qui docuit de Inventario, licèt de bonis inventariatis rationem non reddiderit, non poteſt procedi executivè, ſed ſolùm ordinariè, ita ut à relaxatione exequatur competat appellatio ſuſpenſiva.

18 Contra tertium effectus obligationis non porrigitur.

19 *Signatura Juſtitiæ* adverſus exequatur relexatum contra hæredem, qui docet de inventario, quamvis de bonis inventariatis rationem non reddiderit, reſcribit cum clauſulis ſuſpenſivis.

20 Et ſi jam deventum fuit ad executionem perſonalem, reſcribere ſolet *prævia excarceratione, ſi quid exequendum*.

21 Executores, ſeu Birruarii oſtendere tenentur mandatum Judicis, aliàs de facto eis reſiſti poteſt.

22 Septuagenarius, pupillus, mentecaptus, & alii ſimiles non poſſunt pro debito civili carcerari.

23 Mulier pro debito civili non poteſt carcerari, etiamſi

etiamſi debitum ſit Fiſcale ratione Gabellarum, & tributorum. Amplia in Muliere vili, num.27.

24 Limita primo, quando eſt obligata ratione adminiſtratæ Tutelæ. Contrarium, nu.25.

26 Limita ſecundo, in Meretrice.

28 Condemnatio in expenſis introducta eſt ad reprimendum temeritatem, & calumniam litigantium.

29 Judices prætermittentes condemnationem victi in expenſis refundere tenentur de proprio.

30 Judex, qui in ſententia omiſit condemnationem victi in expenſis, parte petente, poteſt per totam diem ſententiæ latæ ſupplere hujuſmodi condemnationem.

Victus in expenſis condemnari debet, nu.28. Amplia num.31., & 32. Decl. num.33. Subdecl. num.34. Limita num.35. Sublim. nu.36. Lim. nu.37. 40. & 41.

40 Fiſcus victus non condemnatur in expenſis. Vide ibi.

42 Promotor, ſeu Procurator Fiſcalis excuſatur à ſolutione expenſarum. Decl. nu.43.

Procurator Fiſchalis calumnioſè aliquem vexans an, & quando puniendus ſit, nu.43.

Juſtæ cauſæ litigandi, quænam dicantur remiſſivè, num.38.

Juſta cauſa litigandi non attenditur in Curia Romana, ad effectum evitandi condemnationem in expenſis num.39.

44 Contra tertium, in quem facta fuit alienatio pendente lite ſuper dominio, ac in actione reali, vel mixta, vel perſonali ad rem, procedi poteſt recta via abſque novo proceſſu ad executionem ſententiæ. Declara num.45. Subdecl. nu.46. Ampl. num.47.48.49. & 50. Limita nu.51. & 52.

48 Executio ſuper re poſſeſſa à Clerico, in quem alienata fuerat lite pendente non poteſt fieri vigore mandati relaxati à Judice Sæculari, ſed requiritur exequatur Judicis Eccleſiaſtici. Vide ibi.

Alienationis rei lite pendente Judicii mutandi cauſa. Vide nu.48.

Alienatione rei litigioſæ facta Clerico adhuc poteſt proſequi judicium contra alienantem coràm Judice Sæculari, non autem vigore illius mandati deveniri ad executionem abſque exequatur Judicis Eccleſiaſtici coram eo citato Clerico, nu.48.

Judex Eccleſiaſticus prohibere poteſt, ſub pœna Cenſurarum, Clericis, ne reportent ceſſionem rei litigioſæ, nu.48. in fine.

Alienatio rei litigioſæ eſt ipſo jure prohibita, num.44.

53 Alienatio neceſſaria rei litigioſa pro dote cenſeri non poteſt, quando Mulier jam nupta erat.

54 Juriſdictionem exercere quis non poteſt extrà proprium Territorium, Dominium, & Juriſdictionem.

55 Archiepiſcopus juriſdictionem non habet in perſonas, neque in res exiſtentes in Diœceſi ſui Suffraganei.

56 Archiepiſcopus in prima inſtantia cognoſcere non poteſt Cauſas ſui Suffraganei, etiam accedente unanimi conſenſu partium, dum non concurrit conſenſus ipſius Suffraganei, & num, 57.

57 Clerici prorogare non poſſunt juriſdictionem Judicis non ſui.

58 Archiepiſcopus prohibere non poteſt Suffraganeo, ne in Cauſa procedat, vel aliter ſe intromittere ante latam ſententiam.

59 Archiepiſcopus mandare non poteſt Suffraganeo, ut ſibi tranſmittat proceſſum ante latam ſententiam, nu.58.

60 Archiepiſcopus Cauſas appellationum à ſententiis latis à Suffraganeis tantum cognoſcere poteſt.

61 Appellari poteſt ad Archiepiſcopum à gravamine extrajudicialiter illato à Suffraganeo.

62 Archiepiſcopus adiri non poteſt per viam nullitatis, & querelæ omiſſa appellatione.

63 Archiepiſcopi, ejuſque auctoritatis, & juriſdictionis, remiſſivè.

64 Reductio laudi ad arbitrium boni viri ſemper competit, quotiès conſtat de enormiſſima læſione: Amplia, ut ibi.

65 Reductio ad arbitrium boni viri adverſus laudum ſemper competit, nec ulla cautela tolli poteſt.

66 Abſolutio à juramento præſtito obtineri debet ante petitionem reductionis laudi ad arbitrium boni viri.

67 Laudum exequendum eſt pendente reductione illius ad arbitrium boni viri, quando in compromiſſo adeſt renunciatio cum obligatione Camerali. Vide ibi.

68 Executio obligationis Cameralis non deberet impediri exceptionibus reqiurentibus altiorem indaginem; ſed contrarium ſervatur à Signatura.

69 Compromiſſum juramento roboratum cum renunciatione cuicunque appellationi, ac reductioni ad arbitrium boni viri, habet vim trium conformium, & rei judicatæ, ac executionem paratam, ut nu.70.

70 Maximè quando conventum fuit illud debere executioni demandari omni, & quacunque exceptione appellationis, reclamationis, & reductionis ad arbitrium boni viri remotis.

71 Laudum exequi debet Statuto mandante omninò illi ſtari debere. Limita, nu.72.

73 Carcerari nemo poteſt pro debito Civili in Domo propria Vide nu.77.

74 Contrarium hodiè ſervatur.

75 Carcerari quilibet poteſt in Domo propria vigore mandati ſuſpicionis fugæ.

76 Carcerari quilibet poteſt in Domo propria pro debito cum Camera, & Fiſco.

77 Pro facienda excutione mandati non poſſunt Birruarii, ſeu Executores Domum per vim ingredi abſque expreſſa licentia Judicis, ſed prævia citatione partis obtineri debet Decretum Judicis, & ſi per vim aperiatur, Executor facit iniuriam, & de vi tenetur, n.78. & 79.

79 Ci-

78 Citati debet debitor ad tenendam portam
apertam, aliàs videndum mandari aperiri
per vim.

79 Executor aperiens per vim domum debitoris
abſque licentia Judicis facit injuriam, & de
vi tenetur.

OBSERVATIO.

A INferior prętendens juriſdictionem in liberum
allodium probare debet, cum habeat ſtatum
1 originalem contrà ſe, *Spad. conſ. 1. nu. 4. vol. 1.*
Nam juriſdictio non poteſt præſumi nata libe-
2 ra apud illum, cum tanquam de regalibus à
ſua origine reſideat in Papa, & in Imperatore,
aliiſque Superiorem non recognoſcentibus, à
quibus tanquam à fonte fluit, & refluit, ſicut
flumina fluunt, & refluunt ad mare, *Bald. in
cap. 1. §. final. de pace jur. firm. Ruin. conſ. 22. n. 7.
vol. 1. Spad. ubi ſupra num. 3. Petra de fideicom.
q. 13. num. 555. cum pluribus ſeqq.* ubi etiam
3 examinat, an Imperator juriſdictionem a Deo
immediatè habuerit, *Mart. de juriſdict. par. 1.
cap. 33. num. 103. & par. 2. cap. 5. num. 8. Antu-
nez Portugal. de donat. Reg. tom. 1. par. 2. lib. 1.
cap. 8. ſub num. 7. & 8.*
Undè ad acquirendam juriſdictionem requi-
4 ritur conceſſio Principis, *Peregr. in tract. var.
lib. 1. tit. de juriſdict. Ordin. & delegat. n. 59.*
Acquiritur etiam ex legis authoritate, cum
lex tribuere valeat juriſdictionem, ut exem-
5 plificari poteſt in Patrono feudi, qui licet pri-
vatus, ex legis authoritate juriſdictionem Or-
dinariam habet de re feudali inter ſuos Vaſſal-
los, ut firmat *Peregr. ubi ſupra num. 57.*
Necnon conſuetudine legitimè præſcripta
6 acquiritur abſque eo quod requiratur titulus,
ad differentiam præſcriptionis *ad Text. in l. Vi-
ros*, ibique *Gloſ. in verbo Obtinuit, C. de diverſ.
offic. & apparit. Judic. &c. lib. 12. Natt. conſ. 98.
num. 4. Bald. conſ. 338. num. 5. lib. 1. Cancer. var.
reſol. par. 2. cap. 2. num. 69. Peregrin. ubi ſupra
nu. 58. Gonzalez Tellez in cap. Ad noſtram n. 11.
cum ſeqq. de conſuetud.* ubi declarat, id proce-
7 dere in Judice incompetente, non autem in
incapace, nàm Judex laicus per quamcum-
que conſuetudinem tanquam incapax non po-
teſt acquirere juriſdictionem in perſonis, &
rebus Eccleſiaſticis, idemque firmat *Marta de
juriſdict. par. 2. cap. 31. num. 13.*
Prout etiam quæritur præſcriptione, ut aliis
8 relatis proſequitur *Peregr. dicto tit. nu. 62. cum
ſeqq.* ubi latè docet, quæ ad hunc effectum re-
quirantur, & concurrere debeant.
Notandum, id procedere in perſona publi-
ca, non autem in privata perſona, quia quæ
non ſunt in comercio noſtro, à privata perſo-
na præſcribi non valent, ut tradit *Petra loc.
9 cit. num. 593. cum duobus ſeqq.* ubi eum *Bald.*
docet, quod habens diſtinctum, vel juriſdi-
ctionem, dicitur perſona publica.
Advertendum etiam, quod contra Eccle-
ſiam Romanam requiritur centenaria præſcri-
10 ptio, *cap. Ad audientiam*, ibique *Scribentes
de præſcriptione*: nec ſufficit immemorabilis,
ut reſpondit *Spada conſ. 1. num. 6. cum ſeqq.
vol. 1.*
Et in præjudicium Principis requiritur tem-
pus, cujus initii memoria non extat, vel qua-
draginta annorum cum titulo, ea ratione quia
adverſus habentem fundatam intentionem
ſuam de jure communi non præſcribitur niſi
præſcriptione immemorabili, vel 40. annorum
cum titulo, in præjudicium verò privati, & ſic
inferioris à Principe præſcribitur ſpatio 30. an-
norum, ut diſtinguendo latè probat *Cancer. var.
reſol. par. 2. cap. 2. nu. 113. cum ſeqq.*
Duo ſunt modi in Jure petendi executionem
B rei judicatæ, nempè officio Judicis, & actio-
11 ne judicati, ſeu in factum, ut docet *Specul.
in tit. de execut. ſent. §. Breviter nu. 1. cum ſeqq.*
quem cum aliis ſequitur *Scac. de ſent. & re ju-
dic. Gloſ. 14. q. 11. nu. 1.*
Quandò petitur officio Judicis, tunc non
12 requiritur libellus, neque litis conteſtatio,
& cum inſtrumentum ſententiæ in judicatum
tranſactæ habeat executionem paratam, Judex
eo caſu non debet partes Judicis aſſumere, ſed
tantummodò executoris, ut firmat *Scac. de
Judic. lib. 1. cap. 62. num. 12. & de ſentent. & re
judic. loc. cit.*
Sed ſi agatur actione in factum, oriente ex
13 judicato, eo caſu requiritur libellus, cum pro-
cedatur via ordinaria, ut docet *Scacc. de judic.
ubi ſupra, & de ſent. & re judic. d. q. 11. n. 46.*
ubi notat, Advocatos eligentes hunc modum,
multum errare.
Circa verò praxim, quę in Curia Romana ſer-
14 vatur, videndus eſt *Ridolph. prax. par. 1. cap. 13.
num. 69. cum ſeqq.*
Petens executionem rei judicatæ officio Ju-
C dicis debet illud implorare ab eodem Judice,
15 qui tulit ſententiam, & non ab alio, non ſo-
lum quia executio uti veniens in conſequen-
tiam primæ actionis, debet expediri ab eo-
dem Judice, ne dividatur continentia cauſæ;
verùm etiam quia conveniens eſt, ut is conce-
dat executionem ſententiæ, qui eſt informatus
de illius viribus, ut docet *Scacc. de ſent. & re
judic. cit. q. 11. nu. 3. cum ſeqq.*
Contra hæredem debitoris priuſquàm deve-
D niri valeat ad executionem perſonalem, vel
16 realem prævia citatione ad docendum ſe adi-
viſſe hæreditatem cum beneficio legis, & in-
ventarii, & de bonis inventariatis rationem
reddidiſſe præfigendus eſt terminus, quo ela-
pſo, nec docto de aditione hæreditatis cum
beneficio legis, & inventarii, & de inventario
executivè relaxatur exequatur contra perſo-
nam, & bona propria, juxtà praxim tradi-
tam per *Ridolphin. in ejus prax. par. 1. cap. 8.
num. 23. juncto num. 253. cum ſeq. & par. 2. c. 11.
num. 38. cum ſeq. Rota in recent. deciſ. 39. nu. 8.
cum ſeq. par. 6.* & penès *Poſth. de manut. dec. 582.
num. 9. cum duob. ſeqq.*
Sed ſi de tali aditione docuerit, necnon de
17 inventario, etiamſi impugnetur validitas in-
ventarii, & de bonis inventariatis rationem

non reddiderit, vel ſuper bona, aut mala red-
ditione rationis vigeat controverſia, nihilo-
minùs contra eum non poterit procedi execu-
tivè, ſed dumtaxat ordinariè, itaut à relaxa-
tione exequatur comperat appellario ſuſpenſi-
va nam hæres beneficiatus habetur tanquam
tertius, & perſona extranea, contra quam ef-
18 fectus obligationis non porrigitur, ut docent
Card. de Luca de hærede, & hæredit. diſcurſ.21.
num.7. & diſcurſ. ſeq. num.17. Conciol. de hærede
art.3. num.68. Rota coram recol. mem. Coccin. de-
ciſ.151. num.1. cum duobus ſeqq. quam ſequun-
tur mox allegati, & in recent. deciſ.499. nu.10.
par.13. Et tunc Signatura Juſtitiæ quoad exe-
quatur contra perſonam, & bona propria hæ-
19 redis executionem transferre ſolet, cum clau-
ſulis ſuſpenſivis reſcribendo, ut reſtatur Card.
de Luca, & Conciol. loc. allegat. ac Adden. ad
Pamphil. deciſ.75. num.9.

Quinimò ſi jam deventum fuit ad executio-
nem perſonalem, reſcribere ſolet prævia ex-
20 carceratione ſi quid exequendum, prout præ cæ-
teris reſolvit in Viterbien. ſeu Balneoregien. 12.
Maii 1678. proponente R. D. P. meo Severolo, in
Romana prima Septemb.1680. proponente R.P.D.
de Albicis, in Auximana 5. Decembris 1680.
proponente eodem R. P. D. de Albicis, in Corto-
nen. ſeu Florentina 22. Auguſti 1680. proponente
R. P. D. Zanardo, in Romana 17. Martij 1681.
proponente R. P. D. Vallato.

Birruatii, ſeu Executores tenentur oſtende-
E re mandatum Judicis, aliàs de facto eis reſiſti
21 poterit l. Quoniam 21. &c. de appellat. l. prima,
C. quam liceat unicuique latè Amaya in l.5.nu.1.
C. de Jure fiſci lib.10.

Ea ratione quia Executores non poſſunt
abſque Judicis mandato aliquem capere, bo-
nave apprehendere, nàm abſque mandato, vel
literis talis Officialis eſt ignotus, ſed ſolum-
modò mediantibus eis fit notus omnibus, quo-
rum intereſt, ut proſequitur Amaya ubi ſupra
num. 2.

Septuagenarius, pupillus, mentecaptus, ac
F alii ſimiles non poſſunt pro debito civili car-
22 cerari, quos refert Scanarol. de viſit. carcerat.
lib.3. §.10. cap.4.

Prout nec Mulieres, quarum honeſtas, &
bona ſama ſervanda eſt, cum ſine dedecore ad
illarum carcerationem vix deveniri poſſit,
23 etiamſi debitum ſit fiſcale ratione gabella-
rum, & tributorum firmat Text. in Auth. ſed
hodiè, C. de Offic. Div. Judic. Auth. hodiè novo ju-
re, C. de Cuſtod. reor. & Statutum fuit à Paulo V.
in ejus Bulla la 71. §.24. num.9. ibi--Sexto rela-
xentur mulieres pro debito civili detentæ, quando
ſunt honeſtæ, etiamſi captę ſint pro debito publico.
Scanarol. de viſit. carcerat. lib.3. §.5. cap.6. nu.1.
cum ſeqq. juncto num.22. Gizzarell. deciſ.54. n.13.
cum ſeq.

Limita primò quando mulier eſt obligata
24 ratione adminiſtratæ Tutelæ, nàm tùnc pro
debito ex ea reſultante carcerari poteſt Ro-
man. conſ. 118. num.3. verſ. Secunda verò ratio,
Graſſ. in tract. de except. in prælud. num. 109. cum
ſeq. Cavalcan. de Tut. & Curat. num.320. Salgad.
labyrint. credit. par.1. cap.41. num.10. §. Et in ex-
preſſo, verſ. Adhuc tamen quoties.

Sed contrarium defendit Covar. var. reſol.
25 lib.2. cap.1. num.3. quem cum aliis ſequitur
Scanarol. cit. §. 6. num. 10. verſ. Etiamſi debi-
trices.

Limita ſecundò in meretrice, quæ pro debito
26 civili carcerari poteſt Gizzarel. d. deciſ.54. n.12.
in fine ubi num.14. ſublimitat in meretrice nu-
pta, quod etiam firmat Scanarol. d. §.6. num.15.
Non tamen facile deveniendum eſſe ad illius
carcerationem tradit Scanarol. ubi ſupra n.18.

Ampl. procedere etiam in muliere vili, ut
27 tenet Scanarol. ubi ante ſub num.11. Ac etiam
in Hebræa, ut firmat idem Scanarol. n.14.

Ad reprimendam temeritatem, & calum-
niam litigantium, in eorum odium introducta
G eſt condemnatio victi in expenſis cap. Calum-
28 niam de pœn. cap. Olim il 2. de privil. cap. Finem
litibus de dol. & contumac. l. Properandum, §. Sine
autem alterutra, C. de judic. l. Eum qui temerè, ff.
eod. Ventrigl. in prax. for. Eccleſ. tom.1. annot.21.
§. unic. num.1. Ridolphin. prax. par.1. cap.13. n.601.
Rota coram Duran. deciſ.313. n.9.

Quam condemnationem adeò facere debent
Judices, ut ſi illam prætermittant, de proprio
29 refundere teneantur, ut expreſsè deciditur in
Text. d. l. Properandum eodem §. Sivè autem, ubi
Barboſ. num. 50. advertit Ventrigl. ubi ſupra n.36.

Notando, quod omiſſa per Judicem con-
demnatione, ſi à parte per totam diem latæ
30 ſententiæ petatur, quod ſuppleatur condem-
natio expenſarum, Iudex ſupplere poterit, &
tenebitur, quia per totam illam diem ejus offi-
cium quantum ad expenſas durat ad Text. in
l. Paulus la 1. ff. de re judic. Rip. in l. Dies, §. Hoc ju-
dicium, ff. de damn. infect. Ventrigl. ubi ſupra n.3.

Ampliatur primò propoſita regula, quod
victus in expenſis condemnatur, procedere
etiamſi ab initio litis juramentum calumniæ
31 victus præſtitiſſet, ut firmat Ventrigl. cit. an-
not. 21. §. unic. num. 2. & comprobat Fragoſ. loc.
cit. num. 173. ſed contrarium tenet Carpzov. de-
ciſ.46. par.1.

Ampliatur ſecundò quamvis in prima in-
ſtantia victoriam reportaſſet, nàm adhùc con-
32 demnandus eſt ad expenſas primæ, & ſe-
cundæ inſtantiæ, ſecundùm Cappellam Toloſan.
deciſ.222. Vergil. deciſ.340. par.1.

Quod ſubamplia procedere quotieſcumque
ex eiſdem actis primæ inſtantiæ ſuccumbat,
33 quia cum ex illis conſtet de injuſtitia primæ
ſententiæ, ipſe non excuſatur propter juris
ignorantiam, quæ neminem excuſat; ſecùs ve-
rò ſi ex noviter deductis, cum iſto caſu in ex-
penſis condemnari non valeat, quià non in
jure, ſed in alieno facto erravit, & habuit pro
ſe primam ſententiam, ut egregiè declarando
docent Aufrer. ad Cappellam Tholoſan. d. dec.222.
Scac. de appellat. q.17. limit.21. num.54. Ventrigl.
loc. cit. n.12. Ridolphin. prax. par.1. cap.13. n.609.
Rota coram rec. me. Coccin. deciſ.56. nu.6. & in rec.
deciſ.168. nu.5. par.9.

Adver-

Advertendo,quod ſi novitèr deducta concer-
nant factum proprium ſuccumbentis, non ob-
ſtante prima ſententia favorabili, condemnan-
34 dus eſt in expenſis, cum ex ea non reſultet
juſta cauſa litigandi; dùm ſciebat ſententiam
in ſe fore injuſtam, vel ad injuſtitiam reduci
poſſe, ut declarat *Aufrer.loc.cit.num.3.Ricc.in
collectan.par.4.collect.*864.

Prout etiam ſi fuit mendax, ut notat *Ridol-
phin.loc.cit.num.*610.*Afflict.deciſ.*126.*in fine*.

Limita primò quando delatum fuit juramen-
35 tum in ſupplementum plenæ probationis *Bald.
in Auth. generalitèr nu.8.C.de Epiſcop. & Cleric.
Capuc.prax.par.3.cap.11.nu.104. Ridolphin.prax.
par.1.d.cap.13.num.626*, ubi tamen *num ſeq.* de-
clarat, quòd aut Reus ſuccumbens ex juramen-
36 to, habet ſaltèm unum teſtem, vel aliquam
præſumptionem pro ſe, & tunc non tenetur ad
expenſas; aut non habet aliquem teſtem, ſeu
aliquam præſumptionem pro ſe, & tunc, aut
agitur de ejus facto proprio, & condemnatur
in expenſis, nàm nimis temerè litigavit, non
habens aliquam conjecturam pro ſe; Aut agi-
tur de facto alieno, & tunc excuſatur ab ex-
penſis.

Limita ſecundò, quando habuit juſtam cauſam
37 litigandi, *ad l.Qui ſolidum, §.Etiam de legat.2.
§. Oportet Auth. de judic. Auguſtin. Barboſ. in l.
Properandum num.47.C.de judic. & Petrus Bar-
boſ. in l.Eum qui temerè num.51.ff.de judic. Ven-
trigl.loc.cit.nu.*18.

Quæ autem dicantur juſtæ cauſæ litigandi,
38 docetur ab eodem *Ventrigl.loc.cit.num.18.cum
pluribus ſeqq.Fragoſ.loc.cit.num.162. cum ſeq.Ri-
dolphin.ubi ſupra nu.611. Ciroch.diſcept.60.n.86.
cum ſeq.Rota coram Merlin.deciſ.843.in fine*.

Inanis eſt in Curia Romana hæc exceptio
juſtæ cauſæ litigandi, ad effectum evitandi con-
39 demnationem in expenſis, cum ibi victus ſem-
per ad eas condemnetur, non obſtante allega-
tione juſtæ cauſæ litigandi, ut teſtantur *Petrus
Barboſ.loc.cit.num.62.Ridolphin.d.cap.13.nu.608.
Rota coram Eminentiſs.Cerro deciſ.909.num.2.* &
ita ſervatur.

Limita tertiò; quando Pars renunciavit liti,
40 & cauſæ, circa quam renunciationem vide ad-
ducta in *Annot.ad recol.me:Coccin.dec.*849.

Limita quartò in Fiſco ſuccumbente, qui ex
ſui privilegio non condemnatur in expenſis *Pe-
41 regr. de Jure Fiſci lib.7.cap. ult. num.14. Petrus
Barboſ.loc.cit.num.195.cum ſeqq.* ubi advertit,
hanc limitationem non eſſe tutam, cum diſpo-
ſitum in privatis regularitèr obſervetur etiam
in fiſco, ſed potiùs referendum eſſe ad genera-
lem conſuetudinem *Boer.deciſ.324.nu.1.*

Hinc Promotor, ſeu Procurator Fiſcalis,
cum ratione officii omnia de mandato Superio-
42 ris agat, à ſolutione expenſarum excuſatur
*Petrus Barboſ. ubi ſupra num.199. Fragoſ. cit.diſ-
put.18.num.*165.

Dummodò zelo juſtitiæ judicium intenta-
verit, nàm ſi id temerè, & calumnioſè egerit,
43 condemnari debet in expenſis, ut proſequitur
Petrus Barboſ. num. 203. ubi admonet menti
tenendum, & *Fragoſ.ubi ſupra ſub eodem n.*165.
ac ad damna, & intereſſe *Farinacc.q.16.nu.20.
cum ſeqq.* quidquid in contrarium de Procura-
tore Fiſcali, calumnioſè, & indebitè aliquem
vexante, teneat *Amaya in Rubr.C.de Delatorib.
num.22.cum ſeqq.* cum rationes ab eo adductæ,
nempè quòd id faciat nomine Principis, &
Reipublicæ non proprio, & quod exindè nul-
lam utilitatem reportet, non ſint ſufficientes
ad illum eximendum à pœna calumniantium,
& ad refectionem damnorum, & intereſſe;
imò cum in ignominiam Principis redundet,
gravius puniri debet, ut latè firmat *Farinac.
dicto num.20.cum ſeq.* ubi *nu.22.* declarat pro-
cedere, quando eſt in vera calumnia, non au-
tem in præſumpta: quæ pœnæ utinam practi-
carentur frequentèr contra Officiales talitèr
delinquentes.

Contra tertium, in quem facta fuit aliena-
H tio pendente lite ſuper dominio, & in actione
44 reali, vel mixta, vel perſonali ad rem, poteſt
procedi recta via, abſque novo proceſſu, ad
executionem ſententiæ, nàm alienatio rei liti-
gioſæ eſt ipſo jure prohibita, & iniquum eſt,
Actorem diverſis judiciis defatigari, ut tra-
dunt *Canter.var.reſol.par.2.cap.12.num.17.Gra-
tian.diſcept.502.num.37.* ubi quòd non requiri-
tur contractus reſciſſio, nec actio revocatoria
*Antunez Portugal.de donat.Reg.par.3.c.38.n.32.
tom.2.Rota coram rec.me:Coccin.deciſ.1563.nu.4.
in Romana Hæreditatis de Gratianis 11. Decem-
bris 1648. coram Meltio, impreſſ.* penès *Salgad.
labyrint.credit.deciſ.70.num.2.cum ſeqq.* confir-
mata *coram Bichio dec.394. & cor.Celſo dec.140.
in rec.deciſ.81.nu.2.cum ſeqq.par.12.*

Adverte tamèn, quòd nunquàm conſumari
poteſt executio adverſus tertium poſſeſſorem,
45 niſi priùs illo citato, & ſummariè intellecto,
& audito,ad effectum cognoſcendi, an ei com-
petant jura anteriora, & potiora, vel ulla alia
defenſio, aut exceptio, utporè injuſtitiæ ſen-
tentiæ, retentionis pro melioramentis, quod
ipſe non habeat cauſam ab eo, cum quo lis
fuit agitata &c. *Gabriel.conſ.52.num.10.verſ.5.
quia cum ſeqq.Honded. conſ.20.num.45.verſ.Sed ſi
fieret cum ſeqq. vol.1. Gratian. dicta diſcept.502.
num.35. Cancer. dicto cap.12, num.21. cum duob.
ſeqq.* ubì pro cautela tradit, poſſeſſorem eſſe
citandum in executione *Merlin. de pign. lib.1.
q.18. nu.33.cum ſeqq.Antunez Portugal.tit.t.38.
num.9.recol.me:Sperell. deciſ.7.num.17.cum ſeqq.
Rota coram Buratt.deciſ.166.num.2.* ibique *Ad-
den.litt.B.coram recol.me:Coccin.deciſ.378.num.2.
coram Merlin.dec.96.nu.4.*

Sed hoc non procedit, quando ex proceſſu
46 fabricato conſtat, eum, in quem facta fuit
alienatio, habere cauſam à litigante, & nullam
ei prorsùs defenſionem competere, ut tradunt
Gabriel, & Honded.loc.cit.

Ampliatur primò, recta via contra hujuſ-
modi tertium procedi poſſe, habere locum,
etiamſi lis penderet in judicio poſſeſſorio vi-
47 gore interdicti *quorum bonorum*, ut reſpondit
*Rota penès Salgad.d. deciſ.70. & coram Bich: de-
ciſ.394.*

ciſ.394.in recent. dicta deciſ.81. num.7. cum ſeqq. ubi de judicio manutentionis.

Ampliatur ſecundò, maximè procedere, quando taliter per Statutum diſponitur, prout
48 de illo *Ferraria lib.1. Rubr. 61.* ubi *Pigant.* & de Capitulo Regni Neapolis *Franc. deciſ. 545. num.2.cum ſeq.*

Ampliatur tertiò, adeò procedere, ut executio fieri poſſit etiam contra Clericum, &
49 Eccleſiam, in qua pendente lite facta ſit alienatio, ut aliis relatis tradit *Pigant.ad d.Rub.61. num.28.verſ.Ampliatur,ut executio Urſil.ad Afflict.deciſ.331.num.3.* & cumulatis concordantibus tenet *Antunez Portugal.de donat.Reg.tom.2. lib.3.cap.37.num.69.*

Verùm hæc opinio non eſt ſequenda; Nàm licèt quando Clericus Laico litiganti ſuccedit in re titulo ſingulari, putà venditionis, ceſſionis &c. utpotè quia alienatio facta cenſeatur mutandi judicii cauſa, ad terminos tituli, tàm *Juris Canonici*, quàm *Juris Civilis in ff.& Cod.de alienat.rei mutand.judic.cauſ.vel de re litigioſa*, & conſequentèr talitèr prohibita, ut ipſo jure cenſeatur nulla, & alienans habeatur pro poſſeſſore, non autem Clericus Ceſſionarius, cui, tanquam fraudis participi, poſſeſſio non ſuffragatur, ut generalitèr de ceſſionario rei litigioſæ reſpondit *Rota coram Bich. dec.394.n.2.ac n.20.cum ſeq.*& ſic Actor contra illum, Clerico ceſſionario non citato, judicium proſequi poteſt, cum effecta re litigioſa, non poſſit ejus ſtatus in præjudicium Actoris mutari quoad iudicii ordinem, & cauſæ examinationem, neque litis curſus impediri, durioreve fieri Actorix conditio, nec per Judicem Eccleſiaſticum valeat inhiberi Judici Sæculari, ut plenè comprobando reſpondit *recol. me: Epiſc. Sperell. deciſ.7.num.4. verſ.Quartus cum plurib. ſeqq.* cuius præclaræ Virtutes transfuſæ videntur in *Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Sperellum Epiſcopum Interamnen.* eius nepotem eam Eccleſiam ſingulari Zelo, Juſtitia, & Charitate gubernantem, & nunc Eminentiſs.D.Card. Carpinei Vicarii Urbis vigilantiſſimum Viceſgerentem:

Nihilominùs quando res litigioſa pervenit ad perſonam Eccleſiaſticam, tùnc iuxtà veriorem, & ſaniorem opinionem ſententia lata à Judice Sæculari ſuper relaxatione eiuſdem rei debet mandari executioni coram Judice Eccleſiaſtico, eiuſque auctoritate implorata, ea potiſſima ratione, quia cum tùnc illa Perſona Eccleſiaſtica pro executione facienda ſuper re ab ipſa poſſeſſa, & in qua etiam fori competit manutentio, debeat citari, & ſummariè audiri, ut firmatum fuit ſupra *num.45.* non poteſt contra eam ad huiuſmodi actus iudiciales deveniri coram Judice Sæculari, incapacis exercendi iuriſdictionem contra Eccleſiaſticum, ut ſequendo *Abbatem Panormitanum in capit. S.Mariæ 3. num.10. propè finem verſ. Et hac ſententia lata, ut lite pendente nihil innov.* tenent *Molpheſ. ad conſuetudinem Neapolit. part. 2. tit. de perſon. quæſt. 8. num. 29. cum ſeqq. Carleval. de judic. lib.1. tit.1. diſp.2. qu.7. ſect.3.num.934. cum ſeqq.& num.937.*qui *num.ſeq.*declarat hanc opinionem procedere quando certò conſtat, Clericum eſse poſseſsorem, & faciendam eſse executionem ſuper ea rè ab ipſo poſseſsa; ſecùs in dubio *Thomas del Bene de Immunit.Eccleſ. tom.1. cap.7. dub.10.ſect.2.num.5. Gatt.de credit. tit.3.cap.2.num.648.cum ſeqq.Giurb.deciſ.62.n.7. verſ. Quod ſi in Clericum, Ric. collectan. 342.* & egregiè examinato articulo *Franc. deciſ.545. à num.4.cum ſeqq.* & præſertim *num.7.verſ.Et Ego alids cum ſeqq.*ac *in fine* refertur, per *Sac.Conſilium* fuiſſe proviſum, quòd concernentia executionem ſententiæ remitterentur ad Judicem Eccleſiaſticum competentem, *Marta de juriſd. par.2.cap.2.num.21.& 23.& par.4.centur.prima cap.35.num.13.& 16.& Sperell.deciſ.cit.7.n.11. verſ.Ex his, & a num:17.uſque ad 22.* qui etiam docet, quod Judex Eccleſiaſticus poſt latam ſententiam poteſt inhibere Iudici Sæculari, ne ad, illius executionem deveniat contra Clericum emptorem, ſeu ceſſionarium, & ita ego quoque practicavi.

Poteſt etiam præveniri per Judicem Eccleſiaſticum prohibendo mediante comminatione Cenſurarum Eccleſiaſticarum, ne Clerici reportent hujuſmodi ceſſiones à Laicis, ut Actorem ad Forum Eccleſiaſticum trahant, juxta diſpoſitionem *Text.in cap.Ex parte de alienat judic.mutan.cauſ.* ibique *Barboſ.nu.1.*

Ampliatur quartò, ſivè is, in quem facta fuit alienatio, litem ſciverit, ſive ignoraverit,
50 ut proſequitur *Pigant. ad Rub.61.num.28. verſ. Ampliatur tertiò, Cancer.var.reſol.par.2.cap.12. num.18.* & reprobata contraria opinione defendit *Gratian.cit.diſcept.502.num.24.verſ.Quamvis cum ſeq.*

Limitatur primò, quando nulla fraus, vel dolus concurrit in eo, in quem facta fuit alie-
51 natio, ut advertit *Rota coram Merlin.deciſ.96. num.7.verſ.Concurrit cum ſeq.* ubi ad hunc effectum notatur, bona titulo oneroſo fuiſſe acquiſita, & quod vel ignorabatur lis, vel ſaltèm innotuerat ſententia abſolutoria favore alienantis, cum ſucceſſiva acquieſcentia Partis per quatuordecim annos.

Limitatur ſecundò, quando alienatio, tranſlatio, ſeu ceſſio facta fuit ex cauſa neceſſaria,
52 ut dotis, legati, tranſactionis, & diviſionis, cùm in his caſibus bona in litem deducta, poſſint ſine vitio litigioſi alienari, juxtà limitationem *Text. in l.final. verſ.Exceptis, C.de litigioſ. Angel.in Auth.de litigioſ.nu.7.verſ.Item ex cauſa Lancellott.de attent.par.2.c.4. in præfat.n.564. cum ſeqq. Cancer.var.reſol. par.2.cap.12.num.51. cum ſeqq. Antonin. de Amat. reſolut.45. num.17. Rota coram Bich.deciſ.394.num.8.cum ſeqq.coram Emin.Cerro deciſ.335.nu.13.*

Quæ cauſa neceſſaria non poteſt cenſeri,
53 quando mulier jam nupta, & dotata fuerat, ut in *deciſ.70. num.12. cum ſeqq.* penès *Salgad. labyrint.credit. & cor.Bich. d.deciſ.394. num.10. cum ſeq.*

1 Quoad ordinem ſervandum occaſione executio-

cutionis ſaciendæ, nempè pr iùs ſuper mobili-
bus, deindè ſupec immobilibus, & poſteà ſu-
per uominibus debitorum, vide *dicta ſupra in
Obſer.ad Rubr.XII.præſentis libri litt.A.*

Cum quis jus dicere non poſſit extca pro-
54 pciam juriſdictionem, & in alio Tercitorio, &
dominio, & Pcincipatu, juxta *Text.in l.final.ff.
de juriſd.omn.Judic.* ſi contingar, aliquem ex-
terum citari debere, vel execurionem fieri in
aliena juriſdictione, dominio, & Tecritotio,
reqnirendus eſt illius Judex, & Supecior pco
executione, cicca quam materiam adeundus
eſt *Carleval. de judic. lib.1.tit.1. diſp.2.n.15.cum
ſeqq.& per tot.& tit.3.diſput.17.*

Quod pcocedir etiam quoad Acchiepiſco-
pum ceſpectu Epiſcopi Suffraganei, cum ille
non habeat juriſdictionem in pecſonas, neque
55 in res, cxiſtentes in Diœceſi ſui Suffraganci
*Ancaran. in Clementin. Archiepiſcopo ſub num.5.
verſ.Sed in ſubditos Suffraganeorum de privileg.
Scyaloja de foro compet.cap.51.nu.99.*

Ita ut etiam accedente unanimi conſenſu
Partium Cauſam in prima inſtautia cognoſce-
56 re nequeat, dum non coucurrat conſenſus
Epiſcopi Suffraganei *cap.1.* ibi: *licet in ipſos
iidem Clerici de facto conſentiant abſque Diaceſa-
norum ſuorum voluntate cognoſcant &c. de foro
compet.in 6.* latè *Gonzalez in cap.Duo 9. num.3.
cum duobus ſeq.de offic.Judicis ordin.Covar.pract.
quæſt.cap.10.nu.5.verſ.Octavo, Scacc.de appellat.
quæſt.17. limit.47.memb.3. num.11. & quæſt.19.
rem.2.num.54.Carol.Graſs.de effect.Cleric.effec.1.
n.35.Fragoſ.de regim.Reip.pa.2.lib.7.diſp.17. §.1.
num.12. verſ.Nihilominùs contrarium, Rota de-
ciſ.2.alias 11. in ſecunda addit.verſ.Quia cauſa de
appellat.in nov.* Nàm Clerici non poſſune pro-
57 cogare jucidictionem Iudicis non ſui, ſicut fa-
cere poſſunt Laici de jure civili, vel quia mi-
litat diverſa catio in Clericis, cum iſti magis
ſubditi ſint Epiſcopo, cui etiam præſtant ju-
ramentum fidelitatis, quàm Laici Iudicibus
eocum, & qui hujuſmodi jutamentum non
præſtant; vel quia ſecundùm magis germanam
rationem, & differentiam, in Clecicis concur-
rir ſpecialis prohibitio *Sacrorum Canonum*, ut
advertit *Fragoſ. dicto §.1.num.12. verſ.Confirma-
tur.* Undè priuſquam à Suffraganeo lata ſuecie
ſententia, non poteſt ſe intromittere, prohi-
58 bendo, ne in Cauſa procedat, ut deffinitum
fuit per *Innocentium IV.in Concilio Lugdunenſi in
cap.Romana, §.Si verò vocatis in fine de appell.in
6. Barboſ.in Concil.Trid. ſeſs.13.cap.2. num.28.de
reformat.* & multò minùs ſimplicitèr mandan-
59 do, ut ſibi tranſmittat copiam proceſſus; ut
cognoſcat de gravamine aute definitivam ſen-
tentiam *Fagnan.in cap. ſuper eo il 2.num.36. de
appellat.* ubi reſtatur hanc eſſe ſententiam *Sac.
Congreg.Concilii*, & *Barboſ. ubi ſupra n.29.*

Poſtquam verò Suffcaganeus pronunciave-
rit, eatenùs devolvitur Cauſa ad Acchiepiſco-
60 pum, quatenùs legitimè appellatum fuerit,
cum, ſecluſo privilegio, vel couſuetudine,
ipſe habeat limitatam juriſdictionem ad Cau-
ſas appellationum legitimè interpoſitarum
*cap. Paſtoralis de offic. Ordinar. Gonzalez loc.cit.
num.4.Scacc.de appellat. qu.19. remed.primo con.
cluſ.6.nu.85. Scyaloja loc.cit.Fenzon.ad Stat.Urb.
lib.1.cap.166.num.16.* & pleniſſimè *Ciarlin. con-
trov.125.num.21.cum ſeq.*

61 Et poteſt appellaci ad Metropolitanum à
gravamine illato ab Epiſcopo Suffraganeo ex-
trajudicialitèr procedendo, ut docet *Fagnan.
loc.cit.num.37.* ubi etiam refert, ita reſolutum
a *Sac.Congregatione*.

Nec appellatione omiſſa poteſt adiri per
viam nullitatis, & quætelæ, ſecundùm verio-
62 cem, & communiotem ſententiam, quam te-
nent *Scac. dicta concluſ.6. num.8. & cit.remed.2.
num.54. Fragoſ.ubi ſupra num.11.verſ.Oppoſitum
tamèn eſt dicendum*, & *Ciarlin.alleg.controv.125.
num.27.cum ſeq.*

Cætera de Acchiepiſcopis, eorumque aucto-
63 ritate, & jutiſdictione, vide *Fagnan. & Gon-
zalez Tellez in Decretal. Sacr.Conc.Trid. ſeſs.22.
cap.7. de reform. Genuen. in prax.for.Archiepiſc.
cap.71. Fragoſ.de regim.Reip. par.2.lib.7. diſp.17.
Lotter.de re benef.lib.1.qu.22. Ventrigl.de juriſd.
Archiepiſcopi, Ciarlin.controv.125.*

Reductio Laudi ad atbitrium boni viti ſem-
L per compecit, quoties conſtat de enormiſſima
64 læſione, etiamſi cum juramento, & obligatio-
ne Camerali fuerit illi renunciatum, nàm ex
enormiſſima læſione inſurgit dolus, & ideò ne
detur materia committendi dolum, reductio
hujuſmodi nulla cautela tolli poteſt *Peregr.con-
ſil.74.ſub num.2.vol.3.* & rejecta contraria opi-
65 nioue, ac quamplutimis cumulatis concordan-
tibus, firmat *Borell. ſumma deciſ. par.1. tit.63.
num.267.ac 269.Scac.de appellat.qu.17.limit.14.
num.2.verſ.Extende*, ubi quod nulla plenitndo
verborum, nec cautelæ datæ *à Cepoll.* tollant
reductionem ad acbitrium boni viri, data læ-
ſione enormi *Urceol.de tranſact.qu.3.num.8.* ubi
quod ſufficit læſio in ſexta parte quantitatis
controverſæ *Maſtrill.deciſ.90.num.8.cum ſeq.*

Advertendo, quod priùs obtineatur abſo-
66 lutio à jucamento, ut docet *Galleſ.de oblig.
Cameral.qu.19.num.9.* ibique *Zacch.ſub num.31.
Scacc. de judic. lib.2. cap.2. num.368. verſ. Ad-
verte.*

Pendente autem reductione Laudum eſt exe-
quendum, ſtante obligarione Camerali in
67 Compcomiſſo appoſita, ſecundùm unam opi-
nionem, quam ſequitur *Urceol.de tranſact.q.72.
num.8.* ſed ſecundùm aliam, contcatium fic-
matur, prout uttamque opinionem refect *Zacc.
de obligat. Cameral.qu.19. num.18.verſ.Petit re-
ductio cum ſeqq. Conciol.ad Stat.Eugub. lib.2.Ru-
bric.27. num.24.Scac.d.limit.14.num.6.* Quam-
vis ad impediendam executionem obligarionis
Camecalis non eſſent admitteudæ exceptiones
68 requirentes altiorem indaginem, nihilominùs
Signatura Juſtitiæ hodiè ſecvat contrarium,
cum ſola tucbiditas illi ſuffragetur, ad effectum
ſuſpendendi executionem obligationis Came-
ralis.

Cætecùm Laudum emanatum vigore am-
pliſſimi Compromiſſi juramento roborati cum
renun-

Digitized by Google

renunciatione cuicunque appellationi, ac re-
69 ductioni ad arbitrium boni viri, habet vim
trium conformium, & rei judicatæ; ideòque
habet paratam executionem, ut reſpondit *Ro-
tæ* penès *Zacch. de oblig. Cameral. deciſ. 152. nu. 1.
cum ſeq. in recent. deciſ. 218. num. 1. par. 15. coram
Card. Celſo deciſ. 170. num. 2.* Idque maximè pro-
cedit, quando conventum fuit, illud debere
70 executioni demandari, omni, & quacunque
exceptione remota, ad iuſtar trium confor-
mium, & rei judicatæ *Rota cor. Celſo ubi ſupra
nu. 2.* vel compromittentes promiſerint à Lau-
do non appellare, reclamare, ſeu reductionem
ad arbitrium boni viri petere, ita quod prius
executioni demandetur, quàm ad aliquem
actum appellationis, aut reviſionis procedatur,
quæ promiſſio operatur, ut omninò Arbitto-
rum ſententiæ ſit ſtandum, ſublata Compro-
mittentibus facultate inquirendi, ac æqua,
vel iniqua ſit antequam exequatur, ut reſpon-
dit *Vulpian. in l. Diem proferre 32. §. Stari autem,
ff. de recept. arbitr.* . & dixit *Rota in recen. dec. 87.
num. 1. deciſ. 160. num. 2. cum duobus ſequen. &
deciſ. 283. num. 1. paritèr cum duobus ſeqq. par. 17.*
Prout quoque ſi adſit Statutum, mandans om-
71 niuò ſtari Laudo, & ſic reductionem impe-
diens *Socc. conſ. 63. num. 6. vol. 4. Monteſperell. con-
ſil. 230. ſub nu. 1. Hieronymus Palma ſen. conſ. 17.
num. 3. cum. ſeq.*

Dummodò Laudum non contineat expreſ-
72 ſum errorem, cum in Statuto ſemper ineſſe
cenſeatur tacita conditio, quatenùs ſcilicèt
dolus, vel lata culpa, aut enormiſſima læſio à
Laudo abſit *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 116.
num. 10. Barz. deciſ. Bononien. 86. num. 2. cum ſe-
quen.*

M In domo propria quis pro debito civili ca-
73 pi, ſeu carcerari non poteſt, quia domus cui-
que tutiſſimum refugium, & receptaculum
eſt, ut firmat *Text. in l. Plerique 18. ff. de in
jus vocan. l. Nemo de domo, ff. de regul. jur.*
*Farinac. quæſt. 27. num. 91. & in Fragment. par. 1.
in verbo Domum num. 230. Scanarol. de viſit. car-
cerat. lib. 3. §. 10. cap. 10. num. 1. Conciol. ad Statut.
Eugub. lib. 2. Rubr. 41. n. 1.*

Id hodiè non ſervatur, cum quilibet debitor
etiam in domo propria, ſi ſit aperta, carcere-
tur, ut tradunt *Farinac. dicta quæſt. 27. num. 91.
in fine Adden. ad Rot. in recent. deciſ. 46. num. 83.
cum ſeq. par. 9. tom. 1.* & experientiâ cõmproba-
tur. Undè ſuperflua eſt limitatio per DD. ad-
ducta, quòd nempè debitor etiam in domo
propria capi poſſit, ſi ſit ſuſpectus de fuga,
quam firmant *Adden. ad dictam deciſ. 46. nu. 82.
cum ſeq. Fontanell. deciſ. 233. num. 14.* Vel ſi aga-
76 tur de debito cum Camera, & Fiſco, *Spad.
conſil. 79. num. 5. verſ. Animadvertendum cum
ſeqq. Bonden. collectat. 49. num. 94. verſ. Necnon be-
neficio.*

Solummodò prædictum privilegium hodiè
competit, quando domus eſt clauſa, nàm tunc
77 Birruariis non eſt permiſſum illam per vim
ingredi abſque expreſſa Iudicis licentia, *Poſth.
de ſubbaſt. inſpect. 14. num. 74. cum ſeq. Conciol. cit.
Rubr. 41. num. 14.* Undè inolevit praxis, præ-
via citatione debitoris ad tenendam portam
78 apertam, aliàs mandari aperiri per vim, ob-
tinendi à Iudice decretum pro illius apertitio-
ne, ut docent *Farinac. cit. quæſt. 27. num. 94. verſ.
Secùs in civilibus, Scanarol. dicto cap. 10. num. 2.
cum ſeq. Ridolphin. prax. par. 1. cap. 14. num. 73.* &
diſponitur in *Bulla Pauli V. ſuper reformatione
Tribunalium Urbis in Bullario la 71. tit. de Ba-
roncellis, & Executoribus num. 9.* ibi: *mandata
civilia Birruarii, vel Executores non exequan-
tur in diebus feſtivis, neque de nocte, niſi man-
data ſuſpicionis fugæ, neque de die in domo januis
clauſis, niſi parte citata, & cum ſpeciali decreto
Judicis.* Et ſi abſque mandato Iudicis janua
vi aperiatur, Executor facit iniuriam, & de vi
tenetur *Poſth. de ſubbaſt. d. Inſpect. 14. eod. num. 74.
cum ſeq. Scanarol. loc. cit.*

ADDIT. AD RUBR. XIII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Mulier carcerari non poteſt pro debito civili tàm privato, quàm Fiſcali. Limita *num. 2.*

Mulier compelli non poteſt ad perſonalitèr comparendum *num. 1.*

3 Iudex Sæcularis iudicare non poteſt Perſonas Eccleſiaſticas tanquam incapax.

4 Clericus prorogare non poteſt iuriſdictionem Iudicis Sæcularis tanquàam incapacis.

5 Reductio laudi ad arbitrium boni viri non poteſt impediri.

Num. 23. Mulier, quæ non poteſt carcerati pro
civili, tàm pro debito privato, quàm publico
1 Fiſcali, *, nec poteſt compelli ad perſonalitèr
comparendum in iudicio, ut docet *Urſaya in-
ſtit. crim. lib. 4. tit. 3. ſub num. 20.*
Num. 24. Mulier pro debito reſultante ex admi-
miſtratione tutelæ poteſt carcerari * ut etiam
2 tradit *Urſaya inſtit. crim. lib. 4. tit. 3. ſub nu. 20.*
Num. 49. Iudex Sæcularis non poteſt iudicare
Perſonas Eccleſiaſticas, cum ſit incapax iuriſ-
3 dictionis * contra illas, ut pleniſſimè probat
*Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 33. num. 4. cum ſeqq.
Franceſ. de compet. juriſdict. inter Cur. Eccleſ. & Sæ-
cular. q. 49. per tot. Eminentiſſimus Sacripantes in
ejus reſponſo inſcripto Defenſio juriſdictionis Eccle-
ſiaſticæ circa appellationem ab Officiali Epiſcopi
Leodienſis in cauſis prophanis inter laicos ad Supe-
riores Eccleſiaſticos c. 4. n. 28.* ubi plures concor-
dantes *Rot. cor. Coccin. dec. 1859. n. 75. cum ſeq. Pa-
nimol. deciſ. 32. num. 1. Gratioſ. Ubert. de citat.
cap. 5. num. 126. Rot. coram Peutinger. deciſ. 436.
num. 2. cum ſeqq.* ubi quod id procedit tàm
quoad perſonam, quàm quoad bona, & etiam
ſi declinatoriam coram Iudice Sæculari non
oppoſuerint, nàm adhùc iudicium eſt ipſo iu-
re nullum.

Nu. 57.

Digitized by Google

*Num.*57. Clericus non poteſt protogare iuriſdi-ctionem Iudicis Sæcularis tanquam incapacis
5 * juxta *text. in cap. Significaſti de foro compet. cum aliis allegatis.*

*Num.*65. Reductio laudi Arbitrorum ad arbi-trium boni viri nulla cantela adhùc à *DD.* in-
5 venta fuit * ut impediri valeat, ut reſpondit *Rot. coram Buratt. deciſ. 29. num. 4.* & in *Romana Concordiæ 15. Junii 1696. coram R.P.D. Molines in princ.*

De fructibus æſtimandis.

RUBRICA DECIMAQUARTA.

ITem ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi quis egerit in futurum reali actione contra aliquem, (A) oblato libello per Actorem contra Reum Iudex ad petitionem Actoris teneatur eligere duos bonos viros, & legales homines, vel æſtimatores Communis, qui videant fructus in re petita exiſtentes, & ipſos fructus, & ipſorum valorem, (B) & quantitatem eorum Sacramento faciat æſtimari quandocunque, & quotieſcunque ab eo fuerit poſtulatum, & ſecundum æſtimationem prædictam compellatur Reus ad reſtitutionem ipſorum fructuum, ſi contingat, ipſum Reum ad reſtitutionem rei petitæ, & fructuum condemnari, niſi à dicta condemnatione legitimè appelletur.

SUMMARIUM.

1 FRuctuum reſtitutio à diè motæ litis regulaㄧritèr facienda eſt in omnibus interdictis.
2 Declara procedere, quando actum eſt pro conſecutione ipſius rei, tanquam ad Actorem ſpectantis; Vel actum ſit in judicio Salviani contra debitorem, vel ejus hæredem; Secùs quando actum fuit contra tertium poſſeſſorem pro conſequenda detentatione, ſeù commoditate fructuum, ad effectum ſe ſatiſfaciendi de ſuo credito. Contrarium num. 3.
4 Reſtitutio fructuum debetur etiam ante motam litem, quando petuntur uti ſors, & tanquam capitale de per ſe, & independentèr à quocumque jure.
5 Liquidatio fructuum quomodò fiat, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A IN omnibus interdictis fructuum reſtitutio regularitèr facienda eſt à die motæ litis,
1 ob malam fidem poſſeſſoris, ex ea reſultantem *l. 2.* ibique *Gloſſ.* & communitèr Scribentes *C. de fruct. & lit. expenſ. Surd. conſ. 293. num. 8. juncto conſ. 514. num. 5. Rota coram Cavaler. deciſ. 409. num. primo, Rota coram Priolo deciſ. 140. deciſ. 246.* utrobique *num. 1. cum ſeqq. in rec. dec. 3. n. 1. cum ſeqq. par. 7.* & alibi paſſim.

Quod procedit, quotiès agitur pro conſecu-
2 tione ipſius rei, tanquam ad Actorem ſpectantis, vel actione rei vindicationis, vel alia actione, cum tunc avocetur cum poſſeſſione dominium, & fructus veniant acceſſoriè cum ipſa re uſque à die motæ litis, per quam Reus conventus potuit ſuſpicari, rem non eſſe ſuam, ut examinato articulo reſponderunt *Marcian. diſputat. lib. 2. diſput. 58. num. 16. cum ſeqq. Rodoer. ad Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. lib. primo cap. 155. num. 5. Doctiſſimus, Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Antonius Altovitus Sac. Congreg. Epiſcop. & Regularium Secretarius, ac omni laude digniſſimus, in ejus voto, impreſſ.* penès *deciſ. Remboldi in ordine il 9. Rota in Romana Locorum Montium 27. Novembris 1627. coram Pirovano, in Urbevetana Cenſus 6. Junii 1640. coram Ghislerio impreſſ.* penès *Poſth. de ſubhaſt., deciſ. 156. num. 12. in rec. deciſ. 139. num. primo cum ſeqq. par. 8. deciſ. 423. num. 5. par. 9. tom. 2.* ubi de immiſſione in bonis fideicommiſſariis *coram Priolo loco citato*, ubi paritèr de immiſſione in locis Montium fideicommiſſariis *in Romana Aſſociationis 24. Martii 1682. coram Reverendiſſ. D. Emerix Decano.*

Prout etiam ſi intentatum fuerit Salvianum contra debitorem, vel ejus hæredem, quia tunc fructus ſunt in obligatione, ut declarat *Marcian. loc. cit. num. 22. 47. cum duobus ſeqq. juncto num. 57.* quos ſequitur *Illuſtriſſ. Altovitus in allegat. vot. ſub num. 4. Sanfelic. deciſ. 115. num. 10. in fine.*

Licèt contrarium indiſtinctè firmaverit
3 etiam in judicio Salviani, & hypotecariæ, *Honded. conſ. 25. num. 5. lib. 2. Poſth. reſolut. civil. 123. num. 14. Merlin. de pign. lib. 2. quæſt. 53. num. 20. Manent. dec. 34. num. 39.* cum aliis cumulatis *ab eodem Illuſtriſſimo Altovito loc. cit. num. 1., Rota in recent. deciſ. 455. num. 1. cum ſeqq. par. 9. tom. 2.* & latè contra dictum votum reſpondit *eximius Juris Conſultus D. Antonius Gobb. conſultat. deciſ. 123. per. tot.*

Secùs autem quando ſolumodò agitur contra tertium poſſeſſorem pro conſequenda detentatione, ſeù commoditate fructuum ad effectum ſe ſatisfaciendi de ſuo credito, nam iſto caſu debentur dumtaxat à die conceſſæ immiſſionis, ſeù aſſociationis, cum conteſtatio litis potiùs confirmet poſſeſſorem Reum conventum in bona fide, quia in his judiciis Actor pernecеſſe concludit bona fuiſſe Authoris Rei conventi, qui non obſtante clauſula *conſtituti, & precarii* ad favorem Actoris, antecedentèr appoſita, potuit in ipſum tertium poſſeſſorem transferre dominium, quo mediante conſtitutus eſt in bona fide, & facit fructus ſuos, qui dominium ſequuntur, nec per introductionem hujuſmodi judicii avocatur dominium, & poſſeſſio, itaut ſuſpicari poſſit, rem non eſſe ſuam, ut egregiè firmant *Reverendiſſimus Altovitus, Marcian. Sanfelic. in locis citatis Rodoer. add. Donat.* ac alii ſupra allegati, & reſpondit *Tribunal Cameræ in Romana Salviani 15. Martii 1677. co-*

ram rec. me Eminentiſſimo Domino de Cavaleriis tunc Cam. Apoſt. Clerico.

Aliquando etiam debetur fructuum teſtitu-
4 tio ante motam litem, quando petuntur uti
ſors, & tanquam capitale de per ſe indepen-
dentèr à quocunque jure, *Poſth. de manut. obſerv. 74. num. 11. verſ. ſecus Adden. ad Buratt. deciſ. 184. ſub litt. A.* ut in legato annuo, præſtatione annua, penſione, decimis, cum pro iſtis vindicandis non mala fides ex lite proficiſcens, ſed alia antecedens obligatio ex contractu, vel quaſi, vel ex alio Juris legitimo fonte manans tribuat actionem, alioquin rem ſuam Actor integrè non conſequeretur, ut reſpondit *Rot. coram Merlin. deciſ. 585. numer. 3. cum ſeqq. juncta deciſ. 663. num. 6. cum pluribus ſeqq. coram Celſo deciſ. 61. num. 9. in recent. deciſ. 384. num. 4. cum ſeqq. par. 12. deciſ. 286. num. 5. & 6. par. 14. & deciſ. 245. num. 35. par. 17.*

Liquidatio verò fructuum quomodò fiat,
5 dixi in *annot. ad recol. me Coccin. deciſ. 95.* Deo
B dante imprimen.

ADDIT. AD RUBR. XIV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 FRuctus in condemnatione veniunt à die litis Conteſtatæ.

2 Litis Conteſtatio conſtituit poſſeſſorem in mala fide præſumpta, non vera.

3 Litis conteſtatio conſtituit poſſeſſorem in vera mala fide, quando factæ ſunt probationes per teſtes, vel per inſtrumenta.

4 Fructus debentur à die latæ ſententiæ, & conceſſæ aſſociationis, ſeù immiſſionis, quando agitur ſolumodo pro conſequenda comoditate fructuum ad effectum ſe ſatisfaciendi pro ſuo credito.

5 Fructus debentur à die apertæ ſucceſſionis, quando actum fuit in judicio univerſali petitionis hæreditatis.

6 Idem procedit in Fideicomiſſo particulari.

Fideicomiſſum particulare ipſo jure tranſit in ſubſtitutum num. 6.

Num. 1. In omni interdicto, & judicio poſſeſſorio fructus in condemnatione veniunt à die litis conteſtatæ ut etiam tradit *Calderon. reſolut. 52. num. 29.*

Nam litis conteſtatio conſtituit poſſeſſorem
2 in mala fide, * & per conſequens facit teneri
ad omnes fructus *Gonzalez Tellez in cap. olim ſub num. 10. verſ. ex parte rei de litis contest. Ricc. in collectan. 404. verſ. Secundus.*

In mala quidem fide præſumpta, non autem vera, ex ſola litis conteſtatione nàm ex quo lis ſit mota, non deſinit poſſeſſor credere ſe jus fovere *Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 16. num. 76. Surd. dec. 281. num. 8.*

Sed ſi factæ eſſent probationes per teſtes,
vel inſtrumenta cenſeretur inducta vera mala
3 fides * juxta tradita per *Petrum Barboſ. in l. final. num. 40. in fine C. de praſcript. 30. vel 40. ann.*

Num. 3. Fructus debentur à die latæ ſententiæ, &
conceſſæ aſſociationis, quando agitur tantumo-
4 dò pro conſequenda comoditate* fructuum ad
effectum ſe ſatisfaciendi de ſuo credito ut in judicio Salviani reſpondit *Rot. Lucens. penes Palmam deciſ. 98. num. 9. Sabell. ſumma diverſ. tract. verbo fructus ſub num. 49.* & reſpondit *Rot. in Romana Aſſociationis 14. Martii 1692. coram Reverendiſ. Molines §. Quo verò impreſſ. inter recollect. ad Card. de Luca ſuper materia de uſur. deciſ. 2. num. 14. verſ. quo verò cum ſeq. vol. p. 2. impreſſ. Lugduuen.,* & priùs in *Urbinaten. Salviani 5. Julii 1688. coram bo. me. Cardinali Caprara impreſſ penes Gobb. tract. var. dec. 10. in fine Peruſina. fideicomiſſi 25. Aprilis 1701. §. Potiſſimè coram R. P. D. Lancetta* ubi diſtinguit immiſſionem conceſſam jurè dominii à ſimplici avocatione jure pignoris.

Num. 4. Quando actum fuit in judicio univerſali
petitionis hæreditatis, in quo fructus augent
5 hæreditatem,* & cum illa ſunt Actori præſtan-
di à die apertæ ſucceſſionis *l. Item veniunt §. Fructus ff. de petit. hæredit. & in l. non ambigendum C. famil. Erciſc. Rot. coram Buratt. deciſ. 474. n. 6. deciſ. 843. num. 2. in rec. dec. 154. num. 7. cum ſeqq. p. 18. Romana ſeù Leodien. Hæreditatis 9. Martii 1704. coram bo. me. Muto §. Reſpectu Tridentina Bonorum ſeù Immiſſionis ſuper portione Philippi Jacobi & Iſabellæ 15. Martii 1706. coram R. P. D. Scotto Urbis Gubernatore digniſſimo §. Firmata quantitate.*

Idemque procedit in fideicomiſſo particu-
6 lari, quod ad inſtar legati ipſo * jure tranſit
dominium in fideicomiſſarium ut diſtinguendo inter fideicomiſſum univerſale, & particulare reſpondit *Rot. in Faventina Erectionis Collegiatæ ſuper reſtitutione pecuniarum 16. Aprilis 1714. §. Ex triplici coram R. P. D. Falconerio.*

De Compromiſſis fiendis inter Conjunctos, & qualiter, & quando fieri debeant.

RUBRICA DECIMAQUINTA.

STatuimus & ordinamus, quod quandocunque verteretur, vel eſſet lis, quæſtio, ſeù controverſia (A) aliqua civilis in Iudicio, ſive extra inter Aſcendentes, vel Deſcendentes, ſeu Fratres, & Sorores, vel aliquos Fratrum, vel Sororum filios, vel filias, ſeu Patruos, Avunculos, Amitas, & Materteras, Nepotes, & Neptes, & uſque ad quartum gradum Iuris Canonici incluſivè. Et inter Maritum, & Uxorem, Socerum, & Generum, & Nurum, & Pro-

Digitized by Google

& Pronurum, & inter Vitricum, & Privignum, ſeu Novercam, & Privignum, & inter quoſcunque Agnatos, & Cognatos uſque ad dictum quartum gradum, (B) & diſſoluta affinitate, (C) Cives tamen, aut habitatores Civitatis Faven. ſeu ejus Comitatus, & Diſtrictus; Tunc Poteſtas, & alii jus dicentes dictæ Civitatis quandocunque fuerint requiſiti, (D) ante tamen publicationem proceſſus Cauſæ, (E) teneantur, & debeant ad petitionem cujuſcunque, cujus intereſt, expoſita tamen priùs querimonia, cogere, & compellere ipſas Partes, inter quas talis lis, quæſtio, & controverſia foret, opportunis Iuris remediis, exceptione aliqua non obſtante, niſi ſolùm rei judicatæ, vel finitæ, (F) quam proponens infra tempus à Iudice ſtatuendum probare teneatur, & probatum habuiſſe, teneatur ad compromittendum ſe inter dictas Partes de dicta lite, quæſtione, vel controverſia in duos Propinquos ex parentela maſculina ipſorum litigantium, videlicet eligendo unum pro qualibet Parte, & illis non extantibus, duos ex linea fœminina. Ipſis autem non exiſtentibus, duos bonos viros diſcretos, & legales, qui Partes cognoſcant, & eorum prædeceſſores cognoverint, ita tamen quod illi, in quos debet fieri Compromiſſum, ſint Cives, aut habitantes in Civitate Faven. vel Diſtrictu. Qui Arbitri, ſeu Arbitratores ſummariè, ſimpliciter, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſola facti veritate inſpecta, poſſint, & valeant de illa lite, quæſtione, & controverſia, ſeu dependentibus, & connexis, & emergentibus ab eiſdem, ſeu aliqua ipſarum cognoſcere, & terminare de jure, & de facto, ſine aliqua juris ſolemnitate, (G) & prout eis, & eorum conſcientiis videbitur, & placuerit, quolibet loco, & tempore, feriato, & non feriato, etiam in honorem Dei, Partibus præſentibus, vel abſentibus, citatis, & non citatis, etiamſi in Compromiſſo de hoc ſpecialitèr proviſum non eſſet. Et ſi ſemel factum fuerit Compromiſſum de mandato D. Poteſtatis, ſeu alterius jus dicentis, etiamſi ſemel, vel pluriès fuerit prorogatum, [H] & tempora ipſius Compromiſſi expiraverint, & laudatum non extiterit, poſſint, & teneantur dictus D. Poteſtas, & alii jus dicentes una Parte inſtante alteram remediis Iuris opportunis compellere ad faciendum iteratò aliud Compromiſſum in eoſdem, vel diverſos Arbitros, vel Arbitratores, ita quod ultra bis cogi non poſſint, & tales Arbitri, ſeu Arbitratores ſic electi compellantur Iuris remediis ad acceptandum dictum Compromiſſum. Quòd ſi in Laudo ferendo dicti Compromiſſarii fuerint diſcordes, tunc Partes eligere tertium [I] cogantur, datis hinc indè ter confidentibus, non minùs decem pro qualibet Parte, & vice. Et ipſis non concordantibus, Iudex coram quo Cauſa agitatur, ipſum tertium eligat extra numerum ſuſpectorum à Partibus datorum, qui ſuſpecti dari non poſſint ultra numerum decem pro qualibet Parte. Et illud, quod per eos, vel duos ex eis, aut majorem partem electorum, quando eſſent plures, judicatum fuerit, ratum habeatur, & exequatur, niſi ab eo reclamatum, & reductio ad arbitrium boni viri legitimè petita fuerit. [K] Declarantes inſuper, quòd ubi in Compromiſſo tempus aliquod appoſitum non fuerit, quòd inſtantia talis Compromiſſi intelligatur eſſe, & ſit duorum menſium, & non ultra. (L) Et prædicta locum habeant tam in maſculis quàm in fœminis, etiam in minoribus, (M) dummodò non ſint minores quatuordecim annorum, qui compromittere non cogantur, licèt Adverſarios ſuos per ſe, vel ſuorum Tutorum perſona mediante ad hujuſmodi Compromiſſum compellere valeant. Et Dominus Poteſtas poſſit cogere [N] ipſos Arbitros ad laudandum, ſub pœna, arbitrio ipſius Domini Poteſtatis imponenda.

SUMMARIUM.

1 Non vivitur abſque jurgiis, & litibus:
2 Litigare ſimile eſt Demonum moribus.
3 Ex litibus oriuntur, ut plurimum, ſcandala, odia, homicidia, falſa teſtimonia, paupertates, aliaque varia mala.
Lites flagella duriſſima hominum dicuntur, & quare num. 3.
4 Inter Coniunctos lites magis rabioſæ eſſe ſolent.
5 Eccleſia pro extinctione litium quotidiè preces effundit.
6 Compromiſſum inter Coniunctos ex diſpoſitione Statuti fit ad dirimendas lites.
7 Coniunctio probanda eſt, antequam Compromiſſum demandatum à Statuto locum habeat.
Qualitas à Statuto requiſita eſt probanda n. 7.
8 Si dubitetur, an litigantes ſint coniuncti, ſuper hoc etiam faciendum eſt Compromiſſum, ſtante Statuto mandante fieri Compromiſſum inter Coniunctos.
9 In computatione graduum ad probandam coniunctionem attendendum eſt Jus Civile, quando agitur de faciendo Compromiſſo inter Coniunctos, vel in materia ſucceſſionis, ac alia ſimili; Secùs ſi ageretur in materia matrimonii, in qua attenditur Jus Canonicum.
10 Limita quando alitèr diſpoſitum eſt à Statuto.
11 Affinitate per mortem diſſoluta ceſſat diſpoſitio Statuti, mandantis fieri inter Affines Compromiſſum. Limita numer. 12.
13 Fieri tunc debet Compromiſſum vigore Statuti, quando Pars inſtat; Secùs è converſo. Ampl. nu. 14.
15 Exceptio Compromiſſi eſt Fori declinatoria.
16 Petitione Compromiſſi ſtatim ſuſpenditur juriſdictio Judicis Ordinarii, itaut ſi coram eo ulteriùs procedatur, proceſſus ſit nullus, & ſolùm remanet Judex quoad executionem peti-

petitionis Compromiſſi. Decl. nu.17. & 19. ſub declar. num.18. Ampl. & limit. num.21.

20 Judicium, ſeù proceſſus eſt validus, non obſtante quod Judex allegatus fuerit ſuſpectus, quando appellatum non fuit ab ulteriori proceſſu.

22 Peti Compromiſſum uſque ad quam partem judicii debeat, remiſſivè.

23 Super articulo Juris claro, & ſuper re clara, vel quando Pars habet pro ſe ſcripturam, ſeu inſtrumentum purum, clarum, & liquidum, non eſt locus Compromiſſo inter Conjunctos, à Statuto demandato. Limita num.24.

25 Res judicata quotiès adeſt, non eſt locus Compromiſſo, à Statuto demandato. Limita num.26.

27 Compromiſſo à Statuto demandato quando non ſit locus, remiſſivè.

28 Facultatum Arbitri in procedendo, & pronunciando, remiſſivè.

29 Prorogationis Compromiſſi, remiſſivè.

30 Nullum eſt Compromiſſum, ſi duobus Arbitris à Partibus electis, data fuit facultas eligendi tertium in caſum diſcordiæ. Decl. num.31.

32 Executionis Laudi, & reductionis illius ad arbitrium boni viri, remiſſivè.

33 Inſtantia coram Arbitris, & Arbitratoribus quanto tempore duret.

34 Menſis quot diebus conſtituatur, remiſſivè.

35 Minor compromittere an, & quando valeat, & quæ requirantur.

36 Arbitri electi ex diſpoſitione Juris, vel Statuti non poſſunt onus recuſare, ſed coguntur Compromiſſum acceptare, & nu.38.

37 Maximè in Arbitris Conſanguineis, vel Affinibus, ex forma Statuti electis.

OBSERVATIO.

A Abſque jurgiis, & litibus licet non viva-
1 tur, juxta ſequentia carmina, adducta
per *Stephan. de Nathen. de juſtit. vulnerat. tit.2.*
cap.2. nu.1. relat. per Franceſ. var. reſolut cap.1.
ſub nu.21. cum ſeqq.

Lis genuit lites, legum lis filia, vivit.
Non ſine lite ſolet, nec ſinè lege poteſt.

Attamen quia nihil ita ſimile eſt Demonum
2 moribus, quàm litigare, *Paul. Montan. de tu-*
tel & cur. cap.33. num.256. quem refert, & ſe-
quitur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.3.*
alleg.79. nu.12. cum ex litibus oriantur, ut plu-
rimum ſcandala, odia, homicidia, falſa teſti-
3 monia, paupertates, aliaque varia mala, per
quæ lites dicuntur hominum flagella duriſſima,
ut concordantibus relatis tradit *Barboſ. loc.cit.*
num.13. cum ſeqq. & egregiè dicebat *B.* Ivo re-
latus à *Rebuff. tom.1. ad leges Galliæ in prohem.*
Gloſſ.5. nu.154. quod in controverſiis cauſarum
corporales inimicitiæ oriuntur, fit amiſſio expen-
ſarum, labor animi exercetur, corpus quotidiè fa-
tigatur, multa, & inhoneſta crimina indè conſe-
quuntur, bona, & utilia opera poſtponuntur, &
qui ſemper credunt obtinere, frequentèr ſuccum-
bunt, & ſi obtinent, computatis laboribus, & ex-
penſis, nihil acquirunt, & ideò tutior eſt pax quàm
victoria &c. Nam litigantes expectando, deſi-
derando, & formidando diù, noctùque acer-
rimè cruciantur, & anguntur, manendo ſem-
per, ut ita dicatur, in continua tortura, ut re-
lata *Gloſſa in §. Judicent in verbo contritione*
Auth. de judic. Adden. ad Rot. in recent. deciſ.12.
nu.67. par.3. quem latè comprobando ſequitur
Frances in Epiſtola ad Lectorem impreſſ. in princ.
var. reſolut. ubi etiam latè admonet quid agen-
dum antequam lis introducatur; Et prædicta
eò facilius eveniunt inter ſanguine conjunctos,
3 inter quos lites magis rabioſæ eſſe ſolent, ut
plenè per *Nathen. d.tract. tit.2. cap.1. cum ſeqq.*
Adden. ad Rot. in recent.par.7.in præfat. in princ.
juncto num.115.cum ſeq.par.4.tom.3.Franceſ. ubi
ſupra *num.1. cum pluribus ſeq.* Proindè *Sancta*
Mater Eccleſia, ut notant præallegati *DD.* quo-
tidiè ad *Salvatorem noſtrum* preces effundit pro
5 earum extinctione, ibi: *extingue flammas*
litium &c. & ibi: *linguam refrenans temperet,*
nè litis horror inſonet; Ac ſtatuentes, ad quos
pro pacifico ſtatu Civitatis pertinet dirimere
lites, decretarunt controverſias inter Conjun-
6 ctos vertentes compromitti, ut tradit *Marta*
de juriſdict.par.4.centur.1.caſ.40.n.1.

Antequam Compromiſſum locum habeat;
B debet conſtare de coniunctione à Statuto re-
7 quiſita, nàm quando Statutum loquitur cum
aliqua qualitate, ante omnia illa eſt probanda
Bart.in l.1.§.Ait Prætor ff.ne quid in flum.public.
Gabriel. conſ.33.num.12.vol.2. Borell.tit.63.n.48.
verſ.In caſu cum ſeq. ubi maximè ſi exadverſo
negetur *Ciroch.diſcept.2. nu.94.* ubi contra *Soc.*
ſen. ſubdit, quòd ſi ſit dubium, an litigantes
8 ſint conjuncti, nec nè, de hoc incidenti Com-
promiſſum fieri debet.

Pro graduum autem computatione ad effe-
ctum probandi conjunctionem attendendum
9 eſt *Jus Civile* in hoc caſu, ſicut in materia ſucceſ-
ſionis, & alia, ſecùs autem ſi ageretur in materia
matrimonii, in qua attendendum eſt *Jus Cano-*
nicum, ut diſtinguendo reſpondit *Bart.conſ.224.*
cum aliis, quos refert, & ſequitur *Ciroch. di-*
ſcept.36.num.4. juncto n.41.Scac.cit.cap.2.n.601.
dummodò tamen alitèr non fuerit diſpoſitum
10 à *Statuto*, prout legitur in noſtro, in quo præ-
ſcribitur, attendendum eſſe *Jus Canonicum*, ſicut
etiam definitum eſt in *Statuto Urbis lib.prima*
cap.100.

Diſſoluta affinitate per mortem, ceſſat diſ-
C poſitio *Statuti* mandantis fieri Compromiſſum
11 inter Affines, *Bald.in l.Affinitatis num.4.C.com-*
mune ſucceſſ.Caſtr.conſ.80.num.2.lib.2. Fenzon.ad
Stat.Urb.lib.1.cap.100.num.22. Borell.Summ.de-
ciſ.par.1.tit.63.nu.164. Conciol.in d.Rub.27.n.34.
Adden.ad Pamphil.deciſ.60.num.9.Viv.deciſ.181.
nu.3.cum ſeqq.& dec.376.num.2.cum ſeqq. quod
non habet locum ſecundùm diſpoſitionem *no-*
12 *ſtri Statuti*, quod injungit Compromiſſum
etiam diſſoluta affinitate.

Tunc Procedendum eſt ad Compromiſſum
vigo-

vigore Statuti, quando altera Pars inſtar pro
13 eo, & petitio Compromiſſi ad hoc ut ſuffra.
getur, debet eſſe ad formam *Statuti*, non cum
pactis, & conditionibus ab eo exorbitantibus,
ut reſpondit *Rot.in rec. deciſ.163.num.5.par.12.*
alioquin deficiente huiuſmodi inſtantia, pro-
cedendum non eſt ad Compromiſſum, ut re-
latis concordantibus firmat *Scac.de iudic. lib.2.
cap.2. quæſt.2. num.30.* ubi ſubdit procedere
etiamſi *Statutum* ſimpliciter diſponeret Iudi-
14 cem debere cogere Partes ad compromitten-
dum, *Marta de jurisdict. par.4.centur.1. caſ.40.
num.1.*, & ratio eſt, quia exceptio Compro-
miſſi eſt forè declinatoria, quæ non per Iudi-
15 cem, ſed per partem petitur, *Bart.in l.Procu-
rator ad exhibendum ff.rem rat.hab.Alex.conſ.83.
num.4.vol.1. Fenzon.loc.cit.num.27.cum ſeq.* ubi
etiam adducit aliam rationem, quia Iudex non
impartitur officium ſuum niſi petenti, *Borell.
loc.cit.num.229.Magon.deciſ. Lucenſ.37.ſub.n.11.*
ubi contra *Cuman.* teſtatur, hanc opinionem
eſſe veriorem, & receptiorem.

Secuta petitione Compromiſſi, ſtatim ſuſ-
16 penditur iuriſdictio Iudicis ordinarii, ut dò-
cet *Bald.in l.1.nu.4. cum ſeq. C.ſi quaecunque præd.
poteſt. Lancellott.de attentat.par.2.cap.15.n.184.
cum ſeq. Conciol.Allegat.Civil. & cum par.1.alle-
gat.71.num.1.* & ſi in Cauſa coram eo ulteriùs
procedatur, proceſſus erit nullus ex defectu iu-
riſdictionis, quæ eſt baſis, & fundamentum
Scac.de Sent. & re judic. gloſſ.7.quæſt.1. num.10.
& proſequitur *Conciol.loc.cit.* ſed ſolùm rema-
net Iudex quoad executivam petitionem Com-
promiſſi *Borell.loc.cit.nu.222.*

Quod declara procedere in Compromiſſo
18 neceſſario vigore *Statuti*, ſecùs in voluntario,
ut declarat *Lancellott. de attentat.par.2.cap.15.
num.181.cum ſeq. Ciroch.diſcept.52.num.51. Ur-
ceol.de tranſact.quæſt.71.num.2.* & diſtinguendo
reſpondit *Rot. coram Mantic. deciſ.221.num.10.
cum ſeqq.coram Ubaldo dec.110.n.3. & Tribunal.
Cameræ in Romana Pecuniaria inter Materios, &
Cæſarem de Martinis 1.Julii 1680.coram Illuſtriſ-*
19 *ſimo Corſino Decano*. Niſi in Compromiſſo vo-
luntario fuerit conventum de non adeundo Ju-
dicem, quo caſu Compromiſſum videtur ob-
ſtare ſaltèm in vim pacti, ut advertit *Rot. co-
ram Ubald.ubi ſupra*.

Prout etiam procedere, quando coram Iu-
20 dice oppoſitum ſit de ipſo Compromiſſo, & hu-
juſmodi exceptio à Iudice admiſſa, vel à non
admiſſione appellatum, alioquin proceſſus erit
validus, ut firmat *Lancellott. loc. cit. num.186.
cum ſeq.* & reſpondit *Conciol. ubi ſupra num.2.*
Ad inſtar illius, qui Iudicem recuſavit, à quo,
niſi appellatum fuerit ab ulteriori proceſſu,
21 proceſſus ipſe remanet validus *Ruin.conſ.61.
ſub n.36.lib.5. Lancellott.de attentat.par.2.cap.4.
Limit.2.num.72.& cap.15.num.165.* proſequitur
*Conciol. ubi ſupra num.21. Rot.coram Achill. de
Graſs.deciſ.563.num.2.par.1.in recent.deciſ.3.n.2.
par.4.& coram Duran.dec.124.nu.4.*

Alias ampliationes, & limitationes prædi-
22 ctæ concluſionis vide apud *Lancellott.d.cap.15.
num.164.cum ſeq.Caſt.de re integr.diſt.21.Adden.
ad Paitell.expedit.43.nu.62.Gratian.diſcept.557.
nu.28. cum ſeqq.Adden. ad Rot. coram Ubald.de-
ciſ.110.*

Diſputant DD. uſque ad quam partem iudi-
E cii petendum ſit Compromiſſum, ut altera
Pars cogi poſſit ad compromittendum, de quo
22 penès *Scac. de judic.lib.2.cap.2.quæſt.3.num.31.
cum plurib.ſeq.Fenzon.ad Stat.Urbis lib.1.c.100.
num.59. cum ſeq. Ciroch.diſcept.2. num.96.& diſ-
cept.36.num.55.cum ſeq. Afflict.deciſ.185.* ibique
*Adden. Surd. deciſ.185. num.14. in fine cum ſeq.
Adden.ad Pamphil.deciſ.60.num.10. in fine*, ſed
hanc diſputationem ſuſtulit noſtrum *Statutum*,
cum permittat illud quandocunque peti, dum-
modò antè publicationem proceſſus Cauſæ.

Non ſemper eſt locus Compromiſſo inter
Conſanguineos; Nàm *Statutum* mandans fieri
Compromiſſum inter Sanguine conjunctos,
non procedit, quando verſatur in articulo Ju-
23 ris claro, & ſuper re clara, ut reſpondit *Rota
in Finarien. ſeù Savonen. Pecuniaria 31. Martii
1664. cor. Eminentiſſimo Taya §.Neque verſ.Tum
etiam quia*; vel quando Pars habet pro ſe ſcri-
pturam, ſeù inſtrumentum purum, clarum, &
liquidum, *Honded.conſ.9.num.3.cum ſeq.vol.pri-
mo, Paitell. expedit.43. num.16.* ibique *Adden.
num.4.& ſeq.Borell.cit.tit.63.num.140.Adden.ad
Pamphil. deciſ.60. num.9. circa finem Urceol. de
tranſact. qu.3.num.21. Scacc.de judic.lib.2. cap.2.
num.86. cum ſeq. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2.
rubr.27.num.14. Rot.in recent. deciſ.284. num.8.
par.17.* niſi inſtrumentum aliqua probabili ex-
ceptione offuſcetur, & ſic jura Adverſarii du-
24 bia reddantur, *Bart.in l.Elegantèr in princ.n.3.
ff.de condit. indebit.* reſpondit *Honded. d. conſ.9.
num.13.Conciol.ad ſtat. Eugub.loc.cit.num.15. Bo-
rell.* ubi ſupra *n.141.* Vel niſi habens inſtrumen-
tum ad ſui favorem clarum, peteret Compro-
miſſum, cum poſſit ſuo favori renunciare, ut
proſequitur *Conciol. ad d.Statutum num.16. An-
dreol controv.133. num.11.* ubi plures concor-
dantes.

Sicuti non procedit, quando adeſt res judi-
25 càta, *cap.expoſita de arbitr.Bald.in leg.Poſt rem
ff.de tranſact. in l. Elegantèr §.Si quis poteſt ff. de
condit.indebit.* pleuè aliis relatis *Borell. ſumma
par.prima tit.63.nu.131. cum duobus ſeq. Urceol.
d.qu.3.num.27.* reſpondit *Senatus Pedemontanus*
penès *Surd. dec.185.num.9.cum.ſeqq* ibique *Ho-
diern.Rota coram Bichio deciſ.126.num.17.& de-*
26 *ciſ.130.num.18.* Niſi ſpecialitèr, & expreſſè rei
judicatæ ſit renunciatum, quo caſu ſuſtinetur
tanquam tranſactio, & in vim pacti, *Urceol.d.
qu.3.eodem num.27.* ut per *Surd.& Hodiern.mox
allegatos, & Borell.* ubi ſupra, qui variis mo-
dis ſublimitat.

Alias etiam limitationes adducit *Borell.* ubi
27 ſupra *nu.144.cum ſeqq. Conciol.in allegata Rubr.
num.4.8.& 17.* juncto *num.25.cum duobus ſeqq.
& Scacc.cit.cap.2.nu.62.cum plurib.ſeqq. Urceol.
de tranſact. qu.3.num.15. & num.23.cum duobus
ſeqq.& q.45.ac q.71.n.4.*

G Arbitri facultates in procedendo; & pro-
nun-

Digitized by Google

28 nunciando vide penès *Borell.d. tit.63.num.159. cum ſeqq.*
De prorogatione Compromiſſi vide *Borell.*
H *loc.cit.nu.27.cum ſeqq.Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1.*
29 *cap.100.nu.66.cum ſeqq.*
Compromiſſum eſt nullum, ſi duobus Ar-
I bitris, à Partibus electis data fuerit facultas
30 eligendi tertium in caſum diſcordiæ, quia in aſſumendo illo tertio poſſent diſſentire, & ſic daretur proceſſus in infinitum, contra *Text. in l.Item ſi unus ff.de arbitr.Borell.ſumma decìſ.dicto cit.63.num.34.*Et reſpondit *Rota coram Cavaler. deciſ.327.nu.5.*
Declara tamen, ut per *Borell.* ubi ſupra *nu-*
31 *mer.342.cum ſeqq. Hermonſill. ad Lopez Gloſs.3. leg.9.tit.5.par.5.nu.5.vol.2. & Rota cor.Mantic. dec.235.nu.3.cum ſeqq.*
Circa executionem Laudi, & reductionem
32 ad arbitrium boni viri, dictum fuit ſupra in
K *Annot.ad Rubr.XIII.præſenti libro nu.64.*
Quanto tempore, ſeù quot menſibus duret
L inſtantia coram Arbitris, & Arbitratoribus,
33 variè deffinitum eſt, prout diverſimodè determinatum eſt à *Jure Civili, à Jure Canonico, & à Statutis*, ut ſecundùm diſpoſitionem utriuſque Juris, & Statutorum materiam latè examinat *Scacc.de judic. lib.2. cap.2.n.673. cum pluribus ſeqq. Borell. loc.cit.n.216.cum ſeqq.*
Quot diebus verò conſtituatur menſis vide
34 *Alex.conſ.114. num.12.lib.5. Altograd.conſ.29. vol.2.Scacc.de judic.lib.2.cap.3.nu.302.Antonell. de tempor.legal.lib.1.cap.3.n.2.cum ſeq. Narb.de ætat.ann.prima quæſt.6.num.77. Saluſt.Tyber.in ejus prax.lib.primo cap.43.num.6. Vela diſert.18. num.7.& 20.*
Minor, & Pupillus an compromittere va-
M leat, & quæ requirantur ad validitatem Com-
35 promiſſi, latiſſimè examinatur à *Scacc.allegat. cap.2.num.264. cum ſeqq. & à num.493.ad 555. Borell.ſumma deciſ. dicto tit.63. num.18.cum ſeq. Hermonſill. ad Lopez Gloſs.2. leg.4. tit.5. par.5. num.14.& Gloſs.ſeq.num.25. Baron.de effect. minor.ætat.effect.13.Ciarlin.Controv.102.Narbon.de ætat.ann.25.qu.40.Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.primo cap.100.num.49.cum ſeqq. Conciol.ad Stat.Eugub. lib.2.Rubr.56.nu.20.*
Arbitri à Partibus ad formam Statuti, vel
N Juris electi, non poſſunt onus recuſare, ſed
36 coguntur Compromiſſum acceptare, ut pluribus relatis firmat *Borell. dicto tit.63.num.46. juncto num.222. Viv.deciſ.57.nu.4.cum ſeq.* Eoque magis id procedit in Conſanguineis, vel
37 Affinibus ex forma *Statuti* electis, *Bald.in l.1. §.Quamvis ff.ubi pupill.educ.deb. Roland.conſ.46. numero 56. vol.1. Viv.* ubi ſupra *numero 6.* Et tunc poſſunt per Judicem ſuperiorem cogi ad
38 dandam eorum ſententiam, ſeù laudum *l. Sed ſi compromiſſum in fine* ibi *omni tempore cogendus eſt ſententiam dicere ff.de recept.arbitr.Borel. loc.cit.nu.224.*

ADDIT. AD RUBR. XV. LIB.III.

SUMMARIUM

1 Lites inter Conſanguineos ſolent eſſe rabioſæ.
2 Lites mediante compromiſſo à Statuto ordinato * ut plurimum efficiuntur longiores.

Num.4. ſequitur *Rot. in Romana Teſtamenti 11. Martii 1699. coram R.P.D.Anſaldo* * penès *Palmam dec.260,num.10.tom.3.*

Num.6. Finis Statuentium amputandi lites mediante compromiſſo, ut plurimum operatur
2 contrariumeffectum, * cum potiùs longiores reddantur, adeò ut non immeritò obſervet in propoſito *Card.de Luca de judic.diſc.11.nu.4.* lege concedente tres inſtantias, compromiſſa quartam producere, ut notavit *Rot.in Romana Concordiæ 15.Junii 1696. in princ.cor. Reverendiſſimo Molines* Sacræ Rotæ Romanæ Decano digniſſimo.

Quando credatur relationi Bannitorum, & Nunciorum.

RUBRICA DECIMA SEXTA.

CRedatur etiam uni ſoli Bannitori, vel Nuncio (A) Communis Faven. ubi unus ſolus requiratur, de citationibus, mulctis, pignoribus, proclamationibus, (B) ſubhaſtationibus, & omnibus aliis relationibus, quæ reperirentur ei commiſſas fuiſſe per quemcunque Officialem, ſeù jus dicentem in Civitate Faven. dummodò de commiſſione appareat publica ſcriptura manu Notarii deputati ad illud Officium, ad quod commiſſio facta eſt, de qua commiſſione ſufficiat apparere per aſſertionem Notarii Actuarii, verè, vel præſumptivè, niſi probatio in contrarium fuerit ſolemnitèr facta, quia etiam contra publicum Inſtrumentum probatio in contrarium admittatur. (C)

SUMMARIUM.

1 NUncio publico, ſeu Curſori atteſtanti de re, ad ejus Officium ſpectante, creditur abſque teſtibus.
2 Nuncio, ſeu Curſori non creditur ſi deponat ſubhaſtationem, & deliberationem factam fuiſſe præviis debitis ſolemnitatibus, ſeu vendidiſſe ad extinctionem candelæ ſervatis ſervandis.
3 Item ſi atteſtetur de actu præterito.
4 Itē ſi atteſtetur de eo, quod Citatus reſpondit.

5 Item

5 Item ſi atteſtetur, feciſſe falſam relationem in præjudicium tertii.

Nuncius falſam relationem faciens, qua pœna puniatur, *num.5.*

Nuncius deponens, feciſſe falſam relationem, pretio corruptus, licet eam non fecerit, qua pœna puniatur, *num.5.*

6 Præconi, ſeu Tubicinæ creditur, ſi atteſtetur, ſe proclamata feciſſe, & Bannimenta, ac Edicta publicaſſe.

7 Probatio contra relationem factam à Nuncio ſuper executione citationis, admittitur.

OBSERVATIO.

A NUucio publico, ſeu Mandatario, vel Curſori atteſtanti de re ad ejus officium
1 ſpectante abſque teſtibus, plena fides adhibetur *Gloſ. in cap. Prudentiam verbo per certum Nuncium de offic. & poteſt. Judic. deleg. & Gloſ. in cap. Cum parati 19. verbo ſuus Nuncius de appellat. Mandoſ. conſil. 96. n. 10. Gratian. diſcept. 697. num. 13.* & tradunt *Gratioſ. Ubert. de Citat cap. 7. num. 56. cum ſeq. & cap. 12. num. 390. cum ſeqq.* ubi conſtituit differentiam inter Nuncium publicum, & privatum *Ridolphin. prax. par. 1. c. 2. num. 70. cum duobus ſeqq. Marta Vot. 131. num. 6. Rot. coram Eminentiſſimo Cerro deciſ. 292. num. 7.* cum aliis adductis ſupra in *Annot. ad Rub. XXII. lib. 1. num. 14.*

Et ſi eis non crederetur, nulla eſſet eorum utilitas, cum nequeant ſemper teſtes ſecum habere, nec eos cogere, ut adſint *l. Judices C. de fid. Inſtrum. Specul. lib. 2. par. 2. de citat. §. Sequitur num. 6. circa princ.* & advertit *Gratioſ. Ubert. dicto cap. 7. num. 55. in fine.*

Non dicitur verò concernere ejus officium, & ſic non probat, ſi deponat, ſubhaſtationem, & deliberationem alicujus rei factam fuiſſe
2 præviis debitis ſolemnitatibus, ſeu vendidiſſe ad extinctionem candelæ ſervatis ſervandis niſi aliundè conſtet, ut tradit *Poſth. de ſubhaſtat. quæſt. 67. num. 11. cum ſeq. Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 485. nu. 10. coram recol. me. Coccin. dec. 1870. num. 4. cum ſeq.*

Prout etiam ei non creditur, ſi atteſtetur de
3 actu præterito, ut reſpondit *Rot. coram Buratt. deciſ. 270. nu. 3. coram Eminentiſſimo Cerro dec. 81. num. 5.*

Necnon ſuper eo, quod depoſuit, Citatum
4 reſpondiſſe, cum hoc ad ejus officium non pertineat *Butr. in cap. Cum parati num. 8. de appellat. Caſtr. conſil. 165. num. 2. in fine lib. 2. Gabriel concluſ. 4. num. 1. tit. de citat. Baron. de citat. quæſt. 43. num. 37.* ubi teſtatur, hanc eſſe magis communem ſententiam.

Paritèr ſi dicat, feciſſe falſam relationem,
5 non creditur in præjudicium tertii *Bart. in l. Librarius ff. de regul. Jur. Guazzin. ad defenſ. Reor. defenſ. 10. cap. 6. num. 1.* ubi *num. 3. & 4.* ſubdit, qua pœna puniatur, ſi fecerit falſam relationem, vel quando pretio corruptus depoſuit feciſſe falſam relationem, licet eam non fecerit.

Præconi, ſeu Tubicinæ atteſtanti per Civi-
B tatem, & loca publica ſe proclamata feciſſe, & Bannimenta, ac Edicta publicaſſe, tanquàm ad ejus officium ſpectantia creditur *Gloſ. in*
6 *extravag. ad reprimendum in verbo publico Honded. conſil. 18. num. 56. volum. 1. Poſth. de ſubhaſtat. inſpect. 29. num. 111.*

Contra relationem factam à Nuncio ſuper
C executione citationis admittitur probatio in
7 contrarium *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 25. num. 5. Ubert. de citat. cap. 12. num. 394.* ubi *ac numeris ſeqq.* examinat, an ad hunc effectum ſufficiat jurata negatio ejus, qui prætenditur citatus, de quo vide ſupra *Obſerv. ad Rubric. XXII. lib. 1. num. 14.*

De alienationibus, obligationibus Minorum non fiendis ſinè Decreto.

RUBRICA DECIMA SEPTIMA.

STatuimus & ordinamus, quòd cum multi Minores temporibus præteritis, prout experientia docuit, dilapidaverint, & conſumpſerint bona ſua, tàm ludo, quàm ſeductionibus, & blanditiis, ac ipſorum fragilitate, & facilitate inducti, & circumventi, ad prædicta in poſterùm evitanda, de cætero nulli Puberi, mari, vel fœminæ, minori XXV. annis liceat vendere, alienare (A) quovis titulo aliqua ſua bona, maximè immobilia, nec de eis contractum aliquem facere, vel quaſi, aut donare, renunciare, cedere, ſeu aliquo titulo inter vivos diſtrahere, nec etiam ſe, vel bona ſua obligare, nec pro alio fidejubere, ſeu alteri ſe obligare in aliquo contractu, nec etiam diſtractione. Niſi prædicta venditio, alienatio, diſtractio, fidejuſſio, obligatio, donatio, renunciatio, & ceſſio, ſive contractus celebretur in Palatio Communis Faven. coram uno ex Iudicibus dicti communis Faven. ad id deputato, & cum interpoſitione Decreti (B) unius ex ſupradictis Iudicibus, qui Iudex ſuum Decretum, ſive auctoritatem in prædictis, ſeu aliquo prædictorum non debeat, nec poſſit interponere ſinè cauſæ cognitione, (C) ut ſupra in Statuto in primo Libro poſito ſub Rubrica XXI. & ſinè præſentia., & conſenſu Curatoris (D) ipſius Minoris, ad negocia ſolemnitèr conſtituti, & unius ex propinquioribus Agnatis, & ipſis Agnatis non exiſtentibus, unius ex Cognatis (E) illius Puberis contrahentis, aſſerentium cum juramento eandem alienationem, obligationem,

ſive

Digitized by Google

ſive contractum, ſeu diſtractum expedire, vel ut lem (F) fore ipſi Minori. Et ſi idem Minor non haberet hujuſmodi Curatorem, tunc in præſentia duorum ex proximioribus Agnatis exiſtentibus, aliàs ex Cognatis ipſius Minoris jurantium eodem modo, qui ſint majores annorum triginta, & videantur diſcreti Iudici auctoritatem, ſive Decretum interponenti, & qui poſſideant immobilia ſub juriſdictione Civitatis Faven. affirmantium ſimili modo, ut ſupra dictum eſt. Et illis deficientibus, duobus ex Vicinis divitibus, & diſcretis illius Minoris contrahentis, aſſerentibus eandem alienationem, obligationem, ſive contractum, ſeu diſtractum expedire, vel utilem fore ipſi Minori, ſemper tamen cum ipſorum juramento. Et ſi aliter contra, vel præter hoc Statutum factum fuerit, non valeat, nec teneat ipſo jure. Et quòd nullus Notarius audeat confic re aliquod Inſtrumentum alicujus obligationis, contractus, diſtractus, donationis, renunciationis, ceſſionis, ſeu fidejuſſionis, per quod aliquis de prædictis Minoribus, vel bona ſua in aliqua obligentur alicui, vel alienentur, niſi prædicta forma, & ſolemnitas fuerit obſervata, pœna Notario contrafacienti pro qualibet vice XXV. librarum bononenorum. Et omne juramentum præſtitum in tali contractu, vel quaſi, obligatione, alienatione, diſtractu, donatione, renunciatione, ceſſione, fidejuſſione, ab aliquo Minore non ſervata forma, & ſolemnitate præſentis Statuti, præſumatur, & fingatur, ac cenſeatur vi, dolo, fraude, metu, & circumventione extortum. Et Nihilominùs contrahens cum tali Minore contra formam ſuperius annotatam, puniatur ipſo facto in libris quinquaginta bononenorum, Communi Faventiæ applicandis pro qualibet vice, niſi talis contractus, & obligatio dicto Minori utilis, & expediens fuerit. Salvo quod ſi aliqua Puella minor vellet aliquem contractum, vel obligationem facere cum quacunque perſona, etiam cum alio Minore, (G) poſſit fieri in quolibet loco honeſto, etiam extra Palatium, in præſentia tamen, & cum Decreto unius ex Iudicibus Communis prædictis, cauſæ tamen, cognitione ſemper, ut ſupra, interveniente, & cum præſentia, conſenſu, & juramento Curatoris, vel Proximorum contrahentis, prout ſuperiùs expreſſum fuit. Liceat tamen Minoribus ſupradictis ſinè ſolemnitate hujuſmodi matrimonia contrahere, & dotem (H) recipere, & promittere, ſeu dare, & pro iis ſe obligare, ultimas voluntates condere. Et prædicta ſolemnitas non intelligatur in judiciis, ſed in ipſis poſſint eſſe ipſi Minores ſecundum formam Juris, & Statutorum Civitatis Faventiæ, nec etiam in his Minoribus, qui ratione alicujus officii, (I) quod haberent, obligarentur Communi Faven. tacitè, vel expreſsè. Nec in his Minoribus, qui haberent Patrem, vel Avum paternum, In quorum alienationibus, & obligationibus ſufficiat auctoritas, ſive conſenſus Patris, vel Avi paterni. Et etiam ſinè prædicta ſolemnitate poſſint ſe obligare, locando ſe, & ſuas operas, (K) & locando, vel conducendo Domum, vel alia (L) quæ conduci, vel locari de Jure poſſunt, dum tamen non ultra unum annum.

SUMMARIUM.

1 Solemnitates in contractibus Minorum fuerunt præſcriptæ, ut occurratur fraudibus.

2 Solemnitates in contractibus Minorum in totum, vel in parte non ſervatis, contractus eſt nullus ipſo jure, & num. 3.

4 Amplia etiamſi contraxerit ratione publici miniſterii.

5 Minor nulliter contrahens, non remanet obligatus, nec civiliter, nec naturaliter, & ſic nec in Foro conſcientiæ, & num. 6. Limita num. 7.

6 Conſcientia non ligat, quos natura non obligat.

8 Juramentum validat contractum Minoris nullum. Limita num. 9.

10 Decretum Judicis interpoſitum in contractu cadit ſuper omnibus, & ſingulis, etiam enunciatis. Decl. num. 12.

13 Curatoris præſentia, & conſenſus requiritur in contractu Minoris.

14 Agnatus Proximior, vel Cognatus adhibendus eſt in contractu Minoris in locum Curatoris deficientis.

15 Curatore abſente, vel legitimè impedito, vel ſi renunciaverit curæ tempore contractus Minoris, quid tunc ſit agendum.

16 Curator authorizare non poteſt contractum Minoris, in quo habet intereſſe.

17 Alius Curator deputandus eſt in contractu Minoris, quando ejus Curator habet in eo intereſſe.

18 Agnati, ſeu Cognati in gradu ſucceſſibili requiruntur in contractu Minoris, quando Statutum diſpoſuit eſſe adhibendos Agnatos proximiores, & in eorum defectum Cognatos paritèr proximiores.

19 Agnatis, vel Cognatis remotioribus adhibitis in contractu Minoris, dum Statutum requirit proximiores, illique adſunt, actus non valet Ampl. num. 20.

Solemnitas in contractu Minoris, à Statuto præſcripta debet ad ungnem tanquam forma ſervari, aliàs actus corruit, num. 19. Ampl. num. 20.

20 Decretum Judicis interpoſitum in contractu Minoris, non ſupplet defectum conſenſus proximioris Agnati, à Statuto requiſiti, etiamſi acceſſerit conſenſus remotioris.

21 Amplia procedere etiamſi acceſſerit aſſertio jurata Minoris ſuper defectu aliorum proximiorum.

Juramentum à Minore in contractu emiſſum, non ſervata forma à Statuto præſcripta, cenſetur vi, dolo, metu, & fraude extortum, n. 21.

22 Mi-

Digitized by Google

22 Minor ſicut non poteſt contrahere, ita nec aliquid aſſerere, per quod contractus validetur.

23 Minor impugnans contractum ex defectu proximiorum, probare debet, non ſolum eorum exiſtentiam, ſed etiam habilitatem, tam naturalem, quàm accidentalem.

24 Contrarium circa probationem habilitatis accidentalis. Vide num. 26.

25 Contractus Minoris eſt nullus ex defectu proximiorum, licèt allegetur eorum impedimentum in die ſtipulationis inſtrumenti, dum non conſtat, hujuſmodi impedimentum diù duraturum fore, nam debuiſſet differri ſtipulatio in diem ſequentem.

26 Impedimentum accidentale proximiorum non ſolùm debet probari adfuiſſe de tempore contractus, ſed etiam fuiſſe tale, quod longo tempore durare poterat, dum Minor impugnans contractum probavit exiſtentiam, & habilitatem naturalem.

27 Conſanguinei proximiores citari debent ad interveniendum contractui Minoris mediante citatione, continente qualitatem contractus, cauſæ, loci, diei, & horæ, ad effectum evitandi nullitatem reſultantem ex defectu eorum; alioquin citatio nimis vaga non ſuffragatur.

28 Et de tali citatione doceri debet concludentèr per regiſtrationem in eodem inſtrumento contractus, vel aliundè quàm per aſſertionem contrahentium, etiam juratam, & n. 29.

30 Conſanguinei proximiores citati ad interveniendum contractui Minoris, ſi comparuerint, tunc cauſa recuſationis debet examinari.

31 Et ſi injuſta detegatur, tunc facta mentione illorum recuſationis, alii proximiores adhibentur, abſque eo quod Judex teneatur interloqui ſuper injuſtitia cauſæ.

32 Decretum Judicis non ſupplet defectum proximiorum, quorum conſenſus ex diſpoſitione Statuti requiritur in contractu Minoris, ſed illis diſſentientibus alii proximiores ſunt adhibendi, vel Decretum alterius Judicis loco eorum.

33 Conſanguineis proximioribus rationabilitèr diſſentientibus præſtare conſenſum in contractu Minoris, non poteſt deveniri ad ſtipulationem inſtrumenti, adhibendo alios remotiores.

34 Jurare debent Curator, Agnati, Cognati, & reſpectivè Vicini qui contractui, & obligationi Minoris conſentire debent, quòd illi expediat, vel utile futurum, non ſuffragantibus verbis generalibus, nec illo cæterato *Conſentientium &c.*

35 Cauſa in alienatione rerum Minoris requiritur expreſſa, & à Judice diſcuſſa. Ampl. nu. 38. & ſeqq.

36 Cauſa in tranſactione, permutatione, donatione, & in qualibet alia translatione, & diſtractione Minoris requiritur expreſſa, & à Judice diſcuſſa.

37 Judicis Decretum interpoſitum in contractu Minoris abſque expreſſione, & diſcuſſione cauſæ, captioſum cenſetur. Ampl. num. 38. & ſeqq.

39 Statuta diſponentia circa ſolemnitates ſervandas in contractibus Minorum, augent, non autem diminuunt eas, quæ requiruntur ex diſpoſitione Juris communis.

40 Cognitio cauſæ facienda per Judicem, eſt diverſa ab individuali expreſſione illius, requiſita in ſtipulatione contractus Minoris.

41 Cognitio cauſæ præſumitur interveniſſe in contractu Minoris, quando Judex interponendo Decretum id aſſeruit, quotiès concurrit Statutum diſponens, ſtari ejus aſſertioni, & num. 38.

42 Judicis aſſertioni non ſtatur circa ea, quæ concernunt juſtificationem ſententiæ,

Judicis aſſertioni circa cognitionem cauſæ in contractu Minoris non ſtatur, quando de ſpecifica, & individuali expreſſione illius non conſtat, & quare, num. 41. 44. & 46.

43 Cauſa requiritur copulativè in contractu Minoris, quando concurrere debet Decretum Judicis,

Decretum Judicis cum cauſæ cognitione ſemper eſt intelligendum, num. 43.

45 *Statutum Bononiæ* in contractibus Minorum, an requirat cauſam, & illa interveniſſe præſumatur ex aſſertione Judicis, facta mediantibus verbis, de quibus ibi.

47 In obligatione perſonali Minoris de Jure communi non requiritur; Secùs ex diſpoſitione Statuti, comprehendentis etiam obligationes, num. 49.

48 Minori læſo in contractu competit reſtitutio in integrum,

50 Cauſa expediens, vel utilis requiritur in contractu Minoris ex diſpoſitione Statuti *Faventiæ*;

51 Verbum *expedire* reſpicit utilitatem, vel honeſtatem, num. 53.

52 Principi expedit habere Subditos locupletes.

53 Cauſa expediens requiſita in contractu Minoris, quæ dicatur.

54 Cauſa honeſta, prudens, & laudabilis ſufficit in contractu Minoris, quando Statutum ſervatis certis ſolemnitatibus illi permittit renunciare, donare, & fidejubere.

55 Cauſa in contractu Minoris expreſſa non debet eſſe damnoſa, licèt non requiratur utilis.

56 Fidejuſſio abſque relevatore à Minore facta, tanquam damnoſa, non valet.

57 Contractus Minoris cum alio Minore valet, abſque ſolemnitatibus, alioquin neceſſariis. Decl. num. 58. & 59. Limita num. 60. & 61.

62 Minor pro dote abſque ſolemnitatibus, an & quando ſe obligare poſſit, & obligatio teneat.

Minor pro reſtitutione dotis an, & quando poſſit ſe obligare abſque ſolemnitatibus Statuti, num. 62. in fine.

63 Minor obligari poteſt abſque ſolemnitatibus favore Reipublicæ, ſeu Communitatis ratio-

Digitized by Google

ne ſui officii, tam tacitè, quàm expreſsè.

64 Homo liber ſe obligans ſua vita durante alteri inſervire, non tenetur promiſſa ſervare. Contrarium num.65. Decl. num.66.

67 Minor locare, & conducere an, & quando validè poſſit, non ſervatis ſolemnitatibus ſtatutariis, in alienationibus requiſitis.

68 Doctor Minor contrahere, & ſe validè obligare an, & quando poſſit, non ſervatis ſolemnitatibus Statuti, remiſſivè.

69 Minor Mercator contrahere, & ſe validè obligare an poſſit non ſervatis ſolemnitatibus ſtatutariis remiſſivè.

70 Inſinuatio non requiritur in contractibus Minorum, ſtipulatis ſervatis ſolemnitatibus Statuti *Faventiæ*.

71 *Conſtitutio Ægidiana* requirens in contractibus Minorum inſinuationem, habet locum in toto Statu Eccleſiaſtico.

72 Inſinuatio requiritur ex diſpoſitione Ægidianæ in contractibus Minorum, quamvis ſervatæ fuerint ſolemnitates Statuti loci. Decl. num.73. Vide num.74.

74 Compatibile quando dicatur Statutum particulare loci cum Conſtitutione Ægidiana circa ſolemnitates requiſitas in contractibus Minorum, & num.75. ac num.76.

75 Duæ negationes affirmant.

77 Conſuetudine, & ſtylo contrario poteſt tolli ſolemnitas inſinuationis, alioquin neceſſaria in contractibus, Vide num.78. & 80.

79 *Conſtitutionis Ægidianæ* non uſus dari nequit abſque ſcientia Papæ, cum fuerit ab illo confirmata cum decreto irritanti, & clauſula ſublata. Vide num.80.

OBSERVATIO.

A FRaudibus, & circumventionibus, quæ in
dies committuntur à contrahentibus cum
Minoribus ob imbecillitatem ætatis, & fragi-
le, ac debile eorum conſilium, ut occurratur
1 præſcriptæ fuerunt à Statuto ſolemnitates, pro
validitate contractuum neceſſariæ *Pigant. ad*
2 *Statut. Ferrariæ lib.1. Rub.91. num. 1.* quibus in
totum, vel in parte omiſſis, ac ad unguem non
ſervatis, contractus omninò eſt nullus, ex de-
fectu formæ, ut tradunt *Fenzon. ad Statutum
Urbis lib.1. cap.151. num.13. cum ſeq. Pigant.
ubi ſupra num.5. Theodor. Rub. ad idem cap.151.
num.5. Conciol. ad Statut. Engub. lib. 2. Rubr. 56.
num.2. Rot. coram Dunozet. Jun. deciſ. 676. num.
26. in recent. deciſ.504. num.1. cum ſeq. par. 5. de-
ciſ.81. n.1. verſ. prout eo, ibique latè Adden. præ-
ſertim num.25. cum ſeqq. juncto num. 46. cum ſeq.
deciſ.547. num.11. cum duobus ſeqq. par.18. tom.2.*
Et quidem ipſo jure, attento decreto irri-
3 tanti in Statuto appoſito, in ſpecie *Malvaſia
conſil.44. num.1. volum.1. Adden. ad dicta deciſ.81.
num.25. & 29. Rot. in recent. allegata deciſ. 504.
num.4. & dicta deciſ.547. loc. cit.* Etiamſi contra-
4 xerit ratione publici miniſterii, dum Statu-
tum indiſtinctè irritat omnes contractus,
contra ejus formam geſtos, ut de Statu-
to Eugubino reſpondit *Rot. in recent. deciſ.3. nu.
20. par.19.* maximè quando contraxit proprio,
& particulari nomine, ut advertit *Rot. in eadem
deciſ.3. num.11. verſic. quoniam cum ſeq. juncto nu.
19. verſic. non obſtat cum ſeq.*
Ita ut nec civiliter, nec naturaliter Mi-
5 nor remaneat obligatus, ob reſiſtentiam diſpo-
ſitionis Statuti ortus omnium obligationum
*Bart. in l. Cum lex num. 4. cum ſeq. ff. de fidejuſſor.
Roman. conſil.12. num.4. Gratian. diſceptat.691. nu.
24. & diſceptat.713. num. 66. Cancer. variar re-
ſolut. par.2. cap. 1. num. 209. cum ſeqq.* & latiſ-
ſimè relatis concordantibus firmat *Adden. ad
allegat. deciſ. 81. num. 26. cum ſeqq.* ubi plures
Rotæ deciſiones cumulat *Actolin. reſolut.19. num.
21. Urceol. conſultat. 44. num. 1. cum duobus
ſeqq. volum.1. Rot. coram Duran. deciſ. 18. num.
13. in recent. deciſ. 3. num. 6. par. 19.*
Et conſequenter nec in foro conſcientiæ te-
netur, ea ratione, quia quos natura non obli-
6 gat, conſcientia non ligat, ut animadvertunt
mox allegati, niſi doceatur, Minorem locuple-
7 tiorem factum fuiſſe ex contractu, ut firmant
ſupra citati, cujus locupletionis probatio, ad
quem ſpectet, vidè *Adden. ad Rot. dicta deciſ.
81. num.110. cum ſeqq.*; Vel niſi conſtet, con-
tractum initum fuiſſe cum bona fide, & cum
probabili credulitate, quòd ſolemnitates ſta-
tutariæ non requirerentur, & ſic quando ceſſat
fraudis, & deceptionis ſuſpicio, ut declarat
*Adden. ad dict. deciſ. 81. num. 100. cum tribus
ſeqq.* & in his terminis reſpondit *Rot. in recent.
deciſ. 81. & 119. par. 7.* ut declaravit *in Roma-
na fructuum Cenſus 12. Decembris 1650. coram
Meltio, §. Quare non obſtant*.
Nec pro ſubſtinendo contractu ſuffragatur
8 juramentum in eo appoſitum, alioquin con-
tractum validans, juxta *Text. in Auth. Sacra-
menta puberum C. ſi adverſ. vendit.*; Nam cum
Statutum prohibeat Minoribus contrahere
non ſervata certa ſolemnitate præſcripta, &
9 contractus etiam juratos aliter geſtos præſu-
mat doloſos, fraudolentos, & meticuloſos, ju-
ramentum non convalidat contractum, ut do-
cet *Bart. in l. Omnes populi num.25. ff. de Juſtit.
& Jure Bald. in dicta auth. Sacramenta pluberum
num. 5. C. Si adverſ. vendit. Honded. conſi. 5. nu.
40. cum ſeqq. volum. 2. Merlin. Pignattel. con-
troverſ. centur. 1. cap. 56. num.15. centur. 2. cap.
27. num. 24. Ciarlin. controverſ. forenſ. 121. nu.
28. cum ſeq. Actolin. dicta reſolut. 19. ſub num.
23. Urceol. cit. conſultat. 44. num. 4. cum ſeqq.
Rot. coram Duran. dicta deciſ. 18. num. 1. cum
ſeqq. in recent. deciſ.163. num.6. par.14. & dicta
deciſ. 3. num. 7. cum duobus ſeqq. par. 19.*
Quoad Decretum Judicis interponendum in
B contractibus Minorum dictum fuit ſupra *in
Obſer. ad lib. 1. Rubr. XXI.*, quibus addo, quod
10 Decretum Judicis intereſſe habentis non ſuf-
fragatur ad authorizandum contractum, ad
*Text. in l. Qui juriſdictioni ibique Jaſon. num.2.
ff. de juriſdiction. omn. Judic. Bald. in l. Viduæ
circa finem C. de nupt. Felin. in Cap. Edoceri num.
9. verſic. omittitur circa med. de reſcript. Rot. in
recent.*

Digitized by Google

recent. deciſ. 153. *num.* 7. *verſic. Adhuc non potuit par.* 1. *coram Ninot. deciſ.* 9. *num.* 11. *coram Dunozet. Jun. deciſ.* 942. *num.* 5. *cum ſeq. coram Priolo deciſ.* 88. *num.* 19.

Validè verò interpoſitum cadit ſuper omnibus, & ſingulis etiam enunciatis *Pic. ad Statut.*
11 *Vrb. gloſſ.* 21. *num.* 20. *Rot. diverſ. deciſ.* 316. *num.* 17. *par.* 2.

Quod intellige, quando Decretum conceptum fuit cum illis verbis *ſuper quibus omnibus, & ſingulis tanquàm ritè, & legitimè factis*, ut declarat *Pic. dicta gloſſ.* 21. *num.* 18. *&* 20. *Rot. coram Eminentiſs. Cerro deciſ.* 440. *num.* 10. *cum duobus ſeqq. juncta deciſ.* 598. *num.* 2.; Secùs ſi fuerit interpoſitum ſuper unico tantùm actu, tunc enim non ſuffragatur, niſi pro illo actu, non autem pro alio diverſo enunciato *Pic. ad dictum Stat. Vrb. gloſſ.* 7. *num.* 132. *Rot. in recent. deciſ.* 73. *num.* 19. *par.* 5. *coram Cerro deciſ.* 21. *num.* 5. *verſic. Nec videbatur cum tribus ſeqq.*

C Circa cognitionem cauſæ pro validitate Decreti Judicis, vide ſupra in *Annot. ad Rubr. XXI. lib.* 1. *& hìc infra.*

Præcogitarunt quidèm Statuentes utrum-
D que caſum, nempè tam præexiſtentiæ, quàm
defectus Curatoris Minoris, & ſecundum
unumquemque eorum diſpoſuerunt, mandando, quod exiſtente Curatore, illius præſentia,
& conſenſus intervenire debeat, eo verò defi-
13 ciente, adhibendus ſit loco illius alius Agna-
14 tus proximior, ſi adſit, aliàs Cognatus, & in
illius defectum Vicini; ſed tamèn non deter-
minarunt quid agendum in caſu, quo Curator
15 de tempore contractus eſſet abſens, vel legi-
timè impeditus, vel renunciaſſet curæ, ſuper quo articulo emanavit *deciſio in Ravennaten. Bonorum* 7. *Junii* 1666. *coram Eminentiſſimo Carpineo* confirmata *in recent. deciſ.* 107. *num.* 8. *verſic. Validitatem cum ſeqq. juncta deciſ.* 213. *par.* 15. poſteà revocatæ *in deciſ.* 106. *num.* 9. *verſic. Concurrit cum ſeqq. par.* 16., & loquitur *Cardin. de Luca de alienat. & contract. prohibit. diſcurſ.* 28. *num.* 11. 13. 14. *&* 28.

Minùſque determinarunt, quid agendum,
ſi Curator habeat intereſſe in contractu, cum
16 non poſſit authorizare actum, qui tendere
valeat ad ejus commodum, ut de Tutore eſt *Text. in l. prima, & l. Pupillus, §. finali ff. de autorit. Tut. Surd. conſil.* 9. *num.* 36. *Rot. coram Priolo deciſ.* 128. *num.* 23. *coram Ninot. deciſ.* 9. *num.* 10. *verſic. Pariter cum ſeq. in recent. deciſ.* 23. *num.* 3. *par.* 5. *& deciſ.* 58. *num.* 2. *par.* 14.
ſed videretur ad iſtum actum deputandum eſſe
17 alium Curatorem, ut firmavit *Rota in recent. dicta deciſ.* 25. *num.* 4. *par.* 5. *& cit. deciſ.* 58. *num.* 2. *par.* 14. niſi tamen vigeret Statutum, prout noſtrum, diſponens, adhibendum eſſe conſenſum alterius Agnati, & reſpectivè Cognati, ac Vicinioris in caſu defectus Curatoris, nam idem eſt non adeſſe Curatorem, ac ratione ejus intereſſe intervenire non valere, ad tradita per *Menoch. de arbitrar. caſ.* 211. *ſub num.* 10.

E Quoad præſentiam, & conſenſum Agnati
proximioris, & in ejus defectum Cognati, ad-
18 vertendum, quòd cum Statutum requirat eorum conſenſum ad evitandum dolum, & metum, & loquatur, cum qualitate proximitatis intelligitur de illis Agnatis, & Cognatis, exiſtentibus dumtaxàt in gradu ſucceſſibili, quia præſumitur, eos ob ſpem ſucceſſionis eſſe diligentiores circa res Minoris contrahentis, juxta theoricam *Bat. in l. Tranſactionem* 35. *num.* 3. *verſic. Sed ſi in Statuto*, quàm ſequitur *Bald. ibidem num.* 4. *verſic. Sed ſi dicit, & Jaſon. nu.* 3. *C. de tranſact.* & firmavit *Rot. coram Cerro deciſ.* 440. *num.* 8. *cum ſeq.*

Advertendum eſt etiam, quod ſi ſecura fue-
19 rit ſtipulatio cum conſenſu remotioris, dum
tunc temporis aderat proximior, qui poterat commodè intervenire, contractus non ſuſtinetur, nam cum talis ſolemnitas requiratur pro forma, debet ad unguem ſervari, alioquin actus corruit, ut firmat *Feuzon. ad Statut. Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *num.* 13. *cum ſeqq. Rot. coram Dunozet. Jun. deciſ.* 676. *num.* 35. *verſic. Defectus cum ſeq. coram Ninot. deciſ.* 3. *num.* 3. *verſic. reſultat cum ſeq. in recent. deciſ.* 232. *nu.* 1. *par.* 12. *deciſ.* 547. *num.* 11. *cum duobus ſeqq. par.* 18. *tom.* 2. *cum aliis in principio citatis.*

Non obſtante Decreto Judicis, quod ſup-
plere nequit defectum conſenſus proximioris
20 Agnati, cum utrumque à Statuto copulativè
requiratur, ut relatis *Bald. in Rubr. C. de contrahen. empt. quæſt.* 24. *Salycet. in l. Dudum ſub n.* 7. *C. eodem Menoch. de Arbit. caſ.* 202. *ſub n.* 9. *Bertazzol. de clauſulis clauſ.* 7. *gloſſ.* 10. *num.* 3. firmavit *Rot. coram Bich. deciſ.* 165. *n.* 10.

Non ſuffragante aſſertione jurata Minoris,
emiſſa in eodem contractu ſuper defectu alio-
rum Agnatorum, vel Cognatorum proximio-
21 rum, nam non adimpleta forma à Statuto
præſcripta, ex ipſius diſpoſitione juramentum vi, metu, fraude, dolo, & circumventione extortum præſumitur, & ſic inefficax reputatur talis aſſertio *Ruin. conſil.* 95. *n.* 8. *verſic. Nec obſtat volum.* 5. & reſpondit *Rot. in recent. dicta deciſ.* 232. *num.* 2. *verſic. Non obſtante cum ſeq.*
Ultra quod ſicut non poteſt contrahere, ita
22 nec aſſerere aliquid, per quod contractus va-
lidetur, ut cumulatis concordantibus reſpondit *Rot. in recent. deciſ.* 443. *num.* 5. *cum ſeq. par.* 13. Alioquin de facili fieret fraus Statuto *Cravett. conſil.* 175. *num.* 2. *in fine, &* 4. *Vrceol. conſultat.* 63. *num.* 2. *&* 3. *tom.* 2. & advertit *Rota coram recol. mem. Coccin. deciſ.* 903. *n.* 14.

Circa hanc materiam ſunt tres principaliores controverſiæ, nempè primò cui incumbat onus probandi exiſtentiam, vel defectum Agnatorum proximiorum, ſecundò quomodo probetur; & tertiò quid agendum, ſi exiſterent, ſed diſſentirent.

Quoad primum, planum eſt, ad impugnantem contractum, tanquàm fundamentum ſuæ intentionis, ſpectare probationem, non ſolùm
exiſtentiæ de tempore contractus; verùm etiam
23 quod tunc potuiſſet commodè intervenire,
probando habilitatem, tam naturalem, ſcilicet

Digitized by Google

ſanitatem, quàm accidentalem, id eſt caren-
tiam impedimenti, ut docent *Cuſtr. conſ. 124.
num. 2. verſ. Secundo videndum lib. 1. Corn. conſ.
316. nu. 32. cum ſeqq. lib. 1. Manent. conſ. 32.
num. 21. lib. 1. Vrceol. citat. conſultat. 28. num.
3. & 7. Couciol. ad ſtatut. Eugub. lib. 2. Rubr. 56.
nu. 23.* & reſpondit *Rota coram recol. mem. Coc-
cin. deciſ. 433. num. 4. verſ. Neque relevat.*

Advertendum tamen, quòd circa onus pro-
bandi habilitatem accidentalem, res non tran-
ſit ſinè controverſi:, cum non ſinè maximo fun-
damento contra-ium firmaverit *Adden. ad Lu-
24 dovis. deciſ. 406. nu. 19. verſ. Advertendum ta-
mèn eſt* ſequendo *Rotam in rec. deciſ. 713. par. 2.*
repetita *coram recol. mem. Coccin. deciſ. 903. n. 11.
cum ſeq. coram Dunozett. d. deciſ. 676. num. 39.*
& admittit *coram Bichio dec. 165. n. 18. & 19. in
fine coram Ninot. dec. 3. n. 3. verſ. Reſultat cum ſeq.*

Imò quatenùs etiam allegatum fuiſſet ali-
quod impedimentum in die celebrati contra-
25 ctus, adhùc actus non ſuſtineretur, dùm non
conſtet, hujuſmodi impedimentum diù dura-
turum fore, nàm debuiſſet differri ſtipulatio
ad diem ſequentem, ad tradita per *Tiruquell.
de leg. Connubial. Gloſſ. 8. num. 6. cum ſeqq.* & do-
cent *Adden. ad Ludoviſ. loc. cit. eodem verſ. Ad-
vertendum in fine, Rota coram Dunozet. d. de-
ciſ. 676. n. 41. cor. Ninot. dec. 3. n. 5. in rec. deciſ. 232
num. 6. verſ. Quinimò cum ſeq. par. 12. deciſ. 443.
nu. 8. par. 13.*

Undè docto per Minorem de exiſtentia, &
habilitate naturali, innitens contractui debet
probare prætenſum impedimentum accidenta-
26 le, ne dum adfuiſſe, ſed tale, quòd longo tem-
pore durante poterat, Conſanguineum impe-
diendo, quin poſſet brevitèr ſperari illius præ-
ſentia in contractu, cum impedimenta acci-
dentalia regularitèr non ſint diù duratura, ut
reſpondit *Vrceol. allegat. conſultat. 28. num. 11.
verſ. Quantum cum duobus ſeqq. Rota coram recol.
me. Coccin. d. deciſ. 903.* paritèr *num. 11. cum
duob. ſeqq. repetita in rec. deciſ. 677. par. 3.*

Ad evitandam nullitatem reſultantem ex de-
fectu Conſanguineorum, mediante citatione
27 continente expreſſionem qualitatis contra-
ctus, cauſæ, loci, diei, & horæ, illi interpel-
landi ſunt, nàm ſi eſſet nimis vaga, & predi-
cta non compræhenderet, non ſuffragaretur
*Vrceol. conſultat. 28. n. 15. Rota in rec. deciſ. 203.
num. 2. cum ſeq. par. 4. tom. 2. deciſ. 443. num. 4.
par. 13.* ubi de nullitate contractus ob defectum
Conſanguineorum, qui citati fuerant pro ce-
lebrando contractu in certo loco, & poſteà ſe-
quuta illius ſtipulatio in alio diverſo loco *coram
Ninot. deciſ. 58. num. 2. verſ. Nec obſtat cum ſeq.
juncto nu. 7. verſ. Nec admiſſum cum ſeq.*

De qua citatione pro validitate contractus
doceri debet concludentèr, vel per regiſtratio-
28 nem factam in eodem inſtrumento, prout fie-
ri ſolet, ad tollendam omnem difficultatem
*Pit. ad ſtatut. Vrb. d. cap. 151. Gloſſ. 19. nu. 16.
Rota coram Dunozet. jun. d. deciſ. 676. nu. 44.*

Uel aliunde, quàm per aſſertionem contra-
29 hentium, quorum aſſertioni etiam juratæ non
creditur, ut proſequitur *Rota coram Dunozet.
eadem deciſ. 676. nu. 45.*

Quotiès autem fuerint citati, ſi comparue-
rint, & eorum conſenſum præſtare recuſave-
rint, cauſa recuſationis debet examinari, ut
30 aliis relatis firmat *Manent. deciſ. 57. nu. 5.* quæ
ſi injuſta, & irrationabilis detegatur, tunc fa-
31 cta mentione illorum recuſationis, loco eo-
rum alii proximiores in gradu adhibentur, abſ-
que eo quod Judex teneatur interloqui ſuper
injuſtitia cauſæ, ut docet *Menoch. de arbitrar.
d. caſ. 211. ſub num. 9. verſ. Exiſtimo, Pic. cit.
Gloſſ. 19. eodem num. 16. Honded. conſ. 32. nu. 77.
juncto num. 96. & 103. vol. 1. Rota coram Bich.
deciſ. 165. n. 7. cum duob. ſeqq. juncto nn. 14.* ubi
concordantes. Nec ſufficiet ſola interpoſitio
decreti Judicis, quando ſtatutum copulativè
32 requirit tam conſenſum Conſanguineorum,
quàm decretum, cum Judex eo caſu non poſſit
proprias, & Conſanguineorum vices ſuſtinere,
ſed adhibendi ſunt alii Conſanguinei, vel decre-
tum alterius Judicis loco eorum, ut admonet
Menoch. d. caſ. 211. loc. cit.; ſecus verò ſi non
vigeat Statuti diſpoſitio, quo caſu Judicis de-
cretum ſupplet defectum Conſanguineorum
*Menoch. eodem caſ. 211. n. 9. Manent. d. deciſ. 57.
ſub num. 6.*

Si autèm rationabilitèr diſſentiant, tunc non
poteſt deveniri ad ſtipulationem Inſtrumenti,
adhibendo alios remotiores, *Honded. & Rota
33 coram Bich. loc. cit.*

Advertendum tandèm, quòd Curator, Agna-
ti, Cognati, & reſpectivè Vicini, qui ex diſ-
34 poſitione Statuti contractui, & obligationi
Minoris intervenerint, & conſenſerint, expreſ-
sè jurare debent, illi expedire, vel utilem fo-
re, non ſuffragantibus ad hunc effectum verbis
generalibus, nec illo cæterato *Conſentientium
&c.* cum eo caſu non ſit adimpleta forma, ſub
clauſula annullativa à ſtatuto præſcripta, quo
deficiente contractus eſt nullus, ut plenè reſ-
pondit *Rota coram Buratt. deciſ. 120. n. 3. verſ.
Defectus cum ſeq.*

Ultra decretum Judicis, de Jure communi
F requiritur cauſa, quæ individualitèr exprimi,
35 & per Judicem inquiri, ac diſcuti debet, tàm
in alienatione rerum Minorum, *l. prima in
princ.* ibi: *Scilicet per inquiſitionem Judicis, &
probationem cauſæ, interpoſitionemque decreti,
C. de adminiſtr. Tut. l. Ob. æs, C. de præd. Min.*
ubi Scribentes *Gloſſ. in l. Magis puto, §. Non
paſſim, ff. de reb. eorum qui ſub Tutel. Pic. ad Stat.
Vrb. lib. 1. cap. 151. Gloſſ. 22. n. 2. Rota poſt eum
deciſ. 32. cum ſeq. utrobique nu. 1. deciſ. 42. n. 24.
cum ſeq. coram Merlin. deciſ. 714. num. 37. juncta
deciſ. 737. num. 17. & in actu deciſ. 293. num. 5.
36 par. 15.* Quàm in permutatione, tranſactione,
& multo magis in donatione, & diſtractione,
quia Minor poteſt in his omnibus lædi, & de-
cipi, ſicut in alienatione ad *Text. in l. Non ſo-
lum C. de præd. Min. Soc. jun. conſ. 3. nu. 21. lib. 2.*
proſequitur *Pic. loc. cit. num. 3. & Rota* penès
eum *d. deciſ. 33. nn. 3.* alioquin captioſum cen-
ſeretur decretum, per Judicem interpoſitum,

&

37 & contractus coram eo potiùs ſuperficialitèr,
quàm ſubſtantialitèr geſtus, judicaretur, ut
cum *Bald. Alciat.* & *Bertazzol.* firmavit *Rota*
coram Merlin. d. decis.737. nu.17.

Quæ individualis expreſſio cauſæ requiritur
etiam in contractibus noſtrorum Minorum,
38 non obſtante, quod *Statutum ſupra lib. primo*
Rubr.21. ad quam ſe refert præſens *Rubrica*,
diſponat, cauſæ cognitionem præſumi interve-
niſſe ex dicto, & aſſertione Judicis, ibi: *&*
quod præſumatur hujuſmodi cauſæ cognitionem
interveniſſe, ſi hoc fuerit dictum, vel affirmatum
per Judicem, quod intervenerit in talis decreti
interpoſitione. Quia cum ſtatuta potiùs au-
geant, quàm diminuant ſolemnitates favore Mi-
39 norum, & ſic copulativè deſiderentur in alie-
nationibus, ac aliis præfatis eorum contracti-
bus, nedum Statuti, ſed etiam Juris commu-
nis ſolemnitates ſervandæ ſunt, quotiès ei non
fuit derogatum, ut reſpondit *Parìſ. conſ. 12.*
num.42. verſ. Nàm advertendum cum ſeq. vol.2.
Peregr. dec. Patav. 14. num.11. Rota in rec. de-
ciſ.293. num.10. verſ. Ceſſat par.15. Et cum præ-
dicta verba Statuti reſpiciant actum examinis,
40 & cognitionis, ſeu diſcuſſionis cauſæ facien-
dæ per Judicem, quod eſt, quid diverſum ab
individuali expreſſione ejuſdem cauſæ, quæ fie-
ri debet in ſtipulatione, ex firmatis per *Caſtr.*
conſ.38. ſub num.2. par.2. non cenſetur per ea-
dem verba derogatum neceſſitati ſpecialis ex-
preſſionis cauſæ, de Jure communi requiſitæ
ex *mox allegatis*, ſed ſolum diſpoſitum eſt,
quod circa cognitionem cauſæ ſtetur aſſertioni
41 Judicis, cui aliàs de jure non ſtaretur, prout
ſi per Judicem, vel Notarium in genere fuiſſet
dictum *cauſa cognita* reſpondit *Caſtr. d. conſ.38.*
num.2. verſ. In contrarium cum ſeq. quem ſequi-
tur *Simoncell. de decret. lib.3. tit.7. nu.24. verſ.*
de Jure etenim, & quod non ſtetur aſſertioni
Judicis in iis, quæ concernunt juſtificationem
42 ſententiæ, aliis relatis firmavit *Rota coram*
Card. Celſo decis.200. num.10. Ac poſſet contro-
verti cognitio cauſæ ob brevitatem temporis,
juxtà deducta ſupra ad d. *Rub.21.*

Ultra quod quotiès requiritur decretum Ju-
dicis copulativè, etiam deſideratur concurſus
43 cauſæ cum interpoſitio auctoritatis Prætoris,
ſeu Judicis ſemper intelligatur cum cauſæ co-
gnitione, ut ſequendo doctrinam *Bart. in l. Cum*
hi, §. Vult igitur num.1. ff. de tranſact. ducet *Si-*
moncell. de decret. lib.2. tit.1. nu.32.

Alioquin ſi permitteretur Judici interpoſitio
decreti in contractibus Minorum cum ſola aſ-
44 ſertione, quòd ipſe habuerit ſufficientem
cauſæ cognitionem abſque illius explicita ex-
preſſione, ſicuti præcluderetur via impugnan-
di contractum ex falſitate, vel minus ſubſiſten-
ti, ſeu defectu congruitatis cauſæ, quod ab-
ſurdum eſt evitandum, ut advertit *Pic. d. Gloſſ.22.*
num.4. Rota coram Merlin. decis.714. num.36. &
decis.737. num.15. verſ. Satisfactum; Ita dare-
tur anſa, & occaſio variis fraudibus, & dam-
nis in præjudicium Minorum, cui paritèr eſt
ſuccurrendum, ea vulgatis.

Ex quibus reſultare videtur, quod non ità
facile amplectenda ſit opinio *Rotæ in Bononien.*
Indemnitatis 30. Januarii 1651. coràm Reveren-
45 *diſs. Albergato confirmata in rec. decis.151. n.2.*
verſ. Non obſtat par.11. firmantis in terminis
Statuti Bononiæ, ibi non requiri cauſam in
contractibus Minorum; cum contrarium ex
prædictis ſit verius, prout etiam firmavit *Rota*
in rec. d. decis.293. num 10. verſ. Ceſſatque cum
ſeq. par. 15.

Et ex eiſdem fundamentis paritèr videtur
forſan indigere novo examine *Illuſtriſſimorum,*
& Reverendiſſimorum Patrum, quorum rectiſ-
ſimum judicium ſemper veneratus ſum, & ve-
venerabor, *aliæ deciſiones in rec. decis.43. nu.3.*
verſ. Et in omnem cum ſeq. par.18. tom.1. & in
Bononien. Affrancationis 23. Februarii 1674. co-
ram Reverendiſſimo Bourlemont, §. Secundum,
in quibus firmatum fuit, adhibitam fuiſſe co-
46 gnitionem cauſæ, attentis illis verbis: *præ-*
habita matura cauſæ cognitione, & ſufficienti in-
formatione ſuam, & S. R. E. & Communis Bo-
noniæ auctoritatem, & decretum interponen., &
præſtan., dùm non eſt attendenda aſſertio Judi-
cis, ſed individualis expreſſio cauſæ requiri-
tur, *ex ſupra allegatis*.

In obligatione tamen perſonali Minoris de
47 Jure communi cauſa non requiritur, ut fir-
mat *Surd. decis.287. num.10. cum ſeqq.* ſubdens,
quod ſi ex contractu fuerit læſus, competit re-
48 ſtitutio in integrum, & reſpondit *Rota in rec.*
decis.43. num.3. par.18. tom. primo; Verùm id
non procedit ex diſpoſitione noſtri Statuti,
49 cum in eo expræſsè comprehendantur etiam
obligationes Minorum.

Ad hoc autèm ut cauſa ſit ſufficiens ad obli-
gandum ex diſpoſitione noſtri Statuti, requi-
50 ritur expediens, vel utilis, *ibi expedire, vel*
utilem fore; Expedire autem reſpicit utilita-
tem, ut notat *Gloſſ. in cap. Cum expediat verbo*
cum expediat de election. & elect. poteſt. in 6. Et
comprobatur ex illis verbis: *expedit Reip. ne*
51 *ſua re quis malè utatur*, de quibus in *§. Sed &*
major Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Juris,
ob utilitatem reſultantem Principi, cujus in-
tereſt locupletes ſub ſe habere ſubjectos, *§. Con-*
52 *ſideravimus col.3. Auth. Ut Judices ſinè quo ſuf-*
frag. fiant, & notat *Gloſſ. in d. §. Sed & major*
verbo malè.

Niſi (prout verius videtur) potiùs prædi-
ctum verbum *expediat* interprætetur pro cauſa
53 honeſta, prudenti, & laudabili, præſertim
habente naturalem ſtimulum naturæ, cujus
exempla refert *Card. de Luca de alienat. & con-*
tract. prohibit. diſcurſ.33. ſub num.27. cum ſeq.
Rota coram Dunozet. Jun. decis.844. nu.13. cum
duobus ſeq. coram Ottbob. decis.183. n.25. in fine
cum ſeq. Maximè ponderando, quòd Statutum
ſervatis ſolemnitatibus, ibidem præſcriptis,
54 expreſsè permittit Minori renunciare, dona-
re, & fidejubere, qui contractus de eorum
natura ſunt damnoſi, ut in terminis ſtatuti Ur-
bis, recedendo ab antecedenti opinione, reſ-
pondit *Rota in rec. decis. 619. nu.5. par.1.* repe-
tita

Digitized by Google

tita penès *Pacific. de Salvian. deciſ.56. num.11. cum ſeqq. coram Dunozett. d. deciſ.844. loc. cit. coram Peutinger. deciſ.338. n.4. in rec. deciſ.331. num.13. par.17.*

Animadvertendum tamen, quòd cauſa in contractu expreſſa licèt non debeat eſſe utilis,
55 requiritur, quod ſaltèm non ſit damnoſa, & præjudicialis *Rota coram Bich. deciſ.240. nu.20. coram Priolo deciſ.324. num.8. cum ſeq. in rec. dec.63. num.3. cum ſeq. par.12.*

Hinc fidejuſſio facta abſque relevatore, tan-
56 quam damnoſa, non valet *Rota coram Ludoviſ. deciſ.333. nu.5. cum ſeq. coram Priol. d. deciſ.224. n.10. in rec. deciſ.48. num.23. par.8.*

Minore cum alio Minore contrahente, re-
G gularitèr non requiruntur ſolemnitates Statu-
57 tariæ, alioquin neceſſariæ in contractibus Minorum, cum inter eos conquaſſentur privilegia *Laderch. conſ.66. nu.1. cum ſeq. Adden. ad Ludoviſ.164. num.12. & ad Buratt. deciſ.480. num.25. cum ſeq. Conciol. ad ſtatut. Engub. lib.2. Rubr.56. nu.30. Rota diverſ. deciſ.557, & deciſ. ſeq. utrobique num. primo coram recol. memor. Coccin. deciſ.934. num.2. coram Penia dec.1049. num.5. verſ. Poſtremo ſecundum impreſſ. Lugdunen.*

Quod non procedit, quando unus agit de damno evitando, & alter de lucro captando,
58 nam agens de damno evitando poteſt opponere defectum ſolemnitatum Statuti, juxta *Text. in l. Verum 12. §. Item quæritur, l. Si minor 35. ff. de minor.* & declarant *Adden. ad Ludoviſ. & Conciol. loc. cit. Adden. ad Buratt. loc. cit. num.24. Pic. ad Statut. Urbis Gloſſ.7. nu.83.* Rota penès *Salgad. labyrint. credit. deciſ.63. n.2. coram Coccin. d. deciſ.934. num.4. coram Cerro deciſ.298. num.9.* Ac ei datur reſtitutio adverſus alium Minorem, *Aadreol. controv. 111. num.5.*

Et ſi ex utraque parte ratio damni vigeret, adhùc pro nullitate obligationis ejus, qui patitur gravius damnum, reſpondendum eſt, ut
59 firmavit *Rota coram Bich. deciſ.229. num.35.* Prout etiam ad hunc effectum melior cauſa reputatur ejus, qui convenitur, & Rei partes ſuſtinet *Peregr. conſ.77. ſub num.39. vol. primo, Rota coram Ludoviſ. deciſ.473. num.14.* & penès *Salgad. allegat. deciſ.64. num.3. coram Eminentiſs. Cerro dicta deciſ.298. num.8. coram Bichio deciſ.229. num.35. in fine cum ſeq.*

Ceſſat hæc diſputatio in terminis noſtri *Statuti*, cum expræsſè diſponat, eaſdem ſolemni-
60 tates requiri in contractu facto cum quacunque perſona, etiam cum Minore, ut in terminis *Conſtitutionis Ægidianæ* expreſsè comprehendentis contractus Minorum, celebratos cum quibuſvis Univerſitatibus, Collegiis Communitatibus, & quibuſcunque perſonis, animadvertit *Boccacc. in Comentar. ſuper dicta Conſtit. Gloſſ.6. num. primo cum ſeq.* reſpondit *Rota coram Eminentiſs. Cerro deciſ.298. num 3. cum ſeq. coram Otthob. deciſ.215. num.4. cum duobus ſeq.* quamvis ſufficeret, quòd ſtatutum inhabilitaret perſonas Minorum ad contrahendum, nulla habita ratione contrahentium cum eis, ut requirerentur ſolemnitates *Rota coram Otthob. & Cerro in deciſ. mox allegatis.*

Excipitur à noſtro *Statuto* obligatio facta
H à Minore pro dote, ſed quatenus de hoc non fuiſſet diſpoſitum, ejus obligatio non ſervatis
62 ſolemnitatibus in eorum contractibus requiſitis non ſuſtineretur, nam requirente Statuto, ſeu Conſtitutione certas ſolemnitates in contractibus Minorum, comprehenditur etiam obligatio ex cauſa dotis, cum in hoc dos non reperiatur ſpecialitèr privilegiata, ut reſpondit *Dec. conſ.5. per tot. & Rot. coram Bichio deciſ. 229. num. 26.* cum aliis adducendis infra *in Obſer. ad lib. 7. Rubr. 25. num. 53.* Quod non procedit, quando agitur de obligatione ex cauſa neceſſaria contracta, ad quam Minor ex diſpoſitione legis, vel hominis compelli poterat, cum hæc a Statuti diſpoſitione circa ſolemnitates ſervandas in contractibus Minorum eximetur, non quidem ex privilegio dotis, ſed neceſſitatis ratione; Secùs verò ſi obligatio voluntariá facta fuerit, ut concordantibus cumulatis, & diſtinguendo reſpondit *Rota in recent. deciſ. 262. num. 5. par. 9. & coram Cerro deciſ. 907. num. 4. cum ſeq. repetita in recent. deciſ. 293.* paritèr *num. 4. cum ſeq. par. 15. & coram Coccin. deciſ. 433. num. 3.* ubi de augmento promiſſo à Muliere.

Hinc ſuſtinetur etiam obligatio facta pro reſtitutione dotis, quotiès cum effectu fuit recepta, ex quo oritur neceſſitas reſtitutionis, ſecùs verò quando non apparet de vera, & actuali ſolutione, ſed ſolum conſtat de ſimplici confeſſione de recepto, ut diſtinguendo reſpondit *Rota in recent. deciſ.126. num.55. in fine cum duob. ſeqq. par.12.*

Quotiès Minor ratione ſui officii tacitè, vel expreſsè obligatur favore Reipublicæ, ſeu
63 Communitatis, non poteſt excipere de nullitate ex defectu ſolemnitatum Statuti, ut expreſsè diſponitur in noſtro *Statuto*, & firmat *Bald. Novell. de dot. par.6. privil.48. ſub num.2. verſ. Nam etiam* quem refert *Rota in recen. dec.3. nu.19. verſ. Non obſtat par.19.*

Liber homo ſe obligans ſua vita durante alteri inſervire, non tenetur promiſſa ſervare,
64 cum ſapiat ſervitutem, quæ homini libero im-
K poni non valet, ut docet *Gloſs. in l. Poſt certi 36. C. de liberal. cauſ. ſarmient. ſelect. ſent. lib.7. cap.1. num.38. Azendan. de cenſib. cap.58. num.26.* & faciunt tradita per *Rot. in rec. deciſ.12. num.16. & dec.270. num.12. par.8.*

Contrarium tamen, quod ejus obligatio valeat, cum poſſit ſe liberare à præſtatione facti,
65 & ſic ab illa ſervitute, ſolvendo intereſſe, vel ſubſtituendò alium æquè idoneum, tenet *Gloſs. in l. Omnium 3. verbo reverti ff. de uſufruct. & quemad. quis utatur, & in l. Antiquitas verbo nunquam de uſufruct. & habit.* ibique *Gloſſella marginalis*, & hanc communitèr amplecti tradit *Oinotom. ſuper inſtit. §. final. num.7. de jure perſonar.* plenè reſpondit *Burſatt. conſ.204. num.22. cum duobus ſeqq. vol.2.* & aliis relatis hanc opinionem

nionem

nionem dicit veriorem *D.Pacion. de loc. & con-
duct.cap.15.num.3.cum ſeq.* cum aliis relatis *per
Vela diſſertat.35.num.59.tom.2.*

Verùm declara, primam opinionem proce-
66 dere in promiſſione operarum officialium;
vel obſequialium, quæ etiam jurata, & non
obſtante quavis conſuetudine de Jure non te-
net; Secundam verò in promiſſione operarum
artificialium, in ſolo artificio conſiſtentium,
quæ ad perſonale miniſterium non ſpectant,
ſed opus dumtaxat juxta cujuſque artem fa-
ciendum reſpiciunt, prout ea, quæ à Sutoribus,
Fabris, Lanificibus, Pictoribus, Scriptoribus,
aliarumque artium, vel diſciplinarum peritis
præſtantur, ut diſcuſſo articulo, & concor-
dantibus cumulatis diſtinguendo firmat *Vela
loc.cit.ſub nu.60.cum pluribus ſeqq.*

Limitatur tamen, quoad promiſſionem ope-
rarum perſonalium officialium, & obſequia-
lium ob publicam cauſam, quæ ſemper potior
eſt, eique cæteræ omnes cedunt, etiamſi à na-
turali jure profluant, vel favore Eccleſiæ, vel
Religionis, in qua quis profeſſus eſt, ut plenè
firmat *Vela* ubi ſupra *num.71.cum ſeqq.*

Minor locare, & conducere an, & quando
67 validè poſſit, non ſervatis ſolemnitatibus Sta-
L tuti, in ejus alienationibus requiſitis, vide
*Narbon.de ætat. ann.25.qu.9. & 10.D.Pacion.de
locat.& conduct.cap.6. num.16. cum ſeqq. Rota
coram Pentinger.deciſ.494.num.7.cum ſeq.* ubi de
filio fam.

An autem Doctor ætate minor, non ſervatis
ſolemnitatibus Statuti, poſſit validè contrahe-
68 re, & ſe obligare vide, ommiſſis antiquioti-
bus, *Baron.de effec.min.ætat.effect.1.nu.691.cum
ſeqq. Groſs.de min.ætat.quæſt.53.Card.de Luca de
alienat. & contract.prohibit. diſcurſ.30.Illuſtriſs.
Roccham Epiſcopum Iſelanum diſput. ſelect.tom.2.
cap.113.num.primo cum ſeqq.* ubi reſpondit pro
validitate promiſſionis dotis, factæ per Fra-
trem Doctorem Minorem Sorori, *Rot.in recen.
deciſ.59.par.18.tom.primo.*

Quid dicendum verò de Minore Mercatore,
69 vide *Pic.ad Stat.Urb. Gloſs.7.num.291.cum ſeq.
Card.de Luca de alienat. & contract. prohibit. di-
ſcurſ.34.Merlin.de pign.lib.2.quæſt.77.num.7.Rot.
in recent.dec.284.par.9. tom.primo in Terracinen.
Pecuniaria 25.Junii 1655.coram Veroſpio impreſ-
ſa penes Melium obſerv.forenſ.deciſ.125.n.6.*

Pro Coronide hujus *Rubricæ* advertendum
eſt, contractus ſtipulatos ſervatis ſolemnita-
70 tibus à noſtro *Statuto* præſcriptis valere,
etiamſi non concurrat inſinuatio, à *Conſtitutio-
ne Ægidiana* requiſita in contractibus Mino-
71 rum quæ habet locum in toto Statu Eccle-
ſiaſtic,o ob extenſionem *Summi Pontificis Pau-
li III. Rota coram Bichio deciſ.200. num.4. in re-
cent. deciſ. 610. num.primo cum ſeqq. ubi de Pro-
vincia Romandiolæ par.4.tom.3. deciſ.107.nu.16.
par.15.deciſ.226.num.9.par.17.*

Nam licèt Statutum particulare loci, requi-
rens certas ſolemnitates in contractibus Mino-
72 rum, non cenſeatur tollere alias ſolemnitates,
& ſic inſinuationem à prædicta *Conſtitutione*
requiſitam, cum utraque diſpoſitio ad eundem
finem tendat, nè ſcilicèt fraudes committan-
tur, *Dec.conſ.100.ſub num.primo verſ.Sed tamen
hoc non obſtante Aldovin. conſ.primo num.84.Ci-
roch.diſcept.45. num.33. Rota coram Ludoviſ. de-
ciſ.260.num.4.*

Attamèn id procedit, quando utraque eſt
73 inſimul compatibilis; Secùs verò quando eſt
incompatibilis, juxtà doctrinam *Bart. in leg.
prima §.Hoc autem Edictum nu.7. ff. de nov.oper.
nunc.Surd.conſ.568.n.8.Ciroch.d.diſcept.45.n.34.
juncto diſcept.70.num.12.*

Compatibile enim dicitur *Statutum* parti-
culare cum *Conſtitutione Ægidiana*, quando
74 illud diſponit, quod quis non poſſit contra-
here ſine certis ſolemnitatibus, quia exindè
reſultat, quòd actus alitèr factus non valet,
non tamen quod ſuſtineatur tali forma ſerva-
ta: Incompatibile verò cenſetur quotiès Sta-
tutum, prout noſtrum, diſponit per orationem
negativam, & deindè ſubdit dictionem *niſi*,
cum juxta virtutem duarum negativarum di-
75 ſpoſitio reſolvatur in affirmativam, & perin-
dè fit, ac ſi dictum fuiſſet, quod ſervata for-
ma Statuti contractus valeat, juxta *Text. in l.
Duobus negativis 138. ff.de verb.ſign.* & ſequen-
do doctrinam *Bart.in l.Actione num.primo C. de
tranſact.* firmant *Gabriel.conſ.109.num.1.vol.pri-
mo, Menoch. conſ.801. num.57. juncto conſ.989.
num.11. Gratian.diſcept.9.num.25.verſ.Quia cum
ſeqq. & diſcept.474.num.3.cum ſeq. Ciroch.diſce-
ptat.45.num.35.Rota coram Buratt.deciſ.333.n.6.
cum ſeq. coram Seraphin deciſ.343. num.3.in rec.
deciſ.107. num.21. par.15. deciſ.398.num.6. cum
ſeq.juncto num.15.cum ſeq.par.19.* quidquid di-
xerit *Rota in recent.deciſ.322.num.8.par.14.* quæ
emanavit unica tantum Parte informante,
nec deducta prædicta incompatibilitate noſtri
Statuti cum *Conſtitutione Ægidiana*.

Prout etiam eſt incompatibile, quotiès *Sta-
76 tutum* decernit, quod ſervatis certis ſolemni-
tatibus contractus ſit validus, aç executioni
demandandus, ut reſpondit *Rota in recent. de-
ciſ.145.nu.28.par.6.* vel quod contrahentes ſint
tuti, & ſecuri, ut reſpondit *Rota in rec.dec.107.
num.22.par.15.*

Sæpè deducitur, quod ſolemnitas inſinua-
tionis, alioquin requiſita ob compatibilitatem
Statuti cum *Conſtitutione*, contraria conſuetu-
77 dine, & ſtylo ſit ſublata, adeòut ibi talis
Conſtitutio non fuerit uſu recepta, ſed ad hunc
effectum non ſuffragatur ſimplex atteſtatio ex-
78 trajudicialis Curialium Loci, *Rota coram Lu-
doviſ.d.deciſ.260.num.5.in recent.deciſ.610.nu.6.
par.4. tom.3.deciſ.389. num.18. cum ſeq. par.19.*
ſicuti non ſufficeret, ſi diceretur, aliquos con-
tractus non fuiſſe inſinuatos, niſi etiam pro-
baretur, quòd illis, non obſtante defectu in-
ſinuationis, fuerit data fides in contradictorio
judicio, tanquàm legitimè ſtipulatis, ut re-
ſpondit *Abb.conſ.53. ſub num.primo par.2.Natt.
conſ.574.num.14.Purpurat.conſ.565.num.3. Rota
coram Pamphil.deciſ.255.num.2.*

Ac fuerint tot inſtrumenta celebrata abſque
inſi-

inſinuatione, ut potuerit induci notitia, & conſenſus totius Populi, requiſita ad abrogandas leges *Abb. loc. cit, Purpurat. d. conſ. 565, eodem num. 3. verſ. Et quod talis actus*, quos ſequuta fuit *Rota coram Pamphilio*, ubi ſupra *num. 3.*

Imò nec etiam probatus non uſus hujuſmo-
79 di *Conſtitutionis* relevaret, niſi data ſcientia Papæ, qui illam confirmavit, ſtante decreto irritanti, & clauſula ſublata, in ea appoſita, quæ operantur, ut nec per Statutum, nec per conſuetudinem, vel non uſum, aut contrarium uſum tolli ſeu abrogari poſſit *Felin. in cap. Cum acceſſiſſent num. 30. verſ. Quarto limita de conſtit. Boccac. ſuper eadem Conſtit. Marchiæ Gloſs. 13. numer. 43. Rota in recent. deciſ. 610. num. 7. cum duobus ſeqq. par. 4. tom. 3.*

Sed quia daretur ampliùs aditus multis controverſiis in Regione ſuſcitandis, ſi ob defectum inſinuationis contractus judicarentur
80 nulli, proindè ad tale inconveniens evitandum, ponderandum eſt, an ea omiſſa adhùc contractus poſſit ſuſtineri, ad tradita per *Rot. in rec. par, 14. dec. 473, num. 16.*

ADDITIO AD RUBRICAM XVII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Obligatio mulieris nulla eſt non ſervatis ſolemnitatibus Statuti ipſo jure.
2 Renunciatio ſucceſſionis facta à muliere minore abſque cauſa eſt nulla.
3 Etiamſi expreſſa eſſet cauſa conſervandi agnationem, & propter dotem de paragio, ſi non ſit vera.
4 Proximiores, qui tales ſint ratione ſucceſſionis adhibendi ſunt in contractibus mulieris.
5 Aſſertio jurata mulieris, & minoris in contractu facta ſuper deficientia proximiorum, qui interveniri poſſent non attenditur.
6 Proximiorum impedimentum quando eſt accidentale, nec diù duraturum ſtipulatio contractus mulieris, & minoris debet transferri.
7 In citatione facienda Conſanguineis pro interventu contractui mulieris, vel minoris exprimi debet locus, dies, hora, & qualitas contractus ſaltèm in genere.
8 Curator deputatus vigore Statuti, ſi non affirmavit cum juramento contractum non tendere in damnum mulieris, ſeu minoris, contractus eſt invalidus.
9 Cauſa in Contractu minoris requiritur cauſa individualis, quæ à Judice debet diſcuti, & quarè *num. 11.* & opinio contraria reprobatur *num. 12.*
10 Concurſus Cauſæ requiritur, quando Judicis decretum requiritur in contractu minoris.
13 Cauſa in contractu minoris debet eſſe utilis, vel expediens.
14 Minor donare non poteſt. Limita *num. 16.*
15 Nec cum decreto Judicis, & auctoritate Curatoris.
17 Cauſa continens commodum minoris donantis, & liberalitatem excludens, vel reſpiciens præciſam neceſſitatem requiritur.
18 Cauſa in Contractu minoris requiritur utilis, vel ſaltèm non damnoſa.
19 Solemnitates requiſitæ ab *Ægidiana* in Contractibus minorum non exiguntur, quando Statutum eſt cum ea incompatibile.
20 Statutum incompatibile quando dicatur cum *Ægidiana*.

Num. 2. Obligatio Mulieris non ſervatis ſolemnitatibus requiſitis eſt nulla, * & ceſſat omnis effi-
1 cacia obligationis Cameralis in ea appoſita, ut tradunt *Caſtald. Conſult. 59. num. 12. Urceol. conſult. 44. num. 2. cum ſeqq.* & me hic allegato *Rota in Verulana Cenſus 7. Mart. 1712. cor. R. P. D. Falconerio §. Hinc.*

Num. 3. Renunciatio ſucceſſioni facta à muliere minori abſque Cauſa ex diſpoſitione noſtri *Sta-*
2 *tuti* * eſt ipſo jure nulla ut reſpondit *Rota in Faventina Fideicommiſſi, & Tranſactionis 19. Februarii 1714. §. Subſtitutio coram R. P. D. Criſpo.* Et ſi cauſa conſervandi agnationem, & propter dotem de paragio fuerit expreſſa, * ſi non
3 ſubſiſtit, idem eſt ac ſi non fuerit appoſita, ut reſpondit *Rota in dicta Faventina 19. Februarii §. Statutaria cum ſeq.* in cujus caſu utraque excludebatur.

Nu. 18. Adhibendi ſunt proximiores, qui tales ſunt
4 ratione ſucceſſionis * ut firmavit *Rot. in Romana Cenſus 17. Martii 1710. cor. R. P. D. Kaunitz §. Præſertim.*

Num. 21. Sola aſſertio jurata mulieris, & minoris ſuper deficientia proximiorum, qui commo-
5 dè intervenire * poſſent contractui non ſufficit ad validandum contractum cum eadem facilitate, qua mulieres, & minores ad contrahendum alliciuntur, præſumantur inducti etiam ad jurandum, & dixit etiam *Rota in Auximana Prædii 20. Martii 1705. §. Pront coram R. P. D. Orſuna.*

Num. 26. Quando impedimentum proximiorum eſt accidentale, nec diù duraturum debet ſtipulatio in aliam diem, & horam transferri, *
6 ut firmavit *Rot. in dicta Auximana Prædii §. Nec ſolemnitati verſ. Tùm etiam.*

Num. 27. In citatione facienda Conſaguineis, qui intervenire debent contractui exprimi de-
7 bet locus, dies, * & hora, necnon qualitas ipſius contractus, ut firmavit *Rot. cor. R. P. D. Anſaldo deciſ. 54. num. 23.* ubi ſubdit, quod ſi citatio continere deberet integrum contractum, vel inſtrumenti exarandi tenorem deſlecteret quodam modo in volumen.

Undè ſaltèm in genere debent certiorati de forma contractus celebrandi licèt totus tenor in citatione non ſit inſerendus ut firmavit *Rota in rec. deciſ. 203. num. 4. par. 4. tom. 2.*

Num. 34. Contractus eſt invalidus, ſi Curator depu-

Digitized by Google

deputatus non affirmavit prævio juramento
8 contractum * non tendere in damnum, ſeu præjudicium mulieris, ſeu minoris cui fuit deputatus ob defectum formæ à *Statuto* præſcriptæ ut me hic allegato reſpondit *Rota in Romana prætenſa nullitatis contractus* 20. *Junii* 1698. *coram R.P.D. Anſaldo §. Addebatur*.

*Num.*35. *cum ſeqq.* & firmavit etiam *Rota in Romana Cenſus* 21. *Januarii* 1707. *coram R.P.D. Molines §. Non obſtat*.

*Num.*38. *cum ſeqq.* circa individualem cauſam in contractibus minorum omninò neceſſariam ſequendo reſponſum *D. Advocati Calderoni in Cauſa Faventina* latè reſpondit *Balducc. ad Ramon. conſ.*96. *num.*42. *cum ſeqq. vol.*3. & me hic allegato *Rota in dicta Verulana* 7. *Martii* 1712. *coram R.P.D. Falconerio §. Et licet*.

Num. 43. Judicis decretum requirit copulativè
10 etiam cauſæ concurſum * uti firmavit *Rota in dicta Auximana §. Nec tandèm cor. R.P.D. Omagna*.

*Num.*44. Si non exprimeretur cauſa in contractibus minorum præcluderetur via impugnandi
11 contractus * quod non eſt permittendum, ut ſequitur *Conſtantin. in ejus obſervat. ad Statut. Vrbis Annot.*25. *art.*2. *num.*138.

*Num.*45. Eandem noſtram opinionem ſequutus
12 eſt *Balducc. ad Ramon. conſ.*96. * *cap.*2. *num.*90. *tom.*3. & *Conſtantin. art.*2. *num.*138. *cum ſeqq.*

*Num.*50. Cauſa in contractu minoris debet eſſe
13 utilis, vel expediens, * ut firmavit *Rot. in Faventina redditionis rationis* 11. *Januarii* 1706. *coram Eminentiſſimo Priolo §. Non obſtante*.

*Num.*54. Minor regularitèr donare non poteſt,
14 ut firmat *Antunez* * *Portugal. de donat. Reg. lib.*1. *in prælud.*2. *num.* 56.

Nec etiam cum decreto Judicis, & auctoritate Curatoris, ut proſequitur *Antunez* ubi ſu-
15 pra, * & reſpondit *Rot. coram Buratt. deciſ.*924. *num.*15. *coram Cavaler. deciſ.*268. *num.*5. *verſ. Tandèm in rec. dec.*306. *nu.*5. *par.*18.

Quod limitatur ob cauſam remunerationis, etiam bonorum immobilium ſervatis ſolemnitatibus
16 * requiſitis in alienatione, ut rejecta contraria opinione reſtringente iſto caſu facultatem donandi ſolum mobilia, vel immobilia deficientibus mobilibus tenet *Antunez loc. citat. nu.*56. *verſ. Tamen cum duobus ſeqq.*

Advertendo, quod qualibet cauſa non ſufficit ad ſuſtinendum contractum donationis mino-
17 ris, * ſed illa, quæ contineat commodum donantis, & liberalitatem excludat, vel reſpiciat præciſam neceſſitatem, propter quam quis ad donandum compellatur, cum tùnc dicatur ob cauſam ut firmat *Panimoll. dec.*53. *annot. prima num.*78.

*Num.*55. Cauſa in contractu minoris requiritur
18 utilis, vel ſaltèm non damnoſa, ut dixit *Rota in Faventina redditionis rationis* 20. *Martii* 1705. *coram R.P.D. Scotto §. Abſque eo*, ubi de liberatione Tutoris tanquàm donatione.

*Num.*73. Solemnitates requiſitæ ab *Ægidiana* in contractibus non exiguntur, quando Statu-
19 tum eſt * cum illis incompatibile, & dixit *Rota in Aſſiſien. Dotis* 22. *Junii §. Subſiſtentia coram R.P.D. Muto in Romana, ſeù Savonen. Succeſſionis* 13. *Martii* 1705. *coram R.P.D. Anſaldo §. Idque*.

*Num.*76. Præſcriptis per Statutum certis ſolemnitatibus iiſque ſervatis ſi illud mandet con-
20 tractum pleniſſimum ſortiri effectum * tunc dicitur incompatibile cum *Ægidiana* requirente inſinuationem, & firmavit *Rota in Foroſemponien. Legatorum Super reintegratione* 27. *Junii* 1712. §. *Placuit coram R.P.D. Aldrovando*.

De tenuta rei alienæ ſcienter non danda per debitorem creditori.

RUBRICA DECIMAOCTAVA.

STatuimus & ordinamus, quod nullus debitor ex quacumque cauſa, poſſit, audeat, vel debeat dare tenutam, vel pignus rei alienæ, vel ab alio poſſeſſæ ſuo creditori, ſcienter eam aſſignando, ſeu dando, ut propriam. Et talis debitor ſic dans, & aſſignans tenutam, ſeu pignus hujuſmodi, condemnetur in libris XXV. bononenorum ipſo facto Communi Faveñ. applicandis. Et hoc niſi ipſe creditor ſciret dictam rem eſſe alienam, vel ab altero poſſeſſam.

SUMMARIUM.

1 REs aliena vendi poteſt. Decl. num.2.
3 Res aliena hypotecari non poteſt. Decl. num. 4.
4 Hypoteca legalis conſtituitur ſuper re poſſeſſa à Debitore, etiamſi non conſtet de illius dominio.
5 Scienter vendens, & tradens rem alienam furtum committit. Decl. num. 7. & n. 9. Vide num. 8.
6 Scientèr emens rem furtivam, incidit in criminis ſuſpicionem.
10 Venditione rei immobilis alienæ, ſcienter facta, furtum non committitur.

OBSERVATIO.

REs aliena poteſt quidem vendi *l. rem alienam* 28. *ff. de contrahen. empt. Gloſſ. in l.*
1 *Si quis alienam* 47. *in fine, ff. de action. empt. Roland. conſil.* 60. *num.* 56. *cum ſeqq. volum.* 4. *Hermoſill. ad Lopez. in l.* 19. *tit.* 5. *part.*5. *gloſſ.* 1. *num.* 1. *tom.* 2. *Salgad. Labyrint. credit. par.*1. *cap.* 9. *num.*74. *Faiard. allegat. Fiſcal. par.* 1. *allegat.* 19. *num.* 10. *Rot. coram recol. mem. Coc-*

cin. deciſ. 208. *num.* 10. in præjudicium veudentis, qui tenetur ad damna, & intereſſe, ſecùs
2 in præjudicium Domini, qui poteſt eam ab emptore, unacum fructibus auferre, ſeu vindicare, ut firmat *gloſſ. in dicta l. Rem alienam* 28. *iu princ. Roland. ubi ſupra* latè *Scacc. de Commerc. & Camb. §. Primo quæſt.* 1. *num.* 556. *verſic. Primus caſus Hermoſil. ubi ſupra num.* 6. *Salgad. loc. cit. num.* 74. *cum ſeq., & Faiard. loc. allegat.* Non tamen res aliena poteſt hypotecari, ad
3 *Text. in l. Rem alienam*, 41. *ff. de pignorat. act. Gloſſ. in dicta l. rem alienam* 28. *ſub verbo dubitatio poſt med. D. Pacion. de Locat. cap.* 40. *num.* 88. *Salgad. dicto cap.* 9. *num.* 73. *& ſub num.* 80. *Rot. coram Coccin. loc. cit.* Intelligendo de hy-
4 poteca hominis, non autem legali, quæ conſtituitur ſuper re poſſeſſa à Debitore, etiamſi non conſtet de dominio illius, ſecundum communiorem opinionem, ut diſtinguendo docet *D. Pacion. ubi ſupra num.* 89. *Rot. coram recol. mem. Coccin. deciſ.* 1452. *num.* 14. *cum ſeqq.*

Quàmvis concello eo, quod eſt plus, nempè venditione, cenſeri debeat quoque conceſſum, quod eſt minùs, videlicèt hypoteca; Nam hypotecans tenetur conſtituere jus in re, quod fieri nequit in re aliena; Vendens verò non tenetur, niſi quandam aſininam poſſeſſionem tradere; & ſe de evictione obligare, quod eſt jus in perſona, ut egregiè declarando docet *Gloſſ. in cit. l. Rem alienam* 28. *verbo dubitatio.*

Adverrendo, quod rem alienam ſcientèr vendens, & tradens, ac pretium recipiens, furtum committit §. *Furtivæ quoque res*, ibi: *Nam qui ſciens alienam rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtum ejus committit Inſtitut. de uſucap. l. Alienum* 6. *C. de furt. Gloſſ. in l. Item ſi res ff. de alienat. judic. mutan. cauſ. fact. in verbo uſucaptæ in princ. verſic. ſic ergo videtur, & ſeq. Baiard. ad Clar. §. Furtum nu.* 8. *Tiraquell. de Jure conſtitut. poſſeſſ. par.* 3. *limit.* 26. *num.* 31. *cum ſeq. Farinac. de furt. quæſt.* 166. *num.* 12. *Berlich. concluſ.* 44. *num.* 25. *par.* 4. *Scacc. de Commerc. & Camb. §. Primo quæſt.* 1. *num.* 556. *verſic. Primus caſus eſt*, ubi quod vendens ſcientèr rem alienam, committit furtum,
6 & ſimilitèr emens ſcientèr rem furtivam, incidit in criminis ſuſpicionem. Non ſuffragante ad hunc effectum ſolo titulo venditionis abſ-
7 que traditione, ut præter *mox allegatos Hermonſill. loc. cit. num.* 9. *&* 13.; An autem pro traditione ſufficiat precarium, vel conſtitutum
8 examinat *Tiraquell. ubi ſupra Farinace. loc. cit. num.* 15.

Quod procedit in re mobili, ſeu ſe movente, in qua, cum concurrat contrectatio, com-
9 mittitur furtum, ut in his terminis loquitur *Text. in dicto §. Furtivæ*, quem in hoc propoſito allegat *Gloſſ. in dicta l. Item ſi res verbo uſucaptæ in princ. verſic. Sic ergo, & Gloſſ. in dicta l. Rem alienam* 28. *ſub verbo dubitatio ff. de contrahen. empt.* & de venditione ſervi loquitur *Text in dicta l. Alienum* 6. *C. de furt.* & latè declarat *Scacc. ubi ſupra Hermonſill. ad Lopez in l.* 19. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſſ.* 1. *num.* 3. *tom.* 2. Et ſi ceſſet contrectatio, utpotè quia venditor patiatur emptorem illam tollere, vel res jam ſit penès emptorem, non intrat furtum, ut notat *Gloſſ. in dicta l. Alienum, & in dicta l. Item ſi res ſub verbo uſucaptæ circa med. verſic. Sed ego dico Hermonſill. loc. cit. num.* 13. Non autem in ven-
10 ditione rei immobilis, quæ non poteſt contrectari, ut declarando firmat *Scacc. loc. cit. verſic. Secundus caſus eſt Hermonſill. loc. nunc allegat, num.* 12. *in fine, ac num.* 24.

ADDITIO AD RUBRICAM DECIMAOCTAVAM.

SUMMARIO. NON INDIGET.

Num. 6. Vide infra *Obſerv. ad Rubr.* 13. *num.* 14 *lib.* 4. *ibique Additionem.*

De viribus, probatione, & effectu confeſſionis extrajudicialis.

RUBRICA DECIMANONA.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod confeſſio facta extra judicium abſente Parte quibuſcumque de cauſis, & emanata ſuper quantitate lib. V. vel abindè infra, vel ſuper re ejuſdem valoris, ſi probata fuerit per unum teſtem, omni exceptione majorem, cum juramento Actoris jurantis de veritate dicti debiti, admittatur, & eandem probationem faciat, quàm faceret ſi facta eſſet Parte præſente, & acceptante. Si verò emanaverit ſuper quantitate excedente ſummam librarum quinque uſque ad quantitatem librarum XXV. bononenorum incluſivè, ſeu ſuper re ejuſdem valoris, tunc talis confeſſio probetur per duos teſtes omni exceptione majores. Si verò facta fuerit ſuper quantitate, vel re excedente quantitatem, vel valorem librarum XXV. uſque ad ſummam librarum centum bononenorum incluſivè, tunc probetur per tres teſtes idoneos. Si autem talis confeſſio facta fuerit de, & ſuper quantitate excedente ſummam librarum centum uſque ad quantitatem librarum trecentum bononenorum incluſivè, vel ſuper re ejuſdem valoris; tunc hujuſmodi confeſſio probari debeat per quatuor teſtes omni exceptione majores. Abindè verò probetur ad
nì-

Digitized by Google

minùs per quinque teſtes omni exceptione majores. Talis tamen confeſſio in omnibus caſibus prædictis roboretur, & firmetur juramento Partis, eidem deferendo ſuper veritate contentorum in dicta confeſſione. Et in omnibus, & ſingulis caſibus prædictis eundem effectum habeat talis confeſſio ſic probata, quem habet, & haberet confeſſio facta Parte præſente, & acceptante. Prædicta tamen non vendicent ſibi locum in aliqua confeſſione extrajudiciali facta, ſeu emanata in favorem alicujus Judæi, vel Uſurarii, aut cauſam habentis ab eis.

SUMMARIUM.

1 Confeſſio extrajudicialis emiſſa Parte præſente, probat, & nocet confitenti.
2 Eo magis acceptante.
Confeſſio extrajudicialis facta coram negotiorum Geſtore, Nuncio, ſeu Procuratore, dicitur facta Parte præſente, num. 1.
3 Confeſſio extrajudicialis, emiſſa Parte abſente, non probat, nec nocet confitenti de Jure civili, niſi pro ſemiplena probatione. Limita num. 6. 7. 8. 11. 12. 13. 14. & 15.
4 Jus Civile ſervatur in Urbe ex diſpoſitione *Statuti Urbis lib. 1. cap. 42.*
5 Confeſſio extrajudicialis, emiſſa Parte abſente, non probat, nec nocet confitenti, quando non agitur de confeſſione liberatoria, ſed obligatoria, ſeu condemnatoria.
8 Confeſſio extrajudicialis geminata, Parte abſente emiſſa, probat, & nocet confitenti. Declara num. 9. & 10.
16 Confeſſio extrajudicialis, emiſſa Parte abſente probat, ac nocet confitenti de æquitate canonica. Limita num. 17. 19. Decl. num. 20.
18 Æquitas canonica non habet certos terminos, à lege conſtitutos.
20 Confeſſio extrajudicialis probari debet ex depoſitione ſaltèm duorum teſtium conteſtium de loco, verbis, & tempore.
21 Confeſſio extrajudicialis non probatur ex teſtibus ſingularibus. Ampl. num. 22. & 23. Limita num. 24.
25 Confeſſio extrajudicialis non probatur ex depoſitione unius teſtis.

OBSERVATIO.

Confeſſio extrajudicialis emiſſa Parte præſente, probat, & nocet confitenti,
1 tam de *Jure Canonico*, quàm *Civili Cravet. conſil. 267. num. 1. juncto num. 16.* ubi de confeſſione facta coram negotiorum Geſtore, Nuncio, ſeu Procuratore, quod dicatur facta Parte preſente *Rot. in recent. deciſ. 58. num. 4. cum ſeq. par. 15. deciſ. 347. num. 7. par. 19.*

Eo magis acceptante, ut firmant relati per
2 *Surd. conſil. 60. num. 5. Dec. conſil. 146. num. 3. Cravett. conſil. 267. num. 1. Gratian. diſcept. 677. num. 51.*

Si verò emiſſa fuerit abſente Parte, tunc non probat, nec nocet confitenti de *Jure Civili*, niſi pro ſemiplena probatione *l. certum §.*
3 *Si quis abſente ff. de confeſſion. l. final. ff. de interrogat. act. Caſtrenſ. conſil. 296. num. 3. par. 1. Poſth. reſolut. 52. num. 1. cum ſeq. Rot. in recent. deciſ. 214. num. 10. deciſ. 256. num. 1. par. 6.* ac alibi paſſim.

Quod ſervatur in Urbe, attenta diſpoſitio-
4 ne illius *Statuti lib. 1. cap. 42. Rota coram Pænia deciſ. 430. num. 3. ſecundum impreſſ. Lugdunen. in recent dicta deciſ. 214. num. 11. deciſ. 256. num. 1. cum ſeqq. par. 6.*

Idque maximè procedit, quando non agi-
5 tur de confeſſione liberatoria, ſed obligatoria, ſeu condemnatoria, in qua ſtrictè eſt procedendum *Auth. rogati, & ibi Gloſſ. verbo confeſſioni verſic. Item nota C. de teſtib. Poſth. reſolut. 52. num. 17. Rota coram Pænia dicta deciſ. 430. num. 3.*

6 Limita primo, quando confeſſio non tendit ad obligandum, ſed ad probandum aliquid, ex qua probatione abſenti quæritur obligatio, nam tunc præjudicat, ut firmat *Afflict. deciſ. 375. num. 4. cum ſeq.*

Limita ſecundo, quando tendit ad liberan-
7 dum *Gloſſ. in Auth. rogati verbo confeſſioni C. de teſtib. ibique Caſtr. num. 2.*

Limita tertio, quando confeſſio eſt gemina-
8 ta & reiterata, nam tunc probat *Felin. in cap. Si cautio num. 39. cum ſeqq. de fide Inſtrumen. Caſtren. in l. Publica §. final. num. 5. ff. depoſit. Marſil. in Rubr. C. de probat. num. 91. Dec. conſil. 163. num. 2. poſt princ. verſic. Tertio reſpondetur, Marant. de ordin. judic. in 6. par. §. Quintus actus num. 15. Roman. conſil. 290. num. 7. Feuzon. ad Statut. Urbis lib. 1. cap. 179. num. 9. & 12. Rot. coram Arguelles deciſ. 8. num. 40.*

Quod intellige quoties geminatio, & itera-
9 tio eſſet plenè probata, ut reſpondit *Rot. coram Pænia dicta deciſ. 430. num. 10.*

Et non eſſet imperfecta, prout talis cenſetur, quando ſinè cauſa incidenter, & ad
10 alium finem emiſſa eſſet, quia tot ſpecialia geminatio ſupplere non valet, ut concordantibus relatis firmavit *Rot. coram Pænia dicta deciſ. 430. num. 12.* ubi notat, eo certiùs procedere, quando confeſſio tendit ad obligandum non ad liberandum.

Limita quarto, concurrentibus adminiculis,
11 *Afflict. deciſ. 375. num. 6. Rota coram Celſo deciſ. 386. num. 3. in recent. deciſ. 696. num. 4. par. 4. tom. 3. deciſ. 347. num. 23. par. 19.*

Limita quinto, quando redacta eſt in ſcriptis, vel libris debitoris, nam tunc probat de-
12 bitum *Theſaur. qq. forenſ. lib. 1. quæſt. 37. num. 4. verſic. Item eſt ſaltèm confeſſio Rot. in Albanen. Diviſionis 5. Decembris 1622. coram Pirovano.* Circa quam limitationem videndus *Surd. conſil. 60. num. 19. cum ſeqq.*

Limita ſexto, in confeſſione extrajudiciali,
13 facta in præſentia Judicis, *Theſaur. cit. quæſt. 37. num. 5. verſic. Item quia*, ubi ſubdit, id maximè procedere interveniente etiam Notario.

Limita ſeptimo in confeſſione jurata, ut fir-
14 mat *Felin. in cap. Si cautio num. 25. de fide In-
ſtrumen.*

Limita octavo in confeſſione emiſſa ad exo-
15 nerationem conſcientiæ, ut ſi quis, Parte ab-
ſente, bonam fidem agnoſcens, & pro ſuæ
conſcientiæ exoneratione fateatur ſe extorſiſſe
uſuras, vel habere tale depoſitum, vel ſimile
tallus fuerit *Maraut. de ordin. judic. in 6. par. 5.
Quintus actus num. 16. Mancin. de Confeſſion.
cap. 2. num. 42.*

De æquitate tamen Canonica confeſſio ex-
trajudicialis, etiam abſente Parte facta, pro-
16 bat, & nocet confitenti, quia ſecundum æqui-
tatem Canonicam ſola mens videtur ſufficere,
juxta veriorem communiorem, & receptiorem
opinionem, quàm relatis antiquioribus tenet
*Felin. in cap. Si cautio num. 27. de fide inſtrumen.
Dec. conſil. 163. num. 1. in fine Cravet. conſil. 267.
num. 1. Rot. coram Seraphin. deciſ. 486. num. 6.
coram Buratt. deciſ. 228. num. 3. cum ſeqq. co-
ram Bichio deciſ. 354. num. 13. cum ſeq. in recent.
deciſ. 214. num. 10. par. 6.*

Quod non habet locum, quando inciden-
tèr, & propter aliqd, ac ſinè cauſa emiſſa fuit,
17 non autem principaliter ad confitendum, &
ad inducendam obligationem, nam iſto caſu,
nec de æquitate Canonica probat, cum ple-
runque fiant abſque animi deliberatione cau-
ſa joci, vel jactantiæ, vel ſtudio benè, vel ma-
lè dicendi, vel ipſius ſolæ loquacitatis calore,
atque interdum cum mulierculis, vel inter
convivia, & comeſſationes, ut egregiè ani-
madvertendo firmant *Poſth. reſolut. 52. num. 18.
cum duobus ſeqq. Rot. in recent. deciſ. 466. nu. 4.
par. 3. deciſ. 52. num. 33. par. 15.* & de aſſeren-
te aliquem morigerum, & gratum in conſigna-
tione pecuniarum, quòd exindè non reſultet
confeſſio inducens obligationem, ſed ſolùm
commendationem, & collaudationem, reſ-
pondit *Rot. coram Pæuia deciſ. 430. ſub num. 4.
cum ſeq.* Proindè cum æquitas Canonica, in
qua fundata eſt hæc probatio, non habeat cer-
18 tos terminos à lege, conſtitutos, cautè pro-
cedendum, ac multum deferendum eſt Judicis
arbitrio in ponderandis facti circumſtantiis,
ut admonent *Poſth. & Rot. dicta deciſ. 466. &
deciſ. 52. in loc. mox allegatis, & coram Bich.
deciſ. 354. num. 14.*

Sicuti etiam non nocet ſi facta fuerit à Mu-
19 liere, in cujus contractibus, & obligationi-
bus requiruntur certæ ſolemnitates, nam ſi
non poteſt non ſervatis ſolemnitatibus Statu-
tariis obligari, multò minus ejus obligatio re-
ſultans ex ſola confeſſione extrajudiciali in ejus
prejudicium ſuſtinetur, ut firmavit *Rot. in re-
cent. deciſ. 52. num. 14. par. 15.*

Cæterùm advertendum, quòd ad hoc, ut
hujuſmodi confeſſio extrajudicialis probet, de-
bet de ea conſtare ex depoſitionibus ſaltem
20 duorum teſtium conteſtium de loco, & tem-
pore, ac verbis, alioquin nec de æquitate Ca-
nonica ſuffragatur *Caſtren. conſil. 296. num. 3.
par. 1. Pariſ. conſil. 60. num. 45. lib. 4. Afflict.
deciſ. 364. num. 4. verſ. tamen iſta confeſſio ibi-
que Urſill. num. 2. in fine Rot. coram Buratt. de-
ciſ. 113. ſub num. 34. in recent. deciſ. 466. num. 1.
par. 3. deciſ. 214. num. 12. par. 6.* Nam ex de-
poſitione duorum teſtium conteſtium de loco,
tempore, ac verbis reſultat plena probatio
Gratian. diſcept. 909. num. 2. & aliis relatis reſ-
pondit *Rot. in recent. deciſ. 347. num. 6. par. 19.*

Undè ex depoſitione teſtium ſingularium
non probatur *Gratian. diſceptat. 909. num. 6.
21 Fenzon. ad Statut. Urbis lib. 1. cap. 179. nu. 12.
Poſth. reſolut. 52. num. 7. Rot. in recent. deciſ.
466. num. 1. cum ſeq. par. 3. deciſ. 52. num. 11.
cum ſeq. par. 15.*

Quamvis eſſent mille, qui tantum probant,
22 quantum unus, ut notat *Specul. in §. Nunc vi-
dendum verſic. Item nota de Inquiſit.* quem ſequi-
tur *Bald. in l. Jurisjurandi nu. 9. C. de teſtib. Gra-
tian. diſcept. 909. eodem num. 6. Rot. dicta deciſ.
52. num. 2. par. 15.*

Ac etiam ſi teſtes ſint ſingulares ſingularita-
23 te adminiculativa, ut firmavit *Rot. coram Se-
raphin. deciſ. 1175. num. 5. coram Bichio deciſ.
354. num. 12.* contrarium tamen reſpondit *Rot.
in recent. deciſ. 87. nu. 4. par. 6.*

Et conſequenter eo minùs probatur ex te-
ſtibus ſingularibus ſingularitate obſtativa, ut
firmavit *Rota coram Bich. cit. deciſ. 354. nu. 12.
in recent. deciſ. 52. num. 2. par. 15.*

Concurrentibus tamen adminiculis proba-
24 tur ex depoſitione teſtium ſingularium *Rot.
coram Buratt. deciſ. 228. num. 3. coram Duran.
deciſ. 188. num. 4. cum ſeq.*

Minùs ex depoſitione unius teſtis probatur,
25 *Hieronym. Palma allegat. 68. num. 23. Rot. co-
ram Manzaned. deciſ. 639. num. 9. in recent. de-
ciſ. 406. num. 3. par. 2.*

Qualiter procedi debeat ad venditionem pignoris.

RUBRICA VIGESIMA.

SI debitor rem mobilem creditori ſuo in pignus aſſignaverit, & velit eam pro ſui crediti ſatisfactione vendere, tunc Judex ad petitionem creditoris præcipere debeat debitori perſonaliter, vel domi, aut aliàs legitimè, quòd infra decem dies (A) pignus illud reluat, (B) & ipſo debitore illud infra dictum terminum non reluente, liceat creditori ipſum pignus, cui voluerit, plus tamen offerenti, vendere, & talis venditio valeat, nec infringi poſſit, dummodò debitori denuncietur perſonaliter, vel domi, quòd veniat ad videndum pignus hujuſmodi vendi. Et ſi comparuerit, tunc per creditorem vendatur plus offerenti abſque alia

æſti-

Digitized by Google

æſtimatorum appreciatione. Si verò non comparuerit, tunc adhibeantur æſtimatores, & ſecundum eorum æſtimationem (C) dictum pignus, vel vendatur, aut creditori in ſolutum relaxetur, quæ ſolemnitas ceſſet in pignoribus valoris librarum trium bononenorum, & abindè infra, in quorum venditione procedatur juxta Judicantis arbitrium. Nec audiatur talis debitor, volens rem recuperare, & debitum ſolvere, vel allegans dictam venditionem non fuiſſe factam juſto precio. Et ſi quid ſupererit ex precio dicti pignoris, debitori reſtituatur. [D] Si verò minori precio vendatur, quàm ſit quantitas debita, jus illæſum reſervetur dicto creditori petendi, & conſequendi à dicto ſuo debitore id, quod defecerit.

SUMMARIUM.

1 Dies computatus fuit variis modis, ſecundum varietatem Regionum, & Nationum, ut ibi, & nu.2.

Præcepta majorum uti leges Apoſtolicæ arbitrari ſolent num.1.

2 Dies feſti incipiebant à Veſpera, & deſinebant in Veſperam ſecundùm morem Hebræorum.

3 Dies naturalis incipit à media nocte, & ſequentis noctis media parte finitur Vide nu.7.

4 Dies artificialis, ſeu vulgaris, ſeu civilis incipit ob ortu Solis, uſque ad occaſum. Vide ibi num.5. 6: & 7.

8 Dies legalis, ſeu emergens currit de momento in momentum, & incipit à diverſis partibus diei, & in eiſdem partibus finitur.

9 Decendium ad appellandum computatur ſecundum diem legalem.

10 Dies legalis computatur, & attenditur quando actus explicandus eſt ab eo, cui aſſignata fuit certa merces pro qualibet die, ad effectum explicandi certum actum, ut in Commiſſariis pro fabricatione proceſſus, & exactione gabellarum, & ſimilium.

11 Dies conventionalis regulatur à conventione Partium.

12 Dies intelligitur de naturali, quando inter Contrahentes nulla præceſſit declaratio. Vide ibi.

13 In conductione Operariorum attenditur dies artificialis.

14 Dies Eccleſiaſtica continet tempus ab Eccleſia diverſimodè in certis caſibus præfinitum.

Dies Eccleſiaſtica ſumitur à Veſpera ad Veſperam num. 14.

15 Dies Indulgentiæ incipit à Veſperis Vigiliæ, & continuat uſque ad Veſperas diei ſequentis incluſivè. Decl. num. 17.

Statutum diſponens, quod delinquens in feſto B. Mariæ Virginis puniatur duplici pœna, non habet locum contra delinquentem poſt Veſperas diei feſtivitatis num. 16.

16 Dies feſtorum incipit à Veſperis Vigiliæ, & continuat uſque ad Veſperas diei ſequentis incluſivè. Decl. num. 17.

18 Feſtorum obſervatio in Europa obligat à media nocte, uſque ad alteram mediam noctem.

19 Dies quoad Jejunium, & eſum carnium computatur incipiendo à media nocte, & terminando in ſequentem mediam noctem.

20 Dies naturalis attenditur in materia beneficiali, tam in reſervatione, quàm in collatione beneficiorum.

21 Terminus ad reluendum fundatur in ſtylo, & obſervantia, non autem in Juris diſpoſitione. Contrarium num. 22.

23 Terminus ad reluendum mobilia executata in Urbe, eſt decem dierum.

24 Terminus ad reluendum bona ſtabilia executata, in Urbe eſt triginta dierum.

Decretum *deliberari* interponitur cum termino decem dierum, quoad mobilia, & unius menſis quoad ſtabilia num. 23.& 24.

25 Pro determinatione termini ad reluendum attendi debet ſtatutum, vel conſuetudo, vel ſtylus loci.

26 Omiſſa præfixione termini ad reluendum, deliberatio eſt nulla. Contrarium num. 27.

28 Terminus ad reluendum pignus non requiritur, quotiès viget Statutum præveniens diſpoſitionem hominis mandando, emptorem teneri bona reſtituere Domino intra certum tempus.

Statutum Briſighellæ diſponit reſtitutionem pignoris fieri intrà decendium num. 28.

29 Terminus ad reluendum pignora aſſignatur etiam quando illa depoſitata fuerunt penes Notarium Actuarium, necnon quando agitur de pignore conventionali, & quomodo citetur.

30 Terminus ad reluendum intelligendus eſt de diebus naturalibus.

31 Statutum laicale ſuper forma deliberationis faciendæ non habet locum, quando agitur de bonis, dominio directo Eccleſiæ ſubjectis, vel in foro Eccleſiaſtico.

32 *Ægidiana* prohibens appellationem ſuſpenſivam in judicio poſſeſſorio, non habet locum quando ſententia lata fuit in foro Eccleſiaſtico.

33 Æſtimatio precedere an, & quando debeat deliberationem & dationem inſolutum.

34 Diſtractio pignoris fit à Creditore ad effectum conſequendi ſuum creditum.

35 Reſtituendum eſt debitori id, quod ſupereſt ex deliberatione, ſoluto debito, & expenſis.

36 Et recuſante debitore illud recipere, deponendum eſt ad ejus commodum, aliàs ſubhaſtatio eſt nulla. Vide num. 39.

37 Maximè concurrente diſpoſitione Statuti, habentis clauſulam annullativam.

38 Impugnans ſubhaſtationem tanquam nullam, ex eo quia non fuerit reſtitutum debitori reſiduum ſoluto debito, & expenſis, probare debet, quid ſuperfuerit.

39 Depoſitum factum præſumitur ſtante lapſu 14. annorum.

OB-

OBSERVATIO.

A D Ies variis modis computatus fuit ſecun-
1 dum varietatem Regiouum, cum una-
queque Natio, Principatus, ac Provincia ſo-
leat in ſuo ſenſu abundare, & præcepta majo-
cum uti leges Apoſtolicas arbitrari, juxta
verba *D. Hieronymi ad Lucinum in cap. Utinam
76.diſtinct.*
Nàm *Athenienſes* computarunt diem ab oc-
caſu; Babilonii ab Ortu; Arabes à Meridie,
ſecundùm *Varonem in lib.rer.human.* quem re-
fert *Gloſs. in l.More Romano* ſub verbo *More Ro-
mano, ff.de fer. Borell. de Magiſtrat.Edict. lib.3.
cap.9. num.15.cum ſeqq. Gratioſ. Ubert.de citat.
cap.10.num.264. tom.2. Rota in recent. deciſ.98.
num.10.par.19.* Et ſecundùm morem Hebræo-
2 rum dies feſti incipiebant à veſperè, & deſine-
bant in veſperam, & ſic veſperè, & manè
dies unus conſtituebatur, juxtà illud *Geneſi
cap.1.Factum eſt veſperè, & manè dies unus*; &
juxta illud *Levitici cap.23.num.32.A Veſpera in
Veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra, Gonza-
lez Tellez in cap.Litteras 13.num.2. de temporib.
ordin.& in cap.1.num.3.de fer.Rota loco cit.*Dies
verò naturales,ſeu vulgares incipiebant manè,
ac matutino tempore, & computabantur uſ-
que ad manè, ut proſequitur *Gonzalez, Tellez
loc.cit. ſub eodem num.2. & 3.* Aliaſque Natio-
nes earumque mores refert *Borell. loc.citat. &
Antonell.de tempor.legal.lib.1,cap.3,nu.30. Scac.
de judic.lib.2.cap.3.num.30.cum ſeq.*
Omiſſis prædictis computationibus apud
noſtros conſtituuntur quinque ſpecies diei;
Alia enim eſt dies naturalis nempè viginti
3 quatuor horarum, quæ incipit à media nocte,
& ſequentis noctis media parte finitur, juxtà
verba *Tex.in l.MoreRomano,ff.de feriis,* ubi *Jaſ.
num.1.* & docent *Fagnan. in cap. Treguas num.4.
de Tregua, & Pace, Fragoſ. de Regim. Reip.
quæſt.prima lib.5. diſputat.13. §.11. ſub nu.325,
Antonell.de tempor.legal.lib.1.cap.3.nu.27. Gra-
tioſ.Ubert. dicto cap.10.nu. Gonzalez ad Regul.8.
Cancell. Gloſs.11. num.9. cum ſeqq.Scac.loc.citat.
n.303. Stephanus Baluzius Miſcellan. cap.19.tit.
de die lib.1.*
Alia artificialis, ſeu vulgaris, ſeu civilis,
quæ incipit ab ortu Solis ad occaſum, de qua
4 locutus eſt *Chriſtus Joan.11.* ibi: *Nonne duode-
cim horæ ſunt diei? Si quis ambulaverit in die,
non offendit &c.* ut tradunt *Fagnan.ubi ſupr.An-
tonell.loc.cit.Scacc.d.cap.3.num.308.* ubi etiam
refert illa verba *veteris teſtamenti; & factum
eſt veſperè, & manè dies unus.*
Et iſta eſt longior, vel brevior, ſecundùm
varietatem temporis, nàm tempore æſtivo eſt
5 longior,hyemali verò brevior,in utroque verò
æquinoctio æqualis,ut cum *Layman.Theol.moral.
lib.4.tract.primo cap.3. num.primo*, proſequitur
Antonel.ubi ſupra n.31.Scac.d.cap.3.num.310.
Nuncupatur autem dies artificialis, non
6 quod in hominis artificio conſiſtat, ſed quia
artificio Juris applicatur ad actus hominum,
& diſtinguit diem a nocte, ut inquit *Bald.in d.
l.More Romano ſub num.2.*ibique *Jaſ.num.primo
verſ.Secundus dies, Antonel.loc.cit.num.32.Scac.
allegat.num.309.*
Et vocatur dies vulgaris, eo quod vulgus
ita illam accipiat, diſtinguendo cum Sole diem
à nocte, ut probat *Scac.dicto cap.3.num.308.* &
comprobatur ex illis, quæ Deus dixit in prin-
cipio, ibi: *Fiat lux, & facta eſt lux: Et diviſit
lucem à tenebris, appellavitque lucem diem, &
tenebras vocavit noctem,* ut notat etiam *Stepha-
nus Baluzius Miſcellan. lib.1.cap.19. de die, Bo-
rell.de Magiſtrat.Edict. lib.3.cap.9.num.21.* ubi
firmat ad effectum pœnæ ita diſtinguendum
eſſe diem à nocte, licèt hanc diem naturalem,
aliam verò viginti quatuor horarum civilem
7 vocet *Gonzalez Tellez in dicto cap. litteras nu.2.
de tempor.ordin.& in cap.primo num.3.de tregua,
& pace.*
Alia legalis, ſeu emergens, quæ currit de
8 momento in momentum, & incipit à diverſis
partibus diei, & in eiſdem diverſis partibus,
à quibus, ſecundum facti contingentiam, in-
cepit, terminatur *Caſtr.in d.l.More Romano n.2.*
ibique *Jaſ.ſub num.1.verſ.Tertius, Scac.d.cap.3.
num.313.cum ſeqq.* ubi quod etiam nuncupatur
dies artificialis, deformis, ſeu emergens *Gra-
tioſ.Ubert.d.cap.10.nu.295. Rota in rec.d.dec.98.
num.11.par.19.*
Secundùm enim hunc diem legalem computa-
tur decendium datum ad appellandum,quod in-
9 cipit ab illo momento, quo lata fuit ſententia,
ut exemplificat *Jas in d.l.num.1. verſ.Tertius* in
caſu, quo præceſſerit citatio, vel monitio per-
ſonalis; prout etiam computantur dies illo-
10 rum, quibus cum aſſignatione certæ diurnæ
mercedis commiſſus fuit aliquis actus expli-
candus, prout contingit in Commiſſariis pro
fabricatione proceſſuum, pro exactione vecti-
galium, & gabellarum, deſumendo initium
diei ab eo momento, quo ei traditæ fuerunt
litteræ patentes deputationis, & ipſe actum
commiſſum inceperit,& eodem momento tem-
poris diei ſequentis terminando, conſtituen-
do unamquamque dieram vigiuti quatuor ho-
rarum, ut notat *Scac, de Judic. d. lib.2.eodem
cap.3.num.314.*
Alia eſt dies conventionalis, quæ regulatur
11 à conventione partium, à qua contractus le-
gem accipiunt, ut docet *Jaſ.in dicta l.More Ro-
mano num.1. verſ.Quarta eſt dies conventionalis,
Gratioſ.Ubert.de citat.cap.301.tom.2.*
Cœterùm nulla facta inter contrahentes de-
claratione, dies intelligitur de naturali, nem-
12 pè viginti quatuor horarum, niſi ſubiecta
materia aliter ſuadeat, prout ſuadet in condu-
ctione operariorum pro certo ſalario ſingulis
diebus, nàm iſto caſu intelligi debet de die
13 artificiali, cum noctis tempore opera la-
boratoria non præſtentur, ut docet *Jaſ.ubi ſu-
pra ſub eodem num.1.verſ.Quarta, Fagnan.in cap.
Treguas num.3.de treg. & pac.Calà de feriis q.4.
nu.967.cum ſeq.juncto nu.1168.*
Alia eſt dies Eccleſiaſtica, continens tem-
pus ab Eccleſia diverſimodè in certis actibus
præfi-

14 præfixum, licet regulatitèr ſumatur, ac numeretur à Veſpera ad Veſperas *Antonel.de tempor.legal.lib.1.dicto cap.3.num.27.Rota in recent. d.dec.98.num.12.par.19.*

Undè ſecundum talem regulam calculatur
15 dies in Indulgentiis, incipiendo à Veſperis Vigiliæ, & continuando uſque ad Veſperas diei ſequentis incluſivè, quo tempore ceſſat Indulgentia *Jaſ.in dicta l.More Romano num.primo in fine, ff.de feriis, Antonell.ubi ſupra nu.38. Scac.de judic.lib.2.cap.3.nu.307.Gratioſ.Ubert.de citat.cap.10.n.277.Cala de feriis quæſt.4.n.1096. & 1125.*

Prout etiam computatur in obſervatione
16 Feſtorum, juxta *Tex.in cap.primo de Feriis*, ubi ſtatuitur, quòd omnes dies Dominici a Veſpera in Veſperam cum omni veneratione obſervari debeant *Federic. de Senis conſ.44.ſub nu.primo*, ubi ideò reſpondit, diſponente Statuto, quòd delinquens in feſto B. MARIÆ VIRGINIS puniatur duplici pœna, non punitur ea pœna ſtatutaria, ſi commiſerit delictum poſt Veſperas diei Feſtivitatis, quoties diſpoſitio Statuti inducta eſt in honorem Feſtivitatis.

Quod tamen intellige ubi non viget contra-
17 ria conſuetudo, cum principium, & finis Feſtorum regulari debeat juxtà conſuetudinem Regionum, ut decrevit *Alexander III. in cap. Quoniam 2. de feriis Antonel. ubi ſupra num.38. Gratioſ.Ubert.de cit.d.cap.10.nu.279.*

Hinc in EuropaFeſtorum obſervatio obligat
18 à media nocte uſque ad alteram mediam noctem, ut notant *Abb.in cap.primo de Feriis*, ac relatis *Azor. & Layman.* proſequitur *Antonell. loco cit.num.38.verſ.Undè.*

Et quoad eſum carnium, & jejunium, paritèr ab Eccleſia computatur, incipiendo à
19 media nocte, & terminando in ſequentem mediam noctem, ut tradit *Jaſ. loco cit. num.4.Fagnan.in cap.Si conſtiteris num.12. juncto num.18. de accuſat.Antonell.loco citat.num.39. Scac.dicto cap.3.num.319.cum ſeq. Gratioſ.Ubert.loco citat. num.278.Rota dicta decif.98.nu.15. cum duob.ſeq. par.19.*

Idemque attenditur in materia Beneficiali, nam tàm in reſervatione, quam in collatione
20 Beneficiorum ſervatur dies naturalis *Archid. & Turrecremat. in cap.Quod à Patribus 75. diſt. num.4.Gonzalez ad regul.8. Cancel.Gloſs.11.nu.9. Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſcop.allegat.57.n.183. par.3.Lotter.de re benefic.lib.2.quæſt.40.num.54. Gratioſ.Ubert.citat.cap.10.num.272. Fragoſ. de Regim.Reip.par.prima lib.5.diſput.13.§.11.n.324. verſ.Ex quibus cum ſeq.* & latè reſpondit *Rota in recent. dicta deciſ. 98. num.2. cum ſeq. par.19.* cum aliis allegatis in *Annot. ad recol.mem. Coccin.deciſ.87.num.87.*

Terminus datus ad reluendum potius fun-
B datur in quodam ſtylo, & obſervantia, quam
21 in *Juris* diſpoſitione, ſecundum opinionem *Poſth. de ſubhaſtat. inſpect. 23. num. 157. cum ſeq. Gratian.diſcept.353.num.22.* Sed juxtà
22 aliam opinionem eſt de *Jure*, deſumptam ab illis verbis *Auth.hoc jus porrectum*, ibi: *per viginti dies oportet rem eſſe venalem, C.de Sacroſanct. Eccleſ.* & hanc ſententiam tenet *Roland. conſ.33.nu.14.vol.primo, Ridolphin. prax.par.1. cap.15.num.118.Rota coram recol.mem.Coccin.deciſ.1870.num.7.* In Urbe talis terminus ad reluendum mobilia executata, eſt decem dierum,
23 quapropter Judex decernit mandatum de deliberando niſi infra decem cum intimatione, quo verò ad ſtabilia eſt triginta dierum, undè
24 Judex mandat illa deliberari niſi infra menſem cum intimatione, juxta praxim traditam à *Ridolphin. ubi ſupra num. 121.* qui terminus decem dierum reſpectu mobilium eſt conformis diſpoſitioni noſtri *Statuti*, quæ ſervanda eſt, cum pro determinatione termini ad re-
25 luendum attendi debeat Statutum, vel Conſuetudo, vel ſtylus loci *Roland. dicto conſ.33. ſub eodem num.14. Ridolphin.ubi ſupra num.128.* itaut ſi præfixio termini ad reluendum omit-
26 tatur, deliberatio erit nulla, ut reſpondit *Rota in Regien. Manutentionis 27. Junii 1644. coram Veroſpio impreſ. penès Poſth. in Addit. ad tract.de ſubhaſt.deciſ.170.num.10.* quidquid in
27 contrarium teneat *Gratian. dicta diſcept. 353. num.23. & 24.* quem ſequitur *Poſth. allegat.inſpect.23.num.158.* firmantes ex omiſſione hujuſmodi ſtyli non cauſari nullitatem, ſed dari appellationem.

Notandum tamèn eſt, non requiri præfixio-
28 nem termini ad reluendum, quotiès vigeat Statutum, præveniens diſpoſitionem hominis mandando emptorem teneri bona reſtituere Domino intra certum tempus, ut de *Statuto Briſighellæ*, decernente reſtitutionem intra decendium reſpondit *Rot. coram recol.mem.Corcla.dicta deciſ.1870.num.8.*

Advertendum quoque eſt dari terminum ad reluendum, non ſolùm bona executata, & quorum deliberatio, ut ſupra, fuit decretata; verùm etiam quando per debitorem depoſitata fuerunt penès Notarium Actuarium pignora,
29 nàm iſto caſu ipſe citatur ad ea reluendum, alias videndum mandari conſignari in Depoſitaria ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari, & Judex interponit decretum, *niſi ad primam diem cum intimatione*; idemque ſervatur in pignore conventionali pro ſecuritate, tradito creditori cum termino ad reluendum, juxtà praxim traditam per *Ridolphin. d. cap.15. num.29.cum.ſeq.*

Prout etiam decendium præfixum à noſtro *Statuto* debitori ad reluendum intelligi de de-
30 cem diebus naturalibus, latè firmat *Chriſtian. ad leges municipal. Mechlinen.tit.1.art.34.nu.4. cum ſeq.*

Non omittendo, quòd Statutum laicale ſuper forma deliberationis faciendæ non habet
31 locum, ſi illa fiat de bonis directo dominio Eccleſiæ ſubiectis, vel in Foro Eccleſiaſtico, ut reſpondit *Rota in recent. deciſ.316. num.3. cum ſeq.par.19.* ſicuti dicitur de *Conſtitutione Ægidiana* prohibente appellationem ſuſpenſivam à ſententia lata in judicio poſſeſſorio, quod non
32 habeat locum quando lata fuit in Foro Eccleſiaſti-

ſiaſtico, ut reſpondit *Rota Maceraten.* penès
Thomat.deciſ.3.nu.4.deciſ.58.num.4. juncto n.20.
deciſ.62.num.6.tom.primo, & deciſ.128.num.3.ac
26.dec.146.nu.12.& dec.266.nu.primo par.2.

De æſtimatione facienda per æſtimatores
eligendos, & quæ præcedere debeat delibera-
33 tionem, & dationem in ſolutum, vide *Poſth.*
C *de ſubbaſt. inſpect.47. ibique ejus Addit. & ſu-*
pra Annot.ad Rubr.L.hoc libro, ubi remiſſivè.

Diſtractio pignoris fit à creditore ad effe-
D ctum dumtaxàt conſequendi id, quod, ſibi de-
34 betur *Rota poſt Nigr.de ſubbaſt. deciſ.48.nu.pri-*
mo. Undè quicquid ex illius pretio ultra de-
bitum, & expenſas supereſt, reſtituendum
35 eſt debitori, *Saluſt.Tiber.in prax.lib.primo poſt*
cap.58. num.8. ſub verſ. Jam diximus Carpan. ad
Stat.Mediolan. lib.primo cap.116. num.31. cum
ſeq. Poſth.de ſubbaſt. inſpect.39. num.17. cum ſeq.
Giurb.deciſ.161.num.8.Ridolphin.prax.par.prima
cap.15. ſub num.13. ubi regiſtratur mandatum
de deliberando, talem clauſulam continens
Rota in recen. deciſ.545. num.6. par.2. Et debi-
tote recuſante illud recipere, deponi debet ad
ejus commodum, alioquin ſubhaſtatio redditur
36 ipſo jure nulla, ut proſequitur *Poſth.ubi ſupra*
num.19.Giurb.deciſ.53.num.4. Maximè concur-
rente diſpoſitione Statuti habentis clauſulam
37 annullativam, ut de *Statuto Peruſiæ* loquitur
Gilian. ad illud in verbo ſubbaſtatio num.7.Poſth.
loco citat.num.20. cum ſeq. Votum Cardinalis Ve-
*roſpii impreſſ,*penès eundem *Poſth.dec.69.nu.30.*
cum ſeq. Incumbit tamen debitori agenti pro
38 nullitate ſubhaſtationis, & actione ſpolii onus
probandi quid ſuperſuerit, ut advertit *Poſth.*
d. inſpect.39.num.30.cum ſeq. & dictum Votum
Cardinalis Veroſpii ubi num.31. in fine cum ſeq.
39 advertit, quòd ſtante lapſu temporis, ann.14.
depoſitum præſumitur factum.

ADDIT. AD RUBR. XX. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Diei ſpecies quot ſint remiſſivè.
2 Dies naturalis eſt Horarum viginti qua-
tuor à media nocte, & ſequentis noctis me-
dia parte.
3 Si dubitatur de exceſſu mediæ noctis in materia
jejunii quid attendatur.
4 In materia Beneficiali attenditur dies natura-
lis.
5 Pignoris conventionalis diſtractio ut fieri va-
leat requiritur mora debitoris. Amplia n.5.6.
& 7.
8 Pignus conventionale poteſt vendi non obſtan-
te pacto de non vendendo tèr requiſito de-
bitote ad reluendum.

Num.3. & ſeqq. Species diei enumerat, & exa-
1 minat *Jovius de ſolemnit.***Contract. min. gloſſ.15.*
§.1.nu.112. cum ſeqq.

Dies naturalis eſt horarum viginti quatuor,
2 incipiens à media nocte, * & ſequentis noctis
media parte initur uti firmavit *Rot. in Palenti-*
na Abbatia 27. Aprilis 1693. §. Quod autem &
§.Romani verò ubi quòd ita tenent etiam Roma-
ni *coram R. P. D. Muto*.

Num.19. Quando dubitatur de exceſſu mediæ
noctis, ſi dies præcedens non erat jejunii ex
quo diverſimodè ſonarunt horologia ad excu-
3 ſandum*à peccato attenditur an dies præcedens
ſit in poſſeſſione libertatis vel jejunii *Rot. coram*
Dunozet. jun. dec.804. num.17.

Num.20. In materia Beneficiali pro judicanda re-
ſervatione Beneficiorum apud Beneficialiſtas
4 * attenditur dies naturalis juxta morem Ro-
manum nempè à media nocte ad aliam mediam
noctem ſequentem ut reſpondit *Rot. in Palenti-*
na Abbatiæ 27. Aprilis 1693. coram R.P.D.Muto
§. Hinc firma.

Num.34. Ad hoc ut creditor poſſit procedere ad
diſtractionem pignoris conventionalis requiri-
5 tur mora debitoris**l.cum ſolvendæ 4.ff.de diſtract.*
pign., & concordantibus relatis docet *Merlin.*
de pign.lib.4. tit.95. nu.39. Poſt. de ſubbaſt. in-
ſupect. 11. num.22. Rot. poſt eum deciſ.92. nu.3.

Quod procedit etiamſi data ſit Creditori fa-
6 cultas vendendi, * nam adhuc præcedere de-
bet mora debitoris in reluendo pignus ut cum
Caſtr. Barboſ. & Neguſant. proſequit. Merlin. ubi
ſupra nu.40.

Item procedit quamvis in Inſtrumento præ-
7 fixus ſit dies ſolutionis,* quia adhuc requiritur
citatio ut cenſuit *Rot. d. deciſ.92. ſub num.4 &*
ſeq.

Si autem ſit factum pactum de non venden-
8 do, adhuc tèr * requiſito debitore ad reluen-
dum poterit vendi pignus ut firmat *Poſt. de*
ſubbaſt. inſpect.11. nu.23.

De feriis, & diebus feriatis.

RUBRICA VIGESIMA PRIMA.

STATUIMUS, & ordinamus, quod omni die reddatur Jus in civilibus Cauſis in Civitate Fa-
ven. per omnes Judices juriſdictionem habentes, exceptis diebus Dominicis, & infraſcri-
ptis diebus, & feſtivitatibus, qui ſint feriati, & pro feriatis (A) habeantur, videlicet.
Dies Nativitatis Domini Noſtri cum quatuor diebus præcedentibus, & omnibus diebus
ſequentibus uſque ad diem Epiphaniæ incluſivè. Dies feſtivitatis Sanctorum Antonii, Sebaſtiani,
& ultimis diebus Jovis, Lunæ, & Martis Carniſprivii, & dies prima Quadrageſimæ, & quæli-
bet dies Quadrageſimæ ante nonam, quo tempore Quadrageſimæ reddatur jus poſt nonam;
Dies Converſionis Sancti Pauli, Sancti Petri Damiani, Sancti Joſeph, Sancti Gregorii, Sancti

Bene-

Benedicti; Dies Paſchatis Reſurrectionis Domini cum ſeptem præcedentibus, & ſeptem ſequentibus; Dies Rogationum quarumcunque, tam ſolemnium, quam repentinatum. Solemnium tamen per totam diem, & repentinarum de mane tantum, Aſcenſionis Domini; Dies Pentecoſtes cum duobus ſequentibus: Dies ſolemnitatis Corporis Domini; Dies Inventionis Sanctæ Crucis; Dies feſtivitatum omnium Virginis Mariæ: Et feſtivitatum omnium Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, & quatuor Doctorum; Et quælibet dies feſtivitatum Sanctorum, & Sanctarum, ſub quorum vocabulo Eccleſia, ſeu Capella nuncupatur, & constructa eſt in Civitate Faven. vel Suburbiis; Et dies Sancti Georgii, Sancti Barnabæ, Sancti Petri Cœleſtini, Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ, & Decollationis, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sancti Apollinaris, Sancti Petri ad Vincula, Sancti Dominici, & Sancti Thomæ de Aquino, Sancti Nicolai de Tolentino, Sancti Franciſci, Sancti Antonii Patavini, (B) Sancti Rochi; Dies Omnium Sanctorum, ac dies Defunctorum, Sancti Martini, Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris, Sanctæ Luciæ Virginis, Sancti Savini, Sancti Sylveſtri. Et tempore meſſium, inchoando in & à die Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ, & finiendo in die Aſſumptionis Beatæ Virginis, & tempore vindemiarum, quod tempus incipiat, & finiat ſecundum deliberationem faciendam ſuper ipſis vindemiis per generale Conſilium Faven. Et quęlibet dies Sabbathi poſt nonam. Poſſit tamen, & debeat jus reddi in Cauſis executionum publici Inſtrumenti, ſententiarum, ultimarum voluntatum, laudi, arbitrii, vel arbitramenti, & in Cauſis non excedentibus ſummam librarum XXV. bononenorum, ſeu in Cauſis agitandis ſuper re, dictum valorem non excedente, & in Cauſis in quibus petitur reintegratio poſſeſſionis rei mobilis, vel immobilis, & ſeu ubi agitur de momentanea poſſeſſione, & in alijs caſibus expreſsè permiſſis à Jure communi, ſeù ex forma Statutorum dictæ Civitatis, dictis feriis meſſium, & vindemiarum non obſtantibus. Et idem obſervetur in quæſtionibus mercedis, & ſalariorum, & in quæſtionibus, quæ orirentur ex venditione alicujus rei mobilis, & ſuper pactis initis inter Dominos, & Laboratores. Poſſint tamen executiones publici Inſtrumenti ſententiarum, ultimarum voluntatum, laudi, arbitrii, & arbitramenti, fieri etiam tempore feriarum dictarum meſſium, & vindemiarum, & debitores quicunque contumaces, confeſſi, vel convicti detineri, excepto tempore vindemiarum, quo tempore durante, eorum perſonæ ſint tutæ. Et ſi dies citationis, vel termini dati per aliquem ex Judicibus Domini Poteſtatis, vel Communis caderet in diem feriatam, tunc dies proximè ſequens non feriata, habeatur pro die citationis, & termini.

SUMMARIUM.

1 Feriæ ſunt temporis intervallum, per quod quis ratione ſolemnitatis, vel alia ratione à foro eximitur.

2 Feriæ in honorem Dei quarè inſtitutæ ſint.

3 Feriæ in utilitatem hominum inſtitutæ fuerunt, quales ſunt illæ meſſium, & vindemiarum.

4 Feriæ repentinæ dicuntur, quas ſolus Princeps indicere poteſt.

5 Feriæ repentinæ indici ſolent, vel ob res proſperè geſtas, vel in honorem Principis, vel quando naſcitur illius Filius, vel quando Uxorem ducit, vel quando venit de novo ad Civitatem, vel in die ſuæ Coronationis, vel propter gaudium victoriæ, vel propter publicum luctum, & ſimilia.

6 Feriæ indicuntur aliquando per Statutum in arbitramentis.

7 Judiciales actus exerceri non poſſunt tempore feriarum ſub pęna nullitatis, & quarè.

8 Sententia lata tempore feriarum eſt nulla. Declara nu.9, Amplia nu.10.

10 Renunciari non poteſt feriis indictis in honorem Dei, Beatæ Virginis, & Sanctorum, nec repentinis, nu.11.

12 Renunciari poteſt feriis indictis pro commoditate, & utilitate hominum tam expreſsè, quàm tacitè.

13 Renunciatum cenſetur feriis ab eo, qui petit ſententiam ferri. Renunciaſſe cenſetur feriis, qui de illis non excepit, num.13.

14 Renunciatum cenſetur feriis, dum Parte præſente, & de illis non opponente, lata fuit ſententia.

15 Exceptio feriarum, quæ non fuit oppoſita in uno, vel pluribus actibus, poteſt allegari in aliis ſequentibus actibus.

16 Neceſſitatis, vel pietatis cauſa concurrente permiſſi ſunt actus non, obſtantibus feriis etiam in honorem Dei, & Sanctorum.

17 Tutor, & Curator dari poteſt non obſtantibus feriis in honorem Dei, & Sanctorum. Decl. num.18.

19 In Cauſa alimentorum futurorum, non autem præteritorum poteſt procedi non obſtantibus feriis. Limita num.20.

20 In Cauſis piſtoriis, nempè an Piſtores faciant bonum panem, procedi valet in diebus feriatis etiam in honorem Dei.

21 Teſtes examinari, & interrogari poſſunt in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum, & num.22.

22 Teſtes jurare non poſſunt diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum.

23 Executio vigore mandati ſuſpicionis fugæ fieri poteſt, etiam in diebus feriatis in honorem Dei. Amplia, num.25.

25 Ordo eſt ordinem non ſervare, quando imminet periculum.

26 Executio mera, & nuda ſententiæ, & rei judicatæ

dicatæ fieri poteſt in diebus feriatis in honorem Dei. Limita n. 27. Contrarium nu. 29.

28 Peccatum mortale committitur ſi abſque imminenti periculo fiat executio in diebus feriatis in honorem Dei.

Exactio, tam publicorum, quàm privatorum

29 debitorum fieri non poteſt in die feriato in honorem Dei num. 29.

30 Executio in diebus feſtivis ex devotione fieri non poteſt Contrarium num. 31.

31 Opera mecanica exerceri poſſunt in diebus feſtivis ex devotione.

32 Mandata civilia exequi non poſſunt in Urbe in diebus Feſtivis abſque exequatur Judicis, quod non conceditur, niſi prævio ſpeciali reſcripto Summi Pontificis; ita ut non ſufficiat ſimplex remiſſio Memorialis facta Judici per Pontificem.

33 Mandata civilia non poſſunt exequi in die Dominico, non obſtante reſcripto Summi Pontificis *farria eſeguire in giorno di Feſta*.

35 Laudum ab Arbitratoribus fieri poteſt in diebus feriatis in honorem Dei.

36 Poſſeſſio capi poteſt diebus feſtivis. Decl. n. 37.

Poſſeſſio capi poteſt pendentibus feriis, indictis per Viſitationem gratioſam, ut puta occaſione *Nativitatis*, *&* *Reſurrectionis* Domini *Noſtri*, nu. 36. Decl. ut ibi.

38 Inſtrumenta celebrari poſſunt diebus feſtivis etiam cum juramento, & nu. 40. Contrarium nu. 39. Decl. nu. 41.

42 In Cauſis miſerabilium perſonarum procedi poteſt etiam in diebus feſtivis.

43 Vindemiarum, & meſſium tempore indictæ ſunt feriæ in foro. Limita in Urbe, nu. 44.

Vindemiarum, & meſſium feriæ, quanto tempore durent, nu. 43.

45 Feriæ vindemiarum, & meſſium non ſuffragantur illis, qui in eis non ſunt occupati. Contrarium nu. 46.

47 Executiones fieri poſſunt tempore feriarum meſſium, & vindemiarum.

48 Attentata revocari poſſunt tempore feriarum vindemiarum, & meſſium.

49 In cauſis Univerſitatum procedi poteſt in diebus feriatis occaſione meſſium, & vindemiarum. Decl. nu. 50.

51 Sancti Antonii *Patavini* vita, virtutes, mors, & miracula.

S. Antonius *Patavinus* à Capitulo generali Aſſiſii ſe contulit in Eremum Montis Pauli, ubi poſteà Eccleſia ædificata fuit, & quotidiè magna multitudo gentium etiam à longinquis partibus concurrit, n. 51. & 54. Vide ibi.

52 S. Antonius *Patavinus*, obiit de Anno 1231.

53 Feſtum Sancti Antonii *Patavini* celebrari juſſit cum duplici Officio Sixtus V.

55 Faventiæ ædificata fuit Eccleſia in honorem S. Antonii *Patavini*.

56 Oblationes Imagini factæ an ſpectent ad Epiſcopum, an potiùs ad Parochum, intra cujus Parochiæ limites ea ſita ſit remiſſivè.

57 Oblationes Imagini factæ ſpectant ad Epiſcopum, Decl. ut ibi, Vide nu. 58. & nu. 72.

58 Oblationes Imagini factæ ſpectant ad Parochum, intra cujus limites eſt ſita. Ampl. num. 59. 70., *&* 64. Limita num. 65. 68. 73. & 64. Vide nu. 67. & num. 70.

61 Oblationes ſunt res ſpirituales.

Laici non poſſunt ſe quoquo modo intromittere in adminiſtratione Oblationum, nu. 61. Ampl. ut ibi -- Decl. num. 62.

63 Confraternitates Laicorum adminiſtrare poſſunt Oblationes factas Sacræ Imagini.

65 Oblationes factæ Sacræ Imagini, vel pro certo uſu, utporè pro Miſſis. Fabrica &c. erogandæ ſunt ſecundum piam mentem offerentium. Amplia nu. 66.

66 Oblationes factæ Sacræ Imagini cenſentur datæ, ut erogentur in ipſius beneficium, & ornatum.

69 Jus Parochi tanquàm ſpeciale prævalet in adminiſtratione Oblationum juri generali Epiſcopi. Vide ibi, & nu. 72.

70 Epiſcopus tanquàm Executor piarum diſpoſitionum poteſt exigere à Parocho redditionem rationis adminiſtrationis Oblationum factarum Sacræ Imagini. Amplia nu. 71.

72 Adminiſtratio Oblationum, & Eleemoſynarum non ſpectat ad Parochum, ſed ad Rectorem, Vicarium, ſeu Cappellanum Eccleſiæ, vel Oratorii, cui ſunt factæ, licèt intra limites Parochiæ ſiti.

Parochus claves capſulæ eleemoſynarum exiſtentis in Eccleſia poſita intra limites ſuæ Parochiæ, & habente proprium Cappellanum, ſeù Rectorem, retinere non poteſt, num. 72.

73 Oblationes factæ *Saeræ Imagini* poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus *extravag. Ambitioſè* præter vota aurea, & argentea magni valoris.

76 Oblatio, ſeù legatum factum pro fabrica Eccleſiæ poteſt erogari etiam pro ornamentis illins,

Ornamenta Eccleſiæ ſub nomine fabricæ comprehenduntur, num: 76.

Legatum pro fabrica Eccleſiæ, vel pro illius ornamentis, poteſt arbitrio Epiſcopi in aliud converti, ſi nec reparatione, nec ornamentis indigeat, nu. 76.

OBSERVATIO.

Feriæ ſunt temporis intervallum, propter quòd quis ratione ſolemnitatis, vel alia
1 ratione à Foro eximitur, ut docet *Odofred. in Rubr. ff. de feriis Calà de feriis quaſt. 2. nu. 12.*

Quædam feriæ in honorem Dei, ac Divini cultus cauſa, ut homines litibus, & fori jurgiis vacui impenſius Divino cultui operam dent; &
2 quædam in hominum utilitatem, & commodum inſtitutæ fuerunt, de quibus loquuntur
3 *Cap. Final. de feriis tit. ff. & Cod. de feriis, & Text. in l. Cuſtodias ff. de public. judic.* latè *Gonzalez Tellez in cap. Conqueſtus num. 25. de feriis Galltrat. de renunciat. centur. 2. renunc. 159. n. 1. cum ſeq. Gizzarell. decis. 58. nu. 1. cum ſeqq. ibique*

Digitized by Google

que de Angelis. Scoppa ad Gratian. deciſ. 144. n. 1.
4 Ac quædam, repentinæ dicuntur, quas ſolus
Princeps indicere poteſt l. A nullo C. de feriis,
ibique Gloſſ., & Barboſ. Cald dicto tract. quaſt. 3.
num. 135. Peguer. deciſ. 52. num. 1. Gonzalez ubi
ſupra ſub nu. 74. Gallerat. & Gizzarell. ibique
de Angelis, & Scopp. loc. cit. Et iſtæ indici ſo-
5 lent, vel ob res proſperè geſtas, vel in
honorem Principis vel quando naſcitur illius
Filius, vel quando Uxorem ducit, vel quando
venit de novo ad Civitatem, vel in die ſuæ Co-
ronationis, vel propter gaudium victoriæ de
inimicis, vel propter publicum luctum, & ſi-
milia, juxta exempla tradita per Gloſſ. in dicta
l. Anullo. verbo ferias, l. Sed & ſi §. Si feriæ ff.
ex quibus cauſ. major. Gloſſ. in l. Placet ſub ver-
bo Munerum in fine C. de Sacroſanct. Eccleſ. plenè
Gonzalez Tellez, ſupra eodem nu. 25. in princ. &
num. 26. Cala dicta quaſt. 3. num. 132. cum ſeqq.
ubi etiam addit quartam ſpeciem feriarum,
nempè quæ indicuntur per Statutum in arbi-
6 tramentis Gallerat. ubi ſupra Gizzarell. ibique
de Angelis, & Peguer. loc. cit.

Tempore feriarum nequeunt judiciales actus
exerceri ſub pœna eorum nullitatis, quia tunc
7 quaſi ſuſpenſa eſt Prætoris juriſdictio, ſilet
horrida Præconis vox, & reſpirant à contro-
verſiis litigantes per aliquale fœderis interval-
lum, ut Juriſconſulti, & Imperatores ſtatue-
runt toto tit. ff. & C. de feriis, & diſpoſitum fuit
à B. PIO V. in ejus Bulla la 5. §. 7. & docent Gon-
zalez Tellez in cap. conqueſtus nu. 19. de feriis Do-
nat. Anton. de Marin. reſolut. jur. lib. primo cap. 118.
ſub num. primo, ibique Rodoer. paritèr num. primo
Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 28. num. 3. Bo-
rel. ſumma dec. tom. 2. tit. 38. num. 65. Gallerat. ubi
ſupra Magon. deciſ. Lucenſ. 25. num. 36. cum ſeqq. Pe-
guer. dec. 53. num. 5. verſ. Ex prædictis.

Hinc ſententia lata tempore feriarum eſt
8 nulla Barboſ. in cap. conquæſtus n. 32. de feriis Sca-
narol. de viſit. carc. lib. 3. §. 10. cap. 11. nu. 15. & 22.
Gratian. diſcept. 898. num. 13. Andreol. contr. 243.
num. 16. Conciol. ubi ſupra nu. 4. Rodoer. ad Donat.
Anton. de Marin. reſolut. jur. lib. primo cap. 118.
num. 2. Scoppa ad Gratian. dicta deciſ. 144. num. 2.
Rota coram Royas deciſ. 168. num. 5. ubi de Heb-
domada Sancta.

Quod intellige de feriis in honorem DEI,
9 vel BEATÆ VIRGINIS, vel Sanctorum, ut aliis re-
latis declarat Borell. loco cit. num. 66.

Etiam Parte non opponente, cum feriis in-
dictis in honorem DEI, BEATÆ VIRGINIS, & San-
10 ctorum, non poſſit renunciari per Partes, quia
privatorum cauſâ non conſtituuntur cap. final.
ibique Canoniſtæ de feriis Gonzalez in dicto cap.
conquæſtus num. 19. de feriis Gratian. loco cit. Con-
ciol. ubi ſupra num. 5. ibique Romaguera num. 40.
Menoch. de arbitr. lib. primo quæſt. 30. num. 11. An-
dreol. d. contr. 243. num. 27. & 29. diſtinguendo
firmat Gallerat. dicta renunciat. 159. nu. 3. Gizza-
rel. deciſ. 58. num. 3.

Idemque procedit quoad Ferias repentinas,
quibus, utpotè ex cauſa publica indictis, non
11 valet per privatos renunciari, ut cumulatis
concordantibus tenet Gallerat. loco cit. n. 4. cum
duobus ſeqq. Romaguera ubi ſupra nu. 41.

Secùs autem de feriis indictis pro commodi-
12 tate, & utilitate hominum, tàm expreſsè,
quàm tacitè per litigantes, tanquàm ex pri-
vata cauſa inſtitutis, eorumque Procuratores,
poteſt renunciari dict. cap. final. de feriis ubi Bar-
boſ. num. 2. & 35. Menoch. conſ. 87. num. 24. latè
Gallerat. de renunciat. loco cit. num. 7. & 10. Giz-
zarel. dicta deciſ. 58. in principio, & num. 6. cum
ſeqq. Andreol. loco cit. nu. 17. & nu. 29. in fine Fen-
zon. ad Statut. Urb. lib. primo cap. 58. num. 36.

Et cenſetur renunciaſſe, qui perit ſenten-
13 tiam ferri in die feriato Menoch. ubi ſupra
Surd. conſ. 8. num. 22. Vel qui citatus non oppo-
ſuit exceptionem Feriarum Gallerat. loco citat.
num. 10. Gizzarell. ubi ſupra num. 7. Vel præ-
14 ſente Parte, & non opponente exceptionem
feriarum, feratur ſententia, ut firmat Text. in
l. prima ff. de feriis. Animadvertendo, quod ſi
quis in uno, vel pluribus actibus judicialibus
non oppoſuerit de feriis, & ſic tacitè illis re-
nunciaverit; Attamen poteſt ferias allegare
15 in aliis actibus ſubſequentibus, in quibus non
cenſetur ſibi præjudicaſſe, cum ad eos non ex-
tendatur præcedens renunciatio Bald. in l. prima
§. Sed excipiuntur ff. de feriis Gallerat. loco citat.
num. 11.

Non deſunt tamen actus, qui concurrente
16 cauſa neceſſitatis, vel pietatis, permiſſi ſunt
in diebus feriatis, etiam in honorem DEI, &
Sanctorum, ut docet Gonzalez Tellez in dicto
cap. conquæſtus nu. 19. in princ. de feriis.

Primò enim dari poteſt Tutor, & Curator
non obſtantibus Feriis in honorem Dei, & San-
ctorum per Tex. in leg. 2. ff. de fer. Jaſ. in leg. pri-
ma §. primo num. 6. eod. tit. Conciol. in d. Rubr. 28.
num. 13. Balthazar de Angelis in addit. ad Gizza-
rel. d. dec. 58. nu. 11.

Dummodò non tractetur de tutela ex inqui-
ſitione, vel cauſæ cognitionem requirente, ut
18 advertit Barboſ. in l. Actus omnes num. 6. C. de fe-
riis Borell. ſumma deciſ. d. tit. 38. nu. 103.

Secundo in Cauſa alimentorum futurorum,
19 ea ratione, quia celeritatem deſiderant, nè
alendus interim fame pereat.

Non autem præteritorum, in quibus proce-
ditur ordinariè, ut diſtinguendo voluit Baltha-
zar de Angelis ubi ſupra num. 13. Borell. ſumma
deciſ. par. 2. tit. 83. num. 125. Undè non habet
locum in divite, & habente aliundè alimenta,
20 in quo ceſſat cauſa hujuſmodi privilegii, ut
animadvertit Andreol. d. controv. 243. num. 51. in
fine. Et hinc in Cauſis piſtoriis, nempè, an
Piſtores faciant bonum panem procedi valet
in diebus feriatis etiam in honorem DEI, juxta
Text. in leg. publicas C. de feriis, & declarat ibi
Gloſſ. in verbo Piſtoriis, & Gratioſ. Ubert. de cit.
cap. 10. num. 184. ea ratione, quia omni tempo-
re pane egemus.

Tertiò in examine Teſtium, qui quidem
poſſunt examinari, & interrogari, quia tunc
21 adhibetur cauſæ cognitio, Specul. in §. Sequi-
tur num. 6. de feriis Federic. de Sen. conſ. 144. nu. 4.

Fenzon. ad Statut. Urbis lib. primo cap. 58. nu. 27. Menocb. de arbitr. lib. primo quæſt. 30. nu. 15.

Non autem jurare, ut firmant *mox allegati*,
22 atque ideò Teſtes jurare debent antecedentèr
die non feriata, deindè poſſunt examinari
etiam die feriata, prout quotidiè practicatur
in examine ſervatis ſervandis, nam tunc exa-
men refertur ad juramenti diem, quæ attendi-
tur, non tempus depoſitionis, ex *doctrina Bart. in l. ſignando num. 11. C. de teſtam.* probat *Menoch. de arbitrar. dicta quæſt. 30. num. 15. Fenzon.* ubi
ſupra *eod. num. 27. Scac. de judic. lib. 2. cap. 5. n. 73. Guidopap. deciſ. 125. juncta deciſ. 215. num. 3. Rodoer. ad Marin. d. cap. 118. num. 11. verſ. Primo ſi Teſtes cum ſeq.*

Quarto in captura, & executione vigore
23 mandati ſuſpicionis fugæ propter periculum
moræ, *Abb. in cap. final. num. 22, verſ. Sed ſi executio de judic. Felin.* ibidem *num. 14. Barboſ. in cap. conquæſtus num. 28. cum ſeq. de feriis Fenzon. dicto cap. 58. num. 32. Calà de feriis quæſt. ultima num. 97, juncto num. 116. cum ſeqq. & num. 112. Rodoer.* ubi ſupra *nu. 32. cum ſeq.*

Quod procedit etiam in feſtivitatibus ſole-
24 mnioribus, nempè *Paſchatis, & Nativitatis Domini Noſtri*, ut relato *Aſin. in prax. §. 31. cap. 2. ampl. 13. num. primo cum ſeq.* proſequitur *Fenzon.* ubi ſupra *nu. 32. Scanarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 10. cap. 11. nu. 18.*

Alioquin feriæ introductæ in favorem eſſent
præſidium doloſorum, & fugere volentium,
25 ideòque non debemus illius receſſum expecta-
re, qui non eſt reverſurus, nam propter pe-
riculum fugæ cenſetur ordinatè fieri quod ſine
ordine fit, cum tunc ordo ſit ordinem non ſer-
vare, ut optimè probat *Jo. de Cruce in addit. ad Guidopap. d. dec. 215. Scanarol.* ubi ſupra *n. 19.*

Quinto in mera, & nuda executione ſenten-
tiæ, & rei judicatæ, tàm mediante captione
pignoris, quàm immiſſione in poſſeſſionem,
26 in qua nec judicium, nec judicialis ſtrepitus
concurrat *Barboſ. in l. Actus omnes num. 3. C. de feriis*, & reſpondit *Federic. de Senis conſ. 144. num. 3. verſ. Sed in executione Calà de feriis quæſt. ultima num. 9. ſub num. 103. juncto num. 110. ac n. 136. cum ſeqq. Menoch. de arbitr. lib. primo q. 30. nu. 16. Donat. Anton. de Marin. reſolut. jur. lib. primo cap. 118. num. 5.* declarando firmat *Guidopap. deciſ. 125. num. 2. juncto num. 4. verſ. Prætereà, & num. 5. verſ. Concluderem* firmavit *Rota cor. Peutinger. dec. 84. num. 3. cum ſeq.*

Præterquamquod in die Dominico per *Tex.*
27 *in l. Dies feſtos C. de feriis* ibique *Alex.* ut diſtin-
guendo docet *Guidopap. dec. 125. num. 2.* ubi ſub
num. 4. teſtatur contrarium ſervari de conſue-
tudine Delphinatus.

Committitur tamen peccatum mortale, niſi
28 immineat periculum *Abb. in cap. ſignificaverunt n. 22. de judic. Calà d. quæſt. ultima n. 112. in fine*,

Contraria opinio, quod executio nec rea-
lis, nec perſonalis fieri valeat in die feriato in
honorem Dei, & Sanctorum, videtur amplectenda, nàm tanquam actus geſtus à Miniſtris
29 Juſtitiæ de mandato Judicis, eſt de judiciali-
bus, & cenſetur geſtus ab ipſo Judice, ac eſt
contentioſior cæteris actibus judicialibus, &
conſequentèr cum ob executionem major di-
ſtractio, & perturbatio inducatur in populo,
quæ eſt potiſſima ratio conſtitutionis Feriarum
hujuſmodi, ſicuti prohibita eſt prolatio ſen-
tentiæ, eo magis illius executio, per *Text. in l. final. in principio*, ibi *nec ullis exactionum vexationibus profanari*, ibique *Gloſs. C. de feriis Barboſ. in dicto cap. conquæſtus num. 32. de feriis Gratioſ. Ubert. de citat. cap. 10. nu. 132.* ubi advertit,
quòd licèt reſpectu Judicis non concurrat co-
gnitio, ut dici valeat actus judicialis; Attamen reſpectu Nuncii, & Executoris, ſeu Bir-
ruarii tanquam actus ſervilis, à quo in diebus
feſtivis abſtinendum eſt, cenſetur prohibitus;
Ultra quod in diebus feriatis in honorem Dei
prohibita eſt omnis exactio, ſivè publicorum,
ſivè privatorum debitorum *Fenzon. ad Statut. Urb. lib. primo cap. 58. num. 41.* & egregiè reprobatis contrariis firmat *Scanarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 10. dicto cap. 11. num. primo cum ſeqq. juncto num. 15. in fine, ac num. 20.* pariter *cum*
30 *ſeqq.* ubi firmat procedere etiam in feſtis ex
devotione, de quo valde dubitarem, cum in
31 his diebus non ſit prohibitum exercitium
operum mecanicorum, *Rodoer. ad Marin. dicto cap. 118. nu. 6. cum ſeq. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 29. nu. 106.* ubi deciſiones allegat *Gratian. dec. 144. num. 17.* ubi cum *Alex.* dicit, hanc eſſe veritatem.

Quæ opinio ſine dubio procedit, & ſerva-
32 tur in Urbe, ſtante diſpoſitione *Conſtitutionis* Pauli V. *la 71. tit. de Baroncellis, & Executoribus n. 9.* ibi *mandata civilia Birruarii, vel executores non exequantur in diebus feſtivis*. Undè exequi
facere volens mandatum in diebus feſtivis,
obtinere debet à Judice exequatur, quod non
33 eſt concedendum, niſi prævio ſpeciali reſcri-
pto *Sanctiſſimi*; adeòut non ſufficiat ſimplex
remiſſio Memorialis porrecti, facta per Ponti-
ficem Judici. ut relata reſolutione *Sacræ Congregationis Viſitæ* tenet *Scanarol. d. §. 10. cap. 12, num. 21.* Et ſi emanaverit cum illis verbis *faccia eſeguire in giorno di feſta* non comprehendit
34 diem Dominicam ut relat. *Bald. in cap. conquæſtus de feriis* tradit *Scanarol. dicto cap. 11. nu. 48. cum ſeq.*

Sexto in Laudo, per Arbitratores ferendo,
35 cum ſint amicabiles Compoſitores, & eorum
arbitramentum eſt ad inſtar tranſactionis, quę
his diebus celebrari poteſt, ut probat *Menocb. de arbitr. lib. 1. qu. 30. num. 17.*

Septimo in poſſeſſione, quę capi poteſt etiam
36 diebus feſtivis, ut reſpondit *Rota coram Burat. deciſ. 688. num. 12.* ubi de poſſeſſione capta die
Dominico. Necnon pendentibus feriis indictis per Viſitationem gratioſam, ut puta tempore *Nativitatis, ſeù Reſurrectionis Domini Noſtri*, dummodò non capiatur in executionem
mandati pro debito civili, ſed ex capite ſucceſſionis, & ſimili, ut declarat *Fenzon. ad Statut. Urbis lib. primo cap. 58. nu. 41.*

Quod intellige procedere in poſſeſſione ca-
pta

Digitized by Google

37 præ auctoritate propria in die feſtivo ; Non
autem cum mandato Judicis,ut declarat *Poſth.*
de ſubhaſtat.inſpect.29. num. 105.cum ſeq. Quic-
quid in contrarium poſtea dixerit in *addit.*
ibidem.

Octavo in celebratione inſtrumentorum
38 etiam appoſito juramento, diſpoſitio *cap.pri-*
mi de feriis non procedit in extrajudicialibus,
ut præter adductos ſupra in *obſerv. ad Rubr.2.*
num.47. & ſeq.lib.1. tenent *Barboſ.in leg. Actus*
omnes ſub nu.2. C.de feriis Mantic. de tacit.lib.3.
tit.15.nu.13.cum ſeq. ubi teſtatur de veriori, &
magis communi opinione *Mareſcott. var. reſol.*
lib.2.cap.20.num.11.cum ſeq.Borell.de Magiſtrat.
lib.primo cap.14.num.9.cum ſeqq.

Licèt non deſint contrarium tenentes, relati
39 per *Conciol.ad Stat.Eugub. lib.2.Rubr.28.nu.16.*
Paſchal.de jurib.patr.poteſt. par.2.cap.1. nu.103.
quæ opinio poſt relatos contrarium ſentientes
judicatur tutior pro anima à *Fenzon. d. cap.58.*
num.18.

Sed prima opinio pro validitate inſtrumenti
eò faciliùs videtur amplectenda, cùm concur-
rat conſuetudo, à Summo Pontifice, mediam-
40 te ejus ſcientia, & patientia, tacitè approbata,
per quam abrogata remanet diſpoſitio *d. ca-*
pit.1.de feriis, ut firmant *allegati ſupra in dicta*
obſerv.ad Rubr.2.

Non tamen poteſt validè à Judice in eo in-
terponi decretum, ſi agatur de contractu facto
41 cum Minore, vel Pupillo, ut diſtinguendo
firmat *Borell.ſumma dec.par.2.tit.38. n.122.cum*
duobus ſeqq.

Nono in Cauſis miſerabilium perſonarum,
42 pietatem concernentibus, cùm ſint miſericor-
diæ opera, in quibus dierum diſtinctio non
admittitur, ut tradit *Borell.ſumma deciſ.par.2.*
tit.38.n.76.cum duobus ſeqq.

Quoad tempus vindemiarum, & meſſium, in
quo Cauſas in foro agere legibus non licebat,
43 ut cecinit *Statius libr.4. Silv.Certè lætitiæ non*
miſcent jurgia leges. Et pacem piger annus ha-
bet, meſſeſque reverſæ Dimiſere forum, nec jam
tibi turba reorum Veſtibulo, querulique rogant
exire clientes, & ſtatutum habetur *in l.prima*
juncta l.Præſides 3.ff.de feriis cum Reip. intereſt
ne occupati circa meſſem, & Agricolæ à colli-
gendis fructibus diſtrahantur *ad text. in l. pri-*
ma C. de Agricol. & cenſit.lib.11. Fritſch.in ſuis
concluſ.pract.Miſcell.tit.de Meſſe cap.8.nu.primo.
Varia tempora ſecundùm varietatem locorum
fuerunt aſſignata, undè cùm circa hoc con-
ſuetudo loci ſit attendenda, ut advertit *Gon-*
zalez, Tellez in cap.Conqueſtus ſub n.25.poſt med.
de feriis Borell.ſum.dec.par.2. tit.38.num.44. In
Urbe hujuſmodi feriæ propter meſſes, & vin-
44 demias nullo modo ſervantur, ut relatis *Felin.*
in cap.ultim. ſub nu.10.de judic. Specul.§.1.verſ.
penult.de fer. teſtatur *Ventrig.in prax.rer.notab.*
annot.16.§.2.ſub nu.3. quam atteſtationem Ego
quoque ſubſcribo.

Iſtæ feriæ cum inſtitutę fuerint pro commo-
ditate, & utilitate hominum, ac pro rei ne-
ceſſitate ad hoc, ut meſſes, & vindemias com-
45 modiùs facere valeant, non videntur ſuffraga-
ri iis, qui in meſſibus, & vindemiis non ſunt
occupati, quia in illis feriarum cauſa ceſſat, ju-
xtà *doctrinam Bart. in l.prima ſub n.1.C.de Agri-*
col.& cenſit.lib.11. quam proſequitur *Ariſm.Te-*
pat.var.jur.ſent.tit.149.in princ. Sed contraria
46 opinio videtur verior,quia ſi *Bart.doctrina* am-
plecteretur, feriæ deſervirent ad augmentum
litium inutilium, cum inveſtigandum eſſet, an
quis habeat vineas, & rura, & an in illis ſit oc-
cupatus, ultra quod qui rura, & vineas non
poſſidet, etiam longiori temporis intervallo
indiget, ut ſibi, & familiæ ſuæ provideat per
totum annum, ut tenent *Barboſ. in l.ut in die*
n.7.C.de feriis Calà ad pragmatic. diſpendia litium
gloſ.3.n.38.Rodoer.ad Donat.Anton.de Marin.re-
ſolut.Jur.lib.1.d.cap.118.nu.3. & Fritſch.loc.cit.
n.12.cum ſeq. ubi teſtatur, hanc opinionem in
praxi, & foro eſſe receptam.

Advertendum, quòd hujuſmodi feriis non
obſtantibus poſſint fieri executiones, *Barboſ.*
47 *in l. Omnes dies n.2.C.de feriis*, ac communitèr
cæteri omnes, de hac materia tractantes.

Sicuti etiam illarum exceptio non impedit
48 revocationem attentatorum *Borell. ſumma de-*
ciſ.par.2.tit.36.n.286.

Nec minùs, quin in Cauſis Univerſitatum
procedatur, ut relato *Bald.in l.5.n.2.C.de feriis*
49 tradit *Loſæus de Jur. Univerſit.par.2.cap.1.n.47.*
Quod intellige habere locum in Cauſis publi-
cis principalitèr, vel ſecundario accedenti-
50 bus utilitati publicæ, utpotè quia pertineant
ad regimen, ſivè conſervationem Reip. ut de-
clarat *Barboſ.in l.publicas n.3.C.de feriis, Borell.*
ſumma deciſ.d.tit.38.n.127. ubi de feriis etiam
in honorem Dei, & Sanctorum.

Glorioſus S. ANTONIUS *Patavinus* Protector
B meus exemplo quinque Beatorum Fratrum
51 Minorum, qui apud Marrochum pro CHRISTI
fide Martyrium paſſi erant, accenſus ab inſtitu-
to Canonicorum Regularium ad Ordinem
Franciſcanum tranſivit, ac ad Saracenos eo-
dem ardore Martyrii ire perrexit, ſed adverſa
valitudine afflictus, & redire coactus, cùm
Navis ad Hiſpaniæ littora tenderet,vi ventorum
in Siciliam delatus eſt ; A Sicilia vero ad Ca-
pitulum Generale Aſſiſium ſe contulit, indè
in Eremum Montis Pauli, vulgò nuncupatur
Monte Polo, ſiti in Provincia Romandiolæ in
Appennino ſupra Civitatem Faventiæ,& à quo
diſtat per ſpatium decem milliarium, & poſi-
ti in Territorio Terræ Dovaduiæ Status Magni
Ducis Etruriæ, ac in Diœceſi Forolivii receſſit,
ubi divinis contemplationibus, jejuniis, & vi-
giliis diù vacavit: poſtmodùm ad prædican-
dum Evangelium in varias Provincias miſſus,
&, dicendi ſapientiâ, & copiâ tantùm profe-
cit, tantamque ſui admirationem commovit,
ut mentes hominum ſalutaribus præceptis fœ-
cundaverit, innumeros ad Catholicæ doctri-
næ lucem perduxerit, & Arca Teſtamenti, &
Hæreticorum perpetuus malleus fuerit appel-
latus, Tandem anno ante obitum, Patavium ſe
contulit, ubi poſt perfunctos pro Dei gloria

ma-

Digitized by Google

magnos labores, & illuſtria Sanctitatis ſuæ
munita; meritis, & miraculis clarus obdor-
52 mivit in Domino Idibus Junii an. ſalutis 1231.
Undè *Summus Pontifex* Gregorius IX. Sanctor.
Confeſſorum numero adſcripſitur in ejus *Bulla
in Bullar. nov. in ordine la 4. to. 1.*, & ejus Feſtum
ſub die 13. Junii duplici Officio de cætero cele-
53 brari juſſit Summus Pontifex Sixtus *V. ut in
ejus Bulla in ordine la 18. in Bullar. tom. 2.*

Non minùs in prænarrato Eremo S. Pauli, ubi
54 Eccleſia ædificata fuit, & quotidiè magna
multitudo gentium etiam à longinquis parti-
bus concurrit, & valdè major confluiſſet, ſi
Anteceſſores Epiſcopi invigilaſſent ornatui Ec-
cleſiæ, cuſtodiæ, & conſervationi eleemoſy-
narum, & oblationum, ad effectum eas con-
vertendi, & erogandi ad majorem *Omnipotentis*
Dei, & ejuſdem Sancti cultum, prout *Illuſtriſs.
& Reverendiſſimus D. Joannes Rasponus* moder-
nus Antiſtes ſingulari zelo prædictæ Eccleſiæ,
& univerſæ ejus Diœceſi invigilat; quàm in
cetero Orbe Catholico continuis refulget mi-
raculis, & præcipuè in noſtra Civitate Faven-
tiæ, in qua pro augmento ejus cultus, & ve-
55 nerationis piorum oblationibus, & eleemo-
moſynis à Fratribus Tertiariis Sæcularibus
S. Francisci ædificata fuit Eccleſia.

Controverſum jàm fuit inter DD., an obla-
tiones factæ alicui Imagini ſpectent ad Epiſco-
pum, an potiùs ad Parochum, intrà cujus Pa-
56 rochiæ limites ea ſita ſit, & variæ fuerunt
opiniones, relatæ per *Fagnan. in cap. Paſtoralis
num. 14. verſ. Hæc quæſt. de his, quæ fiunt à Prælat.*

Etenim pro Epiſcopo tenuerunt relati ab eo-
dem *Fagnan. ubi ſupra num. 15. verſ. Alii verò
57 conſuluerunt*. Maximè quoad diſtributionem,
nempè ad ipſum pertinere earum erogationem
in ſubſtentationem pauperum, proprietatem
verò acquiri *Deo*, vel *Sancto*, qui per illam Ima-
ginem repræſentatur, ſecundùm opinionem *An-
gel. de Peruſ. in ſua diſput. quæ incipit In reful-
genti deliciarum Palatio in ſecundo dubio, & in
l. Statua ff. de uſufruct. Malver de oblation. in 4.
dub. n. 14. Petr. de Ubald. de Canon. part. cap. 4.
quæſt. 16.*

Sed pro Parocho verior, hodiè receptiſſima
eſt ſententia, cum habeat intentionem funda-
tam ſuper omnibus obventionibus ſpirituali-
58 bus, contingentibus infra ſuam Parochiam
per *Text. in cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt à
Prælatis, ibique Hoſtien. ac cæteri Scribentes,
relati per Fagnan. in eodem cap. Paſtoralis nu. 13.
juncto n. 17. cum ſeq. ubi etiam Abb. num. 2. & in
cap. 1. n. 4. de ſtat. Monach. Barboſ. in can. quia Sa-
cerdotes n. 2. cauſ. 10. q. 1. in tract. de offic. & poteſt.
Parochi par. 3. cap. 24. n. 29. verſ. Attamèn*, ubi
plures concordantes, & *in tract. de Jure Eccleſ.
univerſ. par. 3. c. 23. n. 5. cum ſeqq.* & priùs, *D. Tho-
mas 2. 2. q. 86. art. 2.* præſertim *in reſponſ. ad ſecun-
dum argum.* Ubi quod Parochus eſt medius in-
ter Deum, & populum, & quemadmodum
dogmata, & Sacramenta, quæ proveniunt à
Deo, exhibet populo, ità vice verſa exhibet
Deo ea, quæ ſunt populi, nempe preces, &
oblationes, ut qui Altari ſervit de Altari per-
cipiat, *Borell. ſumma deciſ. par. 1. tit. 18. n. 22.* Et
confutatis contrariis latiſſimè reſpondit *De-
cian. reſponſ. 16. à nu. 7. verſ. contrarium uſque in
finem vol. 2. Capel. Toloſ. dec. 483. Adden. ad Pamph.
dec. 272. n. 6. Rot. cor. Merlin. dec. 257. n. 2. cum ſeq.
juncta dec. 480. n. 9. cum ſeq. penès Poſth. de Manut.
dec. 166. n. 6. cum duobus ſeq. in rec. dec. 256. par. 1.
& dec. 400. n. 21. & 24. par. 18.* & in ſpecie de
Capellis, ſeu Altaribus fundatis intra limites
Parochiæ, *Abb. in Rubr. nu. 2. & 4. de Parochiis,
ac in cap. ex tranſmiſſa n. 3. de præſcript. Fagnan.
loc. cit. n. 25. Ferret. conſ. 143. n. 4. Rot. penès Poſth.
d. dec. 166. n. 7. & Franciſcus Amoſtazo* poſt hæc
ſcripta impreſſ. *de Cauſis piis lib. 4. cap. 1. nu. 23.
cum ſeq. & nu. 15.* ubi de Imagine exiſtente in
Eremitorio intra limites Parochiæ. Adeò ut
nec Epiſcopo debeatur quarta ex talibus obla-
tionibus, ut relatis reſolutionibus *Sac. Congre-
gationis Concilii* emanatis de anno 1677. contra
Epiſcopum Venafri tenet *Carolus Antonius de
Luca ad Gratian. diſcept. 399. in fine*.

Amplia primo favore Parochi, concluſio-
nem procedere etiamſi Imago ſit Domi alicu-
jus privati extra Eccleſiam Parochialem, ſed
59 intrà limites Parochiæ, quia privata perſona,
maximè ſæcularis, non poteſt habere oblatio-
nes, vel uſumfructum alicujus rei religioſæ,
& ſpiritualis, quales ſunt picturæ, & Imagi-
nes Sanctorum, ut firmant, *Abb. in cap. Quo-
niam n. 1. de decim. Fagn. in d. cap. Paſtoralis n. 15.
verſ. Verum cum ſeq. de his, quæ fiunt à Prælat. Soc-
cin. de oblat. libel. 18. n. 24. cum ſeq. Mareſcott. var.
reſol. lib. 2. cap. 42. nu. 6. cum ſeq. & Amoſtaz loc.
citat. num. 11.*

Amplia ſecundò, quamvis concurrat con-
60 ſuetudo pro Laico domino muri, in quo de-
picta ſit Imago, cùm illa expreſſè damnetur
*in can. Sanctorum, & can. Hanc conſuetudinem 10.
q. 1.* ut docent *Fagnan. loc. cit. n. 16. & Mareſcott.
ubi ſupra n. 4. cum ſeq. Lotter. de re benefic. lib. 1.
qu. 30. num. 30.*

Quod procedit etiam reſpectu adminiſtra-
tionis, quia cùm oblationes ſint res ſpiritua-
61 les *can. quia Sacerdotes 10. qu. 1.* Laici non de-
bent ſe in illis quoquo modo intromittere, &
contraria conſuetudo eſt prava, & contra li-
bertatem Eccleſiaſticam, ut plenè conſuluit
Ferret. conſ. 143. nu. 5. quem refert, & ſequitur
Fagnan. ubi ſupra *n. 20.* ubi *n. 23.* ſubdit, quòd
nec Epiſcopus poteſt demandare Laico domino
parietis, in qua religioſa Imago eſt depicta, ut
oblationes illi factas ad ſui libitum diſpenſet.

Prædicta tamen conſuetudo ſolùm poſſet
admitti, quando Laici deputarentur à Paro-
62 cho, ad hoc, ut nomine ſuo tanquam nudus
Miniſter oblationes perciperent, & cuſtodirent,
ut latè comprobando docet *Fagnan. loc. cit. n. 21.*
Necnon poſſet ſalvari in Confraternitatibus
63 Laicorum, dummodò nihil ſibi applicent, ſed
totum in pios uſus diſtribuant, prout eam ad-
mittunt *Fagnan. loc. cit. nu. 22. Ferret. d. conſ. 143.
nu. 6. Decian. conſ. 148. n. 3. verſ. Sed tamen in caſu
propoſito Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 42. nu. 12.*
ubi

ubi teſtatur de conſuetudine ubique locorum.
Ampl.3. procedere etiam in oblationibus
factis Sacræ Imagini, exiſtenti in Cathedrali
Eccleſia, nam non quæruntur Epiſcopo, ſed
Archipresbytero, ibidem curam animarum
exercenti *Fagnan.loc.cit.n.26.*

Limita tamen primo quando oblationes ex
pia voluntate offerentium apparent factæ illi
65 Sacræ Imagini, vel Sancto, per eandem Ima-
ginem repræſentato, vel in certum uſum, puta
pro Miſſis, vel Fabrica, vel alitèr fuerunt de-
ſtinatæ, nàm tunc ad Parochum nullo modo
ſpectant, cùm alterius, quàm ipſius contem-
platione fuerint factæ, ſed ad unguem, & invio-
labilitèr pia mens, & voluntas tradentium eſt
ſervanda, erogando illas in uſum ab ipſis de-
ſtinatum, & contrarium procedit in dubio, &
dum non conſtat de voluntate offerentium, ut
declarat *Barboſ. in can. quia Sacerdotes num.4.
cauſ.10.qu.1. & de offic.& poteſt.Paroch. par.3.
cap.24. num.30. de jur.Eccleſ. univ.lib.5.cap.23.
n.30.* plenè probat *Fag.in d.c.Paſtoral.n.29.Lot-
ter.de re benef.l.1.q.30.n.31.Torre de pact.futur.
ſucceſſ.lib.3.cap.1.n.242. verſ.Tamen contrarium
cum ſeq.Rota coram Pamphil.dec.286.per tot.* ubi
de oblationibus factis Capellæ Confraternita-
tis, *& coram Merlin.dec.257.n.7.verſ.Et quam-
vis cum ſeq.Amoſtaz.d.cap.1.n.10.* ubi advertit,
quòd talis explicatio mentis offerentis reſul-
tat ex eo quod fuerit pecunia, vel alia res pro-
jecta in capſa, vel pro Fabrica, vel pro Miſſis ce-
lebrandis, vel pro cauſa ibi inſcripta appoſita.

Quinimò idem procedit, quamvis non con-
ſtet de explicita, ſed ſolùm de præſumpta vo-
66 luntate offerentis, ex eo quod agatur de fa-
moſa, & miraculis coruſcante Imagine, nàm
tunc cenſentur datæ ad hoc, ut erogentur in
beneficium, & ornatum ipſius Imaginis Alta-
ris, & Eccleſiæ, ut firmat *Pax Jordan.lucubrat.
lib.10. tit.13. de proviſ. benef.* quem ſequitur
Torre loc.cit.n.243.verſ.Si verò cum ſeqq.

Remanente isto caſu Parocho ſola cuſtodia,
& adminiſtratione, ad effectum illas in uſum
deſtinatum, non in proprium, convertendi,
67 ut notat *Abb. in d.cap.Paſtoralis nu.2.verſ.Ad-
miniſtrationem autem*, ibique etiam aliis relatis
*Fagnan.n.30.Barboſ.de offic.Paroch.d.cap.24.n.30.
verſ.Verum* reſpondit *Rota dicta dec.257.n.9.&
ſeq.* Alioquin retraherentur Chriſtifideles ab
oblationibus, ſi ab alio perciperentur, & in
diverſum uſum, quàm deſtinatum, converte-
rentur, ut animadvertit *Rota coram Pamphil.
d.dec.286.n.3.*

Dummodò tamen non doceatur, quòd ex
privilegio, vel ex antiqua conſuetudine alteri,
68 quam Parocho, ſpectet jus adminiſtrandi hu-
juſmodi oblationes, nàm privilegium, & con-
ſuetudo eſſent ſervanda, ut aliis relatis firmat
Torre ubi ſupra *num.248. Rota coram Merlin.de-
ciſ.157.num.13.*

Advertendo, quòd & ſi jus Parochi tanquam
ſpeciale prævaleat in adminiſtratione juri ge-
69 nerali Epiſcopi, ut in his terminis latè probat
Decian. reſponſ.16. n.17. cum ſeqq. vol.2. quem
ſequuta fuit *Rota coram Merlin. cit. deciſ.257.
nu.19.* Non tamen ceſſat auctoritas Epiſcopi,
70 quin tanquam Executor piarum diſpoſitio-
num valeat exigere à Parocho redditionem ra-
tionis adminiſtrationis hujuſmodi oblationum,
attenta diſpoſitione *Sac.Conc.Trid.ſeſſ.22.cap.9.
de reformat.* ubi *Barboſ. nu.15.* ampliat proce-
71 dere etiam in locis, quæ ſunt ſub immediata
Regum protectione, vel etiam ex Apoſtolico
privilegio ante *Concilium* exempta à quacunque
juriſdictione Ordinarii, & in *tract. de offic. &
poteſt. Epiſcop. par.3. allegat.75. nu.57.* Niſi po-
tiùs dicatur, hujuſmodi oblationes, factas in-
tuitu ipſius Imaginis, pertinere ad diſpoſitio-
nem Epiſcopi, qui tenetur eas diſtribuere in
uſus pios pro ſuo arbitrio, & ſecundum con-
ſuetudinem, ut voluit *Mantic. de tacit. lib.13.
tit.21. n.38. verſ. Sed hoc ſanè intelligitur* quem
ſequitur *Lotter. d. quæſt.30. ſub num.33. lib.1.*
ubi rejecto *Mareſcotto* hanc opinionem dicit ve-
riorem.

Notandum, quòd adminiſtratio oblationum
nec ſpectat ad Parochum, ſed benè ad Recto-
rem, Vicarium, ſeù Cappellanum Eccleſiæ,
ſeù Oratorii, cui ſunt factæ, licèt intra limi-
tes Parochiæ ſiti, ut reſolvit *Sac. Congregatio
Concilii in duobus ſequentibus cauſis.*

*Nullius, ſeù Nonantulana Jurium Parochia-
lium 13. Januarii 1685. ad octavum dubium, An
oblationes, & eleemoſynæ, quæ fiunt in Oratorio,
ſeù Eccleſia, ſpectent ad illius Vicarium, vel po-
tiùs ad Archipresbyterum Eccleſiæ Parochialis
--Sacra Congregatio reſpondit, adminiſtrationem,
& diſpoſitionem ſpectare ad Vicarium.*

*Forolivien. Jurium Parochialium 18. Novem-
bris 1684. ad ſecundum, An Parocho liceat reti-
nere claves capſulæ eleemoſynarum exiſtentis in
Eccleſia S. Mariæ de Populo intra limites Eccleſiæ
Parochialis, & habente proprium Cappellanum,
ſeù Rectorem--Negativè.*

Limita ſecundo in oblationibus, quæ fiunt
Sacris Imaginibus, exiſtentibus in Eccleſiis
73 Regularium, nam illæ non quæruntur Paro-
cho, ſed Monaſterio pro Monachis--ibi ſer-
vientibus *cap.1. in fine* ibique *Abb. in ultimo
notab. de ſtat. Monach. & cap. nimis il primo cir-
ca finem de exceſſ. Prælat. Fagnan. loc. cit. n.34.
cum ſeqq.* ubi reddit rationem, quia licèt Mo-
naſteria ſint intra limites Parochiæ, tamen
propter exemptionem non ſunt de Parochia.

Limita tertio ſi concurrat conſuetudo præ-
ſcripta, aut aliud ſpeciale jus habeatur, ut res
74 oblatæ Sacræ Imagini non debeantur Eccle-
ſiæ Parochiali, ſed alteri Eccleſiæ, vel loco
pio, aut perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ capax ſit
quaſi poſſeſſionis jurium ſpiritualium, ut de-
clarando proſequitur *Fagnan.* ubi ſupra *nu. 36.*

Tales verò oblationes factæ alicui devotæ
Imagini poſſunt alienari per Epiſcopum, vel
75 Parochum ſine ſolemnitatibus *extravagant.
ambitioſæ* præter vota aurea, & argentea ma-
gni valoris, ut firmat *Ventrigl.prax.fori Eccleſ.
tom. primo Annotat. prima §. 2. n.28.* & ſi fue-
riut relictæ pro fabrica Eccleſiæ, poſſunt ero-

gari

gari etiam pro ornamentis, & aliis neceſſariis ad Divinum cultum, quæ ſub nomine Fabricæ
76 comprehenduntur, ut reſpondit *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 4. cap. 1. n. 22. cum tribus ſeqq.* ubi *n. 26.* etiam tenet, quod ſi aliquid legatur Fabricæ Eccleſiæ, aut pro ornamentis, ſi Fabrica reparatione non indigeat, & ornamenta ſufficiant, tunc poteſt arbitrio Epiſcopi in aliud converti;

ADDIT. AD RUBR. XXI. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 De Feriis, & Feſtis circa actus judiciales remiſſivè.
2 Sententia lata die Feſtivo' eſt nulla.
3 Conſentientibus partibus poteſt procedi in die feriato ad utilitatem hominum.
4 Renunciari poteſt tacitè, & expreſsè Feriis ad favorem Hominum.
5 Renunciaſſe cenſetur Feriis inductis favore Hominum comparens, & exceptiones opponens.
6 Jus Humanum Chriſtiannrum non ita ſtrictè præcipit ſuos dies obſervari, ut jus Divinum antiquum Hæbreorum.
7 Multa licita ſunt nobis operari in die Feſto, quàmvis eſſent prohibita in die Sabbathi.
8 Quæ prohibita ſint in die Feſto remiſſivè.
9 In cauſis alimentorum procedi poteſt in die Feriato. Decl. ut ibi.
10 Executio fieri poteſt etiàm in die Feriato, etiam in honorem Dei, quando periculum eſt in mora.
11 Executio in die Feſto in honorem Dei fieri non poteſt.
12 Mandatum de immittendo cum clauſula *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſinè præjudicio habentium meliora, & potiora jura* concedi poteſt qualibet die Feriato in honorem Dei, etiam Dominico. Contrarium tenet *Antonell.*
13 Executio realis in ſequelam judicii non poteſt fieri in die feriato.
14 Poſſeſſio vigore ſententiæ in judicatum tranſactæ capi non valet in die Dominico etiam abſque ſtrepitu Birruariorum, & cum licentia Eminentiſs. Cardinalis Vicarii.
15 Juramentum in contractu interponi poteſt die Dominico, ſecùs in judicialibus.
16 Judex non poteſt interponere decretum in contractu minoris in die Feſtivo.
17 Oblationes factæ Imagini depictæ in pariete ſpectant ad Parochum & n.18. Limita n.19.
20 Oblationes factæ Imagini exiſtenti in Eccleſia Cathedrali ad quem ſpectant remiſſive.
21 Oblationes erogari debent in uſum Imaginis deſtinatum.
22 Oblationes factæ Imagini exiſtenti in Eccleſia ſpectant ad illius Rectorem quando eſt capax adminiſtrationis. Vide nu.23.
24 Oblationes factæ Imagini exiſtenti in Eccleſia Regularium ad quem ſpectant remiſſivè.
25 Onus reparandi Eccleſiam involuit etiam impenſas pro paramentis & aliis cultui Divino neceſſariis.

De Feriis, & Feſtis præſertim circa actus judiciales vide *Reverendiſs. Archiepiſcopum Pe-*
1 *tram in ejus Commentar.* * *tom. 4. fol. 105. cum ſeqq.*

Num. 8. Sententia lata tempore Feſtivo eſt nulla, quia tunc Judici interdictum eſt * Cauſas co-
2 gnoſcere pleuè tradit *Antonell. de Jurib. Cleric. lib. 1. par. 1. cap. 12. nu. 1. cum ſeqq.* ubi quòd procedit in *Feſtis* tàm in honorem Dei, quàm *Sanctorum*.

Num. 10. Conſentientibus partibus poteſt proce-
3 di in die feriato ad utilitatem* hominum *Capon. diſcept. forenſ. 213. nu. 5.* ubi tamen ſubdit, quod talis conſenſus non præjudicat perſonis acceſſoriis, prout ſunt teſtes, & Judices.

Num 12. Feriis non in honorem Dei, aut Sanctorum, ſed ad favorem hominum tacite, * &
4 expreſsè renunciari poteſt ut firmavit *Rot. in Thermulana Manutentionis ſuper ſanatione 12. Februarii 1706. coram Reverendiſs. Molines §. Accedente.*

Num, 13. Comparens, & exceptiones opponens pendentibus Feriis inductis favore hominum
5 cenſetur illis renunciaſſe * ut cenſuit *Rot. in d. Thermulana ſub eodem §. Accedente.*

Num. 16. Jus humanum Eccleſiaſticum Chriſtianorum non ita ſtrictè præcipit ſuos dies obſer-
6 vari * ut jus Divinum antiquum ſuum illud Sabbathum, & alias Hæbreorum ſolemnitates præceperat cuſtodienda, ut aliis relatis notat *Capon. diſcept. 209. n. 1. tom. 3.*

Ideòque multa licita ſunt nobis operari in
7 die Feſto, * & faciliùs diſpenſatur quàm fieret in prohibitis in die Sabbathi ut proſequitur *Capon. d. diſcept. 209. ſub eodem n. 1.*

Quæ autèm prohibita ſint, vel non, vide pe-
8 nes eundem * *Capon. d. diſc. 209. n. 4. cum ſeqq. Bonacin. circa 3. Decalogi præceptum quæſt. unic. Annot. 2. Antonell. cit. cap. 12.*

Num. 19. In Cauſis alimentorum futurorum po-
9 teſt procedi in die feriato * *Capon. diſcept. forenſ. 213. nu. 3. & 4.* ubi cum *Rovito* ſubdit procedere in alimentis debitis ex ultima voluntate, non ex contractu.

Num. 23. Executio fieri poteſt etiam in die feria-
10 to, etiam in honorem Dei, * quando periculum eſt in mora ut firmat *Capon. diſcept. forenſ. 213. nu. 8.*

Num. 29. Executio in die Feſto in honorem Dei fie-
11 ri non poteſt ut firmat *Capon. Diſcept. forenſ. 213. nu. 7.* quicquid dicat in contrarium *Caravita* ibidem allegatus.

Num. 36. Sicuti à Judice nemine citato poteſt con-
12 cedi mandatum * de immittendo cum clauſula dummodò poſſeſio ſit vacans, & ſine præjudicio habentium meliora, & potiora jura quaLibet

libet die Feriato in honorem Dei, etiam Do-
minico, nàm cum proceſſum fuerit ſine figura
judicii judicatur actus extrajudicialis, ac vo-
luntariæ juriſdictionis ut reſpondit *Rot. coram
Ruias deciſ.277. num.1.* & pleniſſimè congot-
dantibus relatis in *Veliterna manutentionis* 10.
Decembris 1691. *§.In nihilo refragante cum ſeqq.
coram R. P. D. Molines* confirmata 10.*Dec.*1692.
*§. Nec repetere fas eſt cum ſeqq. coram eodem in
rec. dec.*293. *n.*13.*cum ſeqq.par.*18. *tom.*1. (con-
trarium quòd non poſſit à Judice fieri hujuſmo-
di decretum reſpondit *Antonell. de Jurib. Cle-
ric. lib.*1. *par.*1. *cap.*12. *nu.*12. *cum ſeqq.*) Ita
vigore illius poteſt capi poſſeſſio etiam die Do-
minico, ut latiſſimè reſpondit *Roc. in deciſ.mox
allegatis*; ſecus autem quando agitur de execu-
13 tione reali in ſequelam judicii, * nàm licèt
hujuſmodi executio, ſeu poſſeſſio non ſit ju-
dicium, eſt tamèn illius appendix, atque
extremum, quòd non voluntariæ, ſed conten-
tioſæ juriſdictionis eſt prout ſunt reliqui actus
judiciales, cum non minus, ac iidem actus fe-
rantur in invitum, atque majori contentione,
ſtrepitu, & partium, ac populi perturbatione
ut latè reſpondit *Rot. d. deciſ.*293. *num.*16. *&
ſeqq. & in d. Veliterna loc. cit.* ac comprobat
*Scanarol. de Viſit. carcer. lib.*3.*§.*10.*cap.*11.*n.*14.
cum ſeqq. fol. mihi 556. qui firmat procedere
etiam in diebus feſtivis ex devotione *Antonell.
de Jurib. Cleric. lib.*1. *par.*1. *cap.*12. *nu.*15. &
quòd poſſeſſio vigore ſententiæ in judicatum
14 tranſactæ * capi non valeat die Dominica etiam
abſque ſtrepitu Birruariorum, & cum licentia
Eminentiſs. D. Card. Vicarii reſolvit *Signatura
Juſtitiæ in Romana Cappellaniæ proponente R.P.D.
de Pactis* 26. *Auguſti* 1706. reſcribendo *de Cau-
ſis reſtitutionis in integrum circumſcript. poſſeſſio-
ne* & perſtitit in *deciſis ſub die* 23. *Septembris
ejuſdem anni.*

*Num.*38. Juramentum in contractu interponi po-
teſt etiam die Dominico tanquam actus extra-
15 judicialis, * ſecùs in judicialibus, ut diſtin-
guendo, & relatis concordantibus ſecundum
veriorem, & approbatam opinionem tenet
*Sabell. Summa diverſ. tract. in §. Juramentum
nu.*31. pleniſſimè *Rot. in Veliterna manutentio-
nis* 10. *Decembris* 1692. *coram R. P. D. Molines
§. Prout.*

*Num.*41. Judex non poteſt interponere decretum
16 in contractu minoris * in die Fæſtivo ut tra-
dit *Jovius de ſolemnit. in contract. min. gloſſ.*15.
*§.*1. *nu.*164. *Ventrigl. prax. rer. Eccleſiaſt. par.*1.
*annot.*16. *§.*2. *nu.*30. ubi reddit rationem, quia
decretum interponitur prævia cauſæ cognitio-
ne, & Judice pro Tribunali ſedente reſpondit
Rot. in d. Veliterna manutentionis 10. *Decem-
bris* 1692. *coram R. P. D. Molines §. Eoque mi-
nus* reprobato *Scacc.* reſpondit *Antonell. de
Juribus Cleric. lib.*1. *par.*1. *cap.*12. *nu.*11.

*Num.*58. Oblationes factæ Imagini depictæ in
pariete ſpectant ad Parochum juxta commu-
17 nem opinionem, * quam etiam tenet *Reve-
rendiſs. Petra in ejus Coment. ad Conſt. Apoſtolic. in
Conſtit.*1. Anastasii IV. *ſect.*2.*n.*33.*pag.*26.*tom.*2.

*Num.*59. Oblationes, quæ fiunt Imagini exiſten-
ti in pariete domus privatæ non quæruntur
18 Domino domus, * ſed Parocho, & Eccleſiæ
Parochiali, intra cujus limites ſita eſt domus,
ut aliis relatis firmat *Ventrigl. prax. rer. Eccleſ.
par.*2. *annot.*26. *§.Unic. nu.*22., qui *nu. ſeq.* li-
mitat in tribus caſibus, * in quibus competunt
Domino domus, ſed *nu.*24. tradit has limita-
tiones non carere difficultate, cum laici ſint
incapaces oblationum.

Quando tamèn ob miracula cum maximo
concurſu populi concurrunt oblationes nota-
19 bilis quantitatis, * & valoris tunc tales obla-
tiones non cedunt commodo Parochi, nec Do-
mini domus, ſed applicantur illi loco privato
non ut privato, ſed Deo propter illam Ima-
ginem repreſentato in ædificationem Eccleſiæ,
vel Cappellæ, vel aliud opus pium arbitrio
Epiſcopi, ut docet *Ventrigl. ubi ſupra n.*25.

*Num.*63. *Verſ. Ampl.*3. Oblationes factæ Imagini
exiſtenti in Eccleſia Cathedrali ad quem ſpe-
20 ctent * vide *Reverendiſs. Petram loc. cit. n.*37.
cum ſeqq., qui adducit nonnullas diſtinctiones.

*Num.*66. Oblationes debent erogari in illum
uſum Imaginis deſtinatum etiam ex preſum-
21 pta * mente offerentis ut firmat *Reverendiſs.
Petra loc. cit. nu.*33. *verſ. Hoc tamen limitatur.*

*Num.*72. Intellige dummodò Rector ſit capax ta-
22 lis adminiſtrationis, * qualis eſt Rector Ec-
cleſiaſticus, aliàs ſemper revivet jus Parocho,
ut relatis *reſolutionibus Sac. Congregationis Con-
cilii* declarat etiam *Reverendiſs. Petra in ejus
Comentar. ad Conſtit. Apoſtol. in Conſtitutione* 1.
Anastasii IV. *ſect.*2. *n.*20. *verſ. Intellige.*

Quando oblationes factæ ſunt Cappellæ an
23 adminiſtratio ſpectet ad Parochum, * an verò
ad Cappellanum videndus *Reverendiſs. Petra
ubi ſupra nu.*20. *cum ſeqq.*

*Num.*73. Oblationes factæ Imagini exiſtenti in
24 Eccleſia Regularium, ad quem * ſpectent vi-
de *Reverendiſs. Petrum ubi ſupra nu.*40. *cum duo-
bus ſeqq.*

*Num.*76. Onus reparandi Eccleſiam involuit etiam
impenſas pro paramentis, ornamentis, * &
25 luminaribus, ac cæteris omnibus honorifico
Dei cultui neceſſariis, quæ fabricæ æquipa-
rantur *ad tex. in cap. final. de teſtam.* & concor
dantibus relatis firmavit *Rot. in Gerunden. Cap-
parum* 27. *Januarii* 1698. *coram R. P. D. Pio
§. Etenim &c.* ut me hic allegao *Calderon. reſo-
lut.*19. *num.*11.

Digitized by Google

De his, qui promiſerint aliquid pro Communi Faventiæ.

RUBRICA VIGESIMA SECUNDA.

ORdinamus, quòd quicunque de Civitate Faven. vel Diſtrictu, vel aliundè aliquo tempore inquietabitur, vel moleſtabitur occaſione debiti, vel promiſſionis, quod, & quam diceretur eſſe factum, vel factam in ſervitio Communis Faven. vel in favorem, & ſeù ad inſtantiam dicti Communis, vel alia quacunque cauſa pro ipſo Communi in favorem dicti Communis modo aliquo, vel ingenio, prædicti tales, vel ejus hæredes, qui moleſtabuntur, vel inquietabuntur, ab aliquo Cive, vel Forenſi quacunque de cauſa pro ipſo Communi modo aliquo, vel ingenio, defendantur, & manuteneantur indemnes expenſis dicti Communis. Et Poteſtas obſervare teneatur, pœna centum librarum, auferenda de ejus ſalario pro qualibet vice, Et prædicta locum habeant in præteritis, præſentibus, & futuris.

SUMMARIUM.

1 COmmunitas tenetur relevare indemnes particulares pro cenſu, vel alio debito ab ipſis pro illius ſervitio contracto, Ampl. num.2.

Cenſum, vel aliud debitum contractum fuiſſe pro ſervitio Communitatis, ex quibus conſtet num.1.

3 Fidejuſſor indemnis conſervari debet juxta naturam fidejuſſionis.

4 Fidejuſſor agere poteſt contra principalem debitorem, tàm pro ſorte, quàm pro damnis paſſis, quando ad effectum ſe redimendi à moleſtiis dedit in ſolutum bona ſtabilia Creditori. Idemque procedit, ſi impoſuit cenſum, vel accepit ad cambium ſummam debitam, & nu.5. Amplia procedere, ſivè præceſſerit interpellatio, ſivè non num.6. Contrarium nu.7.

6 Fidejuſſor executivè agere poteſt tàm pro ſorte, quàm pro damnis, quando promiſſio relevationis ſtipulata fuit cum obligatione Camerali,

Cenſ. de cenſ. quæſt.75. nu.7. verſ. Sed reprobatur refellitur nu.6.

Rot. in recent. deciſ.229. nu.10. cum duobus ſeqq. par.7. reprobatur nu.6.

Rot. coram Royas dec.46. & 88. reprobatur n.6.

OBSERVATIO.

COnſtito cenſum, vel aliud debitum vigore
cujus vexantur à Creditoribus particulares
1 in eo obligati, contractum fuiſſe pro ſervitio
Communitatis, utpotè quia concurrant conjecturæ, & circumſtantiæ, de quibus per *Rot. coram Dunozet, Jun. deciſ.263.* vel juxta caſus recenſitos ſupra in *Obſer. Rurbr. IV. n.24. & ſeqq. lib.1.* utique Communitas tenetur relevare indemnes eoſdem particulares conventos ab omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, ſinè eorum culpa ex ſolutione facta provenientibus, ſivè relevatio indemnitatis expreſsè fuerit pro-
2 miſſa *Pariſ. conſ.109. nu.37. vol.1. Cancer. var. reſolut. par.2. cap.5. num.82. Barz. dec.24. n.6. juncta deciſ.34. nu.2. Rot. coram Celſo deciſ.152. nu.1. in recent. deciſ.305. nu.2. par.13. deciſ.80. nu.6. par.16. deciſ.23. nu.8. par.19.*

Sivè non, cùm ſufficiat tacita, quia de natura fidejuſſionis eſt, quòd fidejuſſor indemnis
3 præſtetur *per Text. in cap. pervenit de fidejuſſor. & in l. Si mandata §. Fidejuſſor 45. ff. mandat. Barboſ. in d. cap. pervenit nu.19. Conciol. ad Statut. Engub. lib.2. Rub.59. n.8. Gratian. dec.147. nu.14. Rota coram Dunozet. d. deciſ.263. in fine in recent. d. deciſ.305. nu.1. & d. deciſ.80. n.7.*

Unde ſi ad effectum ſe redimendi à moleſtiis
illatis, & lite contra eum introducta ob moram debitoris in ſolvendo dedit in ſolutum
4 bona ſtabilia Creditori, agere poterit contra principalem debitorem, tàm pro ſorte, quàm pro damnis paſſis, ut reſpondit *Rot. d. dec.80. in princ. & nu.6. cum ſeq. par.16.*

Idemque procedit, ſi pro ſolvendo debito,
pro quo vexabatur, impoſuit cenſum, vel ac-
5 cepit ad cambium ſummam debitam, nam tunc principalis debitor tenebitur illum indemnem relevare, nedum pro ſorte ſoluta, ſed etiam pro fructibus cenſus, vel cambii paſſis ob ejus moram in ſolvendo debitum, ſivè fue-
6 rit interpellatus ante contractum debitum cenſus, vel cambii, ut reſpondit *Rot. in recent. deciſ.395. nu.1. cum ſeq.* ubi, quòd competit quoque via executiva pro damnis, quando promiſſio relevationis ſtipulata fuit cum obligatione Camerali *par.13.* ſive etiam nulla præceſſerit interpellatio, tàm in foro conſcientiæ, ut firmant *Azzor. inſtit. moral. par.3. lib.5. tit. de uſur. cap.4. quæſt.2. & lib.7. tit. de mutuo cap.8. verſ. Secundus caſus*, quem refert, & ſequitur *Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæſt.7. par.2. ampliat.8. nu.277.* quàm in foro fori, ad *Text. in d. leg. Si mandata eodem §. Si fidejuſſor* ibique punctualitèr *Gloſſ. in verbo ſumptibus* traduntur relati per *Leotard. de uſur. quæſt.75. num.33.* tenet *Andreol. controv.77.* & latè diſtinguendo tres caſus reſpondit *Card. de Luca de uſur. diſcurſ.34. nu.8.* ubi ac *numeris antecedentibus, & ſequentibus* reſpondit *Cencio, & Rotæ* mox allegandis & firmavit *Rot. coram Ubald. deciſ.208. n.8.* repetita penès *Zacch. de. ſociet. offic. dec.60.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 48. ac in rec. deciſ.425. num.12. cum ſeq. par.18. confirmata in deciſ.561. nu.1. eadem. par.18.*

7 Non obſtante contraria opinione *Cenc. de cenſ. quæſt.75. nu.7. verſ. Sed, & Rotæ*, quæ in *Hortana Spolii* denegavit fidejuſſori actionem

pro

pro fructibus ſocietatis officii, contractæ, ad effectum extinguendi debitum ſtante defectu interpellationis, *ut in rec. deciſ.229. num.10. cum duobus ſeqq. par.7. confirmata coram Ryas deciſ.46. & 88.*

Quod Poteſtas, & quilibet jus dicens teneatur dare Advocatum, & Procuratorem petenti.

RUBRICA VIGESIMATERTIA.

STatuimus, ac ordinamus, quòd Poteſtas, & alius quilibet jus dicens, coram quibus quæſtio eſſet, teneantur dare Advocatum, & Procuratorem petenti unum ex Doctoribus, & CauſidicisFaveñ. qui petitus fuerit, & ſeu petiti fuerint, qui patrocinium præſtare cogatur, & ſeu cogantur juſto precio, vel ſalario. Et hoc intelligatur in Advocatis, & Cauſidicis, qui pecunia ſoliti ſunt patrocinari in Cauſis, & ita cogantur pœna, arbitrio Judicis imponenda, niſi ipſi Advocatus, & Procurator requiſiti juſtam cauſam habuerint recuſationis.

SUMMARIUM.

1 PAuperibus Advocatus dati debet à Judice,
2 Judex non providens pauperes Advocato, illiſque gratis patrocinari non præcipiens, mortalitèr peccat.
3 Advocatus, & Procurator expenſis Curiæ deſtinari debent pauperibus pro eorum defenſione, aliàs Vaſſalli gravarentur.
4 Advocatus negans patrocinium præſtare pauperibus, peccat mortalitèr.
Advocatus pauperibus gratis patrocinari tenetur num. 4.
5 Advocatus compelli poteſt à Judice ad acceptandum patrocinium pauperum, vel illum mulctando, vel ei interdicendo munus Advocationis. Limit. num. 8.
6 Diſtributio Advocatorum ſpectat ad Judicem, quando Pars ob præpotentiam, vel ob malum jus occupavit omnes Advocatos, vel ſaltem meliores.
7 Prævaricator dici nequit Advocatus, qui de mandato Judicis aſſumit patrocinium alterius Partis.
8 Advocatus cogi nequit à Judice ad acceptandum patrocinium alterius Partis, dum cum juramento aſſerat Partem, cujus priùs patrocinium aſſumpſerat, fovere bonum, jus, aliam verò malum.
9 Patrocinium unius Partis deſerere, & illud Partis contrariæ aſſumere an, & quando poſſit Advocatus, vel Procurator, remiſſivè.

OBSERVATIO.

AD Judicis officium pertinet dare paupe-
1 ribus Advocatum, ut deducitur ex *l. prima §. Ait Prætor ff. de poſtulan. Innoc. in cap. primo n.1. de offic. Judic. Marcheſan. de commiſſion. par. 1. de commiſſ. appell. in cauſ. merced. §. 1. nu. 70. fol. mihi 1197. Novar. de gravam. Vaſſall. tom. 2. gravam. 173. nu. 1. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubr. 8. num. 2*, ubi advertit, quod ejus officium eſt publicum, & neceſſarium: Et ſi de Patrono eis non provideat, illiſque gratis patrocinari non præcipiat, mor-
2 talitèr peccat *Silveſter. in verbo Advocatus n. 11. Gravat. ad Veſtr. in prax. lib. 4. tit. 4. de dolo, & contum. litt. I. nu. 32.* quos refert, & ſequitur *Petra in Ritu magnæ Curiæ Neapol. rit.23. nu. 10.* Gravantur enim Vaſſalli, quan-
3 do Reis pauperibus non deſtinantur expenſis Curiæ Advocatus, & Procurator pro illorum defenſione, ceſſis priùs per eos bonis in beneficium Curiæ *Novar. d. gravam. 173. nu. 3.*

Nec Advocatus poterit denegare ejus patrocinium, cùm teneatur etiam gratis patrocinari pauperibus, ut quamplurimis cumulatis concordantibus docet *Barboſ. in cap. Statutum n. 2. de reſcript. in 6. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. Rubr.27.n.12.* Et ſi recuſet, peccat mor-
4 talitèr, ut concordantibus relatis firmat *Zacch. de ſalar. quæſt. 52. n.112. Fragoſ. de regim.Reip. par. 1. lib. 5. diſp. 13. §. 10. n. 277. & Scaccarol. de viſit. carcerat. lib. 1. cap. 3. ſect. prima n. 10.* Ac poterit per Judicem compelli ad ac-
5 ceptandum, vel illum mulctando, vel ei interdicendo munus Advocationis, ut firmat *Barboſ. in leg. Providendum n. 2. cum ſeq. ac nu. 7. C. de poſtulan.* latè *Zacch. d. quæſt. 52. nu. 112. cum ſeqq. Novar.* ubi ſupra *n. 5. cum ſeqq.*

Sicuti etiam ad Judicem ſpectat diſtributio Advocatorum, quando Pars ob præpoten-
6 tiam, vel ob malum jus occupavit omnes Advocatos, vel ſaltem meliores, ut firmat *Text. in l. Providendum*, ibique *Gloſſ. C. de poſtulan.* Præſumitur enim fovere malum jus is, qui occupat omnes meliores Advocatos, juxta verba *d. Text.* ibi *oſtendet procul dubio iniquam à ſe litem foveri*, ubi *Barboſ. n. 9.*

Et intercedente Judicis mandato, Advocatus redargui nequit de prævaricatione ob di-
7 miſſum patrocinium alterius Partis jam aſſumptum, ut advertit *Card. Albitius de inconſtantia in judic. quæſt. 11. n. 14. cum ſeq.*

Non debet tamen compelli aſſumere patro-
8 cinium alterius Partis, quando renuat, cum juramento aſſerendo Partem, cujus priùs patrocinium aſſumpſerat, fovere bonum jus, aliam vero malum, ut voluit *Specul. in tit. de Advocat. §. Obiicitur nu. 23.* & declarat *Gutierez pract. qq. quæſt. 30. n. 4.* quos cum aliis refert *Card. Albitius* ubi ſupra *ſub n. 15. cum duobus ſeqq.* ubi *per tot. d. quæſt. 11.* examinat An,
9 & quando Advocatus, & Procurator inconſtans eſſe poſſit relinquendo priorem Partem, & aliam patrocinando.

Digitized by Google

De donis condecentibus.

RVBRICA VIGESIMAQUARTA.

INſuper ſtatuimus, & ordinamus, quod cum aliàs inoleverit abuſio, ut dona (A) condecentia, quæ promittuntur ultra dotes, eſſe intelligerentur juxta quantitatem tertiæ partis dotis (B) datæ, promiſſæ, vel legatæ! Attendentes forte, quod tunc dos communiter non excedebat ſummam librarum quadringentarum bononenorum. Cum autem nunc dotes multum auctæ fuerint, ea propter ſtatuimus, & ordinamus, ac declaramus, ut de cætero dona hujuſmodi intelligantur eſſe, & ſint quinta pars dotis datæ, promiſſæ, vel legatæ, & non ultra; Inter quæ volumus computari omnia bona mobilia, quæ ipſa Mulier habuerit tempore, quo ducitur, undecunque provenerint; Non obſtante, quod aliter hactenùs fuerit ex antiqua conſuetudine obſervatum.

SVMMARIVM.

1 DOna idem ſunt, ac Acconcium.
Acconcii nomine veniunt cophana, veſtes, & appannamenta, tàm ſerica, quàm linea, anuli, argentea, gemmæ, & ſimilia, quæ ſecum fert Sponſa pro uſu ſuo n. 1.

2 Acconcium dotis nomine, an, & quando veniat, & quando illius naturam aſſumat, & n. 12. & 13.
Acconcium reſtitui, an, quando, & quomodo debeat Mulieri à Marito, & ejus hæredibus.

3 Jocalia, & gemmæ inſervire ſolent ad ornatum Uxoris.

4 Jocalia, & gemmæ præſumuntur remanſiſſe penès Uxorem. Decl. n. 5.
Uxor tenetur reddere rationem jocalium, & gemmarum n. 4. Decl. n. 5.

6 Jocalia, & veſtes tranſmiſſæ per Sponſum Sponſæ, an cenſeantur donatæ, itaut intret reſtitutio, nec nè, remiſſivè.

7 Anulus ſponſalitius an cenſeatur donatus per Sponſum Sponſæ, itaut ipſa non teneatur ad reſtitutionem, remiſſivè.

8 Acconcium de conſuetudine ultra dotem eſt neceſſarium. Limita n. 10.
Acconcium de appendiciis dotis judicatur n.8.
Alienari poſſunt bona fideicommiſſaria aſcendentis pro traditione Acconcii, vigore *Auth. res, quæ* n. 8. Lim. n. 10.

9 Acconcium pars dotis judicatur.

11 Lucrum dotale ex Acconcio an debeatur, & n. 12. & 13.

14 Dos non eſt bonum humanum de per ſe, ſed propter matrimonium.

OBSERVATIO.

A
1 DOna, de quibus in præſenti *Rubrica* idem ſunt, ac Acconcium, cujus nomine veniunt cophana, veſtes, & appannamenta, tàm ſerica, quàm linea, anuli, argentea, gemmæ, & ſimilia, quæ ſecum fert Sponſa pro uſu ſuo *Feuzon. ad Stat. Vrbis lib. 1. cap. 132. nu. 2.* & faciunt tradita per *Rot. in rec. dec. 44. in princ. par. 9.*

Quod Acconcium licèt aliquando detur ſe-
2 paratum à dote, & inæſtimatum, quo caſu non venit ſub nomine dotis, nec illius naturam aſſumit, & Maritus tunc non tenetur ad reſtitutionem, niſi quatenus extet, ac eo modo, quo reperitur de tempore reſtitutionis faciendæ, ut benè diſtinguit *Adden. ad Ludoviſ. dec. 80. n. 12.* faciunt tradita per *Fenzon.* ubi ſupra *nn. 5. Rota in rec. d. deciſ. 44. n. 12. verſ. Secus autem cum ſeq. par. 9. repetita inter impreſſ. coram Eminentiſſ. Cerro la 38.* & dixi in *Annot. ad recol. mem. Coccin. deciſ. 60.* Nihilominùs ut plurimum traditur æſtimatum in computum, & diminutionem dotis, ut unicam ſummam, & quantitatem cum ea conſtituat, & iſto caſu naturam dotis aſſumit, itaut cùm ipſa per Maritum, ſeù ejus hæredes ſit reſtituendum, ſivè extet, ſivè non, ut reſpondit *Pariſ. conſ. 95. n. 15. lib. 2. Add. ad Ludoviſ. d. deciſ. 80. n. 2. Fenzon.* ubi ſupra, *& n. 4. Rota coram Seraphin. deciſ. 132. In Romana Fideicommiſſi de Mutis 28. Maii 1649. coram Meltio 5. De Acconcio* confirmata in hac parte *in recent. deciſ. 41. num. 19. & 20. par. 11.* & priùs firmaverat *in d. deciſ. 44. n. 11. cum ſeq.* & dixi *in allegat. Annot. 60.*

Si totum, vel pars Acconcii conſiſtat in gemmis, & jocalibus, quæ cum illa inſervire
3 ſoleant ad ornatum Uxoris, *l. Quamvis ff. de aur. & argent. legat.* ibi *quibus uti Mulieres venuſtatis, & ornatus cauſa cæperunt* præſumun-
4 tur remanſiſſe penès eam; penès quam ſolebant aſſervari, & conſequenter ipſa, non autem Maritus, tenetur de illis reddere rationem *Gloſſ. in l. Si ego dotis verbo commiſſæ ff. de jur. dot. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 6. Gloſſ. 2. par. 5. n. 16.* quem ſequuta fuit *Rota in recent. deciſ. 225. n. 55. cum ſeq. par. 6.* & utramque concluſionem firmavit *coram Eminentiſſ. Cerro d. dec. 38. n. 8. cum ſeqq. & coram Bichio deciſ. 131. n. 18. cum duobus ſeqq.*

Quod procedit, quotieſcunque conſtat, ip-
5 ſam retinuiſſe penès ſe gemmas, & jocalia de tempore proximo morti Mariti; Secùs verò ſi de tempore remoto, cum medio tempore accidere potuerit aliquid, per quod poſſibile reddatur, Maritum ea alienaſſe, ut declarando reſpondit *Rota in recent. deciſ. 265. nu. 11. juncta deciſ. 297. nu. 6. cum ſeqq. par. 6. & coram Bich. dec. 173. n. 22. cum ſeq.*

An autem jocalia, & veſtes tranſmiſſæ per
6 Sponſum Sponſæ, cenſeantur donatæ, itaut intret reſtitutio, nec nè, vide *Petr. de Luna conſ. 36. Io: Baptiſta Antonell. conſ. 24. Cappon.*

con-

controv. 282. *n.* 21. *cum ſeqq. Ciroch. diſcept.* 67.
n. 27. *cum ſeq. Tranchedin. conſult.* 29. *De Luca,*
& alii ad Franch. dec. 503. *Leo dec.* 15. *tom.* 3.
Bonden. collect. 42. *nu.* 96. *cum ſeqq.* ubi etiam
examinat articulum circa anulum ſponſali-
7 tium, *& Rota cor. Arguelles deciſ.* 67. *ac.* 102.
coram Merlin. deciſ. 885. *& in Maceraten. Jo-*
calium 8. *Febr.* 1683. *coram R. P. D. Emerix.*

Notandum, quòd cùm Acconcium de con-
ſuetudine ultrà dotem ſit neceſſarium judicatur
de appendiciis dotis, & pro eo poſſunt bona
8 fideicommiſſaria aſcendentis alienari, vigore
Auth. res, quæ tanquam expenſa neceſſaria,
cùm non poſſit abſque dedecore prætermitti
Salycet. in eadem Auth. reſque n. 5. *C. Commun. de*
legat. firmat *Altogr. conſ.* 20. *n.* 24. *cum ſeq. vol.* 2.
Gabriel. conſ. 111. *num.* 4. *cum duobus ſeqq. juncto*
conſ. 153. *per tot. vol.* 2. ubi *n.* 2. tradit, quod ea
conſuetudine generali tenentur aſcendentes ad
hujuſmodi apparatum plenè *Gratian. diſcep.* 498.
n. 57. *cum ſeq.* reſpondit *Rota diverſ. dec.* 556. *p.* 1.
coram Bichio dec. 366. *n.* 11. *cum duobus ſeq. in rec.*
dec. 41. *n.* 19. *cum ſeq. par.* 11. & quod etiam judi-
9 cetur quodammodò pars dotis, quia ſtante
conſuetudine, ſi illud non daretur, deberetur
maior dos, ut cum *Caſtr.* advertit *Gabriel d.*
conſ. 153. *n.* 12. *Gratian. d. diſcept.* 498. *n.* 58. *Rota*
diverſ. d. dec. 556. *n.* 3. *Theſaur. dec.* 195. *n.* 5.

Sed ſi Mulier habuit tantam pecuniæ quan-
titatem nomine dotis, quæ attento valore pa-
10 trimonii, & perſonarum qualitate ſit compe-
tens pro dote, & pro Acconcio, tunc ſtante
hujuſmodi congruitate non debetur aliud Ac-
concium, ut reſpondit *Altograd. dicto conſ.* 20.
num. 19. *verſ. Quia conſuetudo cum ſeq. vol.* 2.

An autem ex eo debeatur lucrum dotale
11 Marito, cui ex diſpoſitione Statuti defertur
in medietate dotis concurrunt hinc indè effi-
caciſſimæ rationes, & auctoritates, relatæ per
Theſaur. dicta deciſ. 195.

Æquior tamen, & verior opinio ſtat pro
Marito, quando agitur de Acconcio valdè in-
feriore quantitati dotis, & de conſuetudine
dari ſolito ob cauſam matrimonii cùm tunc
12 veniat ſub nomine dotis, ut diſtinguendo in-
ter paraphrenalia magni valoris, & Accon-
cium, reſponderunt *Gratian. diſcept.* 671. *nu.* 7.
cum ſeq. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. *Rubr.* 46. *n.* 9.
cum ſeq. Theſaur. d. dec. 195. *n.* 7. ubi *n.* 8. limitat
in caſu conſuetudinis, & conferunt firmata per
Rot. cor. Ludoviſ. dec. 80. *n.* 7. ubi *Add. n.* 11.

Et ſine difficultate procedit, quando inſtru-
mento dotali Acconcium fuit promiſſum, cùm
tunc incontrovertibile ſit, illud eſſe partem
dotis, & ex eo deberi lucrum Marito, ut re-
ſpondit *Rota cor. recol. me: Coccin. dec.* 624. quam
ſequuta fuit *in rec. dec.* 403. *n.* 14. *par.* 5. *tom.* 1.

B Dos non eſt bonum humanum de per ſe, ſed
14 propter matrimonium, ex quo proles naſci-
tur, quod eſt bonum publicum, nàm dos ve-
luti adjumentum, ſeù incitamentum eſt, ut ho-
mines illius cupiditate ineſcati facilius matri-
monium contrahant, ita *Paraſitus apud Plaut.*
in perſa act. 3. *ſcen.* 1.

Hic cum mala fama facilè nubitur.

Dùm dos ſit, nullum vitium vitio vertitur, &
docet *Amaya obſerv. jur. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 6. *ac Cru-*
cius de jure offeren. cap. 7. *ſub n.* 7.

ADDIT. AD RUBR. XXIV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Donorum, Jocalium, & Paraphrenalium appellatione, quæ veniunt.
2 Dona, quæ dantur ultra dotem non ſunt bona paraphrenalia mulieris, ſed pars dotis.
3 Fructus ex Acconcio debentur tanquàm pars dotis.
4 Gemmæ, & Jocalia præſumuntur remanere penes uxorem.
5 Jocalia, & veſtes per Sponſum tranſmiſſæ Sponſæ an, & quando cenſeantur donatæ.
6 Anulus ſponſalitius, an cenſeatur Sponſæ donatus.
7 Acconcium eſt de appendiciis dotis.
Acconcium ſolvi debet eodem Jure, quo dos *num.* 7.
8 Fideicommiſſum alienari poteſt pro Acconcio tanquàm expenſa nuptialis.
Advocati Thomæ Zauli Mentio nu. 7.

Num. 1. Appellatione donorum, ſeù Jocalium,
& Paraphrenalium veniunt Veſtes, * & appan-
1 namenta tàm ſetica, quàm linea, anuli, gem-
mæ, & ſimilia, quæ inſervire ſolent ad orna-
tum Uxoris, ut firmat *D. Advocat. Calderon. re-*
ſolut. 87. *num.* 1. *cum ſeq.*

Num. 2. Dona: ſeù mobilia, quæ promittuntur,
ſeù dantur ultrà dotem non ſunt bona para-
2 phrenalia mulieris, * ſed pars dotis, ut rela-
tis verbis hujus *Rubricæ* reſpondit *Rot. in Fa-*
ventina Dotis 10. *Januarii* 1698. *cor. Emo Capra-*
3 *ra* §. *Quod autem*, ubi §. *Licèt firmatur*, quod ideò
debentur fructus * ex acconcio tanquàm parte
dotis promiſſæ.

Num. 3. Gemmæ, & jocalia præſumuntur rema-
4 nere penes Uxorem, * quæ ideò de illis tene-
tur reddere rationem *Calderon. me allegat. d. re-*
ſolut. 87. *num.* 3.

Num. 6. Jocalia, & veſtes per Sponſum Sponſæ
5 tranſmiſſæ an, & quando cenſeantur donatæ
* vide *Rot. in Bononien. Dotis, & Antephati* 17.
Junii 1695. 6. *Aprilis* 1696., *&* 1. *Martii* 1697.
cor. R. P. D. Muto Michalor. de fratrib. par. 1. *c.* 28.
ubi *numero* 19. de annulo Sponſalitio *Campell.*
ad Conſtitutiones Ducatus Urbini tomo 1. *De-*
cret. 110. ubi de more latè examinat doctè Ma-
teriam in qualibet ſpecie doni.

Num. 7. Annulus Sponſalitius, qui per Sponſum
datur Sponſæ, an cenſeatur donatus * prætet
6 hic allegatos vide *Michalor. de fratrib. p.* 1. *c.* 28.
n. 19. *Rot. in d. Bononien. Dotis, & Antaphati* 6.
Aprilis 1696., *&* 1. *Martii* 1697. *coram R. P. D.*
Muto circa princip. Rota Maceraten. penes Gra-
tian.

Digitized by Google

tian. deciſ. 118. *numer.* 9. *verſ. Adde*.
Nu.8. Acconcium eſt de appendiciis dotis, ideòque eodem jure ſolvi debet, * ac ipſa dos, ut
7 reſpondit *Rot. in Roman. Salviani* 4. *Decem.* 1647. *cor. bon. me: Veroſpio impreſs. inter recollect. à Coſtantin. ad Statutum Urbis dec.* 100. *n.* 2. (ubi agebatur de accollatione facta à bo: me: *Advocato Thoma Zaulo* occaſione emptionis Palatii, cujus Advocati occaſione alterius cauſę meminit *Rot. cor. Burat. dec.* 450. & 485. *cor. Remb. deciſ.* 494. & ejuſdem impreſſa ſunt *duo reſponſa penes Farinac. conſ.* 162. *n.* 12. *cum ſeq. juncto num.* 38. *cum ſeqq.*) *Palma dec.* 358. *n.* 8. & 9. *ac ſeq.* ibi me hic allegato *Rot. in rec. dec.* 44. *n.* 11. *in fine cum ſeq. par.* 9. *dec.* 311. *n.* 10. *par.* 10.

Et cùm ſit expenſa nuptialis pro ea poteſt fideicommiſſum alienari vigore *Auth. reſque* *
8 ut cenſuit *Rot. cor. Bichio dec.* 366. *n.* 11. *cum ſeqq.* & *in Romana, ſeù Reatina Cenſus* 12. *Junii* 1713. *coram R. P. D. Falconcrio* Urbis Gubernatore digniſſimo *ſub* §. *Altera verò*.

De Dotibus Mulierum, & qualitèr de ipſis diſponi poſſit, & debeat ſoluto Matrimonio.

RUBRICA VIGESIMAQUINTA.

STatuimus, & ordinamus, quòd quicunque de Civitate, Comitatu, & Diſtrictu Faven. accepit Uxorem, eamque deſponſaverit, & ad Domum traduxerit, dictaque Uxor prædeceſſerit ſine communibus, vel cum communibus liberis, quod ex dote data, ſeù promiſſa à dicta ſua Uxore, ſeù ab alio pro ea, Viro ſuo, aut alteri pro eo, ſeù etiam dictæ Uxori conſtituta inter vivos, aut legata quovis titulo in qualibet ultima voluntate, quòd medietatem hujuſmodi dotis lucretur, (A) & lucrari debeat talis Maritus, quam retinere poſſit, quando dotem percepit. Et ſi nondùm totam, vel ejus partem habuerit, habeat actiones, & jus petendi dictam medietatem, vel quòd ad eam defuerit, vigore, & auctoritate præſentis Statuti, contra quoſcunque ad hujuſmodi dotem obligatos, non obſtantibus etiam aliqua ultima voluntate, ſeù alia diſpoſitione, aut quibuſcunque clauſulis, ſeù capitulis alitèr, vel in contrarium diſponente, & diſponentibus. Idque obſervetur, & obſervari debeat, tàm in primo, quàm in aliis quibuſcunque matrimoniis, etiam ſi tali Mulieri decedenti ſupereſſent filii, unus, vel plures ex alio matrimonio, non obſtante etiam quod à jure, & maximè ex diſpoſitione *l. hac edictali C. de ſecundis Nuptiis*, alitèr, & contrarium diſponatur. (Et quod dicta Mulier non poſſit de dicta dimidia dotis prædictæ, nec inter vivos, nec in ultima voluntate modo aliquo, aut quovis jure diſponere. Nec etiam prædictæ Mulieres, aut Filii, Fratres, Patruus, Nepos, vel alii, qui ſtipulati fuerint hujuſmodi dotem, in totum, vel in partem ſibi reſtitui, ſeù ad quem, vel ad quos dictæ Mulieris hæreditas, ſeù dos prædicta ex Teſtamento, vel ab inteſtato, aut ex quovis contractu, ſeù etiam ex ſtipulatione de jure ſpectaret, aliquam moleſtiam dicto Viro, vel ejus hæredibus, vel ei, qui dotem nomine dicti Viri accepiſſet ſuper dicta dimidia, aut ſuper actionibus prædictis pro ea conſequenda, inferre poſſit. Sed dimidia dotis prædictæ ad dictum Virum ſuperſtitem remaneat, & peti, & exigi poſſit caſu, quo ſoluta nondùm fuiſſet. Et ſi aliquis de his, ad quos hæreditas, ſucceſſio, actio, vel jus dictæ Mulieris, ſeù dotis prædictæ ſpectaret, tàm ex Teſtamento, ſeù quavis ultima voluntate, ſeu ſtipulatione, aut contractu aliquo ſuper dicta dimidia, ſeù ſuper dictis actionibus moleſtiam, & controverſiam eidem Viro, aut filiis hæredibus, vel ſucceſſoribus ſuis inferat modo aliquo coram quocunque Judice, incidat Ipſo jure in pœnam librarum L. bononenorum, applicandam eidem Marito, vel ejus hæredibus. Quæ omnia etiam obſerventur, non obſtante quod per Inſtrumentum publicum etiam juramento roboratum, vel alio modo, appareret ipſum Virum ſub quacunque Verborum forma in receptione dictæ dotis promiſiſſe dotem integram reſtituere in caſu ejus reſtitutionis, niſi in dicto Inſtrumento, & in tali promiſſione fuerit per ipſum Virum huic Statuto, & ejus beneficio clarè, expreſsè, & ex certa ſcientia renunciatum. (C) Expenſæ tamen funeris (D) dictæ Uxoris prædefunctæ fieri debeant communitèr ex dicta dote; quam dimidiam, ſic per dictum Virum lucratam, idem Maritus non poſsit in alium transferre, nec inter vivos, nec in ultima voluntate, ſed eam filiis ejuſdem matrimonii Maſculis, ſi Maſculi ſuperſint, & ſi non ſuperſint, Filiabus ſervare teneatur. Et ſi eam in totum, vel in partem alienaverit, vel alitèr diſpoſuerit, quàm ſupra dictum ſit, talis contractus, diſpoſitio, & alienatio, ſint nullius roboris, & momenti, & per ipſos Liberos recuperari poſsit, quibus non extantibus idem Maritus de dicta dimidia diſponere liberè poſsit, & valeat, & eam in quoſcunque transferre. Et præſentis Statuti diſpoſitio locum habeat, & obſervetur in matrimoniis, dotibus, & caſibus præteritis, præſentibus, & futuris. (E)

SUM.

SVMMARIVM.

1 Premio, & pena conſervatur tranquillitas Reip.
Matrimonium prolem legitimam Reip. præſtat, & immortalitatem artificioſè introducit *num.* 2.

2 Celibes à Romanis afficiebantur pœnâ.
Ad incitandum homines ad matrimonium, Romani uſi ſunt præmio, & pœna, de quibus *num.* 1. *&* 4.

3 Cælibes ad munera Civitatis Valentiæ non admittuntur.

5 Præmiis invitari homines poſſunt ad matrimonium,

6 Privilegia multa impertita fuerunt doti, ut Reſp. liberis hominibus repleatur.

7 Lucrum dotale introductum eſt, ut Mulierea citiùs, & faciliùs Virum inveniant, cum eo mediante homines invitentur ad matrimonium, & ab oneribus illius ſubleventur.
Homines non ità facilè contrahunt matrimonium, ſicut Mulieres, *num.* 7.

8 Lucrum dotale, quod defertur Mulieri, cenſetur debitum in præmium amiſſæ Virginitatis.

9 Statutum deferens lucrum dotale ſoli Viro, videtur iniquum, & irrationabile, cùm inducat inæqualitatem inter Coniuges, & *n.* 10. Contrarium *nu.* 13.

10 Inæqualitas repugnat Juri naturali, & æquitati.
Coniuges ſunt in ſocietate individua, quæ non debet eſſe Leonina *n.* 10.
Pacta dotis, & donationis propter Nuptias debent eſſe æqualia, *nu.* 10.

11 Statutum deferens lucrum dotale ſoli Viro, non contrariatur diſpoſitioni Juris communis.
Pactum de lucranda dotis parte favore Mariti, valet *num.* 11. *&* 12.

12 Quod poteſt fieri pacto, poteſt etiam Statuto.

13 Statutum correctorium Juris communis poteſt eſſe favorabile, rationabile, & honeſtum.

14 Statutum de lucro dotis favore Mariti tantum, judicatur favorabile, & honeſtum, & quare *num.* 16.

15 Statutum de lucro dotis favore Mariti tantùm viget in quamplurimis Italiæ Civitatibus, de quibus ibi remiſſivè.

17 Statutum deferens Marito lucrum ex dote promiſſa,
Dos efficitur ex ſola promiſſione *num.* 17.

18 Statutum *Faventiæ* defert lucrum dotis Marito, tàm ex dote data, quàm promiſſa.

19 Lucrum dotis, partim in pecunia ſolutæ, & partim promiſſæ poſt certum tempus, vel purificata conditione ſolutioni adiecta, non poteſt totum a Marito retineri ex parte dotis ſoluta, ſed proportionabilitèr ei debetur ex parte data, expectato deinceps diei, vel conditionis adventu reſpectu alterius partis promiſſæ.

20 Conſumatio matrimonii an requiratur ad effectum conſecutionis lucri dotalis remiſſivè.

21 Matrimonio ſequuto per verba de præſenti, etiam non ſequuta copula, debetur lucrum dotale, quotiès Statutum diſponit, quod Vir lucretur dotem, vel illius partem, Uxore ſine Liberis decedente. Limita *n.* 22.

22 Statutum intelligendum eſt juxta communem uſum loquendi.

23 Matrimonii conſumatio ad effectum conſequendi lucrum dotis non requiritur, ſecundùm veriorem opinionem.
Card. de Luca de dote diſcurſ. 135. *nu.* 10. *verſ. Idque clarè* reprobatur num. 2.

24 Antephatum debetur etiam non contracto matrimonio per verba de præſenti; dummodò præceſſerit oſculum.

25 *Mantic. dec.* 243. *nu.* 2. in quibus terminis loquatur.

26 Conſumatio matrimonii requiritur ex diſpoſitione *Statuti Urbis lib.* 1. *c.* 131. ad effectum conſequendi lucrum dotale. Limita *n.* 29.

27 Statutum *Faventiæ* diſponit, quòd deſponſata Muliere, & ad domum Viri traducta, debeatur lucrum dotis, & ideò deficiente traductione, illud denegatur. Limita *num.* 28. *Sublim. num.* 29.

29 Conſumatione matrimonii etiam non ſequuta, & à Statuto requiſita, adhùc debetur lucrum dotis, quando per illud prætendentem non ſtetit, quominùs conſumaretur. Limita *num.* 30.

30 Impotentia perpetua, & nulla arte ſanabili, alterius Coniugis probata, matrimonium à principio eſt nullum.

31 Sed ſi erit temporalis, vel dubia, tùnc requiritur ſucceſſiva triennalis patientia, pro facienda copulæ coniugalis experientia.

32 Dote conſtituta in certa ſumma cum pacto lucri dotalis, ac aſſumpto per promiſſorem onere reportandi à Pontifice derogationem *Bullæ* Sixti V. attenta exceſſuitate, ſi poſt ſolutionem partis deceſſerit Maritus ante obtentam derogationem, an debeatur lucrum dotis ex integra dote, ſtante gratia revalidatoria illius conſtitutionis, deindè obtenta, abſque expreſſa narrativa præcedentis obitus Viri, ſed ſolùm cum dictione *quondam, & numeris ſeqq. Contrarium n.* 43. *cum ſeq.*

33 Derogatio *Bullæ* Sixti V. circa quantitatem dotium cum gratia revalidatoria conſtitutionis dotis jàm factæ, operatur, ac ſi ab initio legitimè fuiſſet dos conſtituta.

34 Maximè ſi à principio conſtituta fuerit dos cum expreſſa reſervatione Beneplaciti Apoſtolici, cùm tunc conſtitutio uſque ab initio haberet implicitum ſtatum validitatis, & obtenta derogatione recipiat perfectionem à die celebrati contractus.

35 Dictio *quondam* probat mortem, ex communi uſu loquendi.

36 Subreptio, vel obreptio ceſſat, quotiès Papa in genere potuerit cogitare id, de cujus narrationis defectu opponitur.

37 Re-

37 Reconvalidatio cenſuum nullitèr impoſitorum ob non ſervatam formam *Conſtitutionis Pianæ*, paſſim conceditur.

38 Obligatio defuncti ex perſona hæredis non immutatur.

Hæres una, & eadem perſona cum defuncto reputatur *num.*38.

39 Hæres non poteſt judicari tanquàm tertius.

40 Juri tertio quæſito non præſumitur Pontificem voluiſſe præjudicare.

Derogatio Bullæ SIXTINÆ ſuper exceſſivitate dotium obtenta poſt diſſolutum matrimonium, non præjudicat juri tertio quæſito cujus non fuit facta expreſſa mentio *n.*40.*&*41.

41 *San.me.* INNOCENTIUS XI. *in ejus regula Cancellariæ la* 18. palam ſemper proteſtatus eſt, nolle in gratiis, & derogationibus juri tertio quæſito præjudicare.

42 *Regula Cancellariæ de jure quæſito non tollendo* habet locum in quocunque jure quæſito, & ex quacunque cauſa, ſeu titulo, ſive magno, ſive minimo.

43 Scientia ſpecifica, & individualis requiritur in Pontifice, quando agitur de tollendo jure tertio quæſito.

45 Lucrum dotale debitum voluntarium judicatur.

46 *Rot. in Romana annuæ præſtationis* 14. *Junii* 1677. *coram R. P. D. Paluccio*, in quibus terminis procedat.

47 Lucrum dotale ex bonis fideicommiſſariis, Emphyteuticis, & Subſidiis dotalibus Confraternitatum, in dotem aſſignatis, an & quando debeatur, remiſſivè.

48 Lucrum dotale debitum voluntarium judicatur ad excludendam compenſationem legati facti per Uxorem cum illo, Viro debito. Decl. num. 49.

50 Lucrum dotale debitum neceſſarium judicatur, quando agitur de illud detrahendo ex bonis fideicommiſſariis. Ampl. n. 51.

Auth. res quæ C. commun. de legat. permittit alienationem bonorum fideicommiſſariorum, tam pro dote, quàm pro donatione proptèr nuptias n. 50.

52 Dos, & lucrum dotale detrahi non poteſt ex bonis fideicommiſſariis, quando adſunt bona libera, quamvis Teſtator conceſſerit facultatem diſtrahendi fideicommiſſum pro dote.

53 Lucrum dotale detrahendum eſt ante Legitimam, tanquàm æs alienum. Contrarium n. 56. Declara n. 58. & n. 59. Sed declaratio impugnatur n. 59.

Legitima eſt quota bonorum n. 53.

54 Lucrum dotale defertur Viro titulo oneroſo propter onera matrimonii, & n. 57. Amplia n. 55. Contrarium n. 56.

57 *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 198. *nu.* 112. *verſ. Sed quod illud, cum ſeq.* reprobatur.

Merl. de legit. lib. 2. *tit.* 1. *quæſt.* 22. *n.* 4. *&* 13. reprobatur n. 57.

58 Lucrum dotale debitum, non ex neceſſitate legis, vel Statuti, ſed ex conventione Partium, cenſetur debitum voluntarium.

59 *Rota in Recent. deciſ.* 308. *n.* 18. *cum ſeqq. par.* 19 impugnatur.

Rota in Spoletana Legitimæ 12. *Maii* 1679. *coram Card. Taya*, impugnatur n. 59.

Rota in Spoletana Legitimæ 28. *Januarii* 1680. *coram R. P. D. Emerix*, impugnatur n. 59.

Dos inofficioſa non præjudicat quantitati legitimæ, n. 59.

60 Æs alienum deducendum eſt ante Legitimam, ſivè proveniat ex cauſa voluntaria, ſivè neceſſaria.

61 Legitima debita Filiis prioris matrimonii, priùs detrahitur, quàm lucrum dotale, & quare.

62 Diſpoſitioni *l. hac Edictali, C. de ſecund. nupt.* derogari poteſt per Statutum, tam expreſſè, quam tacitè, & n. 64.

63 *Statutum Faventiæ* non ligat Briſighellenſes.

64 Diſpoſitioni *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* cenſetur derogatum per Statutum, quando defertur Marito certa pars dotis etiam extantibus filiis primi matrimonii.

65 Item quando verba Statuti ſunt omninò incompatibilia, cum illius diſpoſitione.

66 Diſpoſitioni *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* derogatum in dubio non cenſetur per Statutum, & pronunciandum favore filiorum prioris matrimonii.

67 Renunciatum non cenſetur lucro dotali per promiſſionem factam à Marito de reſtituendo dotem.

68 Limita primo. Si promiſerit reſtituere totam, & integram dotem. Sublim. n. 69.

70 Limita ſecundò. Quando Maritus dedit facultatem habendi regreſſum contra bona propria uſque ad integram dotis reſtitutionem.

71 Limita tertiò. Quando ſequuta concordia inter Conjuges, in qua ultra ſeparationem thori Maritus renunciaverit Uxori totam dotem, & hinc indè ſe abſolverint, & liberaverint ab omni, & quacumque prætenſione ex quavis ratione, & cauſa, etiam per Aquilianam ſtipulationem, necnon quietaverint per pactum perpetuum quidquam petendi.

72 Lucrum dotale à Statuto delatum repudiari poteſt in præjudicium creditorum.

73 Maritus pro rata lucri dotalis concurrere debet in impenſis funerum.

74 Legislatores futuris providere ſolent. Leges, Statuta, & Conſtitutiones reſpiciunt futura, non autem præterita, maximè in materia pœnali nu. 74. 75. & 76. Ampl. n. 77. & n. 85. Limita n. 83. & 86. Sublim. n. 77. Vide n. 88. remiſſivè.

75 Trahere leges ad præterita eſt quædam calumnia.

76 Pœna non irrogatur, niſi quatenùs aliquod Jus violatur, ac concurrit dolus.

Jus poſterius violatum non poteſt cenſeri per actum præteritum, n. 76.

77 Statutum diſponens, non poſſe dari in dotem ultra

ultra certam ſummam, non habet locum, ſi
Mulier cum majori dote aute conditum Sta.
tutum nupſiſſet, & poſteà effecta vidua ite-
rùm poſt conditum Statutum, cum eadem
dote convolaverit ad ſecundas nuptias.
StatutumSpoleti prohibet conſtitutionem doris
ultra ſummam ſcut. 500. n. 77.
Dos tradita à Vidua in ſecundis nuptiis, non
cenſetur nova, ſed antiqua renovata, n.77.
78 Leges, Statuta, & Conſtitutiones novæ non
comprehendunt lites, & negotia pendentia,
niſi nominatim contrarium Legislator de-
claraverit. Ampl. n. 79. Declara n. 80.Sub-
declara n. 81.
82 Leges, & Conſtitutiones novæ non exten-
duntur ad contractus præteritos conditio-
nales.
83 Statutum, ſeù Conſtitutio diſponens, quod
debeat trahi etiam ad præterita, eſt odio-
ſum, & ſtrictè intelligendum.

OBSERVATIO.

A EFficaciſſimis illis duobus remediis, qui-
bus tranquillitas publica, pacatuſque
Reip. cujuſque ſtatus conſervatur, præmio
1 ſcilicet, & pœna, ex allegandis infra in *Obſer.*
ad Rubr. 1. lib. IV. uſi fuerunt *Romani*, ut ho-
mines majori ſtudio incitarentur ad contra-
2 henda matrimonia, quæ prolem legitimam
Reip. præſtant, & immortalitatem artificiosè
introducunt, ut cùm *Juſtinian. in Novell. de*
nupt. in princ.& Novell.39.de reſtit. in fine præ-
fationis notat *Matthæu de regim. Regn. Valent.*
cap. 4. §. 5. n.19. & Carpzou. prax. crim.par.2.
quæſt. 51. n. 9. cum ſeq. Nam pœna afficieban-
tur cælibes, cum ex *Lege Julia*, & *Papia* cape-
re non poſſent ex teſtamento, niſi intra cen-
rum dies legi paruiſſent, contrahendo matri-
monium *l. prima C. infirm. pæn. cælib.* nec con-
dere teſtamentum, ut probat *Sozomenus lib.1.*
hiſtor. tripart. cap.9. Reges quoque Valentiæ de-
creverunt, cælibes ad munera Urbis non ad-
3 mitti, ut reſtatur *Matthæu de regim. Regn.Va-*
lent. cap.4.§.5. n. 19. verſ. Quare: Præmiorum
quoque exhortatione eadem *Lex Julia*, & *Pa-*
4 *pia* uſa fuit pro majori frequentia matrimo-
niorum, etenim Uxorati in Magiſtratu, in
ſorte Provinciarum, & in Curia primi ſenten-
tiam rogati in albo, & proceſſu cæteris præ-
lati erant, ut docet *Amaya obſervat. jur. lib.2.*
cap. 4. nu. 1. cum ſeqq. & lib. 3. cap. 6. nu. 31.
cum ſeq. ubi etiam refert verba *Sozomeni*: Nec
eſt novum, quòd præmiis ad matrimonium
invitetur *l. Aſſiduis 12.§. ad hæc verſ. Quis enim*
5 ibi *pro quibus multa noſtris legibus inventa ſunt*
privilegia C. qui pot. in pign. hab. Matthæu ubi
ſupra *n. 18. & §. 6. n. 30. cum ſeqq. Rota coram*
recol. me. Coccin. deciſ. 1462. num. 5. juncta de-
ciſ. 2233. n. 19.
Hinc ut Reſp. liberis hominibus repleatur
impertita fuerunt doti varia privilegia, ut pro-
6 bat *Pompon. in l. prima ff. ſolut. matrim.* ibique
DD. & præſertim *Petrus Barboſ. cum aliis rela-*
tis per Amayam loc. cit. dicto cap. 4. num. 5.

Eademque ratione introductum cenſetur
lucrum dotale, quod à Marito ſuperſtite ſu-
7 perlucretur, Etenim eo mediante Mulieres ci-
tiùs, & faciliùs Virum inveniunt, quia homi-
nes, qui non ita facilè contrahunt matrimo-
nium, ſicut Mulieres, inter cætera hoc lucro
invitantur ad matrimonium, & ab illius one-
ribus ſublevantur *Dec. conſ. 577. nn. 13. Bald.*
conſ. 495. in fine vol. 5. quem refert, & ſequitur
Marta conſ. 53. n. 5. Peregr. conſ. 85. n.2. lib.1.
Decian. reſponſ. 12. n. 19. vol. 2. Urceol. conſul-
tat. forenſ. cap. 11. nu. 21. & 77. D. Dominicus
Philippuccius Advocatus Maceratenſis (Pater
R. P. D. Gabrielis Philipuccii qui dignitatem
Cardinalatus ad quam meritò, licet invitus,
a CLEMENTE XI. evarus fuerat generosè repu-
diavit) penès *Maſſin. de confiſcat. quæſt. 31. n. 143.*
& 148. & 178. Boſſ. de dote cap. 2. ſub n. 43. & 60.
juncto n. 80. circa finem verſ. Et præterea Annot.
ad Matthesilan. ſingular. 74. num. 10. Rot. coram
Seraphin. deciſ. 250. num. 3.
Et ubi defertur Mulieri, cenſetur debitum
8 in præmium amiſſæ virginitatis, ac proſtratæ
pudicitiæ, & ſic in recompenſationem ejus de-
terioratæ conditionis, ut advertit *Peregr. de*
fideic. art. 42. ſub. nu. 98. Fontanell. de pact. nu-
ptial. clauſ. 7. Gloſſ. 3. par. 14. nu. 7. Giurb. in
conſuetud. Meſſan. cap. 13. Gloſſ. 2. n. 1. Card. de
Luca de dote diſcurſ. 135. n. 5. ac n. 10. Franch.
deciſ. 182. nn. 9. & 19. & loquendo de arrhis
ſponſalitiis *Sanchez. de matrim. lib.6. diſput.27.*
n. 3. Rota coram Cerro dec. 67. n. 11.
Quoties defertur duntaxat Viro, videtur
Statutum taliter diſponens, iniquum, & irra-
9 tionabile, cùm reſiſtat æquitati, & juri natu-
rali, ac tribuat occaſionem delinquendi, ut
reſpondit *D. Scipio Santrochettus* penès *Urceol.*
d. cap.11. num.45. & faciunt tradita per *Rot. in*
rec. deciſ.21. n.3. par.2. & coram Penia dec.349.
n.6. & 13. ſecundum impreſſ. Lugdunen.
Inæqualitas enim hujuſmodi repugnat Juri
10 naturali, & æquitati, nam cum Coniunges
ſint in ſocietate individua, non poteſt illa eſſe
leonina; leges enim non alia ratione praſcri-
bunt pacta dotis, & donationis propter nuptias
debere eſſe æqualia, quam ut *juſtitiæ, & æqui-*
tatis ratio ſervetur, & nè Partes negotiativè ſe
invicem circumveniant, ut cavetur in *Novell.97.*
cap.1. de æqualitate dot. à qua deſumitur *Auth.*
æqualitas C. de pact. conventional. ut proſequitur
Santrochett. ubi ſupra *nn. 45. verſ. Quod autem*
cum ſeq.
Licèt non videatur contrariari diſpoſitioni
Juris communis, ut deducitur ex *Tex. in l. unic.*
11 *§. Illo procuidubio*, ibi: *ut ſi deceſſerit Mulier*
conſtante matrimonio, dos non in lucrum Mariti
cedat, niſi ex quibuſdam pactionibus, ibique *Gloſſ.*
in verbo pactionibus explicat, *ideſt pacto facto de*
dote lucranda, ſi prædecedat Uxor ubi etiam *An-*
gel. C. de rei Uxor. act. concordat *Tex. in l. In*
eum 16. ibi: *& eum, qui morte Mulieris dotem*
lucratur, in funus conferre debere, ſivè Pater Mu-
lieris ſit, ſivè Maritus, ff. de Religioſ. & ſumpt.
funer. & in *§. Deinceps*, ibi: *Unde ſivè morte Viri*

ſolvatur matrimonium, ſivè ſine Mulieris, lucrum
ſit, Viro quidem in dote, ſecundum quod nuptia-
lium inſtrumentorum continetur pacto, & infra
poſt §. *Veniet*, ibi: *cap.VI. de lucro dotis, & ante*
nuptias donationis ex pacto non exiſtentium libe-
rorum, vide ſupra &c. *Auth. de nupt. in cap. fi-*
nal. §. Sanè ſoluto matrimonio ſicut dos ad Mulie-
rem, ſic & donatio propter nuptias, redit ad Vi-
rum, niſi de conſuetudine ſecus obtineat, vel ex
pacto de lucranda dote, de donat. inter Virum, &
Uxorem, tradit *Mantic. de tacit. lib.12. tit.33.*
nu.1. Rota coram Ottbobono deciſ.83. n.2. 3. & 4.
ſi enim de jure, tam Canonico, quàm Civili
12 admittitur pactum de lucranda parte dotis
favore Mariti, admitti etiam debet Statutum
taliter diſponens, quia quod poteſt fieri pacto-
poteſt etiam Statuto, ut in ſpecie ratiocinando
reſpondit *D. Phi ippuccius* penès *Maſſin. de con-*
fiſcat. bonor. d. queſt.31. nu.177.

Sed quatenùs eſſet correctori Juris com-
munis, adhuc poteſt eſſe favorabile, rationa-
13 bile, & honeſtum, cum ſtent ſimul, quòd Sta-
tutum diſponat contra Jus commune, & nihilo-
minus ſit rationabile, & honeſtum, ut adver-
tit *Rota coram Penia deciſ.349. ſub nu.13. ſecun-*
dum impreſſ. Lugdunen. in rec. dec.53. n.8. par.3.
coram Merlin. dec.353. n.5. & 6. coram Pamphil.
dec.32. nu.8.

Prout Statutum de lucro dotis favore Mariti
14 judicatur favorabile, cùm ratio, ob quam
moventur Statuentes, nedùm ſit propter onera
matrimonii, verùm etiam ut alliciantur ho-
mines ad contrahenda matrimonia, quòd con-
tinet bonum publicum, ex *Bald. Dec. Decian.*
Boſſ. Vrceol. Philipucc. & Rot. in locis allegatis
ſupra verſ. eademque ratione, & tanquam tale
receptum eſt in quamplurimis Italiæ Civita-
15 tibus, recenſitis per *bo. me. Herculem Ronco-*
nium celeberrimum in Curia Romana Advoca-
tum, penès *Vrceol. d. cap.11. nu.75. & 77.* &
latius per *Philipucc. ubi ſupra n.146.* quem ſe-
quitur *Vrceol. d. cap.11. n.7.*

Necnon judicatur honeſtum, ut in terminis
dicunt *Cremen. ſingul.155. Phanucc. de lucro do-*
16 *tis Gloſſ. prima in princ. tom.9. tract. magn.*
fol.415. quos refert, & ſequitur bo. mem. *Her-*
cules Ronconius, penès *Vrceol. d. cap.11. nu.76.*
Undè quamvis Statutum deferat Marito lu-
17 crum ex dote data, locum ſibi vindicare de-
bet etiam in dote promiſſa, cum ex ſola pro-
miſſione dos ſit, ut tenet *Salycet. in l. Cum in te*
ſub nu.4. verſ. Quæritur modo, C. de donat. ante
nupt. latè probat *Boſſ. de dote cap.2. nu.58. cum*
duobus ſeqq. & hanc eſſe veriorem, & proba-
biliorem opinionem, quam examinato articulo
defendit *D. Dominicus Philippuccius*, penès *Maſ-*
ſin. de Confiſcat. bonor, d. quæſt.31. à n.142. verſ.
Quibus tamen non obſtantibus uſque in finem,
Vrceol. conſultat.36. nu.1. cum ſeqq. vol.1. cum
aliis adductis in *Annot. ad recol. me. Coccin. de-*
ciſ.60. num.53. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2.
Rubr.46. nu.6. Rota coram Priolo deciſ.380. n.13.
in Romana lucri dotis 5. Aprilis 1647. coram
Ghiſlerio, penès *Salgad. labyrint. credit. dec.14.*
num.4.

Quæ diſputatio quoad noſtrum Statutum eſt
inutilis, cum expreſsè diſponat, lucrum de-
18 beri ex dote data, ſeù promiſſa: Solummodò
poſſet dubitari, an eveniente caſu lucri dota-
lis, ſtatim integrum debeatur, habito reſpe-
ctu, & calculata etiam dotis rata promiſſa, ſed
quod dote, partim in pecunia ſoluta, partim
19 promiſſa poſt certum tempus, vel purificata
conditione ſolutioni adiecta, non poſſit Mari-
tus retinere totum lucrum ex parte ſoluta,
cum proportionabilitèr ei debeatur ex parte
data, expectato deinceps diei vel conditionis
adventu reſpectu alterius partis promiſſæ, latè
reſpondit *Manſi Conſult.102. tom.2.* ubi *in fine*
reperitur impreſſa *deciſio Rotæ Bononiæ*, &
tenet *Vrceol. conſultat. Forenſ. cap.136. nu.15.*
& plenè firmavit *Rot. coram Montic. dec.337.*
& in Romana lucri dotis 5. Aprilis 1647. coram
Ghiſlerio impreſſ. penès *Salgad. labyrint. credit.*
deciſ.14. n.4. cum ſeqq. & in rec. dec.87. par.8.

In hac materia lucri dotalis variæ quæſtio-
nes contingere ſolent, & præſertim an ad illius
conſecutionem requiratur conſumatio matri-
20 monii, in quo articulo pugnant inter ſe *DD.*
ut videre eſt penès *Boſſ. de dote cap.2. n.75. cum*
ſeqq. Rota coram Dunozet. Jun. deciſ.361. nu.2.
Magis tamen communis, & in judicando ſe-
quenda opinio ſtat pro lucro dotali, quando
ſequutum fuit matrimonium per verba de præ-
21 ſenti, etiam non ſubſequuta copula carnali,
quotiès Statutum diſponit, quòd Vir lucretur
dotem, vel illius partem Uxore ſine liberis de-
cedente, ut tenent *Bart. in l. Nihil 15. ff. de*
action. rer. amot. latè *Jaſ. in l. Si donaturus 9. §. Si*
quis indebitam nu.18. cum ſeq. ff. de condit cauſ.
dot. & iterum *Bart. in tract. different. inter Jus*
Canon. & Civil. nu.64. ubi quòd ſufficit man-
datum de præſenti abſque traductione ad do-
mum, & plurimis cumulatis, ac rejecta contra-
ria opinione *Boſſ. de dot. cap.2. nu.80.*

Niſi probaretur, tempore, quo Statutum
fuit conditum, communem uſum, & conſuetu-
dinem fuiſſe, quòd Mulier non traducta, aut
22 carnalitèr non cognita, appellaretur Sponſa,
& non Uxor; Statutum verò loqueretur de
Uxore, cum Statutum intelligendum ſit juxtà
communem uſum loquendi, ut cum *Soc. & Pha-*
nuc. proſequitur *Boſſ. d. cap.2. n.83.*

Non ſubſiſtente, quòd contraria opinio, re-
quirens conſumationem matrimonii, ſit ve-
23 rior, & magis recepta, ut teſtatur *Cardinalis*
de Luca de dote diſcurſ.135. nu.10. verſ. idque
clarè Nàm *DD.* per eum allegati id non fir-
mant, quia *Franch. deciſ.182. in fine* ſolum lo-
quitur remiſſivè ad *Neapold. in conſuetud. Nea-*
pold. quem poſteà ſequutus eſt in *dec.503. n.23.*
ubi loquitur de opinione vigente Neapoli fa-
vore Mulieris pro conſecutione Antephati ob
prædeceſſum Mariti, non ſequuta conſumatio-
ne matrimonii propter oſculum ei à Viro da-
tum, in quibus etiam terminis loquitur *Donat.*
Anton. de Marin. reſolut. Jur. lib.1. cap.14. n.4.
cum ſeqq. Imò quòd debeatur etiam non con-
24 tracto matrimonio per verba de præſenti,
dum-

Digitized by Google

dummodò præceſſeeit oſculum, tradie *Gizz.ad*
Capyc. latr. dec.63. num.9. In caſu verò *Mantic.*
25 *decif.243. n.2.* concurrebat etiam pactum ex-
preſſum, circa præſtationem antephati ſecuta
conſumatione matrimonii, & allegatur citata
decif. 182. *Franchi*; *Boſſ. d. cap.2. nu.75.* addu-
cit quidem *DD.* firmautes, coucurrere debere
conſumatiouem matrimonii, ſed poſtea *ſub*
*num.*80. tenet contrarium; *Rota* tandem *in rec.*
decif.237.& decif.307. par.6. repetita coram Du-
*nozett. Jun.decif.*320. *juncta decif.*361. loquitur
26 in terminis *Statuti Vrbis lib.1. cap.13.* expreſ-
sè requirentis conſumationem matrimonii.

In *noſtro Statuto* nulla fit mentio conſumatio-
nis, ſed ſolùm deſiderat, quòd Mulier fuerit
27 deſponſata, & ſic contractum matrimouium
per verba de præſenti, necnon ad domum Vi-
ri eraducta, undè copulativè concurrente utro-
que extremo, nempè matrimonio, & traductio-
ne, debebitur lucrum; ſequto verò matrimonio,
ſed deficiente traductione, illud denegabitur,
ut advertit *Boſſ. de dote allegat. cap.2. nu.94. in*
fine. Dummodò tamen non ſtetiſſet per Mulie-
28 rem, quominùs ipſa traducta fuiſſee ad do-
mum Viri, quo caſu deberetur, etiam non ſe-
cuta actuali traductione *Bald. in l. Non ſine n.2.*
C. de bon. quæ liber. & in terminis Conſtitutio-
nis, vel Statuti requirentis conſumationem,
29 quòd ea non ſecuta, adhuc debeatur lucrum,
quando per illud prætendeutem non ſtetit,
quominùs conſumaretur *Donat. Anton. de Ma-*
rin. reſolut. Jur. lib.1. cap.14. n.6. & in ſpecie
d. Statuti Vrbis pluribus concordantibus rela-
tis firmavit *Rota dd. decif.320. nu.5. & dec.361.*
num.9. quòd tamen non procedit, ſi probare-
30 tur impotentia perpetua, & nulla arte ſana-
bilis alterius Coniugis, cum eo caſu matrimo-
nium à principio fuerit nullum, ut firmat *Rota*
d. dec.320. n.6. cum duobus ſeqq. juncta dec.399.
nu.2. cum ſeq. coram eodem Dunozet. ubi *num.4.*
tradit, quòd ſi impedimentum, ſeu impoten-
31 tia erit temporalis, vel dubia, iſto caſu requi-
ritur ſucceſſiva patientia per triennium, pro
ſacienda copulæ conjugalis experientia.

Contingit in Urbe ſequens caſus, in quo in-
eer Partes lucrum conventum, & conſumatio
matrimonii ſecura fuerat, ſed nihilominus poſt
obitum Viri impugnata fuit illius ſolutio. Nup-
ſit D. Anna Maria D. Marchioni Joſeph prævia
32 conſtitutione dotis pee ejus Fratres facta in
ſumma ſcutorum 12. mil. cum pacto lucri do-
talis, ad formam *Statuti Vrbis lib.1. cap.131.*
ac aſſumptione oneris eeportandi derogatio-
nem *Conſtitutionis* SIXTI V. *la* 52. prohibentis
dotes excedere ſummam ſcutor.5500. Poſt ſo-
lutionem ſcut.7000. in computum dotis deceſ-
ſit D. Macchio Joſeph s non obtenta per Fra-
tres D. Marchioniſſæ Annæ Mariæ dicta dero-
gatione, quæ cum poſtea reportata ſuiſſet, præ-
tendebat D. Marchioniſſa ſibi deberi lucrum
dotale totius dotis, ſed illud impugnante reſ-
pectu ſummæ excedentis ſcuta 5500. D. Mar-
chione Philippo fratre, & hæede Defuncti,
poſt inſtantias extrajudiciales deventum fuit
ad judiciales.

Pro D. Marchioniſſa militabae, quòd ſtante
gratia eevalidatoria conſtitutionis dotis, & de-
33 eogatoria Sixtinæ, cenſebatur legitimè con-
ſtituta dos uſque ab initio, ad quòd eetrotra-
hitur, ut in ſimilibus eerminis *Merend. controv.*
Jur. lib.23. cap.49. num.9. Vrceol. de tranſact.
cap.41. nu.27. Card. de Luca de cenſib. diſc.3.n.6.
Rota in rec. decif.372. nu.8. par.14. decif.139.
nu.3. par.15. decif.311. nu.15. par.17. & in ter-
minis Sixtinæ in *Romana reſidui Dotis 8. Ju-*
nii 1654. coram Meltio, & in *eadem Cauſa in rec.*
decif.258. ſub nu.1. par 12. Maximè cum conſti-
tutio dotis purè, & ſimpliciter facta uon fuiſ-
ſet, ſed ſub expreſſa reſervatione Beneplaciti
34 Apoſtolici, ſeu derogationis *Sixtinæ Conſtitu-*
tionis, quo caſu à principio habuerat implici-
rum Sratum validitatis, & per ſupervenientiam
derogationis ſuam receperar perfectionem,
nou à die obtentæ derogationis, ſed à die cele-
brati contractus, ut reſpondit *Rota d. dec.258.*
nu.1. cum duobus ſeqq.

Abſque eo quod opponi valeree de ſub-
eeptioue, vel obreptione gratiæ ob nou narra-
tum præcedentem obitum Marchionis Joſeph,
antecedentèe ſequutum, proptee quod dela-
eum fuerit luctum dotale D. Marchioniſſæ An-
næ Mariæ ſupplicanti; Etenim obitus innotuie
Pontifici ex dictione *quondam* in Brevi deroga-
35 torio apposita, quæ ex communi uſu loquen-
di probat mortem, ut in ſpecie reſpondit *Rota*
in Romana annuæ præſtationis 14. Junii 1677.
coram R. P. D. Paulucio, §. Quod enim; Et ſuf-
ficie, quòd de lucro ſupplicanti delato vigo-
re Statuti, cum quo præſumitur contrahentes
voluiſſe ſe conſoemaee, Papa ſaltèm in genere
36 potuerit cogitare, ut cenſuit *Rot. cor. Duno-*
zett. Jun. decif.115. nu.5.

Minus exceptio non ſactæ deeogationis juris,
quod medio tempore prætendebatue quæſitum
hæredi per obitum D. Marchionis Joſeph, ſtan-
te nullitate promiſſionis dotis exceſſivæ, indu-
cta ex dicta *Conſtitutione Sixtina*, videbatur oſ-
ficere, cum anee acceptatam, & declaratam
nullitatem obtenta fuerit à Summo Pontifice
confirmatio, & reconvalidatio conſtitutionis
dotis, proue validè paſſim conceditur in ſimi-
37 libus caſibus contractuum Cenſuum, quibus
eeſiſtit *Conſtitutio Piana*, ſi in eorum creatione
forma illius ſervata non fuerie *Marcheſan. de*
Commiſſ. par.1. cap.2. nu.481. fol.97. Rot. in re-
cent. dec.311. nu.12. par.17. Et ſicuti potuiſſee
ſanari D. Marchione Joſeph vivente in ejus præ-
judicium, ita & illius hæredis, cum obligatio
defuncti ex perſona hæredis non immuretur,
38 ſed una, & eadem perſona invicem eeputeeur,
juxta *Text. in auth. de jure juran. à morient.præ-*
ſtand. & omiſſis aliis *Conciol.de hæred. beneficiat.*
artic.1. num.19. cum ſeqq. juncto nu.217. adeò ut
39 hæres nou poſſit cenſeri, & judicari tertius
Surd. decif.163. n.9. juncta decif.173. n.27.

Reſponſum ramen fuit pro D. Marchione
Philippo, quòd cum de tempore obtentæ de-
eogationis ees non eſſet amplius integra, quia
jam factus erat locus dotis reſtitutioni, & jus

Digitized by Google

40 quæſitum erat eidem D. Marchioni, non præ-
ſumitur, Summum Pontificem voluiſſe illi præ-
judicare, ad *Text. in l. 2. §. Merito, & in §. Si
quis à Principe ff. ne quis in loco public. cap. Du-
dum de privileg. & cap. Quamvis de reſcript. in 6.
Rota coram Dunozet. Jun. deciſ. 856. n. 8. coram
Vbald. dec. 72. n. 1. par. 3. coram Eminentiſſ. Cerro
deciſ. 646. nu. 13. cum ſeq.* ubi de gratia obten-
ta poſt diſſolutum matrimonium, & introdu-
ctum judicium, *& in recent. deciſ. 351. num. 5.
part. 17.*

Potiſſimè in tunc vivente Summo Pontifice
INNOCENTIO XI. propter *Regulam Cancellariæ
la* 18. ab ipſo conditam, in qua proteſtatur, &
palam ſemper profeſſus fuit, ſe nolle jus cui-
41 vis quæſitum, quomodolibet tollere, quibus-
vis verbis utatur, niſi expreſſe fuerit derogatum
eidem *Regulæ Rot. coram Seraphin. dec. 1082. n. 7.
cum ſeq. coram Royas deciſ. 336. nu. 16. & coram
Buratt. deciſ. 576. nu. 5. cum ſeq.* Quæ *Regula* lo-
cum habet in quocunque jure quæſito, & ex
quacunque cauſa, ſeu titulo, ſivè magnum ſit,
42 ſivè minimum latè *Rot. apud Cæſar. de Graſſ. de-
ciſ. 1. per tot. de verb. ſignific. coram Seraphin. di-
cta deciſ. 1082. nu. 1. cum ſeq. coram Royas dicta,
deciſ. 336. nu. 14. & in recent. dec. 151. num. 10.
part. 14.*

Scientia autem ſpecifica, & individualis Sum-
mi Pontificis, quæ requiritur quando agitur
43 de tollendo jure quæſito *Ladcrch. conſ. 123. n. 9.
verſ. Non obſtat*, non videbatur reſultare ex no-
titia mortis D. Marchionis Joſeph per illam
dictionem *quondam*, cum ex illa per neceſſe
44 non inferatur ad notitiam pacti, circa perti-
nentiam lucri dotalis, cum diverſimodè quan-
doque fiant circa illud pacta inter contrahen-
tes, quapropter hujuſmodi lucrum dicitur de-
45 bitum voluntarium *Rota coram Cavaler. d. 318.
ſub nu. 3. cum ſeq.*

Nec obſtare dicebatur exadverſo allegata
*deciſio in Romana annuæ præſtationis 14. Ju-
46 nii* 1677. tum quia in ea ex profeſſo non fue-
rit examinatus articulus circa præjudicium ju-
tis quæſiti; Tum etiam quia ibi onus impe-
trandi derogationem ſpectabat ad Coniugem
defunctum, cujus negligentia non potuerat
Coniugi ſuperſtiti præjudicare.

Prædictis hinc indè deductis, per Judicem,
ab A.C. deputatum, conſideratis, lata fuit de
anno 1680. ſententia favore D. Marchionis Phi-
lippi, in qua declaratum fuit, lucrum dotale
deberi dumtaxat pro ſumma ſcut. 5500. & dein-
dè controverſia per tranſactionem terminata
extitit.

Diſputatur etiam, an debeatur lucrum do-
tale ex bonis fideicommiſſariis, emphyteuti-
47 cis, & ſubſidiis dotalibus Confraternitatum,
in dotem traditis, in quo articulo videantur
deducta in *Annot. ad recol. mem. Coccin. dec. 43.*
Deo dante imprimenda, ne hic denuò inutili-
ter repetantur.

Necnon an ſit debitum neceſſarium, an po-
tiùs voluntarium, quæ diſputatio fieri ſolet ad
varios effectus. Nempè aliquandò an intret
compenſatio legati facti per Uxorem Viro cum
lucro dotis ei debito ob præmorientiam Mu-
lieris, & iſto caſu ad excludendam compenſa-
48 tionem cenſetur voluntarium, tanquàm tra-
hens originem à voluntate Partium, quamvis
poſteà juxta naturam omnium contractuum,
& quaſi contractuum efficiatur neceſſarium, ut
tradunt *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 131.
nu. 48. Rub. de validit. legat. cap. 61. n. 125. cum
ſeq. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 46. n. 14.
Rot. coram Cavaler. deciſ. 318. nu. 3. cum ſeq.* &
late penes *Pacific. de Salvian. deciſ. 88. per tot.*

Quod procedit quotès illius debitum pen-
det à voluntate Partium, utpotè quia per
Statutum repoſitum ſit in eorum arbitrio
49 illud paciſcendi, vel excludendi, ſecùs verò
ſi præciſe per Statutum ſit debitum, nec con-
trahentes poſſint ab ejus diſpoſitione recedere,
cum iſto caſu debeatur ex mera legis auctori-
tate abſque facto hominis, dicitur debitum
neceſſarium, & conſequenter intrat compen-
ſatio, ut diſtinguendo firmant *Fenzon. ubi ſu-
pra nu. 49. Conciol. dicta Rubr. 46. nu. 15. Vrceol.
Conſultat. forenſ. cap. 36. nu. 18. Rota coram Ca-
valer. cit. deciſ. 318. loc. cit. & coram Priolo
deciſ. 249. nu. 10. & 11. repetita penes Torre de
pact. futur. ſucceſſ. dec. 148. nu. 10. & penes Pa-
cific. dicta dec. 88. n. 4. verſ. verumtamen cum duo-
bus ſeqq. in recent. dec. 79. n. 22. cum ſeqq. part. 13.*

Quandoque diſputatur, an lucrum dotale
ex bonis fideicommiſſariis detrahi valeat defi-
cientibus bonis liberis, & tunc judicatur de-
50 bitum neceſſarium ex diſpoſitione *Auth. res
quæ C. commun. de legat.* permittentis alienatio-
nem eorum, tam pro dote, quàm pro dona-
tione propter nuptias, *& in §. Quamobrem verſ.
Deindè Auth. de reſtit. & ea quæ parit in unde-
cimo menſe*, ut de lucro dotali *Lodovic. Bell.
conſ. 77. nu. 4. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7.
gloſſ. 3. par. 14. nu. 15. cum ſeqq. ac n. 22. cum ſeq.*
reſpondit *Rot. coram Otthobon. deciſ. 43. num. 6.
juncta deciſ. 71. nu. 1. cum ſeq.* ubi dicit, hanc
opinionem æquiorem, & verbis legis magis
conſentaneam, ac reiicit contrarium ſentien-
tes, ac plenè *in dec. 83. nu. 2. & ſeqq. & penes
Merlin. de legitim. dec. 40. num. 6. coram Cerro
deciſ. 639. n. 8. coram recol. mem. Coccin. dec. 244.
coram Peutinger. dec. 228. n. 5. cum. ſeqq. in recent.
dec. 403. in princ. par. 5. tom. 1.*

Sive lucrum dotale debeatur ex pacto, ſive
51 ex Statuto, ſive ex utroque, ut reſpondit *Rota
in rec. deciſ. 209. num. 3. par. 1. cor. Peutinger. loc.
mox cit. & cor. Otthobon. d. dec. 83. n. 4.*

Exiſtentibus verò bonis liberis non poteſt
52 detrahi ex bonis fideicommiſſariis, quamvis
Teſtator conceſſerit facultatem detrahendi fi-
deicommiſſum pro dote, quia talis licentia
intelligenda eſt ſecundùm Juris communis diſ-
poſitionem, quatenus videlicèt non ſuperſint
bona libera ut reſpondit *Rot. cor. Eminen. Ottho-
bon. dec. 28. n. 31. cum ſeqq.*

Aliquandò ad effectum detractionis legiti-
mæ ex bonis hæreditariis debitoris, ſeu de bi-
53 tricis lucri dotalis, in quo articulo cum legi-

tima

Digitized by Google

tima ſit quota bonorum, priùs detrahi debet
lucrum dotis, tanquàm æs alienum, deindè
verò legitima ſuper reſiduo competit, ut in
terminis legitimæ debitæ Matri in bonis filiæ
reſponderunt *Bald.conſ.314.vol.4.Surd.conſ.401.*
n.34.verſ.Et pro confirmatione cum ſeqq.Gratian.
diſcept.300.n.33.cum ſeqq. Merl.de legitim.lib.2.
tit.1.q.22.num.28.verſ.Decimus caſus Manſi Con-
ſult.102.nu.11. verſ.Nec obſtat cum tribus ſeqq.
Rot. cor.Pentinger.dec.495.n.7.cor.Dunozet.Jun.
dec.732.nu.7.verſ.Quo verò cum ſeq.& dec.757.
n.6.cor.recol.me.Coccin.dec.737.n.1.& 2. ubi de
legitima debita Filiis.

Maximè cum Marito lucrum dotale deſera-
tur titulo oneroſo propter onera matrimonii,
54 juxtà *Gloſs.* communiter receptam *in l.Si dona-*
turus §.final. verbo dumtaxat ff. de condict. cauſ.
dot. reſpondit *Ruin.conſ.101.n.5.volum.1.Cyriac.*
controv.270.n.17. Annot.ad Matheſilan.d. ſingu-
lar.74.n.10.& 11. ubi ait, procedere etiamſi
Mulier ſtatim ſecuto matrimonio obierit, abſ-
55 que eo quod Vir ſuſtinuerit onera matrimo-
nii, quia inſpicienda eſt origo, non eventus
Tiraquel.in l.Si unquam verbo donatione largitus
n.235.C.de revocan.donat. ubi notat, quòd licèt
matrimonium ſit cauſa proxima, & immedia-
ta hujus lucri, provenientis ex pacto, vel Sta-
tuto, non tamen ex eo confeſtim ſequitur,
quòd onera matrimonii non ſint ejus rei cauſa
æquè proxima, nàm unum aliud non excludit,
quin potiùs unum in alio ineſt *Urceol.conſul.36.*
n.3.& 4. Belmont.dec.23.n.20. Card.de Luca, de
dote diſcurſ.30.nu.25.Rot.penes Fenzon.ad Statut.
Urb.dec.72.in princ.

Et quamvis illud deferri titulo lucrativo te-
neant *Carpan.ad Statut.Mediolan.cap.198.n.112.*
verſ.Sed quod illud cum ſeq. cum ibi allegat. &
Merlin.d.q.22.nu.4. & 13. ubi etiam advertit,
56 ad inducendam cauſam oneroſam non ſuffra-
gari ſuſtentationem onerum matrimonii, quia
in ejus compenſationem habet dotem, cujusque
fructus, qui deſerviunt oneribus matrimonii,
quòd aſſerit non militare in lucro dotali, quod
debetur dumtaxat ſoluto matrimonio, ac ul-
terius addit, appellari lucrum dotale, quia
provenit ex cauſa lucrativa, & ex his rationi-
bus motus reſponderit, legitimam priùs eſſe
deducendam, quàm lucrum dotale, illud pa-
rificando donationi, quæ tanquàm alienatio
titulo lucrativo facta non minuit legitimam.

Attamen eorum opinio, tanquàm erroneis
rationibus innixa, non videtur ſequenda, dùm
ex ſupra allegatis convincitur, lucrum dotale
57 deberi titulo oneroſo, qui non excluditur ex
eo, quod ſolvatur ſoluto matrimonio, dùm
cenſetur pars dotis, & contemplatione etiam
illius Maritus contraxit matrimonium, & ſu-
ſtinuit onera matrimonii, quod fortè non con-
traxiſſet ſi ejus ſavore initum non fuiſſet pa-
ctum, vel non concurreret diſpoſitio Statuti,
ei lucrum dotale deferentis, ut advertit *Tira-*
quel.in l. Si unquam verbo donatione largitus nu-
mer.237.C.de revocan.donat.

Nec obſtat, quod quando non debetur ex
neceſſitate legis, vel Statuti, ſed ex conven-
58 tione Partium, dicatur debitum voluntarium,
& proindè tunc legitima præcedere debeat de-
tractionem lucri dotalis, ut reſpondit *Rota in*
Romana, ſeù Spoletana legitimæ 5. Decem.1678.
cor.Cardinali Taya impreſſ. in rec.dec.308.nu.18.
cum ſeqq.par.19.confirmata cor.eodem ſub die 12.
Maii 1679. & coram R.P.D. Emerix 28. Janua-
rii 1680.§.Quòd autem cum ſeqq. Etenim (ſalva
reverentia debita tàm eximio, & excelſo Tri-
bunali) hujuſmodi opinio non videtur omni-
59 nò tuta, non ſolùm quia fundatur in doctrina
Bart.in l. Titia Sejo 88.§.Imperator ff.de legat.2.
qui loquitur in diverſis terminis, nempè de
donatione inofficioſa, quæ non præjudicat
quantitati legitimæ, & cæteræ auctoritates,
ibi allegatæ loquuntur de compenſatione, pro
cujus articuli deciſione intrat vulgata diſtin-
ctio inter debitum neceſſarium, & voluntarium
ex ſupra allegatis; Verùm etiam incontrover-
tibile eſt, æs alienum, ſive ex cauſa neceſſaria,
60 ſive voluntaria proveniat, maximè ſi contra-
ctum non fuerit animo fraudandi eum, cui de-
betur legitima, deducendum eſſe ante eandem
legitimam *Merlin.de legit.lib.2.tit.4.q.18.nu.5.*
alioquin legitima prætereunda eſſet cuicunque
debito, proveniente ex contractu, vel quaſi
contractu, tanquàm voluntario, utpotè deſu-
mens ejus originem à voluntate Partium,
quod eſt abſurdum, & contra *Juris* regulas.

Non refragante, quod vigore diſpoſitionis
B *l.hac edictali C.de ſecund.nupt.* legitima debita
61 filiis prioris matrimonii prius detrahatur,
quàm lucrum dotis, quia id accidit, non ea
ratione, quia portio debita pro lucro dotis ſit
in hæreditate, vel non ſit æs alienum, ſed quia
in illo caſu lex expreſsè diſpoſuit, quòd Pa-
rente transeunte ad ſecundas nuptias, ſicuti
pacto, ita nec Statuto legitima filiorum primi
matrimonii diminuatur, ut in puncto reſpon-
dit *Gabriel conſ.101.num.11.verſ.Quia id accidit*
lib.1.Altograd.conſ.34.per tot.& præſertim *n.12.*
cum.ſeq.vol.2. Rot.cor.Dunoz.Jun.d.dec.757.nu.7.

Notandum, quòd diſpoſitione *l.hac edictali*
derogari poteſt per Statutum, nedùm, expreſ-
62 sè, ut firmant *Bald.in l.1.n.8.verſ.Et præmitte*
C.de inofficioſ.donat.Surd.conſ.401.n.18.cum ſeqq.
vol.3.Gratian.diſcept.300.n.8. cum aliis plena
manu in propoſito *noſtri Statuti* congeſtis per
Rot.in rec.dec.110.n.3.par.8. ubi *n.4.* reſpondit,
illud non ligare filios primi matrimonii Briſi-
63 ghellenſes, tanquàm forenſes ex defectu po-
teſtatis Statuentium, ut firmavit *Rot.cor.Ludo-*
viſ.dec.73.n.7. ubi in ſpecie noſtri Statuti *in rec.*
dec.438.n.15.par.13. cor.Merlin.dec.38.n.8.verſ.
Nec Statutum coram Bichio deciſ.358. n.39. ubi
quòd cenſetur derogatum, quando defertur
64 Marito certa pars dotis, etiam extantibus
filiis primi Matrimonii.

Verùm etiam tacitè, quando verba Statuti
65 ſunt omninò incompatibilia cum diſpoſitio-
ne *dicta l.hac edictali* adeòut certa, & neceſſa-
ria reſultet derogandi voluntas, ut docent
communitèr *DD.*& præſertim *Surd.cit.conſ.401.*
nu.19.

Digitized by Google

nu.19.Adden.ad Ludoviſ.d.dec.173.nu.14.verſ.Si tamen Gratian.d.diſcept.300.nu.8.Altograd.Jun. controv.89.n.5.to.2. Rot.cor.Merlin.dec.853.n.6. cum ſeq.in rec.d.dec.438.n.16.par.13.

In dubio tamen pronunciandum eſt favore
filiorum prioris matrimonii, quod nempè non
cenſeatur derogatum *l. hac edictali*, ut admo-
66 net *Dec. in auth. præterea nu.7.C.Undè Vir, & Uxor Rot.cor.Merlin.dec.38.n.15.*

C Maritus promittens reſtituere dotem, non
67 cenſetur renunciaſſe lucro dotis, cum promiſ-
ſio intelligatur ſecundùm formam Statuti *Altograd.conſ.32.nu.29.volum.2.*latè *Conciol.de hæred.art.2.n.8. & ad Statut.Eugub.lib.1.Rubr.46. n.29.Rot.penes Pacific.de Salvian.dec.138.n.6.*

Si autem promittat reſtituere totam, & in-
tegram dotem, cenſetur renunciare lucro, ſibi
68 à lege municipali conceſſo *Conciol.ad d.Rub.46. n.30.* cum aliis per eum allegatis *Fenzon. ad Statut.Urb.lib.1.cap.131.n.55.* ubi *num.ſeq.* ad-
vertit, id procedere, quando talis promiſſio
69 facta fuit ex certa ſcientia *Belmont.dec.23.n.12. Rot.in rec.dec.174.n.2.par.4.to.2.*

Idemque procedit, ſi Maritus dedit faculta-
tem habendi regreſſum contra bona propria
70 uſque ad integram dotis reſtitutionem, ut
notat *Purpurat.conſ.570.n.2.* quem refert, &
ſequitur *Rot.d.dec.174.n.2.* Maximè ſi ulterius
renunciavit omni Juris legum, & Statutorum
auxilio, nàm iſto caſu non poteſt juvari Statu-
to de lucro dotis, cum illud remiſiſſe cenſea-
tur, ut proſequitur *d.dec.174.n.3.*

Prout etiamſi ſequuta concordia inter Con-
juges, in qua ultra ſeparationem thori, Ma-
ritus renunciaverit Uxori totam dotem, &
71 hinc indè ſe abſoluerint, & liberaverint ab
omni, & quacunque prætenſione ex quavis
ratione, & cauſa, etiam per Aquilianam ſti-
pulationem, necnon quietaverint per pactum
perpetuum quidquam petendi, nàm tunc cen-
ſetur renunciatum etiam ſpei lucri dotalis in
caſu præmorientiæ Coniugis, ut firmavit *Rot. Bononien.penes Belmont.dec.23.*

In propoſito notandum eſt, quòd lucrum
dotis, à Statuto delatum, poteſt etiam in præ-
judicium creditorum repudiari, cum hujuſ-
72 modi remiſſio non poſſit dici alienatio, &
patrimonii diminutio, ſed potiùs non acquiſi-
tio, quæ eſt permiſſa debitori, ut reſpondit
Dec.conſ.260.per tot.& pluribus cumulatis con-
cordantibus firmat *Torre de pact.futur.ſucceſſ. lib.2.cap.46.n.82.& 84.* poſtquam retulit *n.83. Hodiern. & Capyc. Latr.* contrarium ſentientes
Gratian.diſcept.882.nu.36.cum ſeq. & reſpondit
*Rot.cor.Celſ.dec.306.n.18.*ubi de renunciatione.

D Maritus pro rata lucri dotalis concurrere
73 debet in impenſis funerum, *l.In eum 16.& l.Celſus 22. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.Carpan. ad Statut.Mediolan.lib.1.cap.198.n.171.Rot.cor.Ludoviſ.dec.573.ſub n.9.in rec. dec.79.n.26.par.13.*

Legiſlatores nihil ex præteritis innovare,
E ſed ſolùm futuris providere ſolent, undè regu-
74 lare eſt eorum Conſtitutiones reſpicere futu-
ra, non autem præterita *cap.cognoſcentes juncto cap.finali*, & utrobique communitèr *Scribentes de Conſtit.l.Cum lex 22.ff.de legib.*plenè *Gonzalez Tellez in d.cap.Cognoſcentes n.8.ac n.10.cum ſeq. Caſtr. Palao Oper.moral. tract.3.diſput.5. punct.3. §.5.n.2.cum ſeqq.Suarez de legib.lib.3.cap.19.n.5. cum pluribus ſeqq.* latè *Farinac.in fragmen.par.2. verbo lex n.26. Altogr.controv.12.n.1.cum ſeqq. Valeron.de tranſact.tit.1.q.1.n.12. Antunez Portugal.de donat.Reg.to.1.lib.2.cap.10.nu.115.Larrea dec.11.nu.13.cum ſeqq.par.1. Rot.in recen.deciſ.527.nu.12.cum ſeq.par.5.to.2.*ubi de Statuto
taxante dotem; & trahere leges ad præterita,
75 eſt quædam calumnia *l.penult. C.de Decurion. lib.10.Fagnan.in d.cap.ultim.n.4.de Conſtit.*

Eòque certiùs in materia pœnali; nàm cum
76 pœna non irrogetur, niſi quatenùs aliquod
jus violatur, ac concurrit dolus, non poteſt
per actum præteritum violatum jus poſterius,
& actus geſtus ſine culpa reddi culpabilis, ut
in *d.cap.Cognoſcentes, ibique omnes DD. Gloſs.in cap.unic.in verbo receperit de Cleric. non reſid. in 6.Farinac.ubi ſupra n.27.Caſtr.Palao, Suarez, & Altograd. in loc. allegat.* ubi de *Conſtitut.* Innocentii X. prohibente alienationem in Forenſes.

Et prædicta concluſio, ſeu regula eſt adeò
vera, ut ſi Statutum, prout eſt illud *Spoleti*,
diſponat, non poſſe dari in dotem ultra ſc.500.
77 ſi Mulier cum majori dote ante conditum Sta-
tutum nupſerit, & poſtea effecta Vidua iterùm
poſt illud conditum cum eadem dote convo-
laverit ad ſecundas nuptias, non intret illius
diſpoſitio, quia non cenſetur tradita nova dos,
ſed renovata antiqua, quæ tanquàm præterita
non ſubjacebat Statuto, ut cum *Text.in l.Divus ff.de jure dot.* reſpondit *Rot.in recen.d.deciſ.521. num.14. par.5.*

Nedum non trahuntur ad præterita, ſed nec
comprehendunt lites, & negotia pendentia,
78 niſi nominatim contrarium Legiſlator in
ipſis Legibus, & Conſtitutionibus declarave-
rit, ut docet *Solorzan.de Jure Indiar.to.2.lib.3. cap.9.num.51.*

Quinimò ſi Statutum expreſsè de negotiis
pendentibus mentionem faceret, adhùc ad il-
79 la non traheretur, quod tanquàm ſingulare,
& perpetuò menti tenendum docet *Jaſon.in l. Non dubium nu.15.C.de legib.* cujus vèrbis rela-
tis, ac aliis adductis proſequitur *Solorzan. ubi ſupra num.52.*

Advertendum circa comprehenſionem ne-
gotiorum pendentium, quod Conſtitutiones
extenduntur ad actus jàm inchoatos, ſed non-
80 dùm perfectos per *Text.in l.Contractus*, ibi,
quæ tàm in poſtea conficiendis Inſtrumentis, quàm quæ in his jam ſcripta, nondùm abſoluta, locum habere præcipimus C.de fide Inſtrum. Card. in cap.final.col.3. verſ.Primo caſu, aut actus eſt non perfectus de Conſtitut. cum aliis adductis per *Altograd.Jun.d.controv.12.n.24.*

Quod declara procedere ſolùm in caſu, quo
ageretur de contractu omninò imperfecto, in
81 quibus terminis loquitur *Tex.in d.l.Contractus*,
ſecùs autem ſi in aliqua parte eſſet perfectus;
& ſic jàm eſſet jus quæſitum, licèt ejus effe-

ctus

ctus à futuro eventu penderet *Maſcard. de gen.*
Stat.interpret.concl.13.n.67. Farinac.loc.cit.n.33.
reſpondit *Altograd.ubi ſupra n.28.* & quòd lex
82 nova non extendatur ad contractus præteritos
conditionales, cujus conditio ante dictam
legem purificata non ſit, tradunt *Laderch.con-*
ſil.41.n.3.cum ſeqq.Cyriac.cont.529.nu.5.cum ſeq.
quos ſequitur *Altograd.d.controv.12.nu.29.cum*
ſeq. ubi ſubdit rationem, quia quando agitur
de conditione caſuali, vel mixta, quæ non de-
pendet à mera voluntate contrahentium, tunc
attenditur initium contractus,non autem tem-
pus exiſtentis conditionis,cum *ibi allegatis*.

Limitatur tamen principalis concluſio, ſeu
regula primo in caſu, quo in conſtitutione, vel
83 lege expreſsè caveatur, ut trahatur etiam ad
præterita per *Text. in dicto cap. final.* ibi, *niſi*
nominatim in eis de præteritis caveatur de Con-
ſtit. ubi *Fagnan. ſub num.4. Farinac.in fragmen.*
d.par.2.verbo lex nu.41. ubi cum *Tuſch.* notat,
84 quòd Conſtitutio, ſeu Statutum taliter diſpo-
nens,dicitur odioſum,& ſtrictè intelligendum.

Advertendo tamen, quòd ſi verba præte-
riti temporis appoſita in Conſtitutione ſunt
apta comprehendere etiam futurum, ac ratio
85 ibidem adjecta, poteſt adaptari pariter futu-
ris, tunc non trahitur ad præterita, ut decla-
rat *Farinac.ubi ſupra n.42.& 54.Altograd.citat.*
controverſ. 12. numero 10. cum ſequentibus.

Limitatur ſecundò in Conſtitutione decla-
ratoria, quæ tunc de ſui natura etiam præte-
86 rita comprehendit, ac ſi à principio, ad quod
retrohabitur Conſtitutio, cum tali declaratio-
ne promulgata fuiſſet, per *Text.in Auth.de ra-*
ptor.Mulier.in fine quem laudat *Felin.in cap.final.*
ſub n.4.& Fagnan.pariter ſub d.n.4.juncto nu.45.
cum ſeqq.juncto n.53. & de lege nova decidente
caſum dubium, in quo erat opinionum con-
trarietas, quòd tunc comprehendat negotia
præterita, & caſus præcedentes, atque pen-
dentes, aliis relatis limitat *Antunez Portugal.*
d.cap.10.nu.116.

Quod procedit in nuda declaratione, ſecùs
verò ſi habeat admixtum aliquid novi, nàm
87 tunc quantùm ad id, quod additur, præter
nudam declarationem, tanquàm Jus novum,
non extenditur ad præterita, ſed futura tan-
tùm comprehendit, ut declarat *Felin.in d.cap.*
final.n.8.de Conſtit.ubi etiam Abb.n.11.Caſtr.Pa-
lao oper.moral.tract.3. diſput.5.punct.3. §.5.nu.1.
verſ.Sæpè tamen contingit Farinac. loc.cit.nu.40.
& 53.Altograd.allegat.controv.12.n.3.

Alias ampliationes, limitationes, & decla-
rationes vide penes *DD. in d. cap.Cognoſcentes,*
& in cap.final. de Conſtitut., & præſertim Felin.
in eod.cap.final. Farinac.in dicto verbo lex à n.25.
ad 56.par.2.fragment. ubi pleniſſimè, & *Antu-*
nez Portugal.allegat.cap.10.n.115.cum ſeqq.

ADDIT. AD RUBR. XXV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Liberorum procreatione Reſp. illuſtratur
Matrimonia quandam immortalitatem
præſeferunt *num.1.*
Cælibatus damnatur *num.1.*
2 Pactum de lucranda dote favore Mariti valet.
3 Statutum de lucro dotis favore viri non poteſt
cenſeri odioſum, cùm alliciantur homines
ad faciliùs ſe Matrimonio copulandum.
4 Intereſt Reipublicæ Civitates populo repleri.
5 Lucrum dotale debetur etiam non conſuma-
to Matrimonio, quando matrimonium jàm
fuit contractum.
6 Maximè ſi per petentem lucrum dotale non
ſtetit quin conſumaretur.
7 Compenſatio legati facti per Virum Uxori,
quando intret cum lucro dotali.
8 Lucrum dotale quando dicatur debitum vo-
luntarium, & quando neceſſarium,
9 Legitima detrahi priùs debeat, an lucrum
dotale.
10 Uxor efficitur una caro, & unum corpus cum
Viro, & ſortitur Forum Viri.
Uxor tranſit in domicilium Viri, & ejus Sta-
tuto,& Foro remanet ſubiecta *n.8.Decl.n.10.*
11 *Statutum Bononiæ lib.4. de dot.reſtit.* quid diſ-
ponat, & *nu.13.*
Maritus ex diſpoſitione Statuti Bononiæ lucra-
tur medietatem dotis mortua Uxore abſque
liberis *n.9.& n.21.*
12 Uxor Bononiæ poteſt teſtari dummodò reſer-
vetur liberis, ſeù aſcendentibus legitima to-
tiusdotis,& augmenti,ac aliorum bonorum.
13 Legitima Bononiæ calculari debet habito
reſpectu ad totam dotem, non ad medie-
tatem debitam Viro *n.14.*
14 Acconcium dotis nomine venit.
15 Statuti diſpoſitio eſt attendenda, & præva-
lere debeat Juri communi.
16 Dictio *aliorum* implicat ſimiles caſus jàm ex-
preſſos.
17 Sed quando adjectum eſt alicui ſigno univer-
ſali importat extenſionem ad diverſa.
18 Statutum tendens ad conſervationem agna-
tionis eſt favorabile. *Ampl.n.18.*
19 Ad dignoſcendum an Statutum ſit odioſum,
vel favorabile attenditur principalis mens,
& ratio Statuentium.
20 Tranſverſalium appellatione continentur Ma-
ter, & Avia.
Contemplata cenſetur agnatio à Statuto,quan-
do non vocat niſi fratres utrinque conjun-
ctos, vel ex Patre tantùm.
22 Bona dotalia,& extradotalia eodem jure cen-
ſentur, quando eadem ratio fuit à Statuen-
tibus conſiderata.
23 Dictio *totius* ſignificat totalitatem, & ideò
non poteſt reſtringi in parte.
24 *Monteren.ad Statutum Bononiæ lib.4.de dot. re-*
ſtit. reprobatur.
25 Reſtitutio fructuum, qui percipi potuerunt
debetur tantùm in ſpolio violento, vel at-
tentatis.

26 Lu-

26 Lucrum dotis titulo oneroſo defertur marito.
27 Æs alienum , ſive ex cauſa voluntaria , ſive neceſſaria contractum an ſit deducendum .
29 Lex novi Juris conſtitutiva non extenditur ad prætetita, ſed tantùm ad futura vires porigit . Limita *nu.30. & 32.* Declara *num.31. ſublim.nu.33.*

Ad materiam hujus Rubricę vide *Contr.diſcept.11.per tot.*

Num.1. & 2. Liberorum proereatione Reſp. refertur, & illuſtratur, * ideòque c ælibatus olim
1 damnati , ut etiam perbellè advertit *Rota in Firmana legitimæ 27. Junii 1707. coram R.P.D. Anſaldo in princ.*
Num.12. Pactum de lucranda dote favore Mariti
2 valet * *Rocch.diſput.juris Select. cap.112.nu.31.* ubi de lucranda integra dote .
Num.14. Statutum de lucro dotis favore Viri
3 non poteſt cenſeri odioſum , * cum alliciantur homines ad faciliùs ſe matrimonio copulandum , ut dixit *Rota in Urbevetana lucri dotalis 23. Junii 1715. coram R. P. D. Anſaldo. §.Quo enim .*
4 Intereſt Reip. Civitates populo repleri ut docet *Rota ubi ſupra .*
Nu.21. Lucrum dotale debetur etiam non con-
5 ſumato matrimonio , ſed ſufficit contractum fuiſſe per verba de præſenti , ut etiam *dixit Rot.in Romana lucri dotalis* 11. *Jan.1712.coram R.P.D. Lancetta in princ.*
Maximè ſi per petentem quartum dotale
6 non ſtetit* quin conſumaretur, ut firmavit *Rot. in d.Romana lucri dotalis coram eodem Lancetta §.Hoc unum .*
Num.48. Circa compenſationem legati facti per Uirum Uxori eandem diſtinctionem hic fir-
7 matam * ſequitur *Reverendiſſimus Petra in Comentar.ad Conſtit. Apoſtolic. to.1.in Conſtit.unit.* Honorii II. *ſect.2.n.66.fol.*500.
Num.49. Eandem diſtinctionem firmavit *Rot.cor.*
8 *Emerix Jun.dec.431. n.7.cum ſeq.* * *& cor.Emerix Sen.dec.144.n.1.cum ſeq.* quæ eſt revocatoria præcedentis *dec.121. cor.eodem Emerix Sen.*
Num.53.& ſeqq. Noſtram opinionem laudat , &
9 ſequitur * *Conſtantin.ad Statut.Urbis Annot.33. art.2.n.155.cum ſeqq.*

Contrarium acritèr tenet *Tartaglia de reſervat.Statutar.Bonorum Matris art.12. num.8.cum ſeqq.Rot.coram Emerix Sen.dec.144. Poſt.dec.10. num.13.cum ſeq.*

Occaſione controverſiæ ortæ inter D. Marchioniſſam Orintiam Ratta Ranucci Matrem bo: me: Comitiſſæ Smeraldæ ejus filiæ Nuptæ D. Comiti Petro Laderchi ſuper quantitate legitimæ utriuſque conſenſu conſultus reſpondi , ut infrà eidem D.Comiti , & juxtà ibi expoſita partes concordarunt .

Illuſtriſs. Sig. mio , e Padrone Colendiſs.

NElla Controverſia , che verte tra V.S. Illuſtriſſima , e la Sig.Marcheſe Orintia Ranucci Ratta circa la quantità della legitima dovuta alla medeſima nella dote , & acconcio della b:m: della Sig.Conteſſa Smeralda ſua figlia, e già di lei Conſorte, che l'ha iſtituito Erede nel Teſtamento, col qual'è morta, ſe ſi doveſſe attendere la ragione comune, come che la Sig.Conteſſa ſecondo la *ragione Divina* mediante il matrimonio eſſendo divenuta *una Caro* , *& unum*
10 *corpus* col ſuo Conſorte , per l'unione della ſoſtanza in due perſone , ceſsò d'eſſere Cittadina Bologneſe , e divenne Cittadina Faventina , come ferma *Donat. Anton. de Marin. reſol. lib.1.cap.22. num.4.cum ſeqq.* , e conſeguentemente non più ſoggetta alla diſpoſizione del *Statuto di Bologna* , nel qual caſo ſi dovria detrarre il lucro dotale prima della legitima, *tanquam æs alienum* , come ſi è fermato da me nell'*oſſervat. ad Statut. Faventiæ lib.3. Rubr.25. n.53.cum ſeqq.*, il che però non paſſa ſenza controverſia nell'Iſtromento dotale convenuto , ſiccome *ſortita eſt Forum Viri* in maniera tale , che non poteva nè anco eſſere più convenuta nel Foro della ſua Patria , come inſegna *Fagn. in cap.Propoſuiſti n.23.de Foro compet.* , *& quod Uxor efficiatur una eademque caro cum Viro , & transfundatur in ſui originem , & Forum Viri firmat Rovit. deciſ.75. num.3.* ubi tamen *num.5. declarat procedere reſpectu Fori judicialis , ne in loco ſuæ originis poſſit conveniri , ſed quoad bona retinet originale domicilium , & ligatur Statutis propria originis cum qua declaratione Roviti confirmatur conventio inter partes inita* , che ſi debba attendere la diſpoſizione del *Statuto di Bologna* cum illis verbis . *In tutto , e per tutto alla forma de' Statuti di Bologna ſotto la Rubrica de dotibus reſtituendis , ſalva ſempre la parte da guadagnarſi per il marito in caſo di premorienza della moglie ſenza figli in tutto , e per tutto alla forma , e giuſta la diſpoſizione de' predetti Statuti , quali vogliono , & intendono le Parti anco per patto eſpreſſo, e preambulo debbano oſſervarſi nel preſente contratto .* Perciò è certo , che la riſoluzione della controverſia dipende dall'eſaminare le parole del ſudetto *Statuto* * *lib.4.de dotis reſtit.* ibi -- *Ordinamus , quod ſi inter aliquos diſſolutum fuerit matrimonium morte Uxoris , non extantibus liberis , ex ipſo matrimonio , maritus teneatur ſolùm dimidiam dotis , & augmenti dotis reſtituere ei , cui de jure reſtituenda , vel reſtituendum fuerit infra tempus ordinatum à jure ; Reliquam dimidiam lucrifaciat ipſe maritus* , ſoggiungendoſi nella medeſima Rubrica -- *Itèm dicimus , quod mulier teſtari poſſit , dùm tamen liberis , * ſeù aſcendentibus reſervetur legitima totius do-*
12 *tis , & ejus augmenti , & aliorum bonorum , ſecundùm formam juris, & noſtrorum Statutorum, & marito pars , quam lucrari debet ſecundùm formam præſentis Statuti &c.*

Onde ſe bene ſopra queſt'articolo , ſe la legitima debba calcolarſi, habito reſpectu ad totam dotem , ò pure alla metà , * che rimane
13 detratta l'altra metà dovuta al marito per il lucro dotale ſiano ſtati anticamente diverſi li pareri , eſſendo tra di loro contrarj l'*Ancaran. conſ.101.*, e *Bero conſ.26. vol.1.*, e *Montecent.*
Com-

Digitized by Google

Commentatore del detto Statuto al *cit.§.Itèm dicimus in verbo totius* dopo riferita l'opinione dell'uno, e dell'altro, ſoggiunge, *ſed nec primi, nec ſecundi rectè perceperunt.* Contuttociò ſtante quelle parole del *Statuto, quod mulier teſtari poſſit, dùm tamen Aſcendentibus reſervetur legitima totius dotis, & augmenti, & aliorum Bonorum,* le quali ſignificando la totalità della dote, non poſſono verificarſi, ſe non nell'intiera dote, ſenza alcuna diminuzione, ſecondo l'opinion communemente abbracciata, tanto dalla *Rota di Bologna ad interpretationem Statutorum* in punćto *dec.68.n.3.ver.cum moti cum ſeq.* & penes *Poſt dec.10.nu.11. cum ſeq.*, e dalla *Rota Romana in Bonon.legitimæ 26. Martii 1571.coram Aldabrandino,* cujus copiam vidiſſe teſtatur *Compilator d. deciſ. Rotæ Bononien. in cit.dec.68.Duran.dec.129. n.1.cum ſeqq.coram Bichio dec.293. n.14.,* pleniſſimè in *Bononien.Tertiæ 27.Jannar. 1651. coram bo:mem:Meltio per totam,* la quale ſi ſuppone, e ſi ammette nella *Bononien. nullitatis Concordiæ 17.Maii 1651.& 1.Julii 1652.cor. eod. Meltio impreſſa penes Contr.diſcept.dec.110. nu.2. & dec.133. n.1.* maſſimamente venendo giudicato tal lucro debito volontario, come formò la *Rota coram Emerix. Sen.dec.144. n.1. cum ſeqq.* E tal opinione viene anco comprovata dal laudo proferito li 26. Gennaro 1703. dalli Sig. Ottavio Mattei, e Carlo Bazzetta Giudici Compromiſſari della Cauſa, che verteva tra gli Sig. Davia, e Sig. Piateſi; ſicchè tanto giudicialmente, quanto eſtragiudicialmente non ſi pone più in diſputa.

Per la medeſima ragione ſi deve anco la legitima delle biancharie, apparati, e giocali promeſſi, e conſegnati, conſiderandoli però nel ſtato, nel quale ſi trovano, come ſi è convenuto nell'Iſtromento dotale ibi -- *E riſpetto à detti apparati, biancharie, e giocali nel ſtato, e termine, quali ſi trovaranno nel caſo della reſtituzione,* poiche eſſendo ſtato promeſſo l'accon-
14 cio unitamente colla dote * viene ſotto nome di dote, e ſi giudica come dote *Adden.ad Ludoviſ.dec.80.n.11.Palma dec.358.n.8. cum ſeqq. Rot.in rec.dec.44.n.11. in fine cum ſeq. par.9.deciſ.311.n.10.par.10.& in Faventina.Dotis coram Manuel.impreſſ. nell'Annot.ad Stat.Faventiæ Rubric.24.lib.7.nu.6.*, che è quanto devo accennare a V.S.Illuſtriſſima ſecondo il mio debole parere, e ſe foſſi Giudice, così giudicarei; Se poi lei deſideraſſe, che ſi faceſſe ſcrivere pro veritate anco da qualche Avvocato, ſi compiaccia d'avviſarmelo, che ſarà ſervita prontamente, e per fine mi confermo.

Di V.S.Illma. Roma 26. Novemb.1710.

R. P. D. MELTIO

EPISCOPO PAPIEN.

Bononien. Tertiæ

Veneris 27. Januarii 1651.

DEfunćta ſine filiis Joanna de Zibettis cum Teſtamento, in quo ſibi Hæredem inſtituit Ludovicum Papazzonum ejus ſecundum virum, Carolus Antonius, & Policreſus ejus ex Fratre germano Nepotes inſtituerunt Judicium ſuper conſequutione integræ Tertiæ omnium Bonorum tàm Dotalium, quàm extradotalium per d. Joannam relićtorum vigore *Statuti Bonon. ſub. Rub. de Dot. reſtit.*, & contra d. Ludovicum reportarunt à R.P.D. Melchiorio A.C. Locumtenente Sententiam favorabilem, quàm Rota in gradu Appellationis ſub hac die dixit eſſe confirmandam; Præterquàm in illa parte, quæ reſpicit condemnationem frućtum, qui percipi potuerunt.

Validitas ſiquidem dićtæ Sententiæ non fuit controverſa, & illius Juſtitia ſatis clarè probatur *ex diſpoſitione dićti Statuti ſub tit. de Dot. re-*
15 *ſtit. in §. Et ſi deceſſerit,* * *ubi expreſſè cavetur, quòd mulier decedens ſine filiis, vel Aſcendentibus, teneatur relinquere fratribus utrinque coniunćtis, vel ex Patre tantùm, & in eorum defećtum eorundem fratrum filiis Tertiam partem totius Dotis, & ejus Augmenti, & omnium aliorum Bonorum.* Hæc namque Statutaria diſpoſitio cum ſit ſatis clara ſervari debet * ad
15 tradita per *Bart. in l.Omnes Populi ff. de Juſt. & Jur. Bald. in l. Gallus, §. Si ejus in 2.not.ff. de Liber., & Poſth. Dec. conſ.563. nu.7.Cephal. conſ.138. n.10.* & in concurſu debet prævalere *Juri communi,* & generali *Roman. conſ.195.n.1. verſ. licet enim Hond. conſ.13. num.31. lib.1.* & ratio cur Statutum, non autèm Jus commune debeat attendi eſt, quia *Statutum* in loco Statuentium ſtat loco *Juris Communis Bald. in l. quicunque C. de Serv. fugit. Curt. Sen. conſ.46. nu.56. cum aliis allegat. in Medialanen. Subſtitutionis Lib.26. Junii 1647. coràm Reverendiſs. Terracinen. ſub §.1.,* & in terminis hujus *Statuti Bonon.* Scribunt *Rim. Sen. conſ.118. Vol.1. Malvaſ. conſ.39. Buccaferr. conſ.64. nu.60. Rot. Bonon.inter recolect. per Hiſp. dec.3. n.7. uſque ad fin.,* & fuit firmatum *coram Duran.dec.129. n.1. & 2.*

Neque prætendi poteſt Sententia iniuſta ex eo quod concedat tertiam partem omnium Bonorum tàm Dotalium, quàm extradotalium; *Statutum* autèm deferens tertiam partem totius Dotis, & ejus Augmenti, ac omnium aliorum Bonorum intelligendum ſit de Bonis tantum titulo Dotis, vel Augmenti ad Mulierem ſpećtantibus, & non de aliis aliundè, & alio titulo à Muliere acquiſitis, eò quia illud tamquam odioſum, & Juri communi contrarium ſtrićtam recipere debet interpretationem, & de natura illius dićtionis *aliorum* eſt

importare ſimilia jam expreſſis,& ſic dotalibus,
in quibus videtur militare peculiaris ratio, ut
illa redeant ad Domum Patris, à quo profecta
fuerunt juxtà opinionem, quam conſulendo
tenuit *Soccin. Sen. conſ.* 110. *per tot.*

Contraria namque opinio, ut ſcilicèt dicta Ter-
tia intelligenda veniat de omnibus Bonis tàm
Dotalibus, quàm extradotalibus viſa fuit ve-
rior, atque communior, quam ſequuntur *Rim.*
Sen. conſ. 118. *nu.* 21. *& ſeqq. lib.* 1. *Monter. in*
gloſſ. ejuſd. Stat. verb. aliorum Bonorum Rot. Bo-
non. div. deciſ. 3. *nu.* 14. *cum ſeqq.*, & compro-
bavit etiam *Rota coram Duran. dec.* 129. *nu.* 10.
Pro hac enim interpretatione Stat proprietas
verborum, quibus *Statutum* utitur *ibi totius*
Dotis, & Augmenti,ac omnium aliorum Bonorum
quæ adeò generalia ſunt, ut niſi fiat manifeſta-
vis verbis, ac eorum propriæ ſignificationi
compræhendere valeant omnia etiam diſſimi-
lia, & majora expreſſis *l. pluribus ff. de accepti*
lat. l. Emptor. §. Lucius, & ibi gloſs. & DD.
ff.de pact., nequè dicta univerſalitas reſtriugi vi-
detur ad ſimilia Dotis, vel Augmenti, ex di-
ctione illi immediatè adjecta *Aliorum* de cujus
16 natura eſt implicare ſimiles caſus jàm expreſ-
ſi *l. ſi fugitivi l. quidam ff. de reb. dub.*, Tùm
quia verbum illud *Aliorum* quandò adjectum
reperitur alicui ſigno univerſali non importat
17 aliquam ſimilitudinem, * ſed potius extenſio-
nem ad diverſa *Alex. conſ.* 46. *n.* 2. *lib.* 1. *Ruin.*
conſ. 55. *nu.* 5., & in terminis hujus Statuti fir-
mat *Rim. Sen. in alleg. conſ.* 118. *nu.* 24., Tum
quia non datur quod mulier habeat Bona ſimi-
lia Doti, nam parafernalia, quæ remanent in
totali Dominio Uxoris etiam quoad uſum fru-
ctum eſſe non poſſunt ſimilia Doti, vel Aug-
mento, nullaque alia ſpecies Bonorum repe-
ritur, quæ aſſimiletur Doti, & ejus Augmen-
to, prout in terminis *Rim. ſupracitat. conſ.n.*22.
& 23., & hæc interpretatio facilius ſuadetur,
eo quia non fuit vera Sententia *Soccin.* quod
Statutum hujuſmodi ſit odioſum, nàm tam-
quam tendens ad conſervationem Agnationis
18 cenſendum eſt potius ſavorabile, * licèt quod-
ammodo aliquod odium reſpectu Mulierum
continere poſſit *jux. theor. Bart. in l. cunctos Po-*
pulos, Verſ. ſed hic quæro C. de ſum. Trin. & Fid.
cath. quam communiter ſequuntur DD. & ità
firmavit *Rot. Bonon. d.dec.*3. *nu.*15. & in digno-
19 ſcendo an Statutum ſit odioſum, * vel ſavora-
bile, principalis mens, & ratio Statuentium
attenditur ad *text. in l. qui exceptionem ff. de*
cond. indeb., & *in l. ſi qui nec cauſam ff. ſi cert.*
pet. Aacar. conſ. 112. *col.*2. *Corn. Conſ.*89. *col.*1.
lib. 3.

Neque favor agnationis excludit. Ex eo quod
Statutum vocet tranſverſales in defectum
Aſcendentium, * quorum appellatione conti-
20 netur Mater, & Avia, in quibus Agnatio non
conſervatur, nam non eſt incongruum, quod
aſcendentes, quibus potior cauſa ſucceſſionis
de Jure debetur præterantur Agnatis, & in
defectum eorum, ut Statuentes voluerint Bo-
na conſervari in Agnatione per ea, quæ in
puncto hujus *Statuti* tradit *Jaſ. conſ.* 204. *nu.*4.
& 5. *lib.* 2. ubi pro contemplatione agnatio-
21 nis ponderat, quod *Statutum* non vocat * niſi
fratres utrinque conjunctos, vel ex Patre tan-
tum, ſicque excludit fratres uterinos, qui non
ſunt Agnati, prout etiam quod vocat Patruos,
& non Avunculos, quamvis ſint in pari gradu,
eo quia ibi ſunt Cognati, & *nu.* 6. Excludit ex
duplici ratione factum fuiſſe hujuſmodi Statu-
tum, quarum una reſpicit favorabilem Agnatio-
nis, altera verò fragilitatem ſexus, quam
Jaſ. opinionem ſequuta fuit *Rota Bononien. d.*
dec. 3. *num.*14.

Hincque tollitur objectum ponderatæ æquitatis
pro ratione diverſitatis inter Bona Dotalia
profecta à Domo Patris, & aliunde à Muliere
acquiſita; Nàm cum dicta ratio finalis Statu-
entium fuerit de duplici cauſa æquè militante,
22 tàm in Bonis dotalibus, * quàm in extradota-
libus, idem jus reſpectu omnium omnino ſta-
tuendum venit juxta *Text. in l. adigere, §. Quam-*
vis de Jur. patron., & hanc æquitatem non
fuiſſe habitam in conſideratione evidentius
etiam colligitur ex onere injuncto per Statuen-
tes Mulieri indiſtincte reſtituentium d. Tertiam
à quocumque Bona ipſius profecta fuerint ſivè
à Patre, ſivè à Fratre, ſivè ab extraneo, quam
rationem in his terminis ponderavit *Rota Bo-*
nonien. d. dec. 3. *nu.*14.

Præterea reſpectu hujus primi objecti ceſſare viſa
fuit omnis difficultas ex eo quòd cum omnia,
quæ Joannæ fuerunt relicta ex diſpoſitione pri-
mi Viri fuerint per eam acceptata, atque poſ-
ſeſſa antequàm tranſiret ad ſecundas Nuptias
cum Papazzono, iſta quoquè in dotem data
cenſentur dicto Papazzono ex diſpoſitione ejuſ-
dem *Statuti in §. Præterea ordinamus*; ideoque
tertia pars iſtorum Bonorum, prout Dotis da-
ri debet juxtà formam *Statuti*, prout in pun-
ctos idem tenet ſidem *Rim. d. conſ.* 118. *num.*10.,
*& nu.*25. *verſ.*3. *reſponſio.*, *Rot. coram Duran. d.*
dec. 129. *nu.*13.

Minùſque DD. ſubſiſtere viſum fuit alterum
prætenſum injuſtitiæ fundamentum ex eo de-
ductum, quòd tertia pars debita Nepotibus
vigore *Statuti*, non ſit tertia totius, ſed tertia
illius tantùm quod ſupereſt, deducto lucro do-
tali vigore ejuſdem *Statuti* debito Viro ſuper-
ſtiti, quod videtur, vel poſſe ab eo retineri ex
dote, cum illa propter *Statuti* diſpoſitionem
23 reſtitui non debeat, niſi pro medietate * ut
voluit *Ang. conſ.*360.*n.*2. *&* 3., vel eidem Viro
deberi tanquàm æs alienum, quod ſicuti mi-
nuit hæreditatem, ità, & dotem, ob quam
rationem extrà terminos *l. hac edict. C. de ſecund.*
Nupt. in calculando legitimam deducen. eſſe
prius lucrum dotale conſuluit *Corn. conſ.* 127.
*n.*3. *lib.*3. *Bald. conſ.*514. *n.* 3. *lib.*4. *Malvaſ. conſ.*39.
*n.*10. *& ſeqq. Surd. conſ.*401. *n.*3. *lib.*4. *verſ. & pro*
*confirmatione, & n.*35. *& ſeqq. Gratian. diſceptat.*
*for. cap.*300. *n.*13. *& ſeq.* Nàm caſus noſter val-
dè differt ab illo *Angeli*, in quo ſolùm ageba-
tur an Vir, qui à muliere prædefuncta relictus
fuerat hæres unà cum fratre dictæ mulieris,
debe-

deberet in primis deducere lucrum vigore
Statuti ſibi debitum contra fratrem dictæ mu-
lieris, qui non poterat prætendere aliquam
partem dictæ dotis vigore *Statuti*, ut in caſu
propoſito, ſed solùm aſſerebat lucrum Viri
compenſatum fuiſſe in Iuſtitutione pro dimi-
dia ad ejus favorem facta; In hoc autem caſu
Nepotes mulieris defunctæ prætenduot Ter-
tiam totius dotis, & ejus augmenti, ac om-
nium aliorum Bonorum, quam dicta mulier
eis relinquere teuebatur vigore ejuſdem *Sta-
tuti*, quod defert lucrum Viro, & quam ex il-
lius diſpoſitioue petere poſſunt etiamſi non ſit
eis relicta in Teſtamento, & propterea calcu-
lus Tertiæ fieri debet habita ratione torius
Dotis, non attenra deductione lucri dotalis,
quia cùm veniant utrique ex eodem *Statuto* de-
ferente lucrum Viro, & Tertiam Agnatis in
ipſo mortis inſtanti utique deferuotur dd.por-
tiones ex tota dote ponderaudo maximè ver-
24 bum illud *totius*, quòd tanquàm * ſignificati-
vum totalitatis non poteſt verificari, niſi in
integra dote abſque ulla penitùs diminutione,
prout in terminis probat *Anton. Monac. deciſ.
floren.72.num.1.& 2. & dec.53.n.36.* ubi quòd
iſtud verbum *totius* omnia prorsùs includit,
& ſignificat quid integralitèr conſiſtens ex
omnibus ſuis partibus *Crav.conſ.80.n.15.* cum
aliis per *Barboſ.alleg.dict.353.per tot.*, & in
puncto dictionis illius univerſalis *totius*, quòd
excludat deductionem lucri dotalis ex *Statuto*
delati conſuluit *Alex.conſ.133.n.5.lib.5.*, & fir-
mavit *Rot.in Bonon.hæreditatis 9.Julii 1576.co-
ràm Blancherio, & in Bononien. dotis 7.Februa-
rii 1620.in princ.cor.bo:me:Manzanedo*, ubi alle-
gantur concordantes, idque facilius admitten-
dum venit, quia ex hac iuterpretatione nullum
infertur prejudicium marito circa ſui lucri de-
ductionem, nàm benè ſtant inſimul quòd ille
lucretur dimidiam dotis, & portio Agnato-
rum calculetur habita ratione totius dotis,
quàm rationem pouderavit *Bero conſ.26. ſub
n.2.& ſeqq. uſque ad nu.17.lib.2.Rot.Bononiæ di-
verſ.dec.68.nu.4.* & fuit firmatum in *Bononien.
Succeſſionis 15. Martii 1647. §.2. Prætermitten.
verſ.Non obſtante cor.R.P.D.meo Bichio*, *quæ de-
ciſio* licèt loquatur de Legitima, nihilominùs
benè applicatur tertiæ parti, quam *Statutum*
Agnatis defert loco ejuſdem Legitimæ, ut di-
cit *Monter.in gloſs.ad d.Stat.verbo tertiam relat.
à Buraſer.conſ.67.n.50.*

Extranea nihilominùs viſa fuit interpreta-
tio data per *Monteren. in gloſs. ad d. Statutum*,
ut nempè deferente Agnatis tertiam partem
25 totius dotis, * & ejus augmenti, illud in-
telligen. ſit de Vidua, & non de ea, quæ de-
cedit Viro ſuperſtite, nàm cùm *Statutum* indi-
ſtinctè loquatur de muliere, quę ſecundùm pro-
priam ſui ſignificatiooem apta eſt comprehen-
dere tàm Viduam, quàm Nuptam, de utra-
que eſt intelligen., ſecundùm *Alex. conſ.101.
per tot.lib.3.* quem ſequitur *Juſt.conſ.204. Rot.
Bonon.d.dec.4.nu.1.*, eòque magis atteota ra-
tione finali Statuentium, quæ cum fuerit con-
ſulendi, ut mulier ob fragilitatem ſexus non
deciperetur, ac ne impediretur à Viro relin-
quere Agnatis, ut ſupra dictum fuit, neceſſa-
riò ſupponit ejuſdem Viri præexiſtentiam,
eumdemque ſenſum important verba ejuſdem
Statuti, nàm ſub eadem ratione, & ſtructura
verborum Statutum permittit Uxori de ſua do-
te teſtari excepta tertia reliquenda Agnatis, &
dimidia deducen. pro viro, ergo Statutum in hoc
ſupponit prędeceſſum mulieris ante Virum.

Ex his itaque DD. reſponderunt pro confir-
matione ſententię quam tamen jure merito re-
forman. cenſuerunt io ea parte, in qua condem-
nat Papazzonum reum conventum etiam ad
reſtitutionem fructuum, qui percipi potue-
26 runt, * nàm ad perceptos rantùm, & non ad
alios regularitèr fit condemnatio niſi in ſpo-
lio violento, * vel attentatis juxtà opinionem,
quam continuo ſequuta eſt *Rota*, ut ex pluribus
deciſionibus allegatis in *Romana Domorum in
Burgo 12. Novembris 1649. §. Si inſuper coram
R.P.D.meo Otthobono*.

Et ità utraque Parte &c.

*Num.*54. Lucrum dotis defertur marito titulo
27 oneroſo propter onera matrimonii * ſecun-
dùm comunem opinionem *gloſs. in l. ſi donatu-
rus in verbo dumtaxat ff.de condit.cauſ. dot.Rota
Bonon. ad interpretationem Statutorum dec.117.
nu.*10. ubi concordantes.

*Num.*60. Vide *Rot. penes Merlin. de legitim.dec.64.
28 & dec.86.* utrobique *n.1.cor.Cerro dec.638.n.3.
cor.Ludov.dec.539.n.2.cum ſeqq.& in rec.dec.47.
n.10.& 11.par.17.*

*Num.*74. *cum ſeqq.* Lex novi Juris conſtitutiva
29 non extenditur ad præterita, * ſed tantùm ad
futura vires porrigit ad *Text.in l.leges 7.C.de le-
gib.Felin.in cap.Quoniam n.1.de Conſtit.Rot.in Ro-
mana Cambiorum 26.Junii 1697.cor.R.P.D.Urſi-
no §.Nec deficit*.

Limita primò quando agitur de moderatio-
30 ne uſurarum * ut notat *Carol.Anton.de Luca ad
Franc.dec.500.n.2.verſ.Notandum*.

Declara prædictam limitationem procede-
31 re, quando per novam Conſtitutionem *repro-
bantur ea, quæ cum *Jure Divino*, & Naturali
pugnant; Vel quotiès lex nova loquitur etiam
de fructibus ex præcedenti coutractu decur-
rendis prout ſe explicat *Imperator in l.penult.
C.de uſur.& Alex.III.in cap.cum tu de uſur.*; Secùs
verò quando lex non percutit uſuras omni Ju-
re damnatas, ſed solùm ad moderandum ex-
ceſſum fructuum aliàs licitorum prodiit, &
voluntas Legislatoris eſt dubia, ut cum *Sua-
rez de legib.lib.3.cap.14.n.12.& Penia dec.1196.
n.6.* declaravit *Rot. in d.Romana Cambiorum 26.
Junii §.Et licèt Juſtinianus*.

Limita ſecundò quando expreſsè facit men-
32 tionem * de præteritis juxtà *Text. in cap.final.
de conſlit.*

Sublim. non procedere quoad præterita jàm
deciſa, terminata, vel ſopita, ſeu extincta *
33 *Antunez Portug.de donat.Reg. lib.2.c.10.n.118.*
& firmavit *Rot.in d. Romana Cambiorum 26.Ju-
nii §.Neque*.

De beneficio Statuti, denegando Viro, qui Uxorem maritali affectu non tenuerit, & è contra.

RUBRICA VIGESIMASEXTA.

Statuimus, & ordinamus, quòd quicunque de Civitate, Comitatu, vel Diſtrictu Faven. Uxorem (A) in domo non tenuerit, & eam maritali affectu non tractaverit (B) dimidiam dotis dictæ ſuæ Uxoris, nec aliquod beneficium Statuti proximè præcedentis conſequatur, niſi ipſa Uxor ſe à Viro invito ſeparaverit. Et è converſo, ſi Uxor Virum uxorali affectu non tractaverit, inhoneſtè vivendo, vel adulterium (C) committendo, ſeù Viro invito vagando, ipſa dotem perdat, & Vir eam lucretur. Et ad hæc omnia probanda ſufficiat fama, per quinque Teſtes idoneos probata.

SUMMARIUM.

1 *Dominas* Antiqui vocabant Uxores ſuas.

2 *Damæ* nomen originem duxit à Domina.

Dama Græco idiomate Dominam, ſive Uxorem ſignificat n. 2.

3 Verbum *Dama* eſt Gallicum, ſeu potiùs Provinciale, quòd ſignificat *Donna*, ſeu *Signora*.

4 *Dama* accipitur etiam pro Muliere amata.

5 *Dama* Venetiis eſt nomen injurioſum, cùm ut plurimum ſub eo veniant Meretrices.

Fœminæ Nobiles Venetiis appellantur *Gentildonne* num. 5.

6 Significatio verbi *Dama* pendet à moribus populorum à varietate temporum, & ab animo proferentis.

7 Vocans aliquem *Barbone* an inferat injuriam. Injuriam an inferat, qui alteri dicit: *Tu deferi magnam barbam* n. 7.

8 Titulus Magnifici, Spectabilis, Egregii, Illuſtris, Perilluſtris, Illuſtriſſimi, Excellentiſſimi, Sereniſſimi &c. cui debeatur, remiſſivè.

Tractatio facienda per Dominos ergà Vaſallos num. 8.

Tituli dandi per Vaſſallos Dominis n. 8.

9 Titulorum abuſus reprehendendus, & corrigendus.

10 Maritus amittit lucrum dotale, ſi Mulieri ægrotæ Medicum non adhibuerit, & medicinalia non ſubminiſtraverit: Vide ibi modum attendendi. Limita n. 11.

11 Maritus ſævitias exercens erga Uxorem, amittit lucrum dotale.

12 Limita ſi ſe emendaverit, benè eam tractando.

13 Interficiens Uxorem, amittit lucrum dotale.

14 Quid autem dicendum, ſi occidat lege permittente, remiſſivè.

16 Expellens Uxorem abſque cauſa, amittit lucrum dotale.

17 Uxor adulterium committens, amittit dotem, quæ acquiritur Marito. Limita ut ibi, remiſſivè.

18 Exceptio adulterii opponi poteſt contra Mulierem petentem reſtitutionem dotis ab hæredibus Viri, quotiès Maritus ignoravit adulterium ab ipſa commiſſum, ſecùs ſi non ignorabat, & n. 21. Decl. n. 19. 22. 23. 24. & 25.

19 Adulterium à Muliere commiſſum deduci non poteſt ab hæredibus Viri ad effectum lucrandi dotem.

Jus accuſandi Uxorem adulteram conceditur Marito propter injuriam ſibi illatam n. 19.

20 Actio injuriarum ad hæredes non tranſmittitur.

26 Mulier ad evitandam pœnam adulterii, & ſic amiſſionem dotis, obiicere poterit, Maritum quoque adulterium commiſiſſe.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur num. 26.

27 Reconciliatione Mariti, tacita, vel expreſſa, ſequuta cum Uxore, ceſſant pœnæ adulterii, quas ipſa incurrerat.

28 Reconciliatio Mariti cum Uxore facta dicitur, ſi ſciens adulterium, eam carnaliter cognoverit.

OBSERVATIO.

1 A Antiqui Uxores ſuas Dominas frequenter vocarunt, ut ex *l. Pater.* 38. *§. Julius Agrippa l. uxorem* 41. *ff. de legat.* 3. *l. Titia* 19. *§. qui Marco*, *ff. de annuis legatis*, *l. Medico* 40. *§. Uxori ſuæ*, *ff. de aur. & argent. legat.* notarunt *Jacob. Cujac. obſervat. lib.* 3. *cap.* 18. latè *Tiraquell. in leg.* 5. *Connubial. n.* 11. *cum ſeqq.* quos ſequitur *Narbon. de ætat. ann.* 14. *quæſt.* 12. *num. primo.*

2 Et hinc proceſſiſſe conſuetudinem in Italia, Hiſpania, & magna parte Galliæ nominandi Matronas *Damas*; nam nomen hoc *Dama* Græco idiomate *Dominam*, ſivè Uxorem ſignificat, ut admonet *Tiraquel. ubi ſupra n.* 14. *Sebaſtian. Covarru. in theſaur. linguæ Hiſpanicæ verbo Dama*, & proſequitur *Narbon. loc. cit. n.* 2.

3 Quod autem verbum *Dama* ſit Gallicum; ſeù potiùs Provinciale, quod ſignificat *Donna* & magis præcisè *Signora*, notarunt *Alumnus nella fabrica del Mondo, e nelle ricchezze della lingua volgare*, & *Pergaminus nel Memoriale della lingua Italiana*, uttobique in verbo *Dama*, ſecundum verò vocabularium Cruſcæ in verbo *Dama*, acci-

4 pitur pro muliere amata, ibi: *Oggi Dama communemente intendiamo per la Donna amata*, Sed quia Venetiis verbum *Dama* judicatur injurioſum,

5 dùm, ut plurimum, ſub eo veniant Meretrices, fœminæ verò nobiles appellantur *Gentildonne*; undè ſignificatio verbi *Dama* omninò dependet à moribus populorum, à varietate

6 temporum, & ab animo proferentis, ad tradita per *Petrum de Bellapertic.* quem refert, & ſequitur

tut; *Scanarol. de viſit. Carcer. lib. 1. cap. 4. tit. de pœna tonſionis comę nu. 10. cum ſeqq.* ubi diſcutitur, an dicens alicui *Tu deſers magnam barbam*, quod idem eſt, ac noſtris temporibus vo-
7 care aliquem *Barbone*, inferat iniuriam, circa quod videndus eſt etiam *Muta deciſ. 37. ſub. n. 3.*

In hoc propoſito poſſet examinari, qnibus conveniant Tituli *Meſſere*, *Magnifici*, *Specta-*
8 *bilis*, *Ægregii*, *Illuſtris*, *Perilluſtris*, *Illuſtriſſimi*, *Excellentiſſimi*, *Sereniſſimi &c.* ſed id ommiſſum facio, cum latiſſimè diſcuſſum fuerit ab *Amaya in l. nullus 60. & in l. final. cap. 3. ſub. nu. 9. C. de Decurion. lib. 10. Anaſtaſ. Germon. de Immunit. cap. 10. lib. 2.*, ubi maximè de Titulis debitis Sacerdotibus, & Epiſcopis, *Joſeph. Carleval. in ejus diſcurſ. impreſſ. penès Scaglion. in Commentar. ſuper pramatic. Regn. Neapol. fol. mihi 265. Petrus Gonzalez de Salzedo in theatr. honor. Dondens conſult. 27. Dulph. de ſepultur. cap. 15. n. 5. cum ſeq.* ubi advertit, quod quilibet prætendit, ſe Illuſtriſſimum vocari, *Albergat. in ſuis moral. libr. 4. tit. de magnificentia cap. 11. in fine, Hopping. de jure Inſign. & Armor. Feltam. de Titulis honorum*, *Card. de Luc. de prahemin. diſcurſ. 30. Lagunez. in ejus tractat. de fructib. par. 1. cap. 30. num. 155.* ubi longo catalogo refert omnes *DD.* de hac materia tractantes, poſtquam ſupra *nu. 140. cum ſeqq.* examinaverat tractationem faciendam per Duces, Comites, & alios Dominos inferiores ergà ſuos Vaſallos, dùm eos alloquuntur, nempè *de vos*, & quandoque cum cognomine *Dominorum*; Et è converſò de Titulis dandis per Vaſallos Dominis. A communi tamen ambitione, & abuſu malè, & confusè adaptantur,
9 undè contra abutentes Titulis ſuis temporibus acriter invehit *Barbat. in cap. novit. de judic.*, ut refert ibidem *Dec. num. 1.* & nuper *Pater Aproſius Ventimilia ſub nomine Scipii Glareani in opere inſcripto la Grillaja, curioſità erudite grill. 4.* ubi refert ſequentia carmina *Joannis Maria Vanti.*

Al mecanico Artiſta, al lavorante
Magnifico Signor và l'iſcrizione,
E di Titol d'Illuſtre hà pretenſione
Il più fallito, e fracido Mercante.
Un mezzo Capo d'huomo, un Sacripante
L'Illuſtriſſimo mangia in un boccone,
E 'l Cavalier à tutta colazione
Vuol l'Eccellenza, ſe cadeſſe Atlante.
. . . . intesa l'armonia,
Del Titol . . . . . . s'è proviſto,
Encomio della terza gerarchia.
Io ſtò à veder, che per far nuovo acquiſto
Di Titolo maggior ſi levi via
Il Gieſù Nazaren del noſtro Chriſto.

Refert etiam alia carmina *Bernardi Taſſi* in forma ſupplicis libelli, porrecti *Apolini* ſuper reformatione Titulorum, cui reſcriptum fuiſſe ſupponitur.

Padre di vani Titoli è l'abuſo,
Nè v'hà ragione la ragione iſteſſa,
Però la cauſa rimettiamo all'uſo.

Variæ connumerantur à DD. cauſæ, ob
B quas Maritus amittit lucrum dotale, alioquin
10 ſibi debitum præmoriente Uxore, & præ cœteris, ſi Mulieri ægrotæ Medicum non adhibuit, & medicinalia non ſubminiſtravit, *Corn. conſ. 250. nu. 16. Anton. Perez conſ. 28. nu. 5. Carpan. ad Stat. Mediolan. tom. 1. cap. 198. n. 142. & num. 145.* ſequendo *Phanuc. de lucr. dotis gloſſ. 14. n. 9.* docet modum articulandi, nempè quod ubi adhibitus fuiſſet Medicus, & datæ medicinæ, ea non fuiſſet mortua, & quod Medici periti aderant in illo loco, & quod Vir erat dives, quod etiam tradidit *Alex. conſ. 123. num. 2. lib. 7.* limitatur tamen in nonnullis ca-
11 ſibus, de quibus *Carpan. ubi ſupra num. 146. cum ſeqq.* & *Alex. dicto conſ. 123. n. 4. & ſeq.*

Si ſævitias exercuerit ergà Uxorem, nam delinquens in legem matrimonii, indè lucrum
12 conſequi non debet, *Ruin. conſ. 131. n. 4. vol. 4. Boer. deciſ. 244. n. 12. Rot. in recent. deciſ. 300. n. 6. par. 6. & deciſ. 164. nu. 2. par. 14.* Dum-
13 modò poſteà non ſe emendaverit, nam ſi ſe emendavit, benè tractando Uxorem, non perdit lucrum, ut docet *Alex. in l. ſi cum dotem, §. Sin autem in ſæviſſimo n. 10. ff. ſolut. matr.* ubi etiam *Imol. ſub. nu. 24. Ruin. loc. cit. Alex. d. conſ. 123. n. 5. Carpan. loc. cit. n. 152. juncto n. 157.*

Si Uxorem interfecerit, etenim ſi non fuiſſet interfecta, fortè ſupervixiſſet, quod etiam præſumitur in odium interficientis, *Paſchal. de jurib. patr. poteſt. par. 1. cap. 5. num. 85. & 98.*
15 *cum ſeq. Carpan. loc. citat. n. 161.*, ubi remiſſivè quid ſi occidat lege permittente.

Si eam à ſe abſque cauſa expulit, ut concor-
16 dantibus relatis firmat *Carpan. loc. cit. n. 151.* *ubi n. 152.* ſubdit, niſi deindè eam re integra antequam veneris cauſa lucri, benignè receperit.

Uxor propter adulterium ab ipſa commiſ-
17 ſum amittit dotem, eaque acquiritur Marito, tàm *de jure Civili*, juxtà diſpoſitionem *Text. in l. conſenſu §. 1. C. de repud. l. unic. §. Taceat, C. de rei uxor act. l. Miles §. Socer ff. ad leg. Jul. de adulter.* ubi *DD.* quàm *Canonico*, ut in *cap. plerumque de donat. inter vir. & uxor.* ibique *Canoniſtæ*, & præſertim *Gonzalez. Tellez*, *Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 8. n. 2.* pleniſſimè *Farinacc. de delict. carn. q. 142. n. 1. cum ſeqq.* ubi de more plures ampliationes, & limitationes, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 12. n. 1. cum ſeq. Maſtrill. dec. 57. n. 1. Pegner. dec. 93. n. 1. Franch. dec. 184. num. 1.*

Et prædicta exceptio adulterii poteſt opponi ab hærede Viri contra Uxorem, reſtitutio-
18 nem dotis petentem, quando Vir ignoravit adulterium ab illa commiſſum, *ad Tex. in l. final. C. de adulter.*, ut latè probat *Farinacc. de delict. carn. qu. 142. nu. 115.* juncto *nu. 119.* ubi quòd hæc opinio eſt magis communiter recepta *Fontanell. loc. cit. nu. 10.* latè *Valaſch. conſultat. 169. nu. 12. cum ſeqq.*

Quæ opinio procedit ad effectum quidem per viam exceptionis repellendi Mulierem
19 agentem ad repetitionem dotis, non autem per viam actionis pro lucranda dote, cum jus

accu-

accuſandi Uxorem adulteram concedatur Ma-
rito propter injuriam ſibi illatam ob adulte-
rium commiſſum, actio autem iniuriarum
20 ad hæredes non tranſmittitur, cum accuſatio
magis ad vindictam pertineat, ut declarando
firmant *Petr. Barboſ. in l.2. in principio par.1. ff.
ſolut. matrim. ſub nu.119. & ſeq. ac ſub nu.122.
verſ. Meritò igitur juncto nu.126. in fine*, quem
refert, & ſequitur *Farinac. ubi ſupra n.119.*

Quando vero Maritus non ignorabat adulte-
rium, tunc hæredi non competit hujuſmodi
21 exceptio, cum Vir omittens accuſationem,
tacitè cenſeatur renunciaſſe, & conſequentèr
hæres non poteſt eam excitare, nam cenſetur
ejuſdem conditionis, cujus erat defunctus, ut
probat *Fontanell. loc. cit. nu.3 juncto n.10. Fari-
nacc. ubi ſupra nu.121. Valaſc. d. conſultat.169.
num.4. verſ. Hoc enim falſum eſt*, ubi teſtatur,
hanc eſſe magis communem opinionem.

Quod declara primò, procedere quoties Vir
habuit tempus, & facultatem accuſandi, &
22 non fecit, alias ſi ob temporis brevitatem
morte preventus, vel propter aliud impedi-
mentum fuerit impeditus, non cenſetur indu-
cta renunciatio, ut tenet *Alex. in l. rei judicatæ
§. 1. n.3. ff. ſolut. matr.* proſequitur *Valaſcb. ubi
ſupra num.6. De Luca ad Franch. dec.240. nu.1.
verſ. Prima quæſtio, Fontanell. loc. cit. n.4. Pe-
guer. d. dec.93. ſub nu.7.*

Declara ſecundò, quando Maritus conſcius
adulterii poſteà approbavit mores Uxoris, vel
erat dubium an approbaſſet; ſecus verò ſi im-
23 probaſſet verbis, utpotè quia conqueſtus eſ-
ſet cum amicis de Uxoris crimine, licèt ejus
querelam in judicio non deduxiſſet, nè ſuam
infamiam publicaret, nam exindè ceſſat præ-
ſumptio tacitæ renunciationis, & remiſſionis
injuriæ, ut cum *Tex. in l.1. in fine, ff. ad Syllan.*
tradit *Alex. d. l. rei judicatæ §. Hæredi nu.5.* ubi
admonet eſſe menti tenendum *Valaſc. loc. cit.
n.9. cum ſeq. Fontanell. ubi ſupra n.5.* & reſpon-
dit *Sacrum Conſilium Neapolitanum penès Franch.
deciſ.184.* & hanc tanquam ſatis rationabilem,
& plauſibilem opinionem, rejecta contraria
*Noalii de tranſmiſſ. caſ.49. num.47. & Theſauri
lib.3. quæſt. forenſ.98. n.5.* tenet *De Luca ad eun-
dem Franch. dec.184. & deciſ.240. n.2.* ſed quid
ſi vigeat Statutum diſponens, quod Uxor pro-
24 pter adulterium ipſo jure dotem amittat, nun-
quid tunc hæredibus Mariti competat actio,
vel exceptio adulterii pro lucro dotis contra
Uxorem, quando Maritus vivens, ſciens, &
tacens conqueſtus non fuit, vide *Farinacc. d.
quæſt.142. nu.131. cum ſeq.*

Declara tertiò, non procedere, quando Ma-
ritus fuit in ſervitio Principis, ibique mortuus
ſit, quod judicatur legitimum impedimentum,
25 ut declarat *Fontanell. loc. cit. num.4. Peguer.
deciſ.93. nu.7. in fine.*

Ad evitandam pœnam adulterii, & ſic amiſ-
ſionem dotis, Uxor poterit obiicere, Maritum
26 quoque adulterium commiſiſſe, & conſequen-
ter paria delicta mutua compenſatione fuiſſe
ſublata, juxtà *Text. in l. viro, atque uxore 40.*
ibi; *Viro, atque Uxore mores invicem accuſan-
tibus, cauſam repudii dediſſe utrumque pronun-
ciatum eſt: id ita accipi debet, ut ex lege, quam
ambo contempſerint, neutèr vindicetur; paria
enim delicta mutua compenſatione diſſoluuntur, ff.
ſolut. matr.* & aliis ommiſſis, plenè firmat *Fari-
nac. d. quæſt.142. nu.35. & 39. & Sanchez de
matrim. lib.10. diſput.8. nu.29.*

Pariter etiam opponi valet, quod ſecuta
ſit reconciliatio, ſivè tacita, ſivè expreſſa, qua
mediante remiſſa fuerit per Maritum omnis
27 injuria, *Gratian. diſcept.591. nu.26. Fontanell.
loc. cit. nu.26. Gargiar. patrocin.72. nu.6.* & reſ-
pondit *Rota coram Peutinger. deciſ.19. num.16.
cum ſeq.* & præ ceteris facta dicitur reconcilia-
tio, ſi Maritus ſciens adulterium Uxoris, car-
28 naliter eam cognoverit *Clar. in §. Adulterium
nu.18. Gratian. dicta diſcept.591. nu.26. Fonta-
nell.* ubi ſupra *num.7. De Luca ad Franch. dicta
dec.240. ſub nu.2. Peguer. dec.93. n.8.*

ADDITIO AD RUBRICAM XXVI. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 MAritus occidens Uxorem in adulterio
deprehenſam amittit lucrum dotale.
2 Ex officio non poteſt procedi in crimine adul-
terii. Limita num.2.4.& 5.
6 Illegitimitas prolis, ejuſque alimentatio, & fi-
liarum dotatio reſultat ex adulterio in da-
mnum Mariti, dùm tenetur Adulter.
Mulier, quæ ex adulterio peperit filios, quo-
modo ſe gerere poſſit pro reparando damno
Mariti num.6.
7 Mulier, quæ in adulterio peperit filios quid fa-
cere debeat pro conſulendo ſuæ conſcientiæ
circa damna, & ſucceſſionem in bonis Mariti.

*Num.*15. Maritus occidens Uxorem in adulterio
deprehenſam ammittit lucrum dotale, * ut
1 cum *Roland. Phanut. & Boer.* docet *Amoſtazz. de
cauſ. piis lib.6. cap.8. num.45. in fine.*

*Num.*19. In crimine adulterii ex officio procedi
non poteſt, quia ſi Maritus probatam * habeat
2 Uxorem non debet alius quieſcente eo matri-
monium turbare, ut cum *Farinac. in praxi par.4.
q.141. nu.41. & ſeq. Petr. Barb. Lanar. Sperel. San-
felic.* & aliis docet *Caldero dec.30. n.22. tom.1.*
Limita 1. in Judice Eccleſiaſtico, qui ex officio
3 poteſt procedere vigore diſpoſitionis * *Sacr.
Conc. Triden. ſeſſ.24. cap.8.* ut aliis relatis proſe-
quitur *Caldero d. dec.30. n.23.*
Limita 2. in adulterio notorio *Farinac. loco citat.
4 n.44. Sanfelic. dec.351. n.2.* * *Capyc. latr. dec.121.
n.21. Caldero ubi ſupra n.24. cum ſeq.*
Limita 3. quando in judicio jàm adfuit accuſator,
5 & poſteà ab accuſatione deſtitit,* tunc enim
poteſt Judex ex officio procedere, & proſequi
ut proſequitur aliis relatis *Caldero loc. cit. n.26.*

Præter alia graviſſima mala ex adulterio re-
ſultantia non eſt inferioris notæ illegimitas
pro-

Digitized by Google

prolis, & illius alimenrario, & filiarum do-
6 tatio, quibus innocentèr ſuccumbit Maritus, dùm ad omnia tenetur Adulter, undè ad reparandum huic graviſſimo damno Uxor anguſtiis agitata neceſſario reperitur; Nàm ſe prodendo Viro veriſimilitèr non evaderet mortem; aliis notificando incurreret infamiam; tacendo verò concurreret damno ejuſdem Viri, & præcipuè quando ipſa non habet undè illum relevet, quid agendum decidendum à docto Confeſſario in Foro pœnitentiali examinando an, quando, & cum quibus obligationibus abſolvenda ſit ad *Text. in cap. Officii de Pœnit. & remiſſio.* tractant materiam ibidem Canoniſtæ, & præcæteris *Fagnan.* ubi *num.* 21. propoſuit caſum de Vidua, quæ ex adulterio parturierat filium, & quæ uſa eſt hâc cautelâ, dùm in extremis ageret, vocavit tres filios, quos habebat, eiſque dixit, unus veſtrum ex adulterio à me progenitum eſt, & bona mei mariti injuſtè poſſidet, ne Animæ meæ detrimentum patiar, intendo hoc declarare; quo audito quilibet de ſe ipſo cæpit dubitare, * un-
7 dè omnes voluntati Matris acquieverunt, & pacti ſunt, quarè Mater à declaratione abſtinuit, & ſecundùm *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 37. n. 6. verſ. Sed vide* Mater fuit tuta quoad Deum; Contrarium, quod pactum factum a fratribus tanquàm non ſponte factum, ſed metu maternæ declarationis non ſit attendendum itaut propterea reprobatur talis cautela ab eodem *Fagnan. in d. cap. Officii nu.* 21. ubi allegat *Covar. & Menoch.*, ac dicit, hanc cautelam rejici a *Recentioribus*.

Qualiter deſcendentes ab inteſtato ſuccedant.

RUBRIGA VIGESIMA SEPTIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod cuicumque ab inteſtato decedenti ſuccedant filii maſculi, vel ex eis Nepotes, & deinceps deſcendentes maſculi ex eis, & ad eos hæreditas univerſa pertineat. Excluſis penitùs filiabus, vel ex filiis neptibus, & ex eis deinceps deſcendentibus maſculis, vel fœminis. (A) Teneantur tamen tales ſic ſuccedentes ipſas filias, vel ex filiis Neptes, nuptas, vel innuptas uſque ad traductionem ad domum Viri tenere, decenter alere (B), ac earum curam agere, & ipſas innuptas debito tempore matrimoniis copulare, cum ea dote (C), quam attentis facultatibus, ac ſui, & Agnatorum dignitate, communi etiam obſervantia, & conſuetudine, Judex cum conſilio duorum ex Propinquioribus, declaraverit convenire, & tunc nec Mulier, nec ab ea cauſam habens, in dicta hæreditate aliquid aliud petere poſſit, ſed penitùs, & omninò ſit excluſa (D) ut ſupra. Sed ſi ſpretis præmiſſis, Mulier incongrue ab ipſis ſuccedentibus, & ipſam excludentibus nupta fuerit, & dotata, poſſit tunc ipſa congruæ dotis ſupplementum (*E*) ſolùm uſque ad quantitatem legitimę (F), quę eidem de jure communi debebatur. Quo habito nec fructus, quidquamve aliud petere poſſit. Prædicta etiam obſervari volumus, ſi Mulier non nubat, ſed Religionem intret, aliamve honeſtam eligat vitam (G). Declarantes, & volentes, quod ſi Sæculares Clerici ſoli, vel cum aliis maſculis Agnatis ſuperſint tali defuncto, tunc ad ſucceſſionem admittantur, & dictas fęminas, ut ſupra, excludant, dum tamen hujuſmodi ſucceſſionem conſervent aliis Agnatis maſculis, gradu proximioribus, nec eam alienare valeant, ſeù poſſint, quovis titulo, nec inter vivos, nec in ultima voluntate. Sed omnis contractus, alienatio, ſeu ultima voluntas aliter facta, ſint ipſo jure nullius roboris, vel momenti. Si autem extent Religioſi Clauſtrales, beneficio talis Statuti, & aliorum Statutorum Communis Faven. de ſucceſſionibus diſponentium, nullatenus gaudeant. Sed ſecundum Juris communis diſpoſitionem ſuccedant. Quam declarationem volumus, ac ſtatuimus militare, & procedere, & obſervari in omnibus, & ſingulis caſibus, & ſucceſsionibus quomodocunque per quævis Statuta Civitatis Faven. dictis Clericis delatis, ſeù deferendis, quæ omnia locum habere volumus in præſentibus, præteritis, & futuris. (H)

SUMMARIUM.

1 STatutum excluſivum fœminarum propter maſculos, exorbitat à Jure communi.
Maſculi, & fœminæ æqualitèr admittuntur ad ſucceſſionem num. 1.
2 Statutum excluſivum fęminarum propter maſculos, non eſt injuſtum, neque contra legem naturæ, ſed favorabile judicatur, tanquàm reſpiciens utilitatem publicam, & n. 3.
Agnatio mediantibus divitiis conſervatur n. 2.
Reip. intereſt conſervatio familiarum n. 2.
Familiæ divitiarum præſidio deſtitutæ ſordeſcunt num. 2.
3 Deus maſculos fęminis in ſucceſſione prętulit.
4 Agnati ſoli admittebantur ad ſucceſſionem de Jure 12. Tabularum.
5 Statutum excluſivum fœminarum propter maſculos viget ferè in toto Orbe terrarum.
Statutum Faventiæ excludit ab hęreditate aſcendentium omnes fœminas deſcendentes, & earum deſcendentes, tàm maſculos, quàm fœminas, cum onere tamen filiis, vel nepotibus, & deinceps ex eis deſcendentibus maſculis ſuccedentibus eas decentèr alendi uſque ad traductionem ad domum Viri, & debito tempore cum congrua dote nubendi, & num. 4.
7 *Statutum Faventiæ* excludit fœminas ab hæreditate omnium aſcendentium maſculorum,

non

Digitized by Google

non autem fœminarum, & num.7. 9. & 10.

Statutum excluſivum fœminarum cum onere dotandi cenſetur excludere ſolùm ab hęreditate Aſcendentium maſculorum, non autèm Matris num.7.9.& 10.

Statutum Faventiæ excludit fœminas ab hæreditate Aſcendentium maſculorum, non autèm Matris num.7.

8 *Statutum Briſighellæ* excludit fœminas ab hæreditate Aſcendentium maſculorum, non autèm Matris.

9 Statuta excluſiva fęminarum propter maſculos fundantur in ratione conſervandi agnationem.

11 *Statutum Faventiæ* excludit fœminas propter maſculos deſcendentes tantùm, non autem tranſverſales.

Statutum Bononiæ lib.4.Rubr.de ſucceſs.liber. excludit fęminas propter maſculos deſcendentes tantùm, non autèm tranſverſales n.11.

Conſtitutio Ducis Urbini excludit fœminas propter maſculos deſcendentes tantum, non autem tranſverſales n.11.

12 Diſpoſitio Statuti, excluſivi fęminarum propter maſculos, ad hoc, ut intret, requiritur de tempore ſucceſſionis, tam exiſtentia maſculorum, quorum contemplatione ſunt excluſæ, vel ſaltèm, quòd ſint in utero, quàm eorundem voluntas.

13 Fœminæ excluſæ non cenſentur à Statuto nolentibus, vel non volentibus ſuccedere maſculis, quorum contemplatione ſunt excluſæ.

14 Adita hæreditate per maſculos perindè eſt, ac ſi fœminæ excluſæ per Statutum eſſent mortuæ.

15 Et ſufficit, quòd maſculi per ſolum momentum temporis fuerint hæredes. Limita n.16.

16 Fœmina a Statuto excluſæ, donèc quamdiu, vel quouſque maſculi extent reintegrantur, illis deficientibus.

Jus reintegrationis ad ſucceſſionem competens fœminis temporalitèr excluſis à Statuto, an tranſmittant ad ſuos hęredes, remiſſivè n.16.

Deſcendentes ex fęminis reintegrantur ex propria perſona deficientibus maſculis, quia Statutum excludit temporalitèr tàm fœminas, quàm earum deſcendentes, dummodò ipſi deſcendentes jàm eſſent concepti de tempore obitus ejus, de cujus hæreditate agitur n.16.

Statutum Aſculi excludit fęminas propter maſculos temporalitèr n.16.

17 Fęminis à Statuto excluſis alimenta congrua, donèc uſque nupſerint, & dotatæ fuerint, ſunt præſtanda.

18 Alimenta congrua regulantur à quantitate patrimonii, à qualitate fœminarum, à ſtatu Defuncti, & à regionis familiæ conſuetudine.

19 Alimenta augenda ſunt, creſcente ætate alendi.

20 Alimenta augenda ſunt auctis facultatibus,

21 Alimenta diminui proportionabilitèr debent diminutis facultatibus.

22 Amplia etiamſi concurrat res judicata ſuper taxatione alimentorum.

Res judicata ſuper taxatione alimentorum eſt variabilis, & mutabilis n.21.

23 Appellatione alimentorum, quæ veniant, remiſſivè.

24 Maſculi eveniente tempore nuptiarum tenentur congruentèr dotare fœminas à Statuto excluſas, habitâ ratione ad facultates, ad Agnatorum qualitatem, & ad communem obſervantiam, & conſuetudinem Civitatis, necnon qualitatem Mariti, ac numerum filiorum. Ampl.n.6.

25 Mulier dotata non dicitur, quæ incongruè dotata eſt.

27 Determinare per non exceſſum quantitatem valdè utile Reip. eſt, & conſulitur indemnitati privatæ, prout Statutum eſt lege Moſayca, & apud Romanos, Maſſilienſes, Polonos, ac alias Nationes, & quarè, ac n.29. cum ſeqq.

30 Maxima pars Mulierum quantumvis pietate, elegantioribus moribus, & optima indole præditarum, ob abuſum exceſſivitatum dotium inupta remanet.

Nuptiæ ambiuntur, ut plurimùm propter dotem n.30.

31 Dotes magnæ non perſolvuntur ſine magno promiſſorum incommodo, & litigiis.

33 Augmentum dotium provenit ex Mulierum multitudine, numerum hominum longè excedente.

Numerus Mulierum excedit illum maſculorum num.33.

34 Dotes in Urbe à Conſervatoribus taxatæ fuerunt per non exceſſum in ducatis quatuor mille, & quingentorum, carolenorum decem pro ſingulo ducato, & hujuſmodi taxatio confirmata à B. Pio V., & deindè aucta uſque ad ſummam ſcutorum quinque millium, & quingentorum.

35 *Licurgus* decrevit, quòd Puellæ nuptui ſine dote traderentur, & quarè.

36 In ducenda Uxore priùs de dote, & poſtmodùm de moribus Sponſæ quærendum.

37 Statutum, Conſtitutio, & Lex, taxans dotes per non exceſſum, eſt utilis, quotiès rigorosè obſervatur, ſecùs ſi eis derogetur, nàm iſto caſu efficitur damnoſa, & quarè.

Statuta Urbis, & Bulla Sixti V. taxans dotes hodiè eſt damnoſa ratione derogationum, quæ indiſtinctè, & ſine causâ conceduntur n.37.

38 Fœmina à Statuto excluſæ cum qualitate dotationis, an cenſeantur excluſæ, tàm ab hæreditate dotantis, quàm aliorum, remiſſivè.

39 Dotis conſtitutio præſumitur congrua, & qui eam de incongruitate redarguit, tenetur probare.

40 Congruitas dotis ſolvendæ ex diſpoſitione Statuti à maſculis excludentibus fęminas, non regulatur a legitima, cum minor etiam poſſit aſſignari, ſed à qualitate perſonarum, quantitate patrimonii, numero liberorum, & more Regionis. Limita n.41.

Dos

41 Dos minor legitimâ aſſignari non poteſt à maſculis excludentibus fœminas ex diſpoſitione *Statuti Faventiæ*.

42 Et ſi minor fuiſſet aſſignata,competeret actio pro ſupplemento, quæ tranſit ad hæredes. Vide ibi.

43 Dos taxata à Teſtatore poteſt attenta temporum varietate augeri n.42.

Dos loco legitimæ non ſuccedit, quando Statutum excludens fœminas propter maſculos diſponit dotem non debere eſſe minorem legitimâ. Contrarium n.44.

45 Dos ſuccedit loco legitimæ, quando Statutum excluſivum fœminarum ſæpè de legitima facit mentionem.

46 Statutum excluſivuum fęminarum an obſtet Monialibus, & Religioſis, & an comprehendat hæreditatem Clerici, remiſſive.

47 *Conſtitutio ſa: me:* INNOCENTII XI. diſponens, Statuta, Leges, Conſtitutiones, & Decreta Urbis, & omnium locorum Status Eccleſiaſtici, excludentia fœminas propter maſculos, ſublata omni differentia, vel conſideratione ſubjectionis bonorum, & perſonarum, comprehendere Moniales, Religioſos, & Eccleſiaſticas Perſonas, ac bona emphyteutica Eccleſiaſtica.

48 Lex, ſeu Statutum futura ſolummodò an, & quando reſpiciat,& quando trahatur etiam de præterita.

OBSERVATIO.

A EXorbitat quidem Statutum excluſivum
fęminarum propter maſculos à *jure com-
muni*,diſponente,tàm maſculos,quàm fęminas
1 æqualitèr admitti ad ſucceſſionem, ut in *l.Ma-
ximum vitium 4.C.de liber.præter.*ſed nihilominùs
judicatur favorabile,tanquàm tendens ad
2 favorem agnationis, quæ per divitias conſer-
vatur, & ſic ad utilitatem publicam,cum Rei-
publicæ interſit conſervatio familiarum, ſe-
cundùm magis receptam opinionem, quam
ratiocinando tenent *Surd.conſ.553.n.9.volum.4.
Bernardinus Innocentius de ſucceſs.Municip.qu.4.
Conciol.ad Statut.Eugub.lib.2.Rubr.62.nu.2.cum
ſeq.Card.de Luca de ſucceſs.diſcurſ.8.n.24.* & re-
ſpondit *Rot.cor.Bichio dec.625.n.16.cor.Merlin.
dec.353.n.5.cum ſeq.* & magiſtralitèr examina-
to articulo *in rec.dec.53.n.1.juncto n.7.cum ſeq.
par.3.& per tot.* ubi etiam reſpondetur omni-
bus in contrarium facientibus, *& deciſ.342.
num.7.par.12.*

Eò magis cum ſit conforme judicio *Omnipo-
tentis Dei*, qui maſculos fœminis in ſucceſſio-
3 ne prætulit *Num.cap.27.juncto cap.finali;* Ideò-
que tanquàm ex ore *Dei*, & ſic à fonte juſtitiæ
emanatum, non poteſt cenſeri injuſtum, nec
contra legem naturæ, neque iniquum, neque
abſurdum, ut firmant *Cravet.conſ.243.ſub n.5.
Mantic.de conject.ult.volunt. lib.6.tit.7.n.17.Pi-
gnat.ad Statutum Ferrariæ lib.2.Rubr.139.nn.1.
Rot.cor.Merlin.dec.353.num.8.*

Necnon antiquo *Juri 12. Tabul.* per quod
4 ſoli Agnati admittebantur *§. Item vetuſtas inſti.
tut. de hæredit. quæ ab inteſt. def. §. Cæterum in-
ſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ.* ut advertit *Alto-
grad. conſ.86. nu.30. volum.1. Cravett. & Rot.
coram Merlin. in loc. allegat.* Ac in toto Orbe
terrarum ferè omnes gentes hanc legem muni-
5 cipalem ſibi conſtituerint, & hoc jure utantur,
quod magis comprobat eſſe favorabilem ut ad-
vertunt *ſupracitati*, & præſertim *Innocent. dicta
quæſt.4. nu.12.cum ſeq.*

Et cum *Statutum* noſtrum in hac *Rubrica* ex-
tantibus Filiis,vel Nepotibus,& deinceps ex eis
deſcendentibus maſculis expreſſè, & generali-
6 ter excludat ab hęreditate Aſcendentium omnes
fœminas deſcendentes,ac earum deſcendentes,
tam maſculos,quàm fœminas, injuncto tamen
ſuccedentibus onere decentèr alendi eaſdem fę-
minas nuptas, vel inuptas uſq;ad traductionem
ad domum Viri, & ipſas innuptas debito tem-
pore matrimoniis copulandi cum congrua do-
te, duo reſultant, nempè primum quod cen-
ſetur excludere ab hæreditate omnium Aſcen-
7 dentium maſculorum, non autem fœminarum,
licèt de maſculinitate nulla facta ſit mentio,
non ſolùm quia adjectum fuit onus dotandi,
ex qua qualitate dotationis reſultat excluſio
dumtaxàt ab hæreditate Aſcendentium maſcu-
lorum,quibus incumbit onus dotandi fœminas
deſcendentes, non autem ab hæreditate Ma-
tris, quæ non tenetur niſi in ſubſidium *Fulgoſ.
conſ.54. ſub nu.3. Cephal. conſ.343. n.6.* & in ter-
8 minis *Statuti Briſighellæ Rub.24.de ſucceſſion.aſcen-
dent. lib.2.* excluſivi fœminarum reſpondit *Rot.
coram Eminentiſs. Cerro deciſ.776. nu.8. cum ſeq.
juncta deciſ.842. nu.8.*; Verùm etiam quia ſi-
milia Statuta excluſiva fœminarum potiſſimè
9 fundantur in ratione conſervandæ agnationis,
pro indemnitate ſcilicèt familiæ maſculorum
reſpectu bonorum, quæ à Parentibus maſculis
proveniunt,undè ex quadam ęquitate congruit,
ut bona, quæ à fœminis, nempè à Matre, de-
rivant, ad fœminas etiam æquè ac maſculos
deferatur,ut advertit *Rot.coram Merlin. dec.581.
nu.25. & coram Eminentiſs. Cerro cit. deciſ.776.
num.10. juncta dicta deciſ.842. n.10.* Ac demùm
quia in *Rub. XXIX. præſentis Libri* particularitèr
10 diſpoſuit de hæreditate Matris, ſignum evi-
dens, quod Statuentes in noſtra *Rubrica* non
intellexerunt comprehendere hæreditatem ma-
ternam, ac aſcendentium fœminarum, nam
alioquin ſuperflua fuiſſet *d. Rubr.XXIX.*

Alterum, quod fœminæ excluduntur à maſ-
culis deſcendentibus dumtaxàt, non autem
11 tranſverſalibus, ut de ſimili *Statuto Bononiæ
lib.4. ſub Rubr.de ſucceſſion.liber.* reſpondit *Attol-
lin. reſolut.120. nu.40. & Rot. coram Eminentiſs.
Otthobon. dec.111. nu.27. & de Conſtitutione Du-
cis Urbini Rot.coram Bichio deciſ.320. n.3.verſic.
Nam excluſioni cum ſeq.*

Advertendum, quòd excluſio fœminarum
ut intret, requiritur de tempore ſucceſſionis,
tam exiſtentia maſculorum, quorum contem-
12 platione a Statuto ſunt excluſæ, cum illud in-
telligatur eis concurrentibus, ſecùs deficien-

tibus, ut legitur ſancitum à Deo *in Numer. d. cap.27.* ibi: *Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione, quæ concitata eſt contra Dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt: hic non habuit mares filios: cur tollitur nomen illius de familia ſua, quia non habuit filium? Date nobis poſſeſſionem inter Cognatos Patris noſtri. Retulitque Moyſes cauſam earum ad judicium Domini, qui dixit ad eum: juſtam rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis poſſeſſionem inter Cognatos Patris ſui, & ei in hæreditatem ſuccedant. Ad filios autem Iſrael loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam ejus tranſibit hæreditas*, & firmant *Pigaut. ad Statut. Ferrariæ lib.2. Rubr.139. nu.26. Hieronym. Palma allegat. Jur.61. nu.12. verſic.* Secundo reſpondetur *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.278. nu.50. & num ſeq.* ſubdit, ſufficere, quod ſit in utero *Rot. coram Royas dec.403. in fine, & coram Priolo dec.223. num.13.* Quàm voluntas eorumdem maſculorum, utpotè quia actualiter ſucceſſerint, ut tradunt *Bart. in l. Prima §. Qui habebat num.7. ff. de bon. poſſeſſion. contra tab. & in l.2. §. Sed ſi ſint ſi i ff. ad S.C. Tertullian. Bald. in d. l. Maximum vitium num.22. C. de liber. præterit. & in l. Si quis filium nu.10. verſic. Aut lex excludit C. de inofficioſ. teſtamen. Gabr. conſil.121. n.47. cum ſeq. lib.1. Surd. conſil.100. num.20. & conſ.416. nu.14. cum ſeqq. Honded. conſ.1. nu.85. cum ſeq. volum.2.* pleniſſimè *Giovagn. conſ.13. nu.8. & conſil. ſeq. per tot. & præcipuè num.1. cum ſeqq. lib.2. Manent. conſ.1. nu.73. cum ſeqq. & conſ.1. nu.11. juncto nu.115. & conſ.3. nu.26. ac conſ.4. nu.4. juncto conſ.19. nu.32.* latiſſimè reſpondit *Altograd. conſ.82. nu.21. verſic. Sed quando cum ſeqq. volum.1. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. Rubr.62. nu.13.* ubi quod requiritur aditio *Ciroch. diſcept. 42. nu.32. Rot. in recent. deciſ.35. nu.2. par.16.*; Aut animo ſaltem declaraverint velle uti Statuti beneficio, ut firmavit *Ciroch. ubi ſupra, & Rot. dicta deciſ.35. eodem n.2.* Nolentibus autem, vel non valentibus maſculis ſuccedere, fœminæ non cenſentur à Statuto
13 excluſæ, cum finis, & ratio earum excluſionis per Statuentes conſiderata ſit, ut bona permaneant in agnatione, mediante ſucceſſione maſculorum, qui finis ceſſat, dum maſculi non ſuccedunt *Surd. dicto conſ.416. nu.14. cum ſeqq. Malvaſ. conſ.15. n.32. lib.1.* ubi in terminis Statuti *Marta de ſucceſſ. legal. par.1. quæſt.12. artic.4. & par.2. quæſt.4. artic.7. nu.1. cum ſeqq. Molpheſ. ad Conſuetud. Neapol. par.4. quæſt.57. n.6. Bellon. de Jure accreſc. cap.5. quæſt.49. n.13. cum ſeq. Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſſ. artic.26. verſic. Verum declara pag. mihi* 140. & hanc eſſe communem opinionem firmat *Bernardin. Innocent. de ſucceſſ. Municipal. quæſt.24. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. Rubr.62. n.13.*

Sequuta verò aditione maſculorum, attenta diſpoſitione Statuti, ſimpliciter excludentis fœminas extantibus maſculis, perindè eſt, ac ſi
14 fœminæ eſſent mortuæ, cum perpetuò remaneant excluſæ, etiam poſteà deficientibus maſculis, ut reſpondit *Honded. conſ.9. n.8. volum.2. Attolin. reſolut.18. nu.39. Altograd. conſil.282. nu.26. volum.1. & conſ.48. num.7. volum.2.* reſpondit *Rota coram Eminentiſs. Cerro dec.320. n.3.* late *in Aſculana ſucceſſionis 21. Junii 1666. coram Reverendiſs. Bourlemont. §. Alter vero cum ſeqq. & in recent. deciſ.527. nu.10. par.14.*

Ad quem effectum ſufficit, quòd maſculi per
15 ſolum momentum temporis fuerint hæredes *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.278. num.113. volum.1.* & relatis concordantibus firmat *Altograd. dicto conſil.82. num.27. volum.1. Honded. conſil.9. nu.9. volum.2.*

Niſi tamen verba Statuti importent tempo-
16 ralitatem, utpotè quia dicat *donec, quandiu, vel quouſque maſculi extent*, quo caſu deficientibus maſculis, reintegrantur ad ſucceſſionem fœminę, tanquàm temporaliter excluſæ, juxtà doctrinam *Bart. in l. final. §. Quando in penultimi nu.2. ff. ad S.C. Tertull.* declarando reſpondit *Caſtr. conſ.159. n.3. volum.2. & Menoch. conſ.105. nu.75. volum.1.* ubi plures concordantes *Altograd. dicto conſ.48. nu.25. verſic. Quarto deindè volum.2. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.278. nu.115. tom.1. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. Rubr.62. nu.17. Andreol. controverſ.344. n.16.* diſtinguendo plenè reſpondit *Rot. in dicta Aſculana ſucceſſionis 21. Junii 1666. coram Reverendiſs. Bourlemont §. Alter ſcilicet juncto §. Ratio vero cum ſeq.* ubi etiam examinantur illa verba *Statuti Aſculani, -- e ſe non ci reſtaſſe, ò vero foſſe li Figlioli maſcoli del Padre, ò vero del Figliolo, ò verò li Figlioli del Fratello, che rimaneſſe doppo la morte del Padre, all' hora le Figliole, e le Sorelle maritate con le non maritate, conferendo la dote ſiano ad equale ſucceſſione, & heredità admeſſe*; & *in recent. cit. deciſ.527. nu.11. par.14.*

Quæ reintegratio competit etiam deſcendentibus fœminarum ex propria perſona quando Statutum non ſimpliciter, ſed temporaliter, & donec maſculi extiterint, excludit tam fœminas, quam earum deſcendentes, ut diſtinguendo magiſtraliter reſpondit *Barthol. Soc. conſ.10. per tot. lib.3. Anchar. conſ.220. ſub n 2. verſic. Iſtam ejus opinionem Cephal. conſil.404. nu.19. lib.3. Cattan. conſ.50. nu.7. Merlin. de legitim. lib.3. tit.1. quæſt.4. nu.20.* ubi teſtatur, hanc eſſe limitationem in effectu veriſſimam *Rot. coram Put. dec.143. lib.2. & coram Buratt. dec.851. nu.1.*

Quod procedit, quando deſcendentes fœminarum jam erant concepti tempore mortis ejus, de cujus hæreditate agitur, ut in terminis tenet *Bart. in l. ultima nu.3. in fine ff. ad S.C. Tertull. Corn. conſ.7. num.1.* juncto *conſ.126. ſub nu.11. poſt verſic. Quibus reſtat concluſio Mangil. de imput. quæſt.61. nu.45. Merlin. dicta quæſt.4. nu.21. Michalor, de Fratr. par.3. cap.10. nu.24. Ciroch. diſcept.44. nu.27. cum ſeq. Rot. coram Penia deciſ.469. ſub nu.15. verſic. Et in præſenti articulo ſecundùm impreſſ. Lugdunen.* Quicquid ſit, ſi adhuc non eſſent concepti, qui articulus non fuit deciſus *à Rota coram Put. dicta dec.143. & coram Panphil. dec.630. nu.4.*

Cætera de tranſmiſſione illius Juris reintegra-

gra-

Digitized by Google

gationis ad hæredes ſuos, vide *Conciol. ubi ſu-
pra Merlin. de legit. lib. 3. quæſt. 4. per tot. Mi-
chalor. de Fratr. par. 3. cap. 10. n. 36. cum ſeqq.
Rot. coram Buratt. deciſ. 796. n. 2. coram Royas
deciſ. 316. ſub. n. 9. & deciſ. 331. n. 4. repetita
penes Michalor. de Fratr. deciſ. 47. cum ſeq.*

Decenter alere fœminas excluſas Statutum
B mandat, donec uſque nupſerint, ac dotatæ
17 fuerint, undè alimenta interim ſunt præſtan-
da, & quidem congrua, ad quem effectum in-
trat Judicis arbitrium, regulandum à quantitate
18 Patrimonii, à numero Filiorum, à qualitate
fœminarum, à ſolito Defuncti, & à regio-
nis, ac familiæ conſuetudine, ut docet *Me-
noch. de arbitrar. lib. 2. Centur. 2. caſ. 169. n. 1.
cum ſeqq.* latiſſimè *Surd. de aliment. tit. 4.
quæſt. 18.* in ſpecie ſimilis *Statuti Urbis lib. 1.
19 cap. 145.* tradit *ibidem Fenzon. n. 11.* Et creſcen-
te ætate fœminæ, ipſa quoque alimenta ſunt
augenda, juxta reſponſum *Papiniani in l. Cum
unus §. final.* ibi *atq; pro incrementis ætatis eam ex-
hibendam eſſe reſpondit*, ibique *Gloſſ. in verbo æta-
tis ff. de aliment. & cibar. legat. Menoch. ubi ſupra
n. 4. Rot. coram recol. mem. Coccin. dec. 1229. n. 6.*

Prout quoque augeri debent auctis faculta-
20 tibus, ut reſpondit *Vulpian. in l. Jus alimen-
torum §. Sed ſi egeni*, ibi: *quemadmodum ſolent
augeri ſi quid patrimonio acceſſerit ff. ubi pupill.
educ. debeat.*

Et è converſo diminutis facultatibus dimi-
nui etiam debent proportionabilitèr alimenta,
21 quamvis in majori ſumma taxata, ut de ali-
mentis pupilli eſt *Text. in dicto §. Sed ſi egeni*,
ibi: *& ſi fortè poſt decreta alimenta ad egeſtatem
fuerit pupillus perductus, diminui debent, quæ
decreta ſunt*, pleniſſimè examinato articulo reſ-
pondit *Sac. Conſil. Neapolitan. penes Capyc. latr.
deciſ. 176. n. 14. in fine cum ſeqq. & n. 54. pari-
tèr cum ſeqq.* ubi redditur ratio, quia taxatio
facta à Judice intelligitur ſemper rebus ſic
ſtantibus, & latiùs per *Salgad. labyrint. credit.
par. 1. cap. 25. n. 2. cum ſeqq.* ubi comprobat,
rem judicatam ſuper taxatione alimentorum
22 eſſe variabilem, & mutabilem, cum ſequi de-
beat naturam obligationis, & taxationis prin-
cipalis, cui adhæret, quæ ſuaptè natura varia-
bilis eſt, & conſequenter res judicata non fa-
cit jus in iis, quæ tempore mutantur.

Quæ autem veniant appellatione alimento-
23 rum, vide *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 1. cum
ſeqq. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 279. n. 250.
cum ſeqq. tom. 1.*

Eveniente verò tempore nuptiarum tenen-
C tur maſculi congruentèr dotare fœminas à
24 Statuto excluſas, habita ratione ad facultates,
ad Agnatorum qualitatem, & ad communem
obſervantiam, & conſuetudinem Civitatis, ut
diſponitur in *noſtro Statuto*, necnon ad quali-
tatem Mariti, ac numerum filiorum, ut reſ-
pondit *Celſus in l. Quærè*, ibi: *modus ex facul-
tatibus, & dignitate Mulieris, Maritique ſta-
tuendus eſt, ff. de jure dotium*; idemque firma-
vit *Papinianus in l. Cum poſt divortium, §. In do-
mum*, ibi: *Dotis etenim quantitas pro modo fa-
cultatum Patris, & dignitate Mariti conſtitui
poteſt, ff. eod. tit.* & concordat reſponſio *Labeonis
in l. Si filiæ Pater, verſ. Labeo quærit*, ibi: *Labeo
quærit quemadmodum appareat quantam dotem cui-
que filiæ viri boni arbitratu conſtitui oporteat? &
ait, id non eſſe difficile ex dignitate, ex facultate,
ex numero liberorum teſtatoris facientis æſtimare,
ff. de legat. 3.* & comprobatur ex jure Canonico
deſumpto *ex Concilio Arelatenſi in cap. nullū 30.
qu. 5.* ibi: *nullum ſine dote fiat conjugium, juxta poſ-
ſibilitatem fiat dos*, & prædictas omnes circum-
ſtantias eſſe ponderandas in arbitranda quan-
titate dotis, cum in *Jure* non reperiatur certa
quantitas aſſignata, ut firmarunt *Honded. conſ. 10.
nu. 31. & 34. vol. 1., Mantic. de tacit. lib. 12.
quæſt. 21. à n. 1. cum ſeqq. Klock de Ærar. lib. 2.
cap. 43. n. 9. cum ſequen. n. 19. Fontanell. de pa-
ctis Nuptial. clauſ. 5. Gloſſ. 8. par. 1. n. 1. cum
ſeq. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 149. n. 34. cum
ſeqq. Hermonſill. ad Lopez tom. 1. Gloſſ. 4. leg. 8.
tit. 4. par. 5. n. 18. fol. mihi 348.* pleniſſimè *Giurb.
in conſuetud. Meſſanen. cap. 3. verbo Pro velle ſuo
Gloſſ. 7. n. 23. Card. de Luca de dote diſcurſ. 144.
n. 9. cum ſeq.* ubi has circumſtantias examinat
*Theſaur. deciſ. 192. n. 1. Franch. deciſ. 616. Rota
in rec. deciſ. 150. n. 6. par. 9. tom. 1. deciſ. 213.
n. 2. cum ſeqq. par. 11. deciſ. 48. n. 22. cum ſeqq.
par. 12. deciſ. 20. n. 2. par. 13. deciſ. 417. n. 6.
verſ. Ad quantitatem cum ſeqq. par. 14. deciſ. 376.
n. 1. cum ſeq. par. 15. coram Priolo deciſ. 260. n. 7.
coram Royas deciſ. 193. n. 3. cum ſeqq.*

Nàm dotata non dicitur Mulier, quæ incon-
25 gruè dotata eſt, ut pluribus relatis concor-
dantibus firmat *Giurb. in conſuetud. Meſſan. cap. 3.
Gloſſ. 5. n. 2. & 3. & Gloſſ. 7. n. 33. verſ. Hactenus*,
& ſi ſint divites, vel ab extraneis dotatæ, adhuc
à maſculis nolentibus eas excludere dotan-
26 dæ ſunt, ut firmat *Innocent. de ſucceſſ. munici-
pal. quæſt. 35.*

Advertendum, quod valdè utile eſſet Reip.
determinare per non exceſſum quantitatem
27 dotium, prout Statutum eſt in *lege Moſayca*,
& apud *Romanos, Maſſilienſes, Athenienſes, Po-
lonos, Germanos, Hiſpanos, Venetos*, alioſque
populos, & nationes, relatas per *Decian. conſ. 6.
num. 70. cum ſeq. vol. 1., & Giurb. in conſuetud.
Meſſanen. cap. 3. verb. Pro velle ſuo, Gloſſ. 7. n. 1.
& 2. & 3.* ubi firmat, quod lege pœnali laico-
rum poteſt prohiberi exceſſus *Klock. de Ærar.
lib. 2. cap. 43. nu. 9. cum ſeqq. Heringius Arni-
ſæus de Jure Connubiorum cap. 3. de dote, & di-
vitiis numer. 15. cum ſeqq.* ubi tamen eas le-
28 ges, & conſtitutiones, quæ æqualem dotem
omnibus indiſtinctè præſcribunt, reprobat,
quia impediendo immoderatas dotium pro-
miſſiones reſultat utilitas publica, & conſuli-
tur in demnitati privatæ, nàm tunc non exhau-
29 riuntur familiæ, & ponitur meta cupiditati
Patrum, qui dùm inconſultò Superiorum nu-
ptias ambiunt, ampliorem ſæpè promittunt
dotem, pro qua ſolvenda vix ſufficiunt univer-
ſæ opes, vel major pars earum, & ſuccurritur
Virginibus, quarum maxima pars, quantum-
30 vis pietate, elegantioribus moribus, & opti-
ma indole præditarum, ob abuſum exceſſivita-
tis dotium innupta remanet, ubi nuptiæ, (pro-

ut plurium evenit) ambiuntur propter dotem,
ut cum *Platon. 3. de Rep.* advertit *Arniſæus*
ubi ſupra n. 20. & Cruſ. de Jure offerren. cap. 7.
n. 10. & 11. Concurrit etiam quod nunquam,
aut non ſine magnis promiſſorum incommodo,
31 ac litigiis, ampliſſimæ dotes perſoluuntur
Decian. d. conſ. 6. n. 71. cum ſeq. vol. 1. Rebel. de
oblig. Juſtit. par. 2. lib. 5. queſt. 8. ſect. prima n. 1.
quos refert, & ſequitur *Giurb. d. Gloſſ. 7. n. 3.*
Ultra quòd Mulieribus tollitur occaſio contu-
32 melioſi faſtus, & Viris, minor præbetur hu-
militer, & illiberalitèr ſerviendi Uxoribus do-
tis cauſa, ut notat *Menoch. d. caſ. 149. nu. 42.*
& proſequitur *Giurb. d. Gloſſ. 7. n. 4.* latiſſimè,
ac eruditè *Klock cit. cap. 43. n. 4. cum pluribus*
ſeqq. ubi advertit, quod nulla Reip. pernicio-
ſior eſt corruptela; quàm dotium immenſitas,
& non minus dantium, quàm accipientium,
extremam calamitatem parit, nàm ſicut dan-
tes in ſolvenda dote prorsùs excoriantur, ita
etiàm accipientes in ornanda condecentèr
Sponſa funditùs domos evertunt; parit quo-
que litigium, tàm privatum domi, cum Viris
dotes pingues recipientibus Uxores turpitèr
imperant, & ſic Viros contra decùs, & digni-
tatem Mulieribus inſerviunt; quàm publicum,
prout Tribunalia indicant *Michalor. de fratrib.*
par. 3. cap. 3. n. 19. cum ſeqq. ubi laudans Con-
ſtitutionem Ducis Urbini circa taxationem
dotium, tenet, quotidianum augmentum illa-
33 rum provenire ex Mulierum multitudine,
numerum Hominum longè excedente, undè
Parentes, & Fratres quicquid habent, ipſis da-
re coguntur, adhoc ut Viros inveniant, quod
autem Mulierum major ſit numerus variis ra-
tionibus pariter probat *ibidem*.

Quibus rationibus moti Conſervatores Al-
mæ Urbis, & Populi Romani ſtatuerunt, do-
34 tes non excedere ducatos quatuor mille, &
quingentorum, carolenorum decem pro ſin-
gulo ducato, quod confirmatum fuit à *B. Pio*
V. in ejus Bulla in ordine la 39. & deindè me-
diante alio *Statuto* aucta quantitas uſque ad
ſummam ſcut. quinque millium, & quingen-
torum, quod paritèr approbatum fuit à *Sixto V.*
prout in ejus *Bulla la 52.* ubi *in fine* regiſtratum
legitur hujuſmodi *Statutum*. Quæ determina-
tio eſt rationabilior, & æquior illa *Licurgi*,
35 qui decrevit mediante lege perpetua, ut nu-
ptui Puellæ ſine dote traderentur, duplici ra-
tione, nempè ne ob egeſtatem nllæ ſine Viris
remanerent, & ne ob opulentiam expeterentur,
ſed quiſque ſolum ſpectatis ingenio, moribus,
ac virtutibus, ad contrahendum matrimonium
moveretur, ut refert *Adden. ad Rot. in rec. de-*
ciſ. 29. n. 139. cum ſeq. par. 8. quod non place-
bat *Juvenali* dum monuit, quod in ducenda
36 Uxore priùs de dote, & poſtmodum de mo-
ribus Sponſæ quæratur, ut in *Satir. 3. Protinus*
ad cenſum, de moribus ultima fiat quæſtio.

Animadvertendum, quod tunc ex tali lege
prohibente dotes excedere certam quantita-
37 tem, reſultat utilitas, quando rigoroſè ob-
ſervatur; Verum ſi concedantur derogationes,
ne dùm ceſſabit contemplata utilitas, ſed evi-
dens damnum Reip. reſultabit, dùm contra-
hentes gravantur impenſa expeditionis dero-
gationis, undè congruè applicari poteſt illud
ligant ut ſolvant. Et hinc dictum *Statutum &*
Bulla Sixti V. taxans dotes hodie detegitur
damnoſa, cum paſſim, & indiſtinctè cuique
petenti, etiam ſine cauſa, concedatur derogatio
ac nulli denegetur, ut dixit *Rota in Romana*
annuæ præſtationis 14. Jun. 1677. cor. R. P. D.
Paulucció ſub. §. Quod enim: Imò majus dam-
num reſultaret, niſi *Innocentius IX.* uſum com-
poſitionis ab Officialibus jam introductum
provide prohibuiſſet, mediante ejus *Bulla*
la 2. §. 3.

Ardua eſt quæſtio, an fœminæ à Statuto ex-
D cluſæ cum qualitate dotationis cenſeantur ex-
cluſæ, tam ab hæreditate dotantis, quàm alio-
rum, circa quam vide *hic ſupra in princip.*, &
omiſſis aliis *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 17.*
Bondeu. collect. 28. nu. 70. cum ſeqq. juncto n. 81.
cum ſeq., & 93. Ciroch. diſcept. 33. Rot. coram
Celſ. dec. 46. dec. 66. utrobique n. 2. cor. Peuting.
dec. 37. cor. Cerro dec. 303. n. 11. cum ſeq. in rec.
dec. 342. n. 20. par. 12.

Conſtitutio dotis facta præſumitur congrua,
E & qui eam de incongruitate redarguit, tenetur
probare, ut concordantibus relatis firmat *Rot.*
39 *in rec. dec. 150. n. 1. par. 9. tom. 1.*, & alibi paſ-
ſim, ad quem effectum dos ſolvenda ex diſpo-
ſitione Statuti à maſculis excludentibus fœmi-
nas dotandas, non regulatur à legitima, cum
40 ea minor legitimâ poſſit etiam aſſignari, quan-
do inſpecta qualitate perſonarum, quantitate
patrimonii, numero liberorum, & more re-
gionis, congrua arbitratur, ſecundùm opinio-
nem, quam tenuerunt *Raynér. de Foroliv. §. Qua-*
mobrem Auth. de reſtit., *& ea quæ par. in unde-*
cim. menſ. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 13.
nu. 9. cum plurib. ſeqq. ubi etiam plures cumu-
lat concordantes, & reſpondet contrariis, latè
pariter rejecta contraria opinione probat, ac
tenet *Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 3. num. 18.*
cum ſeqq. Card. de Luc. de Dote diſcurſ. 144. n. 37.
Rot. cor. Merlin. dec. 293. nu. 9. in rec. dec. 150.
nu. 3. cum ſeq. par. 9. dec. 154. nu. 6. par. 19.

Quod limitari poteſt ex litterali diſpoſitio-
ne noſtri *Statuti*, mandantis competere ſupple-
41 mentum dotis uſque ad quantitatem legitimę,
de Jure debitæ, undè dos non poteſt eſſe minor
legitima, & quatenùs eſſet minor, competit
42 actio pro ſupplemento, quæ tranſit ad hære-
des, cum omne jus à lege, ſeù Statuto compe-
tens, etiam non agnitum, ad hæredes tranſmit-
tatur, prout utramque concluſionem tenet
Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 21. nu. 125. ubi li-
mitat, niſi jure hæreditario, & univerſali de-
feratur, & in terminis ſupplementi congruæ
dotis, firmant *DD.* adducti per *Merlin. de legi-*
tim. lib. 3. tit. 1. qu. 12. nu. 43. Marta Vot. Piſan.
59. nu. 15., & de ſupplemento legitimæ reſpon-
dit *Rot. in rec. dec. 228. n. 2. par. 8. & in Raven-*
naten. legitimæ 2. Martii 1668. cor. Otalora im-
preſſ. penès Tor. de pact. futur. ſucceſ. dec. 134. n. 1.

No:

Notandum circa congruitatem dotis, quod ſi dos à teſtatore fuerit taxata, adhùc attenta temporum varietate augenda eſt; ex veriſimili mente ejuſdem teſtatoris, qui ſi viveret, & interrogaretur, idem ipſe quoque reſpondiſſet, ut plenè tenet *Hieronymus de Roſis ſelect. Juris interpret. cap. 39.*

Diſponente Statuto, dotem fœminatum propter maſculos excluſarum à ſucceſſione non debere eſſe minorem legitimâ, dos tunc non ſuccedit loco legitimæ, dum non concurrunt alia diverſimodè ſuadentia, ut reſpondit *Ruin. conſ. 152. nu. 6. cum ſeq. lib. 5. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 8. n. 21. verſic. & in ſpecie cum ſeq.*

Contrarium in puncto noſtri Statuti firmavit *Pariſ. conſ. 36. n. 19. cum ſeqq. vol. 3.* dixit *Honded. conſ. 53. n. 10. vol. 2.* quem cum aliis ſequuta
fuit *Rot. in rec. dec. 208. n. 18. par. 8.*, & pro hac
44 opinione confert concluſio, quòd quotieſcum-
que Statutum excluſivum fœminatum ſæpè de
45 legitima facit mentionem, tunc dos ſuccedit
loco legitimæ, ut cumulatis concordantibus
firmat *Pigan. ad Statut. Ferrar. lib. 2. Rubric. 139. n. 48. verſ. Et quòd Leoncil. dec. 123.*

Superfluum, ac penè inutile judicatur hodiè
examinare in Statu Eccleſiaſtico illas celebres
G controverſias, an Statutum excluſivum fœmi-
46 natum obſtet Monialibus, & Religioſis per-
ſonis, & an comprehendat hæreditatem Clerici, de quibus latiſſimè *Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſtat. diſcurſ. 5. & 6.* ubi referuntur utriuſque opinionis Aſſeclæ *Cirocch. diſcept. 33. n. 8. cum ſeqq. Rot. in rec. dec. 38. par. 19.* cum aliis *impreſſ. penès Viceol. conſult. tom. 2. in appendic. ad cap. 50. cor. Pamphil. dec. 32. cum ibi Annot.* cum favore
maſculorum emanaverit de anno 1680. ſequens
47 *Conſtitutio ſcilicet*: INNOCENTII XI. ſuper cujus
interpretatione, & declaratione idem *Cardinalis de Luca* tanquàm Promotor, & Compilator ejuſdem Conſtitutionis edidit tractatum *de Succeſſionibus Statutorum*.

H Lex, ſeu Statutum an, & quando reſpiciat
48 ſolùm futura, & quando trahatur etiam ad
præterita, vide *ſup. Annot. XXV. hoc eodem lib. num. 74. cum ſeqq.*

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Paſtoralis officii debitum, quo univerſis, præſertim verò populis noſtræ curæ, & ſollicitudini, etiam in temporalibus creditis tenemur, exigit, ut ea provideri, ſtatui, ordinari, & declarari debeant, per quæ illorum commodis, utilitati, quieti, & tranquillitati conſultum ſit, litiumque diſpendia, & incommoda, quantùm fieri poteſt, tollantur, & ceſſent. Cùm itaque in noſtra Urbe, penèque in omnibus aliis Civitatibus, Oppidis, & Locis noſtri, & S.R.E. Status, & Ditionis temporalis Italiæ ordinata ſint, atque vigeant Statuta, ſeu Decreta, aliæve leges, & ordinationes, Apoſtolica expreſſa, vel tacita, ſive à jure præſumpta confirmatione, & approbatione munita, per quæ, ut agnationum, & familiarum nobilitas, & decor, mediantibus bonis, & divitiis conſerventur, inteſtatæ ſucceſſiones, agnatis maſculis, excluſis fœminis, abſque per eas cognatis intra certos reſpectivè gradus deferuntur. Compertum verò ſit, quòd nonnullæ Doctorum, & Tribunalium interpretationes, ac limitationes, vel reſtrictiones præmiſſum finem à populis, juxta eorum, ac regionis antiquos, & continuatos mores impediunt, præfataſque leges, ac proviſiones penè inanes reddant, ſive frequentes producunt lites, perturbationes, incommoda, & diſpendia, adeòut quandoque expediat potiùs non deferri, nec aperiri ſucceſſionis beneficium, quod ita in maleficium, propriique aſſis jacturam convertitur; undè propterea iidem populi præfati noſtri Status Eccleſiaſtici, tàm immediati, quàm mediati Italiæ apud Nos eorum voluntatem, ac deſiderium explicantes, preces porrexerunt, ut deſupèr opportunè providere dignaremur, præfatorumque Statutorum, ac legum, ſeu proviſionum, generalem, ac indefinitam obſervantiam, prout jacent, & diſponunt, demandaremus, quibuſcumque Doctorum, & Tribunalium rejectis interpretationibus, adeòut univerſalis, ac uniformis in quolibet loco ſit ordo ſuccedendi ad propriorum reſpectivè Statutorum, & legum normam, ſeu præſcriptum. Hinc nos præmiſſorum populorum, qui Nobis, & Apoſtolicæ Sedi etiam in temporalibus, tàm immediatè, quàm mediatè crediti ſunt, commodo, utilitati, quieti, & tranquillitati, quantùm fieri poteſt, conſulere cupientes, eorumque votis, & ſupplicationibus annuere volentes; Motu proprio, ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnium, & ſingulorum Statutorum, decretorum, legum, conſtitutionum, & proviſionum hujuſmodi in dicta noſtra Urbe, & univerſo noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Statu Eccleſiaſtico immediato, & mediato exiſtentium, tenores pro expreſſis habentes, perindè ac ſi de illis expreſſa, ſpecialis, & individua mentio facta eſſet; Hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, mandamus, decernimus, & ſtatuimus, ut in ſucceſſionibus, impoſterùm, & poſt præſentium publicationem aperiendis, & deferendis, illa Statuta, decreta, leges, conſtitutiones, & ordinationes, quæ in præfatis noſtris Urbe, & Statu Eccleſiaſtico expreſſam in forma ſpecifica, vel etiam in ſola forma communi Apoſtolicam habeant confirmationem, & approbationem, ſive illam habeans tacitam, & præſumptam, quæ ex juris diſpoſitione ob longiſſimi temporis obſervantiam inducitur, generalitèr, & indefinitè, prout jacent, ac diſponunt ad favorem maſculorum de agnatione, in univerſum aſſe attendi, & ſervari debeant, quacumque ſublata conſideratione, vel differentia bonorum, eorumque ſituationis, intra, vel extra territorium, ubicumque exiſtant, ſive ſint libera, & allodialia, ſeù feudalia, vel emphyteutica, ſeù livellaria, etiam de directo dominio Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum, ſeù perſonarum Eccleſiaſticarum, ubi ex inveſtituræ non obſtet, quæ ſalva remaneat. Sublata quoque omni, & quacunque differentia, vel conſideratione ſubjectionis, & reſpectivè exempſionis perſonarum,

tàm

tàm decedentium, quàm ſuccedentium, vel excludentium, & excluſarum, cujuſcumque ſint ſtatus, gradus, & conditionis, & quamvis agatur de Clericis, vel Regularibus utriuſque ſexus, aut de Eccleſiis, & Monaſteriis, aliiſque perſonis, & locis Eccleſiaſticis, vel aliàs quomodolibet exemptis, & privilegiatis, quantumvis expreſſa, & ſpeciali nota dignis, dùm non ex ipſorum Statutorum, vel Statuentium aliqua juriſdictione, vel poteſtate, ſed ex noſtra dumtaxat Apoſtolica authoritate hunc ſuccedendi ordinem in dicto noſtro Statu immediato, & mediato Italiæ, ex juſtis cauſis animum noſtrum dignè moventibus ſervari volumus, ac ſtatuimus, attenta ſolùm, ac generalitèr naturali qualitate agnationis, & ſexus pro dicto fine aſſequendo. Nullaque etiam ratione habita mixturę perſonarum non excluſarum in medio exiſtentium, aliave qualitate, ob quam hujuſmodi Statutorum, & legum ceſſatio, & reverſio ad Jus commune prætendi valeat, adeòut unicum, uniforme, ac univerſale ſit jus, & ordo ſucceſſionis ad ipſorum reſpectivè Statutorum præſcriptum, ex præfato agnationis favore. Quodque in quolibet caſu dubio, quomodolibet diſputabili, favore maſculorum de agnatione in excluſionem fœminarum, et cognatorum, tàm aſcendentium, etiam Matris, quàm deſcendentium, et collateralium, hujuſmodi legum, & Statutorum interpretatio facienda ſit. Ubi verò contingat non verificari Statutorum, perſonarum, et bonorum unionem, ſimilitudinem, & combinationem, quam attendi, ac ſervari debere decernimus, vel quod non adſint Statuta perſonarum, ſive illa extantia, ob enunciatas Doctorum, & Tribunalium interpretationes, & reſtrictiones, aut aliàs quomodolibet ſuum non ſortiantur effectum, tunc ſublata (ut præmiſſum eſt) omni differentia exemptionis, & ſubjectionis perſonarum, & bonorum reſpectivè, generalitèr, & prout jacent, attendi, ac ſervari volumus, decernimus, & mandamus Statuta locorum, in quibus bona exiſtunt, ac poſſidentur, ſive agatur de bonis ſtabilibus, ſive de mobilibus, cenſibus, locis montium, officiis vacabilibus, nominibus debitorum, juribus, & actionibus, & aliis, quamvis de illis eſſe dignoſcatur, quę loco non circumſcribuntur, ſed perſonam ſequuntur, & quamvis tàm decedentes, quàm excludentes, & excluſi exteri ſint, Nobis, & Sedi Apoſtolicæ in temporalibus non ſubditi, dùm etiam exteri acquirentes, ac retinentes præfata bona, & jura in prædictis Urbe, & Statu, cenſentur (contraria voluntate expreſsè non declarata), in animo habuiſſe hujuſmodi bonorum, & jurium ſucceſſionem regulari debere, juxta leges, & ordinationes, locorum, in quibus exiſtunt, ac retinentur, prout hunc animum præſumendum eſſe decernimus, ſtatuimus, & declaramus. Quæ verò de inteſtatis ſucceſſionibus hactenùs, ut ſupra, Statuta, & diſpoſita ſunt, in teſtamentariis quoque ſucceſſionibus attendi, & obſervari debere volumus, ac ſtatuimus, quacumque paritèr bonorum, & perſonarum differentia, & conſideratione, ut ſupra, ſublatis in iis caſibus, in quibus eadem Statuta, & leges locales in hac ſpecie teſtatæ ſucceſſionis maſculorum de agnatione favore diſponunt, quotiès decedentium contraria expreſſa voluntas non adverſetur. Non intendimus autem, præſentem Conſtitutionem, atque in ea diſpoſita, in aliquo derogare, & præjudicare Conſtitutionibus Apoſtolicis recol. mem. Noſtrorum Prædeceſſorum SIXTI *Papæ V.* CLEMENTIS *Papæ VIII.* PAULI *Papæ V.* URBANI *Papæ VIII.* INNOCENTII *Papæ X. &* ALEXANDRI *Papæ VII. & aliorum, ſi quæ adſunt, ſuper inhabilitatione forenſium, dicto noſtro, & Apoſtolicæ Sedis dominio in temporalibus non ſubjectorum, qui Statutis temporibus ad habitandum non veniant, & non obſervent ea, quæ in eiſdem Conſtitutionibus diſponuntur, ac demandantur, ſed illæ ſalvæ, integræ, & in ſuo robore, ac firmitate permaneant. Sicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Commiſſarios, quavis authoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſeù Vicelegatos, aut Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, & Clericos, & quoſcumque alios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique locorum judicari, & deffiniri, ac ſententiari debere, necnon quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Ut autem præſentes ad notitiam omnium deducantur: Volumus, & eadem authoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus, quòd illarum tranſumptis, etiam per impreſſionem factis manu alicujus Judicis, ſeù Prælati, aut alterius Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſubſcriptis, & Sigillo alicujus Notarii publici munitis, quemadmodùm adhiberetur originali, ſi præſentaretur, ubique adhibeatur, tàm in Judicio, quàm extra illud, plena, & indubitata fides. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1680. ſexto Kal. Decembris Pontificatus Noſtri Anno quinto.*

Placet Motu proprio B.

ADDIT. AD RUBR. XXVII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 STatuti *Faventini* diſpoſitio non intrat quando non concurrit ſubiectio perſonarum, & bonorum. Vide ibi.
2 Statutum excluſiuum fæminarum propter maſculos pro conſervatione agnationis eſt Æquum, & rationabile, & quare.
3 Statutum excludens fœminas dotatas à Parentibus cenſetur excludere ab hæreditate Patris, & aſcendentium maſculorum, non autem Matris, & lineæ maternæ.
4 Dotium exceſſivitas plura incomoda & damna cauſat in Rep.
5 Derogatio *Bullæ* SIXTI V. ſuper taxatione dotium nemini denegatur.
6 *Conſtitutionis fa: me:* INNOCENTII XI. ſuper ſucceſſionibus variæ interpretationes remiſſivè.

7 In

7 In caſu dubio,& dubitabili favore maſculotum
in materia ſucceſſionis eſt pronunciandum.
8 Cletici de Agnatione ſuccedunt vigore diſpoſi-
tionis noſtri Statuti *Rubr.27.lib.3.*, ſed te-
nentut conſervare portionem ſibi obventam
in ſucceſſione favore Agnati proximioris.

De hac *Rubrica* vide *Grat. conſ.53. num.15.
& 20. lib.2.*

Diſpoſitio *Noſtri Statuti* excludentis fœmi-
nas propter maſculos non intrat, quando non
1 concurrit ſubiectio bonorum,* & perſonarum,
etiamſi ubique adeſſet tale Statutum,ut ſequen-
do *Merlin. deciſ.353.* in puncto reſpondit *Rot.in
Faventina Bonorum 1. Junii 1672. coram bo:me:
Card. Taya §. Non obſtat Statutum*. Vide diſpo-
ſitionem *Conſtitutionis* prędictæ *Sa:me:* INNOCEN-
TII XI. *impreſſam etiam penès Card. de Luca de
Statutar. Succeſſ. pag. michi 3. & ſeqq.*
Num.2. Statutum excluſivum fœminarum pro-
pter maſculos, uti conditum pro conſervatio-
2 ne agnationis eſt æquum, * & rationabile, vel
ſaltem non eſt odioſum odio rationabili, ut
relatis concordantibus reſpondit *Rot. in Nepe-
ſina legitimæ 26. Aprilis 1697. coram R. P. D.
Muto §. Abſque eo.*

Maximè cum mediante tali Statutaria diſpo-
ſitione fiat reditus ad Jus Divinum; Nam Moyſes
ex ore Dei reſponſum accepit,quòd,ſi filii maſ-
culi ſuperſiut fœminæ non ſuccedant ut in *Nu-
mer. cap.27.*; & ad Jus antiquum tàm non ſcri-
ptum, quàm ſcriptum 12. tam ut latè cumula-
tis concordantibus reſpondit *Rot. in d.Nepeſina
legitimæ 26.Aprilis eodem §. Abſque eo.*
Num.7. Statutum excludens fœminas dotatas à
Parentibus cenſetut excludere ab hæreditate
3 Patris, * & aſcendentium maſculorum, non
autem Matris, & lineæ maternæ aſcendentium,
cùm ad illos ſpectet dotatio, non autem ad
iſtos, niſi in ſubſidium ut firmavit *Rocha ſe-
lect. diſput. cap.37. nu.5. cum duobus ſeqq. juncto
nu.11.* & me hic allegato reſpondit *Rota in Ceſe-
naten. prætenſæ ſucceſſionis 21.Junii 1697. coram
R. P. D. Anſaldo §. Addito.*
Num. 11. Sequuta fuit *Rot. in Ferrarien. alimento-
rum, & Dotium ſuper quantitate Detractionum
5. Junii 1716. §. His tamen in nichilo coram
R. P. D. Anſaldo.*
Num. 32. Dotium immenſitas plura in Republica
4 cauſat incommoda, ut advertit * *Amayden. de
Stylo Datariæ lib.1. cap.15. §. 7. quæſt.18.n.157.
cum ſeq.*& præſertim ex in quotidiana experien-
tia in Urbe docetur,quod tàm Nobiles dotan-
tes, quàm ſponſi depauperantut nempè illi ob
exceſſivitatem dotium,& iſti ob exceſſivitatem
expenſarum, ad quam ruinam reparandam
per ſupremum Principem ſuccurendum eſſe vi-
detur; Maximè cum introitus bonorum uni-
verſaliter in Urbe diminuti ſint, & Nobi-
les dedignentur exercere mercaturam, & Ar-
tem Agrariam, prout antiquitùs exercebatur.
Num.37. Derogatio *Bullæ Sixtinæ* nemini dene-
5 gatur ut etiam dixit *Rot. in Rom. Prælaturæ de
Vecchiarellis ſuper fructibus 12. Martii 1706. co-
ram R. P. D. Anſaldo §. Maxime*. Et ideo nihil
aliud operatur, quàm ut prætatur, ut advertit
Amayden. de ſtylo Datariæ d. quæſt.18. nu.158.
Num.47. De variis quæſtionibus circa interpræ-
tationem ejuſdem *Conſtitutionis* INNOCENTII XI *
preter Card.de Luca vide *Tartagliam de reſervat.
Statutar. art.33.*

In caſu dubio, & dubitabili favore maſculo-
rum eſt pronunciandum juxta diſpoſitionem
7 *Conſtitutionis Sa: me:* INNOCENTII XI. * ut re-
ſpondit *Rot. in Faventina Succeſſionis 22. Apri-
lis 1712. coram R. P. D. Criſpio,& in Recinaten.
Succeſionis 6. Maii ejuſdem anni coram R. P. D
Laucetta §. Finali.*
H In hac Rubrica Statuentes decteverunt Cle-
ricos capaces ſucceſſionis, ut in §.*Declarantes*
8 ſed cum onere conſervandi*ſucceſſionem Agna-
tis maſculis gradu proximioribus excluſis fœ-
minis,adeòut nec inter vivos,nec in ultima vo-
luntate illam alienare valeant, & licèt certum
ſit Statuentes non poſſe comprehendere Cle-
ricos, cùm Statutum non fuerit confirmatum
in forma ſpecifica,ſed ſolùm in forma commu-
ni à ſa:me: INNOCENTIO XII. ut in Appendice
pag.11.Nihilominùs cum agatur de conſervan-
da Agnatione unà cum bonis in ea cum exclu-
ſione fœminarum conſiderari debet, ac ſi con-
firmatum fuiſſet in forma ſpecifica juxta diſpo-
ſitionem Conſtitutionis ſa:me: INNOCENTII XI.
inſertam in pręſenti Obſervatione ad pręſentem
Rubricam; Ideòque Clericus conſervare te-
netur portionem ſibi in ſucceſſione obventam
favore Agnatorum maſculorum in gradu pro-
ximiorum abſque eo quod de ea diſponere va-
leant tàm inter vivos, quàm in ultima volun-
tate.

Nec poterit opponere retentionem vigore
renunciationis reportatæ à muliere occaſione
dotationis, cum jam fœminæ remaneant ex-
cluſione adeòut non poſſunt participare de ulla
portione hæreditariæ ſucceſſionis, & per con-
ſequens non poſſunt cedere, quod eis non
competit,cùm ſolùm eis competat dos traden-
da à ſuccedere volentibus, quæ efficitur pro-
prium patrimonium ad effectum ſe nubendi.

Quod

Digitized by Google

Quod Mulieres, dotatæ à Patre, & ab aliis Aſcendentibus non poſſint petere legitimæ, ſeù dotis ſupplementum.

RUBRICA VIGESIMA OCTAVA.

ITem ordinamus, & ſtatuimus, quòd Filiæ nupræ, & aliæ Mulieres dotatæ à Patre, Avo ſeù alio Aſcendente, & earum hæredes non poſſint petere ſupplementum legitimæ, ſeù, dotis, vel alterius portionis, quæ etiam jure naturæ, deberetur, à Filiis, aut Deſcendentibus maſculis ex linea maſculina, hæredibus tamen dotantium ipſas, ſed contentæ eſſe debeant dote eis data, promiſſa inter vivos, ſeù relicta quovis titulo in ultima voluntate à dictis earum Aſcendentibus. (A) Et prædicta locum habeant, etiamſi poſt dotationem, promiſſionem, vel legatum hujuſmodi auctæ fuerint facultates dotantis (B) vel diminutus fuerit Filiorum numerus. Talis tamen Mulier, ut ſupra, dotata, alatur (C) decentèr uſque ad ejus traductionem ad domum Viri ex redditibus bonorum, & hæreditatis dicti dotantis. Et hoc Statutum ſit præciſum, & locum habeat, tàm in prætetitis, quàm in præſentibus, & futuris (D)

SUMMARIUM.

1 Dos fœminæ à Statuto excluſæ an ſuccedat loco legitimæ.

2 Dos ſuccedit loco legitimæ quando Statutum excluſivum fęminarum incipit ab earum dotatione, ſecùs verò ſi ab earum excluſione incipiat.

3 Dos ſuccedit loco legitimæ, quando Statutum excluſivum fœminarum mandat, eas debere eſſe contentas dote conſtituta, nec quidquam aliud prætendere, etiam ratione ſupplementi legitimæ.

4 Dos ſuccedens loco legitimæ debetur etiam fœminę à Statuto excluſæ, nubere nolenti, & cælibem vitam in propria domo continuare volenti.

Dos ſuccedens loco legitimæ tranſmittitur ad hæredes, ſi fœmina à Statuto excluſa innupta deceſſerit num. 4.

5 Dos ſuccedens loco legitimæ, nullo onere gravari poteſt. Decl. num. 7.

6 Poteſt tamen ultra ratam legitimæ gravari.

7 Dos ſuccedens loco legitimæ, in totum onerari poteſt à Patre, itaut gravamen reſtitutionis, vel ſimile, donec ipſe dotans vixerit, ſuſtineatur.

8 Onus ſuper tota dote, ſuccedente loco legitimæ, impoſitum à Patre ſuſtinetur etiam ad favorem ejuſdem Patris, quotiès Filia Legitimam aliunde fuerit conſecuta.

9 Dote ſuccedente loco legitimæ competit actio pro ſupplemento uſque ad quantitatem legitimæ, quando dos conſtituta ad eam non aſcendit. Limita n. 11. Sublim. n. 12.

10 Statutum diſponens, Mulierem excluſam propter maſculos, contentam eſſe debere dote conſtituta, valet.

Statutum excluſivum fęminarum propter maſculos derogare poteſt circa quantitatem dotis, etiam loco legitimæ ſuccedentis n. 10.

13 Fructus dotis ſuccedentis loco legitimæ debentur, tàm ante contractum matrimonium, quàm poſt illud diſſolutum.

Amplia procedere etiamſi dos conſiſtat in quantitate num. 13.

14 Filia à Patre nupta, & dotata, an poſſit petere ſupplementum legitimæ, auctis poſtea facultatibus Paternis.

15 Alimenta præſtari debent per maſculos fęminæ, a Statuto excluſæ.

16 Leges, Statuta, & Conſtitutiones an, & quando reſpiciant prætetita, & quando ſolùm futura.

OBSERVATIO.

INvoluta, & perdifficilis adeò eſt reſolutio
A quæſtionis, An dos, debita fœminæ, à Sta-
tuto excluſæ, ſuccedat loco legitimæ, ut *Butr.*
1 ſæpiùs mutaverit opionem, & *eximii Juris Con-*
ſulti vacillaverint, ut refert *Merlin. de legit. lib. 3.*
tit. 1. qu. 6. n. 1. Nam hinc indè militant graviſſimę authoritates *DD.* & rationes relatæ per *Merlin.* ubi ſupra in *d. qu. 6. & qu.* 8. & materiam examinarunt *Altograd. conſ.* 17. *vol.* 2. *Bonden. colluctat.* 3. *n.* 27. *in fine cum ſeqq. Card. de Luca de dote diſcurſ.* 13. *Rot. in rec. deciſ.* 208. *par.* 8.

Receptiſſima tamen eſt diſtinctio, origina-
2 litèr, attributa *Caſtr. in l. Titio centum §. Titio*
genero n. 8. *ff. de condit. & demonſtrat.* quod aut Statutum incipit ab excluſione fœminarum, & deindè mandat eas dotari, tunc dos non ſuccedit loco legitimæ; Secùs verò ſi à dotatione, & ſic non intuitu maſculorum, ſed propter dotem fœminas excludat, quam, omiſſis antiquioribus, ſequuti fuerunt *Altograd. conſ.* 17. *n.* 3. *Bonden. colluct.* 3. *n.* 28. *cum ſeqq. Card. de Luca de dote diſcurſ.* 13. *n.* 4. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *n.* 9. & præ cæteris *Rota cor. Ubald. dec.* 421. *n.* 2. *cum ſeqq. par.* 3. *cor. recol. me. Coccin. dec.* 1285. *nu.* 2. *cum ſeqq. cor. Celſo dec.* 289. *n.* 5. *& in rec. dec.* 208. *ſub n.* 1. *cum ſeq. par.* 8. ac alibi paſſim.

Prout etiam receptum eſt, eam ſuccedere
3 loco legitimæ, quando Statutum mandat, fęminam debere eſſe contentam dote conſtituta, & quidquam aliud prætendere non poſſe, etiam ratione ſupplementi legitimæ, ut reſpondit in puncto *noſtri Statuti Pariſ. conſ.* 36. *n.* 3. *circa finem cum ſeq. vol.* 3. *Honded. conſ.* 53. *n.* 9. *verſ. Et in eodem Statuto cum ſeq. lib.* 2. *Merlin. de*

legi-

Google

*legitim.lib.3.tit.1.q.6.n.23. Rota in Romana præ-
tenſi Fideicommiſſi 5.Aprilis 1666.cor.Eminentiſ-
ſimo Carpineo §. Idque demonſtratur in Faventina
Dotis 13. Jan.1696.car.R.P.D.Caprara.*

Ad varios effectus congruit reſolutio prædi-
ctæ quæſtionis, & potiſſimè ad hoc ut digno-
4 ſcatur, an dos debeatur fœminæ etiam innu-
ptæ, & cælibem vitam in propria domo con-
tinnare volenti; Nam ſuccedente loco legiti-
mæ, ea debetur etiam nolenti nubere, ut in
ſpecie *noſtri Statuti* reſpondit *Pariſ. d.conſ.36.
n.77.cum ſeqq.* & advertit *Card. de Luca de dote
diſc.13.n.1.cum ſeqq.*

Et tunc quamvis dotem non petierit, & in-
nupta deceſſerit, tranſmittit eam ad hæredes,
quemadmodum ipſam legitimam, ut firmat
*Pariſ.*ubi ſupra *n.11.cum ſeqq.Merlin.de legitim.
lib.3.tit.1.q.8.& Card.de Luca cit.diſcurſ.13.n.2.*

Necnon ad effectum rejiciendi omne onus,
5 ſicut rejicitur à legitima, ſi in ejus locum ſit
ſubrogbta, ut in puncto *noſtri Statuti* reſpon-
dit *Pariſ.d.conſ.36.n.7.cum ſeq.*& firmant *Alto-
grad.conſ.17.n.1.cum ſeq.vol.2.Card.de Luca de
dot.diſcurſ.155.Rot.n.14.penès Merlin.de legit.de-
ciſ.197.n.3 ,cum ſeqq.repetita in rec.dec.208.pari-
tèr n.3.cum ſeqq.par.8.cor.Celſo dec.289.n.4.*

Ultra ratam legitimæ tamen poteſt gravari,
6 ut reſpondit *Altograd. conſ.18.nu.21.cum ſeqq.
vol.2.Giurb.in conſuetud.Meſſanen.cap.3. Gloſs.7.
n.67.& 74.Card.de Luca d.diſcurſ.155.n.14.verſ.
Prout Rota cor.Celſa dec.391.n.2.*

Advertendum in propoſito, quòd quamvis
dos ſuccedat loco legitimæ, adhuc onerari
7 etiam in totum poteſt à Patre, & gravamen
reſtitutionis, vel ſimile, donec ipſæ dotans
vixerit ſuſtinebitur, quia ſicut non debetur le-
gitima, niſi poſt mortem Patris, ità dos tunc
ſolùm illius naturam ſortitur, & privilegia
nanciſcitur; Non autem priùs, ut reſpondit
Butr.conſ.9.n.3.& aliis relatis *Altograd.conſ.18.
num.29. vol.2.Fontanell. de pact. nuptial.clauſ.5.
Gloſ.10.par.1.n.31.verſ.Primo caſu cum ſeq.Mer-
lin.de legit. lib.3.tit.1.q.9.n.4. Rot.car.Seraphin.
dec.815.nu.4.& ſeqq.*

Quinimò ſuſtinetur onus ſuper tota dote,
ſuccedente loco legitimæ, etiam ad ſavorem
8 hęredum Patris, quando Filia aliundè legiti-
mam fuerit conſecuta, aut conſequi valeat *Pe-
regr.conſ.79.n.8.vol.1.Altograd.d.conſ.18.nu.30.
Fontanell.* ubi ſupra *n.32.*

Paritèr inſervit pro determinando, an fœ-
minæ competat ſupplementum legitimæ, qua-
tenùs dos conſtituta non eſſet ſufficiens; Nam
9 ſi Statutum non diſponat, ipſam debere eſſe
contentam dote aſſignata, utique competet
actio pro ſupplemento, ſaltem uſque ad quan-
titatem legitimæ, ut dictum fuit ſupra *Ob-
ſerv.XXVII. num.42.*

Secùs verò diſponente, ipſam debere eſſe
contentam dote conſtituta, ſeu aſſignata, quod
Statutum valet, utpotè innixum rationi publi-
cæ utilitatis conſervationis agnationis, ut ad-
10 vertit *Fenzon.ad Stat.Urb.lib.1.cap.141.nu.12.*
& derogari per illud poteſt circa quantitatem
dotis, etiam loco legitimæ ſuccedentis, & ſic
diſpoſitioni *Text. in L. Omnimodò C. de inofficioſ.
teſtam.* non autem *l. Quoniam in prioribus eod.
tit.* rejicienti quodcunque onus, & gravame
in legitima, juxta originalem doctrinam *Ja-
cobi Butrigar.in d.l.quoniam in prioribus*, quam
ſequuntur *Altograd. d.conſ.18. nu.16.verſ.Hinc
cum duobus ſeqq.vol.2. Pariſ.conſ.36.nu.6.vol.3.*
ubi in ſpecie noſtri Statuti *Merlin. de legitim.
lib.3.tit.1.q.9.n.2. Rota cor.Coccin.dec.1285.n.6.
cor.Celſo dec.289.n.8. in rec.dec.208.n.22.par.8.*
11 Et iſto caſu fœmina non poteſt conqueri de
incongrua dotatione, & allegare ſe læſam, aut
aliquod ſupplementum petere *Honded.conſ.10.
n.23. & 32.vol.1.Altograd.conſ.17.n.9.cum ſeq.
vol.2.* ubi advertit, id procedere, quando Sta-
tutum facit expreſſam mentionem lègitimæ
Bondan.collect.3.nu.21.

Id tamen intelligendum eſt cum grano ſa-
12 lis, videlicèt ſi fœmina viro condigno, & ſe-
cundùm ejus qualitatem, & conditionem ſit
nupta, ſecùs ſi dotans malitiosè ſe geſſerit, &
parvam dotem, & minùs convenientem aſſi-
gnaverit, ut animadvertendo etiam in Patre
dotante, in quo lex multum confidit, tenet *Tor.
de pact.futur.ſucceſs.lib.2.cap.26.n.124.cum ſeq.*

Suffragatur etiam reſolutio præſatæ contro-
verſiæ circa conſecutionem, vel denegationem
fructuum illius; Etenim ſi dos ſuccedit loco
13 legitimæ, tunc debentur fructus, tàm ante
contractum matrimonium, ut latè reſpondit
*Capyc.Galeott. lib.2.controv.15.n.61.verſ.Si igi-
tur uſque in finem*, ubi de fęmina innupta, quæ
caſtam, & cælibem vitam duxit in domo fra-
tris; quàm poſt diſſolutum matrimonium, do-
nec, & quouſque dos fuerit integrè perſoluta,
ſicuti percipi potuiſſent pro legitima, ut re-
ſpondit *Rot.in rec.dec.158.n.5.cum duobus ſeqq.
par.15.* ubi firmat, id procedere quamvis dos
conſiſtat in quantitate, dùm ea ſubrogata fuit
loco bonorum:

Paritèr conducit ad deciſionem articuli:
B An poſt dotationem auctis facultatibus Patris
14 poſſit filia petere ſupplementum, quem exa-
minant *Theſaur.qq.forenſ.lib.2.q.93.Ciarlin.con-
trov.forenſ.cap.97.tom.1.Giurb.ad conſuetud.Meſ-
ſanen.cap.3.Gloſs.13.Pignatel.controv.tom.1.c.3.
Bonden.collect.3.n.55.cum ſeqq.Peregr.dec.3.Ca-
pyc.latr.dec.99.Chriſtian.dec.94.Rota in recen.de-
ciſ.195.par.2.* penès *Merlin.de legit.dec.65.*

C Quoad alimenta præſtanda fęminæ, à Sta-
15 tuto excluſæ donec nubat, vide ſupra *Annot.
antecedenti litt.B.*

Leges, Conſtitutiones, & Statuta, an &
16 quando reſpiciant, tàm futura, quàm præte-
D rita vide ſupra *Obſervat.XXV. hoc eodem libro
num.74.cum ſeq.*

ADDIT. AD RUBR. XXVIII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Dos ſuccedit loco legitimæ quando Statu-
tum excluſivum fæminarum incipit à
Dotatione.
2 Contrarium quando incipit ab excluſione.
3 Dos ſuccedit loco legitimæ, quando Statu-
tum mandat mulierem debere eſſe conten-

tam dote conſtituta.

4 Dos tranſmittitur ad hæredes, quando ſuccedit loco legitimæ.

5 Dos ſuccedens loco legitimæ non poteſt gravari aliquo onere. Limita n.6.

7 Statutum diſponens, qnod fæminæ debeant eſſe contentæ dotium ab aſcendentibus conſtitutarum valet.

8 Congruæ cenſentur dotes conſtitutę ab Aſcendentibus.

9 Fructus dotis debentur etiam diſſoluto matrimonio poſt mortem Uxoris donèc dos integrè ſoluta fuerit. Amplia n.10.

11 Et ideo bona, quæ ſubrogantur loco dotis debent eſſe fructifera.

12 Quando dos ſuccedit loco legitimæ, non detrahitur ante legitimam tanquam æs alienum.

Et Fæminæ tunc faciunt numerum in ligitima favore maſculorū, ſed non partem n.12.

Et ſi dos ſit minor legitima, an & quomodo poſſit Pater de ſupplemento diſponere in præjudicium Maſculorum n. 12.

Circa illa verba, *& eorum hæredes* de quibus in *Rubrica*, & quaodo *Statutum* attendatur reſpectu ferrenſium, & bonorum exiſtentium in alieno territorio vide *Aldobrandin. conſ.* 145. *lib.* 2. qui Scripſit in *Cauſa Faventina*, & per multos Annos habitavit in Civitate Faventiæ exercendo Advocat.

*Num.*2. Dos ſuccedit loco legitimæ quando Statutum excluſivum fæminarum incipit à dotatio-
1 ne * juxta magiſtralem *theoricum Caſt.* quam conſtantèr ſequitur *Rot.* præ cęteris in *Nepeſina legitimæ 26. Aprilis* 1697. *coram R.P.D.Muto* §. *Tertianus verſ. Nihilominus* ubi etiam firmatur, quod tunc fæminæ faciunt numerum ad augendam legitimam maſculorum, cum §. *ſeq. &* §. *Tametſi* ampliat quamvis omnes filii maſculi non ſint hæredes Patris.

Secùs autem quando incipit ab excluſionę
2 ex *DD.*& *decis.*cumulatis* à *Rot.in Ariminen.ſucceſſionis* 16. Jan. 1708. *coram R.P.D.Aldrovando* §. *Omiſſa enim quæſtione &c.* ubi tamen ſuper hoc nihil firmavit tanquàm ad deciſionem cauſæ non neceſſarium.

*Num.*3. Dos ſuccedit loco legitimæ, quando *Statutum* mandat mulierem debere eſſe conten-
3 tam dote *conſtituta, nec quicquam aliud petere valeat, ut aliis relatis, & etiam firmat *Coſtant. ad Statut. Urbis annot.* 35. *art.* 2. *n.*90.

*Num.*4. Dos quando ſuccedit loco legitimæ tranſ-
4 mittitur ad hæredes, * ut me hic allegato ſequitur *Coſtant. ubi ſupra num.* 91. ubi etiam ſubdit, procedere etiam ſi mulier inupta decedant, & etiam dixit *Rot.in Æſina legitimæ* 21. *Jan.* 1708. *coram R. P. D. Omanna ſub* §. *Quod qui*, *in Romana Dotium* 25. *Jan.* 1709. *coram R.P.D. Molines* §. *Pront*.

*Num.*5. Quando Dos ſuccedit loco legitimæ non
5 poteſt gravari aliquo onere * ut me hic allegato firmat *Coſtantin.ad Statut. Urbis annot.*35. *art.* 2. *num.* 97. *& Rot. in Æſina legitimæ* 21. *Jan.* 1708. *eorum Omanna* §. *Quodque*.

Suſtinetur tamen onus impoſitum à Patre
6 ſuper dote ſuccedente loco legitimæ ad*ipſius vitam tantum, ex quo eo vivente filiæ legitima non debetur ut firmat *Conſtant. ubi ſupra n.* 114. *verſ. ſuſtinetur eum ſeq.*

*Num.*10. Statutum diſponens, quod fæminæ debeant eſſe contentæ dotium ab aſcendentibus
7 conſtitutarum* utpote innixum rationi publicæ utilitatis valet ut tenet *D. Advocatus Calderon. reſolut.* 59. *n.*31.

*Num.*11. Dotes conſtitutæ ab Aſcendentibus ha-
8 bentur pro congruis, ideòque * ſublata eſt actio fæminis petendi ſupplementum, & conquerendi de incongrua dote *Calderon. ubi ſupra num.* 30.

*Num.*13. Quando Dos ſuccedit loco legitimæ debentur fructus fæminæ tàm ante matrimo-
9 nium, quàm poſt illud, * & etiam eo diſſoluto per obitum donec integrè dos ſoluta fuerit, ſicuti percipi potuiſſent pro legitima, in cujus locum dos fuit ſubrogata ut firmat *Coſtant. d. annot.* 35. *art.* 2. *nu.* 91. *verſ. Secundus aſſertus juncto n.*95. ubi reprobat tenentes, quod ante nuptias fructus dotis non debeantur *Rot. coram Dunozet Jun.decis.*267.*n.*6.*in rec. deciſ.*156. *n.* 5. *p.* 15. *in Romana Fructuum dotis* 2. *Decembris* 1712. §. *Hinc conſequens eoram R. P. D. Aldrovando*.

Quod procedit quamvis dos conſiſteret in quantitate, cum tali caſu pecunia cenſeatur
10 * ſubrogata loco bonorum hæreditariorum fructiferorum ut tradit *Conſtant. loc. cit. n.* 92. *verſ. quod procedit eum ſeq.Rot in rec. deciſ.*156. *n.*17. *verſ. firmato eum ſeqq. p.* 15.

Unde requiritur quod bona in quorum lo-
11 cum dos fuit ſubrogata eſſent fructifera * ut dixit *Rot. in Aſculana Dotis* 29. *Aprilis* 1701. *coram Pio impreſſ. poſt Coſtant.ad Stat.Urbis dec.* 1711. *n.*27.*& in Tridentina Bonorum, ſeù Immiſſionis ſuper reſervatis* 7.*Maii* 1706. *coram R. P. D. Scotto* §. *Tota*.

15 Dos quæ ſuccedit loco legitimæ non eſt detrahenda ante legitimam ex toto aſſe hæreditatis tanquam æs alienum, ut firmavit *Rota in Faventina fideicommiſſi ſuper detractionibus* 11. *Februarii* 1718. §. *Abſque eo quod, & ſeqq. eorum R.P.D. Lancetta in Apend. pag.* 135.

Et Fæminæ in caſu illo faciunt tantum numerum favore maſculorum, non autem partem *Rota in d. Faventina ubi ſuprà, & in ejus Confirmatoriis*. Ubi etiam an & quomodo Pater poſſit in præjudicium Maſculorum diſponere de toto eo in quo legitima Dotem excedit.

De Bonis Maternis.

RUBRICA VIGESIMANONA.

INſuper ſtatuimus, ac ordinamus, quod ubicunque deceſſerit aliqua Mulier ab inteſtato Filium habens, vel Nepotem, ſeù Pronepotem ex Filio, unum, vel plures, Filiam fœmi-

nam

nam unam, vel plures, & ſeù Deſcendentes quoſcunque ex Filla fœmina, quod hæreditas univerſa talis Mulieris, ſic decedentis, ſpectet & pertineat, ſeù ſpectare, & pertinere, debeat ad hujuſmodi Filios, & ſeù Deſcendentes maſculos ex eis, excluſis penitùs fœminis in prædictis, ſeù deſcendentibus quibuſcumque ex eis, reſervata tamen eis legitima Jure communi, ſeù naturæ ſibi debita in bonis, & hæreditate hujuſmodi.

SUMMARIUM.

1 FRater nterinus an Sororem uterinam excludar, ſtante Staturo excludenre Sororem ab hæreditate communis Matris propter Fratrem, remiſſivè.

2 Frater utetious non excludir Sororem uterinam, quando Statutum excludit Sororem favore agnationis, non autem favore ſexus maſculini,

3 *Statutum Faventiæ* excludit Sororem contemplatione agnationis, & n.4.

Una pars Statuti aliam declarat n.3.

4 Agnatio contemplata cenſetur, non autem ſola maſculinitas, quando tàm fœminæ, quàm earum filii excluduntur à Staturo.

5 Statutum excludens fœminas à ſucceſſione Matris non cenſetur conſiderare agnationis conſervationem. Contrarium n.6.

6 Fœminæ amant familiam, & agnationem filiorum ſuorum per maſculos conſervari.

7 *Statatum Faveatiæ* diſponir, quod ſi legitima fœminæ excluſæ non ſufficiat pro congrua dote, nec ipſa aliundè habeat unde dotari condecentèr valeat, tunc ſupplendum ſit uſque ad congruitatem dotis.

OBSERVATIO.

VTerinus Frater an Sororem uterinam excludat, quotiès extat Staturum exclu-
1 dens Sororem ab hæreditate communis Matris propter Frattem, controvertitur inrer *DD.* cùm non deſint, qui pro utraque parte ſcripſerint, nempè *Honded. conſ. 5. vol. 2. Gabriel. conſ. 15. n.35. cum ſeqq. vol. 1. & conſ. 18. n.44. vol.2. Spad. conſ. 320. vol. 3. Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 9. Bellon. de jure accreſcen. cap.5. quæſt. 49. n.5. cum ſeqq. Marta de ſucceſſ. legal. par.1. quæſt.5. art.3. Rota in recent. dec. 461. par.2. coram Danozett. ſen. deciſ. 137. n.2.*

Conveniunt tamen, deciſionem hujus articuli pendere ab illa reſolutione, An rale Statutum excludat Sororem favore agnationis,
2 an potiùs favore dumtaxar ſexus maſculini; Etenim ſi favore agnationis, cùm Frater uterinus non ſir agnatus Sororis uterinæ, proindè non concurrente cauſa excluſionis, ceſſat prorsùs diſpoſitio Sratuti, & conſequeutèr excluſio Sororis uterinæ, ut reſpondit *Spada dicto conſ. 320. n.1. Rota cit. deciſ. 461. ſub. n.7. & cor. Dunozett. ſen. allegat dec. 137. n.3. cum ſeqq.*

In propoſito autem *noſtri Statuti* cootemplata cenſetur agnationis conſervatio, non
3 ſolùm ex eo quod *in ſequenti Rubrica in princ.* id expreſſum legitur, quod ſufficit pro elicienda voluntate Statuentium, cùm una pars Statuti aliam declaret, ut aliis omiſſis *Ciroch. diſcept. 23. n. 13.* & advertit *Rota d. deciſ. 461. num. 8. & deciſ. 267. n.22. par. 16.* ac alibi paſſim.

Verùm etiam quia excluduotur, tàm fæminæ, quam earum filii, qui minimè excluſi fuiſſent, ſi ſolus maſculinus ſexus fuiſſet con-
4 templatus, ut benè conſiderat *Paul. de Monte Pico conſ. 85. nu. 35.* quem ſequitur *Spad. cit. conſ. 320. n. 11. verſ. Denique cum ſeq.*

Nec obſtat, prædictum *Statatum* noo conſiderare agnationem, cum excludat à ſucceſ-
5 ſione Matris, in qua non videtur poſſe conſiderari ratio agnationis conſervandæ, ex allegatis per *Ciroch. diſcept. 23. n.24.* & reſpondit *Rot. coram Ladoviſ. dec. 293. n. 58.* Etenim cum fæminæ etiam amenr familiam, & agnatio-
6 nem filiorum ſuorum per maſculos conſervari, in iſto quoquè caſu videtur potuiſſe Statuentes conſiderare rationem conſervandæ agnationis, quæ militare, ac vigere poteſt in hæreditate fæminæ, ſicut maſculi, per *Text. in §. Cæterum Inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.* & juxta Doctrinam *Crot. in l. Omnes Populi n.156. verſ. quarto conſiderabam ff. de Juſt. & jure*, quam ſequitur *Decian. conſ. 127. n.25. vol.3. Altograd. conſ. 86. n.31. & 45. vol.1. & conſ. 62. n.2. vol. 2.* & reſpondit *Ciroch.* ubi ſupra *nu. 25. & Rot. in rec. dec. 354. ſub. n.4. verſ. Fæmina enim p.2.*

Notandum circa hanc *Rubricam*, quòd Statuentes poſteà decreverunt, quod ſi legitima
7 non ſufficiat pro congrua dote, nec ipſa aliundè habeat undè dotari condecenter valeat, tunc ex eiſdem bonis ſupplendum ſit uſque ad congruitatem dotis, ut in *Addit. impreſſ. in fine lib. vii.*

De ſucceſſionibus Aſcendentium, & Tranſuerſalium, ab inteſtato delatis.

RUBRICA TRIGESIMA.

CUpientes agnationes conſervari, (A) & augeri, hac præſenti lege, in perpetuum valitura, (B) decernimus, ſtatuimus, & ordinamus, Matrem (C) Auum maternum, Aviam, Amitam, Materteram, Sororem, Neptem, Mulierem aliquam, & alios etiam Maſculos, Defuncto conjunctos per lineam maternam, ſeù fœmininam, aut ex ipſis Mulieribus, vel ab aliqua earum Deſcendentes, & quomodolibet eidem Defuncto, dictis Mulieribus mediantibus, attinentes, non poſſe ab inteſtato modo aliquo ſuccedere Filio, Filiæ, Fratri, Sorori, Nepoti, Nepti, & deinceps habenti Patrem, Avum paternum, Fratrem, ſeù Fratres utrinque, vel ex latere Patris tantùm conjunctos, Patruum, etiam magnum, unum,

vel plures, Fratres, Patrueles, ſeù alios Agnatos maſculos per rectam lineam maſculinam Defuncto attinentes, & conjunctos uſque ad quartum gradum incluſivè, computandum ſecundum Jus canonicum. Poſſint tamen talis Mater, & aliæ Mulieres, & alii prædicti, ut ſupra, excluſi, & excluſæ à dicta ſucceſſione, petere, & habere libras 10 bonon. tantùm pro quolibet centenario valoris hæreditatis dicti Defuncti, ſeù Defunctorum, quæ ſint, & eſſe intelligantur pro omni legitima (C), quod etiam jure naturæ ſibi deberetur, & pro omni jure, quod competeret talibus Mulieribus, & aliis ſic excluſis, ita quod nil ultra habere poſſint, ſed omnis via ſucceſſionis ab inteſtato eis, & eorum cuilibet ſit præcluſa. Quæ tamen decem pro centenario, de quibus ſupra, dividantur inter dictas perſonas excluſas æqualitèr, ſi plures excludantur. Si autem unus tantùm, eidem ſoli aſſignentur, ita quod etiam ſi plures ſint à tali ſucceſſione excluſi, non poſſint habere, nec conſequi niſi dictas libr. 10. pro quolibet centenario, inter eos dividendas, ut ſupra. Et prædicta etiam locum habeant, & obſerventur in eo, quod nedum ab inteſtato, ſed quod etiam inteſtabilis deceſſerit (D) Addentes tamen, & volentes, ac Statuentes, quod ſi aliqua Mulier agnationis, & cognationis dicti Defuncti, a cujus ſucceſſione vigore præſentis Legis, & Statuti ſit excluſa, ſeù excludi contigerit, & ſi pauper, & indotata, nec extent bona alicujus, in quibus poſſit, vel debeat dotari. Tunc talis Mulier ſic excluſa poſſit petere ſe dotari in, & de bonis talis perſonæ defunctæ, à cujus ſucceſſione, ut ſupra, excluditur, & tali dote contenta ſtare debeat, nec aliud de bonis hæreditatis dicti, Defuncti nec etiam dictas libr. decem pro centenario, de quibus ſupra, petere poſſit. Sed omninò ſit excluſa, præterquam à petitione dictæ dotis, & ſit præciſum,

SUMMARIUM.

1 RAtio excluſionis fœminarum non eſt inveſtiganda, dum ea à Statuto exprimitur; ſecùs ſi ea non exprimeretur *n.*3.

2 *Statutum Faventiæ* excludit fœminas ob conſervationem agnationis.

4 *Statutum Faventiæ* excluſivum fœminarum pro conſervatione agnationis valet, ſtante facultate Statuendi, Civibus à Sede Apoſtolica attributa, & confirmatione Statutorum obtenta, *& nn.*5. *ac n.*11.

6 Statutum excluſivum fœminarum propter maſculos confirmatum in forma communi, valet.

7 Declara quando excluſio facta eſt propter maſculos deſcendentes; ſecùs ſi propter collaterales, & in remotiſſimo gradu conſtitutos. Contrarium *num.*8.

8 Maſculi, tàm deſcendentes, quàm collaterales cenſentur contemplati à Statuto, excludente fœminas propter conſeruationem agnationis.

9 Agnationis appellatione continentur, tàm aſcendentes, quam deſcendentes, & collaterales.

10 Agnatio conſervatur, tàm per aſcendentes, quàm per deſcendentes, & collaterales.

11 *Statutum Faventiæ* excludit fœminas propter maſculos, conſtitutos intra quartum gradum, computandum ſecundum Jus Canonicum.

12 *Statutum Faventiæ*, excludit Matrem à ſucceſſione ab inteſtato Filii, Filiæ, Fratris, Sororis, Nepotis, Neptis, & deinceps propter agnatos, intra quartum gradum conſtitutos.

13 Admittitur tamèn ad ſucceſſionem Filii ab inteſtato defuncti in concurſu Agnatorum remotiorum, quando concurrit Patruus Clauſtralis.

Matri debetur ſucceſſio Filii, ab inteſtato defuncti, excluſis Patruo, & aliis Agnatis, *num.* 13.

Excluſus admittitur ad ſucceſſionem beneficio non excluſi concurrentis. *n.*13.

14 Legitima Matris excluſæ à Statuto diminuì quidèm poteſt, non autem in totum tolli:

Legitima Matri incaſu teſtati Filii debet, ſecundum diſpoſitionem Juris communis, non autem Statuti *num.* 15.

15 *Statutum Faventiæ* taxat legitimam Matris, & Fœminarum excluſarum in decem pro centenario tantùm valoris bonorum hæreditariorum, quod non habet locum in caſu teſtati.

16 *Statutum Faventiæ* purificat ſucceſſionem inteſtati, & inteſtabilis.

17 Statutum excludens Matrem à ſucceſſione Filii pupilli.

OBSERVATIO.

INveſtigandi cauſam excluſionis fęminarum
ceſſat occaſio, quando ea a Statuto expri-
A mitur, ut docent *Theodor. allegat.*99. *num.*22.
*Altograd. conſ.*86. *num.*28. *vol.*1. *Bernardinus
Innocentius de Succeſſ. Municipal. quæſt.* 3. *nn.*1.
*Fontanell. deciſ.*56. *nn.*23. prout in noſtro lite-
ralitèr conſideratur illa conſervandi agnatio-
2 nem, ut in puncto reſpondit *Socc. jun. conſ.*80.
*vol.*4. ubi advertit, quod non comprehendit
Briſighellenſes, & *Grat. conſ.*53. *nn.*15. *&* 20.
*lib.*2.

Si verò nulla ratio legatur expreſſa, tunc
3 datur locus inveſtigationi, ut advertit *Innocen.
loc. cit.* An ſcilicèt agnationis conſervatio, an
potiùs maſculinitas fuerit contemplata, quem
articulum examinant, præ cæteris, *Altograd.
conſ.*62. *cum ſeq. vol.*2. *Bonden. collect.*28. *n.*101.
*cum ſeq. juncto num.*107. *Merlin. de legit. lib.*3.
*tit.*1. *quæſt.*2. *Hieronym. Palma allegat.*89. *n.*6.
*cum ſeq. Rot. coram Eminentiſſimo Cerro deciſ.*8.
*nn.*45. *deciſ.*89. *nn.*6. *cum ſeq. deciſ.*126. *num.*2.
& 14.

Digitized by Google

& 14. dec.185. nu.1. & dec.303. nu.5.
Valet noſtrum *Statutum* excluſivum fœmi-
narum pro conſervatione agnationis, attenta
facultate Civibus à Sede Apoſtolica attributa,
4 ut de ea in puncto teſtatur *Pariſ. conſ.36. n.1.*
vol.3. & de ſimili *Statut. Ravennæ* idem *Pariſ.*
conſ.20. num.6. vol.2. Reſpondit *Rot. coram*
Pamphil. deciſ.32. num.6. & multò magis ſtan-
5 te generali confirmatione Statutorum, ob-
tenta à Paulo III. de anno 1535. ac ſucceſſivè
ab aliis *Summis Pontificibus*, & ultimò loco
à Summo Pontifice Innocentio XI. ut ex Brevi
impreſſ. infrà in Appendice pag.11. ut dictum
fuit ſupra in *Annot. ad probam.* quæ adhunc
effectum ſuffragatur, quamvis legatur conceſ-
ſa in forma communi, cum agatur de Statuto
6 licito, & honeſto, ut reſpondit, *Soc. Jun.*
conſ.10. num.13. vol.4. Brun. de Statut. interpret.
art.4. num.6. junct. art.12. num.221. cum ſeq.
quos ſequuta eſt *Rot. coram Pamphilio d. dec.32.*
num.7. verſ. Et in omnem caſum cum ſeq. ibique
Adden. num.15. coram Merlin. dec.698: num.7.
coram Cardinali Celſo deciſ.125. nu.10. in recen-
tior. dec.342. nu.8. par.12.
Advertendum eſt, hujuſmodi confirmationem
in forma communi indiſtinctè non ſuffragari
7 pro validitate Statuti, ſed tunc ſolùm quando
agitur de excluſione fœminarum propter ma-
ſculos deſcendentes, non autem propter col-
laterales, & in remotiſſimo gradu conſtitutos
nàm iſto caſu requiritur confirmatio in forma
ſpecifica, ex quo Statutum reputatur odioſum,
iniquum, & irrationabile, ut diſtinguendo
reſpondit, *Rot. div. deciſ.780. num.6. cum ſeq.*
part.1. quam ſequuta eſt in *rec. dec.267. nu.16.*
cum ſeq. part.16. & deciſ.94. num.10. verſ. Sub-
ſiſtit. cum tribus ſeq. part.17. ubi allegat *Molin.*
de primogen. Hiſpan. lib.3. cap.4. num.30. cum
ſeq. reſpondentem rationi conſervandi agna-
tionem, nempè, quod ſatis operatur effectum
ſuum excludendo fœminas paris gradus, ſed
poſteà in eadem Cauſa reſolutio in dubium
revocata fuit, ut in *recent. deciſ.637. num.5.*
part.18. tom.2.
Verùm hæc diſtinctio non videtur ſubſiſtere, nàm
cum ratio Statuti excluſivi fœminarum conſi-
8 ſtat in conſervatione agnationis, ut ſupra fir-
matum fuit, utique contemplati ſunt maſculi,
tàm deſcendentes, quàm collaterales, cum
omnes aſcendentes, & collaterales continean-
9 tur appellatione agnationis, ut pleniſſimè tra-
dit, *Peregr. de fideicomm. art.22. nu.25. Alto-*
grad. conſ.46. nu.23. vol.2. Rot. in rec. dec.174.
nu.3. ac n.6. cum ſeq. part.4. tom.1. & non mi-
nus conſervetur agnatio per collaterales, &
tranſverſales, quàm per deſcendentes, pro-
10 indè prædicta diſtinctio firmata in allegata
deciſ.780. non ſolum poſteà in dubium revo-
cata eſt, dum ordinatum fuit eandem *deciſio-*
nem revideri, ut teſtatur, *Rot. in Ravennaten.*
Bonorum 9. Febr.1615. coram Ubaldo impreſſa
inter rec. dec.644. num.2. in fine, & in Bono-
nien. Succeſſionis 9. Decembris 1622. coram eo-
dem Ubaldo impreſſ. inter rec. deciſ.438. num.72.
cum ſeq. par.4. tom.2. ſed etiam contrarium de-
ciſum fuit, ut in *dd. dec.644. d. nu.2. & 438.*
nu.66. verſ. Quia fuit reſponſum cum ſeq.
Et facilius hæc confirmatio in forma com-
muni debet ſuffragari pro validitate *noſtri Sta-*
11 *tuti*, ex cujus diſpoſitione non omnes Agna-
ti etiam remotiſſimi ſunt vocati, ſed reſtricta,
ac limitata legitur excluſio fœminarum favo-
re maſculorum, conſtitutorum intra quartum
gradum, ſecundum *Jus Canonicum* computan-
dum, ut in ſpecie reſpondit, *Soc. Jun. a. conſ.80.*
vol.4.
Mater ex diſpoſitione noſtri *Statuti* exclu-
B ditur à ſucceſſione ab inteſtato Filii, Filiæ,
Fratris, Sororis, Nepotis, Neptis, & dein-
12 ceps per Agnatos intra quartum gradum
Pariſ. conſ.36. in princ. vol.3. Malvaſ. conſ.15.
num.32. lib.1. Card. de Luca de ſucceſſ. diſcurſ.3.
nu.22. Rot. in rec. deciſ.59. num.1. par.1. con-
firmata *coram Penia dec.1120. num.2. ſecundam*
impreſſ. Lugdunen.
Admittitur nihilominùs ad ſucceſſionem
Filii ab inteſtato defuncti in concurſu agnato-
13 rum remotiorum, quando concurrit Patruus
Clauſtralis, qui cum ex diſpoſitione *noſtri Sta-*
tuti Rubr. xxvii. *præſentis libri* non gaudeat be-
neficio Statuti, ibi: *Si autem extent Religioſi*
Clauſtrales, beneficio talis Statuti, & aliorum
Statutorum Communis Faventiæ, de ſucceſſionibus
diſponentium, nullatenus gaudeant, ſed ſecundum
Juris Communis diſpoſitionem ſuccedant, proindè
quia ſucceſſio in tali caſu reducitur ad termi-
nos Juris communis, Matri debetur ex *S. C.*
Tertulliano ſucceſſio Filii ab inteſtato defuncti
excluſis Patruo, & aliis Agnatis, & ſic me-
diante exiſtentia Patrui Clauſtralis removetur
impedimentum Statuti, & Mater Patrui be-
neficio admittitur ad ſucceſſionem, à qua alio-
quin excludebatur ab aliis Agnatis, quamvis
remotioribus, ut in puncto reſpondit *Rot. in*
rec. d. dec.59. per tot. confirmata *coram Penia cit.*
dec.1120. & eam ſequuta eſt in *rec. dec.43. n.8.*
cum ſeq. part.7. & comprobatur ex firmatis *per*
Surd. conſ.100. num.19. verſ. Demum cum ſeqq.
& Rot. in Aſculana ſucceſſionis 21. Junii 1666.
coram Reverendiſſimo Bourlemont. § Pront; Quic-
quid in contrarium ratiocinatus fuerit *Card. de*
Luca de Succeſſ. d. diſcurſ.3. n.22. cum ſeqq.
Legitima Matri excluſæ per Statutum dimi-
C nui quidem poteſt ex aliqua cauſa rationabili,
ut puta conſervationis agnationis, non autem
14 in totum tolli valet, ſecundum magis com-
munem opinionem, ut in puncto *noſtræ Ru-*
bricæ reſpondit *Pariſ. conſ.36. n.3. vol.3. Alto-*
grad. conſ.56. num.8. & conſ. ſeq. nu.82. cum ſeq.
vol.1., & examinato articulo *Merlin. de legit.*
lib.2. tit.1. quæſt.1. nu.15. cum ſeq. & quæſt.2.
in princ. Unde cum legatur limitata in decem
pro centenario valoris bonorum hæreditario-
15 rum, tantumdem prætendere poſſunt, tàm
Mater, quàm aliæ Fœminæ excluſæ, & non
ultra, ut in ſpecie reſponderunt, *Pariſ. cit.*
conſ.36. eodem num.3. Malvaſia conſ.15. nu.37.
in fin. vol.1. Rot. diverſ. dec.414. part.4. repeti-
ta

ta penes Fenz on. ad Stat.Urb. dec.107. ubi abſque reſolutio ne diſputatum fuit in qua quantitate Matri una cum Uxore à D. Equite Bartholomæo P aſio filio hæredi inſtitutæ ſua vita durante t antum ſubſtitutis ejus Attinentibus debeatur legitima,in qua Cauſa pleniſſimè reſpondit *Menoch. conſ.536.* tenens in caſu teſtati deberi legitimam Matri ſecundum diſpoſitionem *Juris communis*.

D Cum Statutum parificet ſucceſſionem inte-
16 ſtati, & inteſtabilis, ut in puncto noſtri Statuti advertit *Menoch. d. conſ.536. num.5. verſ. quinto extenſio*, & de ſimili *Statuto Aretino*, dixit *Dec. conſ.617. num.1. in fine*, ſublata eſt occaſio diſputaudi illam quæſtionem, An Statutum, quod excludit Matrem à ſucceſſione Filii ab inteſtato defuncti, habeat locum in ſuc-
17 ceſſione Filii pupilli, qui non poteſt teſtari
quam examinant *Dec. conſ.563. nu.1. cum tribus ſeq. & conſ. 617. nu.1. Cephal. conſ.339. & Marta de ſucceſſ. legal. par.2. quaſt.4. art.4.*

ADDIT. AD RUBR. XXX. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 FRattes utrinque conjuncti præferuntur conjunctis ex uno latere tantùm.

2 Fratres ex latere Patris conjuncti ſuccedunt æqualitèr cum fratribus conjunctis ex Patre, & Matre.

3 Statutum *Faventinum* contemplavit conſervationem agnationis.

4 Statutum excluſivum fęminarum propter maſculos valet ſi ſit confirmatum in forma communi.

5 Contrarium ſi ſit excluſivum fœminarum proximiorum propter maſculos remotiores.

6 Limita ex diſpoſitione *Conſtitutionis ſa:me:*INNOCENTII XI.

7 Statutum excluſivum fęminarum hodiè comprehendit bona exiſtentia extra territorium Statuentium.

8 Statutum *Faventinum* excludit proximiores fœminas propter maſculos exiſtentes intra quartum gradum.

9 Matre ab inteſtato defuncta ex diſpoſitione *Statuti Faventiæ* quinam ſuccedant.

10 Statutum derogari poteſt juri communi circa legitimam alioquin debitam fęminis pro conſervatione agnationis.

An in ſucceſſione præferantur fratres utrinque
conjuncti fratribus ex latere Patris * tan-
1 tùm conjunctis vide *Card. de Luca de ſucceſs. diſcurſ.18.per tot.& præſertim n.6.* ubi de alternativa *vel*.

Fratres ex latere tantùm Patris conjuncti defuncto æqualitèr unà cum fratribus conjunctis ex
2 Patre, & Matre ſuccedunt, * ut reſpondit *Rot. in Faventina Succeſſionis 2. Julii 1708. coram R.P.D.Aldrovando confirmata in docta,& erudita deciſione emanata die 11.Martii 1709.cor.eodem.*

Nu.2. Statutum Faventinum contemplavit conſervationem agnationis, ideòque * excludit
3 vinculum cognatitium, & maternum, & etiam dixit *Rot. in Faventina Succeſſionis 2. Julii 1708. cor.R.P.D.Aldrovando §.Statutum verò* confirmata *11. Martii 1709. cor. eodem §. Quoniam & in eadem 22.April.1712. cor.R.P.D.Criſpo §.Ad reportandam*, quæ deciſiones R.P.D.Aldrovandi cùm fuerint magiſtralitèr extenſæ,& in eis doctiſſimè,& eruditè materię diſcuſſę, perindè eas ex integro curavi hic imprimendas poſt Append.

Num.6. Statutum excluſivum fœminarum propter maſculos valet,* ſi ſit confirmatum in for-
4 ma communi tanquàm favorabile, & æquum *Coſtant.ad Stat.Urbis Annot.39. nu.63.me ſequuto*, ut relatis *Duran.dec.36.n.42.*, & aliis reſpondit *Rot.in Nepeſina 26.Aprilis 1697. coram R.P.D.Muto §.Abſque eo verſ.His favore*.

Quod tamen non procedit in Statuto excludente fœminas proximiores propter maſculos remo-
5 tiores, * nam tunc requiritur confirmatio in forma ſpecifica cum hujuſmodi Statutum ne dum ſit irrationabile, ſed impium, ut etiam advertit *Conſtantin. ubi ſupra num. 66. & ſeq. ex auctoritatibus allegatis in Romana, ſeù Nullius Immiſſionis 9.Mar.1711.§.Vel habita cor. R.P.D.Anſald.*

Hæc diſputatio ſublata fuit mediante *Conſtitutio-*
6 *ne ſa:me:*INNOC.XI. *impreſſa penès Card.de Luca* * *de Statut. ſucceſs.pag.3. & ſeqq.* in qua declaratum fuit ſufficere confirmationem, vel in forma ſpecifica, vel communi, ut reſpondit *Rot.in d.Romana, ſeù Nullius Immiſſionis §.Circà autem*.

Et vigore diſpoſitionis prædictæ *Conſtitutionis ſa:me:*INNOC.XI. ſublata eſt quæcumque diffe-
7 rentia, & ſituario bonorum, * itaut Statutum excluſivum fœminarum portigat vires extra ſuum territorium comprehendendo bona exiſtentia in alio territorio, quamvis in illo viger et *Statutum* favorabile fęminis, ut pleniſſimè diſcuſſo articulo,& relatis per *Card.de Luc.de Statutar.ſucceſ.in Notis ad d.Conſtitutionem §.14. n.9.cum ſeq.* reſpondit pluriès *Rot.* & præſertim *in Faventina Succeſſionis 22. Aprilis 1712. §.Quoniam cum ſeqq. cor.R.P.D.Criſpo*, ubi agebatur de bonis exiſtentibus in territorio Cotignolæ.

Num.8.cum duob.ſeqq. Difficultatem circa diſtinctionem per me adductam approbavit *Coſtant. ubi ſupra nu.68.*

Nu.11. Statutum noſtrum excludit proximiores
8 fęminas propter maſculos * exiſtentes intra quartum gradum.

Nu.12. Matre,ſororibus, aliiſq;perſonis per me-
9 dium fœminarum defuncto,attinentibus excluſis ad Agnatos per lineam maſculinam uſque ad quartum gradum incluſivè ſecundùm Jus Canonicum morientis inteſtata ſucceſſio defertur,ut me hic allegato tradit *Rot.in d.Faventina Succeſſionis cor.R.P.D.Criſpo in princ.*

Num.14. Statutum poteſt derogare juri communi circa legitimam alioquin debitam fœminis

pro

10 pro conſervatione familiæ, & agnationis, ut firmavit *Rot. in Romana, ſeu Savonen. Succeſſionis 8. Februarii 1706. §. Quod Statutum coram R. P. D. Anſaldo*.

Quod hæreditas non adita tranſmittatur.

RUBRICA TRIGESIMAPRIMA.

NE ob defectum aditionis contingat contra decedentium votum hæreditates applicari, quòd ſæpè contingere experientia rerum magiſtra docuit. Statuimus, & ordinamus, quòd delata cuicumque, etiam ignoranti, hæreditate, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſi contingat eum ante dictæ hæreditatis aditionem decedere, ad talis decedentis hæredem eam pertinere hæreditatem, perindè ac ſi talis decedens ipſam adiviſſet. Declarantes idem ſervari debere in fideicommiſſo purificato, & tali, qui per decedentem acceptari potuiſſet, & peti.

SUMMARIUM.

1 TRanſmiſſio eſt juris delati, vel quaſi in hæredem translatio.

2 Tranſmiſſio non habet locum in hæreditate non adita, *& n. 3. Limita n. 4. & 5. Vide n. 6.*

Hæreditas non adita non tranſmittitur *n. 2. & 3.*

4 Limita primo, quando quis moritur relicto filio ſuo, qui poſtea moriatur hæreditate non adita.

5 Limita ſecundo, ex capite juris deliberandi, utpotè quia is, cui delata eſt hæreditas deceſſit intra annum, tunc enim tale jus ad deliberandum tranſmittit ad quoſcunque hæredes. *Decl. nu. 6. 7. 8. & 9.*

Limita tertio, ex potentia ſanguinis, vigore cujus fit tranſmiſſio hæreditatis aſcendentis ad ſolos deſcendentes *num. 11.*

8 Reſtitutio in integrum competit adverſus non aditam hæreditatem, concurrente juſta cauſa.

9 Beneficium reſtitutionis in integrum tranſmittitur ad quoſcunque hæredes, & ad hæredes hæredis. *Declara, ut ibi.*

10 Reſtitutio in integrum ad deliberandum, & ad adeundam hæreditatem petenda eſt implorato Judicis officio, & intra quadriennium.

12 Tranſmiſſionis materiam tractantes remiſſivè.

OBSERVATIO.

TRanſmiſſio, quæ eſt juris delati, vel quaſi in hæredem translatio, juxta definitionem
1 explicatam per *Maſſin. in Comentar. ad l. emancipata poſt princ. C. qui admitti*, ut docet *Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 21. n. 1.* non habet locum in hæreditate non adita, cum regulariter ea ad
2 hæredes non tranſmittatur, ac habeatur, ac ſi delata non fuiſſet, *l. ſi pluribus in princ. ff. de ſuis, & legit. hæred. l. ſi infanti C. de Jure delib., & l. unic. §. In noviſſimo C. de caduc. tollen.*

Ea ratione, quia cum teſtator cenſeatur relinquere hæreditatem ſub ea conditione, ſi hæ-
3 redes in vita eam adierint, hæredibus non adeuntibus, deficit conditio, & ſic reſolvitur totum jus hæreditarium, nec ad hæredis hæredes hæreditas tranſmittitur, ſed venientibus ab inteſtato defertur, vel ſi ſint cohæredes, ipſis accreſcit, ut notat *Cancer. loc. cit. n. 3.*

Limita primò, quando quis moritur ex teſtamento, vel ab inteſtato relicto filio ſuo, nam ſi ille filius moriatur hæreditate non adita,
4 tranſmittit eam ex ſuitatis potentia ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos *l. Apud hoſtes C. de ſuis, & legitim. hæred. l. Ventre præterito ff. de acquir. hæredit.* ubi latè *Bar.* & communiter *Scribentes*, ac proſequitur *Cancer. loc. cit. n. 4. Ciroch. diſcept. 42. n. 1. Rot. in rec. dec. 22. nu. 4. par. 6. cor. Bichio dec. 320 n. 7.* ubi *nu. ſeq.* ſubdit, jus ſuitatis ſolùm reſidere in Filiis erga Patrem, ſub cujus poteſtate ſunt.

Limita ſecundo, ex capite juris deliberandi, quando nempè aliquis hæres, ſive filius,
5 ſive non, vel penitùs extraneus, cui hæreditas eſt purè delata ex teſtamento, vel ab inteſtato, decedit intra annum, tunc enim tranſmittit tale jus ad deliberandum ad quoſcunque hæredes pro reſiduo temporis *l. cum in antiquioribus 19. C. de jure delib. Canc.* ubi ſupra *n. 16. Ciroch. diſcep. 42. n. 16. Rot. cor. Cavaler. dec. 504. n. 8. in rec. dec. 22. n. 40. par. 6. cor. Bich. d. dec. 320. n. 7.*

Advertendo ad hunc effectum tranſmiſſionis juris deliberandi tria omninò requiri, nempè ſcientiam certam delatæ hæreditatis, nam
6 ignorans non poteſt dici, quod verſatus ſit in deliberatione, cum ea ſit quædam animi præmeditatio, quæ in ignorantem cadere non valet; Secundum, quod decedat intra annum; Et tertium, quod prætendens tranſmiſſionem juris deliberandi adiverit intra reſiduum anni, ad *Text. in d. l. cum in antiquioribus Alex. conſ. 71. ſub num. 4. cum ſeq. vol. 1. Eugen. conſ. 25. n. 95. lib. 1. Altograd. conſ. 69. n. 36. vol. 1.* & ratiocinando docet *Cancer. loc. cit. n. 17. cum ſeq. Andreol. controv. 163. n. 23.* ubi ſubdit, ſcientiam non præſumi, ſed ignorantiam, *Ciroch. d. diſcept. 42. n. 17.* & reſpondit *Rot. in rec. d. dec. 22. n. 40. cum ſeq. cor. Bich. cit. dec. 320. n. 13. cum ſeq.*

Si vero hæredes intra reſiduum anni non adirent, ab hæreditate excluderentur, itàut
7 nec beneficio reſtitutionis in integrum uti poſſent, *Bald. in d. l. cum in antiquioribus nu. 10. C. de Jure delib. Ciroch.* ubi ſupra *n. 18. Rot. cor. Cavaler. d. dec. 504. n. 9.*

Niſi concurrat juſta cauſa, nam ea interveniente, adversùs hæreditatem non aditam competeret beneficium reſtitutionis in inte-
8 grum ex capite juſtæ ignorantiæ, & ex clauſula, *Si qua mibi juſta cauſa* &c. adeò ut ſicuti ſi

tranſ-

Digitized by Google

tranſmittens viveret, reſtitueretur in integrum ad jus, ac tempus ad deliberandum, & mediante reſtitutione poſſet adire, ita poteſt adire tranſmiſſarius, per *Text.in l.Panthomius ff.de acquir.hæredit. Altograd.conſ.94.n.2.& 3. vol.1.Ciroch.d.diſcep.42.n.20.Rot.cor.Pentinger. dec.430.n.20.cum ſeq.* ubi de Mutis, & Surdis à nativitate *cor.Bichio d.dec.320. n.17.cum ſeq.* ubi ſubdit, quod ignorantia ex omni parte probabilis, & inexcuſabilis probanda eſt à tranſmiſſario.

Quod beneficium reſtitutionis in integrum 9 tranſmittitur etiam ad quoſcunque hæredes ex æquitate *d.l.Panthomius ff. de acquir.hæred. Cancer.d.cap.21.n.19. Rot.cor.Pentinger.allegat. dec.430.n.21.cor.Bichio cit.dec.320.n.18.* Ac ad hæredes hæredis,*ex DD.*adductis in ead.*dec.Bichii cit.n.24.cum ſeq.* ubi tamen *n.26.*declarat, procedere quotieſcunq; primus hæres obijſſet infra annum conceſſum ad deliberandum, & infrà tempora reſtitutionis in integrum, alioquin ſi neuri defunctus non poterat reſtitui, aut adire, multò minùs poterit illius hæres.

Notandum, quod reſtitutio in integrum ad deliberandum, & ad adeundam hæredita- 10 tem petenda eſt imploraro Iudicis officio juxta *Text.in d.l.Panthomius* ibi: *Reſtitutionem in integrum implorabit Andreol. controv. 163. nu.25.* ubi etiam relatis concordantibus firmat, eam eſſe petendam intra quadriennium, nàm eo elapſo excluditur.

Limita tertiò, ex potentia ſanguinis, vigore cujus fit traſmiſſio de hæreditate aſcen- 11 dentis ad ſolos deſcendentes, ſed non ad alios, nec è converſo *l.Unic.ibique Scribentes C.de his, qui ante apertas tabulas Cancer.d.c.21. n.6.cum ſeq.*ubi adducit declarationes,*Ciroc.d. diſcept.42.n.3.Rot.in rec.d.dec.22.n.40.par.6.deciſ.106.nu.3.par.7.latè cor.Bich.cit.dec.320.n.7. cum ſeq.*

Cætera de tranſmiſſione vide apud *Noal.in ejus particulari tractatu hujus materiæ, Cancer. var.reſol. par.3.cap.21. Ciroch.d.diſcept.42.* ubi de tranſmiſſione hæreditatis Matris, & Fratris, *Altograd.Jun.controv.13.* ubi examinat, an hęreditas Patris Filio infanti delata,& non adita ad Matrem tranſmittatur *Surd.dec.138. Card.de Luc.de Succ.diſcur.15.n.13.verſ.Quo verò cum ſeq. Rot.in rec.dec.35. num.10.par.16.deciſ.158.n.5.par.17.* ubi de tranſmiſſione tranſmiſſionis.

Quod Tenuta conceſſa non occupetur, vel quovis modo impediatur.

RUBRICA TRIGESIMASECUNDA.

STatuimus, & ordinamus, quod conceſſa quovis modo,Parte legitimè tamen citata, per Iudicem,vel DebitoremCreditoriTenuta mobilium aliquorum,vel immobilium nihil in re tali per Debitorem, vel alium,ab eo cauſam habentem, poſt dictæ Tenutæ conceſſionem innovetur,vel fiat,per quod jus Creditoris in aliquo deterius fiat, ſub pœna ſolid.5. bonon. pro qualibet libra, ſi debitum fuerit à 10.lib. vel abindè infra. Si verò debitum fuerit à libris 10. bon. ſupra,ſol. tres pro qualibet libra. Et nihilominùs Tenuta Creditori libera, ac expedita dimittatur, & omnia in integrum,priſtinumque ſtatum reducantur, niſi quatenùs de Creditoris Tenutam habentis, proceſſerit voluntate. Et quicunque, qui poſt conceſſionem dictæ Tenutæ rem ipſam detinere, poſſidere, vel occupare quovis titulo cæperit, præcepto Iudicis pœnali infra 10. dierum terminum deſiſtere, & recedere omni ſemota exceptione cogatur.

SUMMARIUM.

1 Tenuta non eſt vocabulum Juriſconſultorum.

2 Tenuta dicitur ager, qui tenetur cum menſura, comprehendens omnes partes illius, ſecundum communem uſum vulgarem Italicum.

3 Tenuta eſt remedium poſſeſſorium, ſecundum *Leges Hiſpanicas*, habens ampliores fines, quàm judicium manutentionis.

4 Tenuta accipitur pro pignore judiciali, dato creditori, ſecundùm diſpoſitionem *Statuti Faventiæ*. Vide ibi.

Pignus judiciale datur Creditori, vel ad effectum ſubhaſtationis, vel ad hoc, ut ex fructibus ſatisfiat num.4.

5 Executione facta ſuper re ſtabili vigore mandati in actione perſonali,mittitur Creditor in eorum poſſeſſionem,& de tali actu fit inſtrumentum in loco executionis, ſeu tenutæ captæ, quæ dicitur ex primo Decreto.

Executione facta in actione perſonali Debitor non privatur dominio, & poſſeſſione bonorum executatoriatorum,minuſque eorum fructibus.

7 Creditor immiſſus ex primo Decreto, dicitur ſolummodò detinere bona cuſtodiæ cauſa, & ad commodum debitoris donec uſque deventum ſit ad actualem deliberationem, ſeu adjudicationem.

Deliberatio, ſeu adjudicatio dicitur ſecundum decretum num.7.

8 Creditori immiſſo ex primo Decreto competit manutenrio in tali ſtatu detentationis, & officium Judicis.

9 Maximè quandò mandatum, vigore cujus facta fuit executio, & conceſſa immiſſio,non loquitur ad effectum ſubhaſtandi, nec inptimam Tenutam.

Im-

Digitized by Google

10 Immiſſio Creditori datur aliquando ad hoc,
ut faciat fructus ſuos.

Manutentio Creditori immiſſo ad hoc, ut faciat fructus ſuos, competit num.10.

11 Fructus percepti à Creditore, immiſſo ex
primo Decreto, imputantur in ſortem, niſi
Judex in Decreto, ſeu Sententia dixiſſet,
quod faceret fructus ſuos.

12 Tenuta, ſeu miſſio in poſſeſſionem bonorum
ex primo decreto, quæ dicitur pignus Prętorium, conceditur de Jure communi Creditori ob contumaciam Debitoris, qui poteſt poſtea refectis expenſis ea recuperare una cum fructibus. *Vide ibi, & n.13.*

14 Pignus Prętorium ratione contumacię Debitoris in Ordinariis in Urbe non conceditur.

OBSERVATIO.

TEnuta non eſt vocabulum *Juris Conſultorum*, ut advertit *Paz de Tenuta cap.1. n.2.*
1 *& Rot.cor.recol.me.Corrin.dec.1261.num.6.* ſed
vulgare Italicum, & dicitur ager, qui tenetur
2 cum menſura, compræhendens omnes partes
illius, ut dixit *Rot.dec.1261.n.5.cum ſeq.juncto
n.17.cum ſeq.* Eſt etiam Hiſpanicum, quod ſe-
3 cundùm leges illorum Regnorum eſt remedium poſſeſſorium ſummariiſſimum, quod territorium vocant, habens ampliores fines, quàm ſummariiſſimum manutentionis judicium, ut tradit *Matthrù, & Sanz de Regim.Regni Valent.cap.11.c.5.n.114.* cum habeat admixtam cauſam proprietatis, cujus vigore verus ſucceſſor in majoratu bona judiciali auctoritate detinet, donec plenè in poſſeſſorio, & petitorio merita Cauſæ examinentur, ſuper qua Tenuta edidit copioſiſſimum, & doctiſſimum tractatum *Paz*.

Secundùm verò diſpoſitionem *noſtri Statuti* accipitur pro pignore judiciali, dato Cre-
4 ditori; circa quod ſciendum, id duplici modo contingere poſſe, nempè, vel ad effectum ſubhaſtationis, vel ad hoc, ut ex fructibus ſatisfiat; Nam vigore mandati expediti in actione perſonali, &. pro certa quantitate facta executione ſuper re ſtabili, mittitur Creditor in eorumdem bonorum poſſeſſionem, & de ea
5 fit Inſtrumentum in loco executionis, ſeu Tenutæ captæ, quæ dicitur ex primo Decreto *Poſth.de ſubhaſtat.inſpect.13.nu.3.cum ſeq.& inſpect.ſeq.n.93.cum ſeqq.* ubi docet praxim executionis.

Et tunc Debitor non privatur dominio, & ſua poſſeſſione, ac fructibus per hujuſmodi
6 Tenutam, ex primo Decreto traditam Creditori *Poſth.de manut.obſer.12.n.167.cum duobus ſeqq.& in tract.de ſubhaſtat.inſpect.17.n.14.cum ſeqq.Ridolphin.prax.par.1.cap.6.n.60.Rot.coram Merlin.dec.339.ſub n.2.& 3.*cum executio non dicatur facta ad effectum licitationis, & ſubhaſtationis *Poſth.d.obſerv.12. nu.170. cum ſeq. Ridolphin.prax.d.n.60.* Sed talitèr immiſſus ex
7 primo Decreto dicitur ſolummodò detinere cuſtodiæ cauſa, & ad Debitoris commodum *Surd.conſ.194.n.10.verſic.atque,* & proſequitur *Poſth.de manut.d.obſerv.12.nu.172., ac de ſubhaſt.cit.inſpect.13.nu.14.cum ſeqq.* donec uſque deventum ſit ad actualem ſubhaſtationem, & deliberationem, ſeu adjudicationem, quæ dicitur ſecundum Decretum *Poſth.de ſubhaſt.cit. inſpect.13.n.61.Giurb.dec.53.in princ.*

Et nihilominùs in tali ſtatu, & detentatione manutentio, & officium Judicis competit
8 *Gloſs.in l.3.§.Creditores in verbo non poſſe in fin. ff.uti poſſidet.Poſth.d.obſerv.12.n.172.& de ſubhaſt.allegat. inſpect.13.nu.43. Rot.cor.Buratt.deciſ.194. num.4.*

Eò certiùs quando mandatum, cujus vigore facta fuit executio, & conceſſa immiſſio, non loquitur ad effectum ſubhaſtandi, nec in
9 primam Tenutam, ut advertit *Poſth. d. obſervat.12.n.173. Rot.cor.recol.me.Coccin.dec.1323. num.2.cum ſeq.*

Aliquandò etiam datur immiſſio ex primo Decreto Creditori, ad hoc, ut faciat fructus
10 ſuos, ut docet *Menoch. de retin.remed.3.n.177. cum ſeqq.* ubi de *Statuto Bononienſi*, & *Florentino* talitèr diſponente *Buratt. dec.194.nu.1.& Merlin.dec.339.n.2.verſ.Quoniam cum ſeq.*

Et tunc ei quaſi effecto vero poſſeſſori competit manutentio *Menoch. ubi ſupra eod.n.177. Rot.cor.Buratt.loc.allegat.num.4.*

Advertendum eſt, quod ſi Judex in ſententia, ſeu decreto expreſsè non dixiſſet, quod Creditor talitèr immiſſus faciat fructus ſuos,
11 imputandi ſunt in ſortem, ut reſpondit *Rot. cor.Burat.dec.240.n.6.cum ſeqq.*

Conceditur etiam de jure communi Tenuta, ſeu miſſio in poſſeſſionem bonorum ex primo Decreto, & dicitur pignus Prętorium, ob
12 ſolam contumaciam Debitoris, quo poſtea comparente quandocunque intra annum ante interpoſitionem ſecundi Decreti, & expenſas reficiente, ac præſtita cautione de judicio ſiſti, revocatur, ac ipſe Debitor recuperat ſuam poſſeſſionem, non autem fructus à Creditore perceptos, qui amiſſus in poſſeſſionem dicitur poſſeſſor, reiq; fructus percipit, quando actum fuit in actione reali; ſed ſi actum fuerit in actione perſonali, tunc Debitor, qui paſſus fuerit Tenutam, poterit, refectis expenſis, & præſtita de
13 cautione ante interpoſitionem ſecundi Decreti, recuperare quandocunque etiam uſque ad triginta annos bona, unà cum fructibus, cùm miſſus in poſſeſſionem ex actione perſonali, efficiatur nudus detentor, & cuſtos rei, ut pleniſſimè docet *Scacc. de judic.lib.1.cap.96.nu.4. cum ſeq.*& præſertim *n.7.cum ſeqq.& de ſentent. & de re judic.gloſ.14.q.7.n.1.verſ.Prima ſpecies ſententiæ cum duobus ſeqq.*

Notandum, quod in Urbe in ordinariis pignus Prætorium, ac conſequentèr modus pro-
14 cedendi de jure communi ad primum, & ſecundum Decretum vigore contumaciæ non ſervatur; nam ſive Reus compareat, ſive non, ſemper diffinitivè proceditur ad ſententiam, ſeu ad decretum, non autem ad ſententiam interlocutoriam, concedendo Tenutam Actori ex primo Decreto, ut notat *Scac.d.c.96.n.26.*

 Qua-

Qualiter quis rem, per Executorem ſibi aſſignatam, reſtituere cogatur.

RUBRICA TRIGESIMA TERTIA.

SI de re mobili fiat quovis modo executio, liceat Nuncio, vel Executori abſque ſpeciali Judicis commiſſione, rem ipſam cuicunque idoneo aſſignare (A) qui poſtmodum ad omnem inſtantiam, & requiſitionem ipſius Nuncii, aut Creditoris, vel etiam ipſius Debitoris, poſt ſolutionem tamen compellatur ſine ſcriptis, & omni prorſus Iuris ſolemnitate omiſſa, ad ipſius rei aſſignatæ reſtitutionem, & reconſignationem (B) in Civitate Faventiæ, mulcta indicta captis pignoribus, ac etiam carceratione. Et ſi qua ſuper qualitate, vel quantitate (C) rei aſſignatæ inter Nuncium, vel Executorem, ac eum, cui aſſignatæ res dicerentur, controverſia oriretur, relationi talis Nuncii, cum dicto unius Teſtis idonei, credatur.

SUMMARIUM.

1 EXecutione facta ſuper mobilibus, poſſunt Executores illa auferre à domo Debitoris, & penès aliquem in depoſitum, ſeù cuſtodiam dimittere, prævia obligatione de habendo in forma depoſiti, & de conſignando ad omne mandatum Judicis, & nu.3.

2 Executione facta ſuper mobilibus, Amicus ad faciendam rem gratam Debitori, illis à domo Debitoris non amotis, ſe obligat de habendo in forma depoſiti, & de conſignando ad omne mandatum Judicis, aliàs teneri ad ſolutionem pretii tunc taxati, vel debiti, contenti in mandato, & n.4.

Depoſitum irregulare, & merè civile dicitur quando quis ſe obligat de habendo in forma depoſiti, & de conſignando ad omne mandatum Judicis bona mobilia executa, quæ remanſerunt penès Debitorem n.2.

Depoſitarius irregularis, & merè civilis non reſtituens promptè rem depoſitam, non poteſt redargui de dolo, aut infamia, ſicuti redarguitur depoſitarius naturalis, & verus moroſus in reſtitutione.

5 Depoſitaria pignorum executatorum in Urbe erecta fuit ab URBANO VIII.

6 Emolumenta Depoſitariæ Urbanæ applicata fuerunt Monaſterio S. EUPHEMIÆ ab URBANO VIII.

7 Executor eligens minus idoneum depoſitariū pignoris executati de proprio tenetur.

8 Depoſitarius reſtituere, aut conſignare non poteſt Executori, vel Creditori, vel etiam debitori poſt ſecutam ſolutionem pignus abſque mandato Judicis.

9 Bona executata, & penès tertium depoſitata, vel in forma depoſiti habita, deſcribenda ſunt cum earum quantitate, & qualitate.

OBSERVATIO.

A EXecutione facta ſuper mobilibus poſſunt Executores illa auferre à domo Debito-
1 ris, & penès aliquem in depoſitum, ſeu cuſtodiam dimittere prævia obligatione de habendo in forma depoſiti, & de conſignando ad omne mandatum Judicis, ut diſponitur in Bulla PAULI V. *ſuper reformatione Tribunalium Urbis in ordine la 71. §.22. ſub tit. de Barencellis, & executoribus num.8.* ibi: *Cum autem in executionibus realibus contingerit recipi cautionem in forma depoſiti, aut pignora alicui in depoſitum tradi, non credatur de hoc Executoribus niſi vel cum ſubſcriptione ipſiuſmet Depoſitarii à tergo mandati, vel cum interventu duorum Teſtim, quorum nomina ſimilitèr à tergo mandati deſcribantur, ac deindè in dictum librum referantur*, & docet *Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 14. n.74. cum duobus ſeqq.*

Frequentèr etiàm practicatur, quod Amicus ad faciendam rem gratam Debitori, nè bonorum, & rerum commodo privetur, ac mediante tranſportatione deteriorentur, aut de-
2 perdantur, ſe obligat de illa habendo in forma depoſiti, & de conſignando ad omne mandatum Judicis, aliàs teneri voluit ad ſolutionem pretii tunc taxati, vel debiti contenti in mandato, contra Debitorem relaxato, & tunc tale depoſitum dicitur merè civile, ac irregulare, habens naturam obligationis fidejuſſoriæ, vigore cujus depoſitarius vel de reſtituendo eadem bona, vel de ſolvendo ſummam in obligatione taxatam, tenetur, ut docet *Scanarol. de viſit. Carcerat. lib.3. §.1. cap.5. n.68. cum ſeqq.* ubi advertit, quod ſi talis depoſitarius
3 prompte non reſtituat rem depoſitatam, non poteſt redargui de dolo & in forma ſicut redarguitur depoſitarius naturalis & verus moroſus in reſtitutione.

Et prædicta cautio in forma depoſiti eſt conformis diſpoſitioni dictæ *Bullæ loc. cit.* &
4 ſtylo Curiæ, ut advertit *Poſth. allegat. inſpect. 14. num.76.* necnon *Bannimento* publicato *de anno 1674. de ordine Eminentiſſimi D. Cardinalis de Alterlis Camerarii, & Protectoris* tàm
5 Depoſitariæ in Urbe erectæ ad URABANO VIII, ut inibi pignora tranſportentur *Poſth. ubi ſup. nu.79.* quàm loci Pii, ſeù Monaſterii S. EUPHEMIÆ, cui ab eodem URBANO applicata fuere
6 emolumenta præfatæ Depoſitariæ *Scanarol. de viſit. Carcerat. lib.2. §.30. nu.5. ut in cap.6.* ibi: *Gli eſecutori, & altre qualſivoglia perſone ſudette, da'quali ſi fanno eſecuzioni, e pegni, poſſino nell'atto di fare qualſivoglia pegni di qualunque ſorte in luogo di quelli pigliare ſecondo il ſolito ſigurtà in forma di depoſito, ò vero laſciare detti pegni in mano d'un terzo in depoſito, che ſia perſona*

Digitized by Google

ſona idonea, quale ſi chiami, e s'obblighi havere in depoſito li detti pegni, con obligo di conſegnarli alla Depoſitaria, ò reſtituirli ad ogni mandato del Giudice della Cauſa, purche detto mandato ſia ſtato ſottoſcritto anco dal Cuſtode maggiore di detta Depoſitaria, ſenza qual ſottoſcrizione non ſi douvranno conſegnare, ne reſtituire detti pegni, ne dal medeſimo Cuſtode maggiore ſi dovrà ſottoſcrivere detto mandato, ſe prima non ſarà ſodisfatto delli ſoliti emolumenti ſpettanti, e dovuti alla medeſima Depoſitaria, e facendoſi detta conſegna, ò reſtituzione ſenza la ſudetta ſottoſcrizione di detto Cuſtode, in tal caſo dovrà reſtar obligato il detto Terzo ſigurtà per gli emolumenti di detta Depoſitaria, & il medemo ſi debba oſſervare quando dalli debitori ſi voglia dare la ſicurtà in forma di depoſito, & in qualſivoglia delli ſudetti caſi, li ſudetti Eſecutori, & altre perſone come ſopra, ſiino tenuti portare nella detta Depoſitaria nel modo, e tempo detto di ſopra in loco di detti pegni la cedola particolare di detto depoſito, ſigurtà, & obligo, ò vero qualunque ſomma di denaro, che conſegnaſſe à tal effetto, deſcrivendo in eſſa cedola la qualità, quantità, e valore del pegno, quando ſi laſciaranno li detti pegni appreſſo terza perſona, ò ſigurtà, & in qualunque di detti caſi ſiino obligati detti Eſecutori, & altre perſone, come ſopra, farſi conſegnare, ò pigliare dal Debitore un pegno equivalente alla mercede, che ſi dovrà pagare dalla detta Depoſitaria, per ſua eſecuzione, & emolumenti di detta Depoſitaria, ſotto le pene ſuddette, da applicarſi reſpettivamente come ſopra.

Advertendum, quod ſi Executor ad malam electionem Depoſitarii minus idonei de-
7 venerit, de proprio teneri debet, ut tradit. *Poſth. d. inſpect. 14. nu. 77.*

Niſi Statutum implicite diſponeret, quòd
B Depoſitarius prædictus poſſit abſque manda-
8 to Judicis reſtituere, & conſignare Executori, aut Creditori, aut etiam Debitori poſt ſecutam ſolutionem, pignus, utique contrarium eſſet tenendum, cum depoſitum judiciale Depoſitarius reſtituere nequeat abſque mandato Judicis *Roman. conſ. 287.* plenè *Salgad. labyrint. Credit. par. 3. cap. 6. cum ſeqq. Rota coram recol. mem. Coccin. deciſ. 518. nu. 1., & coram Peutinger. deciſ. 329. n. 14. cum duobus ſeq. repetita in rec. deciſ. 203. nu. 9. cum ſeq. par. 10.*

Ne oriatur controverſia ſuper quantitate,
C & qualitate rerum depoſitarum occaſione
9 executionis, & depoſiti omnia bona deſcribenda ſunt cum earum quantitate, & qualitate, ut docet *Sola ad decret. Saband. lib. 3. de forma, & ordin. proced. in pign. ſubbaſt. & delib. bon. mobil. Gloſſ. prima n. 18. Poſth. de ſubbaſt. d. inſpect. 14. nu. 80.* & diſponitur in allegata *Bulla* PAULI V. *loc. cit. n. 5.*

Qualiter procedatur in nominibus acceptis in Tenutam.

RUBRICA TRIGESIMAQUARTA.

SI Nuncius iverit ad dandam Tenutam, & referat, ſe non invenire de rebus mobilibus, vel immobilibus Debitoris, ſed Creditor dicat, aliquem eſſe Debitorem Debitoris ſui. Tunc Judex ad petitionem Creditoris faciat illum talem citari, quòd coram eo compareat. Et ſi venerit, & confeſſus fuerit, ſe eſſe Debitorem, tunc Judex det illud nomen in Tenutam Creditori præfato; Si verò negaverit, ſe eſſe Debitorem, vel non venerit, tunc Judex ſtatuat illi Creditori terminum octo dierum, vel plurium, ſi ſibi videbitur, ad probandum, quod ille citatus ſit Debitor Debitoris ſui, & ſe eſſe Creditorem; Quibus probationibus factis det Iudex ipſi Creditori nomen in Tenutam pro debito, & expenſis uſque ad concurrentem quantitatem. Quibus ſic peractis, & elapſis decem diebus, & nullus legitimus comparuerit contradictor, tunc Iudex denunciari faciat per unum ex Nunciis Communis Faven. illi Debitori, contra cujus Debitorem procedatur, quod infra ſextam diem coram ipſo Iudice compareat objecturus quicquid vult, ne eidem Creditori de ſuo credito ſatisfaciat, quod ſi non venerit, ſeu nihil juridicum infra dictum terminum oppoſuerit, compellatur dictus Debitor, cujus nomen acceptum fuerit pro Tenuta, incontinenti dare, & ſolvere quantitatem in dicta Tenuta contentam, & expenſas illi Creditori, ſi in tantum fuerit debitor, alias quantitatem, in qua debitor eſt, ſolvere compellatur, niſi terminum haberet à Creditore ſuo, vel à Iure ad ſolvendum, quo caſu terminus ille ſibi ſervetur.

SUMMARIUM.

1 NOmina debitorum, ſeu credita conſtituunt tertiam ſpeciem, diverſam à mobilibus, & immobilibus.
Nomina debitorum, ſeu credita executari poſſunt ad inſtantiam Creditoris, ad effectum ſubhaſtandi, & deliberandi, ac ſatiſfaciendi Creditori, n. 2.
3 Executionis ſuper nominibus debitorum, & creditis praxis, remiſſivè.
4 Debitor conveniri poteſt concurrentibus tribus, de quibus. ibi. Vide n. 5. 6. 8.
5 Convictus de mendacio habetur pro confeſſo. Negare per dolum, & mendacium idem eſt, ac confiteri, n. 5.
7 Fiſcus debitorem ſui debitoris convenire poteſt, etiam non condemnatum in tribus caſibus, de quibus ibi, ſecus in aliis, & n. 13.
8 Excuſſio debitoris requiritur, quando agitur hypotecaria contra tertium poſſeſſorem pignoris.
9 Excuſſio debitoris non requiritur in judicio Salviani, intentati contra debitorem debitoris.

Digitized by Google

10 Salvianum, ſeu utilis hypotecaria competit contra debitorem debitoris, non ſecùs ac contra ipſum principalem debitorem.

11 Excuſſio non requiritur, quando agitur contra debitorem debitoris vigore obligationis Cameralis.

12 Actione utili perſonali intentata contra debitorem debitoris, non requiritur excuſſio.

14 Fiſco via executiva contra debitorem ſui debitoris, clauſulis, & pactis executivis non obligatum, non competit, & n. 19. 20. 21. & 22. Decl. n. 16. Contrarium n. 17.

15 Fiſcus manum Regiam exercere non poteſt contra debitorem ſui debitoris, clauſulis, & pactis executivis non obligatum.

16 Declara procedere ad effectum exequendi perſonalitèr, ſecùs realiter. Contrarium num. 17.

18 Fiſcus utitur jure communi, ſeu privati in caſibus, in quibus non reperitur ſpecialitèr privilegiatus.

19 Fiſcus privilegiatus non reperitur circa modum agendi contra debitorem ſui debitoris.

20 Debitor debitoris mei non eſt meus debitor.

21 Debitor debitoris convenitur ea jure debitoris obligati.

22 Debitor debitoris Fiſci ordinarie, vel actione utili, ſeu Salviano conveniri debet, quando ille non eſt obligatus in forma Cameræ, aut alio pacto executivo, & nu. 23. ac 24.

24 Sub obligatione, & tacita hypoteca, competente Fiſco, venit nomen debitoris.

OBSERVATIO.

NOmina debitorum, ſeu credita, quæ tertiam bonorum ſpeciem diverſam à mobilibus, & immobilibus conſtituunt, poſ-
1 ſunt executari ad inſtantiam Creditoris *l. A Divo Pio §. Sic quoque ff. de re judic. Sola ad conſuetud. Sabaud. tit. 39. de forma, ac ordin. obſervat. in pign. ſubhaſtat. & delib. bon. ſtabil. Gloſſ. 9. n. 1. Luc. Pet. in prax. lib. 8. cap. 2. n. 57. Poſth. de ſubhaſtat. inſpect. 14. n. 102.* ad effe-
2 ctum ſubhaſtandi, & deliberandi, & ex pretio retrahendo ſatisfaciendi Creditori, ut proſequitur *Poſth. ubi ſupra n. 103. & numeris ſeqq.*
3 docet praxim exequendi *Rot. coram Buratt. deciſ. 675. ſub. n. 2.*

Poteſt etiam conveniri debitor debitoris, quotiès tria concurrant, nempè primo, quod
4 talis debitor fateatur debitum, quia ſicuti Creditor talis Debitoris non poſſet contra eum exequi ſine confeſſione, & ſi contradiceret eſſet cognoſcenda cauſa debiti, ita ſervandum eſt in Creditore creditoris, ne per alium fiat deterior conditio; Secundo, quod principalis Debitor fuerit condemnatus, nam de credito liquido conſtare debet; Et tertio quod idem principalis Debitor fuerit excuſſus, & repertus non ſolvendo, etenim talis executio excedit terminos executionis, cum fiat in re aliena, non autem in re debitoris, vel per eum poſſeſſa, quæ tria extrema deducuntur ex *l. 2. 3. & 4. ibique Gloſſ. C. quando Fiſc. vel privat.* & plenè *Merlin. de pign. lib. 2. quæſt. 30. n. 29. & ſeqq.* docet *Surd. conſ. 4. n. 1. cum ſeqq. Adden. ad Buratt. deciſ. 793. litt. A. Rota rorum recol. mem. Coccin. deciſ. 922. n. 4.*

Notandum tamen, quoad primum, non eſſe adeò neceſſariam confeſſionis formalem, & explicitam probationem, ut ſi negaret debi-
5 tum, adhùc admittendus ſit Creditor ad debiti probationem, & ſi convictus fuerit de mendacio, habebitur ad iſtum effectum pro confeſſo, cum idem ſit per dolum, & mendacium negare, quàm confiteri *Barboſ. in dicta l. 2. n. 6.* & reſpondit *Surd. dicto conſ. 4. n. 26. verſ. Quo verò ad confeſſionem cum ſeq. Merlin. ubi ſupra n. 34. cum ſeq. Adden. ad Buratt. loc. cit. num. 6.*

Prout etiam quoad ſecundum rigidè non proceditur, nam deficiente explicita con-
6 demnatione primi debitoris ſufficit ex Inſtrumento conſtare de ejus debito *Merlin. loc. cit. n. 36. Adden. ad Buratt. ubi ſupra n. 7. Rot. coram Coccin. allegat. deciſ. 922. nu. 4. verſic. Tamen.* Eo certiùs ſi Inſtrumentum ſit munitum obligatione Camerali, cum tunc obligatus habeatur pro condemnato *ex vulgatis.*

Notandum ſpeciale eſſe in Fiſco, ut poſſit
7 agere contra debitorem ſui debitoris etiam nondùm condemnati in tribus caſibus, videlicet; Primò, quando debitor Fiſci non eſt ſolvendo; Secundò, quando ex ratione Fiſci ſecùndum debitum proceſſit; Tertio, quando ex contractu Fiſcali debitores conveniuntur, hoc eſt ex contractu ad Fiſcum extenſo, utpotè quia accepit mutuam pecuniam à Fiſco, & eam alteri mutuavit, & ſic ex pecunia Fiſci debitorem ſibi conſtituit, juxta *Text. in l. Non intelligitur 3. §. Multi*, *ibique* egregiè *Bart. ff. de Jure Fiſci* latè aliis cumulatis *Alfaro de Offic. Fiſcal. Gloſſ. 16. privil. 4. n. 31. cum ſeq. Gutierez de Gabell. quæſt. 164. n. 19. Peregrin. de Jure Fiſci lib. 6. tit. 7. n. 26.* ubi etiam firmat, quod præter iſtos tres caſus Fiſcus regulariter non extendit ſuas actiones contra debitorem debitoris, niſi principalis anteà fuerit condemnatus, & non ſolvendo repertus *Trentacinq. variar. reſol. tit. de ſolut. reſolut. 16. ſub n. 3.*

Et quoad excuſſionem, pro tertio requiſito aſſignatam, requiritur, quando agitur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem pignoris,
8 quia cum ille poſſeſſor habeat actionem de evictione contra debitorem, qui vendidit, ut liti parcatur, adinventum eſt, ut fiat excuſſio bonorum primi debitoris, quod non militat quotiès convenitur ipſe debitor debitoris, qui ſolvendo liberatur, abſque eo quod agere valeat pro relevatione, vel regreſſu contra ſuum creditorem, latè reſpondit *Surd. ubi ſup. n. 31. verſ. Quod verò attinet ad excuſſionem cum ſeqq.* & plenè adductis etiam aliis rationibus *Merlin. de pign. lib. 1. q. 29. n. 25. cum ſeqq. & quæſt. ſeq. n. 30.*

n.36.verſ.De tertio,ubi *n.ſeq.in fin.*tenet ab hac
opinione magis approbata,& magis commu-
ni non eſſe recedendum *Adden.ad Buratt.dicta*
dec.793.n.8.cum ſeq. Sed ceſſabit neceſſitas ex-
cuſſionis, ſi intentetur judicium Salviani con-
9 tra ipſum debitorem debitoris, cum illud
tanquàm judicium ſummariiſſimum adipi-
ſcendæ non admittat exceptiones requirentes
altiorem indaginem,ut cumulatis concordan-
tibus reſpondit *Surd.rit.conſ.4.num.36.cum ſeq.*
juncto conſil.131.n.1.cum ſeq. ubi utrobique de
Camera Ducali *Adden.ad Buratt.dec.793.nu.8.*
cum ſeq. Merlin.alleg.q.30.nu.39.Rot.cor.Coccin.
loc.cit.n.5. Quod judicium Salviani, ſeu utilis
hypothecaria competit contra debitorem de-
10 bitoris, non ſecùs ac contra principalem de-
bitorem, ut præter ſupra allegatos reſpondit
Surd.conſ.131.nu.1.cum ſeq.Gratian.diſcept.507.
n.6.Rot.in rec.dec.216.n.1.cum ſeq.par.9.tom.1.
dec.394.n.7.cum ſeq.par.14.

Sicuti etiam non requireretur excuſſio, ſi
11 ageretur vigore obligationis Cameralis, ſub
qua legatur adſtrictus etiam debitor debito-
ris *Saluſt.Tiber.pract.lib.2.cap.12.n.16.cum ſeq.*
ubi tradit praxim conveniendi iſto caſu debi-
torem debitoris, & proſequitur *Merlin. dicta*
qu.30.num.finali adden.ad Buratt.dec.793.nu.10.
Rot.in rec.d.dec.394.nu.10. cor.Eminentiſſ.Cerro
dec.178.n.9.cum ſeq.

Vel actione utili perſonali, quæ apud obli-
12 gantem nomen debitoris eſt directa, rema-
net utilis apud ipſum creditorem, qui proin-
dè videtur quodammodò agere nomine ſui
debitoris, & creditoris ejus, qui venit exigen-
dus, perindè ac ſi conſtitutus fuiſſet procura-
tor in rem ſuam, & conſequentèr non poteſt
repelli exceptione excuſſionis, ſicuti non ad-
mitteretur talis exceptio, ſi debitor conveni-
retur à creditore, cum quo contraxit, ut ra-
tiocinando reſpondit *Surd.d.conſ.4. nu.37.verſ.*
Primo enim cum ſeq. Rot.in rec. dec.226.num.3.
par.9.tom.1.cor.Coccin.d.dec.922.n.5.

Exceptis prædictis caſibus, Fiſcus quoque
agere volens contra debitorem ſui debitoris,
tenetur priùs docere de excuſſione ſui debito-
13 ris juxta *Text.* expreſſum *in l. non priùs 3. ibi-*
que Bart.Bald. ac cæteri Scribentes C. quando Fi-
ſcus,vel privatus,ubi etiam Cyriac.ſub lit.E.verſ.
Ex hac ratione puto in fine,Merlin.d.q.30.n.34.

Nec competit Fiſco via executiva contra
debitorem ſui debitoris, clauſulis, & pactis
14 executivis non obligatum, ut tenet *Suarez in*
l.Poſt.rem.judicatam caſ.7.nu.3.ff.de re judic.ibi-
que Valdeſ.in Addit.litt.B. obſervat *Alfar.dicta*
Gloſſ.16.privil.4.n.32.in fine, Matthæus Ferrer.
in addit.ad Guidopap.dec.208.Gutierez deGabel.
q.164.n.8.in fin.cum ſeq.juncto n.18.Peregrin.de
Jure Fiſci lib.6.tit.7.nu.19.Zacch.de obligat.Ca-
meral.q.5.nu.35.verſ.Nam cum debitor debitoris
Fiſcalis. Undè multò minùs manus Regia
15 contra eum poteſt exerceri, ut tradit *Peregr.*
d.tit.7.n.18.verſ.Ideòque Zacch.de obligat.Came-
ral.q.2.n.14.verſ.Sicque ubi ſubdit, niſi ſe ſu-
biacerit executionibus in forma Cameræ.

Et quamvis *Ripol.de Regalib.cap.32.num.18.*
*cum ſeqq.*relatus *à Card.de Luca de dote diſc.82.*
16 *n.4.* temperet prædictam opinionem, tenen-
do manu Regia executionem fieri quidem non
poſſe in perſona, ſecùs in bonis; Attamen
adhuc indiſtinctè ſequenda videtur opinio pro
denegatione executionis in judicio executivo
vel manu Regia etiam ſuper bonis; Nam Fi-
ſcus iſto caſu utitur Jure communi, ſeu priva-
17 ti, ut advertit *Gutierez loc.cit.num.18.* prout
ſemper contingit in omnibus caſibus, in qui-
18 bus non reperitur ſpecialitèr privilegiatus,
ut plenè firmant *Amaya in l.1.nu.25.C.de Jure*
Fiſci lib.10.& in obſerv.lib.3.cap.2.n.24. Fari-
nac.in fragment. par.1.in verbo Fiſci privilegia
n.150.cum duobus ſeqq.Fab.de Falco in ejus alle-
gat.30.n.25.impreſſ.penès Seaglion.de Regal.So-
lorzan.de Jure Indiar.lib.2.cap.18.n.32.cum ſeq
tom.3.Donat.Anton. de Marin.alleg.125.num.8.
Surd.dec.13.& dec.18.utrobique nu.1. & in du-
bio non præſumitur privilegiatus *Amaya dicto*
cap.2.in fine Farinac. ubi ſupra n.155.Surd.dicta
dec.18.n.1. Cum autem Fiſcus circa modum
agendi contra debitorem debitoris non repe-
riatur in Jure ſpecialitèr privilegiatus, valdè
19 gravaretur debitor debitoris, ſi manu Regia
vexaretur, aut executivè conveniretur à Fi-
ſco, dùm alioquin non valeret niſi ordinariè,
aut alio mitiori remedio ab ejus creditore
conveniri, & ſic ejus conditio efficeretur de-
terior, quod non eſt permittendum *Bald.in l.*
etiam 5.n.1.C.de execut.rei judic.Surd.d.conſil.4.
n.2.Merlin.de pign.lib.2.d.q.30.nu.30.cum duob.
ſeqq. Etenim ſicuti Vaſallus mei Vaſalli non
20 eſt meus Vaſallus, ita debitor debitoris
mei non eſt meus debitor, quia inter nos
nullum interceſſerit pactum, ut notat *Bald.in*
cap.cæterum 5. nu.12.in fine de judic. Surd. dicto
conſ.4.nu.2.Merlin.cit.q.30.n.30.cum ſeq. ſed ex
jure debitoris obligati convenitur debitor de-
21 bitoris *Merlin.d.q.30.nu.26.Capyc.dec.78.nu.3.*
Atque ideò contra debitorem debitoris pro-
cedendum eſt via ordinaria, quoties ille non
ſit obligatus in forma Cameræ, aut alio pacto
22 executivo, ut in ſpecie Fiſci tradit *Matthæus*
Ferrer.in addit.ad Guidopap.dec.208., & gene-
ralitèr *Saluſt.Tiber.in pract. A.C. lib.2.cap.12.*
n.17.Rot.cor.Ubald.dec.483.n.5.par.2. Agendo
conditione ex lege *l.1.C.de condit.ex lege Gloſſ.*
in l.ſi Debitum in verbo compellantur C. quia Fi-
ſcus,vel privat.Gloſſ.in l.Non intelligit 3.§.Mul-
ta in verbo multa ff.de Jure Fiſci Suarez loc.ſu-
pra cit. Vel actione utili, ideſt ea, quam ha-
23 bet debitor Fiſci directam, ut docet *Gloſſ.in*
d.l.Non priùs eodem verbo Fiſcalem Bart. in leg.
Non intelligitur §. Multa in fine ff. de Jure Fiſci
Cyriac.in l.3.ſub litt.E. verſic.Ex hac ratione pu-
to C. quando Fiſcus, vel privat. Nam cum ſub
obligatione, & tacita hypotheca competen-
te Fiſco ſuper bonis ſui debitoris veniat ipſum
24 nomen debitoris, proindè venire etiam de-
beat actio competens ipſi debitori contra
ſuum debitorem, ut optimè firmat *Merlin. d.*
q.30.num.21.cum ſeqq.

Com-

Competet etiam contra eum judicium Salviani, ſeu utilis hypothecaria ex *ſupra allegatis*, quando concurrant extrema, ad hunc effectum neceſſaria.

Qualitèr excuſſio fieri debeat.

RUBRICA TRIGESIMAQUINTA.

SI Nuncius miſſus ad dandam tenutam Creditori, referat, ſe nihil invenire, quod capi poſſit ſine controverſia de bonis Debitoris, (A) & Creditor velit agere hypothecaria contra alium, ſeu alios poſſeſſores. Faciat citari illos, contra quos vult agere, quod veniant ad docendum de bonis Debitoris, [B] & ſi non venerint citati ſecundum formam Statutorum loquentium de forma citationum, jubemus, ſine aliqua alia pronunciatione viam apertam eſſe hypothecariæ actioni, & agi poſſe contra poſſeſſores bonorum obligatorum. Si verò venerint, aſſignet eis Iudex terminum octo dierum; infra quem probent res eſſe in bonis debitoris, quæ poſsideantur per alios, & quæ ſine controverſia capi poſsint. Quo probato, Creditor contra illa bona procedere poſſit. Si verò in bonis Debitoris infra dictum terminum nil oſtenderet eſſe, quod non poſsideatur per alios, vel quod ſine controverſia capi poſsit, tunc Iudex, Adverſario præſente, vel ſaltem legitimè citato pronunciet inveniri de bonis Debitoris, quæ ſine controverſia capi poſsint, & excuſsionem legitimè factam eſſe, & tunc agi poſsit hypothecaria, & avocari poſsit ipſa res petita per hypothecariam per ſolam probationem obligationis, & quod ipſa res fuerit in bonis Debitoris, ſive per ipſum poſſeſſa tempore obligationis, vel poſt, & ſic facta habeatur pro legitima excuſſione, & ipſi excuſsioni ampliùs opponi non poſsit. Et idem ordo, & modus obſervetur in omnibus aliis caſibus, in quibus de jure excuſsio fieri deberet.

SUMMARIUM.

1 EXceptio excuſſionis an ſit dilatoria, vel anomala, remiſſivè.

2 Exceptio excuſſionis ad quos effectus deducatur.

3 Executio facienda eſt priùs ſuper bonis mobilibus, & ſe moventibus, ſecundo loco ſuper immobilibus, tertio loco ſuper nominibus debitorum, quarto loco excutienda ſunt bona fidejuſſoris, & ultimo capitur perſona debitoris.

4 Quo ordine non ſervato non reſultat nullitas executionis, & ſubhaſtationis, ſed tantùm inducitur gravamen, & injuſtitia, per quam competit appellatio. Decl.n.5. Lim.n.6.

6 Executio perſonalis fieri poteſt, nulla præcedente diſcuſſione bonorum, quando debitor eſt obligatus in forma Cameræ, vel quarantigiæ.

An verò iſto caſu conventus poſſit opponere, quòd ſuis ſumptibus, expenſis, & periculo excuſſio fiat, remiſſivè num.12.

Vigore obligationis Cameralis competit variatio contra coobligatos de uno ad alium, de principali ad fidejuſſorem, de re ad rem, ac de perſona ad rem num.6.& num.11.

7 Carcerari debitor non poteſt in Provincia Romandiolæ quotiès debitum non excedat ſummam ſcutorum quinque monetæ veteris Romandiolæ.

8 In Salviano contra tertium poſſeſſorem intentato, admittitur exceptio excuſſionis debitoris.

9 Contraria opinio in praxi eſt recepta, tanquàm magis communis, & verior.

10 Maximè concurrente favore Creditoris clauſula *Precarii*, vel *Conſtituti*, vel obligatione Camerali.

Contra Cameram non poteſt opponi exceptio excuſſionis num.10.

11 Agi an poſſit ſuper bonis generalitèr, omiſſis ſpecialitèr obligatis, remiſſivè.

12 Excuſſionis exceptione non competente, an ſaltem opponi valeat, quod propriis expenſis, & periculo fiat, remiſſivè.

13 Fidejuſſor conveniri non poteſt non excuſſo principali debitore, aliàs judicium eſt nullum. Limita num.14.15.16.17.18.19.

16 Excuſſionis exceptio non poteſt opponi, quando illi expreſsè fuit renunciatum.

Obligatus in forma Cameræ non poteſt opponere excuſſionem num.16.

20 Ceſſionario prætendenti regreſſum contra cedentem opponi poteſt exceptio excuſſionis debitoris ceſſi, & illius fidejuſſoris. Ampl.num.21. Lim.num.22.& 23.

24 Excuſſio bonorum Mariti an opponi valeat Uxori, agenti contra tertium pro aſſecuratione dotis ob vergentiam Viri ad inopiam.

25 Excuſſio bonorum Mariti, quando opponi poteſt Uxori agenti contra tertium pro aſſecuratione ſuæ dotis, tunc requiritur plena probatio inopiæ illius.

26 *Statutum Vrbis lib.1.cap.129.* mandat, debere conſtare de inopia Mariti per Teſtes, & alias legitimas probationes, quotiès Uxor agit pro aſſecuratione ſuæ dotis.

27 Aſſecuratio dotis Uxori competit, quando Maritus incepit malè uti ſubſtantia ſua, etiamſi non ſit inops, ad quem effectum ſufficiunt leviores probationes. Vide ibi, & num.28.

28 Declara procedere ad effectum agendi contra eundem Maritum; Secus verò contra tertium.

Negligente Uxore introducere judicium aſſecurationis dotis, detecto principio dilapidationis, ſequuta nova alienatione non poterit ipſa agere contra tertium acquirentem num.28.

Ino-

29 Inopia Mariti ad effectum agendi contra tertium poſſeſſorem in actione hypothecaria, & reivindicationis pro aſſecuratione dotis dicitur probata, quando facultates illius non ſufficiunt pro ſatisfactione creditorum, & dotis.

30 Uxore agente contra tertium ex remedio Salviani pro aſſecuratione ſuę dotis ob vergentiam Viri ad inopiam, non requiritur excuſſio.

31 Maximè concurrente clauſula *Conſtituti*, & obligatione Camerali in Inſtrumento dotali.

32 Excuſſio facta legitimè dicitur, quando unus, vel plures Executores, à Judice deputati, retulerunt perquiſiviſſe bona debitoris, illaque non inveniſſe.

33 Excuſſio facta legitimè dicitur, vel ſaltem illius loco ſuccedit præfixio termini ad indicandum bona debitoris, ſuper quibus fieri poſſit executio, ſi intra terminum à Judice præfixum non fuerint indicata.

34 Excuſſio ſuperflua eſt, quando notoriè conſtat, debitorem non habere alia bona præter Salarium.

35 Excuſſio non requiritur, quando notoriè conſtat de decoctione debitoris.

36 Excuſſio non eſt facienda bonorum debitoris, exiſtentium in territorio, ſeu juriſdictione alterius Principis.

37 Excuſſio non eſt facienda bonorum debitoris, ſitorum in loco diverſo, quamvis vicino, & ſub eodem Principe. Contrarium n.38.

40 Sententia interlocutoria ſuper excuſſione facta non requiritur.

Contrarium concurrente diſpoſitione particularis Legis, Conſtitutionis, aut Statuti, prout diſponit illud *Faventia num.39.*

OBSERVATIO.

EXcuſſionis exceptio, an ſit dilatoria, adeò
ut opponenda ſit ante litis conteſtationem,
1 an potiùs anomala, quæ quandocumque op-
A poni valeat, examinant, præ cæteris, *Petrus
Barboſ.in l.Si conſtante ſub n.60.ff.ſolut.matr.Salgad.Labyrint.Credit.par.1.cap.23.n.75.cum pluribus ſeqq. Pacific.de Salvian.inſpect.2.c.2.n.72. Pigant.ad Statut.Ferrariæ lib.1. Rubr.14.nu.19. & Rubr.29.num.49. Gutierez de juram.confirm. par.1.c.23.n.14.cum ſeq.ac n.17.cum ſeq.Cancer. var.reſol.par.2.c.5.n.145. cum ſeqq.& Merl. de pign.lib.5.q.72.cum ſeq.* ſolet deduci ad varios
2 effectus, nempè circà ordinem, & modum
exequendi ad evitandum majus damnum debitoris, nàm in executione primo capienda ſunt bona mobilia, & ſe moventia, ſecundo loco immobilia, tertio loco nomina debitorum, per *Tex. in l.à D.Pio §.In vendit.ubi Gloſ.& DD. ff.de re judic.* quarto loco excutienda ſunt bona fidejuſſoris, quia facultates fidejuſſoris cenſentur aggregatæ facultatibus debitoris, ut reſpondit *Roman.conſ.320.n.2.* quem ſequitur *Fenzon.ad Stat.Urb.lib.1.cap.193.num.7.* & ultimo loco capitur perſona debitoris, ut plenè firmant *Poſtb.de ſubhaſt.inſpect.14.nu.1.cum ſeqq. Ridolphin.prax.par.1.cap.14.nu.347.Fenz.in loc. cit.n.5.cum ſeqq.* qui ordo cum ex humanitate,
4 & benignitate videatur ſervandus, eo neglecto, non reſultat nullitas executionis, & ſubhaſtationis, ſed tantùm inducitur gravamen, & injuſtitia, per quam competit appellatio, ſecundùm magis communem, & in judicando, & in praxi ſequendam opinionem, ut concordantibus relatis proſequitur *Poſt.loc.cit.nu.20. cum ſeq. Conciol. ad Statut. Eugab. lib.2. cap.19. n.41.* niſi Judex in mandato, ſeu ſententia præſcripſerit hujuſmodi ordinem in exequen-
5 do, nam tunc eo non ſervato, executio, & ſubhaſtatio, nè dum erit injuſta; ſed etiam nulla ipſo jure, tanquam facta contra voluntatem Judicis, ut firmat *Poſt.* ubi ſupra *nu.31. Gallerat.de renunc.tom.2.renunc.186.nu.3.propè finem.*

Prædictus tamen ordo non eſt ſervandus contra obligatum in forma Cameræ, vel guarantigiæ, nam tunc incipi poteſt à captura
6 perſonæ, etiam nulla præcedente diſcuſſione bonorum; Imò unico contextu fieri valet executio perſonalis, & realis, ac admittitur variatio contra coobligatos de uno ad alium, & de principali ad fidejuſſorem, ac de re ad rem, & de perſona ad rem, juxta quotidianam praxim, ut docet *Ridolphin.dicto cap.14. num.348.& Conciol.loc.cit.*

Advertendo, quem non poſſe carcerari, niſi debitum excedat ſummam ſcutorum quin-
7 que monetæ veteris Romandiolæ, juxta reſolutionem *Sac.Conſultæ*, de qua teſtatus eſt V. Legatus Provinciæ in ſequenti ejus Epiſtola, ſcripta Gubernatori noſtræ Civitatis Faventiæ ibi: *In eſecuzione della riſoluzione fatta dalla Sagra Conſulta, come per lettera dell'Illuſtriſſimo Sig.Cardinale S.Giorgio ad iſtanza della Compagnia della Morte di coſtì V.S. ordinarà, che per l'avvenire s'affigga una Tavoletta in Cancellaria criminale, dove ſiano regiſtrati gl'accluſi capi, contenuti nella lettera del prefato Illuſtriſſimo Sig.Cardinale in queſta materia, a tal'effetto glie la mando &c. Di Ravenna li 5. Decembre 1600.*

Come Fratello Affettionatiſs.
Marſiglio Veſcovo V. Legato.

Ordini ſtabiliti dalla Sacra Conſulta, come per lettera dell'Illuſtriſs. Sig. Cardinale S.Giorgio delli 18. di Novembre 1600. &c. Che non ſi poſſa carcerare alcuno per debito, ſe non eccede la ſomma di ſcudi cinque &c.

Opponitur etiam aliquando agenti in Salviano contra tertium poſſeſſorem, quæ exce-
8 ptio excuſſionis etiam in hoc judicio adimittitur de Jure, ſecundum veriorem opinionem, fundatam in diſpoſitione *Text. Auth. hoc ſi debitor C. d. pign.* quam tenuerunt *Natt.conſ.521. vol.3. Anton. Faber de error.Pragmat.decad.57. error.5. Aul. Cecin. in ejus reſponſo, impreſs. penès Scapucc. de Salvian.lib.2.poſt quæſt.19.* alios cumulat *Gait. de credit. cap.4. quæſit.7. n.776.*

cum

cum quatuor ſeqq. juncto num. 783. cum tribus
ſeq. Theſaur. deciſ. 175. num. 5. cum ſequen.
Sed contraria opinio in praxi eſt recepta, &
9 ſervatur tanquam magis communis, & verior,
quam præ cæteris tenuerunt Surd. conſ. 513.
num. 19. Pacific. de Salvian. inſpect. 2. cap. 2. n. 40.
cum ſeqq. ubi nu. 50. cum ſeqq. reſpondit diſ-
poſitioni d. Auth. hoc ſi debitor Conciol. alle-
gat. 48. num. 5. cum ſeqq. ubi poſt cumulatos
DD. & deciſ. concordantes, ſubdit, hanc opi-
nionem eſſe communiſſimam, & temerarium
eſſe ab ea, tàm in judicando, quam in con-
ſulendo, recedere; Maximè cum ſit ab uſu,
obſervantia, & conſuetudine approbata, quo
caſu ea eſt attendenda, non obſtante contra-
ria Juris communis diſpoſitione, & in tract.
de hærede art. 1. nu. 192. Gait. loc. cit. nu. 781.
cum ſeqq. Merlin. de pign. lib. 5. quæſt. 69. n. 46.
pleniſſimè Bonden. collect. 49. n. 88. Urceol. con-
ſultat. 22. nu. 26. cum ſeq. vol. 1. Ridolphin. prax.
par. 2. cap. 6. nu. 107. cum ſeq. Merlin. deciſ. Lu-
cenſ. 22. nu. 9. cum duobus ſeqq. Thomat. dec. 96.
n. 19. cum ſeqq. Rot. in rec. deciſ. 17. n. 49. par. 5.
coram recol. mem. Coccin. deciſ. 922. num. 5. poſt
Zacch. de oblig. Cameral. dec. 258. num. 14. repe-
tita coram Ubald. deciſ. 775. Ea ratione quia in
judicio Salviani, tanquam poſſeſſorio, non eſt
admittenda hæc exceptio altiorem indaginem
requirens, ut advertit Pacific. & Merlin. dec.
Lucenſ. loc. cit. ac aliis mox allegatis.

Quod faciliùs procedit concurrente favore
creditoris clauſula Præcarii, vel Conſtituti,
10 Merlin. de pign. lib. 5. quæſt. 69. nu. 23. Rot. co-
ram Priolo deciſ. 286. num. 9. vel obligatione
Camerali Gratian. diſcept. 38. num. 7. Merlin. d.
quæſt. 69. nu. 46. ubi plures concordantes Bon-
den. allegat. collect. 49. nu. 95. Rot. coram Priolo
loc. cit. Nam adſtrictus vinculo talis obligatio-
nis ita teneri voluit, ac ſi eſſet debitor Came-
ræ, quæ ad excuſſionem adſtringi nequit, ut
firmat Zacch. de oblig. Cameral. quæſt. 15. n. 16.
cum ſeqq. Bonden. d. collect. 49. nu. 94.

Qua obligatione Camerali concurrente,
ceſſat etiam illa controverſia, quæ contingere
11 ſolet, an poſſit agi ſuper bonis generaliter,
omiſſis ſpecialitèr, obligatis, quam diſcutit
Pacific. de Salvian. inſpect. 3. cap. 4. nu. 68. verſ.
Secundo quæro cum pluribus ſeqq. Merlin. de pign.
lib. 4. quæſt. 21. nu. 32. cum ſeqq. juncto num. 48.
cum ſeqq. Conciol. d. allegat. 48. nu. 9. cum ſeqq.
Gratian. diſcept. 38. num. 1. cum ſeqq. Thomat.
deciſ. 97. nu. 22. cum ſeqq. cujus virtute compe-
tit creditori electio agendi ſuper bonis obli-
gatis ſibi beneviſis, rejecta neceſſitate excuſ-
ſionis aliorum bonorum in ſpecie obligato-
rum, ut reſpondit Surd. conſ. 513. nu. 20. Paci-
fic. de Salvian. cit. d. cap. 4. n. 86. cum ſeq. Zacch.
d. quæſt. 15. nu. 18. ubi quod iſto caſu omnia
bona videntur conſtituta in pignus Prætorium
Urceol. conſult. forenſ. cap. 22. n. 23. Barz. dec. 108.
ſub nu. 29. verſ. ſicuti etiam, Rot. cor. Buratt.
dec. 441. n. 8. verſ. exceptio excuſſionis ibique
Adden. littera B. in recen. deciſ. 449. n. 8. verſ.
Minus part. 3. deciſ. 30. n. 24. cum ſeq. par. 10.

An autem eadem obligatio Cameralis ope-
retur etiam, ut nec pulſatus, ſeù conventus
opponere valeat; quod ſuis ſumptibus, expen-
12 ſis, & periculo ab agente excutiatur principa-
lis debitor, dùm alioquin in illis caſibus, in
quibus exceptio excuſſionis non admittitur,
poſſit opponi, quod propriis expenſis, & pe-
riculo principalis debitor à creditore agente
excutiatur, vide Bonden. allegat. collect. 49.
nu. 89. cum pluribus ſeqq. cum ibi adductis Car-
lin. controv. lib. 1. cap. 96. nu. 22. cum ſeq. An-
dreol. controv. 52. num. 11. verſ. Ex quibus,
Salgad. labyrint. Credit. par. 1. cap. 23. num. 21.
Pigant. ad Statut. Ferrariæ lib. 1. rubr. 14. n. 13
Amat. deciſ. Ferrarien. 34. nu. 7. in fine cum ſeq.

A fidejuſſore contractus quoquè opponitur
iſta exceptio excuſſionis, & quidem jure, cum
13 cautum ſit, ipſum non poſſe conveniri non
excuſſo priùs principali debitore Auth. præ-
ſente C. de fidejuſſoribus §. 1. Collat. 1. Auth. pa-
ritèr de fidejuſſor. & firmant communitèr Scri-
bentes, ita ut præpoſteraro ordine judicium
contra fidejuſſores, non excuſſo principali, ſit
nullum, docet Salgad. labyrint. Credit. par. 1.
cap. 23. num. 41.

Ceſſat tamèn neceſſitas excuſſionis, quan-
do ſe obligavit tanquàm principalis, & in ſo-
14 lidum, ut infinitis cumulatis firmat Andreol.
contr. 52. nu. 3. cum ſeqq. ubi etiam adducit ra-
tiones. Nec non ex diſpoſitione Statuti Urbis
lib. 1. 155. vigore cujus poteſt conveniri fide-
juſſor, non excuſſo principali debitore, ut ibi
notat Fenzon. nu. 1.

Pariterquè quando concurrit juramentum
15 in obligatione fidejuſſoris, ut proſequitur
Andreol. mox. alleg. nu. 9. qui tamen n. 10. ſub-
dit, hanc opinionem non eſſe tutam, cum
non deficiant DD. contrarium ſentientes.

Tollitur verò omnis occaſio dubitandi,
quando expreſſe fuit renunciatum excuſſione
16 vel quando fidejuſſio munita eſt obligatione
Camerali, cujus virtus eſt exceptionem excuſ-
ſionis excludere, cum tùm fidejuſſor reſpectu
creditoris dicatur reus debendi, ac principa-
litèr, & in ſolidum obligatus, ac tanquàm
talis valeat inſolidum, & principalitèr con-
veniri Pigant. ad Statut. Ferrariæ lib. 1. rubr. 14.
num. 14. Cephal. conſ. 439. nu. 24. Surd. dec. 94.
n. 5. Andreol. ubi ſupra nu. 10. Rota penès Zacch.
de oblig. Cameral. deciſ. 118. num. 7. cum ſeq. &
alibi paſſim.

Eximitur etiam creditor ab onere excuſſio-
nis, quando principalis debitor eſt abſens à
17 loco judicii, in quo agitatur, vel agitari po-
tuit, commorando in aliena juriſdictione, cum
tùnc dicatur difficilis debitoris conventio, ut
firmat Salgad. allegat. cap. 23. num. 15.

Idemque procedit, ſi debitor principalis ſit
18 difficilis conventionis, utpotè quia ſit po-
tens, rixoſus, cavilloſus aut in ſolvendo du-
rus, & inexorabilis cum ſimilibus, quia pa-
ria ſunt, non eſſe ſolvendo, vel difficilem in
conveniendo per Tex. in l. Si quis ſtipulatus,
§. final. ff. de fidejuſſor. Salgad. d. cap. 23. n. 17.

cum

cum ſeqq. ubi *nu.*20. ſubdit, quod Judicis ar-
bitrio relinquitur quanta eſſe debeat difficul-
tas, rixoſitas, & potentia debitoris.

Similitèr non requiritur excuſſio, quando
19 fidejuſſor negavit ſe eſſe talem, cum tunc be-
neficio excuſſionis ob ejus mendacium indi-
gnus judicetur, ut tenet *Olea de ceſſ. jur. tit.*5.
*quæſt.*4. *num.*29. & *nu.*31. Quod procedit ſo-
lum quando ſcientèr, & doloſè negavit, cum
intentio fallendi requiratur, ut mendacii pœ-
na ſequatur, ſecundùm humaniorem ſenten-
tiam, quam amplexus eſt *Senatus Pedemonta-
nus penès Theſaur. deciſ.*50. *nu.*3. *verſ. Pro con-
traria cum ſeqq.*

Prædicta exceptio excuſſionis opponi etiam
ſolet ceſſionario, prætendenti regreſſum con-
20 tra cedentem nomen debitoris, nam ipſe
tenetur priùs excutere bona debitoris ceſſi, &
illius fidejuſſoris antequàm agere valeat con-
tra cedentem, cum ceſſio contineat tacitam
conditionem regreſſus contra cedentem qua-
tenus à ceſſionario nomen debitoris ceſſum
exigi non poſſit *Surd. conſ.*22. *nu.*10. *Altograd.
conſ.*37. *nu.*27. *vol.*1., *Cenc. de cenſib. quæſt.*72.
*nu.*22. *verſ. Cæterum. Cyriac. controv.*375. *n.*17.
*cum ſeqq. Salgad. labyrint. Credit. par.*1. *cap.*10.
*nu.*40. *Olea de ceſſion. jur. tit.*7. *quæſt.*3. *num.*37.
*Merlin. de pign. lib.*5. *quæſt.*5. *num.*9. *Adden. ad
Burate. dec.*476. *num.*17. *Andreol. controv.*175.
21 *num.*1. ubi ampliat procedere, quamvis,
renunciatum fuerit beneficio excuſionis *Vr-
ceol. conſultat.* 2. *num.* 14. *verſ. Sed in propoſito
cum ſeq.*

Sed exiſtentibus bonis debitoris ceſſi adeò
intricatis, ut de facili disbrigari non poſſint,
22 competit ceſſionario regreſſus abſque excuſ-
ſione *Scacc. de Commerc. & Camb.* §.2. *Gloſſ.*5.
*n.*268. *Adden. ad Burat. loc. cit. n.*18. *Olea ubi ſupr.
nu.*38. *Rota Genuen. dec.*156. *nu.*7. *cum ſeq: Tho-
mat. dec.*61. *num.*22. *cum ſeqq.* ubi etiam reſ-
pondet contrarjis *par.*1., *Mnta deciſ.*24. *n.*30.
*Rota penès Poſth. de ſubhaſt. dec.*51. *n.*3. *ac dec.*72.
*num.*8. *coram Birb. dec.*518. *num.*10. *in recent.
dec.*666. *nu.*10. *cum ſeq. par.*4. *tom.*3. *dec.*393.
*nu.*14. *par.*16.

Paritèr non deſideratur excuſſo, quando ce-
dens in actu ceſſionis pro debitore fidejuſſit,
23 & uti principalis, principalitèr, & inſolidum
favore ceſſionarii ſe obligavit, quod pro
cautela ad tollendam neceſſitatem excuſſionis
à praxi introductum eſt, ut docet *Cenc. d.
quæſt.*73. *nu.*22. *verſ. Quam neceſſitatem.*

Variant *DD.* in deliberando, an requiratur
24 excuſſio bonorum Mariti, quando Uxor ob
illius vergentiam ad inopiam agit contra ter-
tium pro aſſecuratione dotis, cum negativa
opinio videatur in punctos Juris verior, ut di-
xit *Rota coram Vbald. deciſ.* 775. *n.*17. *cum ſeqq.*
ubi tamen poſt relatas rationes, & auctorita-
tes relinquit articulum indeciſum, quia con-
ſtabat de inopia Mariti. Affirmativam verò
tanquàm magis receptam tenent *Petrus Bar-
boſ. in l. Si conſtante ſub n.*58. *cum ſeqq. ff. ſolut.
Matr. Auguſtinus Barboſ. in l. Vbi adhuc* 29.
*n.*18. *C. de Jure dot. Roman. in d. l. Si conſtante n.*3 ꝛc.

Quatenùs autem ſequenda ſit opinio affir-
mativa, maximè ad evitandum circuitum
inutilem, qui alioquin ſequeretur, ſi tertius
poſſeſſor conventus, habens cauſam à Marito,
contra ipſum retorqueret moleſtationes, cum
tunc agatur de magno præjudicio, requiritur
25 plena probatio inopiæ Mariti, adeò ut nec
ſufficiat ſemiplena, ut docet *Barboſ. in d. l. Si
conſtante n.*68. *in fine*, *verſ. Vndè infertur cum
ſeq.* & priùs *Barc. ibidem n.*15. *Fontanell. de pact.
nuptial. clauſ.* 7. *Gloſſ.* 2. *par.*3. *n.* 39. & diſtin-
guendo firmant *Rodoer ad Donat. Anton. de
Marin. reſolut. quotid. lib.*1. *cap.*20. *n.* 29. *cum
ſeq. Giurba ad conſuetud. Meſſanen. cap.*13. *Gloſſ.*3.
*n.*11. *Poſth. reſol.*26. *n.*42. *cum ſeqq. Rota in re-
cent. deciſ.* 239. *n.*14. *par.*19.

Maximè ex diſpoſitione *Statuti Vrbis lib.*1.
26 *cap.* 129. mandantis, de inopia conſtare de-
bere per teſtes, & alias legitimas probationes,
& firmat *ibidem Fenzon. n.*28. *verſ. Non creda-
tur cum ſeq.* quod cum ſit deciſorium, in quo-
cumque Tribunali ſervandum eſt, juxta decla-
rationem factam in *Signatura Gratiæ d ſa. me.
Clemente VIII.* ut teſtatur *Vrſell. concluſ.* 152.
num. 3. 9.

Non obſtante, quod Jus commune anti-
quum circa actionem pro aſſecuratione dotis
ſit innovatum, cum ex *Jure noviſſimo* hodiè
non requiratur, Maritum eſſe inopem, ſed
27 ſufficiat, eum incipere malè uti ſubſtantia
ſua, juxtà *Text. in Auth. de æqualit. dotis* §. *Il-
lud. quoque*, ibi: *Si male res Maritus gubernet*,
& infra ibi: *cur mox Viro incohante malè ſub-
ſtantia uti*, & tradit *Auguſtin. Barboſ. loc. cit.
n.*10. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.*7. *Gloſſ.*2.
*par.*3. *num.* 23. *cum ſeq. Merlin. de pign. lib.* 3.
*quæſt.*73. *n.*25. *Giurb. deciſ.* 16. *n.*1. *verſ. Imò*,
Rota coram Vbald. deciſ. 775. *n.*12.

Nàm diſpoſitio dictæ *Auth.* procedit, quan-
do Mulier agit contra Maritum pro aſſecura-
28 tione dotis, ut ex ejus lectura, cum tunc le-
viores probationes ſufficiant, ut diſtinguendo
firmat *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*7. *Gloſſ.* 2.
*par.*3. *n.*38. & 4. ubi, quod ſatis eſt, aliena-
tionem alicujus rei fieri poſt receptam dotem
Giurb. ad conſuetud. Meſſanen. loc. cit. vel quan-
do ea poſſidens cum Marito bona jure fami-
liaritatis ſe opponit pro retentione bonorum
ſibi hypotecatorum creditoribus, venientibus
adverſus Virum, cum facilius paretur exce-
ptio, quàm detur actio, abſque eo quod iſto
caſu teneatur præmittere judicium excuſſionis
& reportare ſententiam declarantem ſuper
eventu caſus inopiæ Viri, ut advertit *Merlin.
d. quæſt.* 73. *n.*15. *verſ. Quicquid cum tribus ſeq.*
ubi etiam teſtatur de communi opinione, non
autem contra tertium, alioquin non require-
retur excuſſio bonorum Viri, cum ſufficeret
probare, eum incipere malè uti ſubſtantia ſua,
utpotè quia inceperit dilapidare, expendendo
ultra redditum ſuarum facultatum, nimirum
fidejubendo, cum ſimilibus, circa quæ non
poteſt firmari certa regula, ut docent *Fonta-*

*nell. de pact. nuptial. clauſ. 7. Gloſſ. 2. par. 3.
n.25. Rota in rec. deciſ.10.n.11. cum ſeq.par.12.
& deciſ. 474. n.10. par. 14. Petrus* tamen *Bar-
boſ. loc. cit. n.3. verſ. Quare Ego cum ſeqq.* jun-
cto *n. 9.verſ. Sed hæc opinio cum ſeq.* tenet, *le-
ges Digeſtorum, Codicis, & Authenticorum*,
nullam habere inter ſe diſcrepantiam, adeòut
circa actionem pro aſſecuratione nihil fuiſſe
immutatum per *d. Auth.de æqualit.dot.* Addo,
quod ſi ſecùs eſſet, & ſic verba ejuſdem *Text.
in d. §. Illud. quoque* eſſent attendenda, prout
ſonant, reſultaret, quod Mulier poſtquam vi-
dit Maritum incepiſſe *malè* uti ſubſtantia ſua;
& non petiit aſſecurationem dotis, ſi fuerit in
ſui poteſtate, & perfectæ ætatis, privaretur
actione petendi aſſecurationem, ut diſponitur
in eodem §. *Illud*, ibi: *Si quidem ſuæ poteſtatis,
& perfectæ ætatis Mulier eſt, ſibimet culpam
inferat, cur mox Viro inchoante malè ſubſtantia
uti, non percipit, & non auxiliatu eſt ſibi*, &
quidem etiam ut plurimum contra tertium,
in quem poſteà ſequuta fuerit alienatio, quia
ſi detecto principio dilapidationis Uxor ne-
glexit introducere judicium contra Virum,
antequam ad ulteriorem dilapidationem de-
veniret, ſequuta nova alienatione, non pote-
rit contra tertium acquirentem agere, ut præ-
ſcribunt verba mox relata *d. §. Illud quoque*,
niſi dicamus, quod cum aliter in praxi, & in
Tribunalibus ſervetur, non *Jus commune*, ſed
opinio à conſuetudine, & ſtylo amplexa, ſer-
vanda eſt, ex firmatis per *Conciol. allegat.48.
n.7. cum ſeq. vol.1.*

Dicitur autem probata inopia Mariti ad
effectum agendi contra tertium poſſeſſorem in
29 actione hypothecaria, & rei vindicatione,
quando facultates non ſufficiunt pro ſatisfa-
ctione creditorum, & dotis Uxoris, juxta
*Text. in l. ſi conſtante 25.ff.ſolut. matrim. ibique
Petrus Barboſ. ſub n. 4.* & inſufficientia proba-
tur concurrentibus iis, de quibus per *Rot.co-
ram Ubald. dicta deciſ. 775. n.14.*

Animadvertendum, quod ſi Mulier agat
contra tertium ex remedio utilis Salviani in-
terdicti, tunc non requiritur excuſſio, ut do-
30 cet *Merlin. dicta quæſt. 73.nu.30.* & reſpondit
Rot.coram Ubald. dicta deciſ. 775. n.25.

Et ſine difficultate concurrente clauſula
Conſtituti, vel obligatione Camerali in Inſtru-
31 mento *Rodoer.ad Donat.Anton.de Marin.lib.1.
cap.20. n.15. & 16.*& aliis relatis proſequitur
Rot. coram Ubald. dicta deciſ. 775. n. 24.

Excuſſio autem bonorum principalis debi-
toris in iis caſibus, in quibus requiritur, ea
facta legitimè, & validè dicitur, quando unus,
32 vel plures executores, à Judice deputati,
retulerunt, perquiſiviſſe bona debitoris, illa-
que non inveniſſe, ut præter adductos ſupra
in Annot. ad Rubr. 6. litt. C. hoc eodem libro fir-
mant *Zacch. de Salar. quæſt. 108. n. 15. Pigan.
ad Statut. Ferrariæ lib.1. Rubr. 29. n.34. Poſth.
de ſubhaſt.inſpect.14.n.37.cum ſeq.Rot.in recent.
deciſ.14. ſub n.2. par.2.*

Facta quoque validè cenſetur excuſſio, vel
B ſaltem illius loco ſuccedit, ſi per Judicem ad
33 inſtantiam Partis præfixo termino ad indi-
candum bona debitoris, ſuper quibus fieri
poſſit executio, illa indicata non fuerint, jux-
ta praxim traditam per *Gloſſ. in l. à Divo Pio
§. In venditione verbo capiantur ff. de re judic.
Merlin. de pign. lib. 5. quæſt. 69. n.16. Zacch. de
Salar. quæſt. 108. n.22. Salgad. labyrint. Credit.
par.1. cap. 23. n.88. Urceol. conſultat. 2. n. 16.
Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 14. nu. 36. Rot. coram
Merlin. deciſ. 470. n.3. coram Carill. deciſ. 185.
ſub n. 1. coram Cardin. Celſo deciſ. 212. n. 6.* ubi
ſubdit, id eſſe tam de ſtylo Curiæ, quàm de
Jure.

Superflua erit excuſſio, ſi notoriè conſtet,
debitorem non habere alia bona præter ſala-
34 rium, ut concordantibus relatis firmat *Zacch.
de Salar. dicta quæſt.108. n.16.*

Sicuti etiam non erit neceſſaria, quando
notoriè conſtat de decoctione debitoris, ut
35 firmant *Ciarlin.controverſ. lib.1. cap.95. n.19.
verſic. Sed cum. Merlin. de pign. lib.5. quæſt.69.
n.7. Salgad. labyrint.Credit. par.1. cap.23. n. 4.
cum ſeqq. juncto n.30.Rot.coram Celſo deciſ.233.
n.7. coram Bich.deciſ.484.n.2. in recent. dec.25.
n.11. par.11.& deciſ.408. n.8. par.14.*

Minùſque facienda erit excuſſio bonorum
debitoris, exiſtentium in territorio, ſeu ju-
36 riſdictione alterius Principis, quia acerbum
eſt mittere alibi creditorem pro conſequenda
ſatisfactione ſui crediti, ut inquit *Text. in
Auth.de fidejuſſor.ſub §.Si quis igitur circa med.*
reſpondit *Vermigliol. conſ. 479. n. 10.* ubi age-
batur de ſuſpenſione hypothecarum, & actio-
num Creditorum ſuper bonis aſſignatis pro
dote Montis Gualenghi uſque ad legitimam
excuſſionem aliorum bonorum *Zacch. de Salar.
ubi ſupra n.22. Salgad. dicto cap. 23. n. 15. cum
ſeqq. Ciarlin. cit. cap.95. n.14. Anat.deciſ.Fer-
rarien. 34.n.4. cum ſeqq.Rot.in recent. deciſ.14.
n.3. par.2. dec.229. n.5. par.19.* ubi de Muliere
agente pro conſtitutione dotis ſuper bonis fi-
deicommiſſariis, omiſſis bonis liberis, exi-
ſtentibus extra Statum Eccleſiaſticum.

Et quamvis amplietur procedere etiamſi
verſetur in loco vicino, & ſub eodem Princi-
37 pe, ut tradit *Pigant. ad.Statut.Ferrariæ lib.1.
Rubr.14. n. 28.* dummodò excuſſio fieri valeat
abſque incommodo, & difficultate, ut proſe-
quitur *ibidem idem Pigant.Theſaur deciſ.40.n.3.*
quod Judicis arbitrio remittendum eſt, ſecun-
dum opinionem *Ciarlin. controverſ. lib. primo
cap. 95. n. 15.* Attamen cum *DD.* per ipſum
Pigant. allegati, & *Theſaur.mox.citat.* loquan-
tur in terminis bonorum ſitorum ſub juriſdi-
38 ctione alterius Principis, non videtur idem
judicandum de bonis exiſtentibus in diverſo
territorio, ac ſub eodem Principe, à quo cum
faciliùs conſequi valeat complementum juſti-
tiæ, militat diverſa ratio.

Mandante *noſtro Statuto*, Judicem debere
C pronunciare, non fuiſſe inventa bona debito-
ris; quæ ſine controverſia capi poſsint, & ex-
cuſsionem legitimè factam fuiſſe, utique re-
39 qui-

Digitized by Google

39 quiritur ſententia interlocutoria, ad tradita per *Scacc. de ſentent. & re judic. gloſſ. 14. quæſt. 6. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 83. n. 171. cum ſeqq.*

Cæterum ceſſante particulari *Statuto, Lege,* ſeu *Conſtitutione*, non requireretur expreſſa
40 pronunciatio, nam ſufficeret tacita, ut firmatum fuit ſupra *in Annot. ad Rubr. VI. hoc eodem lib. III. n. 19. & 20.*

ADDIT. AD RUBR. XXXV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 **B**Ona mobilia priùs ſunt excutienda, & poſteà immobilia. Limita num. 2.
3 Carcerari non poteſt debitor, niſi debitum excedet ſummam Scutorum quinque monetæ veteris Romandiolæ.
4 Uxor vergentiam viri ad inopiam non tenetur probare pro aſſecuratione ſuę dotis vel facere excuſſionem, quando excipit per modum retentionis.
5 Praxis faciendæ excuſſionis remiſſivè.
6 Excuſſio non eſt facienda, quando notoriè conſtat de inopia debitoris.

Num. 2. Excutienda ſunt priùs bona mobilia, alioquin non permittitur exequi ſuper immo-
1 bilibus,* ut etiam firmat *Pellagat. penes Bonden. in annot. ad Oter. de paſc. cap. 49. n. 352. cum ſeq.*

Quando verò mobilia fuerunt jam diſcuſſa, & ſolùm ſuperſunt excutienda immobilia,
2 tunc ommiſſis mobilibus* directò poteſt agi ſuper immobilibus ut firmat *Pellagat. ubi ſupr.*

Num. 7. Carcerari quis non poteſt niſi debitum excedat ſummam Scutorum quinque monetæ
3 veteris Romandiolæ,* ut in Urbe niſi debitum excedat ſummam juliorum octuaginta quatuor, & tradit *Caſtellin. in ejus obſervat. ad Bannimenta obſervat. 6. n. 4. & ſeqq.*

Num. 28. Uxor excipiendo per modum retentionis bonorum contra Creditores Viri agentes
4 pro eorum creditis,* non tenetur pro aſſecuratione ſuarum dotium probare vergentiam Viri ad inopiam nec premittere particulare judicium excuſſionis, ut etiam tenet *D. Comes Bonden. in annot. ad Oter. de paſcuis cap. 49. n. 121. & n. ſeq.* docet quod ſi Judex mandavit procedi ad ulteriora non datur appellatio.

Num. 32. Praxim faciendæ excuſſionis, de qua
5 hic ſequitur* *D. Advocatus Pellagattus allegatus ſupra ad Rub. 6. n. 18. hoc eodem libro.*

Num. 34. Excuſſio non eſt facienda, quando no-
6 toriè conſtat de inopia debitoris ut firmat* *Pellagat. penes Bonden. in annot. ad Oter de paſc. cap. 49. n. 359.*

Quod facta in judicio pro Filio familias non poſſint infringi.

RUBRICA TRIGESIMA SEXTA.

OOrdinamus, & Statuimus, quod ea, quæ facta ſunt in judicio, ſeu proceſſibus coram quocumque Iudice pro Filio familias ad ejus favorem, valeant, nec poſſint infringi modo aliquo, ex eo quod diceretur eſſe in patria poteſtate, nam patriam poteſtatem Filiis prodeſſe volumus, non autem obeſſe.

SUMMARIUM.

1 **F**iliusfamilias ſtare non poteſt in judicio abſque conſenſu Patris, aliàs judicium eſt ipſo jure nullum n. 2. Limita n. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.
9 Curator Filiofamilias deputandus eſt, ut legitimè comparere valeat in judicio. Lim. nu. 11. & 12.
Niſi Pater velit eſſe Curator, nam tunc ei dari non poteſt alius Curator.
Pater eſt legitimus Adminiſtrator, Tutor, & Curator Filii, durante patria poteſtate, n. 10.
13 Patris conſenſus pro validitate judicii Filii ſufficit, quod intervenerit ante judicium.
14 Validitas inveſtituræ factæ Filiofamilias defendi poteſt ab exceptione defectus conſenſus Patris, dum ille jam conſenſerat impetrationi ejuſdem inveſtituræ.
15 Filiusfamilias teſtari non poteſt, itaut ejus diſpoſitio non valeat, & quare n. 20. Ampl. nu. 21. 23. 24. 26. 30. Limita nu. 22. 26. 28. 29 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Sublim n. 40.
17 Filiusfamilias nihil habet proprii.
Filiusfamilias quicquid acquirit, acquirit Patri, nu. 17
18 Juveniles calores ſunt cohibendi.
19 Teſtamentum pendere non poteſt ab alieno arbitrio.
20 Pater, & filius una, & eadem perſona cenſentur.
21 Quæ juris publici ſunt, privatorum conſenſu ſubverti non poſſunt.
25 Conſenſus Patris requiritur in donatione cauſa mortis etiam bonorum adventitiorum facta à Filio.
31 Teſtamentum Fratris Cappellani profeſſi in Religione Hieroſolymitana non eſt validum quamvis poſteà ſupervenerit licentia teſtandi.
38 Peculium Filii familias Clerici primæ tonſuræ eſt quaſi caſtrenſe.
Teſtamentum Filii familias Clerici ſuſtinetur, non obſtante exhæredatione, aut præteritione Patris, nu. 40.

41 Filiafamilias nupta teſtari poteſt.
42 Contrarium quod non poſſit teſtari, nec codicillari, nu.43.
Limita permittente Statuto, vel concurrente couſuetudine; nu. 46. & 50. Vide n.53.
44 Filia familias per matrimonium non liberatur à patria poteſtate, nec emancipata dici poteſt, & n.52. Vide n.51.
45 Filiafamilias effecta Vidua reincidit in poteſtatem Patris.
46 Statutum diſponere poteſt, quòd filia nupta habeatur pro emancipata.
47 Quo caſu diſpoſitio Statuti porrigitur ad bona extra territorium.
48 Filiafamilias nupta teſtari poteſt de coſinis, ſi Statutum diſponat, quod poſſit teſtari de dote.
49 Statuto permittente, quod Filiafamilias habens filios teſtari poſſit, non poterit teſtari, ſi eos non habeat.

OBSERVATIO.

Filliusfamilias non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio abſque conſenſu
1 Patris *l. final. §. Sancimus circa finem verſ. neceſſitatem, ibique Scribentes C. de bon. quæ liber Oinotom. ſuper Iuſtitut. tit. de Patr. poteſt. n.33. Vant. de nullit. & inhabilit. ſeu defectu mandati num.39.*
Itaut judicium contra eum ſine tali conſen-
2 ſu agitatum ſit nullum ipſo jure *Specul. tit. de Actore n.22. Vant. loc. cit. Scacc. de judic. lib.2. cap.2. num.499.* Quod procedit in ſui prejudicium, non autem ſi ad ejus favorem fuerit intentatum judicium, & ſententia lata ſit, cum poſſit quidem ejus Statum, & conditionem meliorem facere, non autem deteriorem, ut docet *Alex. in Addit. ad Bart. in dicta l. final. §. Neceſſitate litt. C. idem Alex. conſil.59. ſub nu.3. volum.2.* Quod in dubium revocatur *à Vant. in loc. cit. nu.43.* ob rationem ibi adductam, ſed hæc controverſia ceſſat ex litterali diſpoſitione *noſtri Statuti*.
In Cauſis ſpiritualibus tamen, nempè beneficialibus, & matrimonialibus, agere valet in
3 judicio ſine Patris conſenſu, cum in iis habeatur pro patreſamilias, ut docet *Addit. in figuratione caſus ad Gloſſ. in cap. Si unnum 3. de judic. in 6. Fermoſin. in cap. cauſam 9. quæſt.2. nu.11. & 14. ac quæſt.10. nu.3. ubi nu.15.* ſub-
4 dit procedere etiam adverſus Patrem *de judic. Vant: ubi ſupra n.41. Poſth. de manutent. obſervat.67. num.2. in fine* reſpondit *Rot. in recent. dec.571. n.1. verſic. Quia par.4.* ubi firmat procedere etiam in annexis ſpiritualitati.
5 Sicuti etiam in criminalibus per *Text. in l. Clarum C. de auctorit. præſtan. Oinotom. loc. cit. Fermoſin: ubi ſupra quæſt.2. n.12. Pariſ. conſ.147. nu.16. volum.4.*
Prout in caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, & in aliis, in quibus Patri nihil quæritur, in
6 iſtis enim Cauſis cum exercitium actionum à nemine ſit præoccupatum, vel impeditum, Filius familias abſque conſenſu Patris liberè agere, & ſuper illis in judicio experiri poteſt *Specul. loc. cit. nu.23. Vant. ubi ſupra n.41. cum ſeq. Fermoſin. dicta quæſt.20. nu.3.*
Pariterque in judiciis ſummariis, & momentaneæ poſſeſſionis retinendæ, ſeu manu-
7 tentionis, latè firmat *Poſth. cit. obſervat.67. n.1. cum ſeq.*
Nec deſunt alii quatuor caſus, in quibus Filius familias agere poteſt in judicio abſque con-
8 ſenſu Patris, videlicet in actione iniuriarum, quod vi, aut clam, depoſiti, & commodati, nam iſtæ actiones tanquàm reſpicientes factum, cohærent perſonæ Filii, & non tranſeunt in Patrem, ut docet *Specul. loc. cit. nu.22. verſic. ſed & in ultis, & Petrus Barboſ. in l. Si longus 18. §. Si filius fam. num.72. cum ſeqq. ff. de judic.*
Advertendum, quod ſi Filius familias ſit minor, ei deputandus eſt Curator, ut legitimè
9 comparere valeat, ut docent *Specul. loc. allegat num.24. Vant. ubi ſupra num.42. Fermoſin. dicta quæſt.2. n.16. Rot. coram Arguelles dec.8.* ubi *n.8.* de judicio criminali contra minorem.
Niſi Pater velit eſſe Curator, nam durante patria poteſtate, ipſe eſt adminiſtrator legiti-
10 mus Filii, Tutor, & Curator, adeò ut non poſſit illi dari alius Curator, cum non inveniatur affectus extraneus, qui vincat paternum, per *Text. in l. final. in princ. C. de curat furioſ. Fermoſin. in dicto cap. Cauſum quæſt. 13 ſub nn.10. & 11.*
In ſpiritualibus tamen non requiritur Cu-
11 rator in Filio familias majore 14. licet minore 25. ann. ut docet *Fermoſin. cit. quæſt.13. n.15. Poſth. dicta obſervat.67. nu.2. in fine* reſpondit *Rot. in recen. dicta dec.571. ſub n.20. par.4.*
Minúſque in materia ſpolii, quia datio Curatoris introducta eſt, ne ipſe decipiatur, non
12 autem ut alios decipiat, nam ſi ei aliena percipere eſſet permiſſum etiam abſque obligatione reſtitutionis fructuum, cum alterius jactura locupletaretur, contra naturalem æquitatem, undè iſto caſu pro majore habetur, eſtque legitima perſona comparendi in judicio *Marcheſan. de Commiſſ. par.2. de Commiſſ. reſtitut. in integr. n.132.* ubi ſubdit, quod ſi ſuccumbat, non reſtituitur in integrum *Poſth. dicta obſervat.67. ſub n.2. Afflict. dec.283. ſub n.4.*
Conſenſus vero Patris cum intervenire va-
13 leat etiam ante judicium, ut cum *Bald. & Caſtr.* firmavit *Rot. coram Ludoviſ. dec.43. n.5.* pro validè, & ſufficienter præſtito habetur ad effectum defendendi in judicio validitatem
14 inveſtituræ, dum Pater jam conſenſerat impetrationi ejuſdem inveſtituræ, ut reſpondit *Rot. dicta dec.43. ſub eodem n.5. cum ſeqq.*
Quid dicendum verò de validitate Teſtamenti Filiifamil.? Variæ ſunt opiniones ſecundum varietatem caſuum, regulalitèr tamen
15 teſtari non poteſt *§. Inſtit. quibus non eſt permiſſum fac. teſtam. l. Qui in poteſtate, ff. de teſtam., & qui teſtam. fac. poſſ. l. Senium, & l. Nemo, C. qui teſtam. fac. poſſ.* ubi communitèr *Scribentes Houded.*

ded.

*ded.conſil.32.n.3.Gratian.diſcept.382.nu.1.Marta
de ſucceſs.legal.par.4.qu..1.art.3. n.26.cum duob.
ſeq.Pigaut.ad Statut.Ferrar.tom.2.cap.138.nu.2.
Rota cor.Cavaler.dec.570.n.1.cor.Burat.dec.639.
n.2.cor.Priolo dec.290.n.1.ab Illuſtriſſ. & Reve-
rendiſſ. Epiſcopo Iſclano Roccha poſt hæc ſcripta
viſus in ejus diſput.Juris ſelect.cap.28.n.8.tom.1.*

Quæ autem ſit vera ratio prædictæ prohibi-
tionis, difficilitèr conſtat, cum variæ ſint *Do-*
16 *ctorum* opiniones relatæ *à Scalon.de teſtam.c.4.
§.1.n.5.cum ſeq. & à Roccha ubi ſupra n.10.cum
Vulpianus* enim *in ſuis Inſtit.tit.de teſtam.* eam
reddit rationem; quia Filiusfamil. nihil ha-
17 bet proprii, de quo teſtari valeat, cum quid-
quid acquirit, acquirat Patri, & hanc ſequun-
tur *Faber. in Ration. in d.l. Qui in poteſtate, &
Marta d.art.3.n.34.Imperator* verò *in l.final.§.Fi-
liis autem C.de bonis, quæ liber.* aliam affert ra-
tionem, nempè quia juveniles calores ſunt co-
18 hibendi. Aliam adducunt communitèr *DD.*
dicentes, teſtamentum non poſſe pendere ab
19 alieno arbitrio, ut per *Jaſ. in d.l.Senium nu.9.*
Nam cum de Jure Pater, & Filius una, & ea-
dem perſona cenſeantur, non diceretur teſta-
20 mentum Filii, ſed Patris, & tamen teſtamen-
tum à propria voluntate teſtatoris, non ab
alieno arbitrio pendere debet *Ripol. var. reſol.
cap.13.num.199.Pigant.loc.cit.* ac alii infra alle-
gandi in Ampliat.2. Et hæc ratio cenſetur ve-
rior, & communior, non minùs quàm alia,
quam attingit *A.curſ.in prædicta l.Senium*, &
probat *ibi Bart. & Azo in ſumm.tit.Cod.qui te-
ſtam.fac.poſſ.* & latè, ac eruditè probat *Hiero-
nymus de Oroz lib.5. cap.6. de Apic. Jur.* cujus
præciſa verba refert *Scalon.de teſtam.cap.4.§.1.
verb.Scripſeram hæc*; nempè quia ſervata for-
ma teſtamentorum *à lege 12.Tabul.* introdu-
cta, & relata ab eodem *Hieronymo de Oroz., &
Scalon.* quæ eſt Juris publici, nec Pater, etiamſi
vellet, poſſet dare facultatem filio teſtandi.

Hinc ampliatur primò prædicta regula, &
principalis concluſio, ut nec accedente co[n]ſen-
21 ſu Patris Filiusfam. poſſit teſtari, cum teſtamen-
tum tanquàm Juris publici non debeat pendere
ab alio arbitrio, & quę Juris publici ſunt, priva-
torum conſenſu ſubverti non poſſint, ut tenent
*Perſius conſ.18.n.7.Conc.alleg.20.n.17.Pigan.loc.
cit.Saminiat. controv.11.n.17.* & repetita inter
*controv. Joſeph Altogr.Jun.contr.7.eodem n.17.
cum ſeq.Baron.de citat.in præterm.ſſis in Annot.
impreſſ. poſt Annot.ad ſingularia n.61.pag.mihi
169.tom.3. Antunez Portug.de donat.Reg.par.3.
cap.15.n.35. tom.2.Ciroch.diſcept.50.nu.63.The-
ſaur.dec.150.n.10.verſ.Ideò mihi videtur, & Rot.
cor.Bur.d.dec.639.n.3.Ill.mus Roccha loc.cit.n.9.*

Niſi Pater juraverit in eod. Teſtamento illud
22 obſervare, nàm tunc teneretur ad obſervan-
tiam juramenti, ut per *Tex.in l.Cum Pater, §.Fi-
lius Matrem, ff.de leg.2.* tradit *Mart.cit.ar.3.n.88.*

Ampliatur ſecundò, nedùm teſtari non poſ-
ſe de adventitiis, in quibus uſusfructus ſpe-
23 ctat ad Patrem, ut firmat *Ripol.var.reſol.c.13.
n.198.* cum aliis, quos refert, & ſequitur *Sca-
lon.de Teſtam.cap.4.§.2.n.11.Illuſtriſſ.Roccha loc.
cit.n.45.* Verùm nec etiam de illis adventitiis
ſub ea conditione relictis Patri, ut ei non quæ-
ratur uſusfructus, ſecundùm magis commu-
nem opinionem, ut per *Text.in l.Nemo C. qui
teſtam.fac.poſſ.* tenent *Gloſſ. in Auth. Ut liceat
Matri, & Aviæ in verbo diſponere*, latiſſimè
*Harpret.in princ.Inſtit. quib.non eſt permiſſum
fac.teſtam.à nu.29.uſque in finem Clar.in §.Teſta-
mentum q.18.n.2.* pleniſſimè *Thadæus Piſo var.
reſol.lib.1.cap.6.n.5.Coſta Siculus conſ.12.num.8.
cum ſeq.Pigan.loc.cit.n.1.Scalon.de Teſtam.cap.4.
§.2.n.22.cum ſeq.Baron.ubi ſup.Antunez Portu-
gal.loc.cit.n.32.Manſ.*qui in eadem Cauſa con-
tra *Saminiatum* reſpondit *Conſult.103.n.31.cum
ſeqq. Conc.d.alleg.20.nn.18.Theſaur.cit.dec.150.
n.11. & Rota cor.Burat.dec.639.n.3.* Nam non
repellitur Filiusfam. à teſtando propter inte-
reſſe Patris, & ex quo non habeat bona, ju-
xtà fundamentum tenentium contrariam opi-
nionem, ſed quia ipſe non eſt legitima, & in-
tegra perſona, cum Teſtamentum ſit Juris pu-
blici, nec reperiatur in Jure permiſſum, ſicut
in peculio caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, idcir-
eo non cenſetur in aliis conceſſum, ſed dene-
gatum, ut docendo tenent *mox allegati*.

Ampliatur tertiò, ut nec valeat teſtamen-
tum, tanquàm donatio cauſa mortis, in vim
24 clauſulæ *quod ſi non valet, vel valere poteſt in
vim teſtamenti, valeat in vim donationis cauſa
mortis*, quando non concurrit conſenſus Pa-
tris, etiamſi agatur de bonis adventitiis, in
quibus Patri non acquiratur uſusfructus cum
conſenſus Patris in donatione cauſa mortis
25 paritèr non requiratur pro intereſſe ipſius Pa-
tris, ſed ad integrandam perſonam Filii; Un-
dè cum donatio cauſa mortis participet de
contractu, & de ultima voluntate, Lex elegit
mediam viam, ut poſſit quidem Filiusfam.
donare cauſa mortis, ſed cum conſenſu Pa-
tris, ut doctè probat *Covar.in 3.parte Rubr. de
Teſtam.n.6.cum ſeq. Roland.conſ.89.n.11. & 12.
lib.4.* plures adducens *Thadæus Piſo lib.4.var.
reſol.par.4.ſub n.5. verſ.Quarto facit, Conciol.d.
allegat.20.nu.23.cum ſeqq.* & rejecta contraria
opinione reſpondit *Manſ. d.conſult.103.nu.39.
verſ.Verùm cum ſeqq.vol.2.* ubi advertitur, quod
eatenùs multi *DD.* ſequuti ſunt contrariam
ſententiam, quatenùs erroneè exiſtimarunt,
conſenſum Patris requiri pro mero ejus inte-
reſſe, & præjudicio, non autem ad effectum
integrandi perſonam Filii, & *Illuſtriſſimus Roc-
ca loc.cit.n.41.cum ſeqq.*

Sed ſi teſtando cum conſenſu Patris appo-
ſuerit dictam clauſulam *ſi non valet jure teſta-
menti, valeat jure donationis cauſa mortis, aut*
26 *cujuslibet alterius ultimæ voluntatis*, & fuerit
præſens, & acceptans hæres, qui eo caſu ha-
betur loco donatarii, vel Notarius pro eo ac-
ceptaverit, valebit in vim donationis cauſa
mortis, ut tenet *Mart.de ſucceſs.legal.par.4.q.1.
art.3.n.97.cum ſeqq.* Quæ acceptatio hæredis
cum non poſſit induci, quando teſtamentum
erat clauſum, ob ignorantiam hæredis, ſeu
donatarii eorum, quæ in teſtamento diſpoſi-

ta

ta erant, ita nec valet ſuſtineri teſtamentum
tanquàm donatio, ut animadvertit *Capyc.Ga-*
leot.controv.30.n.33. verſ.Deficit lib.2.

Ampliatur quartò, ut nec valeat ad pias
27 Cauſas de bonis etiam adventitiis, ut firmat
Theſaur.dec.150.n.13.& Rot.cor.Caval.dec.570.
n.2.verſ.Etiam ad pias Cauſas. Contrarium
28 tamen interveniente conſenſu Patris tenent
Coſta Siculus conſ.12.n.30. cum ſeq.Thadæus Piſo
lib.1.cap.6.n.13.Marta de ſucceſ.legal.par.4.q.1.
art.3.n.102. qui in ſpecie reprobat *Theſaurum*,
Ripol.var.reſol.cap.13.n.202. & Baron.de cit.loc.
alleg.n.67.pag.mihi 119.tom.3.Ciroch.diſcept.50.
n.63.verſ.Imò, *Antunez Portugal.de donat.Reg.*
lib.3.cap.15.n.38.tom.2. Ea ratione, quia in
piis diſpoſitionibus, & teſtamentis inſpiciendum
eſt dumtaxat jus naturale, & gentium,
itaut perſonæ ad piè teſtandum habiles cenſeantur,
quæ de jure naturali, & gentium habiles
ſunt, ſpecta ſolemnitate, & prohibitione
Juris Civilis, mandantis Filiumfam. non
poſſe teſtari etiam cum Patris conſenſu, ut in
ſpecie docet *Amoſtaz.de cauſ.piis cap.5.num.6.*
juncto n.19. Advertendo tamen, conſenſum
Patris requiri expreſſum, non ſuffragante ta-
29 cito, ut reſpondit *A Ponte conſ.final. num.10.*
cum ſeq.vol.2. poſtquàm *nu.3.cum ſeqq.* retulerat
varias opiniones circa deciſionem articuli
principalis, an teſtamentum filiifam. factum
favore piæ Cauſæ valeat *Baron.de cit.loc.*
alleg.n.69. & Antunez Portugal.ubi ſup.nu.38.
verſ.Intellige.

Ampliatur quintò, neque valere, ſi Pater
præmortuus ſit Filio Teſtatori, nam adhùc te-
30 ſtamentum non convaleſcit, cum ad illius
validitatem requiratur habilitas, tàm de tempore
teſtamenti, quàm mortis Teſtatoris, ac
etiam quia: quæ ab initio non valent, tractu
temporis non convaleſcunt, ut latiſſimè examinato
articulo tenet *Barbob.de filiisfam.q.13.*
per tot.Baron.de cit.loc. alleg.n.62.pag.mihi 169.
tom.3.Antunez Portug. de donat.Reg.lib.3.c.15.
nu.36.tom.2.Coccin.in ejus Annot.26.nu.2. & 4.
cum ſeq.Ciroch.diſcept.50.n.64.& reſpondit *Rot.*
cor.Cavaler.d.dec.570.n.3.cum ſeqq.& cor.Bich.
dec.424.nu.14.cum ſeq. & in ſimilibus terminis
de teſtamento Fratris Cappellani profeſſi in Religione
Hieroſolymitana, quod non ſit vali-
31 dum, quamvis poſtea ſupervenit licentia te-
ſtandi, per *Text. in l. Titius 26.ff.de militar.te-*
ſtam. reſpondit *Rot. in Peruſina Hæreditatis 5.*
Maii 1662.cor.b.me.R.P.D.Albergato §.Et licèt.

Et tunc contraria opinio *Grat. diſcept. 895.*
n.12.cum ſeq. & Pigant.ad Statut.Ferrariæ to.2.
*Rub.138.n.12.*circa convaleſcentiam hujuſmodi
teſtamenti Filiifam. procederet, ſi in eo
appoſita fuiſſet Clauſula *Codicillaris*, & conſtaret
de perſeverantia Teſtatoris in eadem
voluntate, aliundè, quam ex taciturnitate,
& tractu temporis, ut tradit *Coccin. d. Anno-*
tat.26.in fine, ubi ſubdit, quod perſeverantia
debet probari per teſtes *Ciroch. d. diſcept. 50.*
n.68. reſpondit *Rot.cor.Cavaler.cit.dec.570.n.6.*
cum ſeq.& cor.Bich.d.deciſ.424.n.16. Subdens,
quod intelligendum eſt, non de ſimplici duratione
voluntatis, ſed de juſta, & ſolemni:
Et quod eo caſu valeat in vim fideicommiſſi,
dummodò per quinque teſtes conſtet de perſeverantia
in eadem voluntate, relato *Merend.*
contr. Jur. lib.16.cap.1., reſpondit *Baron. de*
cit.loc.cit.n.63.pag.169.tom.3.

Limita primò in Filiofam.emancipato, ut
omiſſis aliis tradit *Saminiat.d.contr.11.num.20.*
33 ubi plures concordantes. Animadvertendo,
an emancipatio facta ſit ad unicum actum, vel
in fraudem filiorum, quod notat *Adden.ad Theſaur.dec.150.ſub verſ.Notabis*;& an ſit præſumpta,
de qua infra in *Annot.ad Rubr.42.num.23.*
cum ſeq.

Limita ſecundò non procedere in bonis caſtrenſibus,
& quaſi caſtrenſibus, cum Filiusfa-
34 mil. quoad ea reputetur Paterfamil.*§.1.Inſtit.*
quib.non eſt permiſſ.fac.teſtam.& l.final.C.qui te-
ſtam.fac.poſſ.& aliis omiſſis *Antunez Portugal.*
de donat.Reg.lib.3.cap.15.nu.39.tom.2.

Limita tertiò in illis bonis, in quibus de
35 conſuetudine Filiifam. teſtari poſſunt *Gratian.*
diſcept.383. nu.11.verſ.Si autem cum ſeq. & teſtando
de conſuetudine Neapolis firmat *Mar-*
ta de ſucceſſ.legal.par.4.q.1.art.3.n.62. de qua
etiam *Scalon. de teſtam. cap.4. §. 7. per tot. &*
Franch. deciſ.546.

Limita quartò in illis locis, in quibus viget
36 Statutum, ſeu lex, dans facultatem Filiofamil.
teſtandi *Gratian.ubi ſupra*, & de lege Hiſpaniarum
Capyc.Galeot.contr.30.n.19.lib.2.

Limita quintò, ſi concurrat diſpenſatio
37 Principis, quam concedere poteſt, ut reſpondit
Ripol.var.reſol.cap.13.n.207. ubi tamen *nu.*
*ſeq.*ſubdit, non procedere, ſi exindè tertii præjudicium
ſequatur, nàm tùnc tenet, quod diſpenſare
non valeat.

Limita ſextò in Filiofam.Clerico, qui poteſt
38 teſtari de bonis adventitiis, ut per *Text. in*
Auth.Presbyteros C.de Epiſcop.& Cleric. tenent
Ripol.var.reſol.cit. cap.13. n.203.cum duob.ſeqq.
Pigant.ad Statut.Ferrar.tom.2. cap.138. num.5.
*Scalon.de teſtam.cap.4.§.5.*ubi etiam examinat,
an id facere valeat in præjudicium uſusfructus,
debiti Patri in bonis adventitiis, acquiſitis
ante Clericatum *Andreol. contr.326.nu.2.*
cum ſeq. ubi teſtatur, hanc eſſe receptiſſimam,
& refert 47. *DD.* eam ſequentes *Antunez Por-*
tugal.de donat.Reg.par.3.cap.15.nu.40. & quod
poſſit teſtari de omnibus bonis per ipſum acquiſitis
præter contemplationem Eccleſiæ, diſcuſſo
articulo, reſpondit *Rota in Romana Cen-*
ſus 17.Maii 1669.cor.Eminentiſſimo Carpineo im-
preſſ.penes Torre de pact.futur. ſucceſſ.deciſ.80.
nu.4. verſ.Sed hoc defectus cum ſeq. repetita per
Dominum Carolum Antonium de Luca in animad-
verſ.ad Gratian.diſcept.464.n.8. & confirmata
in *recen.dec.258.n.1.par.16.*& recedendo à *de-*
*ciſ.290.cor.Priol.*cenſuit in *rec.dec.533.par.14.*
ubi firmat procedere etiam in Clerico primæ
Tonſuræ.

Ea ratione, quia omne peculium, quod in
aliis eſt adventitium in Clericis, etiam primæ
Ton-

Digitized by Google

39 Tonſuræ, eſt quaſi caſtrenſe, ut per *d. Auth. Presbyteros* firmant *Surd.conſ.259.num.10.cum ſeq.Valenzuel.conſ.124.n.2.* & proſequitur *Antunez Portugal.ubi ſupra n.40.in fine.*

Adhibita tamen diſtiuctione bonorum, nàm
40 ſi diſpoſuit de bonis adventitiis ante Clericatum quæſitis, tunc diſpoſitio habet locum, reſervato uſuſructu eorum Patri, donec vixerit, ſi autem de bonis adventitiis, poſt Clericatum acquiſitis, & iſto caſu diſpoſitio ſuum conſequitur effectum plenarium, tàm quoad proprietatem, quàm quoad uſumſructum. *Dec.in cap.in præſentia n.249.cum ſeq.de probat. Covar.in cap.Quia nos n.2.de teſtam. Andreol.d. contr.326.nu.4.* & aliis concordantibus cumulatis reſpondit *Rota in allegat. dec.80. n.9.cum duobus ſeqq. & cit.dec.533.n.33. cum ſeq.juncto n.49.* Abſque eo quod diſpoſitio ſubjaceat querelæ exhæredationis, an poſſit irritari ob præteritionem Patris, ut reſpondit *Rota in d. deciſ.80.num.10.*

Quod dictum eſt de Filioſam. procedit etiam in Filiaſam. etiam nupta; Etenim licèt, ſecundùm unam opinionem, ea teſtari valeat,
41 tùm quia per matrimonium videtur emancipata, & Materfamilias effecta, & ſic à manu Patris ad illam Mariti deventa, illiuſque imperio ſubjecta; Tùm etiam quia dotem à Patre jure proprio conſequuta ſit, & ejus
42 proprium patrimonium effectum. Attamen contraria opinio, quod Filiafamil. nupta teſtari non valeat de dote, verior, & communior judicatur, & hanc tenent *Bald.Salyc.& Angel. in l.Seninm, C.qui teſtam.fac.poſ.Honded.conſ.32. n.78.cum ſeq.vol.1. Alex.conſ.17.n.1.lib.2.Becc. conſ.76.n.2.cum ſeq.Mazzol.conſ.121.n.2.Cepoll. conſ.39.num.3.cum ſeq.lib.2.* ubi etiam firmat, quod ſicuti non poteſt teſtari, ita nec codicil-
43 lari, *Botta conſ.27.n.4.Gratian.diſcept.382.n.1. cum ſeq. Virgil.de legitim.perſon.cap.4.n.37.cum duobus ſeq.Barbob.de filiisfam.q.12.per tot.Gaſp. Manſ.in tract.de teſtam.in tit.de teſtam.valid.vel invalid.ex parte teſtatoris nu.88.per tot.125. & in princ.Iuſtit.de teſtam. nu.14. cum duobus ſeqq. Baron.de cit.prætermiſſa in Annot. impreſs. poſt Annot.ad ſingularia nu.64.pag.mihi 169.tom.3. Scalon.de teſtam.cap.4.§.4.nu.74.cum ſeq.Capyc. Galeott.contr.lib.2.contr.30.nu.16.* latiſſimè reſpondit *Manſ.conſult.103.n.31.cum ſeq.vol.2.Cifoch.diſcept.48. n.32.cum ſeq.Conciol.allegat.20. n.16.Capyc.latr.dec.34.nu.8.* recedendo à contraria *deciſione* reſpondit *Senatus Pedemontanus penes Theſaur. dec.150.n.5.cum ſeq.& Rota in rec.dec.243.num.3.par.13.* & pleniſſimè poſt hæc ſcripta viſus, examinato articulo, reſpondit *Illuſtriſs.Rocca diſputat. Juris ſelect.cap.28. nu. cum ſeq.tom.1.ubi nu.4.cum ſeq.* limitat, quando per Statutum Filia nupta liberatur à patria poteſtate, vel diſponitur, quod Filiusfam. teſtari valeat.

Nàm mediante matrimonio Filia non remanet exempta à nexu patriæ poteſtatis, vel
44 emancipata dici poteſt, licet quoad obſequia matrimonialia tranſeat in poteſtatem Viri ad *Text. in l.Si Uxorem, C.de condit.inſert. & l.Si Patri, ff.ad leg. Jul.de adulter.* aliis relatis firmat *Giurba ad conſuetud. Meſſan. cap.3. gloſs.4. n.34. & Gloſs.8.n.10. Pigant.ad Statut.Ferrar. tom.1.cap.9.& tom.2.cap.138.utrobique nu.13. Scalon.ubi ſupra, Conciol.d.alleg.20. nu.21.Theſaur.loc.cit.nu.7.* & admittit *Saminiat.* qui ſcripſit in eadem Cauſa contra *Manſium contr.11. nu.21.* Nec cautum reperitur, quod filia habeat privilegium teſtandi, ſicut habet filius de peculio caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, ut advertit *Mazzol.d.conſ.121.n.2.*

Multòque magis procedit, ſi de tempore
45 teſtamenti erat Vidua, nàm etiam admiſſo, citra veri præjudicium, quod per matrimonium poſſit dici liberata à patria poteſtate, tamen effecta Vidua reincidit in poteſtatem Patris, ut advertit *Scalon.d.§.4.nu.75. & Theſaur.cit.dec.150.n.6.*

Poteſt tamen diſponi à Statuto, quod filia
46 nupta pro emancipata habeatur, ut de variis Statutis id diſponentibus, pluribus concor-
47 dantibus cumulatis, firmat *Giurb. in Conſuet. Meſſan.c.3.Gloſ. 8.n.10.*& de ſimili lege Hiſpaniarum *Capyc.Galeott. d. contr.30.n.19.lib.2.* Et eo caſu Statutum porrigitur etiam ad bona extra territorium, quando illud non reſpicit bona, ſed perſonam, diſponendo, quod Mulier nupta non obſtante, quod non fuerit emancipata, efficiatur ſui juris, ut diſtinguendo firmat *Gratian.d.diſcept.382.n.15.*

Advertendum, quod diſponente Statuto Filiamfam.poſſe de dote tantùm teſtari, adhùc
48 poterit de coſinis teſtari *Joan. de Anania conſ.36.* quem refert, & ſequitur *Rot. cor.Coccin.dec.2103.n.32.*

Notandum etiam, quod ſi Statutum teſtari permittat Filiæfam. habenti filios, non in-
49 telligitur permiſiſſe, ſi illos non habeat, ut cum *Scapuccin.*tenet *Grat.cit.diſcept.382.n.19.*

Pariterque diſponente Statuto circa ordinem ſervandum in teſtamento Mulierum nuptarum, intelligendum eſt de Mulieribus ſui Juris, quæ ſunt habiles ad teſtandum, non de Filiabusfam.ut reſpondit *Cepol.conſ.39.n.9.cum ſeq.lib.2.*

Prout etiam à conſuetudine induci valet
50 habilitas in Filiaſam. nupta ad teſtandum *Jo: Philippus reſponſ.26.n.8.&Gratian.diſcept.383. n.11.verſ.Si autem cum ſeq.*& de conſuetudine Neapolis latè *Scalon.de teſtam.cap.4.§.7.Capyc. latr.dec.34.ſub nu.8.* de illa Madriti *Capyc. Galeot. d.contr.30. nu.19. & 65. verſ.Et ſicut cum ſeqq.*& de conſuetudine Panormi *Baron.de cit. loc.allegat.n.65.*

Et quamvis præſupponatur generalis conſuetudo introducta apud Italos, Gallos, Hi-
51 ſpanos, Germanos, & alios, per quam patria poteſtas erga filiosfam. ſublata cenſeatur per matrimonium, & eo caſu pro emancipatis habeantur, & ſic ſui juris efficiantur, ea ratione, quia mediante matrimonio proprium alunt focum, domicilium Patre conſentiente aliundè transferunt, & ſe à Parentibus ſeparant,

rant,

Digitized by Google

rant, ac ſeorſim habitant, ut aliis relatis teſtantur *Maur. de fidejuſſ. 2. par. princ. ſect. 8. cap. 2. ſub n. 31. verſ. Hoc tamen*, quem ſimpliciter refert *Pigant. ad Statut. Ferrariæ lib. 1. Rubr. 9. ſub n. 13.* & ſequuntur *Cutel. de donat. tract. 2. diſc. 1. Specul. 5. n. 12. tom. 2. Bonden. collect. 50. n. 48.* & reſpondit *Saminiat. controv. 11. n. 22.* Nihilominùs crederem, hujuſmodi prætenſam generalem conſuetudinem non ſubſiſtere; Nàm
52 tantùm abeſt quod talis conſuetudo vigeat, ut imò *DD.* tàm antiqui, quàm moderni cujusvis Nationis, & præſertim multi Itali ſupra adducti, præter alios, ab eis allegatos, defendunt, Filiasfamil. nuptas non poſſe condere teſtamentum, utpotè ſub patria poteſtate adhùc conſtitutas, quod non tenerent, ſi talis conſuetudo adeſſet; proindè prætendens
53 vigere conſuetudinem, tenetur concludentèr probare, eam vigere in loco domicilii Viri, & ubi contingit diſputatio ſuper validitate teſtamenti Filiæfam. non ſuffragante ſi vigear in locis vicinis, ut advertit *Capyc. Galeott. d. controv. 30. num. 39. verſ. Tùm quia cum ſeq. lib. 2.*

ADDITIO AD RUBRICAM XXXVI. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 TEſtamentum filiifam. non valet etiam accedente conſenſu Patris. Quid ſi Pater prædeceſſerit.
2 Filiusfam. donare poteſt cauſa mortis accedente conſenſu Patris.
3 Teſtamentum filiifam. conditum cum conſenſu Patris, & continens clauſulas, de quibus ibi ſuſtinetur uti donatio cauſa mortis.
4 Dummodò concurrat præſentia, & acceptatio donatarii, quæ poteſt intervenire ex poſt.
6 Filiusfam. Clericus teſtari an, & quando remiſſivè.
7 Filiamfam. Clericus teſtari poteſt.
8 Filiafam. nupta teſtari non poteſt. Ampl. n. 9.
Filia per matrimonium non liberatur à patria poteſtate num. 8.

Num. 21. Teſtamentum filiifam., non valet etiam
1 accedente conſenſu Patris, * ut concordantibus relatis firmavit *Rot. in Romana Teſtamenti 22. Junii 1705. cor. R. P. D. Lancetta §. De Jure.*
Num. 25. Filiusfam. cum conſenſu Patris poteſt donare cauſa mortis, quæ cum ſit juris * pri-
2 vati à paterno arbitrio validitatis robur aſſumere poteſt juxta veriorem ſententiam, quam tenent *Alex. in l. Servien. num. 28. verſ. Eo magis ibique Caſtr. n. 5. & ſeq. C. qui teſtam. fac. poſſ. Tondut. reſolut. civil. lib. 1. cap. 78. n. 8. Saminiat. controv. 11. n. 47. Rot. in Romana Pecuniaria 12. Decembris 1701. §. Moti cor. Eminentiſſ. Priolo Romana, ſeu Tuſculana reſtitutionis dotis 23. Junii 1702. §. Nec dicebatur cor. eodem Romana Teſtamenti 22. Junii 1705. coram R. P. D. Lancetta §. De jure cum ſeq.*
Num. 26. Et teſtamentum filiifam. conditum cum conſenſu Patris, & continens clauſulas
3 prout ibi, * vel ſimilia ſuſtinetur tanquàm donatio cauſa mortis ex auctoritatibus *mox allegatis*.
Requiritur tamen, vel quod donatarius ſit præſens, & acceptet, vel quod Notarius ſtipule-
4 tur, * & pro eo acceptet alioquin non valet, ut firmat *Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 1. art. 3. num. 97. cum ſeq.*
Quæ acceptatio poteſt intervenire expoſt ut reſpondit *Rot. in Romana Pecuniaria 12. Decembris 1701. cor. Eminentiſſ. Priolo §. Ultimo.*
Num. 32. Requiritur probatio per Teſtes concludens, quod non revocaverit, & quod vo-
5 luerit mori cum teſtamento * jàm facto, ita ut novæ voluntatis judicium poſſit dici probatum *Rot. cor. Cavaler. dec. 570. n. 10.*
Num. 38. Filiusfam. Clericus an, & quando te-
6 ſtari poſſit * vide *Menoch. de juriſd. lib. 2. cap. 7.*
Clericus Filiusfam. teſtari poteſt, cum non ſubjacear diſpoſitioni Juris civilis * *Cap. quia nos*
7 *de teſtam.* firmavit *Rot. in Romana Succeſſionis, & legitima 9. Junii 1690. cor. R. P. D. Herault. impreſſ. in recollet. ad Card. de Luca ſuper materia de regalibus dec. 7. n. 3. vol. 1.*
Num. 41. & ſeqq. Filiafamil. quamvis nupta teſtari non poteſt de dote cum per matrimo-
8 nium * non liberetur à patria poteſtate, licet ſubjiciatur Marito, quod intelligendum eſt, quoad obſequia matrimonialia non autem quoad juris effectus, ut ſequendo hanc meam opinionem reſpondit *Rot. in Romana Dotis, ſeu Teſtamenti 12. Januarii 1714. cor. R. P. D. Cerro §. Siquidem.*
Sive diſpoſuerit de dote profectitia, aut de pe-
9 culio adventitio, * ut pluribus concordantibus relatis proſequitur *Rot. in eadem Romana Dotis, ſeu Teſtamenti ſub eodem §. Siquidem Tancredin. conſul. 105. n. 1. cum ſeqq. Paulut. diſſer. legal. 48. num. 3. cum ſeqq.* ubi cumulat concordantes.

De poſſeſſionibus terminandis.

RUBRICA TRIGESIMA SEPTIMA.

PRo utilitate hominum Civitatis, & Diſtrictus Faven. controverſias quaſcunque ſuper confinibus (A) terrarum, & poſſeſſionum amputare volentes, ſtatuimus, & mandamus, quod in ponendis, terminandiſque confinibus inter quoſcunque vicinos, inſtrumentis acquiſitionum exiſtentibus, antiquiora prævalcant, & prius adimpleantur inſtrumenta: (B) Si autem inſtrumenta non exiſtant, quæſtio talis confinium per duos bonæ conditionis, & famæ ex viciniotibus, & antiquioribus decidatur, (C) ſalvo tamen jure cujuſq; con-

Digitized by Google

conquerentis committantur, & fiant, ac ſummariè ſimplicitèr, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii procedatur.

SUMMARIUM.

1 DOminia rerum diſtincta, & conſtituta fuerunt ad evitandas diſcordias, ne quis alieno labore alatur.

2 Conſtituti fuerunt confines, ut certiora reddantur dominium, & identitas bonorum.

Confines dividuntur in certos, invariabiles, æternos; in mobiles, & in conſtitutos deſtinatione Patrisfamilias n.2.3.& *6.*

Confines certi, invariabiles, & æterni ſunt montes, valles, flumina, mare, & viæ publicæ num.2.vide num.8.

3 Confines mobiles ſunt lapides, qui habere debent lapillos, ſeu lapides parvulos, ibidem terræ adhærentes. Vide ibi, & num.8.

4 Confines mobiles quando per Judicem, vel Arbitrum apponuntur, requiritur citatio Partium intereſſe habentium, & electio virorum terminalium, ac confectio inſtrumenti.

5 Confines mobiles plantati, ac poſiti ita eſſe debent, ut in certam partem directo ſeſe mutuo, non in obliquum reſpiciant.

Fovea pro confine quando habeatur n.*6.*

6 Confines conſtituti deſtinatione Patrisfamilias ſunt per ſepes, & foveas manufactas. Vide num.8.

7 Confines probantur ex variis, de quibus remiſſivè.

9 Confines probantur levioribus probationibus, & minus perfectis, ac præſumptionibus, conjecturis, & argumentis.

10 Veriſimilitudini, & congruentiæ valdè defertur in probatione confinium.

11 Conjecturæ, argumenta, & præſumptiones admittuntur ad probandum confinia in antiquis. Limita n.12.& 13.

12 Probationes plenæ confinium requiruntur, quando conſtat de juſta rei conventi poſſeſſione.

14 Teſtes deponentes ſuper certis finibus, & limitibus, debent etiam non requiſiti aſſignare rationem concludentem eorum dicti, non ſolùm per actum intellectus, ſed etiam per ſenſum corporis.

15 Inſtrumentis probantur confines. Vide n.17.

16 Et ſi concurrant plura, & diverſa inſtrumenta, attenduntur antiquiora. Vide n.17.

17 Inſtrumentis diſcordantibus circa confines quænam prævalere debeant.

18 Viciniores, & antiquiores eligendi ſunt pro deciſione Cauſæ confinium, etiamſi ſint ruſticiores, & ſimpliciores.

19 Sententia contra diſpoſitionem Statuti lata iniqua eſt.

20 Periti eligendi ſunt pro deciſione Cauſę confinium.

21 *Statutum Agriculturæ Urbis Rubr.68. ſub tit. de quæſt. Confin.* mandat, quod in controverſiis confinium ſtetur dicto Peritorum, à Partibus eligendorum.

22 Judex locum differentiæ confinium per ſe ipſum inſpicere debet.

Loci evidentia, ſeu inſpectio eſt melior probatio quacumque alia num.22.

23 Judex in faciem loci controverſi confinium accedere debet cum interventu Peritorum, qui non ſunt ad judicium per viam teſtimonii ducendi, ſed à Judice deputandi, & examinandi.

24 Articuli pro examinandis teſtibus in Cauſa confinium, non ſunt exhibendi.

Acceſſus novus in materia confinium non poteſt impediri, etiamſi aliàs jam fuerit factus num.24.

25 Amotis confinibus, non ad Reum, ſed ad Judicem ſpectat eorum reſtitutio, emendando, quod circa illos malè geſtum eſt.

26 In actione terminorum amotorum peculiare eſt, ut non pronuncietur, Adverſarium compelli, ſed reſtitui in priſtinum.

27 Repoſitio confinium, ſeu terminorum in eorum priſtinum locum facienda eſt à Judice, vel ab Agrimenſore, de ejus mandato.

OBSERVATIO.

A IMprobitas hominum poſt originale peccatum tanta erat, ut non poſſent abſque di-
1 ſcordia rebus comunitèr uti, dictabatque naturalis ratio, iniquum eſſe, quod Ignavi, & deſides alieno alerentur labore, undè ſuadente eadem naturali ratione, ſingulis rebus certa, & diſtincta conſtituta fuerunt dominia, ad hoc, ut unuſquiſque proprio appetitui dominandi ſatisfaciendo, ſuum teneret, & exindè pax, & tranquillitas in hominum ſocietate coleretur, ut tradit *Piccbard. in Inſtitut. lib.2. ad Rubr. de rer. diviſ. nu.3. & Nicol. Migler. in Metrologia cap.14.§.2.*

Et ut certiora redderentur bonorum dominia, & identitas, conſtituti, ac determinati
2 fuerunt confines, quorum alii ſunt certi, invariabiles, & æterni, tanquàm à natura, vel à Deo conſtituti, ut ſunt montes, valles, flumina, & mare, ac etiam viæ publicæ, ut docet *Fermoſin. in cap. cum cauſam q.3.n.29. Valenzuel. conſ.100.n.5. vol.1. Rot. cor. recol. me: Coccin. dec.911. nu.7. in rec. dec.814. paritèr n.7. par.18. tom.2.* Et probatio ex iſtis deſumpta, tanquàm efficacior, & magis certa, prævalere debet, ut firmavit *Rot. cor. Eminentiſs. Otthob. dec.145. num.11. par.10.*

Alii verò mobiles, quales ſunt lapides, qui
3 tamen habere debent lapillos, ſeu lapides parvulos ibidem terræ adhærentes, qui vocantur Judices, oſtendentes locum, quem ab aliis ſegregant, & diſtinguunt, ut docent *Fermoſin. d. q.3.n.14. cum duob. ſeqq. Maſcard. de probat. Concluſ.400.n.4. Pacichell. de diſtant. cap.4. memb.2.* vel debent contradiſtingui characteribus, vel imaginibus, puta crucibus, vel aliis, ut proſequi-

ſequitur *Pacichell.d.n.16. Myler.ubi ſupr.§.14.*
Et per Iudicem, vel Arbitrum ad eorùm ap-
poſitionem devenitur, prævia citatione Par-
4 tium intereſſe habentium, & electione Viro-
rum terminalium confici ſolet Inſtrumentum,
ut proſequuntur. *Fermoſin. & Maſcard. in loc.*
allegat.Pacichel.d.membr.2. nu.16. verſ.Verum
Myler. ubi ſupra §.9. Qui lapides ita plantati,
5 ac poſiti eſſe debent, ut in certam partem di-
recto ſe ſe mutuo, non in obliquum reſpiciant,
docuit *Bart.in tract.Tyber.in* 20.*figur.quæ inci-*
pit hæc figura differt circa finem, ubi ſubdit,
vidiſſe ab antiquis ruſticis ita obſervati, qui-
bus in hujuſmodi rebus ſtaudum eſſe, quem
ſequuntur *Pariſ.de Put.in cap.1.n.27.de fin.feud.*
Pacichell.cit.membr.2.n.16.verſ.Verum, & Ma-
ſcard.cit.concluſ.400.n.5.cum ſeqq.

Alii ſunt conſtituti deſtinatione Patrisſami-
lias per ſepes, & foveas manufactas. *Paris de*
6 *Put.de finibus ſæud.cap.18. incip. ſi ſundens n.3.*
Hieronym.de Monte pariter de finib.cap.17. n.5.
& 9. Rot.coram Dunozett. Jun.deciſ.520. nu. 7.
verſ.Quia cum tribus ſeqq. & in rec. deciſ. 477.
n.8.cum ſeqq. p.9. tom.2. ubi ſovea habita fuie
pro termino, attenta menſuratione facta,
quæ ad unguem correſpondet, & oſtendit fo-
veam pro termino.

Variæ aliæ etiam probationes admittuntur
7 ad probanda confinia, quas latè examinant
Barboſ. in cap. cum cauſam 13. de probac. ubi
etiam *Gonzalez Tellez n.8.Valenzuel. conſ.100.*
vol. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 393. cum
ſeqq.

Animadvertendum, non omnes montes, val-
les, flumina, lapides &c. judicari debere con-
fines, ſed ex aliis ſignis id conſtare debet, &
8 præſertim ex eo quod longiſſimo tempore ha-
bita ſuerint pro confine, ut ponderavit *Surd.*
conſ.429.n.20.verſ.tertio cum ſeqq. quem ſequi-
tur *Sperell. dec.178. nu.5. p.2.*

Notandum etiam, ſpeciale eſſe in hac ma-
teria confinium, quod recipiantur probatio-
9 nes leviores, & minus perfectæ ac præſumptio-
nes, conjecturæ, & argumenta, ac ſemiplena
probatio, per *tex.in d. cap. cum cauſam de pro-*
bat. ibique *Gonzalez Tellez num. 8.* tenet *Dec.*
conſ. 42. n.10. verſ.His tamen non reſiſtentibus,
Spad. conſ.11. n.19.tom.1.Franc. Marc.dec.334.
n. 4. p. 2. Sperell. d. deciſ. 178. nu. 1. Thomat.
deciſ. 131. n.2. cum ſeq. p. 2. Roc. coram recol.
me. Coccin. dec. 460.n.6. Ac multum deſeratur
congruentiæ, & veriſimilitudini, ut tradit
10 *Gratian. diſcept. 883. n. 6. Sperell. deciſ. 178.*
n.27. p.2. & cenſuit *Rot.in rec. dec.334. nu.3.*
p.2. & coram Carill. deciſ.65. n.10.

Præcipuè conjecturæ, argumenta, & præ-
11 ſumptiones admittuntur, quando verſamur
in antiquis, cum tunc reputentur difficilis
probationis *Barboſ.in d.cap. cum cauſam n.2.de*
probat.Borell.ſumma dec.tit.2. de probat.n.107.
p.2.Valenzuela d.conſ.100.n.34.cum ſeqq.Guido-
pap.dec.193. n.1.verſ. decimo credo,Gratian. di-
ſcept. 883. n.9. Peregr. deciſ.2.n.2. Barz.dec.2.
num. 39. firmavit *Roc. coram Dunozet. Jun.*
deciſ. 426. n. 1. cum ſeq. & coram Eminentiſs.
Otthobon.deciſ.102. n.7.cum ſeq.in rec. dec.145.
n.11. p.10.

Quod declara non procedere, quando ap-
12 paret de juſta rei conventi poſſeſſione, nàm
tunc Actor per plenas probationes confines
probare tenetur, ut relatis *Innoc. Soc. Sen.&*
Maſcard. docet *Sperell. d. deciſ. 178. n. finali.*

Sicut etiam non procedit, quando ex ad-
13 verſo afferuntur contrariæ probationes; Ete-
nim iſto caſu ad probationem confinium con-
jecturis non eſt locus, ſed Actor duriori pro-
batione gravatur, ut declaravit *Rot. coram*
Dunozet. Sen. deciſ.309.n.9. ubi *n. 17.* ſubdit,
teſtes deponentes ſuper certis finibus, & li-
14 mitibus, debere, etiamſi non ſint requiſiti,
aſſignare rationem concludentem, non ſolùm
per actum intellectus, ſed etiam per ſenſum
corporis, ad hoc ut eorum depoſitiones ſtrin-
gant.

B Mediantibus inſtrumentis elicitur vera pro-
15 batio confinium, juxta *tex.in l.in finalibus 11.*
ibi: *in finalibus quæſtionibus vetera monumenta,*
& cenſus authoritas ante litem incohatam ſe-
quenda eſt, ff. fin. regund. juncta *l. Cenſus, ff.de*
probat. pleniſſimè aliis pluribus relatis firma-
vit *Valenzuel. conſ.100. n.42. cum ſeqq. vol. 1.*
Maſcard. de probat. concl. 394. nu. 1. cum ſeqq.
ubi etiam ampliat.

Sed ſi concurrant plura inſtrumenta inter-
ſe varia, & diverſa, ſecundum diſpoſitionem
16 *noſtri Statuti* attendenda ſunt, & prævalent
antiquiora, quæ debent eſſe plura, cum uni-
cum non ſufficiat, ut in puncto reſpondit *Be-*
ro conſ. 77. n.19. vol.3.

Cæterum ceſſante diſpoſitione Statuti du-
bitaretur quænam inſtrumenta prævalere de-
17 berent, an ſcilicet antiquiora, an numero
plura, an verò meliora, juxtà opiniones hinc
inde relatas per *Maſcard. d. concluſ. 394. n.26.*
cum duobus ſeqq.

Pro deciſione quæſtionis confinium, dili-
C genter ſervanda eſt diſpoſitio *noſtri Statuti*
circa electionem duorum bonæ conditionis,
18 & ſamæ ex vicinioribus, & antiquioribus,
qui ſunt magis idonei, tanquàm ratione vici-
nitatis melius informati, ut in ſpecie animad-
vertit *Surd. conſ.429. ſub n.20. cum ſeq. vol.3.*
quem ſequitur *Sperell. d. deciſ. 178. n.92. cum*
ſeq. ubi etiam ſubdit, quod quantò ſunt ruſti-
ciores, & ſimpliciores, tantò ſunt credibi-
liores, nàm ea diſpoſitione à Judice neglecta,
illius ſententia deſupèr emanata, tanquàm
19 injuſta, & iniqua, erit revocanda, ut in
puncto reſpondit *Bero. cit. conſil. 77. n.19.*

Non ſolum autem Judex debet mittere Pe-
20 ritos, per *Text. in l. Si irruptione, §. Ad*
officium, ibi: *Ad officium de finibus cognoſcendis*
pertinet menſores mittere, & per eos dirimere
ipſam finium quæſtionem, ut æquum eſt, ſi ita
res exigat, oculiſque ſuis ſubjectis locis, ff. fin.
regund. quod conſonat cum diſpoſitione *Sta-*
tuti Agriculturæ Urbis in Rubr. 68. ſub tit. de
quæſtion. confin. terminan. mandantis, quod in
con-

controverſiis confinium ſtetur dicto Perito-
21 rum, à Partibus eligendorum, ut dixit *Rota deciſ. prima n. 5. impreſſ. penes eadem Statuta, & R. P. D. de Albitiis in ejus Voto impreſſ. in Annot. ad Rot. coram Pamphil. deciſ. 436. n. 34.* Verùm etiàm per ſe ipſum locum differentiæ inſpicere, cum nulla probatio ſit melior loci evidentia, quæ optima, & ſuperlativa aliarum probationum judicatur, ut diſponitur in *dicto §. Ad officium in fine* latè comprobat *Valenzuel. allegat. conſ. 100. in princ. verſ. In primis, & n. 1. cum tribus ſeqq. Hieron. de Monte de finib. regund. cap. 30. n. 2. cum ſeq. Hermoſill. ad Lopez to. 2. Gloſſ. 2. leg. 74. tit. 5. par. ſub. 5. n. 55.* & reſolvit *Conſilium Neapolitanum penes Afflict. deciſ. 23. num. 6.* quam ſequitur *Barz. deciſ. 2. n. 31. & 57.* Et quod bonus Judex in faciem loci controverſi confinium cum interventu Peritorum accedere debeat, ſequendo
23 theoricam *Bart. in l. Qui bona, §. final. n. 1. ff. de damn. infect.* admonet *Sperell. d. deciſ. 178. n. 28. cum ſeq. par. 2.* qui Periti non ſunt per viam teſtimonii ad judicium ducendi, cum eo caſu non probarent, tanquàm de credulitate deponentes, ſed a Judice deputandi, & examinandi, ut pluribus concordantibus cumularis animadvertit *Sperell. d. dec. 178. num. 6. cum ſeq.* Et quod cum interventu teſtium confines recognoſcendi ſint, & patefacta ex oculari inſpectione veritate litigium terminari debeat, reſpondit *Rota in Bononien. Bonorum Emphyteuticorum 5. Julii 1666. coram R. P. D. Emerix*, ubi etiam firmat, quòd iſto caſu non ſunt exhibendi articuli pro examinandis te-
24 ſtibus, nec poteſt impediri novus acceſſus, etiamſi alius jàm fuiſſet factus, cum ex illo nullum reſultet damnum poſſeſſori.

Poſtquàm autem appoſiti, vel recogniti fuerunt confines, ſi amoveantur; tunc non ad
25 Reum, ſed ad Judicem ſpectat eorùm reſtitutio, emendando id, quod circa illos malè geſtum eſt *Bald. in dicto cap. Cum cauſam n. 9. verſ. Si autem de probat. Felin. in cap. Quia judicante n. 4. verſ. Et dicit de præſcript.* notat *Pigant. ad Statut. Ferrariæ lib. 1. Rubr. 81. nu. 15. verſ. Hic eſt notandum*, & reſpondit *Rot. coram Buratt. deciſ. 52. n. 8.* Nàm peculiare eſt
26 in actione de termino amoto, ut non pronuncietur, Adverſarium compelli, ſed terminos reſtitui in priſtinum, & ita Judex concludat *Salycet. in l. 3. n. 1. poſt Bald. n. 2. C. fin. regun. Caſtr. ibid. nu. 1. verſ. in Gloſſ. prima, & n. 4. verſ. Sed ſi peto*, & proſequitur *Rot. coram Buratt. loc. cit. n. 9. & ſeq.* ubi cum *Bald. & Sichard.* advertit, repoſitionem terminorum
27 fieri à Judice, vel ab Agrimenſore de ejus mandato.

ADDIT. AD RUBR. XXXVII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Via publica reputatur ex inſignioribus Confinibus.

2 Lapides habentes lapillos adhærentes inſerviunt pro confinibus, ſed debent ſe reſpicere de directo, non per obliquum & nu. 3.

4 Ager inſervit pro confine, & diſtinctione prædiorum.

5 Actor in materia confinium tenetur probare ſuam intentionem concludentèr.

6 Ruſtici viciniores, & antiquiores ſunt teſtes magis idonei in materia confinium.

7 Periti Agrimenſores eligendi ſunt in cauſis finium.

8 Ocularis inſpectio Judicis eſt concludens probatio in materia Confinium.

Num. 2. Via publica reputatur ex inſignioribus confinibus ut etiam me allegato firmavit *Rot.*
1 *in Romana* * *ſeù Portuen. Tenutarum ſuper exceſſu quoad Palum 26. Martii 1708. §. Modernus coram R. P. D. Anſaldo.*

Num. 3. Sequitur cum aliis allegatis *Rot. in Romana, ſeu Portuen. Tenutarum ſuper exceſſu,*
2 *quoad Vicarellum* * *26. Martii 1708. cor. R. P. D. Anſaldo §. Relictum, & in Romana, ſeù Sutrina mox alleganda §. Secundo.*

Num. 5. Lapides, ſeù Confines ita aponi ſolent
3 ac debent * ut mutuò ſe reſpiciant de directo non in obliquum, ut etiam alijs cumulatis firmavit *Rot. in Romana, ſeù Sutrina Confinium 10. Decembris 1714. cor. R. P. D. Lancetta §. Et ſanè, & in eadem die 1. Aprilis 1715. §. Poſita cor. eodem.*

Num. 6. Ager inſervit pro Confine, & diſtinctione prediorum ut etiam firmavit *Rot. in Romana Communantiarum, & Fontanilis 20.* *
4 *Jann. 1702. cor. R. P. D. Anſaldo §. Accedebat.*

Numm. 12. Actor in materia Confinium tenetur probare ſuam intentionem per plenas
5 probationes * quando conſtat de juſta Rei conventi poſſeſſione ut me ſequendo cenſuit, *Rot. in Romana, ſeù Portuen. Tenutarum 26. Martii 1708. cor. Anſaldo §. Quapropter.*

Num. 18. Viciniores, & antiquiores Ruſtici ſunt
6 magis idonei teſtes in materia confinium * ut me hic allegato firmavit, *Rot. in d. Romana, ſeù Portuen. 26. Martii 1708. §. Agnoſcentes.*

Num. 20. Periti Agrimenſores eligendi ſunt in
7 cauſis Confinium, & eorum * judicum plurimum attendendum eſt, ut etiam advertit, *Rot. in d. Romana ſeù Sutrina 1. Aprilis 1715. §. Ponderabant in fine cor. R. P. D. Lancetta.*

Num. 22. Ocularis inſpectio Judicis eſt ſuperlativa, & undequaque concludens probatio *
8 in materia confinium, ut etiam dixit *Rot. in d. Romana, ſeù Sutrina Confinium prima Aprilis §. Præter.*

Quod ei, cujus nomine ſtipulatur, actio ſine ceſſione acquiratur.

RUBRICA TRIGESIMOCTAVA.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi quis ſtipuletur, acquirat, vel aliquem contractum faciat nomine alterius, illi tali, cujus nomine ſtipulatio, contractus, vel acquiſitio fieret, eo, vel ejus hærede ratum habente, in omnibus, & per omnia habeatur, acquiratur, & ſit, ac ſi ipſe idem, cujus nomine fuit ſtipulatum, acquiſitum, vel contractum, in propria perſona id fecerit, ita quod nulla ceſſio requiratur, ſed abſque ea agere libetè poſſit, & valeat, & locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris.

SUMMARIUM.

1 STipulari pro alio non poteſt, eique jus non acquiritur, abſque ceſſione. Ampl. n. 5. 6.7.9. & 10. Lim. n. 11.12. 13. 14. 15. 16. 18.19. & 29.

2 Obligationes inventæ ſunt, ut unuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt.

Stipulantis nihil intereſt, quod alteri detur, num.2.

3 Volens alteri ſtipulari debet adjicere pœnam, qua adjecta, ſi ſtipulatio non ſervetur, committitur pœna etiam ei, cujus nihil intereſt.

4 Abſenti ur jus, & actio acquiratur propter alterius ſtipulationem, requiritur ceſſio.

5 Pater ſtipulari non poteſt pro filio emancipato.

6 Mater ſtipulari non poteſt pro filio. Limit. num.8.& 16.Sublim.num.17.

Mater non habet filium in poteſtate, n.6.

7 Frater ſtipulari non poteſt pro fratre. Lim. num.8.& 16.Sublim.num.17.

9 Vir ſtipulari non poteſt pro Uxore.

11 Pater ſtipulari poteſt pro filiis exiſtentibus ſub ejus poteſtate, & num.14.

12 Aſcendentes per lineam maſculinam ſtipulari poſſunt pro deſcendentibus.

13 Dotis favore quis ſtipulari poteſt pro alio.

14 Stipulari poteſt pro omnibus iis, qui alterius juri ſunt ſubjecti.

Prælatus pro Monacho, & Monaſterio ſtipulari poteſt, num.14.

15 Tutor pro Pupillo, & Curator pro Minore, Prodigo, vel Amente ſtipulari poteſt.

Princeps pro Subdito ſtipulari poteſt, n.15.

Epiſcopus, & Rector pro ſua Eccleſia ſtipulari poteſt, num.15.

18 Eccleſiæ, & piæ cauſæ favore ſtipulari unuſquiſque poteſt.

19 Judex ſtipulari poteſt pro abſente, & ignorante, quoad ea, quæ ad judicium ſpectant, num.20.

21 Notarius ſtipulari poteſt pro abſente.

22 Amplia procedere tàm in judicialibus, quàm extrajudicialibus. Vide num.23.

24 Norarius ſtipulari poteſt pro abſente, cui acquiritur irrevocabilitèr, abſque ceſſione, quando concurrit juramentum, vel obligatio Cameralis, num.25. Declara nu.26.

27 Scientia ſufficit pro acceptatione, quando verſatur in actu, ſeu contractu lucrativo.

Scientia probatur præſumptionibus, & conjecturis, num.27.

Donatio acquiritur abſenti mediante ſtipulatione Notarii, num.27. Decl.num.28.

29 *Statutum Lucæ lib.2. cap.73.* diſponit abſenti per tertii ſtipulationem jus acquiri, abſque ceſſione.

30 Ex contractu Procuratoris, vel Inſtitoris, an competat actio, abſque ceſſione, remiſſivè.

OBSERVATIO.

1 STipulari pro alio non poteſt, juxta regulam, de qua *in l.Stipulatio 38. §. Si quis alii, & §. Si quis alteri Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* & docent *Gibalin. de univerſ. rer. human. negotiat. lib.4. cap.1. art.5. confectar.7. n.9. Olea de ceſſion. jur. & act. tit.4. qu.9. nu.1. cum ſeq. Guttierez de juram. par.1. cap.36. nu.1. Arias de Meſa variar. reſolut. lib.3. cap.50. n.1.*

Ea optima ratione, quia inventæ ſunt obligationes, ut unuſquiſque ſibi acquirat, quod
2 ſua intereſt, quod autem alteri detur, nihil intereſt ſtipulantis, ut diſponitur *in d.§. Alteri*, & tradunt *mox allegati*: Atque ideò conſuluit *Juriſconſultus in d.§. Alteri*, quod ſi quis
3 velit alteri ſtipulari, adjiciat pœnam, qua adjecta, ſi ſtipulatio non ſervetur, committitur pœna etiam ei, cujus nihil intereſt, ut advertit *Gutierez d.cap.36. ſub n.1.* Et ut acquiratur jus, & actio abſenti propter alterius ſtipula-
4 tionem, requiritur ceſſio *Guttierez de juram. par.1. cap.68. n.1.*

Prædicta regula, ſicut aliæ, patitur ſuas limitationes, ac etiam variis modis extenditur. Ampliatur enim primò procedere etiamſi Pa-
5 ter ſtipuletur pro Filio emancipato, ut firmat *Salzed. de repræſen. lib.3. cap.18. à n.40. cum ſeq.* quem refert, & ſequitur *Olea loc.cit. ſub nu.3. Sanchez de matrim. lib.1. diſp.7. n.5.*

Ampl.2. procedere in Matre ſtipulante pro Filio, cum illum non habeat in poteſtate, ut
6 tradunt *Salzed. Olea, & Sanchez, mox allegati Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. art.51. verſ. Quarto Capyc. latr. dec.63. n.1.*

Ampl. 3. in Fratre ſtipulante pro Fratre,
7 *Sanchez loc.cit. eodem num.5.*

Subamplia proximas præcedentes duas
8 ampliationes in conceſſione feudi, & emphyteuſis, in qua Mater pro Filio, & Frater pro

Digitized by Google

Fratre ſtipulari valet, ut reſponderunt *Pariſ.*
conſ.6.nu.24.volum.1.Ruin.conſ.5.n.4.lib.1. Me-
noch.conſ.62.nu.6.volum.2. juxta tamen decla-
rationem, de qua infra in 6. limitatione.

Ampl.4. in Viro ſtipulante pro Uxore, ut
9 cum *Luca de Penna in l.1.ſub nu.4.C.de fugitiv.*
Colon. obſervat *Cenſal. ad Peregrin.art.11.verſ.*
Decimo ſecundo.

Ampl.5. quando ex diſpoſitione Statuti re-
10 quiritur, quod ille, cujus nomine ſtipulatur,
vel contrahitur, poſtea conſentiat, vel ante,
vel per prius conſenſerit, ut reſpondit *Caſtr.*
conſ.171.n.2.circa finem par.2.

Lim.1. in Patre, qui ſtipulari poteſt pro Fi-
liis, quorum favore utilis erit ſtipulatio, eiſ-
11 que quæritur jus, & actio ad *Text. in l. quod-*
*cunque 45.§.Si quis ff.de verb.obligat.*plenè *Pe-*
*regrin.de fideicom.art.51.n.6.*ubi *num.ſeq.*Limi-
tat in filiis naturalibus *Paſchal. de virib. patr.*
poteſt.par.4.cap.10.n.44.in fine.

Imò non ſolum Patrem, verùm etiam cæ-
teros Aſcendentes per lineam paternam pro
12 Deſcendentibus quamvis non natis, ſed na-
ſcituris ſtipulari poſſe, tradit *Peregrin.d.nu.6.*
ibique Cenſal.verſ.Quarto obſervo.

Lim.2. favore dotis ad *Text.in l.Gajus ff.ſo-*
13 *lut.matrim, ubi Bart.nu.3.aliique Scribentes,* &
præſertim *Barboſ.nu.7.* & hanc uti veriorem
opinionem tenet *Cenſal.loc.cit. verſ.Quinto ob-*
ſervo Merlin. Pignatell.controv.forenſ. centur.1.
cap.61.n.2. & Arias de Meſa variar.reſol.lib.3.
cap.50.n.10.cum aliis per eum allegatis.

Lim.3. in omnibus iis, qui alterius juri
14 plenè ſunt ſubjecti, cum propter illam ple-
nam ſubiectionem cenſeantur eædem perſonæ
cum iis, pro quibus ſtipulantur, prout Man-
cipium pro Domino, Filiusfamilias, quandiù
eſt ſub patria poteſtate cum Patre, Prælatus
pro ſuo Monacho, & Monaſterio, ut de Man-
cipio per *Gloſ. in cap. quamquam verſ. Poſſunt*
*acquirere de uſur.in 6.*tradit *Gibalin.d.nu.6.Ca-*
pon.de pact.& ſtipulat.q.41.nu.6. De filiofami-
lias *Gibalin.eodem n.6. Cenſal.ad Peregrin.de fi-*
deicom. d. artic.51.verſ.ſeptimo obſervo. Et de
Monacho paritèr *Gibalin. eodem n.6.Capon.loc.*
mox allegato.

Lim.4. in iis, qui aliorum curam gerunt,
nempè Tutor pro Pupillo, Curator pro Mi-
15 nore, pro Prodigo, vel Amente, Princeps pro
Subdito, Epiſcopus, & Rector pro ſua Eccle-
ſia, ut docet *Sanchez de matrim.lib.1.diſput.7.*
ſub nu.3. qui loquitur de Tutore, & Curatore,
Gibalin.cit.Confect.7.n.6.verſ.Secundo Cenſal.loc.
cit.verſ.Decimo tertio.

Lim.5. in conceſſione emphyteuſis, & feu-
16 di, in qua Mater pro Filio, & Frater pro Fra-
tre ſtipulari valent, ut ſupra firmatum fuit in
ſexta Ampliatione, quod tamen procedit,
quando ſtipulatio facta ſit in re ſua, vel futura
ſua, utpotè quia Mater, vel Frater ſtipulatus
ſit conceſſionem emphyteuſis, vel feudi pro
ſe, & poſt ejus mortem pro fratre ſuo, & filiis
17 fratrum, vel etiam pro aliquo extraneo, &
deſcendentibus ab eo, cum iſto caſu nulla ſit
differentia inter fratres, vel extraneos; Secùs
verò ſi ſuper re non ſua, vel ubi non acqui-
renda, nempè ſtipulando in prima acquiſitio-
ne pro fratre, vel pro extraneo, ut optimè di-
ſtinguendo tenet *Peregrin. de fideicom. art.51.*
nu.10. verſic.Et mihi, ut ingenuè dicam, ibique
Cenſal.verſ.Decimo obſervo.

Lim.6. favore Eccleſiæ, & piæ cauſæ, cum
tunc fieri dicatur Deo, qui ubique eſt præſens,
18 noſtraſque oblationes, & bona opera acce-
ptat, juxta veriorem, & communiorem opi-
nionem, quam tenet *Sanchez diſput.7. nu.10.*
verſ. Communior Cenſal. ubi ſupra verſ. Decimò
primo Gibalin. d.confect.7.in fine, ubi cumulat
concordantes *Card.de Luca de donat.diſcurſ.14.*
n.13.verſ.Secundò reſpondetur, & diſcurſ.23.n.6.
ac diſcurſ.ſeq.n.2.Rot.cor.Cavaler.dec.606.n.10.
cor.Dunozet.Jun.dec.773.

Lim.7. in Judice, qui ſtipulari poteſt pro
19 abſente, & ignorante, quoad ea, quæ ad
judicium ſpectant, ut firmat *Gloſ.in §.Si quis*
alii Inſtit. de inutili ſtipulat. Gibalin.d.Confect.7.
n.6.in fine Peregrin.de fideicom.art.51.n.13. ubi
ſubdit, quod procedit in judicialibus, non
autem in extrajudicialibus.

Sublim. tamen procedere in ſtipulatione
præterita tantùm, & in defectum Servi ejus,
20 ſeu Tabellionis, vel alterius perſonæ legiti-
mæ, quæ poſſit ejus nomine ſtipulari, juxta
declarationem *Luc.de Penna in l.1.C.de fugitiv.*
Colon.n.4.cum ſeq. quam refert *Cenſal.loc.citat.*
ſub verſ.Decimo ſecundo.

Lim.8. in Notario, qui ſtipulari poteſt pro
21 abſente, eo quia ſit perſona publica *Bald. in*
l.Nec ei,§.Satiſdatio n.5.ff.de adoption.Altograd.
conſ.28.n.24.ibique in Appendic.verſ.un.35.im-
preſſ.in fine conſil.volum.1. & conſ.39.n.20.cum
ſeqq.vol.2.Peregrin.loc.cit.n.13. Arias de Meſa
variar.reſol.lib.3.cap.50.nu.15.Olea de ceſſ.jur.
tit.4.q.9.n.29. Gutierez.de juram.par.1. cap.68.
n.7. cum aliis adductis per *Sanchez cit.diſp.7.*
n.11. reſpondit *Rot.cor.Ludoviſ.dec.97.nu.3.pe-*
nes Zacch.de obligat.Cameral.dec.244.n.2.coram
Coccin.dec.1829.n.3.

Quod procedit tàm in judicialibus, quàm
22 in extrajudicialibus, ſecundùm veriorem
opinionem, quam tenent *Jaſon.in l.Stipulatio*
iſta §.Si ſtipuler.n.15.ff.de verb.oblig. Gutierez.
d.cap.68.eod.nu.7. Altograd.d.conſ.39.n.25.cum
ſeqq.volum.2.

Quicquid reſpectu extrajudicialium con-
trarium teneat *Sanchez cit.diſput.7. n.11.verſ.*
Tum quia non eſt Text.Gibalin.cit.confect.7.n.7.
23 *Milanen. dec.4.ſub n.34.lib.2.bo:me:Robuſterius*
in ejus Voto impreſſ. penes Zacch. de obligat. Ca-
meral.dec.123.nu.3.cum pluribus ſeqq.repetit.in
rec.dec.12.par.1. ubi poſt relatos contrarium
ſentientes, tenet, hanc de jure eſſe veriorem,
& magis communem opinionem, qui tamen
articulus in eadem Cauſa paritèr *coram Ro-*
buſterio propoſitus tunc non fuit reſolutus,
ut in dec.124.in princ.penes Zacch.de obligat. Ca-
meral., ſed poſteà contrarium fuit deciſum,
ut in prææallegatis deciſ.

Eoque

Digitized by Google

Eoque certiùs acquiritur jus abſenti irrevocabilitèr per ſtipulationem Notarii, abſque ceſſione, quando concurrit juramentum, per
24 quod ceſſant omnes controverſiæ, ut firmat *Zacch. de obligat. Cameral. q. 23. n. 1.* & reſpondit *Rot. cor. recol. me: Coccin. dec. 518. n. 6. cor. Ubald. dec. 259. n. 1. cum ſeqq. par. 1. penes eumdem Zacc. dec. 194. num. 10.*

Idemque habet locum ſi ſtipulatio munita
25 ſit obligatione Camerali, ut proſequitur *Zacc. d. q. 23. n. 2. cum ſeqq. Surd. dec. 111. Rot. cor. Cavaler. dec. 12. n. 6. cor. Cerro dec. 34. n. 21.*

Declara tamen, prædictam limitationem procedere ad hoc, ut non poſſit, qui ſe obli-
26 gavit, etiam ante ratificationem, & acceptationem abſentis, revocando pœnitere; ſecus autem ad effectum acquirendi jus, & dominium irrevocabilitèr, ad quem effectum requiritur acceptatio, cum ipſe poſſit à ſe illud abdicare, mediante repudiatione, interim tamen effectus eſt Dominus revocabilitèr, ut conciliando declarat *Altograd. conſ. 39. n. 39. vol. 2. Adden. ad Ludoviſ. dicta dec. 97. nu. 8. Zacch. d. q. 23. n. 6. verſ. Nec obſtat cum tribus ſeq.* & reſpondit *Rot. penes eundem Zacch. dec. 194. num. 8. cum ſeq.*

Pro acceptatione autem ſufficit ſcientia; quando verſatur in actu, ſeu contractu lucra-
27 tivo, ut in donatione *Bart. in l. Quo enim §. Primo n. 1. verſ. Aut geritur ff. rem rat. hab. Menoch. conſ. 229. n. 26.* & latè comprobando firmavit *Rot. cor. Cerro dec. 34. n. 24. cum ſeq.* ubi etiam ſubdit, ſufficere ſcientiam probari præſumptionibus, & conjecturis *penes Zacch. de oblig. Cameral. dec. 189. n. 15. cum tribus ſeqq.*

Secùs autem quando donatio non eſt ſimplicitèr lucroſa, ſed mixta, cum inſit poſſibi-
28 litas damni *Rot. in rec. dec. 274. nu. 4. par. 6. deciſ. 27. nu. 1. cum ſeqq. par. 7. cor. Eminentiſs. Cerro dec. 782. n. 15.*

Limit. 9. concurrente *Statuto*, prout *Lucæ cap. 73. lib. 2.* diſponente abſenti per tertii ſti-
29 pulationem etiam abſque ceſſione jus acquiri, ut teſtatur *Altograd. in Appendic. ad conſ. 28. verſ. Quid dicendum in fine impreſſ. in fine conſil. volum. 1.*

Quid dicendum de contractu Procuratoris, vel Inſtitoris, an ſcilicet competat actio
30 abſque ceſſione, videndus *Olea de ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 9. Capon. de pact. & ſtipul. quæſt. 41. num. 55. cum ſeqq.*

Quod Creditor inſtrumentum obligationis poſt poſt ſolutionem cancellare teneatur.

RUBRICA TRIGESIMANONA.

SI Creditor inſtrumentum pignoris, vel alterius cujuſcunque debiti, ſeu obligationis habuerit, & ipſum pignus non reſtituerit, & ejus inſtrumentum Debitori poſtquam Debitor ei ſatisfecerit de debito, & poſtquam requiſitus fuerit à Debitore, ut inſtrumentum debiti annullet, non cancellaverit, (A) ſeu annullaverit, infra tertiam diem poſtquam requiſitus fuerit, Iudex cogere debeat Creditorem ad conficiendum inſtrumentum liberationis, (B) & finis Debitori de debito, & obligatione prædictis, pœna dicto Creditori ſolidorum quinque bononenorum pro qualibet libra quantitatis debitæ, & reſtituat Debitori expenſas, quas fecerit litigando ſuper hoc pro habenda dicta liberatione: Et prædicta fiant ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & de facto.

SUMMARIUM.

1 CAncellatio fit, lineam per tranſverſum in modum Crucis ducendo.

2 Linea per tranſverſum à Notario facta in Baſtardello, ſeu Originali indicat Inſtrumentum fuiſſe redactum in forma nitida, & publica, & ſi non reperiatur extenſum in Protocollo, adhuc ex hujuſmodi linea non reſultat cancellatio, & n. 4.

Inſtrumenta rogantur compendiosè in Baſtardello, & deindè illa extenduntur, & reportantur in Protocollo, n. 2.

4 Citationes in filzia appoſitæ linea à Notariis A.C. ſubducuntur, ſtatim ac redactæ ſunt in libro nuncupato *Manuale*, & ſi aliqua citatio non reperiatur extenſa in Manuali, adhuc ex dicta lineatura non reſultat cancellatio.

5 Inſtrumento cancellato reperto penes creditorem præſumitur debitor liberatus. Vide num. 10.

6 Inſtrumento cancellato reperto penes debitorem, qui non ſit domeſticus creditoris, nec alia de cauſa ſuſpectus, præſumitur ipſe debitor liberatus. Decl. n. 7. Vide n. 10.

8 Inſtrumento cancellato reperto penes tertium non preſumitur debitum cancellatum

9 Inſtrumento cancellato reperto pènes Notarium in ejus Protocollo reſultat liberatio debitoris. Decl. ut ibi. Vid. n. 10.

10 Cancellato chirographo, ſeu apoca debitor quidem liberatus videtur, non tamen cenſetur inductum pactum de non petendo eam quantitatem, quàm manifeſtis probationibus creditor ſibi adhuc deberi oſtendit.

11 Pactum de non petendo debitum inductum cenſetur, tradito chirographo, ſeu apoca per creditorem debitori.

Maxime ſi in fine apocæ manu debitoris defuncti adnotatum fuerit, ſolutionem fuiſſe ſecutam, n. 13.

13 Pactum de non petendo debitum inductum cenſe-

cenſetur tradito chirographo, ſeu apoca uni ex debitoribus per creditorem.

14 Inſtrumentum cancellatum an habeat viam executivam.

15 Quietantia, & liberatio facienda eſt per creditorem debitori, qui ſoluit debitum.

16 Solemnitates, alioquin neceſſariæ in contractibus Minorum, & Mulierum, non requiruntur in liberatione, & quietantia debitoris, debitum ſolventis.

17 Quietantia mediante ſcriptura privata fieri ſufficit à creditore. Lim. n. 18.

Debitor quietantiam deſiderans mediante rogitu Inſtrumenti publici, tenetur mercedem Notario ſolvere, n. 17. Lim. n. 18.

18 Quietantia, ſeu receputa debiti ſoluti fieri debet per creditorem mediante Inſtrumento ex diſpoſitione *Statuti Faventiæ*.

19 Scriptura privata non venit appellatione Inſtrumenti Contrarium n. 20.

21 Scriptura privata ſecundum communem uſum loquendi non venit appellatione Inſtrumenti. Amplia n. 24.

22 Communis uſus loquendi attenditur in Statuti verbis interpretandis.

23 Scriptura privata non venit appellatione Inſtrumenti in Statutis. Decl. n. 29.

24 Amplia 1. procedere etiamſi fuerit recognita.

25 Amplia 2. quamvis Statuta condita fuerint à Juriſperitis.

Verba Statuti accomodata, & prolata à Juriſperitis, intelligenda ſunt propriè, & ſecundum intellectum Juriſtarum, non autem idiotarum, & vulgarium perſonarum, n. 25. Contrarium, n. 27. Maximè quando ſecundum communem uſum loquendi, tam Juriſperitorum, quàm idiotarum perſonarum verba Statuti idem ſignificant, n. 28.

26 *Statuta Faventiæ* condita fuere à celeberrimis Juriſconſultis.

30 Scriptura privata ex diſpoſitione *Statuti Faventiæ* non venit appellatione Inſtrumenti.

31 Creditor non tenetur facere quietantiam generalem, ſed ſolùm de eo, quod recepit.

OBSERVATIO.

A CAncellatio propriè fit, lineam per tranſ-
verſum in modum Crucis ducendo, ut
1 declarat *Gloſſ. in l. Si quis libertatem in verbo
inducere ff. de petit. hæredit.* quam ſequitur *Bart.
in l. 1. §. 1. & in l. Cancellaverat n. 3. ff. de his,
quæ in Teſtamen. delent. Surd. conſ. 16. n. 1. im-
preſſ. poſt ejus conſil. 21.*
Et prædicta lineatura Inſtrumenti, quan-
doque fit ad indicandum, illud redactum fuiſ-
2 ſe per Notarium in Protocollo, ac in forma
nitida, & publica, nam regulariter per No-
tarios rogantur Inſtrumenta compendiosè
ſcripta in Baſtardello, & deindè illa exten-
duntur, & reportantur in Protocollo, & tunc
temporis linea ſubducuntur ſcripta in Baſtar-
dello, ut docet *Bart. in l. pluribus 4. n. 1. ff. de
his, quæ in Teſtamen. delent.* quem ſequitur,
*Surd. in d. conſ. 16. ſub nu. 15. Gratian. diſcept.
593. num. 10.*
Quod practicatur etiam ferè ab omnibus
Notariis A.C. quando citationes in filzia ap-
3 poſitæ mediante regiſtratione in Libro, *Ma-
nuale* nuncupato, rediguntur. Undè etſi In-
ſtrumentum non reperiretur extenſum in
Protocollo, ſeu citatio in Manuali, attamen
ex dicta lineatura non reſultabit cancellatio,
4 & annullatio, cum illa ad eum finem de con-
ſenſu Partium facta non fuerit, ſed cenſebitur
per errorem Inſtrumentum omiſſum in Pro-
tocollo, ſeu citatio prætermiſſa in Manuali,
ita ut adhuc remaneat ſubſtantia Inſtrumenti,
ſeu citationis, ut reſpondit *Gratian. d. diſcep.
nu. 10. cum ſeqq. Rot. cor. Caputaquen. dec. 102.
part. 2.*
Quandoque verò fit pro caſſatione, & ex-
tinctione debiti, & loco quietantiæ favore
debitoris, ſed quando ad iſtum effectum facta
cenſeatur controverſum eſt inter *DD.*; & pro
faciliori reſolutione conſtituuntur tres caſus;
5 Primus eſt, quando Inſtrumentum cancella-
tum reperitur penes creditorem, & iſto caſu
debitor præſumitur liberatus, ut plenè firmat
*Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 141. n. 4.
cum ſeq.*
Secundus caſus eſt, quando reperitur pe-
nes debitorem, qui non ſit domeſticus credi-
6 toris, nec alia de cauſa ſuſpectus, & tunc
pariter præſumitur liberatus debitor, quo-
tieſcunque probet Inſtrumentum, ita cancel-
latum, ſibi traditum fuiſſe a creditore *Bart.
in d. l. pluribus n. 2. ff. de iis, quæ in Teſtamen.
del.* reſpondit *Bald conſ. 83. vol. 3. Menoch. d.
præſumpt. 141. n. 7. cum ſeq. ubi n. 9.* ſublimitat
procedere quotiès Inſtrumentum ſic cancel-
7 latum permanſit longo tempore penes debi-
torem, ſecùs ſi modico, *& num. 10. cum ſeqq.*
examinat quid ſi debitor ſit ſuſpectus, utpotè
quia ſit familiaris, & domeſticus creditoris.
Tertius caſus, quando reperitur cancella-
tum penes tertium, & eo caſu non præſumitur
8 debitum cancellatum, ut rejecta opinione
Bart., & ſequendo illam *Angel. in l. ſi unus C.
de Teſtam.* reſpondit *Alex. conſ. 59. n. 11. vol. 2.*
& ſequitur *Menoch. loc. cit. n. 18.*
Quartus caſus, quando reperitur cancella-
tum penes Notarium in ejus Protocollo, &
9 eo caſu operatur liberationem, quando in
margine per Notarium cum debitis ſolemni-
tatibus, nempè die, Pontificatu, ſeu Conſu-
le, & Teſtibus adhibitis adnotatum fuerit,
cancellationem factam fuiſſe de voluntate
Partium, aliàs ſecùs, cum abſque conſenſu
Partium Notarius careat facultate cancellan-
di Inſtrumentum, ut docet *Bald. in leg. Labeo
§. 1. ff. de pact.* reſponderunt *Surd. d. conſ. 16.
nu. 17. Alex. d. conſ. 59. n. 12. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 255. n. 2. Gratian. diſcept. 593. n. 12.
verſic. cum etiam cum ſeqq., & Menoch. loco al-
legat. nu. 19.* Si tamen atteſtetur, cancellatio-
nem ab ipſo factam fuiſſe per errorem, ei cre-
ditur, ut reſpondit *Surd. conſ. 16. n. 18.*

Quan-

Digitized by Google

Quandò verò creditum reſultat ex apoca,
ſeu chirographo, ſi illud cancellatum fuerit,
licèt præſumptione debitor liberatus videa-
10 tur, non tamen cenſetur inductum pactum
de non petendo eam quantitatem, quam ma-
nifeſtis probationibus creditor, ſibi adhuc
deberi oſtendit, undè pro ea rectè debitor
convenitur, juxtà præciſa verba *Modeſtini in
l. ſi chirographum 24. ff. de probat.*, & tradit *Ca-
pon. de pact. & ſtipulat. qu. 10. nu. 13. cum ſeq.*
Quod procedit etiam in ea cancellatione In-
ſtrumenti, per quam alioquin inducta eſſet
præſumptio ſolutionis, ut firmat *Bilect. deciſ.
90. num. 3.*

Cenſetur verò inductum pactum de non pe-
tendo debitum tradito chirographo per cre-
11 ditorem debitori, per *Text. in l. Labeo 2. ff.
de pact.* ut latiſſimè comprobat *Capon. d. qu. 10.
nu. 1. cum ſeqq., & per tot. Caſtill. controverſ.
tom. 2. cap. 23.*

Idemque procedit ſi apoca, ſeu Chirogra-
phus, in quo duo erant obligati, traditus per
12 creditorem fuerit uni eorum, cum cenſeatur
illum liberaſſe, & donaſſe actionem contra
alium, juxta opinionem *Bart. in d. l. Labeo,
§. Sed etiam tacito nu. 5.* quam reprobatis aliis
duabus opinionibus, tenendo comprobat,
*Capon. d. tract. qu. 21. nu. 1. cum ſeqq. De Luca
ad Franch. dec. 361. num. 4.*

Eo magis cenſetur ſolutum debitum, ſi in
fine apocæ manu debitoris defuncti adnota-
13 tum fuerit, ſolutionem fuiſſe ſecutam, ut ad-
uertit *Cancer. var. reſolut. par. 2. cap. 6. n. 206
verſic. Et juvabatur.*

Cæterum Inſtrumentum, & Apoca retine-
bunt, & reſpectivè amittent viam executi-
14 vam, juxtà naturam, & qualitatem cancel-
lationis, ſecundum cujus cauſam illa regulan-
da erit, undè ſi cancellatio importet extin-
ctionem debiti, ſeu pactum de non petendo,
tunc ceſſabit via executiva; ſecùs è converſo,
ut reſpondit *Rota in ejus flori egio practicabili
concluſ. la 4. nu. 17. verſic. verum cum ſeqq.*

Quietantia, & liberatio facienda eſt per
15 creditorem debitori, qui ſoluit debitum,
B cum ſit actus neceſſarius, ut firmat *Conciol.
ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 29. nu. 1.*

Et uti talis pro ejus validitate non requi-
runtur ſolemnitates, alioquin neceſſariæ in
16 contractibus, & obligationibus minorum,
& Mulierum, ut reſpondit *Altograd. conſ. 15.
nu. 13. vol. 2.*

Sufficit tamen, eam fieri per ſcripturam
privatam ad *Text. in l. Plures apocis, ibique
17 Bald. & Barboſ. utrobique in princ. C. de fide
inſtrumen.* undè ſi debitor eam deſideret me-
diante rogitu Inſtrumenti publici, prout com-
pellere poteſt creditorem ad illud faciendum,
ut notat *Bald. ubi ſupra nu. 7. cum ſeq. & Ad-
den. ad Capyc. latr. dec. 21. nu. 1. in fine lib. 1.*,
tenetur ipſe ſolvere integram mercedem No-
tario, cum agatur de actu, ad ejus complа-
centiam, & ad abundantiorem cautelam geſto.

Quid autem dicendum ſit in terminis *noſtri
Statuti* diſponentis quietantiam faciendam
18 eſſe mediante Inſtrumento, determinatio vi-
detur pendere à reſolutione illius quæſtionis,
An appellatione Inſtrumenti veniat quoque
19 Scriptura privata, in qua licèt aliqui *DD.* ſe
fundantes *in l. 1. C. de juramen. propt. calumn.
dando, in l. Scripturas in ſecundo reſponſo C. qui
pot. in pign. hab.* prout *Corn.*, & *Imol.* relati
per *Gennam de Scripi. privat. lib. 1. quæſt. 4.
dubit. 1. ſeu quæſit. 12. nu. 12.* reſponderint non
contineri; Attamen ſecundum propriam ſi-
gnificationem, deſumptam ex alluſione voca-
20 buli, communiter firmatur, Scripturam
privatam, tanquam cauſam inſtruentem ve-
nire nomine Inſtrumenti, ut docent *Bart. in
l. 1. ſub nu. 2. ibique Bald. nu. 5. verſic. ſolutio C.
de juram. propter calumn. dando Caball. conſil. 24.
n. 13. cum aliis allegandis infra in Annot.* XXXXIV.
num. 1.

Secundùm verò communem uſum loquen-
di non contineri, cum Scriptura privata verè
21 non ſit Inſtrumentum, non enim eſt in uſu
dicere, habeo Inſtrumentum, dum habeo
Apocam, ſeu aliam Scripturam privatam, ut
tenent *Bart. loc. cit. in dicta l. 1. nu. 2. ibique
Bald. nu 5. verſic. ſed ſecundum Roman. conſil. 23.
nu. 1. verſic. Non ſumus Genna de Scriptur. pri-
vat. lib. 1. quæſt. 4. dubit. 1. ſeu quæſit. 1. nu. 18.
cum ſeq. Caroc. deciſ. 49. nu. 10. Trivisan. dec. 40.
nu. 8.* & faciunt firmata in propoſito per *The-
ſaur. qq. forenſ. lib. 2. quæſt. 17. nu. 6.*

Et hinc cum communis uſus loquendi in
Statutis interpretandis ſit attendendus, pro-
22 indè appellatione Inſtrumenti, juxta com-
munem uſum in eis non venit Scriptura, pri-
23 vata, ſed tantum ea publica quæ confecta
ſit a Tabellione, ut in his terminis tradunt
*Felin. in rubr. de fid. Inſtrumen. num. 6., Caſtr.
in leg. 1. num. 8. in fine Cod. de juram. propter
calumn. dando Roman. dicto loc. cit. Monte Spe-
rell. conſil. 25. nu. 25. cum ſeq. Carolus de Graſſ.
de except. in prælud. nu. 81. cum ſeq. Genna loc.
proximè cit. nu. 20. & 23. Triviſan. ubi ſupra
Carocc. dicta deciſ. 49. nu. 15. cum ſeq.*

Quod procedit, quamvis fuerit recognita,
ac concurrant ea per quæ æquiparatur Inſtru-
24 mento publico, illiuſque vim habeat, nam
adhuc non deſinit communiter vocari ſcri-
ptura privata *Innocent. in cap. 2. nu. 2. cum ſeq.
de fid. Inſtrumen. & Triviſan. ubi ſupra num. 9.*
Habere enim eandem vim circa probationem,
& inconcurſu, non operatur, quod ſinonimè
unum pro alio accipi valeat, ſed ſecundum
uſum communem loquendi indiſtinctè unum-
quodque ſuo proprio, & particulari nomine
nuncupatur, prout quotidiè experitur, quod
obligatio penes acta, ſeu terminus ad ſolven-
dum a debitore ſuſceptus, libri Mercatorum,
& Officialium &c. in aliquibus locis ſecun-
dum particularem diſpoſitionem Statutorum,
legum, & privilegiorum, ſimiles ſcripturæ
habent eandem vim, & efficaciam, quam ha-
bet publicum Inſtrumentum, & nihilominus
ex communi uſu loquendi etiam literatorum
Virorum, nec terminus ad ſolvendum nec

li-

Digitized by Google

libri nuncupantur Inſtrumentum.

Nec obſtat, quod verba Statuti accomo-
data, & prolata à Juriſperitis intelligenda
ſint propriè, & ſecundum intellectum Juriſta-
25 rum, non Idiotarum, & vulgarium perſona-
rum *Alex. conſil.85.n.15.lib.4.* & in ſpecie *Ma-
gon. loc. cit. n.25. cum ſeq.* Sicuti reformatum
fuit noſtrum Statutum à celeberrimis Juriſ-
26 conſultis Faventinis, quorum fit ſpecifica
mentio in prohœmio Statutorum, & à *Tondut.
in Hiſtor. Faventina par.3. pag.619.* Etenim lon-
gè verior, & magis eſt amplectenda alia opi-
nio, quod verba Statutorum etiam prolata à
27 Juriſperitis, intelligenda ſint ſecundum com-
munem uſum loquendi, cum Statutum Civi-
tati, ubi factum eſt, debeat convenire, &
cenſeatur, Statuentes conſuetudini loci ſe
conformare voluiſſe, juxta *Gloſſ. in cap. Nulli
in 6. Ultra duas dietas*, & reſpondit *Roman.
conſil. 32. n. 4. verſ. Secundo quia*, ubi diſtin-
guit inter interpretationem legis generalis,
& legis particularis, & generaliter quod ad
vulgarem intelligentiam referenda ſint verba
Statutorum, firmant *Jaſon. in l. Omnes populi 9.
n. 25. ff. de Juſt. & Jur.* latè *Maſcard. de gen.
Statut. interpret. concluſ. 3.* plenè *Conciol. ad
Statut. Eugub. in prohœm. n.112. cum ſeqq. &
Sperell. deciſ.23. n.32. par.1.*

Quod ſine difficultate procedit, quando
ſecundum communem uſum loquendi tam
28 Juriſperitorum, quàm idiotarum perſona-
rum verba Statuti idem ſignificant, ut adver-
tit *Maſcard. ubi ſupra n.23.* & declarat *Conciol.
loc. cit. n. 121.*

Cæterum ad eruendam veram intelligen-
tiam Statuti recurrendum eſt ad circumſtan-
29 tias, & rationem illius, nam ſi ratio, &
circumſtantiæ adaptari valent, tam Inſtru-
mento publico, quàm apodixæ, ſeu apocæ,
utique utrumque comprehenderetur appella-
tione Inſtrumenti; Secùs verò ſi Inſtrumento
publico dumtaxàt convenirent, ut optimè
animadvertit *Cravett. de antiq. temp. par. 1.
Limit.4. n.86. cum ſeq.* quem ſequitur *Mandoſ.
in Addit. ad Roman. conſ. 23. litt. D. Genua loc.
cit. n. 31.* in terminis verò noſtri Statuti non
30 concurrunt circumſtantiæ, & ratio, ſuaden-
tes ſub nomine Inſtramenti venire Scriptu-
ram privatam, undè quotiès creditum reſul-
tat ex Inſtrumento publico, & tunc uterque
concurrere debet ad ſolutionem mercedis
Notarii, cum reſpectu creditoris ſit actus ne-
ceſſarius attenta diſpoſitione Statuti, ex fir-
matis per *Rot. coram Otthobono deciſ.169. n.11.
ac in recent. deciſ. 20. n. 7. par. 17.* & reſpectu
debitoris ſit utilis, nam meliùs eſt reportare
quietantiam mediante Inſtrumento publico,
quàm Scriptura privata, quæ de facili perdi,
vel lacerari valet.

Non tenetur tamen creditor facere quie-
tantiam generalem, ſed ſolum de eo, quod
31 recepit *Bald. in l. Quid ergò §. Contrarium n.2.
ff. de contraria Tut. act. Gratian. diſcept. 260.
n.9. Cyriac. controv. 267. n.3. & per tot. Conciol.
ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 29. n.2.*

De pœna petentis debitum ſolutum.

RUBRICA QUADRAGESIMA.

STatuimus, ſi quis petierit debitum ſolutum, & ille, à quo peteretur, dixerit, ſe ſo-
luiſſe debitum totum, vel partem, vel aliter creditori eſſe ſatisfactum, Judex ſtatuat
terminum decem dierum utilium, infra quem terminum legitimè probare poſſit ſe
ſoluiſſe, vel ſatisfeciſſe tali creditori. Quod ſi probaverit de toto, vel parte, Judex,
coram quo quæſtio tractaretur, teneatur auferre petenti duplum ejus, quod ſolutum eſſe
probatum fuerit, nomine pœnæ, ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſine aliqua
accuſatione in ſcriptis redacta, aliquali tamen quærela ab inquietato propoſita, cujus pœnæ
medietas ſit Communis Faveñ. alia inquietati. Si verò non probaverit, ſe ſoluiſſe debitum
creditori, compellatur ipſe debitor ad ſolutionem debiti, & expenſarum; & hoc intelligatur
in principalibus perſonis tantùm, & non in hæredibus.

S U M M A R I U M.

1 EXigens debitum jàm ſolutum tenetur ad reſtitutionem actione repetitionis inde-bit. *Decl. num.2.*

2 Repetitio ſoluti ex cauſa rei judicatæ non competit.

3 Res judicata pro veritate habetur, & facit de albo nigrum, & de ente non entem, de vero falſum, & de indebito debitum.

4 Condictio ſine cauſa competit quando ſolutio ſequuta fuit vigore rei judicatæ, obtinendo retractationem ejuſdem rei judicatę, prævia reſtitutione in integrum.

5 Officium Judicis competit pro obtinenda re-

ſtitutione ſoluti vigore rei judicatæ injuſtę. Officium Judicis intrat, quando deficit actio, ſed æquitas ſuggerit, ut alicui ſuccurratur, quamvis Jus ſtrictum repugnet. n. 5.

6 Solvens vigore rei judicatæ injuſtæ, poteſt petere, quod ſibi reſtituatur tantundem ſeù æquivalens quantitas, non eadem pecunia ſoluta.

7 Solutione indebitè ſequuta vigore rei judicatæ, repeti poteſt prior ſolutio extrajudicialiter facta, non quidem per condictionem ſine cauſa.

8 Exigens debitum jam ſolutum, puniri poteſt pœna ſtellionatus. *Decl. n.10.*

9 Amplia primo, etiamſi ſolutio vigore rei judicatæ facta fuiſſet.

Digitized by Google

11 Amplia ſecundo, quamvis ſequuta non fuerit ſolutio, ſed ſolum petitio. *Contrarium ibidem. Vide ibi*.

Petens plus debito, in omnibus expenſis condemuatur *n. 11. in fine*.

12 Petitio plus debiti contingere poteſt quatuor modis, nempè re, tempore, loco, & cauſa.

13 Origiues pœnæ plus petenti, impoſitæ a Jure veteri, & illius qualitates, remiſſivè.

14 Petens plus debito punitur à *Zenone* ſolutione expenſarum, & duplicatione induciarum. *Lim. n.18.*

15 Et à *Juſtiniano* in triplum damni, quod Reus ſenſit. *Lim.n.18.*

16 Et de *Jure Canonico* duplicantur induciæ contra plus petentem in tempore. *Lim.n.18.*

17 Extorquens dolo, & machinatione cautionem, ſeù obligationem plus debito, & deinde vigore illius agens amittit creditum.

18 Petens plus debito non punitur, quando in libello, petitione, ſeù monitorio appoſita fuit clauſula *ſalvo jure ſuperflui &c. vel ſalvo jure verioris calculi*, vel clauſula *omni meliori modo*, vel Actor ſe obtulerit bonificare, ſeù deducere eam ſummam, quæ probabitur ſoluta, *& n.19. ac 20.*

21 Plus debito petentium materiam, remiſſivè. Reus negare totum an poſſit, petente Actore plus debito, remiſſivè. *n.21.*

OBSERVATIO.

ITerùm exigens debitum jam ſolutum, non
1 ſolùm tenetur ad reſtitutionem actione
repetitionis indebiti, ut docet *Bart. in l. Si fidejuſſor. §. In omnibus n. 1. ff. mandati*; dummodo ſolutio vigore rei judicatæ ſecuta non fuerit, cum tunc repetitio ceſſet, ut limitat
2 *text. in d.l.Si fidejuſſor. eodem §.In omnibus* ibi: *niſi condemnatione fuerit ei pecunia ſoluta, tunc enim propter authoritatem rei judicatæ repetitio quidem ceſſat, & in l.prima* ibi: *non ex cauſa judicati, ubi Gloſſ. in verbo judicati verſ.Primus quando ex cauſa judicati C. de condict. indebit. Cyn.n.2.3. & 4.* ac firmat *Ruin. conſ.109. n.4. in fine verſ. quoniam vol.1. Pariſ. conſ.108.n.36. vol.4. Niger.de except. rei judic.in proœm.n.4. Rot. coram Merlin.deciſ.27.n.4.*

Ea ratione, quia res judicata pro veritate
habetur, & facit de albo nigrum, de ente,
3 non entem, de vero falſum, & de indebito
debitum *l. Ingenuum ff. de ſtatu homin. l. Res judicata ff. de regul.jur.* latè *Valenzuel.conſ.68. num. 18. cum ſeq. juncto n. 23. uſque ad 44. & conſ.92. n.187. cum duobus ſeq. vol.1. Rot.in recent. dec.425. n.19.part.5. tom.2. cum aliis per me adductis in Annot. ad recol. me: Coccin. dec.94. n.9.* Deo dante imprimen.

Competit tamèn iſto caſu condictio ſine
cauſa, quæ locum habet, quando tempore
ſolutionis erat debitum, utpotè quia præceſ-
4 ſerat ſententia condemnatoria in judicatum
tranſacta, ſed poſteà detectum eſt indebitum,
ſeù ceſſavit debitum *Surd. conſ. 268.n.15.verſ. ſecundo Salgad. labyrint. Credit. part. 3. cap. 1. n.138. cum ſeqq.Barz. dec.27. n.13.* Prævia reſtitutione in integrum ex generali clauſula *Si qua mihi juſta cauſa &c.* obtinendo rettactationem rei judicatæ, cujus vigore facta fuerat ſolutio, & ſic reducendo cauſam ad non cauſam, ut reſpondit *Surd. conſ.134. n.11. in fine, & conſ.268. n.17. verſ. Tertio cum ſeq. Salgad. ubi ſupra n. 128. cum ſeq. Fontanell. dec. 176. n. 16. paritèr cum ſeq.* ubi etiam refert reſolutionem Senatus.

Vel implorando officium Judicis, quod in-
trat quando deficit actio, ſed æquitas ſugge-
5 rit, ut alicui ſuccurratur, quamvis Jus ſtri-
ctum repugnet, ne quis rem alienam ſine cauſa detinendo cum alterius jactura locupletetur, ad terminos *Text.in l.Si me, & Titio ff. ſi cert.pet.* ut docet *Gratian.diſcept.408.nu.8.* & latè comprobat *Fontanell. dec.177.n.8.cum ſeq.*

Vel petendo, quod ſibi ſolvatur tantundem,
6 ſeu æquivalens quantitas non eadem pecunia
ſoluta, juxta cautelam *Valaſchi conſult.56.n.6.* ubi ſubdit, difficile eſſe Iudicibus parum literatis perſuadere, ſed profectò ità Ius habet, *Barz.loc.cit.*

Vel demùm repetendo primam ſolutionem
extrajudicialitèr factam, non quidem per con-
7 dictionem indebiti, quia de tempore ſolutionis erat debita, ſed per conditionem ſine cauſa, eo quia attenta ſolutione poſteà ſequuta vigore rei judicatæ, cauſa redacta ſit ad non cauſam, abſque eo quod impugnetur res judicata, *juxta theoricam Caſtr.in l.Eleganter nu.9. ff.de condict.indebit.* quam ſequuti ſunt *Surd.d. conſ.134.n.10.verſ.Eſt verum cum ſeq.* ubi latè cumulatis concordantibus comprobat, & dicit hoc eſſe verum, quamvis *DD.* hanc viam
8 non tangant, *& d.conſ.268.ſub.n.16.Pigant.ad Stat. Ferr. lib.1.Rubr.38.n.19.Grat.diſcept.417. n.39.Salg.labyrint.Credit.d.cap.1.ſub n.155.cum ſeq.per me adducti in d.Annot.94. n.3.cum ſeqq.*

Verum etiam poterit iterùm exigens creditum puniri Pœna ſtellionatus, per *Text. in d. l. Si fidejuſſor §. In omnibus ff. mandati Spada conſ.124.nu.1.cum ſeq.vol.1.* ubi ſubdit, quod iſta eſt pœna pecuniaria arbitrio Iudicis, plenè *Caball.reſol.crim.caſ.169.n.1.cum ſeqq. Farinac.in fragmen.crim.par.1.verbo creditor n.738. cum duobus ſeq. Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.1.Rubric.38.n.1.verſ.de Jure autem communi* reſpondit *Rot.cor.recol.me:Coccin. dec.123.nu.1.juncto n.12.cum ſeq.cor.Arguelles dec.84.nu.17.* Quoties concurrat dolus, & fraus, ut puta quia ſcientèr petierit, ex *mox allegatis*, & in terminis noſtri *Statuti* reſpondit *Caſtr.conſ.463. ſub n.3.verſ.quomodo,& qua petiit fraud. par.2.*

Quæ pœna locum habet, quamvis ſolutio
9 vigore rei judicatæ ſequuta fuiſſet, juxta *deciſionem Vulpiani in d. §.In omnibus* ibi, *niſi ex condemnatione fuerit ei pecunia ſoluta, tunc enim propter authoritatem rei judicatæ repetitio quidem ceſſat, ipſe autem ſtellionatus crimine propter ſuam calliditatem plectitur.*

Adver-

Advertendum, hujuſmodi pœna quem ple-
ƈti quotiès ſcienter, & doloſè per ipſum ite-
10 rùm exaƈtum ſuit debitum; ſecùs ſi ignoranter, ut probat *Text. in §. Si quis agens in verſ. Sanè ſi tàm magna cauſa juſti erroris Inſtit. de ration. Barb. in l. unic. n. 15. C. de plus petition. Cabal. d. caſ. 169. n. 5. in fine Farinacc. ubi ſup. n. 742.* ubi ſubdit, hoc non habere difficultatem *Danza in pugna DD. tom. 3. tit. de debito bis petito n. 24. cum ſeq. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubric. 17. nu. 5. Rot. cor. Coccin. loc. cit. n. 12.* & conſonat diſpoſitio *Conſtitutionis Marchiæ lib. 7. cap. 75. & noſtri Statuti in præſenti Rubrica*.

Advertendum etiam (circumſcripta diſpoſitione particularis Conſtitutionis, vel Statuti) ad incurrendam prædiƈtam pœnam; ſecundum opinionem aliquorum ſufficere ſolummodò petitionem abſque exaƈtione, ut reſpondit *Spad. conſ. 124. num. 1. cum ſeq. vol. 1.* ſe-
11 cundùm verò opinionem aliorum utrumque deſiderari, ut latè referendo ſeƈtatores harum opinionum tradit *Farinac. loc. cit. nu. 732. cum ſeq.* qui *n. 737.* utramque conciliando tenet, quod aut debitum ſecunda vice non fuit exaƈtum ſpontanea pœnitentia ejus, qui iterùm illud petiit, vel eo exaƈto, ſecuta fuit poſteà reſtitutio ex propria, & libera illius voluntate, & tunc utroque caſu omnis protsùs pœna, & criminalitas ceſſat; ſecùs verò ſi pœnitentia, non fuit ſpontanea, ſed timore criminalis judicii, jam intentati, tunc enim non ſtetit per petentem, debitum jam ſolutum, quin iterum exigeret, undè puniendus eſt etiamſi non exegerit, & teſtatur ità aliàs in praxi obtinuiſſe in quadam magna Cauſa prævia relatione faƈta Summo Pontifici, cujus auƈtoritate magis comprobatur prædiƈta diſtinƈtio. Non recederem tamen ab opinione, requirente effeƈtivam exaƈtionem, nec ſufficere ſolam petitionem ad incurrendum crimen Stellionatus, prout reſolviſſe Curiam Archiepiſcopalem Neapolis teſtatur *Ricc. dec. Curiæ Archiepiſcopal. 40. per tot. par. 1.* & illam etiam amplexum eſt tàm *Sac. Concilium*, quàm *Magna Curia Vicariæ Neapolis*, ut teſtatur *Danza in pugna DD. tom. 1. tit. de debito bis petio nu. 23.* ubi concordantes, & tenet *Capyc. latr. dec. 152. n. 10.* ubi ait, procedere, quamvis ad aƈtum executionis fuiſſet deventum, ac contrarium ſentientes ibidem relatos ejecit, quibus addi poteſt *Spad. d. conſ. 124. n. 4.* ubi de carceratione prætenſi debitoris, & vigore illius reportata cautione, ac ſubſecuta concordatione Partis. Nota in propoſito, quod petens plus debito in omnibus expenſis condemnatur, ut firmavit *Rot. cor. Otthob. dec. 49. n. 3. & n. 4.* ſubdit, maximè quando nullam probabilem rationem habuit totum petendi.

Prædiƈta materia quandam habet affinitatem, ſeu cognationem cum altera de petitione pluris debiti, quæ contingere poteſt qua-
12 tuor modis, nempè re, tempore, loco, & cauſa, ut diſtinƈtè docet *Gregor. IX. in cap. unic. de plus petition. & Imperator in §. Plus autem, & in §. Hæc quidem Inſtit. de aƈtion.* & latè explicant *Gonzalez, Tellez in cap. unic. n. 7. cum ſeq. de plus petition. Barboſ. in l. Unic. C. eodem tit. & Danza loc. cit. utrobique n. 6. cum ſeq. ac Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rub. 17. n. 1. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 131*, paritèr *n. 1. Creſp. de Valdaur. obſerv. 47. n. 1.*

Omiſſa origine pœnæ infliƈtæ plus petentibus, ac illius qualitate impoſita à Jure veteri,
13 tanquàm plenè, & doƈtè examinatis à *Gonzalez loc. cit. nu. 5. cum ſeq. Creſp. de Valdaur. ubi ſupra n. 2.* & referendo ſolùm diſpoſitionem *novi Juris* liquet *Zenonem* conſtituiſſe, quod qui tempore plus petierit, expenſas ſolvat, &
14 induciæ duplicentur, id eſt duplum temporis, quo citius egit, reddatur, quam *Conſtitutionem Juſtinianus* confirmavit, *ut in §. Sed hæc quidem Inſtit. de aƈtion. Gonzal. loc. cit. n. 14. Mareſcott. loc. cit. n. 2.* ubi *nu. ſeq.* declarat nonnullis modis *Creſp. de Valdaur. loc. alleg. nu. 3. cum ſeq. Farinac. loc. cit. nu. 744. Juſtinianum* verò in cæteris tribus aliis prædiƈtis caſibus, nempè re, loco, & cauſa, in quibus contingat pluris petitio, Jus novum ſtatuiſſe, determinando pu-
15 niri in triplum damni, quod Reus ſenſit, ut in *d. §. Sed hæc quidem* ibi: *Sin autem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum, in omne, ſi quod fortè damnum ex hac cauſa acciderit, contra quem plus petitum fuerit, commiſſa tripli condemnatione (ſicut ſupradiximus) puniatur*, & tradunt *Gonzalez Tellez loc. cit. ſub eodem nu. 14. Farinac. ubi ſupra n. 744.*

De *Jure verò Canonico* licèt duplicentur in-
16 duciæ contra plus petentem in tempore, ſicut diſponitur *de Jure Civili*, ut in *cap. unic. de plus petition.* tamen petens plus loco, ad intereſſe, & in cæteris duobus modis in expenſis tantùm condemnatur, ut in *eodem cap. unic.* & docet *Creſp. de Valdaur. d. obſerv. 47. n. 6.*

Sed ſi dolo, & machinatione cautionem, ſeu
17 obligationem pluris debito extorſerit, & deindè vigore illius egerit, tunc amittit creditum, juxtà diſpoſitionem *Text. in l. Unic. C. de plus petit. Trentacin. var. reſol. lib. 2. reſol. 1. de plus petition. n. 1. cum ſeq. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 1. Rub. 38. n. 2. juncto n. 9. verſ. Si autem*.

Evitantur tamen prædiƈtæ pœnæ in variis caſibus, de quibus latè penes *ſupra allegatos*
18 *DD.* & præ cæteris, quando in libello, petitione, ſeu monitorio appoſita fuit clauſula *Salvo jure ſuperflui &c.* nam ea ſalvat petentem plus debito à pœna, & expenſis *Barboſ. in l. unic. n. 19. verſ. Secundo Honded. conſ. 109. nu. 36. vol. 1. Trentacin. loc. cit. n. 7.* ubi tamen declarat, hanc clauſulam nihil operari poſt litis conteſtationem *Danza in pugna DD. tom. 3. tit. de debito bis petito n. 36. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 16. n. 3. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 6. nu. 30. Catan. dec. 33. nu. 10.* ubi de clauſula *Salvo jure verioris calculi, Joſeph Ludovic. dec. Peruſ. 51. Rot. cor. Bich. dec. 547. nu. 5.* paritèr de eadem clauſula *Salvo Jure melioris calculi*.

Idemque procedit, quando adeſſet alia
19 clauſula *omni meliori juris modo &c.* quæ ſi-

Qq 2 mili-

Digitized by Google

militèr ceſſare facit pœnam petentium plus
debiro, ut proſequirur *Barboſ.d.num.20.Danza*
ubi ſupra *n.37.Conciol.loc.cit.n.4.*

Prout etiamſi Actor in libello, ſeu moni-
torio petat certam quantitatem, ſe offerens
bonificare, ſeu deducere eam ſummam, quæ
20 probabitur ſoluta, nam tunc Reus conſtitui-
tur in mora, iraut ſi non doceat de ſolurione,
non puſſunt infligi Actori pœnæ contra plus
perentes impoſitæ, ut docet *Barboſ.* ubi ſupra
n.21.Cravet.conſ.325.n.2.Trentacinq.loc.cit.n.9.

Cætera de hac materia vide *Tex.in cap.unic.*
de plus petition.in l.unic.C.eod.tit. & utrobique
21 Scribenres *Conſtit. Marchiæ lib.4. cap.75.* latè
penes *Gonzalez, Tellez Barboſ.Pigant.Marecot.*
Trentacinq.Danza.Farinae.Creſp.Conciol.Theſaur.
dec.231. ubi de pœna, quam incurrit plus de-
bito petens, & an Reus conventus totum ne-
gare poſſit, *Capye.latr.in locis ſupra allegat. &*
Gizzarel.dec.20.par.1.Rot.cor.clar:me:Card.Cer-
ro dec.109.num.16.

ADDIT. AD RUBR. XXXX. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 PEtens plus debito quando teneatur ad ex-
penſas.

2 Doloſè ſe gerit, qui pro ſumma ſoluta bona ſui debitoris deliberare tentavit poſt executionem, & ſubhaſtationem factam.

3 De pœnis contra exigentes plus debito remiſſivè.

4 Exactio requiritur ad incurrendam pœnam contra exigentem plus debito non ſuffragante ſola petitione.

Num.14. Petens plus debiro non condemnatur
in expenſis, niſi probarur dolus malus, qui
1 excluditur * ex clauſulis ſalutaribus apponi
ſolitis, ut firmat *R.P.D. Maſerius de legat. &*
Nunc.lib.1.cap.1.n.23.cum ſeqq.& cap.74.n.73.

Num.17. Doloſè ſe gerit, qui pro ſumma ſemel
ſoluta bona ſui prætenſi debiroris poſt execu-
2 tionem & ſubhaſtationem, deliberari tentavit,
ut etiam reſpondit *Rot.in Cavallieen.Bonorū 18.*
Februarii 1707.cor.R̄m̄oMolin.Decan.§.Et quod.

Num.21. De exigentibus plus debiro, & pænis
3 vide *De Angelis de delict.& pen.par.1. cap.35.*
Theſaur. deciſ.233. & D. Canonicum Raynald.
in ſupplement. ad ejus obſervat. crim. tom.4. ad
cap.18. ſupplet.1. ubi allegat. hanc noſtram
obſervat.

Effectus exactionis requiritur non ſola pe-
4 ritio ad incurrendam penam Stellionarus con-
tra plus debito exigentem * ut firmat *R.P.D.*
Anſaldus de comerc. & mercat. diſcurſ.26. n.7.
Hieronym. de Fædericis reſolut.36. impreſſ. pe-
nes Farinae. Conſ. vol.2. Card. de luca de Regal.
diſcurſ.119. n.22. ubi quod non punitur affe-
ctus ſine effectu.

De pena non ſolventis debitum.

RUBRICA QUADRAGESIMA PRIMA.

QUicumque debuerit pecuniam alicui, vel aliud dare, vel facere ſub pœna, & non ſolverit, dederit, vel fecerit ad diem Statutum in promiſſione contractus, vel obligarionis, ſive aliquo inſtrumento, vel infra unum menſem, denunciatione facta ei à creditore, ubi dies non eſſet appoſita, poſſit creditor petere pœnam, ſi ſua intereſſe probaverit, & non ultra. Et non intelligatur præſens Statutum niſi in principalibus perſonis, quæ debita contraxerunt, vel niſi probatum ſit, Succeſſores habuiſſe notitiam debiti prælibati.

SUMMARIUM.

1 PÆnæ apponi poſſunt in contractibus, & obligationibus, ut ad obſervantiam conventionum, & promiſſionum ſecurius perveniatur.

2 Pœnæ conventionales exigi an valeant rigorosè, & ultra intereſſe Creditoris, remiſſivè.

3 Pœna adiecta in mutui datione, & in cæteris pecuniariis obligationibus eſt inutilis, neque exigi valet, niſi quantum intereſt Creditoris, & n.4. ac n.5.

4 Uſuræ prohibiræ ſunt omni jure.

5 Pœna conventionalis adjecta cenſetur ad palliandas uſuras.

6 Pœna conventionalis non debetur, quamvis adiecta ſit favore Fiſci.

7 Pœna conventionalis adjecta promiſſioni, & obligationi, ram quantitaris, quàm facti, deberur ad limires intereſſe, & non ultra.

8 Contrarium ſi adjecta ſit facto, nam eo caſu exigi valet.

9 Pœna conventionalis juramento munita deberur etiam ultra verum intereſſe uſque ad quadruplum veræ ſortis, & non ultra, & quare. Lim.in Urbe n.10.

10 *Statutum Urbis lib.1. cap. 163.* prohibet exactionem pœnæ conventionalis ultra intereſſe etiam juramento vallatæ.

11 Pœna conventioualis in materia matrimoniali non debetur.

Metu pœnæ non poteſt quis cogi ad contrahendum matrimonium n.11.

OBSERVATIO.

VInculo pœnæ muniri valent obligatio-
nes inter contrahentes, ut ad obſer-
1 vantiam conventionum, & promiſſionum ſe-
curiùs perveniatur, ut patet ex §. *Alteri inſtit.*
de inutil. ſtipular. l. Si pœnam 68. ff. de verb.
oblig. l.Quæro §. 1.ff. locat. l.Si pacto C. de pact.
l. Promiſſis C. de tranſact. l. Magnam C. de con-
tra-

trahen. & commit. ſtipulat. notant *Menoch. de arbitrar. Judic. caſ. 260. n. 1. & Leotard. de uſur. quæſt. 38. n. 1. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 61. n. 1.*

Quæ pœnæ conventionales utrum rigoroſè,
& ultra intereſſe Creditoris exigi valeant val-
2 de controverſum fuit inter *DD.* relatos per
Gonzalez. Tellez. in cap. ſuam 9. n. 2. de pœn. &
videndus *Gutierez. Canonic. qq. lib. 2. cap. 20.
Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. diſput. 3.* ubi
de promiſſione facti.

Hodie tamen ceſſat diſputatio, cum com-
muniter, & in ſupremis Tribunalibus rece-
ptum ſit, quod pœna adiecta in mutui datio-
3 ne, & in cæteris pecuniariis obligationibus
inutilis ſit, neque exigi valeat, niſi quatenus
tantundem Creditoris interſit, per *Text. in
l. Pecuniæ 9. ff. de uſur. l. Cùm allegas 13. C. eod.
tit.* tenet *Gonzalez. Tellez. loc. cit. num. 2. verſ.
Contrariam. Fenzon. ad Statut. Urb. lib. primo
cap. 163. num. 1.* & plenè firmavit *Leotard. d.
quæſt. 38. n. 6. cum ſeqq.* & præſertim *n. 13. cum
ſeqq. Gutierez. Canonic. qq. lib. 2. cap. 20. nu. 5.
Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. diſput. 3. nu. 22.
Theſaur. deciſ. 79. n. 1. & deciſ. 98. in princ. Rot.
coram Bich. deciſ. 470. n. 1. cum ſeqq.*

Ea ratione, quia cùm uſuræ omni jure ſint
4 prohibitæ, ut latè comprobat *Gutierez. Cano-
nic. qq. lib. 2. cap. 18. n. 1. cum ſeqq.* pœna con-
ventionalis cenſetur adjecta ad palliandum
5 uſuras, ut docet *Gutierez. cum aliis mox alle-
gatis*: Adeò ut non debeatur, quamvis adje-
6 cta ſit favore Fiſci, ut relatis hinc inde opi-
nionibus reſpondit *Senatus Pedemontanus pe-
nès Theſaur. deciſ. 98.*

Quinimò procedit, ſi pœna adiecta ſit obli-
gationi, & promiſſioni, tàm quantitatis,
7 quàm facti, cum utroque caſu dumtaxat de-
beatur ad limites ſolius intereſſe Creditoris,
& non ultra *Afflict. deciſ. 135. nu. 3. cum ſeq.*
ubi teſtatur, ita de ſtylo judicari *à Sacro Con-
ſilio Neapolitano Theſaur. d. deciſ. 79. n. 1. in fine.*
Quod conſonat cum diſpoſitione *noſtri Statuti.*

Contrarium tamen quando pœna adiecta
eſt facto, quod eo caſu illa exigi valeat, tenet
8 *Gutierez. de Juram. confirmat. par. prima cap. 36.
n. 10. ſub verſ. Vidi jam ego Andreol. contr. 285.
n. 19.* & diſtinguendo reſpondit *Senatus Pede-
montanus penes Surd. deciſ. 259. n. 9. verſ. Nec
movere cum ſeq.* ubi ſubdit rationem, quia uſu-
ra cadit ſolum in mutuo, ſecùs in obligatio-
nibus facti, & firmavit *Rot. in rec. deciſ. 68.
n. 8. cum ſeq. par. 16.*

Verùm ſi pœna conventionalis munita ſit
juramento, tunc ea debetur etiam ultra ve-
9 rum intereſſe uſque ad quadruplum veræ ſor-
tis, & non ultra, ex duplici ratione, nempè
prima, quoniam juramentum operatur, ut
contraveniens infamiam incurrat, & incidat
in pœnam, quæ eo caſu dicitur legalis; Se-
cunda ob vim juramenti, quod operatur, ut
pœna etiamſi nihil interſit, peti poſſit ratio-
ne contemptus, ut reſpondit *Roman. conſ. 260.
n. 11.* ubi etiam advertit, quod ſi ratione con-
temptus præcepti humani ultra intereſſe
aſcendere poteſt, ergo fortius ratione con-
temptus *Divinæ Majeſtatis* excedere poteſt,
cum plus ſit *Divinam Majeſtatem*, quàm præ-
cepta humana contemnere, quem ſequitur
*Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 3. caſ. 260.
n. 29. cum tribus ſeqq. Gutierez. de juram. con-
firm. d. par. prima cap. 36. n. 11.* reſpondit *Rota
coram Bichio deciſ. 470. nu. 14. repetita in rec.
deciſ. 170. par. 11. in Romana Locationis 6. Mar-
tii 1662. cor. bo. me. Veroſpio. §. Nec urget.*

Quod non procedit in Urbe, ubi viget *Sta-
tutum lib. 1. cap. 163.* prohibens exactionem
pœnæ conventionalis ultra intereſſe, quamvis
10 promiſſio juramento vallata fuerit, ut firmat
*ibidem Fenzon. num. 8. ac Rot. coram Seraphin.
deciſ. 818. n. 9. & coram Bich. d. deciſ. 470. n. 5.*
& de ſimili *Statuto Eugubino lib. 2. Rubr. 61.*
tradit *ibidem D. Conciol. n. 4. cum ſeq.*

Nullo modo verò debetur pœna conventio-
nalis in materia matrimoniali per violantem
11 fidem, cum matrimonia debeant eſſe libera,
nec metu pœnæ poteſt quis cogi ad illud con-
trahendum, juxta *Text. in cap. gemma ibidem
ſcribentes de ſponſalib. Abb. conſ. 48. in fin. lib. 1.*
reſpondit *Rot. in rec. deciſ. 11. n. 3. par. 7. &
deciſ. 142. n. 7. cum ſeq. par. 15.* ubi concordan-
tes.

Quomodo Pater conveniatur pro debito Filii.

RUBRICA QUADRAGESIMASECUNDA.

PAter poſſit conveniri pro debito facto à Filiis, vel Nepotibus ſuo conſenſu, vel mandato, & ipſe Filius, vel Nepos poſſit conveniri, quemadmodum poſſet Pater pro debito Filii contracto, voluntate, & conſenſu ejus, & etiam poſſit conveniri Filius familias, ſi publicè mercetur, tanquam eſſet Paterfamilias. Et poſſit Filiusfamilias, qui habitaret ſeorsùm à Patre, eſſe in judicio ſine Patris conſenſu; Et idem intelligatur in Nepote ex Filio.

SUMMARIUM.

1 OBligationes alienas cogi adimplere ini-
quiſſimum eſt.
Debitum alienum ſolvere quis non tenetur
num. 1.
In nocenti pœna pro alterius crimine irrogari
an, & quando valeat, remiſſivè n. 1.
2 Pater pro Filio non poteſt conveniri.
3 Limita primò, quando Filius conſecutus eſt
aliquod munus publicum conſentiente Pa-
tre. Vide ibi de Prælatura, de adſcriptis
militiis &c.
4 Limita ſecundo pro tutela adminiſtrata per
Fi-

Filium conſentiente Patte.

5 Limita tertio pro debito, pet Filium contracto pro ſe alendo.

6 Limita quarto in mutuo dato Filio egenti in ſtudio, etiamſi Pater prohibuiſſet.

7 Limita quinto in dote data Filio exiſtenti ſub patria poteſtate, conſentieutePatre, qui pro reſtitutione conveniri poteſt à Nutu.

9 Limita ſexto quandoFilius exegit pecuniam, ad cujus exactionem ipſe tenebatur, & n.9.

10 Linsita ſeptimo, ſi Filius de conſenſu Patris mutuum accepit, vel pecunia credita contractum fecit.

11 Limita octavo quando Filinsſam. ſub pattia poteſtate exiſtens, ſciente, & patiente Patre publicè, tàm propria, quàm Pattis, negotia geſſit, & palàm nulla præcedenre emancipatione, vel Patris declaratione, metcaturam exercuit.

Pater, qui fuit præſens, & conſentiens matrimonio Filii an tenearur ad teſtitutionem dotis Nutus, remiſſivè n.8.

12 Emancipatio Filii ut valeat, requiritur, quod fiat coram Judice, vel Magiſtratu, & quidem competente.

13 *Gilian. ad Statut. Peruſiæ in verbo emancipatio n.2. reprobatur.*

Cyriac. contr. 319. n. 44. reprobatur n. 15.

14 Emancipatio facta abſque decreto Judicis, etiamſi jutamento vallata fuetit, non valer. Vide ibi.

15 Judex competens pto validitate emancipatiouis dicitur habito reſpectu ad Patrem emancipantem, itant ſi Pater ſit Laicus, Judex debet eſſe Laicus, & ſi Pater ſit Clericus, Judex debet eſſe Eccleſiaſticus.

16 *Carlevar. de judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 5. num. 332. in fine* teprobatur.

17 Facultate in folio data à Patre Filio contrahendi, diſponeudi, & etiam legandi, aliaque faciendi, tanquàm Patetfamil. uon probatur emancipatio, & teſtamentum ab ipſo conditum non valet.

18 Emancipatio præſumitur, quotiès Filius diù ſeorſum habitavit à Patte uegotiando. Limit. nu. 22. & nu. 23.

19 Tempus ad inducendam tacitam emancipationem quantùm tequiratut.

Viginti anni abſque allegatione titnli ſufficiunt ad inducendam tacitam emancipationem, quando Filius pet tantum temporis habitavit ſeotſum à Patte negoriando num. 19.

20 Deceonium cum allegatione tituli ſufficit ad inducendam taclram emancipationem.

21 Teſtes deponentes aliquem ſe geſſiſſe pro emancipato debent teddete cauſam ſcientiæ pet actus differentes.

24 Teſtamentum Filiiſam. de cujus emancipatione non conſtat, non valet. Coutrarium n. 25. Vide nu. 26.

Immiſſio non competit vigore teſtamenti Filiiſam. de cujus emancipatione non conſtat nu. 24. Vide nu. 26.

25 *Marta de ſucceſs. legal. par. 4. qu. 2. art. 5. num. 4. cum ſeqq.* teprobatur.

Franciſc. Steph. dec. 49. in fine teprobatut n. 25.

27 Quaſi poſſeſſio emancipationis abſque curſu temporis ſufficit ad ſuſtinendum actum geſtum inter filiumſam. & extraneum non inter eum, & Patrem.

28 Emancipationis matetia, remiſſivè.

OBSERVATIO.

INiquiſſimum eſt, quod quis adimpleat
1 obligationes alienas, ut inquit, *Caſſiodor.*
lib. 4. variar. epiſtol. 14. ibi: *Magni pec-*
cati genus eſſe alienis debitis alterum prægrava-
re l. unic. C. ut nullus ex vicaneis lib. 12. Auth. ut
non fiant pignorationes collat. 5. Vveſembec. in
æconomia ad Codicem lib. 4. pag. mihi 253. Va-
lenzuel. conſ. 94. nu. 28. cum ſeq. vol. 1. plenè *Yba-*
nez. de Faria ad Covar. var. reſol. lib. 2. cap. 8. n. 6.
& ubi etiam *per totum cap.* examinat an, &
quando pœna innocenti pro alterius crimine
2 itrogari valeat; Undè nec Pater pro Filio po-
teſt conveniri ad *Text. in l. 1. & tot. tit. Cod. Ne*
filius pro Patre, nec Pater pro Filio &c. mira-
biliter ſcripſit *Caſſiodor. lib. 4. var. epiſt. 10.* ibi:
His multò acerbiora jungentes alienis debitis ad
ſolutionem alios trahi, ſolamque cauſam proba-
bilem videri ſi aliqua debitori potuit in Civitate
conjungi, ò iniquum perſuaſionis errorem divi-
duntur cauſæ germanis, filius obligationibus pa-
ternis, ſi non ſit hæres, exuitur, Vxor marita-
libus debitis; niſi per ſucceſſionis vincula non te-
netur, & audacia ad ſolutionem trahit extraneos,
cum abſolvant jura conjunctos, & epiſt. 14. ibi:
magni peccati genus eſt alicujus debitis alterum
prægravare; & firmat *Pariſ. conſ. 93. n. 17. vol. 1.*
Valenzuel. d. conſ. 94. loc. cit. & conſ. 174. nu. 40.
cum ſeq. vol. 2. Larrea alleg. fiſcal. 112. nu. 7. Card.
de Luc. de credit. diſcurſ. 86. nu. 6. Rot. cor. Mantic.
deciſ. 308. num. 1.

Limitatur primò, quando Filius conſecu-
tus eſt aliquod munus publicum conſentiente
3 Patte, tunc enim pro eo, quod ad Rempu-
blicam ſpectat, tenetur Pater tanquàm illius
fidejuſſor per *Text. in l. Licet 3. §. final.* ibi: *Quo-*
niam Rempublicam ſalvam fore Pater obſtrictus
eſt ff. de pecul. l. 1. §. final. ibi: *Quoniam Rempubli-*
cam ſalvam fore promittat, qui dat volunta-
tem, ut filius Decurio creetur *ff. de Magi-*
ſtrat. leg. Quotiès ff. ad municipal. l. Spontè 17.
§. 1. ff. de muner. & honor. diſtinguendo reſpon-
dit *Pariſ. conſ. 93. n. 41. vol. 1*, ut de Decuriona-
tu latè firmat *Amaya in l. Licet 7. n. 7. cum plu-*
ribus ſeqq. C. de Decurion. lib. 10. qui etiam ple-
nè diſcutit, quando teneatur in ſolidum, &
quando de peculio, & quando poſt diſcuſſio-
nem filii *Larrea d. alleg. 112. nu. 10. pariter cum*
pluribus ſeqq. qui loquitur de adſcriptis de
conſenſu Pattis Militiis Calatravæ, Alcan-
taræ, & S. Jacobi, ex quarum Inſtitutis cum
Equites teneantur inſequi Regem in bello, vel
aliis occurrentiis per ſe ipſos, vel in caſu im-
pedimenti teneræ ætatis per ſubſtitutum,
proindè eo caſu Patres tenentur ſubminiſtra-
re expenſas neceſſarias ſubdens *n. 45.* Patrem
in

Digitized by Google

in ſolidum teneri, ſi bona filius non poſſede-
rit, nam exiſtentibus bonis Filii, primò illa
erunt excutienda, & admittit *Card. de Lu-
ca de credit.diſc.86.n.9.& 16.*ubi conatur pro-
bare diverſum eſſe in eo, qui Prælaturam,
conſentiente, & cooperante Patre aſſumpſit,
quod ſcilicèt non teneatur ad debita contra-
cta pro ſubſtinendo munere V. Legationis
Romandiolæ, ſaltem ultra quantitatem ne-
ceſſariam pro illius ſubſteutatione in Urbe,
ſed contrarium fuit deciſum, ut ipſemet ibi-
dem teſtatur.

Et hinc an, & quando Pater teneatur pro
tutela adminiſtrata per Filium ipſo conſen-
4 tiente, examinat *Amaya loc.cit.Pariſ.conſ.93.
n.40.vol.1.* qui negativam tenet opinionem
*Merlin.de pign.lib.3.q.2.nu.21.cum ſeqq.Larrea
d.alleg.112.n.24.cum ſeqq.*

Limitatur ſecundò in debito per Filium
contracto pro ſe alendo, nam tunc cùm Pa-
ter juxta naturalem ſtimulum ad alimenta
5 Filiorum teneatur, ipſe conveniri poteſt, ut
docet *Bart.in l.Libertis quos §.1.n.3. verſ.Sed ſi
accipit ff.de aliment.legat.* reſpondit *Rot.coram
Mantic.d.dec.308.n.2.cum ſeq.*

Imò mutuans Filio egenti in ſtudio, repe-
6 tit à Patre, etiamſi prohibuiſſet, quia cùm
Pater illam impenſam facere teneretur, ejus
proteſtatio nihil operatur, utpotè quia verſa-
tur in eo, quod ab ejus poteſtate non denpe-
det, ut aliis relatis docet *Surd.de alimen.tit.6.
q.5.nu.22.cum ſeq. juncta q.19.n.6.verſ.Secundò
reſtringitur Gratian.diſcept.166.n.9.*

Limitatur tertiò in dote ſoluta Filio fam.
in patria poteſtate exiſtenti, de conſenſu Pa-
7 tris, pro cuius reſtitutione competit actio;
Imò contra eundem Socerum in ſolidum, ut
firmat *Text.in l.Si cum dote 23. §.Tranſgredia-
mur ibique ſcribentes*, & præſertim *Barboſ.n.8.
verſ.Et quoad primum ff.ſolut.matr. Fontanell.de
pact.dotal.clauſ.7.Gloſ.3.par.12.n.56.*

Quid autem dicendum ſit, quando Pater
8 ſolummodò fuit præſens, & conſentiens ma-
trimonio Filii, vide *Fontanell. de pact. dotal.
clauſ.7.gloſ.2.par.2.n.65.cum ſeq.juncta gloſ.3.
par.12.nu.56.* cum ibi allegatis, *& Rota in
Narnien. Succeſſionis 12.Junii 1665. ſub §.Qui-
nimo coram Bevilaqua, & in Romana Dotis 24.
Novembris 1669. §. Cum enim cor. Reverendiſſi-
mo Bourlemont.* impreſſa *in rec.dec.214.par.16.*
ubi plenè firmatur, ad obligandum Patrem,
quod ultra ejus præſentiam in capitulis ma-
trimonialibus, requiratur, vel quod ipſe Pa-
ter dotem recipiat, vel quod de ejus ordine,
ſeu juſſu ſoluta fuerit Filio.

Limita quarto quando ſciente, & patiente
Patre Filius exegit pecuniam, ad cujus exa-
9 ctionem ipſe tenebatur, quia cenſetur illum
præpoſuiſſe ad exigendum *l.Quicumque,§.Non
tamen*, ibi: *Si permiſerit dari ſummas, ff. de In-
ſtitutor.act.Gratian.diſcept.677.n.24.*reſpondit
Rota cor.Bich.dec.135.n.14.cum ſeqq. ubi dedu-
citur ſcientia, & patientia Patris ex conje-
cturis.

Limita quintò, ſi filius de conſenſu Patris
mutuum accepit, vel pecunia credita contra-
10 ctum fecit, nàm tunc tenetur Pater, ut con-
cordantibus relatis docet *Barboſ. in l. ſi filius
famil. 3. n. 3. C. ne filius pro Patre, vel Pater
pro filio.*

Limita ſextò, quando filiusfamilias ſub pa-
tria poteſtate exiſtens ſciente, & patiente Pa-
11 tre publicè, tàm propria, quam Patris nego-
tia geſſit, & palam nulla præcedente emanci-
patione, vel Patris declaratione, mercaturam
exercuit, nàm tunc Pater tenetur, vel actio-
ne directa, vel inſtitoria, ne creditores, qui
magis fidem Patris, quàm Filii negotia ge-
rentis, ſunt ſecuti, remaneant deluſi, ac fru-
ſtrati, juxta *Text. in §. final. Inſtit. quod cum
eo l. Item ſi filiusfamil. 17. §. Quamquam, ff. ad
S. C. Macedon.* reſpondit *Theſaur. quæſt. forenſ.
lib.4. quæſt. 79. per tot.* ubi teſtatur, ita judi-
catum fuiſſe, latiſſimè *Afflict. deciſ. 308. per
tot. Ludovic. deciſ. Lucenſ. 55.* cum aliis addu-
ctis per *Cenſal. deciſ. Lucenſ. 47. n. 1. cum ſeq.*

Emancipatio autem Filii, ut valeat, præ-
cæteris, requiritur, quod fiat coram Judice,
12 vel Magiſtratu *l. final. C. de emancipat. liber.
A Ponte conſ.99. n.3. & 4. vol.2. Jacobus Gal-
lus conſ.46.n.3.& 4. juncto n.13.Gilian. ad Sta-
tut. Perusiæ in verbo Emancipatio nu. 1. Cyriac.
contr. 319. n. 42. cum ſeq. Giurb. in Conſuetud.
Meſſanen. cap. 3. Gloſſ.8. n.27.*

Qui quidem Judex debet eſſe competens,
ſecundum veriorem opinionem, & apertiſſi-
mè ſtatuit *Juſtinianus in d.l. final.* ibi: *intrare
competentis Judicis Tribunal. vel eos adire Ma-
giſtratus, quibus hoc facere, vel ex legibus, vel
ex longa conſuetudine permiſſum eſt, C de eman-
cipat. liber. Boſſ. de patr. pot. cap. 2. §. 6. ſub
n. 58.* ubi quod fieri debet coram Judice Or-
dinario ſolemni ordine, & cum ipſius decre-
to, & ſi fiat coram Judice tenet *Capon. diſcept.
Forenſ. 357. n. 29. Giurb. ubi ante n. 28. Rota
deciſ.7.aliàs 178.de judic.in nov.in princ.*Quic-
quid dicat *Gilian. loc. cit. n. 2.* de quocunque
13 Judice, & *Cyriac. ubi ſupra n.44.* de Notario
uti Judice Cartulario, dùm clara ſunt verba
dicti Textus.

Adeò ut deficiente decreti Judicis inter-
poſitione, emancipatio non valeat, etiamſi
14 juramento vallata fuerit, quia cum emanci-
patio ſit juris publici, non poteſt ejus ſolem-
nitas, & forma pactis privatorum etiàm ju-
ratis tolli, ſecundum opinionem *Sola ad con-
ſuetud. Sabaud.tit. de donat.minor.& ſimplicium
n. 13. verſ. Quibus tamen non obſtantibus*, ſed
contrarium, concordantibus relatis, tenet
Giurb.ubi ſupra ſub n. 30. niſi alitèr de conſue-
tudine ſit receptum, ut ibi proſequitur *n.31.*

Et decretum interponendum eſt a Judice
competente, & talis eſſe debet habito reſpe-
15 ctu ad Patrem emancipantem, cum emanci-
patio ſit actus Patris in Filium, undè ſi Pater
ſit laicus, Filius verò Clericus, Judex laicus
eſt adeundus, ſi verò Pater ſit Clericus, co-
ram Judice Eccleſiaſtico facienda eſt emanci-
pa-

Digitized by Google

patio, ut tenet Giurb. loc. cit. n. 29. ubi dicit
hanc veriorem Peregr. deciſ. 21. n.9. Capon. d.
controv. 357. ſub n.29. circa med. Peregr. deciſ.
Patavin. 11. n.8. Rot. cit. deciſ.7. alias 178. de
16 judic. in nov. quamvis Carleval. de judic. lib. 1.
tit.1. diſp. 2. quæſt. 5. n. 332. in fine, teneat,
emancipationem à Clerico eſſe faciendam coram Judice ſæculari.

Hinc emancipatio non probatur ex facultate in folio à Patre Filio data contrahendi,
17 & etiam legandi, & alia faciendi, tanquam
Paterfamilias, ad hoc, ut teſtamentum ab
ipſo conditum valeat, ut responderunt Alciat. conſ.45. n.4. verſ. Sed ad hoc reſpondendum
eſt tom.3. lib. 8. & A Ponte d. conſ.99. num.2.
cum ſeqq.

Poteſt tamen præſumi emancipatio, quotiès
18 Filius diù ſeorſim habitaverit à Patre negotiando, ut firmat Text. in l. 1. C. de patr. poteſt
ibique communitèr Scribentes Cephal. conſ. 687.
n.24. Franciſc. Stephanus deciſ. Aguenſ.49. n.6.
verſ. At ſi diù.

Solùm controvertitur, quale tempus requiratur ad inducendam tacitam emancipatio-
19 nem, attenta illa dictione diù; & quod ſufficiat lapſus viginti annorum abſq; allegatione emancipationis docet, Gloſſ. in d. l. prima
verbo Cum diù, Bald. in l. Poſt mortem n.7. verſ.
Si autem non allegetur ff. de adoption. tenet Marta de ſucceſſ. legal. part.4. quæſt.2. art.5. n.4. cum
quatuor ſeq. Maſcard. de probat. concluſ. 599.
n.2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 55.
n. 27. Gratian. diſcept. 820. n. 2. Lezana oper.
moral. tom.4. in verbo Appanagium dub.3. n.60.
Ruverter. deciſ.354. ſub n.2. ibique Donat. Anton. de Marin. ſub n.3.

Vel decennium cum allegatione tituli
20 emancipationis, ut tradit Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verbo Matrem inſuper Cleram n.5. de teſtam. Bald. loc. cit. n.7. quem cum
aliis ſequitur Maſcard. de probat. concluſ. 597.
n.8. & d. concluſ. 599. n.1. Cephal. d. conſ.687.
n.31. cum tribus ſeqq. Buccafer. conſ.74. n. 20.
latè Argel. de acquir. poſſeſſ. qu.3. art.5. n.251.
cum ſeq. Franciſ. Stephan. loc. cit. Lezana loc.
cit. Ruveter & ibi Donat. Anton. de Marin. loc.
cit. Ad quem effectum, teſtes deponentes,
aliquem ſe geſſiſſe pro emancipato, debent
21 reddere cauſam ſcientiæ per actus differentes, ideſt teſtificari de actibus cadentibus tantùm in emancipato, ut de actu teſtandi, mutuum recipiendi, in judicio per ſe ſiſtendi,
& de ejus bonis ſuo arbitrio diſponendi, non
autem de actibus, qui conveniunt exiſtenti
ſub patria poteſtate, ut docet Calà de modo articulandi §. 2. Gloſſ. 1. n.1144.

Sed limita, quando conſtat de alia cauſa,
ſic vivendi ſeperatim, & poſſidendi bona, qua-
22 lis eſſet aſſignatio bonorum à Patre Filio facta cauſa ſolius adminiſtrationis illorum nomine peculii, ut cum Menoch. de præſumpt. lib.
primo, quæſt.48. n. 21. tradit Boſſ. de patr. poteſt. cap. 2. §.6. ſub n.64.

Declara etiam prædicta procedere quoad
validitatem aliorum actuum, non autem
23 quoad validitatem teſtamenti, ut declarando tenet Alex. in l.1. n.5. C. de teſtam. Maſcard.
de probat. concluſ.597. n.17. latè Argel. d. art.5.
n.263. cum ſeq. ubi etiam reſpondit contrariis,
& firmat, non eſſe dandam immiſſionem vi-
24 gore Teſtamenti Filiifamilias, de cujus
emancipatione non conſtat, ea ratione, quia
incontinenti apparet ex vitio viſibili teſtamentum eſſe nullum, tanquàm conditum à
Filio famil., qui de jure eſt inteſtabilis; &
replicatio de præſumpta emancipatione non
ſuffragatur ad validitatem teſtamenti, & ratio eſt, quia in aliis actibus cadit conſuetudo
ſic agendi, qui iterantur, ſecùs autèm in teſtamento, quamvis ſpatio centum annorum
ſe habuerit pro emancipato, & ſui juris, quia
cum unico teſtamento efficaci quis decedere
poſſit, conſequentèr conſiderari valet unicus
actus, quo mediante conſuetudo non poteſt
induci Gratian. diſcept.820. n.7. Franciſcus Antonius Coſta conſ.24. cum ſeq. Lezana loc. allegat.
n.61. ubi de teſtamento condito à Sereniſſimo
Principe Philiberto Sabaudiæ Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.3. gloſſ.81. n.42. cum ſeq. Manſi
conſultat. 52. nu. 17. & 18. vol. 1. Franch. deciſ.10. n.4. Quicquid in contrarium pro validitate teſtamenti teneat Marta loc. cit. arguens
25 à contractibus ad ultimas voluntates, & teſtetur, fuiſſe reſolutum Franciſc. Stephanus cit.
deciſ. 49. in fine, & diſtinguant inter petitorium, & poſſeſſorium Cutel. de donat. tract.1.
diſc.2. par.7. n.21. in fine, & priùs Gulielm. de
26 Benedict. in cap. Raynutius in verbo Matrem inſuper Cleram num. 4. in fine de teſtam Gratian. d.
diſcept. 820. n.8. dum apparet de vitio viſibili, & replicatio requirit diſcuſſionem.

Et ſi agatur de ſuſtinendo actu geſto inter
filium, & extraneum, non inter eum, & patrem, ſufficit ſola quaſi poſſeſſio emancipa-
27 tionis abſque aliquo curſu temporis, cum
ad hunc effectum ſufficiat, illum præſumi patremfamil. qui communi opinione habetur
pro tali, publicè gerendo actus, tanquam
paterfamilias, & excuſatur contrahens cum
eo, ſi ejus conditionem non fuerit perſcrutatus, ut diſtinguendo firmat Gratian. d. diſcept.
820. n.3. cum ſeqq. Giurb. loc. cit. n.42. cum ſeq.
Rota in Romana Cenſus 12. Februarii 1663. coram Reverendiſs. Albergato impreſſ. penes Torre
de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.25. n. 4. cum duobus
ſequens.

Cætera de emancipatione, vide apud Scribentes in §. Præterea Inſtit. quib. mod. Juſpatr.
pot. ſolu. & in toto tit. Cod. de emancipat. Giurb.
28 d. gloſſ.8. cum ſeq. Barboſ. de filiisfamil. lib. 1.
qu.6. Cyriac. controv.319. n. 27. cum ſeq. Rocch.
reſponſ.83. n.3. cum ſeq. vol.1. Lezana oper. Moral. tom.4. in verbo Appanagium dub. 3. Capon.
diſcept.357. tom.5. Merlin. de legit. lib.1. tit. 2.
quæſt.3. ac alibi Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.2.
c.7. & c.44. Rota in Romana Teſtamenti 19. Junii,
& 27. Novembris 1676. coram Eminen. Taya, ubi
de emancipatione facta per Procuratorem.

De

ADDIT. AD RUBR. XLII. LIB. III.

SUMMARIO NON INDIGET.

1 Num. 28. De emancipatione vide *Cancer. var.reſol.part.1. cap.10.*

De Patribus prodigis, & dilapidatoribus.

RUBRICA QUADRAGESIMATERZA.

Statuimus, & ordinamus, quod Pater dilapidator bonorum ſuorum teneatur emancipare Filios ſuos, unum, vel plures, & dare eis, vel ei in præmium emancipationis dimidium ad minus bonorum ſuorum. Si verò talibus Filiis, vel Filiabus obvenerit hæreditas materna, vel alicujus Conſanguinei ex latere Matris, vel aliundè adventitia, quæ bona Pater dilapidet, vel dilapidaverit hactenùs, in emancipatione Filiorum ſuorum bona hujuſmodi integrè reſtituere teneatur etiam ſine retentione uſufructus, & ſi bona ipſa, vel aliquid ex eis alienaſſet, loco talium bonorum alienatorum, Filiis, & Filiabus ſuis tantundèm de ſuo reſtituere teneatur, ac debeat, ſi habet undè, & ſi non habeat, Filius, & quilibet alius Deſcendens, etiàm ſi alienationi conſenſerit, poſſit bona ſua à quolibet recuperare, non obſtante patria poteſtate, & Judex teneatur hoc facere fieri poſtquàm fuerit requiſitus infra octo dies.

SUMMARIUM.

1 Prodigus dicitur, qui nec tempus, nec finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando profundit.
Et qui ultra ſubſtantiam ſuam citra neceſſitatem expendit n.1.
2 Reſp.intereſt, ne quis ſubſtantia ſua malè utatur.
Aleator prodigus, & dilapidator reputatur n.3.& 33.
3 Adminiſtratio bonorum interdicenda eſt, & deputandus Curator Prodigo per Judicem, citato eodem Prodigo, & cauſa cognita, prævia informatione ab Attinentibus, Vicinis, & Amicis, ad effectum ab eis explorandi veritatem, & eliciendi actus inferentes prodigalitatem, & n.4.
Aleatori interdicenda eſt adminiſtratio bonorum n.3.
5 Prodigalitas probatur melius ex teſtibus conjunctis, quàm aliis.
6 Adminiſtratio bonorum interdicta non cenſetur ex eo, quod quis prodigus ſolummodò declaratus ſit; ſecùs ſi Curator illi datus fuerit.
7 Prodigus contrahere, ſe obligare, & diſponere poteſt, antequam ei interdicta ſit adminiſtratio; Vide n.9.
8 Contrarium poſtquàm ei interdicta eſt adminiſtratio. Decl.n.9.Ampl.n.10.
11 Interdictio adminiſtrationis facta Prodigo, tanquam favorabilis, extenditur ad bona ubique ſita.
12 Sententia Judicis ſuper reintegratione ad adminiſtrationem bonorum an requiratur, quando jàm fuit interdicta adminiſtratio, & deputatus Curator.
13 Patre diſſipante bona, rebuſque in uſus pravos, & abominabiles utente, Filius agere poteſt ad conſecutionem legitimæ.
14 Pater dilapidare quando dicatur, remiſſivè.
15 Pater ſi malè, & fraudolentèr diſſipet bona adventitia, vel fideicommiſſaria, ſeù majoratus, ad quæ poſt ejus mortem Filius ſubſtituitur, privatur non ſolum adminiſtratione bonorum; verùm etiàm uſu fructu n. 18. Ampl. n. 16. & n.20. Decl. n.17. Vide n.21.
19 Filius, ac alius Subſtitutus non tenetur ſatisfacere Creditoribus Patris, dolosè, & fraudulentèr diſſipantis bona fideicommiſſi, & majoratus, ſed ſolum tradere alimenta Patri, aliundè non habenti.
21 Pater, vel alius gravatus cogi poteſt ad anticipatam reſtitutionem bonorum fideicommiſſariorum, quando eſt ita tenax, ut non expendat quod eſt neceſſarium pro conſervatione eorundem bonorum.
23 Æconomi deputatio ſpeciem infamiæ irrogat. Contrarium n.36. cum ſeqq.
24 Remedium deputationis Æconomi ad effectum ſatisfaciendi æs alienum judicatur legale.
25 Filio ſubſtituto competit immiſſio in bonis fideicommiſſariis contra Patrem, ea dilapidantem. Decl.n.26.39. & 40.
27 Æconomus datus cenſetur ſolùm ad cuſtodiam fructuum.
28 Æconomus deputari poteſt eiſdèm caſibus, in quibus apponitur ſequeſtrum.
Sequeſter idem ſonat, ac Æconomus, ſeù Depoſitarius judicialis n.28.
29 Æconomus eſt minus ſequeſtro, cum ſonet in nudum miniſterium.
30 Fructus ſequeſtrandi ſunt, quando concurrit timor dilapidationis, vel difficilis recuperationis, ne judicium reddatur eluſorium.
31 Et ad iſtum effectum non requiritur plena, & rigoroſa probatio ſuper timore dilapidationis, ſed ſufficit, quod Judex capiat informationem ſuper ſuſpicione ipſius dilapidationis.
32 Et quod ſatis ſit qualis, qualis diſſipationis timor, etiamſi debitor fructus convertat in

in proprios uſus, & pro ſuis neceſſitatibus conſumet, & n.34.

33 Timor juſtus dilapidationis ex quibus probetur, remiſſivè.

35 Legitimus poſſeſſor non eſt turbandus in ſua poſſeſſione. Limita n.32.33.& 34.

36 Æconomi appoſitio ne fructus dilapidentur quotidiè practicatur etiam contra Magnares, & Eccleſiaſticos, quando non poteſt fieri ſequeſtrum.

Sequeſtrum apponitur penes Conductorem, quando bona fuerunt locata n.36.

37 Æconomus apponitur, quando relaxatum fuit mandatum contra Epiſcopum pro penſione ad effectum exequendi ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis, ſalva Congrua.

38 *Bald. conſ.*327.*vol.*5. in quibus terminis procedat.

Subſtituto Filio reſtitutio fideicommiſſi debetur ante conditionis eventum, vigore *l. Imperator, ff. ad S. C. Trebell.* ob alienationem bonorum fideicommiſſariorum, factam à Patre hærede gravato n.40.

Maximè quando per Teſtatorem ampliſſimè prohibita fuit alienatio n.40.

Patre deteriorante, vel diſſipante bona fideicommiſſaria, fit locus reſtitutioni favore Filii ſubſtituti, ex diſpoſitione *l.Imperator ff. ad S.C.Trebellian.* n.40.

Et iſto caſu deterioratio contingit in omittendo, ut ſi ob omiſſam reparationem domus ruinam patitur, vel ob neglectam culturam vinea exſiccatur n.40.

40 *Text. in l.Imperator, ff. ad S.C. Trebell.* habet locum, quamvis non probetur dolus, ſeu fraus conſilii, quando concurrit fraus eventus.

41 Dilapidatio hæredis gravati ex quibus probetur.

42 Avaro adminiſtratio bonorum interdicenda eſt, ac dandus Æconomus, & n. 44. & 61. Contrarium n.43.

45 *Jure Conſulti* non deciderunt omnes caſus, nec potuerunt illos præcogitare.

Ratio naturalis, & æquitas tanquàm lex ſecreta allegari poteſt, quotiès Jus ſcriptum aliquem caſum non proſpexit n.45.

46 Obligatio dandi eleemoſinam cadit ſub præcepto dilectionis proximi, & charitatis.

Barones tenentur ſubvenire Vaſallis in neceſſitate conſtitutis n. 47.

Dilectio proximi non conſiſtit in verbis tantum, ſed requiruntur opera n.47.

Divites tenentur ex lege Christi,*& Evangelii* dare eleemoſynam pauperibus n.46.& 47.

48 Et quidem ſub pœna peccati mortalis ex ſuperfluis, licet neceſſaria ſint ad ſtatum proprium, quando concurrit extrema neceſſitas proximi; Et ſi concurrat gravis, & urgens, non autem extrema neceſſitas, adhuc tenentur de iis, quæ ſibi, & ſuis ſuperfluunt ſecundum proprium ſtatum facere eleemoſynam. Vide n.51.& 52.

49 Christus in extremo judicio æternis ignibus damnabit impios, quia miſericordiæ opera indigentibus denegarunt.

53 Eleemoſynæ,& piæ largitiones non ſunt differendæ ad finem vitæ.

54 Divites compelli poſſunt tam officio Judicis, quàm condictione ex lege ad dandam eleemoſynam, ſaltem in caſu urgentis neceſſitatis; maximè ex eo quod ſupereſt proprio ſtatui præſenti, & futuro, & n.55.

55 Concurrente extrema neceſſitate poteſt quiſque ſibi propria auctoritate procurare victum.

Omnia ſunt communia, quando concurrit extrema neceſſitas n.55.

56 Princeps cogere poteſt divites avaros ad ſuccurrendum pauperibus.

Judex Eccleſiaſticus impedire debet peccatum n. 57.

57 Princeps tenetur in ſuo Principatu exterminare à Subditis ea, quæ inducunt ad mortale peccatum.

Princeps gubernare tenetur ita ſubditos, ut non devient ab obſervantia Divinorum præceptorum, aliàs graviter peccat n. 57.

58 Princeps avaritiam in Subditis exterminare debet.

Avaritia vitium peſſimum, & deteſtabile eſt, tanquàm mater, ac pejor omnium malorum ita mentem àfficiens, ut ad appetenda ſublimia attolli non poſſit, & nullo tempore, nec aliquid boni exercere permittat num.58.

59 Avaritia pejor eſt prodigalitate, & quare.

60 Avaritia nunquam ſeneſcit contra naturam omnium vitiorum.

Avaritia creſcit in ſenectute n.60.

Statutum eleemoſynam, ſeù oblationem præſtari mandans Monaſterio, vel pauperibus, an, & quando poſſit; revocari, remiſſivè num.62.

61 Eleemoſynæ materiam tractantes, remiſſivè.

Continuare an,& quando teneatur in traditione eleemoſynæ.

Manutentio pro eleemoſyna an ei competat, qui per plures annos illam fecit, remiſſivè, num.62.

Minor eleemoſynam dare an, & quando teneatur, remiſſivè n.62.

63 Eleemoſynæ ab Epiſcopo dandæ materia.

64 Eleemoſyna facienda eſt de proprio, non de alieno.

65 Debitis involuti negligentes ſatisfacere eorum creditoribus,& dantes eleemoſynam, graviter peccant.

OBSERVATIO.

Prodigus dicitur, qui nec tempus, nec finem expenſarum habet, ſed bona ſua

1 dilapidando profundit, ut notant *Dec. conſil.*274.*ſub n.*1.*Carpan.ad Statut.Mediolan.lib.*1.*cap.*424.*n.*13.*Cenc.de Cenſ.q.*16.*n.*1. Imò etiam qui ultra ſubſtantiam ſuam citra neceſſitatem expendit, prout uttamque deſcriptionem tra-

tradit Hodiern. controv.41. nn.2. in cujus caſu
redarguebatur à Filia Mater, quod nimiis,
& pretioſis veſtibus, & aliis rebus quotidiè
uteretur, ut n.10. cum ſeqq. Undè cum Reip.
2 interſit, ne quis ſubſtantia ſua malè utatur,
l.Ubi adhuc, ff. de re judic. in ſpecie Adden. ad
Rot.in rec.dec.29.nu.59.par.8. interdicenda eſt
ei tanquàm prodigo per Judicem mediante
3 ſententia bonorum adminiſtratio, & deputandus
Curator l.1. & tot.tit. ff. & Cod. de Curat.
furioſ. & prodig. dand. ibique communitèr Scribentes
Dec.conſ.274.n.1.verſ.Et talis.Salgad.labyr.Credit.par.1.cap.13.n.5.Carpan.ad
Stat.Mediolan.cap.424.n.16.lib.1.Doring.in ejus Bibliotheca
Juriſconſultor.in verbo Alea, & Aleator
n.20. ubi de aleatore, pro prodigo, dilapidatore
ad huuc effectum reputato, idemque
firmat Farinac.qu.109.nu.60. & pleniſſimè Hodiern.d.controv.41.n.18.cum
plurib.ſeqq.

Quod fieri debet, citato Prodigo Bertran.
4 conſ.222.nu.2.vol.3.par.1.Carpan.loc.cit.nu.17.
cum ſeq.Giurb.ad conſuetud.Meſſan.cap.7.gloſ.9.
n.24.Rota cor.Card.Cavaler.dec.273.n.5.& cauſa
cognita, prævia informatione ab attinentibus,
vicinis, & amicis, ad effectum ab eis
explorandi veritatem, & eliciendi actus inferentes
prodigalitatem, ut reſpondit Caſtrenſ.
conſ.248.n.4.lib.2. Bertran.loc.cit.n.2.cum ſeqq.
Carpan.d.cap.424.n.13. Cenc.loc.cit.n.12.Sanfelic.dec.148.nn.5.cum
ſeq.par.1.Rot.cor.Card.Cavaler.dec.273.nu.3.cum
ſeq. cum in iſta materia
magis credatur teſtibus conjunctis, uti
5 meliùs informatis, quàm aliis, notant Dec.d.
conſ.274.n.2.ver.Et prædicta Carp.ubi ſup.n.14.

Nec ſufficit pro interdicto adminiſtrationis
bonorum, quod quis ſolummodò declaratus
6 fuerit prodigus abſque interdictione
adminiſtrationis, & datione Curatoris, ut
docet Carpan.loc.cit.nu.5. ſatis tamen erit, ſi
Curator illi datus fuerit, cum exindè ſupponatur
interdictio adminiſtrationis, Bart. in
l.is. Cui bonis nu.3.cum ſeq. ff. de verb.oblig.Decian.reſponſ.2.
nu.12.vol.3. Giurb.ad conſuetud.
Meſſanen.cap.7.gloſs.9.n.24.in fine.

Antequàm Prodigo per Judicem interdicta
7 ſit adminiſtratio, ille poteſt validè contrahere,
ſe obligare, ac diſponere, ut reſpondit
Caſtr.d.conſ.248.ſub n.4.lib.2.& firmant adducti
per Card. de Luca de alienat. & contract.
prohibit.diſcurſ.63.n.3.

Sed poſtquàm ei legitimè interdicta fuit
adminiſtratio bonorum, non poterit contrahere,
8 ſe obligare, aut alitèr diſponere, abſque
incurſu nullitatis, ad Text.in l.1.& tot.tit.
ff.& Cod.de Curat.furioſ.ibique communitèr ſcribentes
Gutierez de juram.confirm.par.1.cap.32.
n.1. ubi n.3. examinat quid ſi notoriè ſit pro-
9 digus Cenc.d.q.16.n.2.cum ſeqq.Card.de Luca d.
diſcurſ.36.n.2. Quotieſcunque tamen ſententia,
ſeu decretum emanatum ſuper prodigalitate,
& interdictione adminiſtrationis, &
proviſionis Curatoris fuerit præconizatum,
cum ignorantes non debeant decipi, ut firmat
Hodiern.cit.contr.41.nn.40. Quod procedit
etiamſi contractus, & obligatio ſit jura-
10 mento vallata, quia infectio actus non
provenit à ſola diſpoſitione legis poſitivæ,
ſed à defectu naturali intellectus, ſeu voluntatis,
quæ per Juramentum non ſuppletur
Bertrand.d.conſ.222.nn.1.Carpan.ubi ſup.nu.12.
Gutierez.loc.cit.n.5.verſ.Sed his non obſtantibus
ubi teſtatur, hanc opinionem eſſe veriorem,
& tenendam Franch.dec.672.n.16.

Quę interdictio adminiſtrationis tanquàm
favorabilis extenditur ad bona ubique ſita,
11 ut allegata l.1.C.de emancipat.& Bart.in l.Relegatorum,
§.Interdicere ff.de interdict.& releg.
tradit Gratian.diſcept.389.n.44. Carpan.loc.cit.
n.8.cum ſeq. ubi reddit rationem, quia perſona
ſubdita inhabilitatur, quæ inhabilitatio
trahitur etiam extrà Territorium.

Interdicta verò adminiſtratione bonorum,
& deputato Curatore, an ad effectum reintegrationis
ad adminiſtrationem requiratur
12 ſententia Judicis, eo modo, quo illa Prodigus
privatus fuit vide Dec. conſ.274.nn. 1. Cenc.de
Cenſ.d.q.16.n.13.Rot.cor.Card.Cav.dec.273.n.7.

In propoſito prodigalitatis: ſi Pater diſſipet
bona, rebuſque in uſus pravos, & abomi-
13 nabiles utatur, Filius agere poteſt ad conſecutionem
legitimæ prævia excorporatione,
& ſeparatione ab aliis bonis Patris, ut tutus
reddatur à dilapidatione, ac à fraudolentibus,
& captioſis alienationibus, juxta veriorem
opinionem, quam latè diſcuſſo articulo amplexus
eſt Merlin.de legitim. lib.5.tit.3.q.6.per
totum, ubi etiam refert plures concordantes
Giurb.ad conſuetud. Meſſanen.cap.7.gloſs.9.n.17.
Adden.ad Rot.in rec. d.dec.29.n.29.cum plurib.
ſeqq.par.8. Eoque certius ſi dolo, & fraude
diſſipet, ut firmat Giurb.alleg.gloſs.9.n.17.ubi
n.21. docet, quando dicatur dilapidare.

Sicuti etiam Pater, qui tanquàm legiti-
14 mus adminiſtratòr habet uſumfructum in
bonis Filii, vel poſſidet fideicommiſſum, aut
15 majoratum, ad quem poſt ejus mortem Filius
ſubſtituitur, ſi malè, & fraudolentèr
diſſipet bona adventitia, vel fideicommiſſaria,
ſeu majoratus in evidentem Filii, & ſucceſſorum
jacturam, privatur ex diſpoſitione
legis, non ſolùm adminiſtratione bonorum,
quæ ſtatim ante obitum, & adventum conditionis
Filio ſuo, vel Subſtituto reſtituere tenetur,
reſervato ſibi jure conſequendi alimenta
ex fructibus, juxta Text. in l. Imperator
50. ibique Scribentes ff. ad Sen. conſultum
Trebell. reſpondit Surd.conſ.116.n.23.verſ.Secundo
principalitèr cum ſeqq. juncto nu.43.cum
ſeqq. cum aliis, quos plena manu refert, &
ſequitur Salgad. labyrint. Credit.par.4.cap.15.
n.1.cum duobus ſeqq. ubi firmat, id procede-
16 re, quamvis offerat cautionem de benè administrandis
bonis Antunez Portugal. de donat.Reg.
tom.1.in prælud.2. §.2.n.30.in fine cum
ſeq. ubi declarat procedere, ſi dilapidatio ſit
17 magna, atque conſiderabilis, ſecùs ſi modica
Fontanell. de pact.nuptial. clauſ.4.gloſſ.9.par.5.
n.29.& gloſſ.22.n.26.

Verùm etiam uſufructu per *Text. in d.l.Imperator Surd.loc.cit.& Fontanell.d.n.26. ac Sal-*
18 *gad.ubi ſupra, ac n.13.cum ſeqq.Giurb.d.gloſ.9.*
n.15. cum ſeq. quod eſt conforme diſpoſitioni *noſtri Statuti*. Et iſto caſu Filius, ſeu Subſtitutus non tenetur ex fructibus ſatisfacere
19 creditoribus Patris, ut plenè diſcuſſo articulo reſpondit *Salgad.d.cap.15. per tot. Argel.de acquir.poſſeſs.q.8. art.22.nu.563.verſ.In contrarium eſt veritas cum pluribus ſeqq.* quicquid ratiocinando in contrarium reſpondeat *Card. de Luc.de fideicom.diſcurſ.170.*

Sed ſolùm Filius tenetur tradere alimenta Patri aliundè non habenti, juxta *Text. in d.l. Imperator.in fine*, ac firmant *Argel.d.artic.22. n.578.cum aliis ſupra allegatis*, & ita contra Creditores hæredis gravati, qui duas tornatutas terræ fideicommiſſariæ alienaverat, cęteraque bona notabilitèr deterioraverat, mediante inciſione Vitium, & arborum fructiferarum, pronunciatum fuit in cauſa *Faventina per acta Peluſſi Notarii A.C.de menſe Martii 1689.favore filiarum ſubſtitutarum ab Illuſtriſs. & Reverendiſſimo D. Origho Judice integerrimo ab A.C.deputato nunc S.R.E.Card.digniſſimo*.

Advertendo, ad hunc effectum non requiri fraudem conſilii, hoc eſt alienationem, & dilapidationem dolo malo, & animo nocendi filiis, & ſubſtitutis, ſed ſufficere fraudem even-
20 tus, ut Pater teneatur reſtituere fideicommiſſum Filio ſucceſſivè vocato, ut communitèr affirmant *Bart.in d.l.Imperator nu.1.ibique Caſtr.n.2.& Alex.n.18.* reſpondit *Laderch.conſ.185.n.2.cum ſeq.* & examinato articulo tenet *Molin. de Primogen.Hiſpan. lib.1.cap.16.nu.12. verſ.Contrariam ſententiam* plenè *Argel. de acquir.poſſeſs.q.8.art.21.nu.532.verſ.Pro faciliori cum ſeqq.* ubi reſpondetur contrariis.

Paritèrque cogi valet ad anticipatam reſtitutionem bonorum fideicommiſſariorum, ac ſi ea dolosè deſtrueret, & diſſiparet, quando
21 eſt ita tenax, ut non expendat quod eſt neceſſarium pro conſervatione eorumdem bonorum, videlicèt ſi domos ex negligentia ruere permittat, fundoſque, & agros non colat, aliaque ſimilia in perniciem faciat, ut docet *Molin.loc.cit.n.13.* ubi ſubdit, hoc eſſe veriſſimum. Circa tamen diſpoſitionem, & intelligentiam *d.l. Imperator* ponderanda ſunt adducta per *Card.de Luca.de fideicom.diſc.170. n.5.in fine cum ſeqq.*

Poſt hæc ſcripta cum de anno 1684. per ſpatium nonnullorum menſium vices geſſiſſem bo:me:celeberrimi Juriſconſulti *D. Joan-*
22 *nis Baptiſtæ de Comitibus* poſtea Epiſcopi Ajacci electi, & tunc *Auditoris Eminentiſs. & Reverendiſs.D.Card.Corſii eo tempore Auditoris Cameræ*, in quo munere E.S. eam vigilantiam adhibuit, qua varia officia antea adminiſtraverat, & modò exercet Legationem Provinciæ Romandiolæ, & Epiſcopatum Ariminenſem, occurrit ſequens caſus.

Providus bo:me:Horatius de anno 1656. ordinavit Primogenituram favore D. Pauli Franciſci filii, ejuſque ſucceſſivè deſcendentium primogenitorum ſuper Caſali Turris Petræ, empto pretio ſcut.226. mil.bonis in Civitate, & Territorio Bononiæ exiſtentibus annui fructus ſcut.5.mil. & ultra, Palatio Urbis, Villa Ruffina in Territorio Tuſculano, & armento Vaccarum tubrarum; Pro fœminis verò dotandis loca 500. Montium Cameralium ſubjecit multiplico, mandans eorum fructus, & fructuum fructus multiplicari uſque ad ſummam ſcut.100.mil., Codicillis diſpoſuit, ut illius fructus quoque ſpectarent ad primogenitum, prohibita omni detractione, etiam pro legitima, ejuſque ſupplemento, ſeu pro melioramentis factis, & faciendis, aut alia quavis majori cauſa, ſicuti etiam addidit ſtrictiſſimam prohibitionem cujuſcunque alienationis, injuncto præcepto vocatis non impetrandi derogationem Apoſtolicam, & in caſu contraventionis voluit, ut alii ſucceſſivè vocati pro obſervantia agere deberent, ac adjecto onere Primogenitis ſe obligandi de obſervando omnia in diſpoſitione contenta, cum renunciatione detractionum legitimæ, falcidiæ, & ſimilium; In reliquis tandem bonis inſtituit hæredem univerſalem eundem D. Paulum Franciſcum, qui quidem ſequuto obitu Teſtatoris mediante Inſtrumento publico acceptavit paternam diſpoſitionem, & pro omnibus in ea diſpoſitis in forma Cameræ ſe obligavit, ſed poſteà de anno 1670. ſpreta prohibitione paterna, ac propria obligatione, impetravit à ſa:me:CLEMENTE X. Breve facultativum accipiendi ad cambium, vel imponendi cenſum ſcutorum 30.mil.ſuper bonis primogenituræ pro ſolvendo ære alieno, quo ſe gravatum aſſeruerat, & pro aliis ſuis neceſſitatibus, cum lege tamen deponendi ſingulis annis in Sacro Monte Pietatis ſcut.3.m. ad hoc, ut ſpatio decennii hujuſmodi debitum remaneret extinctum. Deindè de anno 1674. elapſo triennio, abſque quo depoſuiſſet ſingulis annis dictam ſummam ſcut.triginta mil. impetravit aliud Breve facultativum imponendi cenſum ſcut. triginta mil. pro extinguendo cambio tantundem ſummæ, quod vigore primi Brevis contraxerat cum Banco S. Spiritus, & in hoc ſecundo Brevi Papa ei remiſit caducitatem, ob non facta dicta depoſita incurſam, renovato tamen eidem onere deponendi ſingulis annis ſcuta 3. mil., & vigore hujus facultatis impoſuit ſuper dicto Caſali cenſum ſcut. 30. mil. favore *DD.* de Gabriellibus, ſed ſortita eſt eadem calamitas circa negligentiam depoſiti, dùm per ſpatium decennii, nec minima ſumma fuit depoſitata, & eodem modo diſperſi ſunt fructus locorum Montium, deſtinati pro d.multiplico dotium; Undè D.Lelius undequaque prudentiſſimus Filius ſucceſſivè vocatus ad reparandam everſionem primogenituræ, & conſulendum fœminis ſuæ domus, obtinuit ab A.C. contra Patrem relaxationem mandatorum pro extinctione cenſus, & pro reintegratione multi-

pli-

plici, ſalva perſona, & deducto ne egeat, &
à me, munus Auditoris ejuſdem A.C. geren-
te, reportavit deputationem Æconomi cum
lege expreſſa ſubminiſtrandi alimenta, &
ſumptus D. Paulo Franciſco, ejuſque domui,
& familiæ, eodem modo, quo tunc præſta-
bantur, & quod ſupererat deponendi ad effe-
ctum conſignandi, cui Judex mandaſſet, do-
nec fuiſſet aliter proviſum, ſine tamen præ-
judicio jurium ambarum Partium, & præſti-
ta per eundem Æconomum idonea cautione
de benè adminiſtrando, rationem reddendo,
& reliquatum reſtituendo, quæ reſolutio
omnibus doctis, juſtis, & prudentibus Viris
placuit, prout etiam poſt nonnullos annos,
idem decrevit *Eminentiſſimus D.Cardinalis Ma-
reſcottus* Judex ex ſpeciali commiſſione ſa:me:
ALEXANDRI VIII. deputatus, quod ſupera-
bundat pro canonizatione reſolutionis, cum
in illo Purpurato ſummoperè triumphet Ju-
ſtitia, unàcum cæteris Virtutibus Cardina-
libus, ſicuti comprobavit, in variis muneri-
bus, glorioſè adminiſtratis, & præſertim
in Præſidentatu Cameræ Apoſtolicæ, Guber-
nio Civitatis Aſculi, Quæſitoratu in Inſula
Melitenſi, Aſſeſſoratu S. Officii, Nunciaturis
Apoſtolicis apud Reges priùs Poloniæ, & mox
Hiſpaniarum, Legatione Ducatus Ferrariæ,
& Epiſcopatu Tyburtino, à quo ad Urbem re-
vocatus gravioribus Sacris Congregationibus
adſcriptus conſpicitur: Non obſtante, quod
eadem reſolutio acritèr reprehenderetur ab
aliis, potiùs affectione, quàm ratione ſe mo-
ventibus, ac Juriſprudentiam ignorantibus,
inculcando vulgari exclamatione impium vi-
deri, Filium inſtare contra Patrem pro depu-
tatione Æconomi, tanquàm ſpeciem infamiæ
23 irrogante ad *Rot.cor.Cavaler.dec.273.n.2.cum
ſeqq.* Nec remedium deputationis Æconomi
ad effectum ſatisfaciendi æs alienum judican-
24 do legale, ut reſpondit *Bald.conſ.327.num.1.
lib.5.* ſed debebant aſſignari D. Paulo Franci-
ſco redditus congrui pro alimentis, & ſic fir-
mari ſtatus bonorum, & ſi quid ſupereſſet ero-
gari in reintegrationem fideicommiſſi; non
autem deveniri ad hujuſmodi deputationem,
quæ cautela omninò nova exagerabatur.

Minùſque intrare diſpoſitionem *Text. in l.
Imperator ff. ad S.C. Trebellian.* cujus vigore
25 competit officium Judicis pro conſequenda
immiſſione in bonis fideicommiſſariis contra
Patrem illa dilapidantem, cùm habeat locum
ſolummodò, quando concurrit dolus, ut do-
26 cet *Cenſal.ad Peregrin.de fideicom.art.16.verſ.
Prima eſt concluſio pag.mihi* 21.

Fundamentum autem prædictæ meæ reſo-
lutionis fuit, quod ad deputationem Æcono-
mi, qui cenſetur datus dumtaxat ad cuſto-
27 diam fructuum *Rot.cor.Manzaned.dec.599.n.5.
& cor.Coccin.dec.1171.n.2.* deveniri valet in
iiſdem caſibus, in quibus apponitur ſeque-
28 ſtrum, quod idem ſonat, ac Æconomus, ſeu
Depoſitarius judicialis *Salgad.labyrint.Credit.
par.1.cap.13.§.1.nu.20.& cap.14.n.71.Rot.cor.
Coccin.d.dec.1171.nu.1.cum ſeq.* Imò eſt quid
29 minùs ſequeſtro, cum ſonet in nudum mini-
ſterium, ut advertit *Rot.d.dec.1171.n.2.*

Æquitas verò ſuadet, quod à Judice po-
natur ſub ſequeſtro fructus, quando concur-
30 rit timor dilapidationis, vel difficilis re-
cuperationis, prout utrumque in caſu prædi-
cto concurrebat, ne aliàs judicium reddatur
eluſorium, ut docet *Gloſ.in cap.2.ſub verbo ſe-
queſtrari de ſequeſt.poſſeſs.& fruct.Barboſ.in leg.
unic.nu.11.cum ſeq.C.de probibit.ſequeſtr.pecun.
Ridolphin.prax.par.1.cap.14.n.155. Frider.Ger-
deſius*, loquens de Patre dilapidante, *in tract.
de decoctor.n.37.Borell.ſumma dec.par.2. tit.37.
n.27.cum ſeqq.Card.de Luca de judic.diſcurſ.13.
n.12.Gratian.diſcept.853.n.13.& dec.63.num.2.
cum ſeqq.Capyc.latr.dec.197.n.2.Larrea dec.58.
n.6.cum ſeq.Rot.cor.Bich.dec.121.nu.3.cor.Emi-
nen.Cerro dec.242. n.2.juncto n.5.& penes Poſt.
de manuten.dec.155.n.1.cum ſeq.* & de appoſi-
tione Æconomi reſpondit *Rot. cor. Coccin. loc.
cit.n.1.cum ſeq.& per tot.*

Nec ad hunc effectum requiritur plena, &
rigoroſa probatio ſuper timore dilapidatio-
nis, ſed ſufficit, quod Judex capiat informa-
31 tionem ſuper ſuſpicione ipſius dilapidatio-
nis, ut tradit *Barb.loc.cit.n.13.* & quod ſatis ſit
qualis qualis diſſipationis timor, etiamſi debi-
tor fructus convertat in proprios uſus, & pro
ſuis neceſſitatibus conſumet, ut docet *Scoppa
32 ad Gratian.d.dec.63.nu.2.cum ſeqq.* ubi plures
concordantes cumulat, & plenè *Joſeph de
Roſa conſult.5.n.13.cum ſeqq.* ubi *in fine* ponde-
rat pro juſto timore dilapidationis ea, quæ ad
33 unguem adaptantur D. Paulo Franciſco, &
quod ſufficiat habitus, & frequentia ludendi,
ad hoc, ut pro dilapidatore habeatur, ad ef-
fectum ei interdicendi adminiſtrationem, fir-
mant *Farinac.q.109.n.60.Doring.in ejus Biblio-
theca Juris Conſultor. in verbo Alea, & Alea-
tor num.20.*

Nam ad ſucceſſorem in primogenitura pa-
rùm refert ſive fructus dilapidentur, ſive in
34 proprios uſus convertantur, utroque enim
modo in rerum natura eſſe deſinunt, abſque
ſpe recuperationis, ut animadvertendo ſub-
ſequitur *Scoppa ubi ſup.n.5.in fine cum ſeq.* ubi
hac ratione limitat regulam generalem, quod
35 legitimus poſſeſſor non ſit turbandus in ſua
poſſeſſione, & ei impedienda libera fruitio
rerum ſuarum, & *Roſa loc.cit.*

Eoque faciliùs judicatum fuit opportu-
num, & neceſſarium prædictum remedium,
cùm remaneat conſulum tàm D. Paulo Fran-
ciſco alimentario, quàm fœminis, quarum be-
neficio deſtinatum eſt multiplicum, necnon
D.Lælio, & ſucceſſivè vocatis ad primogeni-
turam, cujus perpetuæ conſervationi præci-
puè invigilandum eſt, juxta providam men-
tem Teſtatoris, ne irrationabili facto unius
tota evertatur, vel ſaltem notabilitèr dimi-
nuatur in evidens, & irreparabile damnum
omnium prædictorum.

Nec ad retardandam appoſitionem Æco-
no-

Digitized by Google

nomi viſum eſt relevare declaratam novita-
tem, & exorbitantiam hujus remedii; nam
obiectum tollitur ex quotidiana praxi Tribu-
nalium, dùm deficiente remedio ſequeſtri,
quod apponitur penes conductorem, quando
36 bona debitoris fuerunt locata *Rot.cor.Coccin.
allegat.dec.1171.in princ.* recurritur ad aliud
appoſitionis Æconomi etiam contra Magna-
tes, ut in terminis Ducis reſpondit *Rot.coram
Coccin.cit.dec.1171.per tot.* Quod etiam quo-
tidiè practicatur contra perſonas in dignita-
te Eccleſiaſtica conſtitutas, nempè contra
Epiſcopos, & Archiepiſcopos conventos pro
ſolutione penſionis à Penſionariis; Etenim à
Judice relaxatur mandatum ad effectum exe-
quendi ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis, ſal-
37 va congrua, ſive conciliari, ſive alimentaria,
oppoſita ab Epiſcopo, qui pro penſione ſe
non obligaverat, & ſucceſſivè deputatur Æco-
nomus cum facultate ſubminiſtrandi Epiſco-
po congruam, reſiduum verò ſolvendi Penſio-
nariis, vel deponendi, ut practicatum fuit à
*Rota cor.Buratt dec.669.cor. Pentinger.dec.329.
n.9.cum ſeqq.in Atrien.ſeu Pennen.Congruæ 16.
Aprilis 1674.cor.Reverendiſs.Albergato.* Undè
non ſubſiſtit magnificata injuria; Sicuti etiam
non adverſatur *Bald.cit.conſ.327.volum.5.* dùm
38 *n.1.* firmat, quod cogente neceſſitate, vel ſua-
dente utilitate ad deputationem Æconomi
deveniri valet.

Paritèrque non refragabatur allegare diſ-
poſitionem *leg.Imperator ff. ad S.C.Trebellian.*
non habere locum non probato dolo, quia
39 appoſitio Æconomi conceſſa fuit in executio-
nem mandatorum relaxatorum, eo modo,
quo conceduntur ſequeſtra, & tanquàm ſpe-
cies ſequeſtri; non autem ex capite præventi-
væ reſtitutionis bonorum Primogenituræ ob
præcedentem dilapidationem, juxta terminos
d. l. Imperator, cujus diſpoſitio habet locum,
quando concurrit fraus eventus, quamvis
40 non probetur dolus, ſeu fraus conſilii *ex ſu-
perius allegatis*, quæ fraus eventus tàm ob
omiſſionem, quàm ob commiſſionem cuique
notoria eſt, & ideò non indiget judiciali pro-
batione, ex firmatis per *Rot.cor.Ottbobon.de-
ciſ.145.nu.2.* Ultra quod dilapidatio ad hunc
effectum exuberantèr probatur ex conſum-
ptione ingentis ſummæ fructuum dicti multi-
41 plici, & prædictorum ſcut.30.mil. ad cenſum
acceptorum, præter alia multa debita con-
tracta, non obſtante dicta pingui primogeni-
tura, & hæreditate paterna, ut advertit *Roſa
d:conſult.5.in fine.*

Non omittendo in propoſito, quod etiam
ex ſola alienatione rei fideicommiſſariæ in-
trat diſpoſitio *L.Imperator*, ita ut ſit locus re-
ſtitutioni favore filii ſubſtituti ante conditio-
nis purificationem, ut reprobato *Bartolo* te-
nent *Alex.in d.l.Imperator n.14.Pinell.in leg.1.
n.35.C.de bon.matern. Barboſ. in l.ſi conſt ante in
princ.n.14.verſ.Neque obſtat doctrina Bartoli ff.
ſolut. matrim.* & latiſſimè examinato articulo
docet *Argel.de acquir.poſſeſ.q.8.art.18.à n.435.
per tot.n.471.& Boer.dec.41.n.15.* Eoque ma-
gis, quando per fideicommittentem ampliſ-
ſimè prohibita fuit alienatio, ut reſpondit
*Rot. in Albanen.Caſtri Nemoris cor.Reverendiſſi-
mo Emerix Decano impreſs.penes Torr.de primo-
genitur.*

Prout etiam competit reſtitutio favore fi-
lii ſubſtituti Patre hærede gravato bona
deteriorante, vel diſſipante ſecundùm com-
munem ſententiam, ut latiſſimè comproban-
do tenet *Argel. d.q.8.art.21.nu.481.cum pluri-
bus ſeqq.* ubi *n.491.* firmat, deteriorationem
ad hunc effectum contingere, ſi ob omiſſam
reparationem domus minatur ruinam, & ob
neglectam culturam Vinea exſiccatur.

Avaro quoque interdicenda eſt adminiſtra-
tio ejus bonorum, cùm ille non minùs, quàm
prodigus committat vitium in adminiſtra-
42 tione, & iſto caſu inter ſe parificentur, juxta
originalem *Theoricam Bald.in l.final. n.16.verſ.
Quid ſi Pater C.de ſenten.paſſ.* quam ſequendo
comprobat *Joan.Franc.de Ponte de poteſt.Pro-
reg.tit.10.de limit.expenſar.modeſta, & madera-
to vivendi more nu.14.cum tribus ſeqq.* & tenet
Golin.de Procurat.par.1.cap.5.n.31.

Et quamvis contrarium defendere conetur
*Antonius Galiſius de action.revocator.cap.6.n.4.
43 cum duobus ſeqq.* adducendo nulla lege cave-
ri, prout Legiſlatores decreviſſent, ſi inter-
dictionem adminiſtrationis illi deſideraſſent,
& quatenùs veſtibus ſordidis avarus utatur,
eas ſufficiat ſine deputatione Curatoris pro-
hibere. Attamen prior opinio ſequenda eſt,
tanquàm æqua, & magis conſulens utilitati
44 Reipublicæ, ac fulcita ratione, & auctorita-
te celeberrimorum *Juriſconſultorum*; Parvi
faciendo, id nulla lege caveri, ex quo arguit
Galiſius, *à Juriſconſultis* conſultò fuiſſe omiſ-
ſam interdictionem avaro, nàm omnes caſus
ab ipſis non fuerunt deciſi, nec potuerunt præ-
45 cogitari, & quotiès jus ſcriptum aliquem
caſum non proſpexit, recurrendum eſt ad
naturalem rationem, & æquitatem, quæ tan-
quàm lex ſecreta allegari poteſt *l. Cum ratio*,
ibi: *Cum ratio naturalis, quaſi lex quædam, ff.
de bonis damnat.Cravet.conſ.31.n.5. Monter.de-
ciſ.16.n.9. & ſub nu.12.cum ſeqq.Giurb.deciſ.5.
n.16.ac n.23.& Rot.cor.Dunoz. Junior dec.449.
num.45.*

Nec ſolùm remedium prohibendi veſtes
ſordidas conſulit cæteris malis ex avaritia re-
ſultantibus, & præſertim obligationi dandi
46 eleemoſynam pauperibus, ad quam uti ca-
dentem ſub præcepto dilectionis proximi, &
charitatis, cùm non ſufficiant verba, & vo-
47 luntas, ſed requirantur opera, juxta aucto-
ritatem Joannis Apoſtoli *filioli non diligamus
verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate,* &
alia *Apoſtoli ad Galatas cap.6.n.2.alter alterius
onera portate, & ſic adimplebitis Legem Chri-
ſti* tenentur divites ex *Lege Chriſti, & Evan-
gelii*, ut in *Luca cap.11.n.41. Veruntamen quod
ſupereſt date eleemoſynam,* & ex Antiquo Teſta-
mento in Deuteronom. *Ego præcipio tibi, ut*

ape.

*aperias manum fratri tuo egeno , & pauperi ,
qui verſatur in terra* , & in *Tobia cap.4. num.8.
quomodò potueris , ita eſto miſericors : Si mul-
tum tibi fuerit , abundantèr tribue : Si exiguum
tibi fuerit , etiam exiguum libentèr impertiri
ſtude Luc.cap.3.n.11.* ibi : *Qui habet duas tuni-
cas , det non habenti , & qui habet eſcas , ſimi-
litèr faciat* , ac comprobat *Cardinalis Bona
principia vitæ Chriſtianæ §.17.per tot.* ubi præ-
cipuè advertit, quod *quemadmodum Chriſtianæ
fidei, & pietati nihil magis congruit, quàm ege-
norum paupertati ſuccurrere , & propriæ condi-
tionis in aliorum neceſſitatibus meminiſſe : ita
nihil crudelius , & magis noxium , quàm neceſ-
ſaria , non ſolùm egentibus , ſed proprio etiam
corpori ſubtrahere , ut congregentur opes , &
hæredibus ſerventur , qui illas brevi tempore
diſſipabunt , ſed multò major , & nunquam ſatis
deploranda calamitas animam ſuam perdere , ut
alii diteſcant . Capiblanch. de Baronib.pragm.1.
num.182. verſ.Et prout è contra cum duob.ſeqq.*
ubi de obligatione Baronum ſuccurrendi Va-
ſallis in neceſſitate conſtitutis .

Et quidem ſub pœna peccati mortalis ex
ſuperfluis naturæ , licèt neceſſaria ſint ad ſta-
48 tum proprium , quando concurrit extrema
neceſſitas proximi ; nam *Chriſtus* in extremo
judicio æternis ignibus damnabit impios ,
49 quia miſericordiæ opera indigentibus dene-
garunt , dicendo , ut in *Matth.cap.25.nu.42.
Eſurivi, & non dediſtis mihi bibere, nudus eram,
& non operuiſtis me*, & tenuerunt *S. Ambroſius
de officiis lib.1.cap.31. S.Thomas 2.2.q.32.art.5.*
latiſſimè *Sarment.de reddit.Eccleſ. par.4. cap.5.
Covar.var.reſolut. lib.3.cap.14.nu.5.verſ.Prima
concluſio, & Hermonſil.ad Lopez Gloſs.Rub.tit.1.
par.5.n.23.pag.mihi 20.tom.1.ſecundum impreſ.
Lugdun.* ubi tamen *n.24.cum ſeqq.* ait , in hoc
eſſe magnam controverſiam , & refert con-
trarium tenentes .

Si verò concurrat gravis , & urgens , non
autem extrema neceſſitas , adhuc tenentur de
50 iis , quæ ſibi , & ſuis ſuperfluunt ſecundum
proprium ſtatum facere eleemoſynam , juxta
opinionem *S.Thomæ in 4.ſenten, diſput.15.qu.2.
art.1.quodlibet. 4.& in cit.art.5. ibique Capiſtr.
& in opuſc. de præcepto eleemoſynæ Navar. in
Manual.Confeſſor.cap.20.nu.4.Turrecrem.in cap.
ſingulis 86.diſtinct. Covar.loc. cit.verſ.Secunda
concluſio Sarmient. ubi ſupra d.cap.4.ſub num.7.
verſ.Et iſtam opinionem Medina in tract.de elee-
moſyna cap.de neceſſitate dandi eleemoſynam,*no-
viſſimè *Lagunez de fructib.par.1.cap.33.§.unic.
n.5.* ſubdens *n.6. Quæ ſi ita vera ſunt , miror de
Potentioribus , & Magnatibus magnis divitiis ,
ultra ad ſtatum neceſſaria , affluentibus , nec mi-
ror tantum , quod de his ſuperfluis naturæ bonis
in maximis proximi neceſſitatibus , quæ frequen-
tiſſimè omnibus patent , ſuperfluæ hac eleemoſy-
narum præſtationibus non erogent ; quantam de
ipſis divitiis erogatis in aliis ſatis ſuperfluis, &
vanitate plenis ſumptibus , & quandoque per ſe
illicitis : miror ſolum, non exigo rationem , quia
eam unuſquiſque pro acceptis Deo Optimo Maxi-
mo omnia perſcrutanti , & cognoſcenti reddittu-
rus eſt , Hermonſill.alios refert loc.cit.n.29.* ubi
tamen *nu.29.* adducit contrarium ſentientes ,
51 *& ſub n.29. in fine* nonnullos , nec affirman-
tes , nec negantes .

Qui ſtatus perſonæ debet conſiderari habi-
to reſpectu non ſolùm ad neceſſitatem præ-
ſentem ; verùm etiam ad futurum , ita ut ſi
52 ſit in via procurandi ſtatum magis eminen-
tem , non ſint judicanda ſuperflua , quæ ſibi
reſervat ad acquirendum illum altiorem ſta-
tum , illumque decentius tuendum , & con-
ſervandum, ut cum *Cajetan. & Gregor. de Va-
lent.* docet *Gratian. diſcept. 176. n. 5. cum ſeq.
& Hermonſill. ubi ſupra n. 25. cum ſeqq. Hoc
autem ſpeciatim determinare , non eſt humanæ
ſcientiæ , ſed Chriſtianæ prudentiæ , quæ docet
unctione magiſtra quid , & quantum quiſque de-
beat ſibi adimere , ut indigentis , vel gravi, vel
extremæ neceſſitati ſubveniat* , juxta præciſa
verba *Cardin. Bonæ loc.cit.* ſubdens *in fine: Dan-
da igitur eleemoſyna eſt ex eo præciſè, quod quis
ſuperfluum habet , nam miſericordia plenitudo
virtutum eſt , nec , ut multi faciunt , ad vitæ fi-
53 nem differendæ ſunt piæ largitiones, longè enim
minoris pretii apud Deum ſunt , quæ teſtamento
leguntur , quàm quæ vivens , & retinere valens
pia liberalitate largitur* .

Non ſolùm autem divites tenentur in foro
interiori dare eleemoſynam ſaltem in caſu ur-
gentis neceſſitatis , maximè ex eo , quod ſu-
pereſt proprio ſtatui præſenti , & futuro *ex
allegatis* ; ſed etiam in foro exteriori poſſunt
54 compelli per implorationem officii Judicis ,
ut tradunt *Amaya in l. unic. n. 17. cum ſeq. C.
ut nemini liceat in emption. lib. 10. Cenſal. in l.
unic.n.30.C.ſi quis Imperator maledix.Covar.loc.
cit. n.5. verſic. uticunque res habeat Roderig. de
ann.reddit. lib.3.quæſt.4. n.75. cum duobus ſeqq.*
aliiſque relatis firmat *Hermonſill. ubi ſupra
n.20. Barboſ. de offic. Epiſcop. par.3. allegat.87.
n. 4. Menoch.de arbitrar. caſ. 182. n. 43. Morla
Emporium Juris tit. de legib.quæſt. 13.n.8.Sar-
mient. de reddit.Eccleſ. par.3. cap.4. n.2.Diana
reſolut. moral. par. 5. tractat. 8. reſolut. 4.* ubi
firmat , procedere etiam extra caſum extre-
mæ neceſſitatis *Card. de Luca de Regalib. di-
ſcurſ. 44. n.16.*

Ac quoque *condictione ex lege* , quia de *Ju-
re naturali , civili , & divino* quilibet agere
poteſt ad propulſandam extremæ neceſſitatis
55 injuriam , dum etiam propria auctoritate id
facere valet , cum in tali neceſſitate omnia
ſint communia , ut inquit *D. Thomas num. 2.
quæſt.53. artic.7. ad 3.& artic.8.ad primum,&
quæſt.11. artic.3. ad quartum Sarmient. loc.cit.
n.3. Spin.in Specul.teſtamen. gloſſ.6.princ. nu.8.
Leſſ.de Juſt.& Jure lib.2.cap.12.n.75.cum ſeq.*
concordantes refert *Hermonſill. loc. cit.nu.22.
verſic. Contrarium* plenè *Alvarez de privileg.
pauper. par. 1. quæſt. 34. Capiblanch. de Baron.
pragm.1.ſub n.182.*

Quod cum procedat , præſertim contra
avaros, ut proſequitur *Alvarez n.5.* proindè

cò

eò mag is illi cogi poſſunt à Principe ſad ſue-
56 currendum pauperibus, & quidem ex pro-
pria obligatione, cum ipſe teneatur omninò
in ſuo Principatu ex terminare à ſubditis ea,
quæ inducunt ad mortale peccatum, ac po-
pulum ſuum ita gubernare, & dirigere, ne
deviet ab obſervantia divinorum præcepto-
rum, aliter peccar graviter, quaſi illorum
peccatis conſentiens, ut cum *Richad. Sot. Na-
var. Biel. & Maſtrill.* docet *Fragoſ. de Regim.*
57 *Reipub.par.1.lib.1.diſput.2.§.6.n.*173.& quod
Judex, præſertim Eccleſiaſticus, debeat im-
pedire peccatum, inquit *Bonac. de matrimon.
quæſit.4. punct.17.n.9.Trancbedin.conſultat.*33.
n. 28. Præ cæteris verò invigilare debet circa
58 extirpationem avaritiæ, quæ eſt peſſimum,
ac deteſtabile vitium, cum ſit mater, ac pe-
jor omnium malorum ita mentem afficiens,
ut ad appetenda ſublimia attolli non poſſit,
& nullo tempore, nec aliquid boni exercere
permittat, ut animadverterunt *S.Gregor.lib.*4.
*moral. Joan. Rodin. de majeſt. Princip. in verbo
Blandum n.*30. *Caſſiodor.lib.12.epiſtol.1.M.Tull.
Cicer. lib.2. officior.* ibi: *nullum vitium deterius
eſſe avaritia, nullumque ſceleſtius*, & omiſſis
aliis latiſſimè firmat *Rub. in prælud. ad quotid.
reſolut. de teſtamen. à n.*281. *ad* 452. Et eſt pe-
joris conditionis, quàm prodigalitas, juxta
59 ſententiam *Ariſtotil. 4. Æthic. cap.* 4. ibi:
*Prodigus avaro melior eſſe videtur, quia ipſe
multis, illiberalis nemini prodeſt, imò nec ſibi
ipſi utilis quidem eſt*, & comprobat *Rub. ubi
ſupra n.*324. *juncto n.*332.*cum ſeqq.*ubi præ cæ-
teris notat, quod eo magis creſcit ejus de-
60 formitas, & deteſtatio, quia contra naturam
omnium vitiorum nunquàm ſeneſcit; Imò
quantò magis ſenex efficitur, tantò magis il-
lud majorem vim, & robur acquirit. Undè
ſi prodigo, & dilapidatori datur Æconomus,
61 multò magis dandus eſt avaro ex *Baldo A
Ponte, & Golin. ſupracit.* cum obligatione
erogandi ſuperfluum in ſubventionem miſe-
rabilium perſonarum.

Qui prædictos, & alios articulos circa elee-
moſynam meliùs examinatos videre deſide-
rat, adeat, poſt hæc ſcripta viſos, *Narbon.*
62 *de ætat. ann.25.quæſt.*71.ubi examinat, an
minor dare teneatur eleemoſynam *Joan.
Franc. à Ponte conſ.* 144. *vel.* 2. qui reſpondie
pro Univerſitate Terræ Padulæ, quæ intenta-
verat manutentionem contra Monaſterium
S. Laurentii Ordinis Ciſtercienſis pro conſe-
quenda annua præſtatione certæ quantitatis
panis duabus vicibus qualibet hæbdomada
per illud dari ſolita omnibus pauperibus ejuſ-
dem Terræ, & pro ejus opinione fuiſſe deci-
ſum teſtatur *Molpheſ.in ſua ſumma moral.Theo-
log. par.2. tract. de contract. cap. 3. n.* 243. ſed
contra eum reſpondit *Joan. Dominicus Taſſa-
nus, ut in ejus reſponſo impreſſ. Neapoli de an-
no* 1616. *apud Joannem Jacabum Carlinum Im-
preſſorem, Barboſ.de Offic. & poteſt. Epiſcop.
par.3. cap. 83. n.17. cum ſeq. Ventriglioli prax.
Eccleſ. Annot.26.§.unic. n.36. Torr. de pact.fu-
tur.ſucceſſ. lib.3. cap.1. n.222. cum ſeqq.* juncto
n.369. cum ſeqq. qui pariter examinant, an
continuare teneatur in oblatione, ſeu elee-
moſyna, qui per plures annos illam fecit
*Alphonſ. Eueci. de Valdes in ejus tract. de elee-
moſyna Reverendiſſimum Roſa Epiſcop. Pollica-
ſtrenſ. de reſident.cap.4.ſect.*4. ubi præcipuè, &
63 egregiè de eleemoſyna debita ab Epiſcopo,
ac noviſſimè *Franciſcus Amoſtazzo de Cauſis
piis tom.* 2. *cap.2. cum ſeqq.* & *Lagunez de fru-
ctibus par.1. cap.33. §.unic.* ubi præ cæteris di-
ſcutit, An eleemoſyna per plures annos præ-
ſtita, in futurum perpetuò ſit præſtanda, &
præſertim ſi vigore diſpoſitionis Statuti per
Communitatem præſtita fuerit alicui Mona-
ſterio, vel Pauperibus, & tenet debere conti-
nuare in præſtatione, nec Statutum poſſe re-
vocari abſque juſta cauſa, ut rejecta contra-
ria opinione firmat *n.28.cum duobus ſeqq.Tam-
burin. de Jure Abbatum tom.*2. ubi an eleemo-
ſyna fieri poſſit ab Æconomo, Cellerario, &
aliis ſimilibus Regularibus.

Subdam ſolum ubique abundare debitis
involutos, qui neglecta ſatisfactione eorum
creditorum, deſiderantes ſibi glorioſum, ac
64 pium nomen uſurpare, largas eleemoſynas
diſtribuunt, ſed quia eleemoſyna de proprio
eſt facienda, non de alieno, ut in *Tob. cap.*4.
n. 7. ibi, *ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam cap.
non eſt putanda 27. quæſt. 1. & 14. quæſt. 5. per
tot.* tradit *Cyriac. controverſ.* 378. *nu.* 71. *cum
duobus ſeqq. Menoch.de arbitr.Judic.lib.2.cent.
2.caſ.182. n.*44.proindè qui de alieno eam fa-
65 cit *quaſi victimat filium in conſpectu Patris
ſui*, juxta verba *Eccleſiaſt. cap.34. n.*24. & elee-
moſyna unius eſt peccatum alterius, ac eſt
ſpecies furti, ut dixit *Abb.in conſil. 26.ſub.n.*2.
& comprobando reſpondit *Cyriac. ubi ſupra
n.74. cum ſeqq.*

ADDITIO AD RUBRICAM XLIII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Prodigus æquiparatur furioſo.

2 Prodigus dicitur, qui nec tempus, nec finem expenſarum habet.

3 Contractus Prodigi an, & quando valeat.

4 Deputatio Æconomi facienda eſt Patriſamil. qui diſſipat bona ludis &c.

5 Caſus omnes in Jure non ſunt deciſi, & ideò regulis, & principiis deffiniuntur.

6 Eleemoſynæ materiam tractantes remiſſivè.

7 Beneficiati æleemoſynam an, & quando dare teneantur.

8 Cardinales quibus comendantur Abbatiæ cum obligatione erogandi tertiam partem reddituum in fabricam Eccleſiæ, vel in alimoniam pauperum an, & quando non teneantur erogare.

Religioſus an & quando facere poſſit æleemoſinam ex rebus Conventus num.8.

9 Qui

9 Qui longo tempore tradidit eleemoſynam an poſſit illam omittere.
10 Eleemoſyna extinguit peccata,& facit invenire gratiam apud Deum.
11 Redditus Eccleſiaſtici poſſunt expendi à Beneficiato pro ſui congrua ſubſtentatione, & conſervari redditus patrimoniales, vel aliundè quæſiti.

*Num.*1. Prodigus æquiparatur furioſo ad *text. in l. furioſi* 40.*ff. de Regul. Jur.tradit Urceol.de*
1 *tranſact.* * *quaſt.* 36. *n.*1.
Et dicitur qui nec tempus, nec finem ex-
2 penſarum habet*ut proſequitur *Urceol.loc.cit. num.*3.
*Num.*3. Prodigi contractus an, & quando valeat, & ad hunc effectum quando requiratur
3 * quod illi interdicta ſit adminiſtratio per Judicem vide *Urceol. loc.cit. n.*3.*in fine cum ſeqq.*
*Num.*22.Deputationis Æconomi factæ bo.me.D.
4 Paulo Franciſco meminit *Rot. me hic**allegato in Romana Pecuniaria* 17. *Junii* 1701. §.*Rurſus coram Reverendiſſimo Molines*, *&* *in eademque Cauſa me laudabilitèr allegato* 28. *Junii* 1702. *coram R. P. D. Anſaldo* §. *Applicando*, *&* §.*ſi igitur cum ſeq.&* 26.*Martii* 1703. *coram eodem R.P.D. Anſaldo* §. *Tantum & in eadem* 4. *Julii* 1704.§.*Sed nunquam coram Eminentiſſimo Priolo ac in eadem* 19. *Junii* 1705. §. *Sed tantum coram eodem Eminentiſſimo Priolo ubi commendatur Hiſtoria hic per me narrata.*
*Num.*45. Cum omnes caſus individuales in Jure non reperiantur, tunc quæ non fuerunt par-
5 ticularitèr ſancita, regulis, & principiis*receptis deffiniuntur, ut bene monet *tex. in l. non poſſunt ff. de legib.* & advertit R.P.D. Sacripantes poſtea Cardinalis, & Pro Datarius in ejus reſponſo inſcripto Deffenſio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ circa appellationes ab officiali Epiſcopi Leodienſis &c. cap. 5. n.5.
*Num.*61. *Verſ. qui prædictus &c.* Materia Eleemoſynæ. Vide *Suarez. de præcept. charitatis*
6 *diſput.* 7. *ſect.* * 1. cum aliis relatis à *Card. de Albic. de inconſtant. in Charit. cap.* 2. *n.* 125. *cum ſeqq.penes tract. de inconſtant. in Fide. Stephanum Abbate Theologue Principis*, *ſeù Politia moralis cap.* 9. *Franciſcum Bugliones le prerogative della Limoſina ſpiegate con arte Predicatoria Frater Auguſtinus Lucenſis Cautela confeſſarii in verbo eleemoſyna cap.*9. *Lagnnez de fructibus.*
*Num.*62. Beneficiati an, & quando teneantur
7 dare eleemoſynam*pauperibus vide *Antonell. de jurib. Cleric. lib.* 2. *p.*6. *cap.* 16. *Fagnan. in cap. ſi quis ſane de pecul. Cleric.* ubi n. 28. *cum ſeqq.* examinat, an Cardinales, quibus comendantur Abbatiæ, & eis iniungitur quod
8 erogent tertiam* partem redditnum in fabricam Eccleſiæ, vel in alimoniam pauperum, quando non teneantur illam erogare. Religioſus verò an, & quando poſſit facere æleemoſynam ex rebus Conventus vide *Bonaccin. oper.moral.tit.de largit.muner.diſput.*3. *punct.*6. *propoſit.*2. *tom.* 1.

Qui per longum tempus eleemoſynam erogavit, an poſſit inconſtans illam omittere, * & amplius non facere vide *Card. de Albic. d. cap.*2.*n.*127. *cum ſeqq.*

Non omittendo addere, quod *eleemoſina à morte liberat*, *& ipſa eſt quæ purgat peccata*,
10 * *& facit invenire miſericordiam*, *& vitam æternam* juxta preciſa verba regiſtrata in *libro Tobiæ cap.*12.*n.*9. *& in Profetia Danielis cap.*4. *ſub n.* 22. ibi *& peccata tua eleemoſynis redime* & communiter tradunt *Canoniſtæ & Theologi*.

Notandum Beneficiatum poſſe uti redditibus bonorum Eccleſiaſticorum ad ſuam con-
11 gruam ſuſtentationem, * & conſervare alios redditus, illiſque uti ad ſuam liberam diſpoſitionem, ut docent *Canoniſtæ in c.Epiſcopus.De Prebendis ubi Innoc.Hoſtien.Abb.* quos reffert & ſequitur *Monacell. formular. par.* 2. *tit.*16. *pag. mihi* 212.*n.*15. *cum ſeq.& n.* 16. ampliat poſſe de illis diſponere favore illegitimorum n.17.

De Inſtrumento fraudolenter facto.

RUBRICA QUADRAGESIMAQUARTA.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus ex inſtrumento, (A) ſeù contractu, & obligatione, vi, metu, dolo, ſeù fraude (B) celebrato aliquid petere, vel quoquo mandato exigere poſſit aliqua ratione, qui contrafecerit incidat in pœnam centum librarum bononenorum, Communi Faven. ipſo facto applicandam.

SUMMARIUM.

1 Scripturæ privatæ dicuntur etiam inſtrumenta. Limita n.2. Decl.n.3. & 4.
Vis, metus, dolus, & fraus tollunt libertatem conſenſus, illumque excludunt.
Contractus, & obligationes dolo, metu, vel fraude factæ non ſuſtinentur num.5. Ampl. n.8. & 9.
Conſenſus eſt de ſubſtantia contractus, & obligationis n.5.
6 Dolus, & fraus propria nemini patrocinari debet.
Deceptis non decipientibus jura favent n.6.
7 Doloſus privatur omni legum auxilio.
9 Juramentum non convalidat contractum, & obligationem nullam ex defectu conſenſus.
10 Dolus, & fraus non præſumitur, ſed debet ab allegante probari.
11 Dolus, & fraus probari debet perſpicuis indiciis, & probationibus de tempore contractus, non autem remoto, & n.12.
13 Dolo probato Prætor ſuccurrit decepto mediante actione de dolo.
14 Tacita hypoteca contrahitur ratione doli,

in contractu adhibiti, & interpoſiti.
15 Metus cadere debet in conſtantem virum, ut actus non ſuſtineatur.
16 Metus cadit in conſtantem Virum, ſi adeſt timor mortis.
Mors eſt timor omnium maximus n.16.
Metus dicitur cadere in conſtantem Virum, ſi incuſſus fuit à perſona minas exequi ſolita num.16.
17 Metus cadere dicitur in conſtantem Virum, quando concurrit periculum amittendi jura continentia probationem totius, vel majoris partis patrimonii.
18 Metus cadere dicitur in conſtantem Virum, quando concurrit injuſta carceratio, à qua non poterat liberari, niſi actus geſtus fuiſſet, ſecùs ſi carceratio eſſet juſta n.19.
Permutatio Beneficii extorta mediante injuſta carceratione non valet tanquàm meticuloſa n.18.
Juſtè coactus ad ſe obligandum cenſetur quodammodò voluntariè ſe obligaſſe n.19.
20 Probato ſemel metu ſemper durat ad effectum nullitatis actus, durante eadem cauſa metus. Ampl.n.21.
22 Maximè ſi tam antè, quàm poſt actum emiſſæ fuerunt declarationes.

OBSERVATIO.

A Scripturæ etiam privatæ inſtrumenta dicuntur *l.1.ff.de fide inſtrum.l.in inſtrumenta*
1 *C. de probat.l.ſi quis Decurio* ibi: *in conſcribendis publicis, privatiſque inſtrumentis C. ad leg. Cornel.de falſ. l. Comparationes 19.* ibi *ex chirographis fieri, & aliis inſtrumenta, quæ non ſunt publicè confecta C. de fide inſtrum.Gonzalez Tellez. in cap.1.ſub n. 5. de fide inſtrum. Genua de ſcript.privat.lib.1.q.4.dub.1.ſeu quæſit.1.n.1. cum ſeqq. pag. mihi 26. Eſcobar. de purit. p. 1. q.15. §.1. n.9. Parexa de inſtrum. edit.tit.1. reſolut. 2. n.16. Borell. in ſumm.deciſ. tit.18. n.6. & 10. p.2. Barboſ. de appell. verb. Juris ſignif. appell. 119. n. 1.* ubi *n. ſeqq.* latè adducit limi-
2 tationes, *& Magon. deciſ.Lucenſ. 15. n.4. Triviſan.dec.40. n.8.*
Quod procedit, quando ſcriptura privata
3 de per ſe fidem facit, aliàs ſecus, ut firmat. *Caroct.deciſ.49. n.14. & 21.*
Undè ſi ſit recognita, venit appellatione
4 inſtrumenti.*Genua ubi ſupra n.28.* & prius *q.3. n.2.Barbos. loc.cit. n.3. Magon.d.deciſ.15. n.17. & 26.*
B Vis, metus, dolus, & fraus tollunt libertatem conſenſus, illumque excludunt, ideòque
5 contractus, & obligationes vi, dolo, metu, vel fraude factæ non ſuſtinentur, tanquàm carentes conſenſu, qui eſt de ſubſtantia contractus, & obligationis, ut de vi, & metu eſt *tex.in cap.ad audentiam de iis, quæ vi metuſue cauſ.ibique communiter ſcribentes l. ſi vi, vel metue tum ſeq. C. de his, quæ vi metuſue &c. Rot. in rec. deciſ. 284. n. 5. cum duobus ſeqq. p. 15. deciſ.172. n.8. p.16. deciſ. 405. n.1. p.18.tom.2.*
& de dolo latè firmant *Mantic. de tacit.& ambig.lib.1. tit.9. n.23. cum ſeqq.Farinac. in fragment. crim.p.1. littera D. n.185. cum ſeqq. Bonden.collectat. legal. 6. nu. 17. cum ſeqq. Sperell. deciſ. 150. n.48. cum duobus ſeqq.* nam dolus,
6 & fraus propria nemini patrocinari debet, cum deceptis, non decipientibus jura faveant, ut proſequitur. *Bonden. loc.cit. Rot. in rec. deciſ.372. n.17. p.18. tom. 1.* & doloſus omni le-
7 gum auxilio privetur. *Rot. in rec. deciſ. 62. n.6.part.17.*
Etiamſi in ſtipulatione fuerit dictum, quod non vi, aut metu, ſed ſponte ſe obligaverit;
8 nàm adhuc conſtito de vi, aut metu obligatio non ſuſtinetur, quia eodem timore cenſetur inductus ad ſic affirmandum, quo fuit inductus ad ſe obligandum *Gloſſ. in l. unic.* ibi, *& nota etiam à volente, quia ſemper præſumitur concuſſio C. de Salgamo hoſpitib. non præſtan. lib.12.* tradit *Scanarol. de viſit. carcerat. lib.1. §.5. cap.3. ſect.2. n.30.*
Idemque procedit, quamvis concurrat juramentum, cum illud non convalidet contra-
9 ctum, & obligationem nullam ex defectu conſenſus, ad *tex. in cap. cum contingat 28. de Jure juran.& in cap.2.de pact.in 6.*tradit *Caſtr. in Auth. Sacramenta puberum ſub n. 5. verſ. Si autem C.ſi advers. donat. Seraphin. de privil. juram. privil. 61.n.19. Bonden.* alios cumulans *d. collectat.6. n.20.* latè *Sperell. allegat. deciſ.150. n.51. cum pluribus ſeqq.*
Benè verum eſt, quod dolus, & fraus regulariter non præſumitur, & ideò ab allegan-
10 te debet probari, *l.quoties §.qui dolo ff. de probat. l.dolum C.de dolo Rot.in rec.deciſ.382. n.19. p.19.* & alibi paſſim.
Et quidem perſpicuis indiciis, & probatio-
11 nibus *cit. l. dolum ibique communiter Scribentes Surd.deciſ.222. n.11. Rot.in rec.deciſ.521. n.15. p.18.tom.2. & coram Eminentiſſ.Cerro dec.398. num.13.*
Ac de tempore contractus, & obligationis, vel paulo ante, cum actus remoti me-
12 tum, vim, vel dolum inferentes potuerint medio temporis intervallo remitti, & purgari. *Nevizan.conſ.46. n.29. cum ſeqq. Cabrer.de metu lib. 1. cap. 30. n. 4. pariter cum ſeqq. Rot. in rec. deciſ.334. n. 12. p.11. & deciſ. 266. n.3. p.18. tom.1.*
Probato autem dolo, Prætor ſuccurrit de-
13 cepto mediante actione de dolo, dùm nulla alia actio competat, juxtà *tex. in l. de dolo 2. ibique gloſſ.C. de dolo malo Rot.in rec. deciſ.283. n.4. cum ſeq. p.19.* ac tacita hypoteca contra-
14 hitur ratione doli in contractu adhibiti, & interpoſiti per *tex. in C. final. verſ. ſed quando intervenit dolus ibique Bart.ff.in quib.cauſ.pign. tacit.contrahatur Merlin. de pign.lib.2.quæſt.90. Rot.d.deciſ.283.n.6.*
Quo verò ad metum advertendum eſt, illum debere eſſe talem, qui cadat in conſtan-
15 tem virum, attenta qualitate perſonarum, nempè tàm perſonæ metum inferentis, quàm metum paſſæ. *Calderin. conſ.1. in princ.de iis,*
quæ

quæ vi &c. Farinac. In fragment. verbo metus
n.69. Rot. in rec. deciſ.38. p.16. & deciſ.266. utro-
bique n.5. part.18. tom.1.
Et dicitur cadere in conſtantem virum ſi
aderat timor mortis, qui dicitur omnium
16 maximus, videlicet ſi fuit incuſſus à perſo-
na minas exequi ſolita, juxta *tex. in l. famoſi*
ibi: *nàm & perſona ſpectanda eſt, an potuerit*
facere, & an ante quid fecerit ff. ad leg. Jul.
Majeſt. Cravett. conſ.49. n.1. Rot. in rec. deciſ.373.
n.6. cum ſeqq. p.18. tom.1.
Idemque operatur periculum amittendi ju-
ra continentia probationem totius, vel ma-
17 joris partis patrimonii, ut firmat *Gloſſ. in*
addit. in l. iſti quidem poſt verbum metu, ibique
Bald. in §. Si is in fine ff. de eo, quod metus cauſ.
Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 5. n.26. quos ſe-
quuta eſt Rot. in rec. deciſ.54. n.2. cum ſeq. p.18.
tom.1. Necnon timor amiſſionis libertatis, &
bonorum *Rot. in rec. deciſ.38. n.3. part.16.* ubi
concordantes. Ac injuſta carceratio, à qua
non poterat liberari, niſi actus geſtus fuiſſet,
18 ut de permutatione Parochialis extorta me-
diante carceratione reſpondit *Rot. in rec.*
deciſ. 172. n. 36. juncta deciſ. 212. n. 3. & 12.
p.16. Secus autem ſi carceratio fuit juſta; nàm
19 dùm quis juſtè coactus fuit ad ſe obligan-
dum, cenſetur quodammodò voluntariè ſe
obligaſſe *Decian. reſponſ. 18. nu. 133. cum ſeq.*
vol.1. Scanarol. de viſit. Carcerat. lib.1. §.5. cap.3.
ſect. 4. n.2. cum ſeqq. Rot. coram Merlin. dec.106.
la 2. n.1. cum ſeqq. repetita in rec. deciſ.26. part.6.
Probato autem ſemel metu, ſemper durat,
20 durante eadem cauſa metus, ad effectum nul-
litatis actus, *ad text. in cap.1.* ubi *Gloſſ. in ver-*
bo poſtmodum de iis, quæ vi, metu Dec. conſ.468.
n.23. cum ſeqq. Rot. in rec. dec.373. nu.10. par.18.
tom.1. Etiam ſi actus videatur factus læto,
& jucundo animo, dùm durat eadem cauſa
21 metus. *Adden. ad Buratt. dec.205. n.35. in fine.*
Rot. cor. Ludoviſ. dec.392. n.3. & d. dec.373. n.11.
cum ſeqq. ubi firmat, id maximè procedere ſi
22 tàm antè, quàm poſt actum emiſſæ fuerunt
declarationes contrariæ.

ADDIT. AD RUBR. XLIV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 APoca recognita formitèr tranſit in pu-
blicum inſtrumentum.

Num.4. Apoca formitèr recognita tranſit in pu-
blicum inſtrumentum, ut etiam firmavit *Ro-*
1 *ta in Romana Domus ad Curſum 27. Junii 1710.*
cor. R.P.D. Kaunitz §. De qualitatibus, & in ea-
dem 7. Martii 1712. cor. R.P.D. Priolo poſteà Car-
dinali meritiſſimo in princ. & in eadem 7. Martii
1712. in print. cor. R.P.D. Scotto Urbis Guberna-
tore digniſſimo, & poſteà ob ejus inſigna me-
rita ad Cardinalatum promoto.

Qualitèr ad petitionem fidejuſſoris conveniatur, ille, pro quo fidejuſſit.

RUBRICA QUADRAGESIMA QUINTA.

ITem ſtatuimus, & ordinamus pro evidenti utilitate Communis, & Populi Civitatis Faven., & ut Partium parcatur laboribus, & expenſis, quod ſi aliquis de Civitate, vèl Diſtrictu Faven. fidejuſſerit, vèl alias ſe pro aliquo obligaverit ad aliquam quantitatem pecuniæ, vèl rem aliquam ſolvendam, vèl ad aliquid aliud dandum, vèl faciendum, & quantitatem, vèl rem illam ſolverit, vèl quid aliud dederit, vèl fecerit, quod dictus Poteſtas Civitatis Faven., vel ejus Vicarius, vèl Judex, vèl quilibet ex Iudicibus Ordinariis Communis Faven., qui aditus fuerit, præcisè teneatur, & debeat ad petitionem hujuſmodi obligati, vel qui quantitatem, vèl rem illam ſolviſſet, vèl quid aliud dediſſet, vèl feciſſet ex tali fidejuſſione, vèl obligatione, vèl ſui hæredis, vèl qui ab eo, ſeù ab eis cauſam haberet, illum talem, pro quo fidejuſſerit, vèl ſe ſic obligaverit, & ejus hæredes, vel ſucceſſores, dummodò pupillarem ætatem exceſſerint, capi, & detineri facere in palatio, vèl in Carceribus Communis ad voluntatem hujuſmodi Creditoris, & ejus hæredum, vèl ab eo, ſeu ab eis cauſam habentis, & in dicto palatio, vèl carceribus tamdiù detentum, & captum detinere, & detineri facere donèc integralitèr ſolverit, & ſatisfecerit hujuſmodi fidejuſſori, ſeu promiſſori de quantitate, ſeu reſoluta, (A) & de expenſis, damno, & intereſſe, & illud ſervetur, & fiat ad petitionem cujuſcumque Civis, vèl Diſtrictualis Civitatis Faventiæ, qui fidejuſſerit, vèl fidejubebit, ſeù ſe aliàs obligaverit, vèl obligabit in futurum pro aliqua perſona, & elapſus ſit terminus ſolutionis, vèl, ubi terminus non ſit appoſitus, diù ſteterit in obligatione, (B) vèl etiam antè quandocunque illa perſona, pro qua ſic fidejuſſerit, vèl ſe obligaverit, vergerit, vèl inceperit vergere ad inopiam, (C) vèl alitèr malè uteretur ſubſtantia ſua, quam faceret tempore talis fidejuſſionis, vèl obligationis, & velit eſſe ſecurus, & conſervari indemnis ab hujuſmodi fidejuſſione, & obligatione, & non poſſit talis perſona, pro qua ſic fidejuſſerit, vèl aliàs ſe obligaverit, de dicto palatio, ſeu carceribus relaxari, niſi priùs ipſum fidejuſſorem, vèl promiſſorem liberaverit à dicta fidejuſſione, & obligatione, & ipſum ab omnibus expenſis, damnis, ac intereſſe indemnem conſervaverit, ſeù idoneè ſatiſ-

dederit eidem ſolvendo Creditori ad terminum, & de conſervando ipſum fidejuſſorem, ac promiſſorem indemnem à fidejuſſione, & obligatione prædictis, & nihilominùs poſſit, & debeat dictus Dominus Poteſtas, & alius quilibet jus dicens in dicta Civitate requiſitus, ad voluntatem ejus, qui ſic fidejuſſerit, ſeu pro alio ſe obligaverit dare ei tenutam de bonis ejus, pro quo, ſeu ad cujus petitionem ſic fidejuſſerit, vèl ſe obligaverit, & ea bona adjudicare, & ei in ſolutum dare ſecundùm æſtimationem fiendam per æſtimatores Communis uſque ad integram ſatisfactionem ſortis damnorum; expenſarum, ac intereſſe. Et caſu, quo copia talis, pro quo ſic facta fuiſſet talis fidejuſſio, ſeu obligatio, de facili haberi non poſſet, & de ipſius bonis reperiri, etiam uſque ad integram ſatisfactionem ſortis, damnorum, expenſarum; & intereſſe, quod tunc poſſit, & debeat ad petitionem ejus, qui ſic fidejuſſerit, vèl pro eo promiſerit, poni in banno, de quo exire non poſſit, niſi primo ei ſatisfecerit de ſorte, damnis, & expenſis, ac intereſſe prædictis. Et prædicta locum habeant etiam in eò, qui oſtenderit ſe ſolviſſe pro aliquo aliquod debitum, ad quod ille, pro quo ſolvir, foret obligatus, & obſerventur, & fiant contra illum pro quo ſolvit, & ejus hæredes, & bona, dummodò appareat, etiam nulla ſolemnitate ſervata, expreſſa, vèl tacita voluntate dicti debitoris tale debitum eſſe ſolutum. Et idem intelligatur in fidejuſſoribus Univerſitatum quarumcumque, & quod quilibet de Univerſitate compelli, & aſtringi poſſit (ut ſupra dictum eſt) ad petitionem cujuſcumque fidejuſſoris, vèl promiſſoris, Univerſitatis, vèl ejus Sindici, Procuratòris, vèl Capitulerii, ſeu Cappellani. Et intelligatur fidejuſſor, ſeu pro alio promiſſor quicumque habuerit inſtrumentum conſervationis indemnitatis, vèl aliás quomodocumque oſtendere poterit ſe pro alio fidejuſſiſſe, promiſſiſſe, vèl ſe obligaſſe, etiamſi cum eo eſſet in eodem Inſtrumento, ſeu præcepto etiam inſolidum obigatus quantumcunque negaretur. Et prædicta omnia, & ſingula in præſenti Statuto contenta, fieri poſſint, valeant, ac debeant in quolibet caſu præſentis Statuti ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & quolibet tempore, etiam feriato propter meſſes; vèl vindemias, cognoſcantur, & terminentur per quemlibet Judicem, coram quo talis controverſia, ſeu cauſa eſſe contigerit.

SUMMARIUM.

1 Fidejuſſor, qui ſolvit debitum, poteſt agere contra principalem debitorem pro recuperatione ſoluti, etiam abſque ceſſione, & qua actione. Limita n.3.4.& 5.

2 Nec non pro damnis, expenſis, & intereſſe. Actio competens pro ſorte competit etiam pro damnis, expenſis, & intereſſe n.2.

6 Fidejuſſor agere valet pro liberatione à fidejuſſione contra principalem debitorem, quandò diù ſtetit in obligatione, vel quando debitor diù moroſus fuit in ſolvendo.

7 In obligatione diù ſtetiſſe, quando quis dicatur, non eſt in jure deciſum, & ceſſante diſpoſitiòne Statuti, variæ ſunt DD. opiniones.

8 Dictio *diù* de quo tempore intelligatur.

9 *Statutum Vrbis lib.1.cap.*157. diſponit, fidejuſſorem poſſe agere contra principalem debitorem, vel ut eum liberet, vel præſtet idoneos fidejuſſores de illum conſervando indemnem etiam antequam ſit condemnatus, vel ſi diù non ſtetit in obligatione, vel, etiamſi principalis non dilapidet bona ſua.

10 Fidejuſſor agete poteſt contra principalem debitorem pro liberatione à fidejuſſione, quandò cæpit malè uti ſubſtantia ſua, & dilapidare. Limita n.11.& n.12.

13 Fidejubens pro eo, qui jam lapſus erat facultatibus, ſeu magno ære alieno obſtrictus, non poteſt agere pro liberatione à fidejuſſione, ſed ſolùm petere, quod ſibi tradantur pignora pro ſatisfaciendis Creditoribus.

OBSERVATIO.

Fidejuſſor, qui ſolvit debitum, poteſt agere contra principalem debitorem pro re-
1 cuperatione ſoluti, etiam abſque ceſſione, vel
A actione indemnitatis promiſſæ, vel actione mandati *cap.2.de fidejuſſor.* §.*Si quid autem inſtit.de fidejuſſ.Olea de ceſſ.Iur.tit.*5.*q.*4.*n.*23.ubi etiam firmat, quod competit actio negotiorum geſtorum ſi pro debitore abſente, vel ignorante interceſſit, *Guzman.de evict.qu.*16.*n.*51.*Antonin. de Amato* plures cumulans *var. reſol.*37.*n.*40. *Fontan.dec.*216.*nu.*1.*cum ſeqq.*Et eadem actio,quę competit proſorte,competit
2 quoq;pro damnis,expenſis, & intereſſe *d.c.*2. *Viſcont.de fidejuſſ. concl.jur.verbo fidejuſſori ſolventi Olea loc.cit.nu.*23.*in fine*, *& eodem tit.*5. *q.*5.*n.*43. ubi tamen firmat, expenſas non deberi quotiès temerè, & ſine cauſa litigavit. *Guzman. ubi ſuprà Cancer.var.reſol.par.*2.*cap.*5. *n.*113.ubi de uſuris,

Lim.1. non procedere, quando fidejuſſor
3 injuſtè condemnatus non appellavit, ſed ſolvit, ut reſpondit *Cancer.d.cap.*5.*n.*115.

Limita 2. Quando fidejuſſor temerè ſolvit, vel privavit debitorem facultate utendi jure
4 ſuo, vel quoquomodo fuit in culpa, ut reſpondit *Fontanell.d.dec.*216.*num.*8. *verſ.Verùm cum ſeqq.* ubi exemplificat in omiſſione exceptionis præſcriptionis, & teſtatur ità reſolutum à Senatu.

Limita 3. Quando fidejuſſor ſolvit, & de
5 ſolutione non certioravit debitorem, undè debitor indebitè iterùm ſolvit, nam cùm ex hujuſmodi ſolutione per fidejuſſorem facta nihil commodi debitor conſecutus ſit, nulla

actio-

Digitized by Google

actione cogi valet debitor ad ſolutionem, ſed
ſolùm actione mandati cogere poteſt debito-
rem, ut condictionem repetitionis indebiti
ſibi competentem contra creditorem cedat,
cum, attenta priori ſolutione per fidejuſſorem
facta, ipſe debitor, qui poſteà ſolvit, acqui-
ſiverit eam actionem condictionis indebiti,
ut *Olea de ceſſ.jur.tit.5.q.14.n.12.*

Fidejuſſor agere valet pro liberatione à
B fidejuſſione contra principalem debitorem
6 quando diù ſtetit in obligatione, ſeu debitor
diù moroſus fuit in ſolvendo, ex diſpoſitione
Text. in l. Lucius 38. circa finem ibi: *Si diù in*
ſolutione reus ceſſavit ff. mandati, ubi *Gloſſ.ſub*
verbo condemnetur, cap.Eum, pro quo: ſi diù in-
debiti ſolutione ceſſavit, ibique Gloſſ.verſ.1.eſt,
& Barboſ nu.3. de fidejuſſor. idem Barboſ.in l. ſi
pro ea n.12.C.mandati Pigant.ad Statut.Ferrariæ
lib.2.cap.136.n.1.

Quando autem quis dicatur diù ſtetiſſe in
7 obligatione non eſt in jure deciſum, ut adver-
tit *Conciol. ad Statut.Engub.lib.2.rub.60.num.5.*
ſed quotieſcunque non viget particularis diſ-
poſitio Statuti loci, variæ ſunt opiniones D.D.
cùm diverſimodè juxta ſubjectam materiam
8 I.C. verbo *diù* uſus fuerit, ut advertit *Gonza-*
lez Tellez in commentar. ad cap.3.n.6.de fidejuſ-
ſor. illud referendo modò ad biennium, ex ad-
ductis ab eodem *Gonzalez*, *& Urceol. conſult.*
forenſ.cap.13.nu.15.cum ſeqq.tom.1. & Conciol.
ubi ſupra; modò ad decennium juxta *Gloſſ. in*
d.l.Lucius in verbo condemnetur C. mandati Ur-
ceol.ubi ſuprà Conciol.loc.cit. Larrea dec.93.n.6.
& Sacra Rituum Congregatio in Decretis no-
viſſimis explicando Decreta generalia Urba-
ni VIII. in verbis *diù pulſetur* per inſtantias
Summo Pontifici, pro ſignatione commiſſio-
nis ad effectum introducendi cauſas Canoni-
zationum Servorum Dei, intellexit dictum
adverbium *diù* decem annos; undè decrevit,
per decennium expectandum fore, poſtquàm
Proceſſus informativi producti ſunt in Actis
ejuſdem ſacræ Congregationis, ut in dictis
Decretis noviſſimis pag.5. §.7. Verùm talis
rigor difficilis in praxi redditur, quia inte-
rim moriuntur Teſtes, qui repeti nequeunt
auctoritate Apoſtolica; & propterea Papa ſolet
faciliter diſpenſare in diſcuſſione introductio-
nis Cauſæ, non obſtante dicto Decreto. Com-
muniter tamen omnes firmant, id Judicis ar-
bitrio decernendum relinqui *Salycet in l.ſi pro*
ea nu.4.in fine C.mandati Gonzal. in commentar.
ad d.cap.3.n.6.Barboſ.in d.cap.Eum pro quo n.4.
de fidejuſſor.& in l.ſi pro ea n.13.C.mandati Can-
cer.d.cap.5.nu.88.par.2.Pigan.loc.cit.nu.2.verſ.
Statutis autem Peguer. dec.190. verſ.Sed ipſe
verius cum aliis plura de hac materia; & præ-
ſertim circa *Statutum Urbis lib.1.cap.157.* diſ-
ponens, fidejuſſorem poſſe agere contra prin-
cipalem debitorem, vel ut liberet, vel præ-
9 ſtet idoneos fidejuſſores de illum conſervan-
do indemnem, etiam antequam ſit condem-
natus, vel ſi diu non ſtetit in obligatione, vel
etiamſi principalis non dilapidet bona ſua.

Quando ſubeſt juſta cauſa metuendi, prout
C ſi debitor cœpit malè uti ſubſtantia ſua, &
10 dilapidare, tunc fidejuſſor poteſt agere con-
tra principalem debitorem pro liberatione à
fidejuſſione, ne poſtea vana, & inutilis red-
datur executio *l.Lucius Titius 38.in fin.ff man-*
dati l.ſi pro ea C.mandat, & utrobique Gloſſ.&
Barboſ.n.6. quod deffinitum etiam fuit à Gre-
gorio IX. *in cap.Eum pro quo ubi Gloſ. & Gon-*
zalez Tellez nu.1.& Barboſ.n.5.de fidejuſſor.Sa-
lycet.in d.l.ſi pro ea n.1.cum ſeq.Scacc.de ſenten.
& re judic.gloſſ 14 q.24.n.39.cum ſeq. De Luca
ad Franch.dec 114 n.3. Illuſtriſſ.Ricca Epiſcopus
Iſclanus diſcep.Select. tom.2.cap.104.nu.3.juncto
*n.17.*ubi id ampliat etiam in obligationibus
ſucceſſivis, & in diem, *Larrea dec.93.n.3.cum*
ſeq.Coriſtian.dec.138.n.2.vol.1.

Advertendo, quod ſi poſt inchoatam di-
lapidationem, ſed antequam fidejuſſor agere
11 cœperit, debitor abſtinuit, ac pervenit ad
meliorem frugem, tunc cum res adhuc cen-
ſeatur integra, & ceſſet æquitas juſti ti-
moris, quæ eſt fundamentum actionis, non
poterit ex hac cauſa agere pro liberatione *Sa-*
lyc.ubi ſup.n.4. Barb.in d.cap.Eum pro quo nu.6.
Mantic.de tacit.& ambig.lib.16.tit.22.num.20.
verſ.Sed diverſa ſententia cum ſeq. Guidopap.de-
ciſ.117.n.1. Borgnin.Cavalcan.dec.11.n.4.par.4.

Sicuti etiam excluditur à beneficio peten-
di liberationem, ſi interceſſit pro eo, qui jam
12 lapſus erat facultatibus, ſeu magno ære alie-
no obſtrictus, antequam ſe obligaſſet, ut ad-
vertit *Gonzalez Tellez in d.cap.Eum, pro quo ſub*
n.1.verſ.Sed ſi jam lapſus erat, quicquid dicat
Larrea dec.93.n.7.

Competente ſolùm ei iſto caſu remedium
13 impetrandi, ut ſibi tradantur pignora pro
ſatisfaciendis creditoribus, per *Text.in l.fide-*
juſſor.36. ff. de Pign.Gonzalez Tellez in eodem
cap.Eum, pro quo ſub n.2.

Qualitèr ſequeſtratio fieri debeat.

RUBRICA QUADRAGESIMA SEXTA.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi quis comparuerit coram Domino Poteſtate, vel alio jus dicente Civitatis Faven., & dixerit, aliquem eſſe ſuum debitorem uſque ad quantitatem librarum trium bononenorum, aſſerendo ex qua cauſa ſit debitor, affirmando proprio juramento, Iudex ad petitionem ipſius Creditoris poſſit, ac teneatur facere ſequeſtrari de bonis ipſius Debitoris, ſi tamen affirmet, ipſe Creditor juramento ſuo Reum ipſum non habere bona immobilia in Civitate, vel Diſtrictu Faven. ſufficientia ad debitum petitum, & expenſas. Si verò pro majori quantitate peteret ſequeſtrationem fieri, tunc Do-

minus

minus Poteſtas, vel alius Iudex, à quo petitum fuerit, recepto juramento Actoris cum uno teſte idoneo, & ſeu viſo inſtrumento, ſi de debito inſtrumentum appareat, & ſi Actor juraverit Reum non habere bona immobilia ſufficientia ad debitum, ad quod dicit illum ſibi teneri in Civitate, vel Diſtrictu Faven. teneatur, & poſſit facere ſequeſtrare de bonis mobilibus ejus, qui debitor dicitur in tanta quantitate, quæ aſcendat ad quantitatem, in qua debitor dicitur, ſi tantam in ſuis bonis eſſe reperiretur, vel in ea quantitate, qua poterit. Præſtita tamen idonea cautione per Reum, vel alium ejus nomine, de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, dictum ſequeſtrum debeat revocari, & annullari. Non tamen teneatur aliquis ſequeſter, vel cuſtos cuſtodire, & repræſentare res ſequeſtratas, & ei recommendatas, niſi ei traditæ fuerint, vel ad ejus petitionem in aliquo loco ſteterint.

SUMMARIUM.

1 Sequeſtrum eſt ſpecies executionis,

2 Sequeſtrum prohibitum eſt, tàm in principio judicii, quàm pendente lite. Limita num. 5. 8. 9. 12. 14. 15. & 16.

3 Sequeſtrum cadaveris debitoris pro debito ad inſtantiam creditoris prohibitum eſt, & ſi fiat, quæ pœna impoſita ſit.

Sepultura cadaveris debitoris non poteſt impediri pro credito, aliàs creditor punitur num. 3. Ampl. ut ibi.

4 Gabella cadaveris tranſportandi de loco ad locum non debetur.

Cadaver Uſurarii ſequeſtrari poteſt, eique denegari à Judice Eccleſiaſtico ſepultura Eccleſiaſtica, donec uſque per hæredem caveatur de reſtituendis uſuris n. 4.

5 Sequeſtrum conceditur, quando concurrit timor dilapidationis, vel difficilis recuperationis.

6 Dilapidationis timor ad effectum ſequeſtri ſufficit qualis qualis.

7 Sequeſtrum ſuper locis montium conceditur quando agitur cum foreнſe.

8 Sequeſtrum pro aſſecuratione judicii conceditur, quando debitor eſt ſuſpectus de fuga, & dilapidatione, docto de credito, & jurato de metu ſuſpicionis fugæ, & dilapidationis.

Sequeſtrum pro aſſecuratione judicii fieri poteſt etiam die feriata in honorem Dei, docto de credito, & jurato de metu ſuſpicionis fugæ, & dilapidationis n. 8.

Mandatum ſuſpicionis relaxari, & exequi poteſt die feriata in honorem Dei, docto de credito, & jurato de metu ſuſpicionis fugæ, & dilapitationis n. 8.

9 Sequeſtrum ad evitanda ſcandala, rixas, & contentiones imminentes, dum partes contendentes de poſſeſſione ſunt in armorum procinctu, conceditur. Decl. n. 10. & 11.

12 Colonus ſi fundum deſerere velit, interim fructus ſunt ſequeſtrandi.

13 Viro vergente ad inopiam, vel incipiente male uti ſubſtantia ſua, conceditur ſequeſtrum.

14 Venditori agenti pro pretio rei venditæ non ſoluto datur ſequeſtum ſuper re vendita, donec pretium ſolvatur.

15 Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.

17 Non aperiatur ſuper oſtio domus, vel apothecæ apponitur, quando agitur de mobilibus, vel rebus fundacalibus, vel aliis occultationi, & tranſportationi ſubiectis.

18 Creditum debet eſſe liquidum, ut ſequeſtrum concedatur, alioquin debet revocari tanquàm de facto factum, & n. 19.

Creditum debet probari mediante inſtrumento, vel apocâ legitimâ, vel libris fide dignis, vel qualibet aliâ extrajudiciali probatione, vel ſaltem dato ſufficienti fumo arbitrio Judicis, ad hoc, ut in Curiis Faventiæ concedi poſſit ſequeſtrum, vel arreſtum n. 19.

20 Citatio Partis requiritur in conceſſione ſequeſtri. Limita n. 21. 22. & 23.

24 In beneficialibus ſequeſtrum conceditur tàm antè, quàm poſt ſententiam. Amplia, & decl. ut ibi.

25 Fidejuſſionis remedio revocatur ſequeſtrum. Limita in ſeptem caſibus, de quibus n. 26.

Cautio eſt medicina ſequeſtri n. 25. Lim. in ſeptem caſibus, de quibus n. 26.

27 Sequeſtratarius negans quidquam habere in manibus, tenetur ad inſtantiam Creditoris ſequeſtrantis negationem facere cum juramento.

OBSERVATIO.

Sequeſtrum, quod eſt ſpecies executionis *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 14. nu. 189. Rot. cor.*
1 *Buratt. dec. 653. n. 3. de jure Canonico, & civili*, tàm in principio judicii, quàm pendente lite eſt prohibitum, juxtà *Text. in cap. de ſequeſtrat.*
2 *poſſeſ. l. unic. C. de prohibit. ſequeſt. pecun. l. Imperatores 31. in fine ff. de appellat. & relation.*, & communiter *utrobique Scribentes Paris. conſ. 41. n. 17. lib. 1. Borel. Sum. dec. par. 2. tit. 17. n. 14. Muta dec. 92. n. 3. Capyc. latr. dec. 197. n. 1. Rot. coram Card. Cavaler. dec. 324. cor. Emin. Cerro deciſ. 242. utrobique n. 1.* ac alibi paſſim.

Eoque magis procedit in ſequeſtro cadaveris debitoris pro debito ad inſtantiam credi-
3 toris, cum ſepultura non poſſit impediri pro credito, alioquin creditor ſequeſtrans punitur pœnâ amiſſionis crediti, & libratum quinquaginta auri, ad cujus pœnæ ſolutionem, ſi minùs idoneus ſit, luere eam debet in corpore juxtà diſpoſitionem *Text. in l. cum ſit injuſtum C. de Sepulchr. violat.* & firmant *Suarez in l. poſt rem judicatam in declarat. legis Regni extens. ſupra, ibique Valdes ff. de re judic. Salgar. de reg. protect. par. 2. cap. 1. num. 63.* ubi ſubdit, quod nec deferendum eſt appellationi etiam

Digitized by Google

toris, qui pro retentione cadaveris inſtabat
Covar. var. reſol. lib. 2. cap. 1. nu. 10. ubi quod id
eſſet inhumanum, & à charitate Chriſtiana
alienum, nec Barbaris, & Ethnicis moribus
conveniens *Cobel. ad bullam boni regim. cap. 13.
num. 46. & ſeqq.* ubi reprobat inhumanam, &
barbaram Anglorum conſuetudinem *Villoſa
de Fugitiv. cap. 19. §. 2. nu. 103.* ubi ad hoc com-
probandum addit *Tacitum lib. 1. Annal. ibi: ne
hoſtes quidem ſepulturam invident, Conciol. reſol.
crim. in verbo ſequeſtratio reſolut. 2. pleniſſimè
Florianus Dulphus de Sepultur. Capel. ſtatuis &c.
cap. 6.* ubi hanc concluſionem quinque validiſ-
ſimis fundamentis comprobat *Lavor. de priſco,
& recenti funerandi more tit. 2. cap. 1. num. 123.*
rejecta contraria opinione *Angeli*, & illius
ſequacium, ac concordantibus relatis tenet
Boler. de decoct. debit. fiſcal. tit. 3. q. 4. n. 6. ubi *nu.
ſeq. cum Cabal. reſol. crim. centur. 3. caſ. 203.* firmat
procedere etiam in debitore Fiſcali, *Boer. de-
ciſ. 287.* & noviſſimè doctiſſimus *Lagunez de
fructibus par. 1. cap. 21. n. 184. cum ſeqq.* ubi aliis
adductis firmat, procedere etiamſi agatur de
debito omninò liquido, & hæredes debitoris
ſint adeò potentes, ut creditor jus ſuum aliter
conſequi non valeat, reprobando *Angelum*,
contrarium tenentem.

Nec pro tranſportatione cadaveris de loco
ad locum ad effectum ſepeliendi poteſt à Pu-
4 blicano prætendi gabella, ut firmarunt *Flor.
in l. ne corpora ff. de Relig. & ſumpt. funer. Franc.
de proteſt. in apparat. n. 99.* & reſpondit *Card. de
Luca in ſupplement. de Regul. diſcurſ. 166. per tot.*
ubi etiam teſtatur ita deciſum fuiſſe à *ſ. mem.*
ALEXANDRO VII. occaſione tranſlationis cada-
veris Infantis Margheritæ de Sabaudia ab Ur-
be ad Civitatem Aſſiſii, ubi ſepulturam ele-
gerat *Moles dec. §. 14. q. 4. nu. 1. cum ſeqq. Adden.
ad Pamphil. dec. 323. n. 9. Lagun. cit. cap. 21. n. 179.
cum ſeq.* & pleniſſimè *Amoſtaz de Cauſis piis
lib. 6. cap. 4. n. 40. cum ſeq.* & deciſum à Sacra
Congregatione Immunitatis refert *Del Bene in
addit. ad tract. de immunit. ver. Gabella, & ver.
Cadaver.* Benè poteſt à Judice Eccleſiaſtico
ſequeſtrari cadaver uſurarii, eique denegari
Eccleſiaſtica ſepultura, donec uſque illius hæ-
res caveat de uſuris reſtituendis, ut tenet
*Chriſtin. dec. Belgic. vol. 2. dec. 197. n. 3. & Lagun.
loc. cit. n. 193.*

A prædicta tamen principali regula de pro-
hibita ſequeſtratione receditur in variis caſi-
bus, & primo quando concurrit timor dila-
pidationis, tunc enim æquitas ſuadet, quod
5 fructus ponantur ſub ſequeſtro, ne aliàs judi-
cium reddatur cluſorium, ut docet *Gloſs. in
cap. 2. ſub verbo ſequeſtrari de ſequeſtrat. poſſeſs.
& fruct. Barboſ. in d. l. unic. n. 11. cum ſeqq. C. de
prohibit. ſequeſt. pecun.* ubi *nu. 13.* firmat, ſuffi-
cere, quod Iudex capiat informationem ſuper
ſuſpicione dilapidationis *Ridolphin. prax. par. 1.
cap. 14. n. 155. Gratian. diſcept. 853. nu. 13. Borell.
loc. cit. n. 27. cum ſeqq. Capyc. Latr. d. dec. 197. nu. 2.
Gratian. dec. 63. n. 2. cum ſeqq. ibique latè Stoppa*,
ubi quod ad hunc effectum ſufficit qualis qua-
6 lis diſſipationis timor, ac etiamſi fructus con-
vertantur in proprios uſus *Card. de Luca de
judic. diſcurſ. 13. n. 12. Larrea dec. 58. n. 6. cum ſeq.
Rot. cor. Bichio dec. 121. n. 3. & cor. Eminen. Cerro
dec. 242. nu. 2. juncto n. 5. in rec. dec. 514. nu. 4. cum
ſeq. par. 13.* ubi de ſequeſtro ſuper locis mon-
7 tium, quia agebatur cum foreſe, à quo im-
poſſibile reddebatur recuperatio.

Secundò, quando apponitur pro aſſecura-
tione judicii, eò quia debitor eſt ſuſpectus de
fuga, & dilapidatione, juxta *Text. in l. ſi fide-
juſſor. 7. §. ſi ſatiſdatum ff. qui ſatiſd. cog. Gail. ob-
ſerv. 148. n. 2. lib. 1. Anton. Faber. in ſuo Cod. Fabr.
lib. 4. tit. 3. de prohibit. ſequeſt. deffinit. 2. Leo dec. 5.
n. 6. cum ſeqq. Larrea dec. 58. pariter nu. 5.* quod
fieri etiam poteſt die feriata in honorem DEI,
8 ſicuti poteſt relaxari, & exequi mandatum
ſuſpicionis fugæ, ut docent *Bart. in l. ſi fidejuſ-
ſor. §. ſi ſatiſdatum, ubi etiam Jaſ. n. 19. & 20. ff.
qui ſatiſd. cog. Bor. alleg. tit. 37. n. 235. cum ſeq.*

Docto tamen de credito, & jurato de ſuſpi-
cione fugæ, vel metu dilapidationis, ut diſ-
ponitur in *Bulla* PAULI V. *ſuper reformatione
Tribunalium Urb. §. 71. tit. de Auditore Cameræ,
& ejus Tribunali n. 12.* & docet *Ridolphin. prax.
par. 1. cap. 14. n. 39.* juncto *n. 186. & nu. 188.* ſub-
dit, quod ſi de tempore ſequeſtri non fuerunt
omnia plenè juſtificata, debet poſteà probari,
ad quem effectum inſtante Parte illi præfigi-
tur competens terminus.

Tertiò, ad evitanda ſcandala, rixas, & con-
tentiones imminẽtes, dùm Partes contenden-
tes de poſſeſſione ſunt in armorum procinctu
9 *Specul. in tit. de ſequeſtr. poſſeſs. & fruct. n. 4. verſ.
cum enim lite, contestata Roland. conſ. 80. nu. 22.
vol. 1. Borell. loc. cit. num. 32.* ubi concordantes,
ſubdens *n. 37. cum ſeq.* de hujuſmodi armorum
timore, & ſcandalo imminenti non ſtari dicto
10 Judicis, ſed debere ſaltem ſummariè conſta-
re, latè *Poſth. de manut. obſerv. 75. n. 1. & nu. 7.
cum ſeqq.* firmat, quod de periculo armorum,
& timore ſcandali conſtare debet per ſumma-
rias informationes, nec ſtatur aſſertioni Ju-
dicis, & *n. 11. cum ſeq.* tradit, ceſſare pericu-
lum armorum ob verbum datum de non of-
fendendo *Gratian. dec. 110. n. 12. Rot. cor. Buratt.
dec. 186. nu. 10. & cor. Bichio dec. 355. nu. 2. & 6.*
ubi pariter firmat, quod id aliundè conſtare
debet, quàm per aſſertionem Judicis, & qui-
dem citata Parte, vel præſente, ne ſub mendi-
cato prætextu timoris præjudicium fiat.

Quod procedit, quando uterque conten-
dit ſe poſſidere, & incertus eſt poſſeſſor, vel
neuter poſſidet; ſecùs ſi alter prætendentium
11 poſſideat, quia tunc poſſeſſor in ſua poſſeſſio-
ne tuendus eſt, alter verò ab inquietatione
pœnis, & carcere coercendus, aliàs Judex
vim faceret non permittendo poſſeſſorem ſua
poſſeſſione uti *Aretin. in l. Intereſſe ſub n. 4. ff.
de acquir. poſſeſſ. Barboſ. in d. l. unic. n. 7. Valaſc.
conſultat. 191. n. 38. cum ſeqq. tom. 2. Borell. ubi
ſuprà n. 33. cum ſeqq. Menoch. de retin. poſſeſs.
remed. 3. n. 93. Poſt. de manut. obſerv. 52. nu. 8.
verſ. ſecus ſi ambo, & obſerv. 75. n. 16. cum ſeq.*

Adden.

*Adden. ad Buratt. d. deciſ. 186. ſub n.17. verſ.
Item limitatur Card. de Luca de Judic. diſcurſ. 13.
n.9. Rot. coram Bich. deciſ. 355. n.4. cum ſeq.*

Quarto limita, ſi Colonus fundum deſere-
re velit, nam tunc interim fructus ſunt ſeque-
12 ſtrandi, ut docet *Gloſſ. in d. cap. 2. verbo ſeque-
ſtrari de ſequeſtr. poſſeſſ. Borell. cit. tit. 37. n.42.*

Quinto limita, Viro vergente ad inopiam,
vel incipiente malè uti ſubſtantia ſua, nam,
13 eo caſu deveniendum eſt ad ſtqueſtrationem
*l. ſi cum dotem §. Si autèm in ſevìſſimo verſ. ſi ve-
dotem* ibi: *ſi verò dotem ità eum diſſipare manife-
ſtum eſt, ut hominem non frugio: portet dotem tunc
ſequeſtrari quatenùs ex ea Mulier competens ha-
beat ſolatium una cum ſua familia*; ibique *Gloſſ.
in verbo ſequeſtrari ff. ſolut. matr.* plenè *Borell.
tit. 37. n. 39. cum ſeqq. par. 2.*

Sexto, quando venditor agit pro pretio
rei venditæ non ſoluto, tunc enim res interim
14 ſequeſtranda eſt, donec pretium ſolvatur, ut
notavit *Specul. in tit. de ſequeſtr. poſſeſſ. n.7. verſ.
& nota, quod quando in fine*, quem refert, &
ſequitur *Borell. loc. cit. n.60. & 62.*

Septimo, quando poſſeſſio eſt attentata,
nam tunc apponendum eſt ſequeſtrum, ne
intruſus reportet utilitatem ex ejus vitioſa
15 poſſeſſione *Card. de Luca de judic. diſcurſ. 13.
n.7. verſ. Tertius cum ſeq. Borell. loc. cit. n.73.* ubi
firmat, poſſe apponi Judicis officio *Rot. in rec.
deciſ. 174. n.7. deciſ. 418. n.5. par. 14.*

Cæteras limitationes uſque ad numerum
16 viginti, vide apud *Borell. cit. tit. 37. Ridolphin.
prax. par. 1. cap. 14. n.143. cum ſeqq.*

Advertendum, quod ſæpè, vel quia agitur
de mobilibus, ac aliis rebus facilè occulta-
17 tioni, & tranſportationi ſubjectis, aut de
rebus fundacalibus, & ſimilibus, vel quia
tunc temporis non invenitur idoneus ſeque-
ſtratarius, loco ſequeſtri Judex mandat, quod
oſtia domus, manſionis, fundaci, apothecæ,
& ſimilium claudantur; & ſigillentur, ac inibi
apponatur pagella continens prohibitionem
aperitionis abſque ejus mandato, quæ *non ape-
riatur* nuncupatur, quod ſæpè practicatur in
Urbe, ut notavit *Angel. in l.1. C. ne lic. ſine Jud.
auth. ſig. imprim.* quem ſequitur *Jaſ. in l. ſi fide-
juſſor. 5. §. ſi ſatiſdatum n.29. ff. qui ſatiſd. cogant.
& Borell. d. tit. 37. n.56.*

Advertendum etiam, quod ad hoc, ut va-
lidè, & juſtè concedatur ſequeſtrum, præ ce-
18 teris principalitèr requiritur, quod conſtet
de credito liquido ad *tex. in l. cum proponas
C. de bon. auth. Judic. poſſ. l. ſi is, à quo in princ. ff.
ut in poſſeſs. leg. Borell. ubi ſupra nu.36. cum ſeq.*
ubi etiam enumerat alia neceſſaria *Capyc. latr.
deciſ. 197. n.3. cum ſeq. lib. 2.* Alioquin tanquam
19 de facto factum, de facto debet revocari, ad
*tex. in l. ſi pacto §. quo pænam, ibique notant
DD. C. de pact. & proſequitur Capyc. latr. ubi
ſuprà n.8.* Idemque decrevit *fel. rec. Cardinalis
Gabriellus*, dum tanquam Provinciæ Roman-
diolæ de Latere Legatus occaſione viſitatio-
nis noſtræ Civitatis Faventiæ de anno 1672.
prohibuit concedi ſequeſtrum, ſeù arreſtum,
niſi prius doctum fuerit de credito per in-
ſtrumentum, ſeù apocam legitimam, vel li-
bros fide dignos, aut aliam quamlibet extra-
judicialem probationem, vel ſaltem dato ſuf-
ficienti fumo arbitrio Judicis, aliàs ſeque-
ſtra & arreſta ſint nulla, ut in ejus *Conſtitutio-
nibus, ſeù Decretis, infrà in Appendice* pag. 110.
num. 3.

Necnon requiritur citatio Partis, ut fir-
mant *Borell. & Capyc. Latr. in locis mox allegat.*
20 Quod tamen non procedit, quando expedi-
tur ſequeſtrum vigore mandati, ſervatis ſer-
21 vandis relaxati, prout quotidiè in Curia
practicatur, vel quando periculum eſt in mo-
22 ra, utpotè quia debitor ſit ſuſpectus de fuga,
ac immineat occultatio, aut diſſipatio, ut tra-
dunt *Faber. & Leo ubi ſuprà Scacc. de judic. lib. 1.
cap. 38. n. 25. in fine*, vel attenta diſpoſitione
Statuti, permittentis illud fieri abſque cita-
23 tione Partis ut de *Statuto Bononiæ lib. 2. Rubr.
de ſequeſtr.* reſpondit *Rot. in rec. deciſ. 372. nu.2.
cum ſeq.* ubi etiam firmat, quod illud non in-
ducit litis initium *par. 15.*

In beneficialibus etiam ſequeſtrum conce-
ditur, tam ante ſententiam in ſex caſibus ple-
24 nè adductis per *Card. de Luca de benefic. di-
ſcurſ. 98. n.1. cum pluribus ſeqq.* quàm poſt la-
tam apud Sedem unicam ſententiam in peti-
torio, vel poſſeſſorio ſuper Beneficio etiam
Curato, Dignitate, vel Perſonatu, dummo-
do is, contra quem obtenta fuit ſententia,
non ſit triennalis poſſeſſor, deputando perſo-
nam idoneam, quæ plenam Beneficii, & illius
fructuum curam gerat, ut diſponitur in *Cle-
ment. unic. de ſequeſtr. poſſeſſ. ibique Gloſſ. & An-
caran. n.1. cum ſeq. Card. de Luca de benefic. d. di-
ſcurſ. 98. n.16. ubi n. ſeq.* latiſſimè etiam exami-
nat differentiam inter hoc, & illud ſeque-
ſtrum, ac hujus adducit ampliationes *Rot. co-
ram Bichio deciſ. 520. n.4. cum ſeq. in rec. dec. 179.
n. 1. & 4. cum ſeq.* ubi ſubdit rationem quare
ſententiæ, in Romana Curia latæ, talis præ-
rogativa debeatur, nempè quia ibi diligen-
tiùs, & accuratiùs, quam alibi Cauſæ tra-
ctantur, & diſcutiuntur, & proptereà tales
ſententiæ majorem preſumptionem boni juris
habent, quam illæ de partibus *par. 16.*

Cæterum ſequeſtrum rite, & rectè factum
25 ſolet remedio fidejuſſionis revocari, qua-
propter regularitèr dicitur cautio eſt medi-
cina ſequeſtri, ut aliis omiſſis tradunt *Ridol-
phin. prax. d. par. 1. cap. 14. n.168. cum duobus
ſeq. Borell. d. tit. 37. n.127. cum ſeq. ac alii paſſim.*

Hæc regula limitatur tamen pluribus mo-
dis, videlicet, Primò, quando ſequeſtrum,
factum eſt pro executione ſententiæ, vel man-
26 dati. Secundò, in caſu *d. Clementinæ unic. de
ſequeſtr. poſſeſs. & fruct.* Tertiò, in ſequeſtro
facto appellatione pendente, ſeù in Cauſa ap-
pellationis. Quartò, in ſequeſtro facto de
mandato Principis, vel alterius Superioris.
Quintò, in ſequeſtro facto ad evitanda ſcan-
dala. Sextò non procedit inter perſonas, in-
ter quas non cadit ſatiſdatio. Septimò quan-

do

Digitized by Google

do conditio alterius efficeretur deterior, prout quando poſſeſſio eſt vacans, ut plenè firmant *Ridolphin. ubi ſuprà n. 171. cum pluribus ſeq. Borell. loc. cit. n. 128. verſ. limitatur cum ſeq.* Notandum, quod facto ſequeſtro in manibus tertii, tanquam debitoris, ſi ſequeſtratarius neget quidquam habere in manibus,
28 tenetur ad inſtantiam creditoris ſequeſtrantis negationem fecere cum juramento, ut latè reſpondit *Ciriac. contr. 116. n. 1. cum ſeqq.*

ADDIT. AD RUBR. XLVI. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Cadaver defuncti ſequeſtrari non poteſt pro debitis.
2 Paſſagium ſeu Gabella an debeatur pro tranſportatione cadaveris de loco ad locum.

Num. 1. Cadaver defuncti non poteſt pro debitis ſequeſtrari ut cum *Amoſtazz. de cauſis piis*
1 *lib. 4. cap. 5. n. 94.* tradit etiam *D. Advocatus Calcagnin. de emphyteus. & Feud. obſerv. 9. n. 66.* qui ob ejus rectitudinem & doctrinam fuit ad Auditoratum Sacræ Rotæ Romanæ promotus, & ſperantur majores progreſſus eì debiti.

Num. 4. Paſſagium, ſeu Gabella an debeatur pro
2 tranſportatione Cadaveris de loco ad locum vide *Agetam in Annot. ad Moles deciſ. p. 2. §. 14. de Jurib. Paſſagi p. 4.*

De inſtantia in Cauſis ſervitutum, & aliis quibuſcumque, non habentibus certam quantitatem.

RUBRICA QUADRAGESIMA SEPTIMA.

Statuimus, & ordinamus, quod ubi agitur de ſervitute aliqua, & in quacunque alia Cauſa, quæ non haberet certam quantitatem expreſſam, & in aliis quibuſcumque Cauſis, & caſibus, expreſsè non comprehenſis in Statuto diſponente de inſtantia Cauſarum, tunc Cauſæ hujuſmodi expediantur, & terminentur infrà dies ſexaginta utiles, & ſic infrà majorem inſtantiam expreſſam in dicto Statuto, & cum obſervatione terminorum, & omnium aliorum, & ſingulorum expreſſorum in dicto Statuto in ea parte, in qua de ſimili inſtantia loquitur, & diſponit. Et prædicta locum habeant in præſentibus, præteritis, & futuris. Declarantes tamen, quod prædicta non vendicent ſibi locum ubi procederetur contra contumaces, & ſeù in contumaciam, quo caſu non intelligimus, neque volumus, præfixam eſſe inſtantiam aliquam ex Jure noſtro municipali.

SUMMARIUM.

1 Inſtantia eſt tempus, quo judicium diſcutitur à litis conteſtatione uſque ad ſententiam.
2 Inſtantia eſt actionis exercitatio à litis conteſtatione in deffinitivam ſententiam certo tempore coarctata.
3 Peremptionis inſtantiæ varii ſunt effectus.
4 Inſtantiæ materiam remiſſivè.

OBSERVATIO.

Inſtantia eſt tempus, quo judicium diſcutitur, à litis conteſtatione uſque ad ſen-
1 tentiam, ut tradit *Conclol. ad ſtatut. Engub. lib. 2. rub. 20. n. 1. Pilaja deciſ. 1. n. 11. lib. 1.* Vel nihil
2 aliud eſt, quàm actionis extrcitatio à litis conteſtatione in deffinitivam ſententiam certo tempore coarctata, ſecundum *Alciat. in l. ſi diverſa n. 16. C. de tranſact.* quem refert, & ſequitur *Fenzon. ad ſtatut. Urb. lib. 1. cap. 81. n. 2.* Peremptionis inſtantiæ varii ſunt effectus,
3 latè reſari, & examinari à *Scacc. de judic. lib. 2. cap. 2. dub. 6.* Alia de hac materia inſtantiæ vi-
4 de ſupra in *Addit. in rubr. 7. hoc libro, & Conciol. ad d. rubr. 20.*

De recuſatione Judicis, vel Notariorum.

RUBRICA QUADRAGESIMAOCTAVA.

Statuimus, quod nullus poſſit recuſare aliquem ex Judicibus Domini Poteſtatis, vel Communis Faven. niſi ex cauſa legitima, & rationabili, in ſcriptis propoſita (A) coram Judice recuſato, de qua cauſa recuſationis hujuſmodi cognoſcere debeat unus ex Judicibus D. Poteſtatis, ſeù ipſe Dominus Poteſtas quando recuſatur aliquis ex Iudicibus Communis (B). Et ſi recuſaretur aliquis ex Iudicibus dicti D. Poteſtatis, ſeù ipſe D. Poteſtas, tunc de cauſa hujuſmodi recuſationis cognoſcat unus ex Iudicibus Communis, quem recuſans adire maluerit, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii. Declarantes, quod appellatione dictorum Iudicum Communis Fanven. in prædictis includatur Iudex primarum appellationum dictæ Civitatis. Et, talis Iudex recuſatus dicta recuſatione propoſita, vel ea pendente, non poſſit in Cauſa procedere, (C) nec de ea cognoſcere

Tt ſub

ſub pœna librarum vigintiquinque bononen., & Proceſſus interim factus, ſit ipſo jure nullus. Et ipſam recuſationem Judex recuſatus benignè admittere debeat ſub eademmet pœna. Et quod in Cauſa Civili non poſſit aliquis dare ultra duos Iudices ſuſpectos, (D) niſi talis ſuſpicio eſſet ex cauſa inimicitiæ manifeſtæ, vel agnationis uſque ad quartum gradum, cognationis verò, & affinitatis uſque ad ſecundum gradum, (E) quam ille Iudex haberet cum ſuo, vel prædictorum ſuorum Adverſario. Volentes quoque, & ſtatuentes, ut æqualitas in Judiciis obſervetur, omniſque fraus, & ſuſpicio ceſſet, quod ad petitionem alicujus Notarii Actuarii, ſeù ſui Procuratoris nullus proceſſus fiat, nec fieri poſſit ſuo, aut alieno nomine, ad aliquod Tribunal coram illo Iudice, cujus idem Notarius ſit Notarius Actuarius durante officio talis Notarii, agendo videlicèt, ſed potiùs coram aliis Iudicibus, talis Notarius ſuam litem inchoet, & proponat; ſi tamen alieno nomine litigaret, tunc dicto officio ſuo durante, nec agendo, nec defendendo audiatur. Et ſi ſecus, vel præter fiat, quicquid factum fuerit, ſit nullum, Parte tamen adverſa id opponente. Si verò contigerit poſt litem motam per ſe, vel ejus Procuratorem, talem Notarium eligi, ſeù deputari in Notarium Actuarium Tribunalis dicti Iudicis, coram quo dicta lis mota eſſet, tunc ille Iudex teneatur ad requiſitionem adverſæ Partis eligere Notarium unum legalem, & non ſuſpectum, (F) qui omnia acta in hujuſmodi Cauſa ſcribat. Et prædicta omnia, & ſingula locum ſibi vendicent in Iudicibus habentibus Cauſas proprias, vel alienas coram ſuo Tribunali, ſeù ſuorum parentum, fratrum, & aliorum attinentium uſque ad quartum gradum agnationis, cognationis, vel affinitatis incluſivè. Quas tamen Cauſas, de quibus ſupra proximè, poſſint hujuſmodi Iudices committere, & delegare alieni Iudici, ſeù Doctori, Partibus non ſuſpecto. Et quod nullus; qui ſit oriundus de Civitate, vel loco, aut de Comitatu; & Diſtrictu; unde foret D. Poteſtas, vel ejùs Iudex, poſſit litem habere, aut movere coram dicto. D. Poteſtate, vel ejus Iudicibus, ſuo, vel alieno nomine. Et ſi ſecus fiat, ſit ipſo jure nullum, in concernentibus tamen favorem dicti litigantis. Et nihilominus Dominus Poteſtas, & ejus Iudices in tali Cauſa intervenientes condemnentur in libras vigintiquinque bononen. & in totidem talis litigans.

SUMMARIUM.

1 IN judiciis nihil periculoſius Judice ſuſpecto, & nihil durius, quàm coram eo litigare.

Eventus triſtiſſimi ſequi ſolent, dùm coram Judice ſuſpecto litigatur n.1.

Litigare nemo cogitur coram Judice ſuſpecto num.1.

Judex ſuſpectus quinam, & quando allegari valeat, & quæ requirantur, remiſſivè n.2.

2 Cauſæ probatio, aut allegatio non requiritur de Jure civili ad recuſandum Judicem ſuſpectum, ſed ſufficit, quod eum tanquàm talem recuſet.

Juramento tollitur omnis ſuſpicio calumniæ num.2.

Jurare falſum nemo præſumitur in detrimentum ſalutis æternæ n.2.

3 In Curia citatur ad videndum deputari alium in locum Judicis ſuſpecti allegati, abſque eo quod in actis deveniatur ad poſitivam allegationem, & n.9.

4 Cauſa legitima requiritur de Jure canonico ad allegandum Judicem ſuſpectum.

5 Cauſa legitima, & rationabilis, ac in ſcriptis Judici proponi debet ad effectum allegandi Judicem ſuſpectum ex diſpoſitione *Statuti Faventiæ*.

6 Cauſæ ad allegandum Judicem ſuſpectum remiſſivè.

7 Cauſæ ſuſpicionis non ſunt exprimendæ coram Judice recuſato, ſed coram Arbitris, vel coram Judice, ad quem ſit recurſus, vel appellatur.

8 Electio arbitrorum ſuper cognitione ſuſpicionis Judicis in Curia Romana amplius non eſt in uſu.

10 In Curia Romana facilè admittitur recuſatio Judicis.

11 Procedere interim in Cauſa Judex ſuſpectus recuſatus an poſſit, & n.14.

12 Appellari debet ab ulteriori proceſſu eodem tempore, quo Judex ſuſpectus recuſatur.

Geſta coram Judice ſuſpecto allegato ſunt nulla, & attentata, dum appellatum etiam fuit ab ulteriori proceſſu n.12. Ampl.n.13.

15 Ad procraſtinandum Cauſarum deciſiones aliquando Judices uti ſuſpecti recuſantur.

16 Informatus Judex in ſcriptis ſuper meritis, non poteſt ampliùs recuſari ſuſpectus, etiamſi deficiat actus judicialis inducens conſenſum.

17 Duæ recuſationes tantum ex cauſa ſuſpicionis Judicis admittuntur, adeò ut non liceat tertio recuſare, niſi ex juſta cauſa.

18 Tertius poſt introductum judicium comparens poteſt Judicem uti ſuſpectum allegare, & n.21. Decl.n.19. & 20.

19 Tertius comparens, tàm Actorem, quam Reum excludendo, non retardat curſum Cauſæ inter eos vertentis.

20 Incompetentiam Judicis allegare non poteſt tertius veniens ad cauſam.

Tertius veniens ad cauſam poteſt Judicem ſuſpectum allegare n.21.

22 Conſanguineus, & Affinis non poteſt eſſe Judex in Cauſa ſui Conſanguinei. Amplia, Limita, & Declara n.23. & 49.

24 Conſanguineus, & Affinis uſque ad quem gradum non poſſit eſſe Judex in Cauſa ſui Conſanguinei, & Affinis, & quomodò gra-

gradus computentur, remiſſivè.

25 *Statutum Faventiæ* diſponit, Agnatum, Cognatum, & Affinem intrà quartum gradum incluſivè, non poſſe eſſe Judicem in Cauſa Agnati, Cognati, & Affinis.

26 Clerici Cameræ judicare non valent in Cauſis Conſanguineorum, & Affinium uſque ad quartum gradum.

Nec in Cauſis, in quibus habent intereſſe, ſub pœna, de qua n.29.

Clerici Cameræ recedere debent à Camera, quando diſcutiuntur Cauſæ Conſangineorum, & affinium uſque ad quartum gradum n.26. Alioquin incurrunt pænas, de quibus n.29.

27 Eminentiſſimus Cardinalis Camerarius judicare poteſt in Cauſis Conſanguineorum, & Affinium. Item an Cardinalis poſſit allegari ſuſpectus.

28 Cauſæ Conſangineorum, & Affinium uſque ad ſecundum gradum Auditorum Rotæ, non poſſunt cognoſci in Rota.

30 Judicis ſuſpecti materiam tractantes, remiſſivè.

31 Notarius recuſari poteſt uti ſuſpectus prævio ſolo juramento ſuper ſuſpicione. Limita num.33.

32 *Statutum Avenionenſe* requirit probationem cauſarum legitimæ ſuſpicionis in Notario.

34 Adjunctus datur, quando Notarius eſt ſuſpectus, abſque eo, quod in totum removeatur. Decl.n.36. Limita n.35.

37 Notario A. C. ſuſpecto allegato, Decanus eorum extrahit alium in locum ipſius ſuſpecti allegati.

OBSERVATIO.

A Nihil in judiciis Judice ſuſpecto periculoſius, ac quàm coram eo litigare durius,
1 & quia indè ſequi ſolent triſtiſſimi eventus, ideò æquitatis ratio ſuadet, ut nemo coram Judice ſuſpecto litigare cogatur, ut advertit *Nicolaus Papa in can. quod ſuſpecti cauſ.3. q.5. Innocentius III. in cap. cum inter de except. Imperator Juſtinianus in l. apertiſſimi. 14. ibique Gloſſ. in verbo libello C. de judic. Barboſ. in d. cap. cum inter n. 3. Cravatt. conſ. 132. n. 25. in fine Giurb. deciſ.48. n.1. Fontanell. deciſ. 1. n.1. & pleniſſimè Cortiad. deciſ.18. n.1.* Poſt hæc ſcripta viſus, & qui per totam *deciſ.* diſcutit materiam, quinam tanquàm ſuſpectus allegari valeant, & quæ requirantur.

Ad effectum verò recuſandi Judicem ſuſpectum de *Jure Civili* nullius cauſæ probatio, aut allegatio requiritur, ſed ſufficit, quod is,
2 qui Judicem ſuſpectum habet, juramento interpoſito illum tanquàm talem recuſet, cum per juramentum tollatur, omnis ſuſpicio calumniæ, nàm non præſumitur quemquam jurare falſum in detrimentum ſalutis æternæ, ut docet *Gloſſ. in d. l. apertiſſimi in verbo recuſare circa med. Maſcard. de probat. concluſ.943. n.3. Ridolphin. prax. p.1. cap. 7. num.126. Gratian. diſcept.100. n.11., & 49. Giurb. deciſ.48. n.3. & n. 5.* Imò in Curia Romana non devenitur in actis ad poſitivam allegationem, ſed ſolùm
3 mediante citatione coram A.C. met, vel Eminentiſſimo Cardinali Camerario, vel Eminentiſſimo Cardinali Vicario, vel Gubernatore Urbis, vel Theſaurario, vel Senatore Urbis, ſi Cauſæ in illis Tribunalibus introductæ fuerint, vel coram Regente Cancellariæ, ſi Cauſa ſit comiſſaria vel coram R. P. D. Auditore Signaturæ Juſtitiæ ad videndum deputari alium in locum Judicis ſuſpecti allegati, obtinetur deputatio alterius Judicis, juxtà praxim traditam à *Ridolphin. in ejus prax. p. 1. cap.7. n.22. cum ſeqq.* ubi licet *n.21.* docens formulam, qua Judex in actis cum juramento allegatur ſuſpectus, attamen id hodiè non practicatur; de *Jure verò Canonico* non ſuffi-
4 cit juramentum, ſed requiritur, quod aliundè legitima cauſa probetur *cap. legitima de appell. in 6. ibique Anear. n.1. Morla Empor. Jur. tit.2. juriſdict. omn. Judic. n.199. Gratian. ubi ſupra n.11. Carol. de Graſſ. de except. ad mater. Statut. except.24. à n.7. Seraphin. de privil. juram. privil.7. n.1. Fontanel. deciſ.2. n.11. p.1.* & proſequitur *Giurba loc. cit. eodem n.3. verſ. de Jure autem Canononico* ubi reddit rationem diverſitatis quia inſpecto *Jure Pontificio* agitur de gravi præjudicio; nàm probata recuſationis cauſa, Judex in totum removetur; De *Jure* verò *Civili* non agitur de tàm gravi præjudicio, quia Judex non removetur, ſed datur
5 Adjunctus, niſi ſuſpicio adhùc duret. At ex diſpoſitione *noſtri Statuti* cauſa debet eſſe legitima, & rationabilis, ac in ſcriptis Judici proponi.

Cauſæ autem ſufficientes ad allegandum
6 Judicem ſuſpectum adducuntur per *Antaran. in d. cap. legitima Maſcard. de probat. d. concluſ. 953. n.18. cum ſeqq. Gratian. diſcept.100. nn.11. cum ſeqq. Fontanell. deciſ.8. cum ſeqq. Groſſ. controv.25.* ubi de Judice, qui fuit Advocatus in eadem Cauſa, vel alia Partis *Seſſe deciſ. 416. p.4.* ubi de eo, qui propalavit animum ſuum.

Quæ cauſæ coram Judice recuſato de *Jure*
B *Canonico* non ſunt exprimendæ, ſed benè co-
7 ram Arbitris, vel coram Judice, ad quem fit recurſus, vel appellatur, ut diſtinguendo tradit *Papien. in pract. de declin toria fori verbo rationibus n.1. ibique Addit. fol. mihi 40. Marcheſan. de comiſſion. ſuſpect. Judic. p.2. cap.8 §.1. n.24. Ridolphin. d. cap.7. n.125.*

Sed quia Arbitrorum electio ampliùs non
8 eſt in uſu, & ab aula receſſit, ut cum *Caſtr. Dec. & Covar.* advertit *Marcheſan. ubi ſupra n.27. Scacc. de judic. lib.1. cap.101. n.28. verſ. in reliquis*, ideòque in Curia Romana recurritur ad unum ex dictis Judicibus ſuperioribus, vel
9 ad Signaturam Juſtitiæ, ſeù ad Eminentiſſimum ejus Præfectum, ſeù Præfecti Auditorem pro deputatione alterius Judicis in locum ſuſpecti allegati, & nulla etiam expoſita
10 cauſa recuſationis facilimè obtinetur, ſtante abundanti numero Prælatorum, qui me-

diante cognitione Cauſarum redduntur aptio-
res conſecutioni munerum, & officiorum, ac
dignitatum majorum.
C Judex uti ſuſpectus recuſatus an interim
11 validè procedere poſſit in Cauſa, variè reſo-
lvitur à *DD.* cum eorum quinque ſint opinio-
nes, relatæ per *Roman.conſ.220. n.3. cum ſeqq.*
latè *Farinac. in fragment. crim. par.2. in verbo*
Judice n.930. cum ſeqq. Carleval. de judic.lib.1.
tit.2.diſputat.5.n.11. Ridolphin. loc.cit.nu.124.
Marcheſan.d. §.1. nu.72. & 79. Fagnan. in cap.
ſuper eo il 2.n.8.de appellat. Scyaloja de foro com-
pet.cap.9.n.161. cum ſeqq. Oſaſc. deciſ.74.
Ad tollendas diſputationes, & controver-
ſias ſuper hoc articulo, & cautè agendo, dum
Judex uti ſuſpectus recuſatur, eodem tempore
12 appellari etiam debet ab ulteriori proceſſu,
nam tunc ſine difficultate omnia deindè per
eum geſta ſunt nulla, & attentata, ut aliis
omiſſis reſpondit *Rot. coram Merlin. deciſ.562.*
num.1.cum ſeqq. repetita in rec.deciſ.165.par.6.
coram Bich.deciſ.246.n.1.cum ſeq. ubi *n.* 3. fir-
mat procedere, ſive appellans proſecutus fue-
13 rit appellationem, ſive non *coram Priolo de-*
ciſ.267.n.1. coram Dunozet.jun.deciſ.867. nu.1.
cum ſeq.juncta deciſ.875. n.1. in rec. deciſ.222.
n.2. cum ſeq.deciſ.639.n.4.cum ſeqq. par.18.t.2.
14 Alioquin eſt quæſtio involuta, ut ex *Ro-*
man.& Farinac. loc. cit. & Adden. ad Ludoviſ.
deciſ.466. lit. B. cum *Rota* variaverit, nam
aliquando ſequendo *Innoc.* reſpondit requiri
etiam interpoſitionem appellationis, alioquin
geſta coram Judice recuſato valent, ut in *di-*
verſ.deciſ.563.n.2.par.1. deciſ.2. n.7. par.2. co-
ram Verall.dec.60. nu.4. par.1. coram Pamphil.
dec.684.n.10. coram Carill.deciſ.5. n.4.& coram
recol.mem.Coccin. deciſ.1615.n.1.& deciſ.1976.
num.6.

Aliquando verò nulla facta mentione ap-
pellationis, ſed attenta recuſatione reſpondit
omnia poſteà geſta eſſe nulla, & attentata *co-*
ram Ottbobon. deciſ. 52. coram Cerro deciſ.769.
utrobique num.1. in rec.deciſ.107. pariter nu.1.
par.16. quæ opinio eſt conformis diſpoſitioni
noſtri Statuti.

Aliquando ad procraſtinandum Cauſarum
D deciſiones recuſantur Judices uti ſuſpecti ut
15 quotidiana experientia docet, & animadver-
tit *Larrea allegat.fiſcal.118.n.19.in princ. Giurb.*
obſervat.95.n.15. verſ. Quod facile, Capyc.latr.
deciſ. 164. n.9. undè ad tollendum hujuſmodi
ſubterfugium *Congregatio Reformationis Tribu-*
nalium Urbis de anno 1679. decrevit, *quod in*
poſterum non admittatur allegatio ſuſpicionis in
Cauſis, in quibus fuit informatum in ſcriptis ſu-
16 *per meritis, etiamſi nullus adſit actus judicialis*
inducens conſenſum; Et quod non admittantur,
niſi duæ recuſationes ex cauſa ſuſpicionis, adeout
17 *non liceat tertio recuſare, niſi ex juſta cauſa,*
prout de Jure, quæ reſolutio una cum aliis
approbata fuit a *Summo Pontifice* INNOCEN-
TIO XI. die 3. Junii ejuſdem anni, ad relatio-
nem *Eminentiſs.D.Card. Joannis Baptiſtæ Spinu-*
læ tunc *Pro-Gubernatoris Urbis* ab univerſis
amatiſſimi, ac poſtmodùm mediante Bulla
confirmata ab eodem Pontifice. Et noviſſimè
Congregatio ſpecialitèr deputata à *SS. D. No-*
ſtro INNOCENTIO XII. *die 24. Auguſti 1692.* ſan-
civit: *non licere in poſterùm Partibus collitigan-*
tibus totum Tribunal Vicarii, vel A.C. ſuſpectum
allegare, ſed in ſolita liſta confidentium, unus
ſaltem ex tribus Judicibus Ordinariis Curiæ alte-
rutrius erit ab utraque Parte deſcribendus, in
qua ſi concordes fuerint, alius Judex, aut Præ-
latus extra præfata Tribunalia eligi, ac deputa-
ri non poſſit, quæ & aliæ prudentiſſimæ provi-
ſiones pro recta adminiſtratione Juſtitiæ, ap-
probatæ fuerunt à Sanctitate Sua, ad relatio-
nem *Illuſtriſs.& Reverendiſs.D.Anſaldi de An-*
ſaldis ejus Auditoris.

Hac occaſione poteſt dubitari, an tertius
poſt introductum judicium comparens, &
Judicem uti ſuſpectum recuſans, ſit audien-
18 dus, & quod ei competat hujuſmodi exceptio,
tradunt *Imol.& Butr. in cap.cum ſuper num.1.de*
Offic.delegat.Salon.de Pace conſ.18.nu.10.ibique
Adden. alios cumulat *Lancell.de attentat.par.2.*
cap.6.n.71. Maſcard.de probat.concluſ.953.nu.4.
Marcheſ.de commiſ.in commiſ.de Judic.ſuſpicion.
par.2.§.2.nu.60.fol.mihi 398. Scacc.de ſent.& re
judic.gloſſ.11.num.47.& de judic.lib.1.cap.101.
nu.13. Laurent.de Judice ſuſpect.cap 15.nu.122.
Tondut.de prævent.par.2.cap.12.n.14. Aſſict.de-
ciſ.15.nu.63. & reſolutum fuit à *Signatura Ju-*
ſtitiæ 16.Novembris 1673. in Romana recuſatio-
nis Judicis proponente Illuſtriſſimo Caffarello, &
in Romana, ſeu Vernlana fideicommiſſi propo-
nente Illuſtriſs.Thomato; Etiam poſt concluſum
in Cauſa *Laurent.de Judice ſuſpect.loc.cit. Sanfe-*
lic.dec.90.n.20.cum aliis adductis per Capyc.latr.
d.dec.164.n.3.

Declara tamen procedere, quando tertius
comparet excludendo unum ex collitigan-
19 tibus, ſecùs verò ſi veniat aſſiſtendo, &
coadjuvando unum ex illis, vel utrumque ex-
cludendo, ut declarat *Tondut.de prævent.dicto*
cap.12.nu.21.cum ſeqq. tenet ſecundum verio-
rem opinionem, quod ſi tertius compareat,
tam Actorem, quàm Reum excludendo, non
retardat curſum Cauſæ inter eos vertentis,
Gizz.ad Capyc. latr.dec.85.nu.7. & idem *Capyc.*
Latr.dec.164.n.11.cum duobus ſeq.

Paritèrque ſi adſit ſuſpicio calumniæ, vel
20 malitiæ in tertio, quo caſu ei talis exceptio
non competit, ut firmat *Capyc.Lat.cit.dec.164.*
num.8.cum ſeq.

Cæterùm licèt tertius veniens ad Cauſam
non poſſit allegare incompetentiam Judicis,
21 & opponere declinatoriam, poteſt tamen
illum allegare ſuſpectum, ut probant *Jo:Vin-*
cen.de ann.ſen.alleg.76.n.3. Gail.obſ.71.n.7.lib.1.
Scac.de judic.loc.alleg. Aff.dec.235.n.6.in fine.

Conſanguineus, & Affinis non poteſt eſſe
E Judex in Cauſa ſui Conſanguinei, & Affinis
22 ratione affectionis *cap.Poſtremò*, ibi: *Qui Con-*
ſanguineus ſit illius, qui litteras impetravit, de
appellat. ubi etiam *Gloſſ.in verbo Conſanguineus,*
ac communitèr *Canoniſtæ*, & cumulatis con-
cor-

Digitized by Google

cordantibus firmat *Farinacc. in fragment. crim.*
par. 2. in verbo Judex n. 830. ubi *n. 831. cum plu-*
ribus ſeqq. adducit varias ampliationes, &
23 declarationes hujus regulæ *Fontanell. dec. 11.*
n. 2. cum ſeq. par. 1.

Major difficultas verſatur in determinando
gradum, uſque ad quem prohibitum ſit judi-
24 care, cùm variæ ſint *DD.* opiniones, relatæ
per *Farinac. ubi ſupra n. 831. & 833. ac per Fon-*
tanell. d. dec. 11. n. 6. cum ſeqq. & an computatio
graduum facienda ſit ſecundùm *Jus Canoni-*
cum, an ſecundùm *Jus Civile*, qui articulus
examinatur à *Fontanell. dec. 12.*

Hæc controverſia ſublata fuit per *noſtrum*
Statutum cùm determinaverit gradum agna-
25 tionis, cognationis, & affinitatis uſque ad
quartum incluſivè; ceſſat etiam iſta diſputa-
tio in Urbe quoad Clericos Cameræ, qui ju-
dicare non valent in Cauſis Conſanguineo-
rum, & Affinium uſque ad quartum gradum,
26 imò dùm eorum Cauſa diſcutitur, debent à
Camera recedere, ut diſponitur in *Conſtitutio-*
ne PII IV. *la 81. §. 8. & in Bulla* PAULI V. *ſuper*
reformatione Tribunalium Urbis la 71. tit. de Ca-
merario, & Camera Apoſtolica n. 12. ibi: *Cauſæ*
conjunctorum, & propinquorum alicujus Clerici
uſque ad quartum gradum excluſivè, ipſi Clerico
nullatenus committantur, nec quiſquam eorum
ſibi commiſſas audiat, ſed eas expreſſa cauſa re-
cuſet, & tradit *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 7.*
num. 133. quæ prohibitio non comprehendit
Eminentiſſimum Cardinalem Camerarium,
27 ut relata *Bulla* JULII III. *la 3. §. 6.* notat *Cohel.*
ad Bullam boni Regim. cap. 16. num. 80. ubi
ſubdit, id fortè factum eſſe, non ratione Ca-
merariatus, ſed quia Cardinalis eſt, cùm
Cardinales non comprehendantur ſub gene-
rali Pontificum Conſtitutione; ita ut Cardi-
nalis nequeat allegari ſuſpectus ex traditis
per *Fermoſin. in cap. Si quis contr. 4. q. 8. nu. 1. de*
judic. pag. 540. Card. de Luc. diſc. 3. n. 67. pariter de
judic., & prius dixerunt *in cap. novit. de appell.*
Ancharan. n. 4. verſ. 4. nota Bellam. verſ. ſecundum
argumentum Innoc. n. 4. in ult. notab. Butr. num. 5.
Jacobat. de Concil. lib. 1. pag. 32. col. 2. Scacc. de
appellat. q. 16. limit. 1. n. 17. Farinac. in fragment.
crimin. verbo Judex n. 727. par. 2. & aliis omiſſis
Rot. dec. 307. n. 17. par. 18. rec. Quæ tamen opi-
nio non eſt omninò tuta, quia contrarium
firmant *Card. Zabarell. in d. cap. novit. verſ. dic.*
contra Præpoſit. verſ. nota etiam ex hoc Abb. n. 4.
verſ. ultimo Doctores Card. Pariſ. conſ. 31. nu. 97.
& 98. lib. 2. Gonzal. Tellez in cap. ad petitionem
in Comment. verſ. 2. quia de accuſat. Marcheſan. de
commiſ. par. 2. cap. de jud. ſuſp. §. 2. n. 9. Propterea
tutius eſſet, ut ipſe Cardinalis ſe à cognitione
Cauſæ abſtineret, ut ſuadent *Curch. Inſtit. moral.*
de Card. nu. 58. Zerch. de Repub. Chriſt. §. De Cardin.
pag. 164. n. 4., & ita ad effugiendam allegatio-
nem ſuſpicionis ſolere Cardinales abſtinere,
28 teſtatur *Card. de Luca d. diſc. 3. n. 68. de jud.* Quo
vero ad Auditores Rotæ uſque ad ſecundum
gradum conſanguinitatis, & affinitatis, non
poſſunt cognoſci Cauſæ in eo Tribunali, ut
diſponitur in d. *Bulla* PAULI V. *la 71. tit. de Au-*
ditorio Rotæ n. 14. ibi: *Cauſæ autem propriæ Au-*
ditorum, & eorum Familiarium, ac Conſangui-
neorum, vel Affinium uſque ad ſecundum gradum,
juxta Jus Canonicum computandum, non cogno-
ſcantur in Rota.

Declara tamen prędicta procedere, quotiès
Judex ratione conſanguinitatis recuſatus fue-
29 rit, ceſſante verò recuſatione nedum poterit,
ſed tenebitur judicare, ut docet *Faber in ſuo*
Cod. lib. 3. tit. 4. ne quis in cauſa ſua &c. deffinit. 1.
ubi etiam teſtatur, ita ſæpiùs reſolutum fuiſ-
ſe per Senatum, & ſequitur *Fontanel. dec. 1. n. 8.*
cum ſeq. par. 1. Eoque magis poterit judicare,
ſi Pars expreſsè conſenſerit, ut docet *Creſp.*
obſerv. 8. nu. 10. ubi tamen firmat, ipſum non
teneri.

Adverte tamen, quod etiam deficiente re-
cuſatione Clerici Cameræ non poſſunt judica-
re, nedùm in Cauſis eorum conjunctorum,
& propinquorum, attentis ſupra recenſitis
verbis *Conſtitutionis* PAULI V. clauſula ſublata,
& decreto irritanti munitæ; Verùm etiam
multò minùs in Cauſis, in quibus habent in-
tereſſe, ut diſponitur in eadem *Bulla* PAULI V.
n. 13. ibi: *Nec etiam in diſcuſſionibus, & deci-*
ſionibus, tàm illarum, quàm aliarum quarum-
cumque Cauſarum, in quibus aliquod intereſſe
prætendere poſſet, ſive Clericus, ſive Aſſiſtens
ille ſit, ullo modo intereſſe, nec ullum votum
habere, ſed ſtatim à dicta Camera, etiàm dùm
Cauſa proponitur, etiam injuſſus (cùm in hoc
ignorantiam prætendere non poſſit) egredi debeat,
& ſi ſecùs fecerit, Clericus per menſem ſuſpen-
ſione ab exercitio, & perceptione emolumento-
rum ſui officii, aliis Clericis applicandorum, ipſo
facto incurrat. Aſſiſtens verò jocalium, & ſa-
larii exactione aliis Aſſiſtentibus applicanda,
ipſiuſque Cameræ ingreſſus trium menſium ſpatio
mulctetur.

Cætera de Judice ſuſpecto vide apud *Lau-*
rent. de Judice ſuſpect. Marcheſan. de commiſ. ſuper
commiſſione de ſuſpic. judic. Maſcard. de probat.
30 *concluſ. 953. Gratian. diſcep. 100. Ridolphin. prax.*
par. 1. cap. 7. nu. 117. cum ſeqq. Farinac. in ſuo Re-
perto. judicial. q. 42. & in fragmen. crimin. in ver-
bo Judex Scyaloja d. cap. 9. Groſs. controv. 25. Jo:
Anton. ab Eccleſ. in ſuis obſerv. forenſ. par. 2. Lar-
rea alleg. fiſcal. 118. Seſs. dec. 416. par. 4. Matthæi
& Sanz de Regim. Regn. Valen. cap. 10. §. 1. n. 197.
cum pluribus ſeqq. Giur. obſer. 95. Fontanel. dec. 1.
cum pluribus ſeqq.

Notarius quoque uti ſuſpectus recuſari va-
F let prævio ſolo juramento ſuper ſuſpicione,
31 tàm de *Jure Civili*, quàm de *Canonico*, *Ruland.*
conſ. 31. nu. 25. cum ſeqq. vol. 3. Addit. ad Papien.
pract. de declinatoria juriſdictionis, verbo ratio-
nibus circa princip. fol. mihi 40. à tergo, Gratioſ.
Ubert. de cit. cap. 13. n. 564. Gratian. diſcept. 100.
nu. 58. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. poſt gloſs. 9. §. 1.
tit. de nullit. & atten. in cauſ. beneficial. n. 29. Ton-
dut. de prævent. par. 1. cap. 26. nu. 2. ubi tamen
ſubdit contrarium eſſe ex diſpoſitione *Statuti*
32 *Avenionen.* cùm juxtà eam requiratur proba-
tio

Digitized by Google

tio cauſarum legitimæ ſuſpicionis, *Marcheſan. de commiſſion. ſuſpect. judic. par. 2. cap. 8. §. 1. n. 34. fol. mihi* 379. ubi etiam ſubdit, quod in iſtis ſufficit pro ratione voluntas, quia facillimè loco recuſati alter ſubrogatur, *Ridolphin. prax. par. 1. cap. 7. n. 127. juncto nu. 139. Rot. diverſ. deciſ. 93. n. 3.* ubi limitat concurrente ſuſpicione
33 calumniæ, & *deciſ. 104. n. 1. par. 1. & cor. Ubal. dec. 30. nu. 1. cum ſeq. par. 1. cor. Pamphil. dec. 703. n. 7. & dec. 734. n. 2. ibique Add. n. 13.*

Per dationem tamen adjuncti, ſine quo nihil facere valeat, tollitur omnis ſuſpicio, abſque eo quod Notàrius in totum removeatur,
34 prout in pluribus partibus de conſuetudine ſervatur, & præſertim in Hiſpania, ut teſtatur *Gonzal. ubi ſupra nu. 100. Rot. cor. Ludov. deciſ. 327. num. 6.*

Quod non procedit, quando talirèr non
35 remanet proviſum indemnitati Partis, utpotè quia licèt ſint duo Notarii in ſcribendo, poteſt tamen Notarius recuſatus revelando dictim dicta teſtium, valdè Parti præjudicare, ut advertit *Gonzal. loc. cit. n. 101. Adden. ad Ludoviſ. ubi ſupra nu. 15.* ubi cum *Gonzalez* teſtatur, quod in Curia in totum removetur, *Rot. diù. d. dec. 604. n. 2. par. 1.*

Adverte, quod datur adjunctus in illis tantùm locis, ubi viget conſuetudo illum dandi,
36 ut notat *Jo: de Platea in l. nulli ad finem, C. de & actuar. lib. 10. nu. 2.* ut de conſuetudine Hiſpaniarum teſtatur *Gonzalez*, quem refert, & ſequitur *Gratian. d. diſcept. 100, n. 60.* Alioquin in totum removetur, ut tradit *Gratian. proximè cit. n. 53. Gratioſ. Ubert. loc. cit. nu. 564. verſ. Nec ſufficit*, & ita practicatur in Urbe in Tribuna-
37 li A.C. ubi allegato ſuſpecto Notario, Decanus eorum extrahit alium in ipſius locum ex ſolita buſſula, juxtà praxim traditam à *Ridolphin. prax. par. 1. cap. 7. n. 31.*

ADDIT. AD RUBR. XLVIII. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Conſanguineus, vel Affinis non poteſt eſſe Judex in Cauſa ſui Conſanguinei, vel
2 Affinis. Omnes in quavis Dignitate Conſtituti poſſunt cum Cauſa allegari ſuſpecti.

Num. 22. Conſanguineus, vel Affinis non poteſt eſſe Judex in Cauſa ſui Conſanguinei, vel Af-
1 finis, * ut rationibus adductis latè probat *Ramon. conſ. 3. n. 3. cum ſeqq. vol. 1. ibique Balduccius obſerv. n. 3. cum ſeqq.*

Num. 27. Omnes in quavis dignitate conſtituti cum Cauſa poſſunt allegari ſuſpecti, * ut latè
2 probat *Ramon. d. conſ. 3. n. 17. cum ſeqq.*

De ſalario Advocatorum, Procuratorum, & aliorum, qui patrocinantur in Cauſis.

RUBRICA QUADRAGESIMA NONA.

STatuimus, & ordinamus ad hoc, ut certum ſit quantum Advocatis, Procuratoribus, Curatoribus, Sindicis, vel Actoribus, aut pro aliis patrocinantibus in Cauſis ſolvi debeat pro ſalario, & mercede (A) ſui patrocinii, quod ubi non intervenit pactum, vel conventio certa de mercede, vel ſalario hujuſmodi perſonarum pro aliis patrocinantium in Cauſis, quod quilibet Juris Doctor Advocatus, qui pro aliqua Univerſitate, ſeu perſona, ſeu pro quocunque in qualibet Cauſa civili patrocinium præſtiterit, ſeu advocaverit, petere poſſit, & conſequi à clientulis ſuis, ſeu talibus, pro quibus ſic patrocinatus fuerit, ſeu advocaverit, ſi lis fuerit conteſtata, ſeu habita pro conteſtata, & perventum fuerit ad diffinitivam ſententiam, duos ſolid. bonon. parvorum pro qualibet libra quantitatis, vel æſtimationis rei petitæ, & de qua lis, ſeu cauſa fuerit. Et Procurator, ſeu Curator, Sindicus, vel Actor dimidium dictæ quantitatis, videlicèt ſolid. unum pro qualibet libra. Et hoc ſi debitum, vel quantitas, aut res petita fuerit librarum vigintiquinque bononen. vel abinde ſupra uſque ad centum lib. vel tantæ æſtimationis. A' centum verò lib. ſupra petere, & conſequi poſſit talis Advocatus duodecim den. videlicèt unum ſolid. bononen. parvorum pro qualibet alia libra excedente centenarium. Et Procurator, ſeu alius quicunque pro alio interveniens, dimidiam, videlicèt den. ſex tantum. Et ſi perventum non fuerit ad diffinitivam ſententiam, fuerit tamen lis conteſtata, ſeu habita pro conteſtata, tunc petere, & conſequi poſſint Advocati, Procuratores, & patrocinantes pro aliis dimidiam dicti ſalarii, ſcilicèt Advocatus 12. den. & Procurator, & quilibet alius pro aliis interveniens, ſex den. Si verò non fuerit lis conteſtata, nec habita pro conteſtata, ſed proceſſum fuerit ad banni dationem, ſeu ad tenutam ex primo decreto propter rei contumaciam, tunc ſolùm dimidia dicti ſalarii, ſcilicèt ſex den. pro libra Advocatus, & Procurator tres den. Si verò proceſſum fuerit ſuper tenuta, vel poſt datum bannum ad aliquas probationes per teſtes examinatos contra Reum; tunc accipere poſſit Procurator duas partes ex tribus ejus, quod accipere poſſet ſi lata fuiſſet ſententia diffinitiva ſuper eadem re, vel quantitate petita. Et tantùm accipere poſſit Advocatus, quantum videlicet debetur Procuratori in caſu prædicto, de quo ſupra proximè, ſi & ubi intervenerit Advocatus, & patrocinium ſuum præſtiterit in hujuſmodi caſu. Sed, ſi per-

perventum fuerit ad ſecundum decretum, vel venditionem tenutæ, tunc integrum ſalarium debeatur Procuratori, & tantundem Advocato, ubi Advocatus intervenerit, ut ſupra, perindè ac ſi lata fuiſſet ſententia diſſinitiva in contradictorio judicio in Cauſa, in qua lis fuiſſet conteſtata. Er ſic atque tantum peti, & exigi poſſit per dictos Advocatos, Procuratores, & pro alio patrocinantes, & intervenientes in dictis Cauſis: videlicet tantum per Advocatum, quantum per Procuratorem, quantum eſt in caſu prædicto in contumaciam, & hoc ubi Advocatus intervenerit, ut ſupra proximè. Si verò in Cauſis hujuſmodi in contumaciam poſt tenutam, vel bannum non fuerit proceſſum ad aliquas probationes per teſtes, ſed ad alios actus citra Cauſę concluſionem, tunc ſalarium Advocatis, & Procuratoribus debeatur, & taxetur prout Judici videbitur convenire, habita conſideratione laboris, & actorum factorum. Si verò ante litem conteſtatam, vel habitam pro conteſtata, vel ante banni dationem, ſeu ante Tenutam datam ex primo decreto, perventum fuerit ad concordiam, vel lis confeſſione rei decisa; tunc ſolvatur Advocatis, Procuratoribus, & aliis ſic patrocinantibus, & pro aliis intervenientibus, ſcilicet Advocatis den. ſex pro qualibet libra, & Procuratoribus, ac aliis ſic intervenientibus, tres den. Volentes, & decernentes; quod in ſingulis caſibus prædictis, & quolibet eorum ſolvatur plus, & minus arbitrio Iudicis, coram quo lis, ſeu Cauſa mota fuerit, ſeu ad quem cognitio, & taxatio ſalarii hujuſmodi ſpectabit, attenta qualitate litis, ſeu Cauſę, multitudine ſcripturarum factarum, & productarum in Cauſa, & habito ſemper reſpectu, & conſideratione laboris, & patrocinii præſtitorum, & actitatorum, ac factorum in Cauſis per eoſdem Advocatos, & Procuratores, ſeu quemlibet eorum, & maximè attentis qualitate, ſcientia, meritis, & facundia talium perſonarum, aliquando plus, & minus promerentium ex hujuſmodi qualitatibus. Si verò lis, ſeu Cauſa fuerit librarum vigintiquinque bononen. vel de re tanti valente, vel abindè infra, tunc majus ſalarium perſolvatur dictis Advocatis, Procuratoribus, & aliis, ut ſupra, patrocinantibus, ad arbitrium Iudicis, ad quem ſpectat, vel ſpectabit, attentis ſemper qualitatibus, & habitis reſpectibus, & conſiderationibus, de quibus, & prout ſupra. In litibus verò, ſeu Cauſis criminalibus, ſeu mixtis ſolvatur ſalarium ſecundum modum ſupraſcriptum eiſdem Advocatis, Procuratoribus, & aliis patrocinantibus in Cauſis hujuſmodi, attenta, & conſiderata qualitate facti, & qualitate, ac quantitate condemnationis, vel abſolutionis, quæ fieret, ſeu fieri peteretur, & attento labore patrocinii, in talibus Cauſis præſtiti, & plus, ac minus, prout ſupra ſtatutum eſt in Cauſis civilibus, attentis etiam, & habitis reſpectibus, & conſiderationibus, de quibus, & prout ſupra dictum eſt, in eiſdem Cauſis. In Cauſis autem poſſeſſoriis, in quibus videlicet petitur poſſeſſio, ſeu ejus reſtitutio, vel reintegratio, quocunque interdicto, ſeu remedio poſſeſſorio, ſi modo deſuper oblatus fuerit libellus, ſeu petitio porrecta pro parte agentis, & ſuperindè fuerit lis conteſtata, ſeu habita pro conteſtata, & proceſſum fuerit in Cauſis hujuſmodi, prout in aliis Cauſis civilibus ſecundùm formam Statuti Faven. ſiti in pręſenti libro voluminis Statutorum dictæ Civitatis, ſub Rubrica ſeptima. Et ſervatis dilationibus, & terminis, de quibus, & prout in eodem Statuto, ſtatuimus, decernimus, in eiſdem Cauſis poſſeſſoriis, in quibus ſic actum, & petitum fuerit, eiſdem Advocatis, Procuratoribus, & patrocinantibus ſalarium deberi, prout in Cauſis petitoriis, & ordinariis. Et perindè ac ſi de re principali, & non de poſſeſſione ſola ageretur, & habita conſideratione æſtimationis rei, de cujus poſſeſſione ageretur, non autem habito reſpectu valoris ſolius poſſeſſionis. Inſuper volumus, & decernimus, quod in aliis Cauſis non recipientibus æſtimationem, prout ſunt Cauſæ matrimoniales, capitales, ſeu corporis afflictivæ, ſtatuimus, & ordinamus, quod ſalaria Advocatorum, & Procuratorum in talibus Cauſis debeantur eiſdem, & ita peti, & ſolvi poſſint, & debeant arbitrio judicare debentis, dummodò non excedant quantitatem viginti ducatorum auri pro Advocatis; & dimidiam dictæ quantitatis reſpectu Procuratorum. In aliis verò Cauſis motis, ſeu movendis ſuper aliqua re, vel facto, quod, vel quæ non recipiat æſtimationem, & generaliter in aliis quibuſcunque Cauſis, & caſibus, in & ſuper quibus ſupra non eſſet proviſum, volumus, & ordinamus, ſalaria Advocatorum, Procuratorum, & aliorum, ut ſupra patrocinantium, in Cauſis quibuſcunque eiſdem deberi, & ſolvi arbitrio Iudicis, ſeu Officialis, coram quo Cauſa fuerit, ſeu ad quem ſpectabit, procedendo maximè, & in quantum fieri poteſt de ſimilibus ad ſimilia, & alias, prout ſibi videbitur convenire. Volumus inſuper, & decernimus, quod in omnibus, & ſingulis Cauſis, & caſibus, de quibus ſupra in præſenti Statuto hujuſmodi ſalaria (ut profertur) taxentur, debeantur, & ſolvantur modo, & forma, de quibus, prout ſupra, & plus ac minus in Cauſis, & caſibus, in quibus expreſsè non fuit aliter in contrarium prohibitum, arbitrio Iudicis, de hoc cognoſcentis, & cognoſcere debentis. Et quod omnia, & ſingula bona Clientulorum, & aliorum quorumcunque, quibus hujuſmodi patrocinia per Advocatos, Procuratores, & alios, ut ſupra patrocinantes præſtita fuerint in Cauſis, & caſibus, de quibus ſupra, tacitè ſint, & intelligantur hypothecata (B)

& obli-

& obligata cum effectu Advocatis, Procuratoribus, & aliis ſic, ut ſupra, patrocinantibus, à die inchoatæ Cauſæ, & præſtiti per eos patrocinii. Et ratione hujuſmodi, & ex Cauſa talis hypothecæ, & obligationis poſſint tales Advocati, Procuratores, & patrocinantes, & eorum hæredes, vel habentes cauſam ab eis, agere, & experiri cum effectu pro eorum ſalariis, & mercedibus, & pro expenſis Cauſæ factis, & faciendis contra ſuos Clientulos, & eos, quibus patrocinia præſtiterunt, & contra eorum hæredes, & bona, ac etiam contra bonorum ſuorum poſſeſſores, etiam actione (C) hypothecaria, & quocumque jure, ſeu actione ſibi competenti, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & ſola facti veritate inſpecta, facta tamen priùs antequam agatur hypothecaria actione, excuſſione principalis debitoris, ſeu Clientuli, ſecundùm formam Statuti Faven. diſponentis de excuſſione, & qualiter excuſſio fieri debeat. Et quòd pro ſalariis, & patrociniis hujuſmodi procedi poſſit contra dictos Clientulos, & eos, quibus patrocinia, ut ſuprà, præſtita fuerunt, & contra eorum hæredes, ad inſtantiam Advocatorum, Procuratorum, & patrocinantium prædictorum, & hæredum ſuorum, taxatis prius, & declaratis ſalariis, & patrociniis hujuſmodi legitimè, etiam executivè, & ad executionem realem, & perſonalem contra eos; & aliàs, ac aliter, prout procedi poteſt in, & pro executione ſententiæ, laudi, & arbitramenti vigore Statuti Faventiæ, maximè diſponentis de executionibus hujuſmodi. Et prædicta omnia, & ſingula ſerventur, & effectum habeant, tàm in præſentibus, & pendentibus, ac indeciſis negociis, & Cauſis, quàm etiam & futuris.

SUMMARIUM.

1 Legum profeſſores indigent multo ſtudio, & magna copia librorum.

Advocati indigent multo ſtudio, & magna copia librorum, aliàs aquam cribro haurire dicuntur num.1.

2 Advocatis debetur ſalarium, quod Honorarium appellatur.

3 Scientia legalis, quæ in Advocatis exigitur, pretio numerario non æſtimatur.

Honorarium quod datur Advocatis, non poteſt dici merces num.3.

4 Honorarium Advocatis debetur pro modo litis, pro Advocati facundia, fori conſuetudine, & judicii.

5 Honorarium Advocatis in Provincia Romandiolæ, & præſertim in Civitate Faventiæ, taxatur juxta diſpoſitionem *Conſtitutionis Magalottæ*.

Patrocinium Procuratorum in Provincia Romandiolæ, & præſertim in Civitate Faven. taxatur juxta diſpoſitionem *d.Conſtitutionis Magalottæ* num.5.

Pecunia eſt inſtrumentum neceſſarium pro obtinendo quicquid ab hominibus deſideratur num.6.

6 Pecuniæ obediunt omnia.

Pecuniæ obediunt ingenia, & vires n.6.

7 Advocatorum, & Procuratorum ſolertia, eloquentia, & ingenium hebeteſcunt, niſi copioſa excitentur pecunia.

8 Studere benè non poteſt Advocatus, ſi ei benè non ſatisfiat.

9 Patrocinium Procuratoris, & Advocati æquiparatur doti, & Fiſco, & habet tacitam hypothecam cum privilegio prælationis in bonis Clientis.

10 Maximè ſuper re, quam ſuo patrocinio recuperavit, ſeu defendit.

11 Alienatio fideicommiſſi fieri poteſt pro ſolutione patrocinii Advocati, & Procuratoris, pro ejus defenſione præſtiti.

12 Actio, quæ competat Advocato, & Procuratori de Jure communi pro conſecutione patrocinii.

OBSERVATIO.

Legum Profeſſores, & præſertim Advocati, indigent multo ſtudio, & magna
1 copia librorum ad eruendam veritatem, itaut
A unum ſine alio non ſufficiat, aliàs aquam cribro haurire dicuntur, ut adverterunt *Zabarell. in Clement.prima n.10.de Magiſtrat.Oldrad. conſ.84. Gratian.diſcept.166.num.89.cum ſeq.& Hormon.ad Lopez gloſ.1.leg.7.tit.1.par.5.gloſ.10. n.1.cumſeqq.fol.mihi 71.to.1.* Undè eis debetur
2 ſalarium, ut communiter fatentur *DD.in leg.1. §.In honorariis ff.de var. & extraordin.cognit.in l.1.C.de ſuffrag.& in l.ſumptus ff.de pact.D.Zacc. de Salar.qu.52.n.1. Gibalin.de univ.rer.negotiat. lib.6.cap.3.n.19.verſ.Venio, Magon.deciſ.Florentin.12.n.1.* quod Honorarium potiùs appellatur, quàm merces, per *Text.in l.1.§.In honorariis ff.de var. & extr.cogn. Menoch. de arbitr. judic.lib.2.centur.4.caſ.369.nu.2. Borell.Summ. deciſ.par.1.tit.65.nu.47. Zacch.de ſalar.d.qu.52. n.4.* ea ratione quia honorandi magis cauſa datur, nec merces dici poteſt, cum ſcientia
3 legalis, quæ in eis exigitur, pretio numerario non æſtimetur, ut admonet *Amaya in l. unic.n.12.C.de prabend.Salar.lib.10.*

Illudque debetur pro modo litis, pro Ad-
4 vocati facundia, fori conſuetudine, & judicii, ut deffinitum fuit à *Vulpiano in d.§.In honorariis,* & tradit *Borel.cit.tit.65.n.53.cum ſeq.* ubi cum *Alexandro de Aleſ.* addit quartam, nempè pro modo laboris *Pigan.ad Statut.Ferrariæ lib.1.Rubr.86.n.5.* Et in Provincia Romandiolæ, præſertim in Civitate Faventiæ, pro taxatione ejus Honorarii attenditur diſpoſitio Conſtitutionis, vulgò nuncupatæ *la Magalotta,*
5 *infra in Appendite*, non obſtante diſpoſitione Statuti; Idemque ſervatur circa taxationem patrocinii Procuratorum, quæ materia lucu-

len-

lentiſſimè examinata fuit à *D. meo Advocato Peregrino Maſſerio de Avenion. Æmil.&r. Legat. à latere lib.1.* poſt hæc ſcripta impreſs.

Et cùm pecuniæ obediant omnia, ut in *Er-*
6 *rlrſiaſt.rap.10.n.19.* ac ſit inſtrumeutum neceſ-
ſarium pro obtinendo quicquid ab hominibus deſideratur, ut advertit *frl.rer.Card. lis Sfortia Pallavirinus in ejus hiſtoria Conril. . .d. lib.1.rap.2.ſub nu.8.* ibi : *La pernnia è un'inſtromento neceſſario per ottenere tutto riò, che è in podeſtà degli altri Vomini*, ita etiam ingenia, & vires, ut notat *Srac.de ſen.& re judic.gloſ.15. n.39.* & proindè Cauſidicorum ſolertia, eloquentiâ, & ingenium hebeteſcunt, niſi copio-
7 sâ excitentur pecunia, ut advertit *Seace. ubi proximè eod.n.39.* Ac convenit illud monitum, quod ſi non benè ſatisfiat Advocato non po-
8 teſt benè ſtudere *Card.inClem.1.verbo exrellentiſſimus de Reliq. & venerat. Sanctor. Borell.loc. cit.n.56.* & eo caſu Clientes Cauſas perdere ſolent, ut notat *Srac.d.gloſs.15.n.38.*

Advocati, & Procuratoris patrocinium æquiparatur doti, & Fiſco, ac habet tacitam
9 hypothecam cum privilegio prælationis omnibus aliis Creditoribus in bonis Clientis, ut rejecta contraria opinione, & ſequendo hanc uti communiorem, tenet *Gratian.diſcept.257. n.17.tum ſeqq.* quem ſequuntur *Gait. de rredit. cap.4.quæſit.11. num.1566. rum ſeqq. Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.par.3.alleg.79.ſub n.39.verſ. & pro ſalario Zaerb.de ſalar.q.99.n.2.cum ſeqq.*

Eòque magis illis competit tacita hypotheca cum privilegio prælationis aliis Creditoribus, etiam expreſſam anteriorem habentibus ſuper re, quam ſuo patrocinio recupe-
10 ravit, ſeu defendit, nàm hujuſmodi patrocinium eſt adeò illi rei annexum, ac cohærens, ut tanquàm æs alienum ſit deducendum, ac tantùm minùs in illa eſſe videatur, quantùm pro dicta mercede ſolvendum eſt, & exindè melior conditio aliorum Creditorum effecta fuit, dùm res liberata eſt à calumnioſis moleſtiis litigantium, ut proſequitur *Gratian. d. diſcept.257.n.25.verſ.Magis cum ſeqq. & Gait.* ubi ſuprà *n.1569. Zarch.cit.q.99.n.8.rum duob. ſeqq.* ubi firmat, quod pro ſolutione patrocinii deveniri valet ad alienationem fideicom-
11 miſſi, pro cujus defenſione, ſeu recuperatione patrocinium præſtitum fuit, etiamſi non fuerit reportata ſententia favorabilis prout etiam reſpondit *Rot. in Romana Salarii 1. Julii 1569. roram Oradino, impreſs.* penès *Frnzon. ad Statut. Vrbis dec.70. & cor.Duran. deriſ.53. n.6.cum ſeqq.*

Quæ actio competat de Jure communi Ad-
C vocato, & Procuratori pro conſecutione pa-
12 trocinii, egregiè examinatur *à Zacch. de ſalar. q.93.n.1.rum ſeqq.* quæ verò ex diſpoſitione *noſtri Statuti* vide hic.

ADDIT. AD RUBR. XLIX. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 HOnorarii Advocati remiſſivè.
2 Patrocinii Procuratoris remiſſivè.
3 Advocato, & Procuratori adeò competit prælatio ſuper re recuperata, ut in concurſu Creditorum non teneatur præſtare cautionem de reſtituendo. Contraria opinio eſt tutior, & ſequenda n.4.

Num.2. De honorario Advocati vide *Caſtellin.ad*
1 *Bannimenta Romandiolæ* * *obſerv.10. n.20.verſ. Congruens cum ſeqq.*

Num.5. Et latius firmatur ab eodem *Maſſerio*,
2 dùm in Statu Prelatitio typis mandavit * eumdem *Tractatum de Legat., & Nunc.* Valdè plus ampliatum, & elaboratum *lib.1.r.74.ſub n.19*

Num.10. Advocato, & Procuratori adeò competit prælatio pro ſuo patrocinio ſuper re re-
3 cuperata, * & defenſa, ut in concurſu non teneatur præſtare cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus cum nullus ſit Creditor, qui his præferatur, & hujuſmodi patrocinia ſint adeò annexa, & cohærentia, ut tantò minùs adeſſe videatur, ut firmant *Gratian. diſcept.257. nu.30.rum ſeq. Gait.de rredit.rap.4.quæſit.11.n.1568. Antonel. de tempore legal.lib.4. cap.ult.n.119. Zaerb.de Salar.q.99,n.3.rum duobus ſeqq.* Ubi poſt relatos contrarium ſentientes hanc opinionem dicit communem *Pacion.de lorat.rap.41.n.22. Rot.penès Zaerb.de Salar.drr.82.nu.18.& in Romana Cambiorum 9. Febr. 1711. cor R.P.D.Aldrovando §.Magiſque.*

Verùm prædicta opinio non videtur tuta, prout eam non ſequitur Congregatio Baronum, ut
4 teſtatur *Card.de Luc.de credit.diſrurſ.158.in fin.* Nàm poteſt dari caſus, quòd concurrant, vel concurrere poſſint ſaltem equaliter privilegiati, prout creditum funeris, Piſtoris Urbis vigore Brevis URBANI VIII., Aromatarii &c. qui quatenùs etiam non præferrentur, ſaltem concurrerent cum eo, ut de funere advertit *Carl. Ant.de Luc. in animadverſ. ad Gratian. d.c.257. n.15.& Parion.loc.rit.n.29.*

Undè prudens Judex non debet facere Cauſam propriam mandando conſignari pecuniam Procuratori, vel Advocato abſque cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, & de contribuendo cum æqualibus in concurſibus Creditorum præſtari ſolita.

De duobus Æſtimatoribus eligendis, & eorum officio, ac mercede,

RUBRICA QUINQUAGESIMA.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd in Conſilio Generali Civitatis Faventiæ tempore, quo eliguntur alii Officiales ad brevia eodem modo, quo cœteri Officiales prædicti eligantur ad brevia duo boni Viri Cives Faven. pro Æſtimatoribus (A) Communis, qui au-

ctoritate præſentis Statuti habeant auctoritatem plenariam æſtimandi omnes Tenutas, & omnes res æſtimandas, quarumcumque litium, controverſiarum, vel Cauſarum vertentium, tàm coràm Poteſtate, vel ejus Vicario, quàm coràm Judicibus ordinariis Communis Faven. quàm coràm quibuſcunque aliis Officialibus, vel aliis notionem aliquam habentibus, vel de, vel ſuper prædictis cognoſcentibus, niſi competens cauſa ſuſpicionis contra ipſos, ſeu alterum ipſorum fuerit allegata, ſine cauſæ cognitione, illicò tamen terminanda per eum, qui de re cognoſcit, quorum ſeu cujus ſuſpecti loco, tunc alii, ſive alius aſſumantur per eumdem, qui de re ipſa cognoſcit, cum delatione Sacramenti (B) eidem, ſeu eiſdem ſic aſſumptis deferendi de benè, & legaliter æſtimando bona fide, & omni fraude remota. Quotum Æſtimatorum ſalarium (C) taxamus in hunc modum, videlicèt, quia ſi Tenuta, vel res æſtimanda fuerit in Civitate Faventiæ, vel ejus Burgis, vel Suburbiis, vel intùs circlas Communis fuerit æſtimata libr. decem bononen. vel abindè infrà, tunc habeant, & eis accipere liceat ſolid. tres bononen. pro quolibet ipſorum Æſtimatorum. Et ſi res æſtimata fuerit in Comitatu Faventiæ, longè à dicta Civitate per duo milliaria, vel abindè citrà, accipere poſſint ſol. quatuor bononen. pro quolibet ipſorum. Et ſi fuerit diſtans ultrà duo milliatia à Civitate uſque ad quatuor milliaria, tunc accipere poſſint ſolidos quinque bononen. pro quolibet ipſorum. Et ſi fuerit ſituata ultra quatuor milliaria uſque ad ſex milliaria, tunc accipere poſſint ſol. ſex bonon. pro quolibet ipſorum. Et ſi à ſex milliaribus ultra uſque ad octo, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſolid. ſeptem bononen. Abindè veró ultrà uſque ad decem milliaria, ſolid. decem bononen. pro quolibet ipſorum. Et à decem milliaribus ultrà, etiam ſi eſſet extra Diſtrictum, & Comitatum Faventiæ, ſolid. quindecim bononen. pro quolibet eorum. Si verò Tenuta, ſive res æſtimanda fuerit æſtimata per Æſtimatores à decem lib. ſuprà uſque ad quantitatem vigintiquinque lib. bononen. & ſi fuerit in Civitate Faventiæ, vel ejus Suburbiis, vel intùs circlas Communis, tunc accipere poſſint ſol. quatuor bononen. pro quolibet ipſorum. Et ſi fuerit extrà circlas longè à Civitate per duo milliaria, vel ab indè citrà, tunc accipere poſſint ſolid. ſex bononen. pro quolibet ipſorum. Et ſi fuerit à duobus milliaribus ultrà uſque ad quatuor milliaria, tunc accipere poſſint ſolid. octo bononen. pro quolibet ipſorum. Et ſi fuerit à quatuor milliaribus ultrà uſque ad ſex miliaria, tunc accipere poſſint ſolid. decem bononen. pro quolibet ipſorum. Et ſi fuerit à ſex milliaribus ultrà uſque ad octo milliaria, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſol. duodecim bononen. Et ab octo milliaribus uſque ad decem milliaria ſolid. quindecim bononen. pro quolibet ipſorum. Et à decem milliaribus ultrà etiam ſi eſſet extra Diſtrictum, & Comitatum Faven. ſol. decem, & octo bononen. pro quolibet ipſorum. Si verò Tenuta, ſeu res æſtimanda, fuerit æſtimata per dictos Æſtimatores à lib. vigintiquinque bononen. uſque ad quinquaginta lib. bononen. & ſi fuerit in Civitate Faventiæ, vel intùs circlas Communis, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſòlid. ſex bononen. Et ſi fuerit extra circlas diſtans à Civitate per duo milliaria, vel abindè citrà, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſolid. octo bononen. Et ſi fuerit à duobus milliaribus ultrà uſque ad quatuor milliaria, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſol. decem bonon. Et ſi fuerit à quatuor milliaribus ultrà uſque ad ſex milliaria, tunc accipere poſſint ſolid. duodecim bonon. pro quolibet ipſorum. Et abindè ultrà uſque ad octo miliaria ſolid. quatuordecim bononen. Et ab octo milliaribus ultrà uſque ad decem milliaria, quantumcumque ſit extra Diſtrictum, vel Comitatum Faventiæ, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſol. viginti bononen. Si vero Tenuta, ſive res, quæ æſtimanda fuerit, æſtimetur à quinquaginta libris ſupra uſque ad centum libr. & fuerit ſituata in Civitate Faven., vel intùs circlas Communis, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſolid. octo bononen. Et ſi fuerit extra circlas diſtans à Civitate Faventiæ per duo milliaria, vel abindè citrà, tunc accipere poſſit pro quolibet ipſorum Æſtimatorum ſolid. decem bononen. Et ſi fuerit diſtans a Civitate Faven. ultrà dicta duo milliaria uſque ad quatuor milliaria, tunc accipere poſſint ſol. quatuordecim bononen. pro quolibet eorum. Et ſi fuerit ultrà dicta quatuor milliaria uſque ad ſex, tunc accipere poſſint ſol. decem ſex bonon. pro quolibet ipſorum. Et ſi fuerit à ſex milliaribus ultrà uſque ad octo milliaria, tunc accipere poſſint ſol. decem, & octo bononen. pro quolibet. Et ſi fuerit ab octo milliaribus ultra uſque ad decem, tunc accipere poſſin: pro quolibet ipſorum ſol. viginti bonon. Abindè vero ultrà per quotcunque milliaria, etiam extra Diſtrictum, vel Comitatum Faven. accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſol. vigintiquinque bon. Si verò Tenuta, ſeu res æſtimanda fuerit æſtimata à centum libris ſupra uſque ad quingentas libras, & res accepta in Tenutam, fuerit ſita in Civitate Faven. vel extra Civitatem, tamen intùs circlas Communis, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſolid. viginti bononen. Et ſi fuerit extra circlas diſtans à Civitate Faven. uſque ad duo milliaria, vel abindè citrà, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum vigintiquinque bononen. & abindè ultra uſque ad quatuor milliaria ſolid.

tri-

trigintaquinque bononen. pro quolibet. Et à quatuor milliaribus ultra uſque ad ſex milliaria ſold. triginta quinque bon. pro quolibet; & à ſex milliaribus ultrà uſque ad octo milliaria ſol. quadraginta bonon. pro quolibet ipſorum. Et ab octo milliaribus ultrà uſque ad decem milliaria, ſol. quadragiataquinque bononen. pro quolibet ipſorum. Et à decem milliaribus ultrà per quotcunque milliaria; etiam extra Diſtrictum, vel Comitatum Faven. ſi fuerit diſtans à Civitate Faven. ſol. quinquaginta bonon. pro quolibet ipſorum. Si verò Tenuta, ſeu res danda, vel æſtimanda, fuerit æſtimata ultra libras quingentas bonon. & fuerit in Civitate Faven. vel extra Civitatem, infrà circlas Communis tamen, tunc & eo caſu accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſolid. vigintiſex bonon. Et ſi fuerit extra Civitatem, & circlas, diſtans tamen à dicta Civitate per duo milliaria, vel abindè citrà, tunc accipere poſſint pro quolibet ipſorum ſol. trigintaquinque bonon. Et ſi ultra dicta duo milliaria uſque ad quatuor milliaria ſol. quadraginta bonon. pro quolibet. Et ultra dicta quatuor milliaria uſque ad ſex milliaria ſol. quadragintaocto bonon. parvorum pro quolibet ipſorum. Et à ſex milliaribus ultra uſque ad octo milliaria, ſol. quinquaginta ſex bonon. pro quolibet ipſorum. Et ab octo milliaribus ultra uſque ad decem milliaria, lib. tres bon. pro quolibet ipſorum. Et abindè ultra per quotcunque milliaria, etiam ſi ſiruata ſit extra Diſtrictum, vel Comitatum Faven. accipere poſſint pro quolibet ipſorum lib. tres, & ſolid. decem bonon. Et quod dictum eſt locum habeat, tàm in æſtimatione rerum mobilium, quàm immobilium, hoc addito, quod ſi res æſtimandæ fuerint in eodem loco, vel etiam in pluribus, & diverſis locis, dummodò una non diſtet ab alia, nec alia ab alia ultra milliare, tunc & eo caſu ipſæ omnes pro una re tantùm cumulentur, habeantur, & computentur quoad earum æſtimationem, & Æſtimatorum ſalarium. Si verò una res ab alia, & alia ab alia, ſeu aliqua, vel aliquæ ipſarum diſtare contigerit ab alia ultra unum milliare, tunc & eo caſu quælibet ipſarum ſic diſtans cum ea, à qua ſic diſtare contigerit ultra milliare, non computetur in æſtimatione, ſed quælibet ſic diſtans de per ſe, & loco ſui ipſius habeatur, & ſummam de per ſe faciat quantum ad ipſius æſtimationem, & ſalarii Æſtimatorum ipſius ſolutionem ſuam metam ſupra poſitam ſolvendi. Et quia quod oculata fide inſpicitur, & recto corde diſcernitur, rectius valet æſtimari, teneantur dicti Æſtimatores in omnibus eorum æſtimationibus fiendis, antequam ad æſtimandum perveniant, perſonaliter ire ad locum, ubi res æſtimata exiſtit, ſeu æſtimandæ exiſtunt, ad ipſas res æſtimandas intuendum, videndum, & inſpiciendum, colloquium etiam habendo ſuper earum valore, & æſtimatione cum vicinis, & notis ipſarum; ſi vicinos habent, alias cum perſonis fide dignis, notitiam de earum valore habentibus; ne valeant in earum æſtimationibus faciliter decipi. Quod ſi nequiter prædicta negligendo contempſerint, vel in earum æſtimatione quomodocunque doloſè verſati fuerint, tunc ab officio removeantur, & pro illo ſemeſtri officium illud non valeant exercere quoquo modo. Et res illa, ſeu res illæ eorum expenſis per duos bonos Viros, aſſumendos per Judicem Cauſæ, ſeu de qua re notio fuerit, de novo æſtimentur, & eorum æſtimationi, & relationi ſtetur, niſi & ipſi etiam in prędictis neglexerint, vel fuerint doloſè verſati, de qua negligentiâ, vel dolo arbitrio Judicis puniatur, & pręſens Statutum non fuit aliter de novo reformatum.

SUMMARIUM.

1 Valor probatur Æſtimatorum judicio, Æſtimatoribus ſtandum eſt circa rei valorem n. 1.

2 Æſtimatores Periti probi, & inculpatæ vitę, & omni exceptione majores eſſe debent.

Exceptio, quæ repellit Teſtem, poteſt repellere Æſtimatorem n. 2.

3 Electio Æſtimatorum fit à Partibus mediante Judice.

4 Electio Æſtimatoris ad Judicem ſpectat, quando Partes, vel altera earum eſt contumax in eligendo.

5 Electio Peritioris Æſtimatoris ad Judicem ſpectat, diſcordantibus duobus, à Partibus electis, & ipſis Partibus diſcordantibus, vel contumacibus in electione.

6 Citatio Partium requiritur, quando Judex vult devenire ad electionem Periti, vel Peritioris, aliàs electio eſt nulla, & vitiatur illius relatio.

7 Sanatur tamen hujuſmodi defectus citationis mediante intimatione electionis ſubſecuta, vel aliter inducta judicialiter ſcientia in Parte, & non reclamante.

8 Æſtimatores à Publico deputati ſunt adhibendi abſque eo quod præcedat electio Partium, & Judicis.

9 Et ſi unicus à Publico fuerit deputatus, ille ſolus eſt adhibendus.

10 Æſtimatores à Publico deputati recuſare non poſſunt præſtationem eorum operis, & ſi recuſent: compelli poſſunt ad acceptandum, & æſtimandum.

11 Æſtimatores, aliique Periti, qui acceptarunt electionem in eorum perſonam factam, cogi poſſunt mediante gravatoria ad referendum; ſecùs ſi non acceptaverint.

12 Æſtimatores electi poſtquàm acceptaverint jurare debent, ſe benè fideliter, bona fide, & ſine fraude æſtimaturos. Vide ibi.

13 Limita in Æſtimatoribus electis à Publico, qui in principio eorum officii jurarunt.

14 Limita ſecundo, quando electi fuerunt à Par-

Partibus. Sublimit. num.15.
16 Juramentum à Peritis, & Æſtimatoribus in
Cutia præſtatur ſolùm in actu, quo relatio,
& petitia in actis exhibetur.
17 Merces Æſtimatoribus debetur.
18 Merces Æſtimatori debetur ab eo, cujus in-
tereſt, vel ad cujus inſtantiam Æſtimator
deputatus fuit à Judice.
19 Merces Æſtimatoti, vel Petito debetur de
tempore aperitionis peritiæ relationis, ſeu
petiriæ exhiberi ſolent ſigillatæ, nè quis
uti valeat ante ſolutionem mercedis n.19.
20 Æſtimatorum materiam ttactantes remiſ-
ſivè.

OBSERVATIO.

VEros rerum valor probatur judicio
Æſtimatorum, quibus tanquam Peri-
1 tis ſtandum eſt, juxta *Text. in l.hac edictali.*
A *§.His illud* ibi: *Juſtis pretiis æſtimatione habi-
ta per eos, quos utraque Pars elegerit, arbitros
judicaturos interpoſito ſacramento C. de ſecund.
nupt.* docent *Cagnol. in l.2.n.258. C. de reſcind.
vend.Maſcar.de probat. concluſ.654.n.1. & n.3.
Grat.diſcep.600.n.22.Poſt.de ſubbaſt.inſpect.47.
n.46.Giurb.in conſuetud. Meſſan.cap.10.gloſ.11.
num.3.idem Paſt.reſolut.124. nu.14. cum duob.
ſeqq.* ubi ſubdir, quod in hoc magis ſtatur Pe-
ritis, etiam nullam reddentibus rationem,
quam Teſtibus *Pigant. ad Statut. Ferrar.lib.1.
Rub.88.n.2.Rota cor.Seraph.dec.665.n.2.& n.7.*
Qui AEſtimatores, nedùm petiti, ſed etiam
probi, & inculpatæ vitæ, ac omni exceprio-
2 ne majores eſſe debent, nam licèt illi non di-
canrur Teſtes, nec ferre teſtimonium, ſed po-
tiùs habeant vim Judicis, nihilominùs omnis
exceptio, quæ repellit Teſtem, poteſt etiam
repellere AEſtimatores, ut firmat *Maſcard.d.
concluſ.654.n.7.cum ſeq.*

Eorum electio de Jure fir à Pattibus man-
dante Judice, ut clarè diſponitur in *dicto §.His*
3 *illud* ibique *Bald.n.3.*& tradunt *Cagnol.* ubi ſu-
pta *n.259. Giurb. loc.cit.nu.4.Poſt.d.inſpect.47.
n.47.Fenzon.ad Statut.Urbis lib.1.c.94.n.29.Ri-
dolphin.prax.par.1.cap.8.num.11.cum ſeqq.* ubi
tradit fotmulam judicii.

Partibus verò contumacibus, vel altera
earum contumace in eligendo exiſtente, runc
4 electio ad Judicem ſpectat *Pinell.in l.2.par.3.
cap.ult.n.4.C. de reſcind.vend.Aldovin. conſ.18.
n.8.Cyriac.contr.395.n.22.cum ſeq.Giur.loc.cit.
Fenz.*ubi ſup.*n.31. D.Pac.de loc.c.35. §.5.n.10.
& n.18.Rot.*penès *Poſt.de ſubbaſt.dec.24.n.6.*

Prout ad eundem Judicem ſpectat electio
Peritiotis, diſcordantibus tamen inter ſe
5 duobus AEſtimatoribus jam electis, nec con-
venientibus Partibus, aut contumacibus exi-
ſtentibus in illius electione, juxta ptaxim
trnditam à *Ridolph.* ubi ſup.*n.17.juncto n.120.
cum ſeq.Giurb.loc.cit.n.6.Fenzon.loc.alleg.n.32.
35.ac36.Poſt.d.inſpect.47.n.78.et in addit.n.24.*

Quod ſieri deber prævia citatione Partium
6 *Cagnol.loc.cit.nu.260.Ridolphin.* ubi proximè,
aliàs electio erit nulla, & vitiabirur relatio
Surd.conſ.452.num.36.cum ſeq. & proſequitur
D.Pacion.eod.§.5.nu.12.ubi n.16. ſubdir, ſanari
poſſe defectum citationis mediante inrima-
tione electionis ſubſecuta, vel aliter inducta
7 judicialiter ſcientia in Parte, & non recla-
mante, vel comparente coram Perito.

Advertendum, prædicta non procedere,
quando adſunt AEſtimatores à Publico de-
8 purati, quo caſu illi ſunt adhibendi, abſque
eo quod præcedat electio Partium, aut Judi-
cis, ut tradunt *Sola ad decret. Saband. lib.3.
tit.39.de forma, & ordin.obſerv.in pign.ſubbaſt.
& delib.bon.ſtabil.gloſ.3.n.6.Fenzon.loc.cit.Poſt.
d.inſpect.47.n.48.*

Et ſi unicus fuerit à Publico deputatus, ille
9 ſolus eſt adhibendus, ut docet *Menoch.de adi-
piſc.rem.5.n.162.circa fin.Grat.diſcep.235.n.67.*

Nec Æſtimatores à Publico deputati poſ-
ſunt recuſare præſtationem eorum operis in
10 æſtimatione, & ſi recuſent, compelli poſſent
omnibus juris remediis ad acceptandum, &
æſtimandum, ut docet *Munez.de ratioc.cap.8.
n.3.& 4. & Pigant.cit.rub.88.n.3.* Idemque
procedit in iis, qui licèt à Publico non fue-
rinr deputati, tamen acceptatunr electionem
11 in eorum perſonam, ſive à Partibus, ſive à
Judice factam; Secùs ſi non conſtet de acce-
ptatione, ut diſtinguendo firmant *Munoz.loc.
cit.n.5.cum ſeq.& Pigant.eod.n.3.* & ita quoti-
diè in Curia Romana practicatur, relaxando
gravatoriam contra Peritos contumaces
in tradendo eorum relationem, poſtquam ac-
ceptarunt.

Æſtimatotes electi poſtquam acceptave-
B rint munus, æſtimandi jurare debent, ſe be-
nè, fideliter, bona fide. & ſine fraude æſtima-
12 turos, ut diſponitur in *d. §.His illud* ibique
*Bald.ſub nu.2.& ſeqq.Cagnol.in d.l.n.2.258.C.de
reſcind.vendit.Maſcard.cit.concluſ.654.n.4.ver.
Sed quæro cum ſeq. Giurb.loc.cit.nu.8.Poſt.d.in-
ſpect.47.n.61.cum ſeq.Oter.de paſc.cap.15.n.24.
cum ſeq.* ubi ſubdit, quod tale juramentum
potiùs credulitatis, quàm veritatis eſt, quia
æſtimatio magis perſpicitur judicio intelle-
ctus, quàm ſenſu corporeo *Pigant. loc.cit.n.1.
juncto n.9.D.Pacion.de loc.cap.34.§.5.n.32.*

Sed ſi Æſtimatotes electi fuerint à Publico, &
in principio eorum officii juraverint, non te-
nentur in ſingulis illorum relationibus, & pe-
13 ritiis jurare, ut docet *Felin. in Cap.propoſuiſti
n.9. in fine verſ.Fallit quinto de probat.* quem
ſequitur *Carpan.ad Statut.Mediolan.lib.1.c.169.
n.3.& cap.170.n.13.Rot.in Avenionen.Salvia-
ni 26. Junii 1660. coram Meltio §. Nec refert.*

Prout etiam non tenentur, quando electi
14 fuerunt à Partibus, ut cum *Caſſan. & Hiero-
nym.de Monte* tradit *Carpan. d.cap.170. nu.14.
Gratian.diſcept.874. n.35.Pigant.loc.cit.nu.10.*
& diſtinguendo firmat *D.Pacion. loc.cit.n.33.
& 34.* ubi ſubdeclarat, procedere, quando
15 electio facta fuit ſponte à Partibus, ſecùs ſi
de mandato Judicis.

In Curia tamen Romana juramentum præ-
ſtatur ſolum in actu, quo relatio, & peritia
16 in actis exhibetur, ibi: *NN. Peritus medio
jura-*

Digitized by Google

juramento tactis &c. exhibet ejus relationem, ſicuti de ſimili ſtylo teſtatur *Pigant. loc. alleg. n. 10. verſ. Sed animadvertendum*.

Merces debetur æſtimatoribus, ſicut aliis C omnibus operam propriam præſtantibus *Car-*
17 *pan. ad Statut. Mediol. lib. 1. cap. 171. n. 1.* ab eo, cujus intereſt, vel ad cujus inſtantiam æſtimator deputatus fuit à Judice *Munoz de ra-*
18 *tioc. cap. 42. n. 6. cum ſeqq.* quem ſequitur *Pig. ad Statut. Ferrar. d. rubr. 88. n. 49.* & quidem de tempore aperitionis peritiæ, ſeu relationis,
19 ut advertit *Pigan.* ubi ſupra *nu. 48.* cum, ut plurimum, peritiæ exhibeantur ſigillaræ; Idque præſertim fieri ſolet, ne quis eâ uti valeat antè ſolutionem mercedis.

Cætera de æſtimatoribus vide apud *Carp. ad Statut. Mediol. tom. 1. cap. 169. cum. ſeqq. Poſt.*
20 *de ſubbaſt. inſpect. 47.* ibique *Addit. D. Pacion. de locat. & Conduct. cap. 34. §. 5. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 1. Rub. 88. & inf. Annot. ad Rub. 3. lib. 5.*

Quomodò quis recipiatur in ordinem Notariorum Civitatis Faven. & quod non deſcriptus in dicto ordine non valeat Notariatum exercere.

RUBRICA QUINQUAGESIMA PRIMA.

UT negocia hominum Civitatis, & Diſtrictus Faven. per Notarios (A) notos, & legales redigantur in ſcriptis, & ne de ipſorum Notariorum fide hæſitari contingar, ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus de cætero recipiatur, & admittatur in ordine, & matricula (B) Notariorum dictæ Civitatis, niſi fuerit oriundus in, & de dicta Civitate, vel ejus Diſtrictu, & in ea moram continuam trahat: Forenſis autem in dictum ordinem, & matriculam non admittatur, niſi in dicta Civitate continuè habitet, & immobilia in ea, & ejus Comitatu poſſideat, primoque admiſſus fuerit in Civem dictæ Civitatis, & in ejus Generali Conſilio, & deſcriptio de tali Forenſe aliter facta, ſit ipſo jure nulla. Et antequam quis deſcribatur in ordine, & matricula hujuſmodi, teneatur oſtendere Conſulibus, & Maſſario dicti ordinis privilegium ſui Notariatus, & idem Maſſarius eum deſcribendo, apponere debeat nomen, & pronomen talis Notarii, & locum, undè ortus ſit, & à quo ejus privilegium obtinuerit, & Conſules, & Maſſarius dicti ordinis aliter facientes, incidant, & incidiſſe intelligantur ipſo jure in pœnam lib. viginti bonon. Volentes, ſtatuentes, & decernentes, quod qui non fuerit deſcriptus in dicta matricula, & in ordinem prædictum admiſſus, & receptus, non poſſit, etiamſi privilegium haberet ab aliquo, hujuſmodi Notariatus munus exercere in dicta Civitate, & Comitatu, nec ejus inſtrumentis, & ſcripturis aliqua fides in judicio, vel extra. Poſſint tamen Notarii Dominorum Officialium S. R. E. & Domini Poteſtatis, & Officialium Communis Faven. ad id aſſumpti, licèt eſſent forenſes ſcribere, & in publicam formam redigere omnes, & ſingulas ſcripturas ad officium maleficiorum ſpectantes, in caſibus tamen, in quibus tales Officiales de hujuſmodi maleficiis cognoſcere poſſunt.

SUMMARIUM.

1 NOtarii ſunt publici Scriptores contractuum, & ultimarum voluntatum.

2 Notarii ſervire tenentur omnibus, rogando inſtrumenta ad requiſitionem petentium, aliàs recuſantes requiſiti tenentur ad intereſſe, niſi concurrat juſta cauſa.

3 Notarius de dolo, lata, levi, & leviſſima culpa an, & quando teneatur, remiſſivè.

Notarius corrigere, & emendare an, & quando poſſit errorem in inſtrumento, remiſſivè num. 3.

Notarii officium eſt vile. nu. 4.

4 Notarii officium non eſt vile, & abjectum, ſed honorabile, ac nobile, & inſigne, titulo Clariſſimi decoratum, dùm lex de eo tantùm confidit, ejuſque inſtrumento tantam tribuit auctoritatem.

5 Infames non poſſunt eſſe Notarii.

Inventum eſt Officium Notarii ad Comprobationem veritatis. n. 5.

Ex imperitia Notariorum plurima damna, & multarum litium occaſio oritur. n. 5.

Ex fide Notariorum torum pondus Cauſarum, contractuum, & ultimarum voluntatum dependet. n. 5.

Epiſcopus examinare poteſt Notarios, etiam auctoritate Apoſtolica, Imperiali, & Regia creatos, eoſque idoneos non repertos, vel delinquentes in officio ſuſpendere. n. 5.

Juramentum à Notario præſtari debet juxta formulam, de qua remiſſivè. n. 5.

Eligi debent ad Officium Notarii fide digni, ac fidelitatis, & veritatis amantiſſimi n. 5.

6 Examine rigoroſo præcedente tàm circa honeſtatem natalium, ætatem, & ſcientiam, quàm circa qualitates perſonales, aliis ſervatis de quibus ibi, deveniendum eſt ad collationem privilegii Notariatus.

In creatione Notariorum, quæ ſervanda ſint. num. 6.

7 Deo militantes non debent ſæcularibus negotiis ſe immiſcere.

Clericis in Sacris Conſtitutis prohibitum eſt Notariatus officium exercere. n. 7. Vid. n. 8.

8 Sa.

Digitized by Google

8 Sacerdotibus prohibitum eſt Notatiatus officium exercere. Vide ibi.

Actuarii officium in foro Eccleſiaſtico an Clericus, vel Sacerdos exercere valeat n.8.

9 Liber, in quo deſcribitur ſeries quorumdam hominum, dicitur matricula.

Liber Collegii Notatiorum, in quo deſcribuntur Notarii, appptllatur matricula. n.9.

10 Statutum diſponens, quod Notarius non matriculatus in Collegio Notariorum Civitatis non poſſit rogare inſtrumenta, alioquin ſint nulla, valet. *Decl.n.*12. *&* 19.

11 Defectus matriculationis Notarii debet concludenter probari ad effectum annullandi inſtrumentum.

Archiviſtæ atteſtatio circa diligentiam factam in Archivio pro reperienda deſcriptione Notarii in matricula non probat negativam, quando marricula apparet ſquinternata, & habet ſolia lacerata. n.11.

12 Staturum forenſes non ligat.

13 Inſtrumenta rogata à Norario non matriculato juxta diſpoſitionem Staturi, valent quando illa publicè in eodem loco ſpatio plurium annorum ſe rogavit de variis inſtrumentis, cùm communis error validet inſtrumenta rogata.

14 Maximè ſi lapſi ſint triginta anni à die rogitus.

Deſcriptio in matricula Notariorum præſumitur per lapſum triginta annorum n.14.

15 Inſtrumenta rogata à Notario, Apoſtolica, vel Imperiali auctoritate creato, valent, quamvis deficiat matriculatio, à Statuto requiſita, & n.18.

Notarii Apoſtolica, vel Imperiali auctoritate creati ubique locorum rogare poſſunt. num.15.

16 *Statutum Urbis lib.*1. *cap.*31. diſponens circa matriculationem Notariorum quando locum habeat.

17 *Bulla* JULII II. *la* 25.§.6. quid diſponat circa matriculationem Notariorum.

19 Notarius ad Collegium Notariorum Curiæ Capitolinæ à Papa admiſſus rogare valet, etiamſi non fuerit deſcriptus in matricula Notariorum.

Matricula Notariorum Curiæ Capitolii in deſſuetudinem abiit. n.19.

20 Notarius crearus à Collegio Protonotariorum de numero participantium rogare non poteſt, quoties non fuerit deſcriptus in matricula Notariorum.

21 Notariis creatis à Collegio Scriptorum Archivii Romanæ Curiæ conceditur facultas rogandi in Urbe, ejuſque Diſtrictu, preſtita fidejuſſione de ſatisfaciendo omnibus contentis in Bannimentis Archivii Urbani.

Atteſtatio Archiviſtæ probat adimplementum. n.21.

OBSERVATIO.

TAbelliones, ſeu Notarii ſunt, prout olim erant, contractuum, & ultimarum vo-
A luntatum publici Scriptores *leg. Contractus*
1 17.*ff. de fide inſtrument. Gonzalez Tellez in c.*1.
*n.*8.*de fide inſtrum. Gibalin.de univ.rer.human.*
*negotiat.to.*2.*lib.*6.*cap.*3.*art.*10.*n.*3. qui omni-
bus tenentur ſervire rogando inſtrumenta
ad requiſitionem cujuſcunque petentis, alias
2 recuſantes requiſiti tenentur ad intereſſe, niſi
concurrat juſta cauſa recuſationis, ut firmat
*Conciol.ad Statut.Eugub.lib.*2.*Rubr.*35.*nu.*3 *&*
*Fragoſ.de Regim.Reip.par.*1.*lib.*5.*diſp.*13.§.11.
*n.*271. ubi *num.ſeq.* latè, & egregiè examinat
an, & quando Notarius teneatur de dolo,
3 lata, levi, & leviſſima culpa, & quando poſſit
emendare, & corrigere errorem in inſtru-
mento, quæ etiam examinantur *à Gibalin.*
*loc.cit.ſub n.*17.*cum ſeq.*

Eorum officium non eſt vile, & abjectum,
ex quo Tabellio ſit ſervus publicus, prout
4 aliqui erroneè voluerunt, & præ cæteris *Leo*
*theſaur.for.Eccleſ.cap.*35.*nu.*5. ſed honorabile
juxta illud *Eccleſiaſt.cap.*10.*nu.*5. ibi, *& ſuper*
faciem ſcribæ imponet honorem, ac nobile, ut
probatur ex *Bulla* MARTINI V. *la* 9. §.5.
ibi. *Et ut officii veſtri liberior, & fætilior ſit*
exercitatia, Nardum de Euſtachiis, & Nicolaum
de Mutiis Nobiles Viros; Cives Romanos Nota-
rios veſtri officii eâdem auctoritate facimus, &
*ordinamus, in Bullar.nov.to.*1.& relato *Martin.*
à Coſta in ſuo libello de ſtyla domus ſupplicatio-
*nis annat.*21. *cum ſeq.* tradit *Fragoſ.* ubi ſupra
*n.*294.*in fine*, inſigne, cum titulo Clariſſimi à
Juſtiniano Imperatore fuerint decorati in *Aut.*
ut ſine probibit. Matres &c. circa finem, & latè
comprobat *Amaya in leg.univerſos nu.*6. *cum*
ſeq. ubi advertit, improprium eſſe, Notarium
vilem cenſeri debere, dùm lex de eo tantùm
confidit, & ejus inſtrumento tantam tribuit
auctoritatem, undè in adeò gravi ejus mu-
nere non debet perſona vileſcere, & prius
dixit *Cicero lib.*3.*in Verr.cap.*70.*ſeu act.*8. ibi:
Scribarum ordinem eſſe honeſtum, quod eorum
hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque Ma-
giſtratuum committantur.

Et hinc ſicuti infames non poſſunt eſſe
Notatii, cùm eorum officium unicè inven-
5 tum ſit ad comprobationem veritatis, & ex
fide eorum totum pondus Cauſarum, contra-
ctuum, & ultimarum voluntatum dependeat,
ità ſcientia præditi, & fide digni, ac fideli-
tatis, & veritatis amantiſſimi eligi debent,
*Fragoſ.loc.cit.n.*295. & tales judicentur, qui
probabiliter ſervaturi ſint juramentum, quod
præſtant, cujus formula regiſtrara repe-
ritur penes *Nicolium in Floſcul. in verbo*
*Notarius ſub n.*2. ex eorum imperitia plurima
damna, & multatum litium occaſio oriuntur,
ut animadvertit *Sac. Conc.Trid.ſeſs.*22.*cap.*10.
de Reformat. ubi hac ratione ſancitum eſt,
Epiſcopos quoſcunque Notarios, etiamſi Apo-
ſtolica Imperiali, aut Regia auctoritate creatos
etiam tanquam Delegatos Sedis Apoſtolicæ exa-
minatione adhibita eorum ſufficientiam ſcrutari,
illiſque idoneis non repertis, aut quandocunque
in officio delinquentibus, officii eorum in nego-
tiis, litibus, & cauſis Eccleſiaſticis, ac ſpiri-

tua-

*tualibus exercendi uſum perpetuò, aut ad tem-
pus prohiberi, neque eorum appellatia interdi-
ctianem Ordinarii ſuſpendat:* Undè meritò non
niſi præviis ſuperlativis diligentiis, & rigo-
6 roſo examine, tàm circà qualitates perſona-
les ad collationem privilegii Notariatus de-
veniendum eſt, quod agnoſcens *Congregatio
Reformationis Tribunalium Urbis* id valdè ne-
ceſſarium eſſe, de anno 1679. decrevit. *Et
quoniam magna eſt fides, quæ Notariis præſta-
tur, ideòque omnis ratio poſtulat, ut illi ſint Viri
ſufficienti peritia, morum probitate, ac boneſti-
bus natalibus præditi. Hinc proviſum, ac de-
cretum eſt (ſi Sanctiſſimo placuerit) ut omnes ha-
bentes privilegia, & facultates creandi Nota-
rios, cujuſcunque ſint ſtatus, conditionis, & di-
gnitatis, quamvis expreſſa, & ſpeciali nota digni,
& ſive ſint perſonæ ſingulares, ſive Callegia, &
Univerſitates, firmis remanentibus eorum pri-
vilegiis, & facultatibus, eo modo, quo com-
petunt, atque hactenus competere conſueverunt,
non poſsint in Urbe, & Diſtrictu dicta privile-
gia, & facultates exercere, atque Natarios
creare, niſi prius, mado, quo infra, legitimè
eis conſtiterit, quod illi, qui creandi ſunt Na-
tarii, legitimis, honeſtiſque natalibus, boniſ-
que maribus præditi ſint, adeòut non ſint inqui-
ſiti, neque contumaces, ac etiam in ætate ſaltem
annorum vigintiquinque conſtituti; Necnon
quod ſaltem per ſex menſes continuos, & non
interruptas, in Urbe apud aliquem ex Notariis
publicis Auditaris Cameræ, vel Rotæ, vel Ca-
meræ Apoſtolicæ, ſeu Vicarii, aut Capitolii
verè fuerint verſati pro addiſcenda praxi, &
peritia conficiendi inſtrumenta, dictaque termi-
na ſex menſium completo, cum vero, & effectivo,
ac rigoroſo examine, tenendo coram Decana, vel
alio Deputato illius Callegii, qui Notarium
creare debet, aut coram Auditore Cameræ, ſeu
Camerario, cum interventu duorum Procurato-
rum de Collegio, ac duarum publicorum Nota-
riorum Urbis, habentium officium proprium,
dummodò non ſint illi Notarii, apud quas ipſi
examinandi verſati ſint, approbati fuerint tan-
quàm idonei, dictaque approbatio debeat ſubſcri-
bi ab iis, qui ut ſupra interveniunt in examine,
atque aliàs actus habeatur pro invalido, perindè
ac ſi geſtus non eſſet, illeque aliàs creatus nulla-
tenùs pro Notario habeatur, atque tàm illi, qui
Notarios, citrà iſtam formam creaverint, quàm
ipſi creati pœnas incurrant arbitrio Sanctiſſimi
etiam amiſſionis privilegii.*

Prædictumque *Decretum Congregationis à
Summo Pontifice* eodem anno, ne dum con-
firmatum fuit, ſed etiam illud extenſum ad
totum Statum Eccleſiaſticum, ibi: *mandavit
per univerſum Statum obſervari debere decre-
tum contentum ſub titulo de Notariis n.5. ſuper
forma creandi Notarios, cum declaratione, quod
ea, quæ ſtatuta ſunt circa praxim, & examen
in Urbe, in Legationibus Bononiæ, Ferrariæ,
Æmeliæ, ſeu Romandiolæ, & Urbini, ac etiam
in Provincia, ſeu Gubernio Marchiæ, ſeu Ma-
ceratæ, praxis debeat ſequi in ipſa Civitate Me-
tropoli, ſeu reſidentiali Cardinalis Legati, &
Gubernatoris reſpectivè, ibique examen haberi
coram ipſo Legato, vel Gubernatore, ſeu aliquo
ab eo deputando, & coram duobus probatis Cu-
rialibus, & duobus probatis Notariis, pariter
ab eodem Legato, vel Gubernatore deputandis,
adeòut in reliquis ſervetur eadem forma;* &
mediante ejus Bulla fuit una cum aliis decre-
tis corroboratum.

Quamvis officium Tabellionum non ſit vi-
le, & abjectum, ut ſupra firmatum fuit, ad-
hùc quia videtur ſpecies negotiationis, ac ſæ-
culare, &. publicum munus, cum Tabellio di-
catur ſervus publicus, & qui *Deo* militant,
non debent negotiis ſæcularibus ſe immiſce-
7 re, ab Innocentio III. prohibitum fuit Cle-
ricicis in Sacris Conſtitutis Tabellionatus
officium exercere *in Cap.Sicut* ibi: *mandamus,
quatenùs Clericis in Sacris Ordinibus conſtitutis
Tabellionatus Officium exercentibus per Benefi-
ciarum ſubtractionem appellatione poſpoſita in-
terdicas, ne Cleric. vel Monac. ibique Gonzalez
Tellez ſub n.2.circa finem & Barboſ.* An autem
diſpoſitio ejuſdem *Cap.* procedat tàm in Sa-
8 cerdotibus, quàm in omnibus Clericis, &
tàm in Beneficiatis, quàm in non Beneficia-
tis, & etiam in Foro Eccleſiaſtico inibi exer-
cendo officium Actuarij vide *Fagnan. & Bar-
boſ.ibidem Amaya in l.Univerſos 15. n.23.cum
ſeq. C. de Decurion.lib.10. Sanchez conſil.moral.
vol.2.lib.6.cap.7.dub.5.Covar.pract.cap.19.n.8.
cum ſeq. & Farinac. fragment.in verbo.Clericus
par.1.Leo Theſaur.for.Eccleſ.cap.35.num.4.cum
ſeq.* plenè *Panimoll. dec.40.nu.24.cum ſeq.* In
Bannimentis tamen *generalibus ſuper Archiviis
Status Eccleſiaſtici* publicatis *ſub die 2.Februa-
rii* 1675.de ordine *Eminentiſſimi Camerarii in
cap.42.* diſpoſitum legitur: *Si ricorda à Preti,
& à qualſivoglia Perſona Eccleſiaſtica tanto Se-
colare, quanto Regolare, che prima della pu-
blicazione del preſente eſercitavano il Notaria-
to, che non s'ingeriſchino in modo alcuno in
farlo, e continuarlo (eccettuando però li Parochi,
quant'all'ultime volontà, e gl'altri quoad pias
Cauſas tantùm (venendogli proibito da Sacri Cano-
ni, come inconveniente allo ſtato Clericale, altri-
mente daranno occaſione di procedere contro di
loro per le pene cominatcli da detti Sacri Canoni.*

In Urbe, hujuſmodi prohibitio non pro-
cedit propter Summi Pontificis conſenſum,
& tantæ Curiæ dignitatem, ut aliis relatis
limitat *Barboſ.in cit.cap.Sicut n.8.*

Matricula dicitur ille liber, in quo deſcri-
9 bitur ſeries quorundam hominum, ut ait *Car-
B pan.ad Statut.Mediolan.to.1.cap.378.n.1.* Undè
liber Collegii Notariorum, in quo deſcri-
buntur Notarii appellatur matricula, ut do-
cet *Carpan.d.to.1.cap.375.nu.1.Conciol.ad Stat.
Eugub.lib.2.Rubr.35.n.16.*

Diſponente Statuto, quod Notarius non
matriculatus in Collegio Notariorum Civi-
tatis non poſſit rogare inſtrumenta, alioquin
10 ſint nulla, valet, & inſtrumentis rogatis à
Notariis non matriculatis nulla fides præ-
ſtan-

ſtanda eſt, ut reſpondit *Natt.conſ.672.nn.46. cum duobus ſeq. Adden.ad Rot. in rec.deciſ.119. n.22.cum par.4.to.2.* ubi etiam *n.24.* firmat, quod negativa deſctiptionis debet conclu-
11 dentet probari, nec ea dicitur probata ex atteſtatione Archiviſtæ circa diligentiam factam in Atchivio, dum notula, ſeu matricula apparet ſquinternara, & habet folia lacerata *Rot.diverſ.dec.103.n.16.par.2.in rec. dec.61.n.23.cum ſeq.par.8.*

Non obſtante munimine juramenti, quia licèt ſuper eo Statuentes Laici, nec directè, nec indirectè poſſint ſtatuere; Attamen cum Statutum tangat dumtaxat perſonam Notarii, & probationem inſtrumenti ab eo rogati, quot es illud eſt nullum, & non probat, nec ex eo probatur præſtatio juramenti, ut de Conſtitutione Ladislai reſpondit *Rot. coram Birbio dec.23. n.9.cum ſeq.* juncta *dec.91.nu.5. cum ſeq.* repetita *in rec.dec.92.par.9.*

Sed procedit quoad Notarios ſubditos ju-
12 riſdictioni ſtatuentium, non autem quoad foreuſes, etiam ſtipulantes inſtrumenta in Civitate, qui non ligantur Statuto, utpote non valente diſponere de perſona non ſubdita, ut pleniſſimè reſponderunt *Marcabrun. ab Angnil.conſ.58.per tot.Caſt.conſ.326.lib.2.Sur. conſil.257. Andreol.controv.312.n.1.Conciol.alleg.civil.& crimin.67.n.1.cum ſeq.*& latiſſimè *Rot.div.d dec.103.n.13.cum ſeq.& per tot.*

Prout etiam non procedit ſi ageretur de Notario, qui publicè in eodem loco ſpatio plurium annorum ſe rogaverit de variis in-
13 ſtrementis, quo caſu communis error validat inſtrumenta ab ipſo confecta, quamvis alioquin ob defectum matriculationis poſſent cenſeri nulla, ut concordantibus relatis, & diſtinguendo firmat *Conc.loc.cit.n.5.*

Eòque minùs exceptio non deſctiptionis in matricula obſtare poterit, ſi lapſi ſint 30.
14 anni à die rogitus inſtrumenti, dùm tunc præſumatur interveniſſe deſcriptionem tanquàm ſolemnitatem extrinſecam, ut in ſpecie reſpondit *Conciol.loc.alleg.n.4.* ubi ſubdit, eò magis procedere, ſi concurrat etiam obſervantia, *& idem ad Stat.Eug.lib.2.Rub.36.n.35.*

Paritetque non habet locum diſpoſitio *Statuti*, quando agitur de inſtrumento rogato à Notario, Apoſtolica, vel Imperiali au-
15 ctoritate creato, cujus facultas, ſeu privilegium non poteſt limitari, reſtringi, aut tolli à Statuto loci, ſuperiorem recognoſcentis, cum ubique locorum valeat rogare, ut reſpondit *Surd.cit.conſ.257.n.11.Conciol.*ubi ſupra *num. verſ.Quod quidam.Marta de juriſdict. par.4.centur.1.caſ.87.n.6.cum ſeq.& Rot.in alleg.dec.103.n.1.cum ſeq.*

Hinc non obſtante *Statuto Urb.lib.1.c.31.*diſponente, quod nullus Notarius creatus a quo-
16 cunque quavis facultate fulgente, poſſit officium Tabellionatus, ſeu Notariatus in Urbe exercere, aut de quibuſvis ultimis voluntatibus rogare, aut quovis modo inſtrumenta conficere, niſi fuerit in matricula Notariorum Urbis, quæ penès Secretarium Conſervatorum retinetur deſcriptus, & annotatus, & qui contrafecerit, ipſo jure falſi pœnam incurrat, & tanquam falſarius puniatur, & nihilominùs geſtis per eum, nulla omninò, nec in judicio, nec extra fides adhibeantur; exceptis iis, qui in matricula Archivii Romanæ Curiæ fuerint deſcripti, & Notariis aliorum Tribunalinm Urbis, cujus verba reaſſumit *Adden.ad Rot.d.dec.119. n.12.par.4.to.2.& Rot. cit.dec.61.n.9.cum ſeq.par.8.*

Ac non obſtante *Bulla* Julii *II.in Bullar. IX.*
17 *la 15.§.6.*diſponente, ibi: *Teneantur omnes alii Notarii legitimè creati, & pro legitimis habiti, qui in Urbe, & Curia exiſtant cujuſcunque conditionis fuerint, qui officium Tabellionatus exercere intendunt, quibus licere volumus, de quibuſvis inſtrumentis poſſe rogari, dummodò anteà per dictos Correctores examinati, & in Archivio, velut in matricula, deſcripti, & pro legalibus, & authenticis approbati fuerint; Aliàs niſi examinati, deſcripti, & approbati extiterint, ut præfertur de aliquibus contractibus in Urbe, vel ejus ſuburbiis ad decem milliaria circa Urbem, aut Curiam præfatis rogari nequeant, & ſi rogàti fuerint, ut falſarios puniri volumus, & eorum notis nullam fidem in judiciis, aut extra adhiberi*; Adhùc inſtrumenta, & teſtamenta rogata à Notario à Papa creato, qui nulla
18 alia deſcriptione, & approbatione, egent, valent, quamvis matriculatio, ſeu deſcriptio prædicta deficiat, ut advertit *Adden.ad dict. dec.119.n.17.Feuzon.ad d.cap.31.Statuti Urbis n.9.verſ. Secùs autem*, vel etiam à Notario ad Collegium Notariorum Curiæ Capitolinæ à
19 Papa admiſſo, juxta formam *Conſtitutionis* SIXTI V. qui pariter non eget alia deſcriptione, ut reſpondit *Feuzon.ad Statut.Urb.d. cap.31.n.5.cum ſeqq.* ubi etiam *n.10.* teſtatur, matriculam Notariorum Curiæ Capitolii in deſuetudinem abjiſſe; ſecùs verò ſi agatur de inſtrumento rogato à Notario, ab inferiore
20 creato, nam tunc non valet, deficiente deſcriptione prædicta, ut de inſtrumento rogato à Notario creato à Collegio Protonotariorum de numero participantium *Feuzon.ad Statut.Urb.d.cap.31.n.6.cum ſeqq.*& reſpondit *Rot.d.dec.119.n.4.cum ſeqq.ibique Adden.n.14. & cit.dec.61.n.21.cum duob.ſeqq.*

Advertendo, quòd hodiè Notariis creatis à Collegio Scriptorum Archivii Romanæ Curiæ conceditur facultas rogandi in Urbe,
21 ejuſque Diſtrictu, præſtita fidejuſſione de ſatisfaciendo omnibus contentis, *in Bannimentis Archivii Urbani*, de quorum adimplemento dicitur conſtare ex atteſtatione publica Archiviſtæ, ut reſpondit *Rot. coram Eminentiſſimo Cerro deciſ. 598. num. 4. verſ. Quoniam.*

Digitized by Google

Quod Notarii teneantur inſtrumenta quæcunque in publicam formam edere eis, quorum intereſt, & eos ipſi Notarii ad ea relevenda cogere poſſint.

RUBRICA QUINQUAGESIMA SECUNDA.

STatuimus, & ordinamus, Notatios Civitatis, & Diſtrictus Faven. quandocunque fuerint requiſiti ab eis, quorum intereſt, teneri inſtrumenta quæcunque à ſe rogata in publicam formam diligenter, & abſque mora elevare (A) & eis edere, ſoluta tamen ab eis eorum competenti, & juſta mercede, in ſuperioribus Sratutis declarara. Poſſint quoque ipſi Notarii, etiam non requiſiti cogere (B) ipſos contrahentes, & alios quoſcunque, ad quos inſtrumenta à ſe rogata, ſpectant, ad relevandam inſtrumenta quæcunque, ſcripturas, & præcepta à ſe facta, & cómpleta, & ad ſolvendam ipſiſmet Norariis dictam eorum mercedem, & in prædictis procedi poſſint, & debeant per Iudices ſuper his aditos ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & ſola facti veritate inſpecta, & nullo juris ordine ſervato. Et prædicta etiam obſerventur, & obſervari debeant etiam in Notariis elevantibus inſtrumenta Notariorum defunctorum, videlicèt in filiis, nepotibus, & deinceps deſcendentibus maſculis de agnatione dicti Notarii defuncti, qui tamen ſint Notarii dictæ Civitatis, & in ea exerceant Notariatus officium, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 NOrarius tradere renetur inſtrumenta quotiès requiritur, & ſi non tradat poteſt cogi à Superiore, & ei pœna imponi.
2 Norarius cogere non poreſt Partes, ut relevent inſtrumentum, & ſibi mercedem pro relevatione ſolvant. Limit.n.4.& 5.
3 Quod maximè procedir in Urbe, ſtante diſpoſitione *Bullæ* PAULI V. Lim.n.4.& 5.

OBSERVATIO.

A NOtarius requiſitus à Partibus tenetur
rradere inſtrumenta, & quatenùs re-
1 cuſet, poreſt cogi à ſuperiore, & ſi non pa-
reat, privari valer officio Tabellionatus, vel imponi ei pœna arbitraria, ur tradit *Carpan. ad Statut.Mediolan.cap.*330.*n.*7. ubi *nn.*10. limirat quando ſit legitimè impeditus *Narb. ad ll.Recompilat.lib.*4.*tit.*25.*leg.*35.*gloſs.*3.*n.*1.
Non poteſt tamen Notarius è converſo cogere Partes, ut relevent inſtrumentum,
2 & ſibi mercedem pro relevatione ſolvant, ea
B ratione, quia nemo debet pro alio laborare eo invito, & nemo cogitur invitus ratas habere operas, ut reſpondit *Bocc.conſ.*27.relatus *à Surd.conſ.*66.*n.*4. plenè *Zacch. de Salar.q.*78. *n.*7.*cum ſeq.* Quod eò magis procedit in Urbe, ſtante diſpoſitione *Bullæ ſa:me:* PAULI V.
la 71.*tit.de Notariis Tribunalium Urbis n.*47.
3 ibi: *Neminem tamen poſſint conſtringere ad accipienda inſtrumenta publica, vel eorum exempla, niſi ita ipſis contrahentibus, aut aliàs intereſſe habentibus placuerit.* Dummodò pars
4 ſibi edi non poſtulaverit *Jo: à Platea in leg. final.n.*4.*C.de princ.agen.in reb.lib.*12.declarat *Zacch.ubi ſupra n.*11.*cum ſeq.Carpan.ad Statut. Med.lib.*1.*c.*335.*n.*6. vel niſi aliter ejus labor pro rogitu non remuneretur, in quibus ter-
5 minis loquitur *Aretin.in* §.*cum autem num.*8. *Inſtit. de adopt.* & alii allegati in contrarium à *Surd.cit. conſ.*66.*eodem nn.*4.*verſ.Contrarium tamen;* Quod dici non poteſt quando recepit mercedem pro rogitu, ut advertit *Zacch.loc. cit.in fine.* Nec diverſimodè practicatur in Civitate *Faventiæ*, non obſtante diſpoſitione *Statuti, & Conſtitutione Ægidiana lib.*2.*c.*49.

ADDIT. AD RUBR.LI. LIB.III.

SUMMARIUM.

1 NOtarius cogere non poteſt partes, ut relevent inſtrumentum rogatum.
2 Examinandi ſunt Notarii antequam profeſſionem exerceant.
Tabellionum multa remiſſivè n.2.

*Num.*1. Notarius non poreſt cogere partes, ut relevent inſtrumentum, de quo fuit rogatus,
1 ut dixit *Rot.cor.Ubald.dec.*713.*n.*4.*cum ſeq.*
*Num.*6. Notarii exactè examinandi ſunt, ne eorum ignorantia * totus Mundus litibus
2 repleatur, ut advertit *Laguncz de fructibus par.*1.*cap.*19.*num.*44. ubi multa de Tabellionibus.

De ſeptis, & protocollis Notariorum abſentium.

RUBRIGA QUINQUAGESIMA TERTIA.

ORdinamus, & ſtatuimus, quòd inſtrumenta, rogationes, & protocolla quæcunque Notariorum abſentium Civitatis Faven. eorum abſentia durante, elevari poſſint, & tranſumi abſque aliqua commiſſione, vel delegarione, per eorum Patrem, filium, ſeu per fratrem, Patruum, aut nepotes de eadem agnatione, qui tamen ſint Notarii matricu-

lati in ordine, & matricula Notariorum dictæ Civitatis; Et ipſis non extantibus, per habentem auctoritatem ad id à Magnificis Dominis Antianis, pro tempore præſidentibus, & à Sindico Communis dictæ Civitatis. Et quod diſpoſita in ſequenti proximè Statuto ſub Rub. De ſeptis, & protocollis Notariorum defunctorum, quoad conſervationem, & non exportationem eorum de dicta Civitate, obſerventur, & locum habeant in omnibus, & per omnia, prout in dicto Statuto continetur.

SVMMARIVM.

1 ARchivia instituta fuerunt in Statu Eccleſiaſtico à SIXTO V. & ſubindè publicata ab *Eminentiſſimo Cardinali Camerario Bannimenta, & Ordinationes.*

2 Notarii tenentur aſportare ad Archivium copiam cujuslibet Inſtrumenti rogati infrà terminum quindecim dierum, ſub pœna non præſtationis fidei.

3 Inſtrumentum non archiviatum non reconvalidatur poſt terminum aſſignatum archiviaturæ, dùm interim nullitas deducta eſt in judicium.

4 Sed recurrendum eſt ad *Signaturam Gratiæ*, ſi excedat ſummam ſcutorum mille.

5 Sanatio nullitatis Inſtrumenti ob defectum archiviationis concedi poteſt ab *Eminentiſſimo Camerario*, vel ab *Illuſtriſsimo Archiviorum Præfecto* infra ſumam ſcutorum mille.

6 Inſtrumento non archiviato fides præſtatur, quando concurrit legalitas Notarii, & ceſſat ſuſpicio fraudis.

7 Inſtrumenta, & Protocolla Notarii defuncti aſportari debent in Archivium.

8 Inſtrumenta, & protocolla Notarii abſentis deferri debent in Archivium.

OBSERVATIO.

ARchiviis per SIXTUM V. in toto Statu
Eccleſiaſtico inſtitutis, ut ex eius *Bulla*
la 63. & ſubindè publicatis ab *Eminen. Cardi-*
nali Camerario Bannimentis, & Ordinationibus
1 obſervandis, inutilis evaſit diſpoſitio hujus
Statuti, cùm quilibet Notarius teneatur
aſportare ad Archivium copiam cujuslibet
inſtrumenti rogati infra terminum quinde-
cim dierum à die ſtipulationis ſub pęna non
2 præſtationis fidei, ut diſponitur in *Banni-*
mentis iterùm publicatis *de anno* 1675. *die* 2.
Februarii §. 1. & dixit *Spada conſ.* 39. *n.* 1. *vol.* 1.
nec reconvalidatur, ſi poſtquam nullitas
3 deducta eſt in judicium, archivietur, ut pro-
ſequitur *Spad. d. conſ.* 39. *n.* 4. & faciunt tradita
per *Groſs. ad Conſtit. Pragm. Regn.* §. 2. *n.* 47. ſed
recurrendum ad *Signaturam Gratiæ*, ſi exce-
4 dat ſummam ſcutorum mille, nam infra ea
concedi poteſt ab *Eminen. Camerario*, & ab
5 *Illuſtriſs. Archiviorum Præfecto*, juxta *decre-*
tum Sac. Congregationis ſuper reformatione Tri-
bunalium Urbis, emanatum *de anno* 1679.
ſub tit. de variis proviſionibus n. 11. & à *Sum-*
mo Pontifice unàcum aliis approbatum, &
poſtea mediante Bulla particulari confirma-
tum, ibi: *Facultates Cardinali Camerario, &*
Præfecto Archiviorum competentes ſuper ſa-
natione defectus archiviationis, etiam poſt ac-
ceptatam nullitatem uſque ad ſummum ſcut. vi-
gintiquinque (ſi Sanctiſsimo placuerit) ad oc-
currendum calumniis, & ſubterfugiis, quæ ob
iſtam cauſam practicari ſolent, extenduntur
uſque ad ſummam ſcutorum mille, cum clauſu-
lis apponi ſolitis in ſanationum commiſsionibus
Signaturæ Gratiæ. Non poſsint autem à Iudi-
cibus, coram quibus Cauſæ introductæ ſunt,
atque productæ, vel repetitæ ſcripturæ, quas
prætenditur hoc defectu laborare, avocari, vel
inhiberi, ne in eis procedatur, ſed talis defectus
opponatur coram Iudice Cauſæ, tanquam nulli-
tas, vel exceptio ad tollendam fidem.

Concurrente tamen legalitate Notarii,
6 & ceſſante ſuſpicione fraudis non obſtante
defectu archiviationis præſtatur fides inſtru-
mento *Rot. in rec. dec.* 16. *n.* 4. *cum ſeqq. par.* 19.
coram Arguelles dec. 17. *nu.* 3. *cum ſeq.* Nec non
deferri, ſeu tranſportari debent in Archivio
omnia inſtrumenta, & protocolla, tam No-
7 tarii defuncti, ut diſponitur in eiſdem *Ban-*
nimentis cap. 3. ibi: *Che gl'Eredi, Succeſſori,*
e qualunque altra Perſona, tanto Eccleſiaſtica,
come Secolare, Chieſe, Collegj, Capitoli, Con-
venti, Monaſterj, Oſpedali, & altri luoghi pii,
e Perſone quelli rappreſentanti, e loro Superio-
ri, e Governatori, o in altro modo, che ſi chia-
mino, etiam conſtituti in qualſivoglia Dignità
Eccleſiaſtica, ò Secolare, & anco Giudici, No-
tarj, e Cancellieri, tanto civili, come crimi-
nali, che aveſſero appreſſo di ſe in qualunque
modo etiam per cauſa di liti, o per occaſione di
corpo di delitto, o con qualſivoglia titolo, etiam
oneroſo, ſcritture di Notari, altri Miniſtri ſudetti
già morti, e che alla giornata verranno à mo-
rire, ſiano tenuti, & obligati in termine di
dieci giorni doppo la publicazione del preſente
Bando, quanto alli morti, e del medemo tempo
doppo la morte di quelli, che per l'avvenire
moriranno, dare all'Archiviſta tutti li Proto-
colli, & inſtromenti da Notari, & altri ſu-
detti, rogiti, & ogn'altra ſcrittura ſpettante
in qualunque modo all'Officio di Notariato,
etiam, che ſiano teſtamenti ſigillati, ſotto la
pena di ſcudi 200. *da incorrergli ipſo facto in*
ogni caſo di contravenzione, da diſtribuirſi co-
me ſopra, & altre etiam corporali ad arbitrio
noſtro, e di detto Monſignore Perfetto, e circa
l'eſiſtenza di dette ſcritture ſi crederà all'Ac-
cuſatore col ſuo giuramento, e con un teſtimonio
degno di fede, e ſarà anco tenuto ſegreto, e pre-
miato ſecondo la qualità de'caſi, quàm etiam
8 Notarii abſentis, ut in dictis *Bannimentis*
cap. 6. ibi: *Che volendo alcun Notaro, che*
aveſſe rogato inſtromenti nello Stato Eccleſiaſti-
co,

co, andare ad abitare fuori d'eſſo Stato, non poſſa in modo alcuno portar ſeco alcun inſtromento originale da lui rogato, ancorche ne aveſſe date copie nell'Archivio, mà debba tutti li protocolli, & inſtromenti, ò ſcritture originali laſciargli nell'Archivio del luogo, dove ſaranno rogati, ſotto pena della privazione dell'Officio di Notariato, & altre etiam maggiori ad arbitrio noſtro, e di detto Monſignore Prefetto, e quanto alle mercedi dell'eſtrazioni, e modo di conſervare dette ſcritture, che da ſudetti ſi laſciano in Archivio, debba oſſervarſi quanto è preſcritto nel cap.4. col ritenerſi ſotto due chiavi, e poſſa l'Archiviſta darne le copie con la ſua publicazione, aſſegnandoli per mercede la porzione, che ſi ſuol dare nell'eſtrazioni di quelle de' Notari morti, ſin tanto che detto Notaro aſſente ſarà tornato; E ſe il detto Notaro, che dovrà andare fuori di Stato, non aveſſe Parenti, ò Perſona confidente, a' quali poſſa con ſicurezza laſciare la chiave, che a lui tocca, ſia tenuto laſciarla alla Communità, ò Priori, Maſſarj, ò in altro modo chiamati di quel luogo, ſotto pena della perdita della mercede, ò emolumento, la quale ſe non contraverrà, doverasſi per ſicurezza depoſitare come in detto cap. per conſegnarla poi nel ſuo ritorno à lui, ò à chi ſarà di ragione.

ADDIT. AD RUB. LIII. LIB. III.

SUMMMRIUM.

1 ARchivium in Urbe erectum fuit ab URBANO VIII. & ideò URBANUM nuncupatur.

2 Occultantes inſtrumenta, & protocolla Notiorum mortuorum incurrunt excommunicationem.

3 Diſpoſitio *Bullæ Archivii* non attenditur, quando conſtat de legalitate Notarii, & ceſſat ſuſpicio fraudis.

*Num.*1. In Urbe etiam erectum fuit Archivium ab URBANO VIII. URBANUM ideò nuncupatum, * ut ex Bulla erectionis, & aliis proviſionibus, & ordinationibus impreſs. penès *Deciſiones recollectas ad Card. de Luca ad relat. Curiæ Roman. p.51. cum ſeqq. vol.2. ſecundum impreſs. Lugdun.* ubi præſertim regiſtratur pœna excommunicationis * contra occultantes inſtrumenta, & protocolla Notariorum demortuorum, ut videre eſt ibid. *pag.*58.

*Num.*6. Bulla Archivii non eſt in uſu, quando conſtat de legalitate Notarii, * & ceſſat ſuſpicio fraudis, ut in terminis apocæ reſpondit *Rot. coram Ubald. dec.226.n.4.*

De Septis, & Protocollis Notariorum defunctorum.

RUBRICA QUINQUAGESIMAQUARTA.

UT rogationes, ſcripturæ, & protocolla, [A] Notariorum defunctorum, & eorum, qui in futurum deceſſerint, (B) cuſtodiantur, & conſerventur, neve occulentur, & lacerentur, ſtatuimus, & ordinamus, quod quandocunque aliquis Notarius Civitatis Faven. deceſſerit, quod ejus protocolla, & inſtrumenta quocunque juſſu, & mandato officii Magnificorum Dominorum Antianorum, qui pro tempore erunt, per eorum Scribam annotentur, & deſcribantur, & de eis invenrarium fiat, ſcribendo numerum inſtrumentorum talis Notarii, libros, filciaſque ejuſdem, eorumque cura, & elevandi facultas competat ipſius Notarii filiis, & hæredibus (C) uno, vel pluribus, exercenti tamen, & exercentibus publicè artem Notariatus in dicta Civitate Faven qui poſſit dicta inſtrumenta talis Notarii defuncti elevare auctoritate præſentis Statuti abſque alia licentia, dicto tamen inventario priùs confecto, & eorum perſona, ut infrà, approbata, & delato, & præſtito juramento dicto Notario per dictos DD. Antianos, ſe omnia inſtrumenta, & ſcripturas dicti defuncti deſcribi feciſſe in dicto inventario. Declarantes tamen, volentes, & ſtatuentes, quòd protocolla, & inſtrumenta cujuſvis Notarii defuncti, & ſeu qui deficiet, non poſſint deferri extra dictam Civitatem Faven. aliquo colore quæſito, etiam per hæredem ipſius Notarii defuncti, ſe conferentis ad habitandum, ſeu habitantis extra dictam Civitatem, nec per alium quemvis Notarium, etiam filium, nepotem, fratrem, aut aliter attinentem dicto defuncto, ſub pœna lib. centum bonon. ipſo facto incurren. ſi fuerit contrafactum, & quod reſiſti debeat per ipſos DD. Antianos ultra dictam pœnam cuicunque volenti dicta protocolla, ſcripturas, & inſtrumenta extra dictam Civitatem deferre. Volenteſque etiam, & declarantes, quòd Pater pro filio, & è converſo frater pro fratre, nepos pro patruo de agnatione maſculina nati, & è converſo, poſſint elevare, & in publicam formam redigere omnia, & ſingula inſtrumenta, præcepta, & quoslibet proceſſus, & ſcripturas, quæ reperirentur in ſeptis, rogationibus, & protocollis præmorientium, patrum, fratrum, filiorum, nepotum, patruorum, dùm tamen tales filii, patres, fratres, nepotes, & patrui ſint homines bonæ conditionis, & famæ, & non ſuſpecti, ac Notarii publici deſcripti in ordine, & matricula aliorum Notariorum dictæ Civitatis, & artem Notariatus in ipſa Civitate Faven. exerceant, & dummodò dictum inventarium medio dicto juramento primo confecerint, eorumque perſonæ approbatæ fuerint per dictos DD. Antianos. Si verò talis Notarius mo-

riens non habuerit aliquos filios, aut aliquem ex dictis attinentibus, qui ſit Notarius publicus; tunc mortuo tali Notario præfati DD. Antiani teneantur, & debeant omninò curare, quòd ejus inſtrumenta, & protocolla quæcunque deponantur penès Notarium publicum Faven. in dicto ordine, & matricula deſcriptum, & artem Notariatus in ea exercentem, legalem, & fide dignum, & per eos deputandum, & eligendum, dummodò talis eligendus ſit major annorum triginta, qui tamen non poſſit dicta inſtrumenta elevare, niſi primò habuerit, & habeat licentiam ad id ab ipſis DD. Antianis, & Sindico Communis Faven. pro tempore exiſtente. Et niſi primo medio dictò ſuo juramento conficiat inventarium ſcripturarum, protocollorum, & inſtrumentorum omnium talis Notarii defuncti per publicum inſtrumentum, & illud in publicam formam præſentet, & relaxet ipſis DD. Antianis, in quo ſint deſcripta dicta inſtrumenta diſtinctè, & eorum qualitates, & numerus, & niſi primò per eum præſtita idonea ſatiſdatione de conſervando dicta protocolla, & inſtrumenta, & de elevando ea perſonis in eis nominatis, vel quorum intereſt, fideliter ſub pœna apponenda arbitrio ipſorum DD. Antianorum. Et dimidia lucri exindè provenientis ſit ipſius Notarii, & alia dimidia detur, ſpectet, & pertineat hæredibus, uni, vel pluribus talis Notarii defuncti. Addentes, quòd ſi contigerit ex tali Notario ſic defuncto extare plures filios, nepotes, patruos, aut fratres, qui omnes, ſeu eorum pars ſint Notarii publici Faventiæ, ut ſupra deſcripti in dicto ordine, & dictam artem exercentes, tunc cura, & elevatio dictorum inſtrumentorum, & protocollorum ſpectet ad ſeniorem eorum, niſi aliter concordarentur ad invicem, vel niſi per Notarium defunctum in caſibus antedictis in teſtamento, vel codicillis appareret fuiſſe proviſum, quo caſu ejus voluntas debeat obſervari, dùm tamen perſona talis Notarii electi, & nominati per dictum defunctum in teſtamento, vel codicillis ejus, approbetur per dictos DD. Antianos, & alia ſupra præmiſſa fiant per eundem Notarium, ſic à tali Notario mortuo deputatum. Et quod præfati DD. Antiani teneantur prędicta omnia, & ſingula obſervare, & obſervari inviolabiliter facere, & in principio eorum officii jurare præſens Statutum omninò executioni mandare in omnibus, & ſingulis ejus partibus, & caſibus antedictis, omni exceptione remota, & ſit præciſum &c. Et quòd hæredes hujuſmodi Notariorum defunctorum teneantur facere, & curare, ita quod hujuſmodi rogationes, & protocolla maneant, & conſerventur in dicta Civitate Faven. nec extra deferantur. Ac prædicta omnia, & ſingula obſerventur, & fiant ſub pœna lib. vigintiquinque bon. in ſingulis Capitulis pręſentis Statuti appoſita, toties committenda, & cum effectu exigenda, quoties in quolibet prædictorum caſuum fuerit contrafactum. Et quod faciliùs prædicta exequantur: Volumus, & decernimus, dictos hæredes teneri infra decem dies, à die mortis dictorum Notariorum computandos, ad dandam in ſcriptis ſub eorum juramento notam dictarum rogationum integram præfatis M. DD. Antianis ſub eadem pœna.

SVMMARIVM.

1 PRotocollum Notarii acceptum olim fuit diverſis modis.

2 Protocollum Notarii accipitur pro illo codice, ſeu libro, in quo ex matriculis, ſeu imbreviaturis extenſa, & in nitidam formam ſcripta, & regiſtrata ſunt Inſtrumenta, à Notario rogata.

Copia, ſeu exemplaria Inſtrumentorum extrahuntur ex Protocollis n. 2.

3 Emolumenta ex Protocollis Notariorum defunctorum, vel abſentium tranſportata ad Archivium, quibus debeantur.

4 Emolumenta percepta, ſeu percipienda ex Protocollis Notariorum defunctorum in Archivio publico repoſitis, an debeantur Uxori uſufructuariæ, an hæredi ejuſdem Notarii defuncti.

Facultates Notarii hæredis in exemplandis Inſtrumentis defuncti remiſſivè.

OBSERVATIO.

PRotocollum Notarii diverſis modis olim
A acceptum fuit, ut dicam in *Annot. ad re-*
1 *col. me: Coccin. dec. 85. n. 4. cum ſeq.* Deo dante
imprimenda. Noſtris verò temporibus accipi-
2 tur pro illo codice, ſeu libro, in quo ex ma-
triculis, ſeu imbreviaturis extenſa, & in ni-
tidam formam ſcripta, & regiſtrata ſunt
inſtrumenta à Notario rogata, ex quibus
poſteà extrahuntur exemplaria tradenda
contrahentibus, vel aliis ea volentibus, ut
tradunt *Faber. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 16. deffinit. 24.*
Scacc. de judic. lib. 2. cap. 11. n. 562. Matth. de re-
gim. regn. Valent. cap. 10. §. 4. n. 21. & Donat. An-
ton. de Marin. var. reſol. lib. 1. cap. 196. n. 7.
Per *Bannimenta generalia Archiviorum*
B *Status Eccleſiaſtici* ſæpè publicata, & præſer-
tim *de anno* 1675. de ordine *Eminentiſſimi Car-*
dinalis de Alteriis S.R.E. Camerarii non minùs
fuit proviſum, quoad protocolla: & inſtru-
menta Notariorum defunctorum, ut in *cap. 3.*
cujus verba regiſtrata fuere in præcedenti
Annot. quàm quoad emolumenta exindè re-
3 trahenda poſtquàm delata fuerint ad Archi-
vium, ut in *cap. 4.* ibi: *In evento, che il No-*
taro, che hà fatto l'inſtromento foſſe morto, ò
aſſente dalla Provincia, & in maniera tale im-
pedito, che non poteſſe cavare detti tranſunti,
l'Archiviſta le poſſa, e debba dare con riſcuo-
terne la mercede intiera ſecondo la taſſa, ò ſolito
del luogo, dove ſi fa detta eſtrazione; E perche
ſin'ora per l'indennità degl'Eredi de' Notarj mor-

ti

ti s'è coſtumato di ritenere un libro nell'Archivio, dove dall'Archiviſta ſi doveſſero notare le mercedi, che nell'eſtrazione di dette ſcritture ſi ritraevano, ad ogni modo eſſendoſi viſto con l'eſperienza, che ciò non è ſtato, nè è ſufficiente à renderli ſecuri, per tanto vogliamo, che ſia lecito agl'Eredi ſudetti, cioè tanto à quelli, che ſin'ora hanno ſimili ſcritture in Archivio, quanto à quelli, che per l'avvenire ce le dovranno portare, e vi le riterranno, di riporle in una caſſa ſeparata, ò altro luogo, dove poſſa conſervarſi ſotto due chiavi, una delle quali debba rimanere preſſo detti Eredi, e l'altra preſſo l'Archiviſta: Avvertendo eſſi Eredi di trovar modo, che in caſo di loro aſſenza reſtino le chiavi preſſo perſona, che comodamente poſſa ſovenire al biſogno di chi avrà neceſſità, ò di vedere, ò far eſtraere copie ſotto pena della perdita dell'emolumento, & altre à noſtro arbitrio. Della mercede poi, che da dette ſcritture ſi ritraerà, vogliamo, che l'Archiviſta ritenutaſi la metà per ſua porzione, ſia tenuto dare l'altra agl'Eredi del Defonto, in qualunque modo, ò con qualſivoglia titolo, ſucceſſori, ò vero à chi legitimamente ſi doverà, e caſo che vi foſſero ſimili Scritture in Archivio non conſervate nel modo detto di ſopra per mancanza de' Padroni, vogliamo, che nell'eſtrazione delle copie, l'Archiviſta quanto alla porzione, che tocca à chi di ragione ſi deve, non trovandoſi queſti, la depoſiti nel termine di 24. ore nel Monte della Pietà, ò in mano d'altra perſona idonea con decreto del Governatore del luogo, e mancando d'effettuare, quanto s'è detto, incorra nella pena del furto, quale per la prima volta ſarà dell'eſilio da tutto lo Stato Ecleſiaſtico, e la ſeconda della Galera per cinque anni, & altre ad arbitrio noſtro, ò di detto Monſignor Prefetto, ſecondo la qualità de' caſi, non s'ammetterà ſcuſa, ò eccezione alcuna di non aver eſatta, ò non potuto eſigere per qualſivoglia cauſa, ò preteſto detta mercede, poiche non dovranno cavarle, nè conſeguarle ſenza riceverla, e ſi procederà in queſto fatto con ogni ſorte di rigore, etiam per inquiſizione: e per delazione di ſecreto Accuſatore, al quale ſi darà la debita recognizione, e ſarà tenuto ſegreto; cujus diſpoſitio eſt attendenda, non autem præcedens Decretum *Sacra Congregationis boni regiminis*, cujus verba præciſa refert *Cohell. de notitia Cardinalat. cap.52. litera D. verſ. Et cum aliquando*, ac reperita à me fuerunt in mox alleganda. Nam licèt ſecundum Juris rigorem dominium Protocollorum ad hæredes Tabellionis defuncti ſpectet; itaut citrà injuriam ab illis non poſſint auferri, aliiſque Notariis committi; Attamen, ut fideliter conſerventur ad publicam utilitatem, poteſt Princeps mandare, ut illa in certo loco conſerventur, & cuſtodiantur *Sola in Conſtit.Sabaud.rubr.de Tabellion. & Notarios n.3.& 4.* & aliis relatis tradit *Narb. in ll.recompilat.lib.4.tit.25.leg.38.Gloſs.unic.n.5. cum ſeq.*

Circa emolumentum, quod percipitur ex Protocollis inſtrumentorum defuncti, in Archivio publico repoſitis, contingere poteſt
4 diſceptatio inter illius hæredes, & uxorem legatariam uſusfructus omnium ſuorum bonorum, an ſcilicèt ad quem eorum ſpectet; Nam certant inter ſe *DD.* relati per *Barboſ. in l.divortio §.Si vir.n.36.verſ.Conſtituenda cum ſeqq.* & quod tale emolumentum non pertineat ad uxorem, ut originaliter tenet *Bart. in l.divortio §.Si vir.num.3.ff.ſolut.matr.* quem ſequutus eſt ibidem *Barboſ. loc. cit.* ubi poſt relatam contrariam opinionem in hac reſidet *Guidopap.dec.541.n.3.Boer.dec.19.n.5.in fine, & dec.224.n.4.* & alias refert *Lagunez de fructib. par.1.cap.9.n.3.cum duob.ſeqq.*

Ea ratione, quia redditus ex exemplatione Protocolli ſemel tantùm percipitur, & non renaſcitur, cùm non ſit veriſimile, quod recipiens exemplum illud perdat, vel quia poſtquam ſemel editum eſt à Notario inſtrumentum, iterùm edi non debet ſine juſta cauſa, illud enim, quod ſemel tantùm percipitur, & non renaſcitur, non dicitur in fructu ex *mox allegatis*. Undè pro cautela traditur, quod legatum contineat fructum, uſumfructum, redditum, & proventum omnium, & ſingulorum bonorum, cum tunc prædictum emolumentum veniat ſub nomine redditus, ut docet *Boer. d. dec.224.nu.4.verſ. Quare ſi quis*.

Contrariam verò opinionem reprobato *Bart.* quod imò ad uſumfructuariam non ſolùm pertineant commoda, quæ ſunt in fructu, ſed etiam alia, licèt non reiterentur, nec renaſcatur, tenet *Caſtr.in d.§. Si vir.n.3.Duaren. in princ. & ad fin. Baez.de decim.Tutor.cap.25. n.27.Garzias de expenſ.cap.22 n.47.ad finem, & Molin. de primog. cap.35.nu.9.* relati à *Barboſ. loc.cit.nu.37.* quibus alios addit *Caſtill.de uſufruct.cap.36.nu.41.cum ſeq. & Lagunez loc.cit. n.6.cum ſeq.*

Pro concordia harum opinionum diſtinguitur, quòd aut prætenditur, pecuniam ex Protocollis redactam perpetuò, & irrevocabiliter ſpectare ad uſufructuariam, tanquam fructus, itaut finito uſufructu nullatenùs reſtituatur hæredi, & iſto caſu procedat opinio *Bart.* Aut verò prætenditur uſumfructus pecuniæ ex Protocollis redactæ, pertinere ad uſumfructuariam eo modo, quo uti, & frui poteſt quacunque alia pecunia hæreditaria, juxta *Text. in l.1.C. de uſufruct.* præſtita cautione de tantundem pecunia reſtituenda finito uſu fructu, & tunc habeat locum opinio *Caſtr.* ut diſtinguendo docet *Bald.in d.l.divortio §.Si fundum ad med. ff. ſolut.matr. & in l.1. n.18.C.de fruct. & lit.expenſ.* quem ſequuntur *Alex.in d.§.Si vir ſub nu.5. Barboſ.loc.cit.n.40. verſ.Quibus tamen* licèt antecedenter *ſua n.37. in fine*, talem diſtinctionem reprobaſſet *Gutierez de Tut.& Cur.par.3.cap.27.n.31.verſ.Nihilominùs tamen Caſtill.loc.cit.n.43.cum ſeq.*ubi *& num.7.* juncto *n.65.* advertit, quòd in Jure noſtro fructus frequenter non propriè, & ſtrictè tantùm, ſed largè, & pro omni commo-

modo, emolumento, & utilitate rei accipiuntur.

Niſi indiſtinctè videatur amplectenda opinio *Caſtrenſ.* & reprobanda illa *Bart.* ex quo fundamentum non renaſcentiæ, & non reiterandæ editionis inſtrumenti non ſubſiſtat, cùm Notarius tradat tot exempla, ſeu copias, tàm publicas, quàm ſimplices, quot nedùm à contrahentibus, ſed etiam à quibuſcunque aliis pro contingentia caſuum petuntur, abſque ullo examine cauſæ, ſecundùm quotidianam praxim, & proindè talia emolumenta inter fructus connumerantur favore uſufructuarii, ſicuti etiam animadvertit *Lagunez*, poſt hæc ſcripta viſus in *d.tract.de fructib.par.1.cap.9.n.14.cum ſeq.*

Cæterùm ceſſabit, omnis difficultas, ſi expreſsè legatus fuerit uſusfructus Protocollorum, nam tunc pecunia, ex Protocollis percipienda, ſpectabit ad legatarium, ut tradit *Alex. ubi ſuprà n.5.circà finem*, *Barboſ. loc.cit.ſub n.40.verſ.Nam ſi in legato.*

Controverſia quoad facultatem Notarii
C hæredis in exemplandis inſtrumentis defun-
5 cti, circa quam vide adducta per me in *Annot.ad recol.mem:Coccin.dec.53.* Forſan imprimenda, in Statu Eccleſiaſtico ſublata fuit ex *Bullis* Julii II. *in Bullar.nov. in ordine la 15. t.1.* Sixti *V.la 83.to.3.* & Urbani VIII.*la 65. to.5.* emanatis ſuper Archiviis Status Eccleſiaſtici, & reſpectivè Urbis, ac ex dictis *Bannimentis c.3.* regiſtratis in præcedenti *Rubrica.*

ADDIT. AD RUB. LIV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 NOtarii in actu rogiti inſtrumenti ſubſtantiam contractus pauciſſimis verbis notant animo redigendi inſtrumentum in publicam formam, quæ notula nuncupatur matrix, ſeu Imbreviatura, ſeu Baſtardellus.

2 Sed morte præventi, & non facta extenſione à quo, quomodò, & quibus clauſulis ſit facienda remiſſivè.

Num.5. Frequenter Notarii in actu rogiti inſtrumenti pauciſſimis verbis ſubſtantiam contractus deſcribunt, in folio, ſeu pagina vo-
1 lante nuncupato * *matrice, imbreviatura*, vel *baſtardello* ſub ſpe redigendi inſtrumentum in publicam formam, & in protocollo alligandi, ut advertit *Altograd.conſ.50.nu.222. in fine cum ſeq.* Sed morte præventi extenſio-
2 nem facere non potuerunt, * undè oriuntur controverſiæ circà extenſionem faciendam, nempè à quo, & quomodò, & quibus clauſulis facienda ſit extenſio, circa quam materiam videri poterunt *Alex.conſ.14.vol.6.Gait. de credit.cap.3.tit.2.à nu.693. Donat.Anton.de Marin. var.reſolut.lib.1.cap.196. ibique Rodoer. Maceraten.var.reſol.lib.2.reſol.39.*

De Collegio Doctorum, Procuratorum, & Notariorum, ac eorum immunitate, & privilegiis.

RUBRICA QUINQUAGESIMAQUINTA.

UT virtutum præmia benemerentibus (ut convenit) tribuantur (A) Statuimus, & ordinamus, quòd in Collegio [B] Doctorum, Procuratorum, & Notariorum Civitatis Faventiæ recipiantur, & deſcribantur abſque alio examine omnes Cives originarii Civitatis Faven. qui in Iure civili, vel Canonico, ſimul, vel diviſim doctorati fuerint, qui poſſint Advocationis, & Procurationis munus, ſub unico tamen Salario exercere. Notarii verò ſimiliter dictæ Civitatis originarii præmiſſo examine, & approbatione juxta aliorum Statutorum Communis Faven. & dicti Collegii formam, recipiantur, & deſcribantur. Et ſic in tali Collegio deſcripti, ab omnibus, & ſingulis oneribus perſonalibus, habeantur, & ſint penitùs, & omninò immunes, & exempti. Forenſes autem Doctores, vel Notarii nullatenùs tali in Collegio recipiantur, niſi priùs per generale Conſilium dictæ Civitatis, numero Civium fuerint aggregati, ac in dicta Civitate habitent, & in ea vel Diſtrictu bona poſſideat immobilia. Et non deſcripti in tali Collegio, ab omnibus, & ſingulis officiis dicti Communis, ſive per ſuffragia, ſive per extractionem, aut aliàs quomodolibet deferantur, penitùs, & omninò ſint excluſi, & ad ea conſequenda perpetuò ſint inhabiles. Nec tales Forenſes niſi, ut ſupra, Advocationis, vel Procurationis munus quavis in Cauſa exercere poſſint ſub pœna lib. vigintiquinque bononen.

SUMMARIUM.

1 PRæmia condigna ſunt nutrimenta virtutum.

2 Homines excitantur ad præclara, & inſignia opera ſpe præmii.

3 Benemerentes remunerari Reip. valdè utile, & neceſſarium eſt.

Princeps indignos, ſeu ineptos eligens ad officia, & Magiſtratus ſæculares, peccat mortaliter, cum onere reſtituendi damna, & intereſſe n.4.

Princeps dignum ad Officia, & Magiſtratus ſæculares eligens, omiſſo digniore peccat num.4.

Electus à Principe ad Officia, & Magiſtratus ſæcu-

Digitized by Google

ſæculares ſi ſit ignarus, & inhabilis, nec aſſumat ſibi Auditorem, ſeu Aſſeſſorem juriſperitum, & juſtum, quem conſulat, ſi malè judicet, facit litem ſuam, & tenetur erga Partes læſas ad omnia damna, & intereſſe n.4.

Princeps remunerare tenetur Subditos n.4.

Subditi tenentur vitam exponere, & ſubſtantiam expendere in obſequium Principis num.4.

4 Princeps benemerentibus diſtribuere tenetur beneficia.

5 Et quidem ex lege juſtitiæ.

6 Collegium Doctorum, & Notariorum erectum fuit in Civitate *Faventiæ*, ac confecta matricula.

7 Collegium Procuratorum in Urbe erectum fuit de anno 1334. & fruebatur, ac fruitur variis privilegiis, & prærogativis, de quibus ibi, & n.8.10.& 11.

Procuratorum Collegii Urbis privilegia, & prærogativæ n.7. & 8.

8 Decanus Procuratorum Collegii Urbis gaudet prærogativa interveniendi, & ſuffragium dandi in Congregatione Reformationis Tribunalium Urbis.

9 Procuratores Collegii patrocinare tantùm poſſunt Cauſas in Regnis Cathaloniæ, & & Caſtellæ,& in Civitate Ferrariæ,ac alibi.

12 Aggregari, ut quis valeat Collegio Procuratorum Urbis,quæ requirantur,& n.11.

13 Aggregatio ad Collegium Procuratorum Urbis, quæ eſt ſpecies præmii, & comprobatio virtutum,concedi debet Viris etiam maturitate conſilii, & prudentiæ pollentibus,non tamen debent excludi illi juvenes, qui ferventi ſtudio ſimilem prudentiam, & doctrinam adepti ſunt, & n.16.

14 Prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore.

15 Senectus venerabilis ſemper fuit.

Æſtimari quis non debet ex ſolo annorum numero, ſed ex ingenio, & n.16.

17 Ingenio adipiſcitur ſapientia.

18 Juvenes præferuntur pluries Senibus in conſecutione honorum, & Magiſtratuum ob excellentiam eorum prudentiæ, virtutis,& doctrinæ.

OBSERVATIO.

A PRæmia condigna ſunt nutrimenta virtu-
1 tum, ut cum *Caſsiodor. lib.2.var.cap.16.*
docet *Valenzuel.conſ.83.ſub n.32.vol.1.& Antunez Portugal.de donat.reg. tom.1.par.2.lib.1.*
cap.12.n.49. cùm homines ſpe præmii ad præclara, & inſignia opera excitentur, ut firma-
2 tum fuit ſupra in *Obſer.ad Rubr.15.lib.1.*
Undè Reip. valdè utile, & neceſſarium eſt,
3 benemerentes remunerari, ut tradunt *à Pont. conſ.152.n.28.vol.2.Antunez Portugal.d.tract.*
to.1.lib.1.par.1.cap.2.n.7.Capyc.Latr.decis.199.
n.32. Quod præcipuè ſpectat ad Principem, qui tenetur honores, & beneficia beneme-
4 rentibus perſonis diſtribuere, juxta *Text. in l.& ut virtutem 4.*ibi: *Et ut virtutum præmia tribui merentibus convenit C.de Statuis & Imagin.l.eum, qui 58.*ibi: *Habita conſideratione meritorum C. de decur.lib.10. Valenzuel.d.conſ.82.*
n.32. cum ſeqq. comprobat *Gonzalez ad reg.8. Cancell.gloſs.4.n.8.cum ſeq.Mattheù, & Sanz de Regim.Regn.Valent.cap.4.§.6.n.16.cum ſeq.* ubi docet, quòd quamvis Subditi teneantur vitam exponere, & ſubſtantiam expendere in obſequium Principis, ipſe tamen debet merita Subditorum remunerare, ut exemplo præmii cæteros ad imitationem impellat, & non ingrati culpam ſubeat *Antunez Portugal. d.tract.eodem lib.1.cap.2.nu.6.* ubi quod Principes ex lege juſtitiæ tenentur benemeritos remunerare. Et ſi in diſtributione Officio-
5 rum, & Magiſtratuum ſæcularium eligat indignos, ſeu ineptos, peccat mortalitèr, & contra juſtitiam commutativam, cum onere reſtituendi damna, nam ex officio tenetur Reip. adminiſtrationem ex juſtitia gerere, ejuſque commodo utiliter conſulere, & pericula, ac detrimenta præcavere, quod non adimplet eligendo indignos, vel ineptos, ut tenent *Navarr. in cap. Si quando except.16.n.3.de reſcript.Rebel.de obligat.par.1.*
lib.3.q.4.concluſ.7.n.14.Leſs.lib.7.cap.32.dub.3.
n.13. Filiuc.par.2.tract.28.cap.8.nu.127. quos refert, & ſequitur *Fragoſ.de Regim.Reip.par.1.*
*lib.1.diſp.2.§.3.n.137.cum ſeqq.*ac latè *Illuſtriſ. & Reverendiſs. D. Battaglinus Nucerinus Epiſcopus digniſsimus in ejus opere in ſcripto il Legiſta Filoſofo diſc.20.* ſi verò præficiat dignum, omiſſo digniore, peccat contra fidelitatem debitam Reip. ex qua obligatur eligere Miniſtros aptiores eò modo, quo peccat Æconomus, ſeu Miniſter conducens ad operandum in re ſui Domini conſanguineos, & amicos, relictis aliis operariis utilioribus *Rebell. loc.cit.* quem ſequitur *Fragoſ.* ubi ſup. *n.141. cum duob.ſeqq.*

Non minùs peccat electus, quàm Princeps eligens, ſi ipſe electus, quamvis ignarus, & inhabilis, non aſſumat ſibi Auditorem, ſeu Aſſeſſorem Juriſperitum, & juſtum, quem conſulat, etenim tunc malè judicans, facit lites ſuas, & tenetur erga Partes læſas ad refectionem omnium damnorum, & intereſſe, ad *Text. in l. Si Judex ff.de var.& extraordin. cognit.* & tenet *Fragoſ.loc.cit.n.144.*

Antiquiſſimo Collegio Notariorum noſtræ
B Civitatis, erecto circiter de anno 1370. ut ex matricula tunc temporis incæpta, unitum
6 fuit illud Doctorum, & utrumque ſub eodem Collegio ſtabilitum eſt, cum variis regulis,& capitulis, à Magiſtratu approbatis, ac in illorum executionem de anno 1591. confecta matricula; De anno verò 1674. ſolito zelo charitatis ſuffragio animarum Doctorum, & Notariorum defunctorum erecta fuit in Eccleſia Patrum Servitarum Congregatio ſub auſpiciis S. Philippi Benitii.

In Urbe etiam viget antiquiſſimum Collegium, olim receptitium, ſed poſtea à *ſa:me:*

Pau-

Digitized by Google

Paulo V. redactum ad numerum vigintiqua-
tuor Procuratorum, jam erectum ſub Bene-
7 dicto XII. de anno 1334. ut teſtatur *Camill.
Fanuc. Senen. in tract. de oper. piis Almæ Vrbis
lib. 2. cap. 2. cum ſeq.* & appellatum *Patronorum
Cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici*, ut tradunt
*Gravat. ad Veſtr. prax. lib. 2. cap. 19. nu. 3. Carolus
Emanuel Vizzanus Advocat. Conſiſtorialis de
mandat. Princip. cap. 13. n. 38. & 39. bo:me: Card.
de Luca in Relation. Roman. Curiæ diſc. 46. n. 101.*
ubi, ac *numeris ſeqq.* latè de benemerentia,
exiſtimatione, & prærogativis, ac Viris Il-
luſtribus hujus Collegii, & meminit *Gratian.
diſcept. 186. n. 20. cum ſeq.* ea ratione quia illis
tantum licebat Conſiſtorium ingredi, & Cau-
ſas Conſiſtoriales peragere, necnon Cauſas
beneficiales in Cappella patrocinari, quod
amplius non eſt in uſu, ut advertit *Card. de
Luc. loc. cit.* ſicuti non habent locum in Cap-
pella Pontificia, prout ex privilegio *fa:mem:
PAVLI III.* inibi duobus ab eis deputatis, in
aliis verò actibus publicis, & Proceſſionibus
extra Cappellam toti Collegio, & omnibus
illius Collegialibus poſt Advocatos Conſi-
ſtoriales competebat. Fruuntur tamen in
ſignum emeritæ prærogativæ privilegio uten-
di, tam publicè, quàm privatè, & maximè
ubi Cauſas dicunt, Mantelli, & Bireti habitu,
vigore motus proprii *fa:me: PAVLI V.* licèt
eo non utantur; Pariterque Decanus gaudet
prærogativâ interveniendi, & ſuffragium
dandi in Congregatione Reformationis Tri-
8 bunalium Urbis, ut ex reſcripto facto die 5.
Januarii 1658. precibus nomine Collegii por-
rectis *fa:me: ALEXANDRO VII.* ibi: *Sanctiſsi-
mus annuit, ut Decanus Procuratorum interſit
Congregationibus, quæ fiunt Cauſâ Reformationis
Tribunalium Vrbis*, prout pro prima vice in-
tervenit *bon:me: D. Laurentius Ricciardus* die
12. Junii ejuſdem anni, & poſt ejus obitum
D. Mauritius Giribaldus quo defuncto ſucceſſit
D. Bernardinus Jacobellus, & deindè *D. Vlyſ-
ſes Calvius* adhuc vivens, & intervenit etiam
ſecundus Collateralis Capitolii.

Necnon omnes de Collegio privativè quoad
cæteros alios Procuratores patrocinari poſ-
ſunt Cauſas Beatificationum, & Canonizatio-
num in *Sacra Congregatione Rituum*, ut inter
alia decreta ſuper reformatione expenſarum
edita 9. Julii, & 6. Auguſti 1678. & approbata
à Summo Pontifice die 15. Octobris ſequen-
tis reſolvit eadem *Sacra Congregatio cap. 11.*
ibi. *Et quia materiæ gravitas, & dignitas ex-
poſcit, ut pertractetur, & dirigatur à Viris
notæ probitatis, experientiæ, & peritiæ, cen-
ſuit Sacra Congregatio, quòd ad conficiendum
tam Informationes in facto, quàm Summaria,
in quibus potiſsimè conſiſtit Cauſarum pondus,
aſſumantur ſolum Procuratores Collegii Sacri
Palatii Apoſtolici, tribuendo Poſtulatoribus
libertatem eligendi, quem voluerint, dummodò
quilibet ex eis non poſsit eodem tempore patroci-
nari plures Cauſas, quàm quatuor, ad hoc, ut
eis facilius operam dare poſſint ſub pœna inhabi-
litatis ampliùs ſcribendi in caſum contraventio-
nis, & liceat Partibus in quocunque ſtatu Cau-
ſæ, rationabiliter tamen prævia licentia Eminen-
tiſsimi Ponentis, mutare Procuratorem, dummo-
do alius in ejus locum ſubrogandus ſit de eodem
Collegio, & non habeat in totum plures Cauſas,
quàm quatuor*; prout in variis locis vigeant
9 conſuetudines, & Statuta mandantia,
quod tantummodò Procuratores de certo
Collegio poſſint Cauſas patrocinare, ut de
Regnis Cathaloniæ, & Caſtellæ, & Civitate
Ferrariæ tradit *Fontanell. dec. 197. n. 15. & 16.
par. 1.*

Potiuntur etiam prærogativâ præcedentiæ
aliis Procuratoribus non Collegialibus, vi-
gore *Decreti Sacræ Rotæ*, emanati die 13. Apri-
lis 1676. ibi: *Domini re maturè diſcuſſa deter-
minarunt, quòd Rota, quæ Collegium Procura-
torum Palatii Apoſtolici à ſua erectione ſine con-
troverſia recognovit, illius functionibus quot
annis in Feſto S. Michaelis Archangeli interve-
nit, illud ad exequias Auditorum, & Cavalca-
tas invitari curat, & admittit, illius opera uti-
tur in examinandis novis Procuratoribus Rota-
libus, in iſtud admiſſos uti veros Collegiales re-
cognoſcit, & quod in congreſsibus, aliiſque fun-
ctionibus, in quibus contigerit intereſſe unum,
vel plures Procuratores, & unum, ſeu plures
Procuratores non Collegiales, Domini præcedere
faciant Collegiales non Collegialibus, tametſi non
Collegiales eſſent aliàs in receptione ad ſcriben-
dum in Rota antiquiores; De cætero quod in
illis audiendis, & aſſociandis in diebus informa-
tionum ſervetur ſolitum, & quod in hoc nullam
velint præſcribere legem aliis, quomodò ipſos tra-
ctare, vel aſſociare debeant, & ſi una, vel al-
tera Pars huic determinationi non acquieſcit,
utatur jure ſuo.*

Inſuper ipſa Sacra Rota ubi vult in fabri-
10 candis Proceſſibus cavere, nè fraudes com-
mittantur, interventum requirit alicujus ex
his Patronis de Collegio, ut in *dec. 199. nu. 11.
par. 9. rec.* & atteſtationibus ejuſdem Collegii
firmat, eſſe deferendum *dec. 416. n. 4. par. 16.*

Prætereà in Statutis d. Collegii à Paulo V.
approbatis *cap. 12.* ſancitum eſt: *Si quiſpiam
11 ex Collegiis, aut ſimul, aut ſeorſim, voluerit pu-
rè, & ſimpliciter ex Jure reſpondere, & ſuper
alienis Facti Informationibus ſcribere (quod in
Romana Curia peculiari nomine Advocatum age-
re nuncupatur) id æquè poſsit pro ſuo libito.*
Quod tamen facere non ſolent, cùm in Ro-
mana Curia ingens ſit numerus Advocato-
rum.

Ut quis autem aggregari valeat ad dictum
Collegium concurrere debent diſpoſita *in
cap. 2. Statutorum ejuſdem Collegii*, quæ præ-
12 vio examine, & reformatione antiquorum,
facta à *recol. mem. Coccino*, de voto aliorum
Sacri Palatii Apoſtolici Auditorum, confir-
mata fuerunt à *fa:me: PAVLO V.* ibi: *Sit dein-
ceps quicunque voluerit admitti ortus ex honeſtis
parentibus, bonæque opinionis, & famæ, maxi-
mè circa officium, ac in utroque Jure graduatus*

in

Digitized by Google

in aliqua publica Univerſitate, & per integrum triennium ad minùs verſatus in Cauſis Rotalibus, aut patrocinium exhibendo, aut ſaltem ſub aliquo de ipſo Collegio procurando, eoque jam ita profecerit, ut clientelarum non ſit indignus, ſed Ordinis hujus honorificentiam ex perſona ſua valeat diù conſervare, videlicèt in ſe abſtinendo à cujuſcunque apud acta procurationis exercitio, quod eſt proprium Sollicitatoris, domumque, & honeſtam familiam retinendo, & in concurſu petentium admitti ad prædictum Collegium, cæteris paribus, præferatur is, qui currum habet inſtructum, & qui diutiùs laudabiliter in Cauſis Rotalibus eſt verſatus; & latè meminit *Eminentiſs.de Luc.loc.alleg.n.103.cum ſeq.*

Cùm autem hujuſmodi honorifica aggregatio ſit ſpecies præmii, & comprobatio vir-
11 tutum, eò clariùs refulgebit, & in majorem decorem, ac venerationem, tàm Collegii, quàm electi redundabit, ſi viri etiam maturitate conſilii, & prudentiæ promoveantur, quæ ut plurimùm ſenibus conveniunt, cum
12 prudentia requirat experientiam, quæ indiget tempore, ex *Job.cap.12.n.12.* ibi: *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, Eccleſiaſt. cap.8.n.11.cum ſeq.* ibi: *Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt à Patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum*, & in *num. cap.11. n.16.* ibi: *Et dixit Dominus ad Moyſen: congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint, ac Magiſtri*, latè comprobant *Maſtril. de Magiſtrat.lib.2.cap 5.n.22.cum ſeqq.& Narbon.de ætat.ann.30.q.2.n.7.& ann.50.q.5.nu.3.*
13 Et ſenectus ſemper venerabilis fuit, ut admonet *Calliſtrat. in l.ſemper*, ibique *Gloſs. in princ.ff. de Jure immunit.* & auctoritate, tàm *Legiſlatorum*, quàm *Poetarum* firmat *Valenzuel.conſ.142.n.126.vol.2.*

Non ideò tamen excludendi ſunt illi Juve-
14 nes, qui ferventi ſtudio ſenilem prudentiam, & doctrinam jam adeò adepti ſunt, ut ætas exindè ſuppleatur, eamque virtutes jam præhemineant, vel ſaltem concurrant cum illis ſenium, nam ex ſolo annorum numero quis æſtimari non debet, ſed ingenio, quo adipiſcitur ſapientia, ut docet *Tiraquell. in præfat.*
15 *ad tract.de jure primog.n.177.cum tribus ſeqq.* ubi refert plures, qui ob excellentiam eorum prudentiæ, virtutis, & doctrinæ, ante tempus à lege, vel à natura præſcriptum, cæteris ætate multo majoribus in conſecutione bonorum, & Magiſtratuum antepoſiti ſunt, & notarunt *Amaya in l.final.cap.1.ſub nu.35.C.de Decurion.lib.10.* ac latè *Maſtrill.cit.cap.5.n.76. cum ſeqq.*

ADDIT. AD RUB. LV. LIB. III.

SUMMARIUM.

1 Existentia Collegii Procuratorum in Urbe approbata fuit.
2 Procuratores Collegii Urbis ſcribere tantummodò poſſunt in Cauſis Canonizationum Sanctorum.
3 Procuratorum Collegii Urbis prærogativæ quænam ſint.

Num.7. Exiſtentiam Collegii Procuratorum in Urbe etiam canonizavit *Rot.in Romana Juris**
1 *bonorifici 24.Martii 1702.§.Comprobatur coram R.P.D.Molines Decano.*

Num.8. Procuratores Collegii tantummodò poſſunt ſcribere in Cauſis Canonizationum
2 Sanctorum * ut etiam firmavit *Rot.in d.Romana Juris bonorifici §.Accedentibus.*

Num.9. Verſ. Potiuntur &c. Favore Procuratorum Collegii reſolutum fuit tàm pro manu-
3 tentione, quàm in petitorio pro præcedentia,* ut in *d. deciſione emanata in Rota die 24. Martii 1702.coram R.P.D.Molines Decano*, & de eorum prærogativa in ſeſſionibus, & aſſociationibus, ac præcedentia meminit *Coſtantin. in Annot. ad Statut.Urb.Annot.63.art.3.n.190. verſ.Quæ fortius tum duobus ſeqq.*

De ſalario, & mercede Notariorum pro ſcripturis in contradictorio judicio quomodocumque productis, & regiſtratis accipiendis.

RUBRICA QUINQUAGESIMASESTA.

STatuimus, & ordinamus, quòd Notarii Tribunalium, (A) tàm Domini Poteſtatis, quàm quorumcunque Judicum ordinariorum Communis Fauen. quàm quorumcunque aliorum Officialium, vel notionem aliquam in Cauſa, vel Cauſis aliquibus habentium, ſeu alicujus, vel aliquorum arbitrorum, ſeu Arbitratorum teneantur, & debeant ſeriosè, & per ordinem regiſtrare omnes, & ſingulas ſcripturas, quæ producerentur coram eis, ſeu eorum Judicibus, totas, & integras, & pro ſcriptura, quàm non regiſtraverint, non poſſint accipere aliquam ſolutionem. A prædicta autem regiſtratione axcipimus acta publica, ſeu copias publicas actorum, factas in alia Curia, ſeu coram aliis Judicibus, Officialibus, ſeu Arbitris, aut Arbitratoribus, quæ producerentur coram ipſis Notariis, ſeu eorum Iudicibus, de quibus ſufficiat ſcribere in actis productionem diſtinctam, & certam ſecundùm jura, ita quod poſſit apparere de corpore talium productorum. Solutiones verò, quas recipere debent, ſeu poſſunt dicti Notarii pro omnibus ſcripturis, pro-

ductis, & regiſtratis, & in actis pōſitis per eos, ſeu eorum Collegas, limitamus, & taxamus [B] in hunc modum, videlicèt. In primis pro commiſſione citationis unius perſonæ tantùm, duos den. bononen. parvorum, ſi ſe ſubripſerit tantùm, & alius etiam ſcripſerit. Si verò etiam ſcripſerit, den. ſex bonon. parvorum. Item pro cedula commiſſionis, quæ datur Placiario, ut eam dimittat penès citandum, vel ad domum ejus habitationis, ſi Notarius officii ſcripſerit, den. tres bononen. parvorum. Si verò tantùm ſe ſubſcripſerit, den. duos bononen. parvorum. Item pro relatione Placiarii, den. duos. Item pro cauſa contumaciæ, den. quaruor. Si verò fuerint duo, vel plures citati pro uno debito tantùm, recipiant, & recipere poſſint pro primo citato, ut dictum eſt ſuprà, & pro quolibet alio, den. unum. Et pro relatione Nuncii pro primo citato, den. tres, & totidem pro contumacia ipſius. Et ab uno ſuprà, den. duos pro qnolibet, & non plures. Item de quolibet ſequeſtro facto in forma, ſi ipſe Notarius Tribunalis ſcripſerit, den. duodecim bononen. ſi fuerit pro uno debito, et pro quolibet alio debito, den. quatuor bon. parvorum. Item de relatione Nuncii ſcribenda, den. quatuor, ſi fuerit de una re tantùm. Si verò de pluribus rebus factum fuerit ſequeſtrum, tunc accipere poſſint den. tres bon. pro qualibet re ultrà primam. Item pro caſſatione ſequeſtri cum ſecuritate præſtita, den. duodcoim. Si verò ſine ſecuritate fuerit caſſatum, den. ſex. Item de productione cujuslibet inſtrumenti, et cujuslibet privilegii, vel jurium quorumcunque in judicio productorum, ſi regiſtrentur, den. quindecim pro qualibet pecia. Item de inſtrumento procurationis, ſcripto in actis per Notarium Tribunalis Cauſæ, pro ipſa prima nota, denarios duodecim bononenorum, ſcilicèt pro prima nota, ſi eam notaverit ordinatè in manuali, licèt ſub brevitare, ſeu in libro actorum Tribunalis. Aliàs, hoc eſt, ſi ordinatè non ſcripſerit in manuali, nihil accipere poſſit, et hoc pro uno tantùm conſtituenre Procuratorem. Si verò fuerint plures conſtituentes, tunc poſſit Notarius accipere pro quolibet alio conſtituente den. ſex bon. Item pro inſtrumento curæ, ſcripto in actis, pro prima nota, poſita in manuali, ſeu quaterno actorum per ipſum Notarium Tribunalis, den. decem, et octo. Si verò fuerint plures, quibus decretus foret Curator, ſolvantur Notario pro quolibet alio à primo ſuprà, den. ſex bon. De inſtrumento verò ſindicatus pro prima nota ponenda in manuali, ſol. duos bon. parvorum. Item de inſtrumento tutelæ, vel actoriæ, ut ſuprà ſcribendæ, ſol. unum bon. parvorum pro quolibet. Item de inſtrumento ſubſtitutionis, ſcribendo in actis (ut ſuprà dictum eſt) den. duodecim bonon. parvorum. Si verò Notarius iverit ad domum alicujus, ſeu aliquorum, vel alio extra plateam, ad conficiendum aliquod inſtrumentum de prædictis, vel ſimilibus, tunc liceat ſibi accipere à quolibet, & pro quoliber conſtituente, vel ſubſtituente in quolibet caſuum prædictorum, vel ſimilium, ſex. den. bonon. ultra id, quod ſupradictum eſt, quando conſtituuntur ad Tribunal. Idem de inſtrumento compromiſſi, ſi quantitas: ſeu quantitates, de, ſeu ſuper quibus vertitur controverſia, de qua, ſeu quibus ſit compromiſſum inter Partes, fuerit centum librarum, vel ab indè infra, vel de re, ſeu de rebus tantundem valentibus, tunc accipere poſſit Notarius ſolidos ſex bonon. à qualibet Parte. Si verò abindè ſupra uſque ad quingentas libras fuerit, accipere poſſit ſolidos decem bononen. à qualibet Parte. Si verò fuerit de majori quantitate, ſeu de quantitate aſcendente ad majorem ſummam, ſeu de re, vel de rebus valentibus ultra dictam ſummam lib. quingentarum, tunc accipere poſſit Notarius pro qualibet Parte, & à qualibet Parte ſolid. quindecim bononen. De laudo verò, arbitrio, & arbitramento, accipere poſſit Notarius tantùm, quantùm infra dicitur de ſententia diffinitiva. Item de comparitione cujuslibet citati, den. quatuor bon. Si verò fuerint plures comparentes, accipiat pro quolibet, den. tres bonon. Si verò comparens aliquid petierit, vel oppoſuerit, vel proteſtatus fuerit, tunc alios ſex den. bon. accipere poſſit. Et ſi plures fecerint exceptiones, vel oppoſitiones, vel proteſtationes, tunc accipere poſſit den. duodecim bon. in totum, & non plures, niſi ſcriptura talium excederet folium, quo caſu ſolvatur tunc Notario ad rationem ſolid. duorum bononen. pro qualibet pecia. Item pro productione libelli, ſeu cujuslibet petitionis factæ, vel productæ in judicio, & pro ejus regiſtro, den. duodecim bon. ſi contineat medium folium, vel abindè infra. Si verò ultra medium folium excederet, ſolid. duos bon. pro qualibet pecia. Et pecia in omnibus caſibus intelligatur de quinquaginta lineis, & linea intelligatur de quindecim dictionibus, & intelligatur etiam dictio hoc caſu, et, &, quæ, quod, quia, & ſimiles. Et idem obſervetur de productione, & regiſtro quarumcunque exceptionum. Item de conteſtatione litis, juramento calumniæ, & termino dato ad probandum in Cauſa, à qualibet Parte, den, quindecim bon. Item de productione, & regiſtro quarumcunque poſitionum, ſeu capitulorum, articulorum, & ſeu interrogatoriorum, quæ fierent, tàm antè, quàm poſt litem conteſtatam, & earum, ſeu eorum regiſtro, ſolid. duos bon. pro qualibet pecia. Et ſi fuerint minùs pecia, ſolid. unum bon. Et idem intelligatur, & obſervetur de productione, & regiſtro cujuſcunque ſcripturæ, quæ fieret, vel produceretur in judicio,

de

Digitized by Google

de cujus productione, & regiſtro non foret determinata ſpecialis ſolutio. Item pro reſponſione cujuslibet capituli, poſitionis, vel articuli, vel interrogatorii ſcribenda, & regiſtranda in actis, den. duos bon. ſi fuerit unus reſpondens tantum. Si verò fuerint plures reſpondentes, accipere poſſit à quolibet reſpondente den. unum cum dimidio bon. parvorum pro reſponſione cujuslibet capituli, poſitionis, articuli, vel interrogatorii, Item de citatione unius Teſtis, & relatione Nuncii, ſi Notarius Tribunalis ſcripſerit, den. ſex bon. Si verò ſe ſubſcripſerit tantùm, den. duos bon. Si verò plures Teſtes citentur eodem contextu, & commiſſione, & Notarius Tribunalis ſcripſerit citationem, accipere poſsit à Parte faciente eos citari pro quolibet alio Teſte ultra primum, den. unum bon. parvorum. Si verò hoc caſu ſe tantùm ſubſcripſerit Notarius Tribunalis, accipere poſſit de citatione unius, vel duorum Teſtium tantùm, & ejus regiſtro, den. ſex bon. Plurium autem, quotcunque fuerint, den. duodecim bonon. & non plures. De juramento verò cujuslibet Teſtis, den. tres bon. Et ſi fuerint plures Teſtes in uno contextu, (qui juraverint, tunc accipere poſſit pro juramento cujuslibet den. unum bon. parvorum. Item de aſſumptione Conſultoris, termino ſtatuto Partibus, quod deponant ſalarium Conſultoris, & acta exhibeant Conſultori, & quod allegent, vel allegationes exhibeant, vel tradant Conſultori, den. duodecim pro qualibet Parte. Item de exhibitione conſilii, & ejus apertura, & publicatione, & regiſtro, ſi conſilium contineat unam peciam, vel minùs, den. duodecim bon. à qualibet Parte. Si verò contineat pluſquam unam peciam, ſolid. duos bon. à qualibet Parte pro qualibet pecia. Item de qualibet pronunciatione, ſeu ſententia interlocutoria ſuper quolibet emergenti, vel incidenti lata, ſi fuerit unius peciæ, ſeu unius folii, vel abinde infra, ſolid. tres bon. Si verò fuerit pluſquam una pecia, accipiat ab indè ſupra ad rationem ſolid. duorum pro qualibet pecia. Item de examinatione Teſtium poſſit accipere Notarius, qui ſcripſerit, ſolid. duos bon. pro qualibet pecia, & examinator, qui examinaverit totidem. Item de copia authentica earundem atteſtationum poſſit accipere Notarius ſolid. duos bon. pro qualibet pecia. Item de ſententia diffinitiva, vel habente vim diffinitivæ pro prolatione, ſi quantitas contenta in ſententia fuerit à decem lib. infra, vel de re valente decem lib. vel abindè infra, accipiat Notarius ſol. tres bon. tantùm à Parte, in cujus favorem fuerit lata ſententia. Si verò fuerit à decem lib. ſupra uſque ad quantitatem vigintiquinque lib. bon. vel de re tantundem valente, accipiat ſolid. quinque. Si autem fuerit de quantitate vigintiquinque lib. vel abindè ſupra uſque ad quinquaginta lib. bonon. vel de re tantundem valente, accipiat ſolid. ſeptem. Salvo quod ſi ſententia excederet in ſcriptura ipſius tres pecias, tunc liceat Notario, qui de ipſa fuerit rogatus, accipere, & ſibi ſolvi facere ad rationem ſol. duorum pro qualibet pecia, quod conſiſtat in omnibus tribus caſibus ſupradictis in electione ipſius Notarii, per quem modum ſcilicet de ipſis velit ſibi ſolvi. Si verò ſententia fuerit de quantitate lib. quinquaginta, vel abindè ſupra uſque ad centum, vel de re tantundem valente, tunc accipiat ſolid. decem. Si verò fuerit de quantitate à centum lib. ſupra uſque ad mille libras, vel de re tantundem valente, tunc accipere poſſit de primo centenario decem ſol. ut ſupradictum eſt, & abindè ſupra pro qualibet libra quantitatis, vel æſtimationis rei contentæ in ſententia, duos den. bon. & à mille lib. ſupra uſque in infinitum, unum denarium pro qualibet libra excedente milliare. Si verò aliqua Partium, tàm Actoris, quàm Rei vellet ſententiam in publica forma, tunc poſſit Notarius de ipſa rogatus, vel ejus Collega, auctoritatem habens ipſam authenticandi, et ei liceat accipere ab eo, qui deſiderabit ipſam habere in publica forma, et cui in dicta publica forma tradiderit tantùm quantùm dictum eſt ſupra de prolatione ſententiæ in omnibus caſibus diſponentibus uſque ad quantitatem lib. centum bon. Abindè verò ſupra liceat ei accipere dimidiam tantùm ejus, quod ſupra dictum eſt de quantitate excedente ſummàm centum lib. Dummodò in omnibus caſibus prædicti, idem Notarius ordinatè regiſtraverit dictam ſententiam in actis, et cum in charta membrana tradiderit Parti volenti eam, niſi ipſa Pars ſponte eam voluerit poni in Proceſſu Cauſæ inter alia acta in chartis bombicinis. Item de commiſſione executionis ſententiæ diffinitivæ, et ejus regiſtro, ſi quantitas fuerit uſque ad quinquaginta lib. incluſivè, vel de re tantundem valente, ſolid. duos bonon. Si verò fuerit à quinquaginta lib. ſupra, tunc ſolid. tres. Item de relatione Nuncii, referentis executionem feciſſe, et ejus regiſtro, ſi quantitas fuerit à quinquaginta lib. infra, ſolid. unum. Si verò à quinquaginta lib. ſupra uſque ad quantitatem centum lib. bon. incluſivè, vel de re tantundem valente, ſolid. duos bonon. Si verò fuerit de majori quantitate, vel de re tantundem valente uſque in infinitum, ſol. quinque bononen. parvorum. Si verò aliqua Partium voluerit copiam totius Proceſſus Cauſæ, vel Partis, ſeu aliquorum actorum ipſius, aliter quàm in publica forma, tunc accipere poſſit Notarius à Parte petente eum, ſeu ipſa acta den. decem, & octo bononen. pro qualibet pecia, ita tamen quod Notarius, qui dictam copiam fecerit, faciat, & ponat proœmium dicto proceſſui, & ſeu actus ſeriatim, et ordinatè cum circumſtantiis,

et aliis pertinentibus ad talem titulum, ſignificando etiam utrum ille talis proceſſus, ſive acta ſit totus, an veró Pars Proceſſus Cauſæ. Si veró voluerit ſibi tradi in publica forma, tunc Notarius accipere poſſit ſolidos duos bon. pro qualibet pecia. Et hoc ſtatutum non fuit aliter reformatum.

SUMMARIUM.

1 Notarii dicti ſunt quia notas ſcribebant apud acta Præſidum.

2 Notariorum uſus fuie neceſſarius, & quare.

3 Notarius Actuarius appellatur, qui acta judicialia ſcribit.

Norarius Actuarius dicitur Officialis, & quarè n.3.

4 Notarii Actuarii electio ſpectat ad Judicem, niſi à Publico ſit deputatus.

5 Vel ad Principem, ſeu Dominum loci, habentem merum, & mixtum imperium, ac omnimodam juriſdictionem.

6 Duo fide digni, vel unus publicus Notarius eligendi ſunt ad exercitium Actuarii.

7 Forenſes præferendi ſunt Civibus.

Cives non poſſunt exercere Officium Actuarii n.7. Lim. n.8. 9. & 10.

Officiales Cives, vel nimia indulgentia Concivibus parcunt, vel veteri odio præter modum in illos ſæviunt n.7.

Subſtitutus Actuarii debet eſſe Forenſis n.7.

11 Officium Actuarii eſt acta fideliter, & ſine fraude, vel errore ſcribere, ac ea conſervare, & eadem, vel eorum copiam tradere Partibus tranſportanda.

12 Actuarius occultans Scripturam, in actis productam, falſi pœna tenetur.

13 Actuarius exhibere tenetur Scripturas productas, & quæ illum excuſent à tali obligatione, remiſſivè.

14 Actuarius præſumptionem habet pro ſe, tanquam publica, & jurata perſona.

Actuariom fideliter exequi ſibi commiſſa præſumitur n.14.

15 Actuario creditur circa rem ad ejus Officium ſpectantem.

16 Additio in margine, & folium in libro Actorum non importat falſitatem, quando ita de ſtylo practicatur.

17 Actuarius fidejuſſorem minùs idoneum recipiens, tenetur de proprio ad intereſſe Partis. Lim. n.18. 19. 21. & 22. Sublim. n.20.

23 Merces Actuarii, taxata à *Statuto Faventiæ*, non ſervatur, ſed attenditur alia taxa, de qua ibi.

24 Notarii Urbis exigere debent mercedem, juxta taxam factam à Paulo V. alioquin incurrunt pœnas, ab eo impoſitas.

25 Notarii exigentes mercedem ultra taxam crimen concuſſionis, ſeu quaſi committunt. Ampl. n.26.

26 Notarius Actuarius mercedem à pauperibus, & miſerabilibus perſonis tutò recipere non poteſt. Ampl. n.27.

27 Notarius à pauperibus, & miſerabilibus perſonis mercedem pro rogitu recipere non poteſt.

Furioſi, & mente capti veniunt appellatione miſerabilium perſonarum nu.27.

Notarius recuſans præſtare gratis operas ſuas miſerabilibus perſonis, compelli poteſt per Judicem etiam ſub pœna privationis Officii n.27.

28 Actuarii Officium, obligationes, & alia, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A 1 IDeò Notarii, ità dicti, quia notas ſcribebant apud acta Præſidum, ut dixit *Modeſtinus in l. inter eos, ff. ex quib. cauſ. major.* ſequitur *Borell. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 15. n. 9.* In
Politia enim neceſſarium fore apud quem
pacta, & forenſia acta conſcribi debeant,
advertit *Ariſtotel. in Politic. lib. 6. cap. 8.* Undè
2 inolevit publicus uſus, ut Actuarium appellemus
eum Notarium, qui acta judicialia
3 ſcribit, & dicitur Officialis, eò quia per eum
pervenitur ad actum juriſdictionis, & juſtitiæ
cognitionem, ac patrator, & conſervator
actorum, & pars quantitativa judicii, ut tradit
*Danza in pugna DD. tit. de Official. in genere
cap. 2. n. 4. & tit. de officio Actuarii cap. 1. nu. 1.
cum ſeq. to. 1.*

Illius creatio, ſeu electio ſpectat ad eum,
4 qui judicare poteſt, & ſic ad Judicem, niſi à
Publico deputatus ſit, *Bald. in l. Non enim aliter
n. 6. ff. de adop.* tradit *Mont. de Regal. in verbo
Poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum num. 5.
fol. mihi 133. Rot. cor. Bich. dec. 191. nu. 15.* Vel à
Principe, ſeu Domino loci, habente merum,
5 & mixtum imperium, ac omnimodam juriſdictionem,
*l. 1. ff. de juriſdict. omn. judic. cap. Statutum, §. Notarium de reſcript. in 6. Purpurat.
conſ. 593. Toudut. de prævent. par. 1. cap. 3. nu. 22.
cum ſeq.* Et ſi alius ſcribat acta, quàm ille,
qui fuit electus, omnia vitio nullitatis laborant,
ut firmat *Toudut. ubi ſupra nu. 4. cum ſeq.*

Advertendo, quod eligendi ſunt duo fide
6 digni, vel unus Notarius publicus, juxta
Text. in l. quoniam contra, ibi: *Statuimus, ut
tam in judicio ordinario, quàm in extraordinario
Judex ſemper adhibeat, aut publicam (ſi poteſt
habere) perſonam, aut duos Viros idoneos, qui
fideliter univerſa judicii acta conſcribant de probat.*
& docet *Montan. loc. cit.*

Et in electione præferendi ſunt Forenſes
Civibus, nam Cives non poſſunt exercere
hujuſmodi officium, alioquin gravarentur Vaſ-
7 ſalli, *ad text. in l. ſi eadem, ff. de offic. Aſſeſſor l. 3.
C. de diverſ. Offic. & Apparit. lib. 12. Novar. de
gravam. Vaſſall. gravam. 203. to. 1. & in dec. 54.
n. 1. cum ſeqq. Danza d. tit. de offic. Actuar. cap. 1.
n. 13. cum ſeqq.* Ea ratione quia præſumitur,
quòd Officiales Cives, vel nimia indulgentia
Concivibus parcant, vel veteri odio præter
mo-

modum in illos ſæviant, ut proſequitur *Novar.d.deciſ.nu.2.* qui in *dec.59.* ulteriùs tenet,
quòd etiam Subſtiturus, ſeu Scriba ejus debet eſſe forenſis.

Limita tamen primò in parvis Terris, cùm
8 ibi difficiliter reperiantur exteri, qui accedant pro parvo officio Actuarii exercendo
Danza d.tit.de offic.Actuar.n.22. Novar.cit.deciſ.54.n.2.in fin.cum ſeq.

Limita ſecundò in perſona eminentis virtu-
9 tis, & inſignis bonitatis, *Danza ubi ſup.d.n.22.*

Limita tertiò, quando concurrit conſuetu-
10 do in contrarium *Danz.ubi proximè n.26.Theſaur.deciſ.268.n.2.*

Officium Actuarii eſt acta fideliter, & ſine
11 fraude, vel errore ſcribere *Fragoſ. de Regim. Reip.par.1.lib.5.diſp.13.§.11.nu.274.Rot.coram Eminentiſſ.Cerro dec.878.nu.1.* Illaque conſervare, ac eadem, vel eorum copiam tradere Partibus tranſportanda, *Rot.in recen.dec.271.nu.6.par.19. & cor.Eminentiſſ.Cerro d.dec.878.n.1.* Idcircò occultans ſcripturam in actis productam, falſi pœna tenetur, *l.Paulus §.1.ff.ad*
12 *leg.Cornel.de falſ.& l.eum,qui C.eodem Menoch.conſ.94.n.57.verſ.Falſi pœna tenetur Rub.in prelud.ad reſolut.quotid.de teſtam.n.251.* ubi etiam latè de obligatione, quam habet, exhibendi
13 ſcripturas productas, & quæ requirantur ad effectum eum eximendi ab exhibitione.

Et cùm ſit publica, & jurata perſona habet præſumptionem pro ſe, quòd fideliter exe-
14 quatur ſibi commiſſa *Cap.Ad audientiam de præſcrip.*& tradit *Gratioſ.Vber.de cit.t.1.cap.7.nu.33.* Undè circa rem ad ejus Officium ſpectantem ei creditur *Rota in rec. dec.316.nu.7.*
15 *cum ſeq.pag.19.* Nec additio facta in margine, & folium album relictum in libro actorum
16 importat falſitatem, quando id de ſtylo fieri ſolet ab Actuario *Rot.in rec.dec.106.n.17. cum ſeq.par.19.*

Occaſione exercitii ejus officii Actuarius multoties recipit fidejuſſorem minùs ido-
17 neum, quo caſu tenetur de proprio ad intereſſe Partis, ut firmant *Muta ad Conſuetud.Panorm.cap.60.n.1n. Oſter.de Official.cap.18.nu.4. Joſeph Ludov.dec.Lucenſ.Gratian.dec.69.num.5. ibique Scoppa ſub n.6.& 7.Rot.cor.Seraphin.deciſ.576.n.6 & in rec.dec.442.n.1.par.4.to.2.*

Quod limita primò, quando Actuarius recepit laudatorem, & approbatorem fidejuſſo-
18 ris *Oſter.loc.cit.n.5.Joſeph.Ludovic.* ubi ſupra *n.8.cum ſeq.*

Limita ſecundò, quando de mandato Judicis certam, & individualem perſonam rece-
19 pit, nam tunc attenta approbatione, & mandato Judicis, cui obedire tenetur, excuſatur *Farin.in prax.de carcer.q.33.n.9.Oſter.* ubi ſupr. *nu.6.Joſeph Ludovic. d.dec.33.nu.17.* & diſtinguendo reſpondit *Rot.d.dec.442.n.2.& ſeq.*

Secùs verò ſi Judex generaliter mandaſſet præſtari fidejuſſorem, cùm mandatum Judicis interpretetur, quatenùs ſit idoneus, vel mandaſſet præſtari idoneum fidejuſſorem; prout
20 quotidiè practicatur, tunc Actuarius dum illum acceptat, debet ſibi præcavere circa illius idoneitatem, alioquin tenetur de proprio, ut declarando firmavit *Rot.cit.dec.442.nu.3.verſ. Nec dicatur cum ſeq.*

Limita tertiò, quando Actuarius recepit fidejuſſorem minus idoneum in præſentia
21 Partis non reclamantis, cùm ejus tacitus conſenſus ſufficiat pro approbatione *Farinac. loc.cit.n.92.Oſter.* ubi ſupra *n.8.Joſeph Ludovic. d.dec.33.n.16. Scoppa ad Gratian.dec.69.nu.10. cum ſeq.*

Limita quartò, quando fidejuſſor de tempore fidejuſſionis præſtitæ erat ſolvendo, &
22 pro habili reputabatur, licèt deindè effectus fuerit non ſolvendo *Farinac.loc.allegat. nu.93. Oſter.* ubi ſupr. *n.9.Gratian.d.dec.69.n.6.ibique Scoppa n.12.*

Merces, Actuarii taxata in præſenti *Rubri-*
B *ca* ampliùs non ſervatur ob gravem muta-
23 tionem monetarum à tempore conditi Statuti, nempè ab anno 1527. citrà, ſed attenditur nova Taxa *impreſſa infra in Appendice*, quæ inviolabiliter eſt ſervanda, prout etiam in Urbe *fa:me:* PAULUS V. *in ejus Bulla ſuper reformatione Tribunalium Urbis la 71.ſub titulo de No-*
24 *tariis Tribunalium Urbis n.1.* mandavit, *quod nullus Notariorum cujuſcunque Curiæ, ſive Criminalium, ſive Civilium Cauſarum audeat quicquam exigere, niſi juxta taxam eis traditam, quam vulgari ſermone ſcriptam in eorum Officiis appenſam, itaut ab omnibus legi poſſit, habere teneantur*, alioquin ſi ultra eam exigatur cri-
25 men concuſſionis, ſeu quaſi committitur *Cap. Statutum §.Notarium, ibique Gloſſ.in verbo metas de reſcript.in 6.Danza in pugna DD.to.1.tit. de offic.Actuar.c.1.n.11. Carpan.ad Stat.Mediolan.to.1.cap.401.nu.4.* & ſecundum diſpoſitionem dictæ *Bullæ* incurrunt pœnas, de quibus ibi *n.112.* Quinimò; à ſponte dantibus non poſſunt ultra taxam quicquam percipere, nec eis ſuffragatur aſſerta contraria conſuetudo,
26 ut firmat *Zacch.de Salar.qu.78.nu. 28.cum duobus ſeq.*

Notandum, quod tutò recipere non poteſt mercedem à pauperibus & miſerabilibus per-
27 ſonis, *§.Sit tibi quoque Auth.de mandat.Princip.d.cap. Statutum §. Inſuper in fine de reſcript. in 6.*& aliis relatis tradit *Petra ſuper Rit.Magn. Cur.Rit.23.n.11.* pleniſſimè *Zacch.de Salar.q.78. n.14. cum ſeq.* ubi quod procedit, tàm quoad Actuarium etiam habentem officium titulo oneroſo reſpectu actuum, quàm quoad Notarium reſpectu rogituum, ubi etiam ſubdit, quod appellatione miſerabilium perſonarum veniunt etiam furioſi, & mente capti, ſubdens, quod ſi hujuſmodi perſonis recuſet operas ſuas præſtare abſque mercede, poteſt ad id per Judicem compelli etiam ſub pœna privationis Officii. Undè *fa:me:* PAULUS V. *in prædicta ejus Bulla la 71.ſub tit.de Regiſtris, Extractibus, & Exemplis, ſeu Copiis, n.20.* ſubdit: *Pauperibus dentur gratis extractus, regiſtra, inſtrumenta etiam publica, copiæ, & aliæ, quæcunque expeditiones, & ſcripturæ, tàm Civiles, quàm Crimina-*

minales, & oſtendantur etiam originalia Pauperum Advocato, & Procuratori ſimiliter gratis, & abſque ulla impenſa, & ſi quando contigerit probandam eſſe paupertatem, teſtes ſimiliter gratis, & ſummariè examinentur; & de paupertate ſtetur arbitrio Judicis, ut advertit *Zacchar.* ubi ſupra *numer.* 14. *in fine*.

Nonnulla alia de Actuariis vide penès *Tondut. de prævent. par. 1. cap. 2. juncto cap. 26. Ber-*
28 *lieb. concluſ. par. 1. concluſ. 8. Scacc. de judic. & Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 60. cum duobus ſeqq.*

De ſolutione mercedis Notariorum Civitatis, & Diſtrictus Faventię pro inſtrumentis, & aliis ſcripturis extra judicium, de quibus fuerint rogati.

RVBRICA QVINQVAGESIMASEPTIMA.

NE defectu mercedis, vel præmii laboris inſtrumenta hominum non benè, vel minus plenè conficiantur, ordinentur, et in protocollis, et ſeptis ſuis per Notarios de ipſis rogatos ordinentur, ponantur, et deſcribantur, quoniam omnis labor optat condecenter præmiari; Idcircò hoc præſenti Statuto in perpetuum valituro ſtatuimus, firmamus, et ordinamus, quòd Notarii, tàm Civitatis, quam Comitatus Faventiæ, quos continget rogari de aliquo inſtrumento pro ipſius inſtrumenti prima nota, et ipſum extensè, ſeriosè, et ordinatè ponendo, et deſcribendo in publica forma in ſeptis ſuis, et illud tradendo in publica forma in charta membrana Parti, ſeu Partibus, ſecundùm quod requiret natura talis inſtrumenti, accipere poſſint, et eis liceat ſibi ſolvi pro mercede, et ſalario ſuo ſecundùm taxationem infraſcriptam. Cujus quidem taxæ, et ſeu mercedis tertiam partem ſolvere teneantur ipſi Notario rogato Partes ambæ, ſi ad ipſas ambas Partes ſolutio mercedis inſtrumenti pertinebit. Alia verò Pars, ad quam tale inſtrumentum pertinebit, ipſam tertiam partem inſolidum ſolvere teneatur. Reſiduum verò mercedis prædictæ ſolvere teneatur tunc, quando dictus Notarius dictum inſtrumentum tradiderit ei, et ſeu eis, qui ipſum Notarium de dicto inſtrumento rogaverit, vel ad quem, ſeu quos ſpectabit, vel ſua intererit illud habere, ad quod tale inſtrumentum accipiendum, poſſit ipſe Notarius Partem, ſeu Partes, ſecundùm quod ipſam, vel ipſas tanget, compellere, et compelli facere, et de mercede, et ſalario ſuo ſibi ſolvi facere ſecundùm dictam infraſcriptam taxationem, quàm taxamus, et limitamus ſecundùm quod inferiùs continetur. In primis de inſtrumento ſimplicis venditionis factæ juxta directam formam, & ſine aliis ſolemnitatibus, ſi venditio fuerit pretii decem librarum, vel abindè infra, ſolid. quatuor bononen. parvorum. Si verò à decem libr. ſupra uſque ad vigintiquinque incluſive ſol. ſex bononen. Si verò à vigintiquinque lib. ſupra uſque ad quinquaginta lib. ſolid. octo bononen. A quinquaginta lib. verò ſupra uſque ad centum lib. ſolid. decem bonon. A centum verò lib. ſupra pro quolibet centenario, ſolid. tres bonon. Et ſi contigerit à dicto centenario ſupra, centenarium aliquod ruptum eſſe, tunc pro illo accipiatur pro rata centenarii rupti ad rationem dictorum trium ſolidorum. Si verò fuerit cum pactis utilibus tale inſtrumentum venditionis celebratum, tunc accipere poſſit ultra id, quod ſupradictum eſt, ſolidos duos bonon. parvorum in quolibet caſuum prædictorum. Si verò fuerit celebratum cum pactis utilibus, & aliis ſolemnitatibus, putà cum præſentia Judicis, aſſenſu attinentium contrahentium, ſeu alicujus Partis, vel fidejuſſionis præſtatione, de evictione, & legitima defenſione rei, & juramento, tunc accipere poſſint, & ſibi ſolvi ultra id, quod ſupradictum eſt, ſolid. duos bonon. in quolibet caſuum prædictorum. Et ſi contigerit in aliquo caſuum prædictorum in contractu venditionis ſecuritatem aliquam præſtari, putà quia frater venditoris, uxor, vel Pater uxoris ipſius venditoris, vel aliqua alia perſona, quæ jus habeat, vel putetur habere in re vendita, renunciet ſuo juri, tunc in omnibus caſibus ſupradictis, reſerendo ſingula ſingulis, accipere poſſit Notarius ſol. duos bonon. parvorum pro hujuſmodi ſecuritatis præſtatione, ultra id, quod ſupradictum eſt. Si verò hujuſmodi ſecuritates præſtarentur de per ſe, & fieret de ipſius præſtatione inſtrumentum de per ſe, tunc Notarius accipere poſſit pro ſua mercede tantùm, quantùm ſupra dictum eſt de inſtrumento ſimplicis venditionis, habito ſemper reſpectu ad valorem rei, cujus prætextu talis ſecuritas præſtatur. Idem, ſcilicèt, quòd ſupra dictum eſt de ſolutione inſtrumentorum venditionum obſervetur in ſolutione inſtrumentorum dationis in ſolutum, permutationis, dotis, donationis inter vivos, depoſiti, mutui, finis ceſſionis jurium, ſolutionis debiti, ſocietatis, locationis ad penſionem, ad laborandum, vel ad affictum ſocidæ animalium, conſervationis indemnitatis, & ſimilium. De inſtrumento verò conceſſionis in emphyteoſim a laicis, ſeu aliquibus ſingularibus perſonis, ſi res conceſſa fuerit

valo-

valoris quinquaginta lib. vel abindè infra ſolid. decem bonon. Si verò fuerit à quinquaginta lib. ſupra uſque ad centum, ſolid. duodecim. Abindè verò ſupra, ſolid. quindecim bonon. Si verò interveniant ſolemnitates aliquæ, putà Judicis auctoritas, attinentium aſſenſus, & ſimiles, tunc pro prædictis ſolemnitatibus accipiantur ſolidi duo bonon. ultra id, quod ſupra dictum eſt. Si verò fuerit inſtrumentum emphyteoſis rei alicujus Monaſterii, loci, vel Eccleſiæ, tunc ſolvatur Notario pro ſua mercede id, ſeu tantùm, quantùm conſuetum eſt ſolvi temporibus retroactis de inſtrumentis conceſſionum dictarum rerum, vel ſimilium, ſeu conſuetum eſt uſitari in tali Monaſterio. Si verò conſuetudo non ſit, vel non poſſit apparere, & res conceſſa fuerit valoris lib. centum, vel abindè infrà, ſolvantur ſolid. quindecim. Si verò abindè ſupra, ſolid. viginti bonon. De inſtrumento verò pacis, & concordiæ, ſi fuerit de homicidio, vel de gravioribus delictis, libras quinque bonon. à Parte, in cujus favorem pax fieret. Si verò fieret in favorem utriuſque Partis, putà quia delicta fuerunt commiſſa hinc indè, & hinc indè pax facta fuerit, tunc accipere poſſit Notarius lib. ſex bonon. ſcilicèt lib. tres à qualibet Parte. Si verò pax fieret ſuper minoribus, & fidejuſſores præſtentur, tunc accipere poſsit Notarius pro ſua mercede ſolid. quindecim bononen. pro qualibet Parte, ſi pax fieret in favorem utriuſque Partis, & mutuæ fierent promiſſiones, & obligationes hinc indè. Si verò fieret in ſavorem unius Partis, tantùm tunc accipere poſſit à Parte, in cujus favorem fit pax, ſol. vigintiquinque bon. Si verò fieret ſuper minimis, & fidejuſſores præſtentut, tunc accipere poſſit Notarius pro ſua mercede inſtrumenti ſolidos quinque bononen. à qualibet Parte. Si verò in favorem unius Partis tantùm, tunc accipere poſſit ſolidos octo bonon. ab ea Parte, in cujus favorem pax fieret. Et ſi fidejuſſores præſtentur, ſolvatur pro quolibet fidejuſſore ultra id, quod ſupradictum eſt, ſolid. unus bononen. parvorum. De inſtrumento verò emancipationis, adoptionis, aditionis, vel repudiationis hæreditatis, tutelæ, curæ, actoriæ, & ſimilium, ſolid. quinque bononen. De inſtrumento verò procurationis ad negocia, ſi inſtrumentum fuerit plenum, & Procurator generaliter fuerit conſtitutus, ſolid. octo bononen. Si verò fuerit in communi, & leviori forma, ſolid. quinque. Si verò fuerit ad unum negocium tantùm conſtitutus Procurator, tunc ſolùm ſolid. quatuor: De inſtrumento verò ſindicatus alicujus Abbatis, vel Prioris, vel Rectoris alicujus Abbatiæ, Monaſterii, vel Eccleſiæ, vel alicujus Societatis, Fraternitatis, Collegii, vel alicujus Corporis Societatis, vel Univerſitatis, ſolid. decem bononen. De inſtrumento verò cujuslibet ſubſtitutionis, ſolid. tres bonon. Salvo quod ſi interſeruerit in eo inſtrumentum procurationis, & mandati talis ſubſtituentis, quod tunc accipere poſſit ſolid. tres bononen. pro qualibet pecia ſcripturæ dicti inſtrumenti, mandati, & procurationis ſic interſerti ultra ſalarium inſtrumenti dictæ ſubſtitutionis. De inſtrumento verò inventarii, ab hærede, vel tutore, vel commiſſariis, vel ſimilibus perſonis confecti, ſolid. tres bononen. pro qualibet pecia authentica, conſiderato quòd Notarius habet ponere illud in ſeptis, & quòd aliquæ ſolemnitates habent intervenire. Et ſimiliter ſolid. tres bononen. pro qualibet pecia ſcripturæ actorum, & proceſſus cujuslibet inventarii De inſtrumento verò rationis redditæ à Tutore, Curatore, Procuratore, Sindico, Caſtaldione, Geſtore negociorum, Socio, & his ſimilibus, ſi quantitas, & ſeu quantitates, & res, de quibus reddita fuerit ratio, fuerint de quantitate libr. centum, vel abindè infra, & ſine ſolemnitatibus Judicis, attinentium, & his ſimilibus, tunc accipere poſſit ſolid. octo bon. ſi fuerit in favorem unius Partis tantùm. Si verò ambarum Partium, ſol. decem, ſcilicèt quinque à qualibet Parte. Si verò fuerit à centum lib ſupra, & in favorem unius Partis tantùm, ſol. quatuordecim bon. Si verò in favorem utriuſque Partis, tunc ſol. decem & ſex bon. ſcilicèt ſolid. octo à qualibet Parte. Si verò fuerit contractus celebratus cum ſolemnitatibus, putà in præſentia Judicis, & cum aſſenſu attinentium, fidejuſſoris præſtatione, & ſimilium, tunc ultra ſalarium prædictum accipere poſſit ſol. tres bon. ſi in favorem fuerit unius Partis tantùm. Si verò ambarum Partium, tunc ſol. quatuor, ſcilicèt duos à qualibet Parte. De teſtamentis autem, ſcilicet pro prima nota poſita in protocollis, ſi hæreditas fuerit valoris lib. centum, vel abindè infra, ſol. quinque bon: Si verò fuerit abindè ſupra, ſolid. decem bon. niſi fuerit tempore peſtis, quo caſu accipere poſſit Notarius duplum ejus, quòd ſupra dictum etiam in prædictis duobus proximè præcedentibus caſibus. Deponendo autem tale teſtamento ſeriosè, & in forma authentica in ſeptis Notarii, & pro dando illud illi, ad quem pertinet in publica forma, & in charta membrana, ſi quantitas hæreditatis fuerit à vigintiquinque lib. infra, ſolid. decem bonon. & à vigintiquinque lib. ſupra uſque ad quinquaginta lib. bonon. ſolid. vigintiquinque bon. & à quinquaginta libris ſupra uſque ad centum, ſolid. quadraginta bononen. Et à centenario ſupra uſque ad quingentas lib. ſol. decem pro quolibet alio centenario. Si vero hæreditas fuerit valoris ultra quingentas libras bonon. tunc accipere poſſit Notarius ſolid. quinque bononen. pro quolibet alio centenario excedente dictas quingentas

tas

Digitized by Google

tas libras uſque in infinitum. De Codicillis autem factis, tàm antè teſtamentum, quàm poſt teſtamentum, accipere poſſit Notarius dimidiam ejus, quòd dictum eſt ſupra de teſtamentis in omnibus caſibus ſupradictis. Et idem intelligatur de primo teſtamento, ſi appareat, Teſtatorem aliud poſteà feciſſe teſtamentum, ſcilicèt, quòd Notarius pro tali primo teſtamento accipere poſſit pro ſuo ſalario in omnibus caſibus ſupradictis dimidiam ejus, quod dictum eſt ſupra de teſtamentis. Et totidem accipere poſsit Notarius idem, vel quicunque alius Notarius rogatus de ſecundo, tertio, vel quarto teſtamento facto inter primum, & ultimum quotcunque reperiatur feciſſe idem Teſtator. Et idem intelligatur in donationibus cauſa mortis, ſcilicèt quòd accipere poſsit dimidiam ejus, quod dictum eſt de ultimis teſtamentis. Salvo, quòd ſi Teſtator, Codicillator, vel Donator fecerit teſtamentum, codicillos, vel donationem cauſa mortis tempore peſtis, & fuerit infirmus tempore confectionis hujuſmodi teſtamenti, codicillorum, vel donationis, tunc & eo caſu Notarius poſsit, & ei liceat accipere pro prima nota ultra totum id, quod ſupra dictum eſt, ſolid. decem bononen. Non liceat tamen huic Notario hos decem ſolidos velle ſibi ſolvi antequàm accedat ad conficiendum tale teſtamentum, codicillos, vel donationem cauſa mortis; ſed potiùs teneatur facere inducias de ipſis ſolvendis ſibi, quando de reſiduo ſibi ſatisfiet. De teſtamento autem Cæci tantùm accipere poſſit Notarius principalis, qui ſcripſerit, & ſubſcripſerit, quantùm dictum eſt ſupra de ultimis teſtamentis, & quilibet Notarius, vel alius, qui ſe ſubſcripſerit, & ſigillaverit, accipere poſſit ſolid. tres bononen. De teſtamentis, codicillis, inſtrumentis, & ſcripturis autem tranſumptis ex ſeptis, & protocollis Notariorum defunctorum, vel abſentium per aliquem Notarium, qui auctoritatem habuerit ſumendi, & elevandi illa in publicam formam, recipere, & habere poſſit Notarius, qui illa ſic ſumpſerit, & elevaverit in publicam formam de dictis ſeptis, quantùm recipere, & habere potuiſſet Notarius, qui de illis fuerit rogatus, ſi ipſa in publicam formam traderet Parti, dummodò ſcomputare teneatur facienti elevare illa, ſeù Parti omne id, quod de dicto ſalario habuiſſet principalis Notarius, qui fuit de hujuſmodi teſtamento, & inſtrumento rogatus. Non tamen poſſit aliquis Notarius, cui commiſſa ſint ſepta, & protocolla alterius Notarii, compellere aliquem ad faciendum elevare, vel recipiendum ab eo aliquod teſtamentum, vel inſtrumentum, vel ſcripturam, niſi de ipſo, vel de ipſa authenticanda fuerit primo requiſitus ab eo, cujus interſit. De ſecuritate verò cujuslibet alterius perſonæ, ſi fuerit de collectis ſolvendis, vel pro aliqua promiſſione, quæ fieret Maſſario, vel Officiali alicujus Officii, tam ſuper ordinariis, quàm ſuper extraordinariis ſui officii extra maleficia, accipere poſſit Notarius illius officii à ſatisdante ſolidum unum, et den. ſex bononen. pro dicta ſatiſdatione, et omni apodiſſa, quam deberet habere ſatiſdans, vel expediret eum habere quacunque de cauſa dicta occaſione. Si verò fuerint plures ſatiſdantes, tunc accipere poſſit Notarius den. ſex bononen. pro quolibet ultra primum, ita tamen quod expenſa talis preſtationis ſit communis inter ipſos preſtantes dictam fidejuſſionem. Si verò dicta ſecuritas, ſeu fidejuſſio præſtaretur ſuper maleficiis, et præſtaretur de quantitate librarum vigintiquinque bonon. vel abindè infrà, accipere poſſit Notarius dicti officii à dicto præſtante pro præſtatione hujuſmodi fidejuſſionis, et ſubſcriptione apodiſſæ, & regiſtrando eam in quaterno, ſolid. duos bononen. parvorum. Si verò præſtaretur pro quantitate excedente vigintiquinque lib. uſque ad quinquaginta, tunc accipere poſſit Notarius ſolid. tres bononen. Si verò pro quantitate excedente lib. quinquaginta uſque ad libras centum, tunc accipere poſſit Notarius ſolid. quatuor. Si verò exceſſerit lib. centum uſque ad ducentas, ſolid. quinque. Abindè verò ſupra ſolid. ſex bononen. & non ultra. Si verò fuerint plures, qui pro eodem delicto, vel maleficio ſatiſdarent, tunc & eo caſu poſſit Notarius accipere pro quolibet ultra primum, ultra id, quod ſupra dictum, ſolid. unum bononen. parvorum, tamen talis expenſa ſit communis, & communiter, et æqualiter dividatur inter dictos ſatiſdantes. De cancellatione verò cujuslibet condemnationis accipiat Notarius ſuper ipſis cancellandis deputatus, et pro ipſis cancellandis liceat ſibi ſolvi, et accipere pro ſua mercede cancellaturæ, ſeù abolitionis, et totius ejus, quod requiritur circa ipſam cancellaturam, quantùm eſt pro labore, et mercede ipſius Notarii, videlicèt ſi condemnatio fuerit de avere, et perſona, ſolid. vigintiquinque bonon. parvorum. Si verò fuerit de mille lib. bononen. vel abindè ſupra, ſolid. quindecim bononen. Si verò fuerit à mille lib. infra uſque ad quingentas lib. tunc ſol. decem bon. Si verò fuerit de quantitate à quingentis libris infra uſque ad centum lib. tunc accipiant ſolid. ſex bononen. Si verò à centum lib. infra uſque ad quinquaginta, tunc ſolid. quinque. Si verò à quinquaginta lib. infra uſque ad vigintiquinque lib. tunc ſolid. quatuor bononen. Si verò à vigintiquinque lib. infra uſque ad decem, tunc ſolid. tres bononen. Si verò à decem lib. infra, tunc ſolid. duos, & den. ſex bononen. tantùm, & non plures; Pœna cuilibet contrafacienti in quolibet prædictorum dupli ejus, quod plus acce-

pe-

petit, vel ſibi ſolverit, quàm debuerit, per formam præſentis Statuti Communi Faventiæ applicanda. Tamen in omnibus caſibus præſentis Statuti poſſit, & debeat haberi ratio facultatis, & ſufficientiæ Notarii rogati, & dictantis, & ejus dictaminis, ita quod quoticſcunque Notarius rogatus foret de aliquo inſtrumento, vel ſcriptura aliqua, quam, ſeu quod requireret altiorem indaginem, præambulum, vel narrationes aliquas, vel longum dictamen, tunc poſſit, et ei liceat accipere plus, quàm ſibi ſit ſuperiùs ordinatum per formam præſentis Statuti, id plùs, quod arbitrio Judicis fuerit declaratum, et hoc Statutum non fuit aliter reformatum.

SUMMARIUM.

1 NOtario duplex merces debetur, nempè una pro rogitu inſtrumenti, & altera, pro illius exemplatione.
Contrahentes tenentur recipere à Notario rogato copiam authenticam inſtrumenti, necnon hæredes copiam teſtamenti, & ſolvere mercedem ex diſpoſitione *Conſtitutionis Ægidianæ nu.*1. Limita in Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis ibidem.
2 Actio locati competit Notario pro conſecutione mercedis.
Notarius implorare poteſt officium Judicis pro conſecutione mercedis n.2.
3 Emptor tenetur ſolvere Notario mercedem pro rogitu. Contrarium, quod ad venditorem ſpectet *n.*4. *vide n.*5.
6 Merces Notarii in Urbe taxatur juxta diſpoſitionem *Bullæ* PAULI V.
7 Merces Notarii *Faventiæ* quomodò taxetur.
8 Ubi militat eadem ratio ibi militare quoque debet eadem juris diſpoſitio.
9 Non uſus, & inobſervantia Statuti ad hoc, ut probetur, quæ requirantur, & n.10.
10 Conſuetudo excluditur tàm ſi unicus actus, quàm ſi ſolus rumor in contrarium probetur.
11 Notarius jurans obſervantiam Statutorum occaſione admiſſionis ad Collegium, ſeu matriculationis, non poteſt poſteà opponere illius inobſervantiam.
Conſuetudo contraria Statuto inchoari non valet, vel inchoata non poteſt proſequi, quàndo concurrit actus contrarius conſuetudini n.11.

OBSERVATIO.

DUplex merces nempè, una pro rogitu
inſtrumenti, & altera pro illius exemplatione, quatenus iſta à Contrahentibus,
1 vel altero eorum, aut aliis petatur, debetur
Notario ratione duplicis laboris, juxta *Gloſs. in l.fin.verbo exemplaria C.de princ.agen.in reb. lib.*12. quam ſequuti ſunt *Roman.conſ.*25.*nu.*2. *& ſingul.*581.*Sur.conſ.*66.*nu.*1.*cum ſeq.Carpan. ad Statut.Mediolan.to.*1.*cap.*401.*n.*1.*Zacch.de Salar.qu.*78.*nu.*10. *Scanarol.de Viſitat.carcerat. lib.*2.§.2.*cap.*17.*n.*31. *Conciol.ad Statut.Eugub. lib.*2.*Rub.*38.*n.*2. Advertendo, quod vigore diſpoſitionis Ægidianæ *lib.*2.*cap.*49. *Notarii, qui fuerint rogati de inſtrumentis venditionum, permutationum, & de teſtamentis, codicillis, ac ultimis voluntatibus, teneantur illa extrahere in publicam formam, & dare emptoribus, & hæredibus teſtamentorum, & ipſos invitos ad ſolutionem mercedis cogere,* juxta præciſa verba ejuſdem Conſtitutionis, quæ tanquàm condita à Card. Ægidio in temporalibus Vicario conſtituto, non comprehendit Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas ex vulgatis, Et quatenùs non ſolvatur prædicta merces, Notarius pro illius conſecutione intentare poteſt actionem locati, vel implorare officium
2 Judicis *Bart.in l.*1.§.*Ludi quoque ff.de var.& extraordin.cognit.ſpecul.in tit.de Salar.* §.*Tunc de Procuratorum Surd.d.conſ.*66.*nu.*3.*Molpheſ. in Commentar.ad Conſuet.Neapol. to.*2. *par.*10. *quæſt.*15.*nu.*3.*Zacch.loc.cit.nu.*12.*cum ſeq.Rot. cor.Buratt.dec.*174.*n.*8.

Cui autem incumbat onus ſolvendi mercedem Notario pro rogitu controvertitur inter *DD.* Nam ſecundùm unam opinionem
3 ſpectat ad emptorem, utpotè quia in ejus
commodum redundat inſtrumentum, tanquàm factum ad probationem illius acquiſitionis, & jurium, ut tenent *Menoch.de præſumpt.lib.*3.*præſump.*122.*n.*58.*Bonacin.de contract.diſput.*3. *qu.*4.*punct.unic.nu.*31. *verſ.Reſpondeo Cenc.de cenſib.q.*57.*num.*14. *Carpan.ad Statut.Mediolan.lib.*1.*c.*335.*n.*10.

Secundùm verò aliam, ſpectat ad venditorem, quàm tenent *Niger.de laudem.qu.*12.
4 *n.*10.*to.*1.*Balmaſeda de collect.q.*100.*ſub n.*4.

Et ſecundùm tertiam opinionem, uterque tenetur ob commodum commune, cùm ven-
5 ditoris intererit vendere, & emptoris emere,
ut firmat *Avendan. de exequen.mandat.lib.*2. *cap.*19.*n.*2. cum aliis ab eo relatis, quæ opinio videtur magis communiter recepta in contractu venditionis, dùm aliter inter contrahentes non fuit conventum. In aliis verò contractibus onus ſolvendi ſpectat ad eum, qui majorem utilitatem, & commodum reportat.

Quo verò ad taxationem quantitatis mercedis, in Urbe attenditur diſpoſitio Bullæ *fa:me:* PAULI V. *ſuper Reformatione Tribu-*
6 *nalium Urbis la* 71. & Faventiæ attendi de-
beret, vel diſpoſitio hujus *Statuti*, vel *Magalottæ, de qua infra in Appendice;* Nihilomi-
7 nùs abuſu introductum eſt., quod neutra
ſervetur, ſed pro contractu continente ſummam ſcut.200.ſolvuntur Julii octo, & ſi contineat majorem ſummam pro ſingulis aliis ſcutis 200. ſolvantur Julii quatuor uſque ad ſummam ſcutorum ſex in totum; pro rogitu verò aliorum contractuum minoris ſummæ, ſolvatur tertia pars prædictæ quantita-

Digitized by Google

tis proportionabiliter, dummodò non ſit minor juliorum trium, & quatenus labor fuerit exceſſivus, vel ratione ſcripturæ, vel alterius circumſtantiæ, tunc arbitrio boni viri augeatur quoque merces; Nec majori onere gravari debent teſtatores, vel eorum
7 hæredes pro rogitu teſtamentorum, cùm non militet diverſa, & major ratio in illis, quàm in illis, ſed eadem, & conſequenter militare quoque debet eadem Juris diſpoſitio, vulgata *l. Illud ff. ad l. Aquil.* cum aliis pluribus alleg. *à Bar. tract. var. axiom. 197. n. 3.*

Advertendum tamen, quòd ad hoc, ut non uſus, & inobſervantia Statuti, ſeù contraria conſuetudo dicatur probata, duo co-
9 pulativè requiruntur, nempè actus contrarios Statuto habuiſſe effectum, & deveniſſe ad notitiam majoris Partis Populi, & ſi deficiat notitia majoris partis, tunc ejus vice probandum eſt, caſus contrarios fuiſſe obtentos in contradictorio judicio, ut docendo declarant *Farinac. in fragment. in verbo lex ſub n. 5. verſ. contrarium par. 2. & Sperel. dec. 15. n. 45. cum duob. ſeq. par. 1.* Necnon uniformitatem actuum, adeòut excluſa remaneat con-
10 ſuetudo, ne dùm ſi unicus actus contrarius probetur, ut notat *Bart. in l. Semper in ſtipulationibus in fin. ibique Cagnol. n. 12. ff. de regul. Jur. Surd. conſ. 393. n. 24. & conſ. 476. n. 13. Rot. cor. recent. me: Coccin. dec. 1552. nu. 11. cor. Bich. dec. 48. n. 14. & 15. cor. Card. Celſ. dec. 232. nu. 8. in rec. dec. 382. n. 14. par. 16. & dec. 208. nu. 15. par. 17.*

Verùm etiam, ſi concurrat ſolus rumor in contrarium, ut firmavit *Rot. in recen. dicta dec. 208. n. 15. & cor. Emin. Cerro dec. 607. n. 19.*

Eòque minùs ſuffragari poterit aſſerta conſuetudo, ſi doceatur, occaſione admiſſionis
11 ad Collegium, ſeu matriculationis quemlibet Notarium juraſſe obſervantiam Statutorum dùm iſte actus directè adverſetur prætenſæ conſuetudini, & operetur, ut ea inchoari non valeat, vel inchoata non poſſit proſequi, ſed remaneat interrupta, ut plenè reſpondit *Rot. in rec. dec. 210. n. 10. cum ſeq. junct. dec. 260. pariter n. 10. par. 17.*

De ſalario, & mercede ſcripturarum, quæ fiunt extra ordinem civilis judicii.

RUBRICA QUINQUAGESIMAOCTAVA.

VErum quia aliquando Reus citatus veniens confitetur intentionem Actoris; aliquando contumaciter abeſt; aliquando verò comparens reſpondet Actori ſuper intentione, ſed poſteà ſe abſentat, & contumaciter abeſt, & iſtis caſibus ordo civilis judicii ſervari non poteſt; Imò neceſſarium eſt, ut quadam alia via extraordinaria procedatur, quo caſu diverſa acta fieri conſueverunt. Idcircò poſita meta ſalarii, & mercedis ſcripturarum, quæ occurrunt in proceſſu judicii ordinarii; Reſtat nunc metam, & taxam imponere pro ſcripturis, quæ ut plurimum occurrere conſueverunt in dictis proceſſibus extraordinariorum judiciorum, quam ponimus, limitamus, & taxamus in hunc modum, videlicèt, quòd citato Reo, & ipſo comparente, & ſine aliqua reſiſtentià confitente debitum, & petente terminum ad ſolvendum, tunc ſolvatur Notario Tribunalis pro dicta citatione, & relatione per dictum Actorem ſolidus unus bononen. parvorum. Si quantitas fuerit decem librarum, vel abindè ſupra. Si verò fuerit à decem libris infra, denarios ſex bononen. tantùm, & non plus. De præcepto verò in confeſſum facto tali debitori, ſi quantitas fuerit librarum vigintiquinque, vel abindè infra, ſolidum unum bonon. Si verò abindè ſupra uſque ad quadraginta libras, tunc ſolidos duos. Si verò à quadraginta ſupra uſque ad centum, tunc ſolidos tres bonon. Abindè verò ſupra uſque in infinitum, ſolidos quinque bononen. tantùm ſolvendos Notario Tribunalis per debitorem, vel per ipſum creditorem, expenſis tamen dicti debitoris. Si verò debitor non ſolverit ad terminum, & creditor voluerit dictum præceptum in publicam formam, tunc accipere poſſit Notarius pro ipſo authenticando duplum ejus, quod ſupradictum eſt in omnibus caſibus ſupradictis, referendo ſingula ſingulis. Si verò Reus non comparuerit, ſed contumaciter aberit, tunc fiant ſolutiones Notariis hoc modo videlicèt, & plus accipere eis non liceat. In primis de prima, & ſecunda citatione, relationibus Nuncii, & pro citatione facta per Præconem ad arengheriam, & ad domum, vel in contrata citati, & relatione Nuntii, & Præconis, & accuſationibus contumaciæ pro qualibet ipſarum, & earum regiſtro accipere poſſit Notarius Tribunalis, ubi Cauſa agitatur, quantùm ſupradictum eſt in tertio proximè præcedenti Statuto de citatione. Et ſimiliter de libello, & ejus productione, & regiſtro tantùm quantùm ſupradictum eſt in dicto tertio proximè præcedenti Statuto. De ſententia verò interlocutoria, ſeu pronunciatione alicujus contumacis, & littera, ſeu commiſſione executionis ipſius interlocutoriæ, & relatione Nuncii, ſolidos tres bononen. parvorum, ſi quantitas, vel res petita, ſeu in petitione, vel libello comprehenſa fuerit, lib. vigintiquinque bononen. vel rei tantundem æſtimationis, vel abindè infra. Si verò fuerit à vigintiquinque libris ſupra, vel de re abindè ſupra valente, tunc ac-

Digitized by Google

cipere poſſit Notarius pro ipſius prolatione, & regiſtro ſolidos tres bononen. Item de commiſſione executionis talis interlocutoriæ, ſeu de dando tenutam vigore talis interlocutoriæ, & pro relatione Nuntii denarios duodecim bonon. parvorum. Item pro commiſſione cujuslibet ſubhaſtationis, & relatione Nuntii, & ejus regiſtro, denarios duodecim bonon. parvorum. Item pro denunciatione facta Reo, & relatione Nuntii, ſeu Nuntiorum, & accuſatione contumaciæ, denarios duodecim bonon. Si vero Reus vigore publici inſtrumenti, vel alias mittatur ad carceres, vel alias pro debito detineatur, tunc accipere poſſit Notarius Tribunalis pro detentione, & relatione Nuntii, ſi quantitas ſeu debitum fuerit à quinquaginta libris infra, ſol. unum bon. Si verò abindè ſupra, tunc ſolidos duos, ſi verò ipſius rei copia non poſſit haberi, & pro debito ponatur in banno, idem, quod dictum eſt de captura obſervetur; De qualibet verò ſimplici pignoratione, ſi quantitas fuerit à quinque libris infra, denarios ſex; abindè verò ſupra, ſolidum unum. Si vero Reus compareat, & volens recuperare tenutam, vel exire de banno, & in ſuis exceptionibus audiri, & præſtet ſatiſdationem, tunc accipere poſſit Notarius Tribunalis, & ſibi ſolvi facere de productione, regiſtro cujuſcunque ſcripturæ, quam producet ipſe Reus volens audiri, ad rationem ſolidorum duorum bonon. parvorum pro qualibet petia. Et ſi fuerit minus petia, ſolidum unum. Et petia intelligatur, ut ſupra in alio Statuto dictum eſt, de quinquaginta lineis, & linea de quindecim dictionibus. Item pro præſtatione cujuſcunque fidejuſſionis, ſolidum unum, Si autem Reus in contumacia perſeveravit, & procedatur in Cauſa, tunc de citatione teſtium, relatione, & eorum juramento. Item de citatione Æſtimatorum, relatione Nuntii, eorum comparitione, juramento, tantum quantùm dictum eſt de teſtibus in alio Statuto. Item de eorum relatione æſtimationis, ſi res fuerint tres, vel abindè infra, ſolidum unum. Ab indè ſupra, ſolidos duos bonon. parvorum tantùm. Et de productione quorumcumque capitulorum, inſtrumentorum, & jurium, & eorum regiſtro accipere poſſit Notarius Tribunalis, & ſibi ſolvi tantum, quantum ſupradictum de ſimilibus in tertio proximè præcedenti Statuto. Si vero contingat, rem, ſeu res datas in tenutam ex primo decreto vendi jure creditoris, tunc ſolvatur Notario ban. hi de inſtrumento dictæ venditionis hoc modo videlicèt, quod ſi res vendita fuerit vendita vigintiquinque libris, vel abindè infra, tunc accipere poſſit dictus Notarius ſolidos quinque bononen. Si vero fuerit abindè ſupra uſque ad quinquaginta libras, tunc ſolidos octo bononen. Si verò fuerit à quinquaginta libris ſupra uſque ad centum, tunc ſolidos decem bononen. Si verò fuerit à centum libris ſupra uſque ad quingentas, tunc ſolidos quindecim bononen. Ab indè verò ſupra uſque in infinitum, ſolidos viginti bononen. Et pro dando ipſum inſtrumentum emptori in publica forma in membrana, vel in chartis bombicinis inter acta proceſſus Cauſæ, ſi emptor maluerit illud cum dictis actis in eodem proceſſu, accipere poſſit ipſe Notarius pro ſua mercede dicti authentici, & ſeu copiæ in publica forma traditi, dimidiam tantùm ejus, quod ſupradictum eſt pro prima nota, ſeu regiſtro in omnibus caſibus ſupradictis, & non plus. Si autem res non vendatur, ſed procedatur ad adjudicandum in ſolutum creditori res in tenutam acceptas, tunc de productione petitionis ſecundi decreti, & regiſtro ejus ſolvatur Notario ad rationem duorum ſolidorum pro qualibet petia, & ſimiliter pro productione expenſarum factarum in Cauſa, & earum regiſtro, commiſſione ad caſſandum, relatione taxationis, & declaratione Judicis, & eorum regiſtro. De citationibus vero factis ad audiendum ſententiam adjudicationis, relationibus, & accuſationibus contumaciarum; ſolvatur Notario tantùm quantùm dictum eſt ſupra in tertio proximè præcedenti Statuto de citationibus ſimilibus factis in ordinario judicio. De prolatione vero ſententiæ adjudicationis in ſolutum, & de ejus regiſtro, & ſimiliter de authentico, ſeu copia danda in publica, & authentica forma, tantum quantum ſupradictum eſt in tertio proximè præcedenti Statuto de ſententia diffinitiva in omnibus ſuis caſibus, ſecundùm diſtinctionem factam de ipſa diffinitiva. De commiſſione vero de inducendo creditorem in poſſeſſionem rei, ſeu rerum adjudicatarum ex ſecundo decreto, & pro relatione Nuntii, & regiſtro, accipiat, & accipere poſſit Notarius Tribunalis ſolidum unum bononen. parvorum. De copia vero proceſſus danda ipſi Actori in publica forma, ſolidos duos bon. pro qualibet petia. Ita tamen quod regiſtrum dicti proceſſus, ſeriosè, & in forma ordinatum, & poſitum, & per ipſos ſervandum remaneat penès ipſos Notarios, alias nihil accipere poſſit pro ſua mercede talis regiſtri. Et ſi accideret, aliqua acta actitari, vel fieri, tàm in proceſſu judicii extraordinarii, quàm ordinarii, de quibus non ſit ſpecificata, vel determinata ſpecialis ſolutio per hoc præſens, vel per tertium præcedens Statutum, vel per aliquod aliud Statutum, tunc pro ſolutione Notariorum procedatur de ſimilibus ad ſimilia, & ſic ſolvatur ipſis Notariis Tribunalis; illud idem intelligatur de ſcripturis actis, & actitatis, & factis coram Arbitris, & Arbitratoribus, cùm arbitria ad inſtar judiciorum ſint redacta.

SVMMARIVM.

1 MErces Notarii actuarii circa actus judiciales quomodò taxetur.

OBSERVATIO.

SUpervenit nova taxa *infra in Appendice impreſ.pag.*107.circa ſolutionem mercedis
1 Notarii Actuarii pro actibus judicialibus,quę
quidem nunc ſervatur, non autem diſpoſitio
Statuti.

De ſalario Nuntiorum, & Tubatorum Communis Faventiæ.

RUBRICA QVINQVAAGESIMANONA:

STatuimus, & ordinamus, quod pro proclamatione facta per Nuntium (A) ſolvantur ei tres denarii. Bannitori vero cum tuba (B) ſolvatur unus ſolidus, & non plus. (C)

SVMMARIVM.

1 TUbatores, & Plazarii apud Romanos pro ſinonymis habebantur.

Tubatorum, & Plazariorum apud Romanos exercitium erat varium, ſed poſtea ad diverſa,& diſtincta fuerunt deſtinata n.1.& 2.

3 Nunciorum, ſeu Plazariorum merces in Civitate Faventiæ, quomodò taxetur.

4 Tubæ inventio cui tribuatur.

5 Tuba originem traxit à tubo, ſive canali.

Tubæ forma, remiſſivè n.5.

6 *D. Raphael Fabrettus* laudatur.

7 Tuba differt à Tibia.

8 Tuba inſtrumentum antiquiſſimum eſt.

Tubarum claſſes variæ, remiſſivè n.8.

9 Tuba quantò altiùs aſcendit, ſemper à perfectioribus conſonantiis recedit.

10 Tubæ uſus variis inſervivit, & præſertim in bello.

11 In funeribus Senatorum, Patritiorum, & Principum Antiqui utebantur Tubis.

In funeribus puerorum, vel hominum abjectioris notæ Antiqui utebantur Tibiis n.11.

Tubæ, & Tibiæ inſtrumentum funebre erat apud antiquos n.11.

12 Bellum indici ſolebat per Tubicinem.

13 Bellum indicebatur mediante miſſione, vel jactu chirotecæ, & n.14.

14 Bellum, & pugna Ravennæ de anno 1512. inter Exercitum Pontificium, Gallum, & Hiſpanum refertur.

15 Tubarum uſus hodiè circa quæ verſetur, & in quibus eis utamur.

16 Tubatorum merces Faventiæ quomodò taxetur.

17 Tubatores,ſeu Præconi dicti etiam ſunt Buccinatores.

18 Tubatores idiotæ, ut plurimum, judicantur à *Martiali*.

Architecti idiote ut plurimum judicantur à *Martiali* n.18. ſed contra.

OBSERVATIO.

TUbatores, & Plaxarii apud *Romanos* pro
A ſinonymis habebantur, & tunc varium
1 erat exercitium eorum, de quibus latè *Thomas Garzonus in ejus opere in ſcripto la Piazza universale di tutte le Profeſſioni del Mondo diſcurſ.*13. latè *Roſin.antiquit.Roman.lib.*7.*c.*48.
2 Poſtmodum verò ad diverſa, & diſtincta
fuerunt deſtinati,prout hodiè quoque diverſa exercent, ut cuique patet. Eorumdem Nunciorum, ſeu Plazariorum merces amplius non ſolvitur juxta quantitatem taxatam
3 in præſenti *Rubrica*,ſed ſecundum novam taxam,infra *in Appendice impreſſam*. Nonnulla alia de mercede Nunciorum,& Curſorum vide ſupra in *Annot. ad Rubr.*22.*lib.*1.*nu.*11. *cum ſeqq.*

Tubæ inventio à nonnullis tribuitur Tu-
B ſcis; à *Pauſania* verò *lib.*2. adſcribitur *Tyr-*
4 *rheno*, *Herculis*, *& Omphales* filio, licèt poſtea *Hegeleum* ejus filium *Dorienſes*, qui *Temenum* ſecuti ſunt, hujus inſtrumenti clangorem docuiſſe, eamque ob cauſam Minervam Salpingem tubam docuiſſe, ut referr *Tiraq. in Annot.ad Alex. ab Alex. dier.genial. lib.*4. *cap.*2. *litera T.pag.mihi* 438. Ejus originem
5 traxiſſe à tubo ſive canali,refert *Gaſpar Bartholin.de Tibiis vet.lib.*3.*cap.*7.*verſ.Tubæ*, cujus forma cernitur impreſſa penes *P. Athanaſium Kircher. in ſua Phonurgia nova lib.* 1. *ſect.*3. *& D. Raphaelem Fabrettum*, *omnigenæ eruditionis Virum,in ejus tract.de Columu.Trajani cap.*7.*pag.*204. & differre à Tibia, ut re-
7 probato *Aldo minore* tenet *Barthol.in.d.tract. lib.*3.*cap.*1. aliaque plura videnda ſunt apud *Polyd.Virg.de Inventor.rer.lib.*1.*c.*15.*per tot.*

Hujuſmodi inſtrumentum eſt antiquiſſimum, & jam uſitatum in veteri Teſtamento,
8 ut teſtatur *Kircher. loc. cit.* ubi de variis Tubarum claſſibus, & notat, quòd quantò al-
9 tius aſcendit, ſemper à perfectioribus conſonantiis recedit.

Variis inſervivit uſus Tubæ, præſertim
10 in bello, cum mediante ea daretur ſignum militibus, ut juſſa Principis, ejuſque Ducum innoteſcerent, & eorumdem militum animi ad fortiter pugnandum accenderentur, ut tradunt *Alex.ab Alex.d.cap.*2. *ibique Tiraquell.pag.mihi* 438.*cum ſeq.Pater Stephanus Menoch.de Repub. Hebr. lib.de leg.judicial. cap.*5.*litera D.& D.Fabrett.ubi ſupra pag.*203. *litera B.& Polyd.Virgil.loco proximè citato*.

In funeribus Senatorum, Patritiorum, &
11 Principum Veteres quoque uſi ſunt Tubis, in illis verò puerorum, vel hominum abjectioris notæ utebantur Tibiis, cùm utrumque inſtrumentum eſſet funebre, ut docet

Alex.

Alex. ab Alexandr.dierum genial. lib.3.cap.7. ibique Tiraqnel.pag.mihi 311.Pater Franciſcus de Mendoxa in ſuo Viridario Sac. & prophan. erndution. lib.8.tit.flores Ameniſſimi Saturnal. cap.2.n.161. prout etiam utebantur in ludis gladiatotiis, ut docet *D.Fabret.loc.cit.p.204. litera G.*

PerTubicinem pariter indici ſolebat duel-
12 lum, ut teltatur *Matthæns Villan. lib.1. Hiſtor.cup.39.* loquens de ſingulari certamine
indicto, ibi: *E per ſegno di ciò li mandò il guanto per ll Trombetta &c.* Vetus enim mos
fuit chirothecæ mittendæ, vel ejuſdem ja-
13 ctus ad indicendum diem belli, ut ex *Matthæo Paride* plenè notat *Ciron.in particula ad tit.decret.de nov.oper.nnnc.p.445.* Hinc *Aloyſius Pulejus* celebris Poeta Etruſcus in *Poemate in ſcripto il Morgante car.24. ſtanz. 81. pag.287.* cecinit.

Pur ſe tu ſei così deliberata
Di voler del tuo Padre vendicarti,
Non ſia la noſtra Eccellenzia mancata,
E ſe vuoi con Orlando riprovarci,
Ti manderò del Guanto la Giornata.

Quod de anno 1512. practicatum quoque fuit in Provincia Romandiolæ à Fois Duce generali Gallorum occaſione indicendi certamen exercitui Pontificio, & Hiſpano, ut refert *Cæſar Manent.Hiſtor.lib.6.pag.184.* ibi: *Monſignor de Fois Generale de' Franceſi in Italia, doppo la preſa di Breſcia, intendendo, che*
14 *il Campo del Papa, e Spagna era in Romagna*
per racquiſtar Bologna, e che li Svizzeri ſi preparavano per calare in favore del Papa, partì con ſue genti, & invioſſi verſo Ferrara, paſſando il Pò à Briſello, facendo venire tutti i Soldati Franceſi d'ogni parte di Lombardia, e di quelli tutti fece maſſa à Bagnacavallo, unitoſi con Alfonſo Duca di Ferrara, quale aveva una bella banda di gente, e gran quantità di buona artigliaria, con animo d'eſpugnare la Città di Ravenna, & anco quanto più preſto potevano venire al fatto d'arme, ſperando aver la vittoria, trovandoſi in eſſere un florido, e potente Eſercito; dall'altra parte D. Raimondo di Cardona Generale dell'Eſercito Spagnuolo per il Papa, eſſendo ritirato ad Imola, & indi nel circuito di Faenza, per non venire à giornata con i Franceſi ſotto Bologna, ch'era in potere loro, s'accoſtò a Ravenna per ſoccorrere quella Città, che già era ſtata da una parte dell'Eſercito Franceſe aſſalita, e doppo gran batteria ſi era in un giorno difeſa da trè fieri aſſalti per vigore de' Giovani Ravennati, e di Marc' Antonio Colonna, e loro gente, & accampoſſi ad un luogo detto la Beveratura due miglia lontano da Ravenna appreſſo il fiume Viti, detto Acqua d'uſa, e Rubicone, i Franceſi dall'altra parte del fiume con tutto l'Eſercito loro s'accoſtorno, e ſenza che da' Spagnuoli li foſſe dato impedimento, lo paſſorno, e mandando guanto inſanguinato al Cardona, gl'intimorno la giornata, qual'accettata, ſi venne al fatto d'armi, il quale fu de' più fieri, e ſanguinolenti, che in Italia ſi fuſſe mai fatto &c.

Hodiè frequentior uſus Tubarum verſatur in bello, torneamentis, feſtivitatibus, tàm
15 ſacris, quàm prophanis, publicatione Edictorum, & Bannimentorum, convocatione populi, ac in ſubhaſtationibus, & deliberationibus, nec non in citatione, ut generaliter de uſu Tubatorum, eorumque antiquitate, & exercitio *Thomas Garzonus loc.cit.* de citatione per Tubam *Baron.de citat. to.1.qu.10. Gratioſ.Ubert.eod.tract. cap.7.n.349.cum ſeqq. juncto n.359.& cap.12.n.248.cum ſeqq.* Et de ſubhaſtationibus, & deliberationibus, earumque Edictis, & Bannimentis plenè *Poſth. de ſubhaſtat. inſpect. 29. Antonius Matthæus de action.* præſertim *lib.1.cap.9.*

Tubatorum merces ampliùs non regula-
16 tur juxta taxam Statuti, ſed ſecundum no-
vam, de qua infra *in Appendice.*
C Notandum in propoſito Tubatorum, ſeu
17 Præconum, qui & Buccinatores dicti ſunt in
l.ult.ff.de jure immunit. & in veteribus inſcriptionibus, de quibus *Pignor.de Servis pag.139.*
18 Si credendum eſſet *Martiali lib.5. Epigr.56.*
illi, ut plurimum ſunt idiotæ.

Si duri puer ingenii videtur,
Præconem facias, vel Architectum.

Sed contrarium experientia docemur quo ad iſtos.

De copia actorum fienda.

RVBRICA SEXAGESIMA.

ORdinamus, & ſancimus, quod Notarii, qui ſunt ad aliquod Tribunal Cauſarum Civilium, teneantur permittere videri, & legi cuicumque volenti, cujus interſit, acta (A) ſine ſolutione aliqua incontinenti, quando producuntur, aut fiunt, & eorum copiam dare recepta mercede ſibi debita, ſecundùm formam Statutorum, de tali mercede loquentium, ſub pœna ſolidorum viginti bonon. pro qualibet vice de facto auferenda. Et quod Notarius, qui acta ſcripſerit, teneatur omnia acta coram eo producta, vel per ipſum facta, & omnes alias ſcripturas publicas, vel privatas in Cauſa productas infra quintam diem regiſtrare (B) in libro ſub eademmet pœna, auferenda pro qualibet vice, & pro qualibet ſcriptura. Quem librum teneatur præſentare Iudici Cauſæ, vel ei, ad quem Iudex mandaverit ſine mercede aliqua, ſolui tamen debeat d. Notario de tali regiſtro ſecundùm formam traditam in Statuto, diſponente de mercede Notariorum pro ſcripturis in contradictorio judicio productis, & regiſtratis. A prædicta autem regiſtratione excipimus acta publica, ſeu copias publicas actorum, factas in alia Curia, ſeu coram alio Judi-

Iudice, Arbitris, vel Arbitratoribus, quæ producerentur coram dictis Notariis, ſeu eorum Iudicibus, de quibus ſufficiat ſcribere in actis productionem diſtinctam, & certam, ita quod apparere poſſit de corpore talium productorum.

SVMMARIUM.

1 Acta publica occultari non poſſunt à Notario, ſed cuique intereſſe habenti, & videre, & legere volenti, oſtendere gratis ipſe tenetur.

2 Notarius Actuarius copiam ſcripturarum productarum, & actorum Partibus petentibus tradere tenetur, ſoluta competenti mercede. Vide ibi.

3 Pauperibus tamen gratis tradere tenetur.

4 Pauper quis dicatur relinquitur Judicis arbitrio.

5 Paupertas probatur ex atteſtatione Parochi, & ex depoſitione alterius teſtis, ſummariè examinati.

Societas *Mortis Faventiæ* ſubminiſtrat alimenta pauperibus carceratis n.5.

6 Regiſtratio ſcripturarum productarum, vel ſaltem citationum, & actorum in libro particulari, eſt utiliſſima, & quarè.

7 Inſtrumentum actorum procurari debet à Notario lata ſententia, vel relaxato mandato, & quarè.

8 Citationes retinentur in filtiis à Notariis Urbis.

9 Citationes regiſtrantur in Vrbe ab aliquibus Notariis in libro, nuncupato *Manuale*.

OBSERVATIO.

Acta publica non poſſunt à Notario oc-
A cultari, ſed cuique intereſſe habenti,
1 ea videre, & legere volenti, oſtendere gratis
tenetur *Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1.cap.25.nu.2. Conciol.ad Stat.Eugub. lib.2.rub.23.num.1.cum ſeq.* quod etiam diſpoſitum fuit à *fa:me:* Paulo V. *in ejus Bulla ſuper reformatione Tribunalium Vrbis n.46.* ibi: *Alia cujuſcunque generis qualitatis, quantitatis, contractus, acta, inſtrumenta, vel ab ipſis rogata, vel apud eos producta, teneantur Partibus, intereſſe habentibus, ad earum beneplacitum gratis oſtendere, ipſiſque copiam facere, tradere, ſoluta mercede competenti, ſine tamen die, anno, menſe, teſtibus, ita ut nullum in judicio fidem facere poſſit.*

Tradere etiam tenetur Partibus petentibus copiam ſcripturarum productarum, &
2 actorum, ſoluta competenti mercede, ut proſequitur *Conciol. ubi ſupra nu.4. Scacc.de judic. lib.1.cap.100.nu.4.* ubi *n.8.* advertit, ad hunc effectum duo requiri, nempè 1. quod decreta ſit à Judice, & 2. quod ſibi tradatur arrha, & ante traditionem ſibi ſatisfiat, ac diſpoſitum legitur in *in d.Bulla eod.tit.n.28.*ibi: *Sententiarum, decretorum, aut aliarum quarumcunque ſcripturarum, tàm civilium, quàm criminalium copia unicuique petenti ſoluta copiæ petitæ competenti mercede, dare teneantur.*

Pauperibus tamen illam gratis tradere tenetur, ut diſponit *Magalotta infra in Appendi-*
3 *ce impreſſa,* & firmat *Conciol.loc.cit.n.2.*ubi *n.3.* ſubdit, quòd cùm in jure non ſit determinatum, quinam dicatur pauper, relinquitur ar-
4 bitrio Judicis. Paupertas verò dicitur ſufficienter probata ex atteſtatione Parochi, & ex depoſitione alterius teſtis, ſummariè exami-
5 nati, ut in propoſito alimentorum reſolvit *fel:me:Card.Vrſinus Romandiolæ de Latere Legatus* ad inſtantiam Venerabilis Societ. Mortis noſtræ Civitatis, ſubminiſtrantis alimenta Pauperibus carceratis, ut ex ejus Epiſtola, ſcripta Locumtenenti ejuſdem Civitatis, ibi: *A nome della Compagnia della Morte di coteſta Città è ſtato rappreſentato quà il grave pregiudizio, che ſente per non volerſi ammettere le fedi, che fanno, e riconoſcono i Parochi della poverta di quelli, che ſtanno carcerati per debiti, volendo i Creditori, che abbiano quei requiſiti, che V.S. vedrà dall'anneſſo memoriale, intorno a che m'è parſo di dire a lei, che abbia a cio quel riguardo, che conviene, avvertendo, che la Compagnia riceva manco danno, che ſia poſſibile nell'alimentare i poveri carcerati, e mentre abbino provata la povertà per fede del Paroco, riconoſciuta con ſuo giuramento, e con il detto d'un'altro teſtimonio, eſaminato ſommariamente, facci oſſervare la Magalotta ad unguem, che ſarà il fine di queſta, e me le raccomando. Di Ravenna li 16. Ottobre 1622.*

Al piacere di V.S.
Il Cardinal Orſino.

De altera Societate eleemoſynam Subminiſtranti Pauperibus invalidis, vide ad *Rubric.4.lib.6.n.11.& ſeq. 2.*

Regiſtratio ſcripturarum productarum, vel ſaltem citationum, & actorum in libro
6 particulari, eſt utiliſſima, cùm illa mediante
B ceſſet imminens periculum, tàm amiſſionis, quàm lacerationis, & occultationis. Undè cauti litigatores, qui ſententiam favorabilem, vel mandatum obtinuerunt, maximè in Cauſa gravi, reportare debent à Notario com-
7 pendioſum inſtrumentum omnium actorum geſtorum, & hoc modo evitare periculum lacerationis, & amiſſionis, alicujus actus, & citationis decretum, ſententiam, executionem, ſubhaſtationem, & poſſeſſionem reddentis nullam, quòd contingere poſſet, vel ex malitia, & dolo Adverſarii, vel ex in curia Notarii, vel ex caſu fortuito, prout aliquando evenit in graviſſimum damnum, & præjudicium, præſertim in Vrbe, ubi Notarii reti-
8 nent citationes in filtiis, & à à multis non
9 regiſtrantur in libro, Manuale citationum nuncupato, prout ab aliis.

De

De executionibus Civilium Cauſarum, & debitorum privatorum.

RVBRICA SEXAGESIMAPRIMA.

STatuimus, providemus, & ordinamus, quod de cætero in Civilibus Cauſis, & mixtis, ac maximè damnorum datorum, & in exactione collectarum quarumcunque, & privatorum debitorum, fieri non poſſint, nec debeant executiones, ſeu gravamina quævis realia, vel perſonalia, niſi per Executores, & familiam D.Poteſtatis dictæ Civitatis, & non per alium quemvis, etiam Bariſellum quemcunque, etſi aliter fieri contingat, talis executio, gravamen, & exactio ſint ipſo jure nulla, & nullum, nulliuſque roboris, & momenti. Et ille, ad cujus inſtantiam talis executio, exactio, & gravamen fieri contigerit per alium quemvis, quàm per ipſos Executores, & familiam dicti D. Poteſtatis, incidat ipſo jure in pœnam lib. quinque bonon. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit: Et prædicta non vendicent ſibi locùm, quando talis executio facta appareret per alium Executòrem, juſſu, & mandato Officii Dominorum Antianorum.

SVMMARIVM.

1 GVbernator Burgi Vrbis habet inibi juriſdictionem amplam, & privativè quoad omnes alios Judices.

2 Exequi non poſſunt in Burgo Vrbis mandata relaxata ab aliis Judicibus abſque exequatur Judicis, & præſentia Birruariorum ejuſdem Burgi. Limita ut ibi.

Baroncellus Burgi Vrbis habet facultatem privativè quoad omnes alios Birruarios exequendi inibi mandata n.2.

3 Habitatores Burgi Vrbis quinam dicantur.

Gubernator Vrbis hodiè eſt Vice-Gubernator Burgi cum eiſdem facultatibus, juriſdictione, & prærogativis, quibus antea fruebantur illius Gubernatores. Vide ibi.

4 Burgi Urbis juriſdictio cui competat.

OBSERVATIO.

SImile privilegium competit Baroncello, & Birruariis Tribunalis Civitatis Leoni-
1 næ, ſeu Burgi Vrbis, ubi tanquàm Civitas, & Gubernium ſeparatum, & de per ſe cum deputatione particularis Gubernatoris, cum
2 ampla, & privativa juriſdictione, quoad omnes alios Judices Romanæ Curiæ, reſpectu inibi habitantium, ut ex *Conſtitutione* Julii III. *in Bullario novo in ordine la 4. to.* t. non poſſunt exequi mandata, ab aliis Judicibus Vrbis relaxata, abſque *exequatur* Judicis Burgi, & præſentia Birruariorum illius Curiæ, præter mandata A.C. in vim obligationis Cameralis relaxata, quæ quidem abſque hujuſmodi *exequatur* demandari poſſunt executioni, ſed cum præſentia Birruariorum ejuſdem Tribunalis, ut ſequendo diſpoſitionem dictæ *Conſtitutionis* tradit *Scanarol.de viſit. Carcerat. §.2.cap.5.n.60.cum ſeq.* juncto *n.80.& ſeq.* ubi etiam ex alia *Conſtitutione* Pii IV. declarat
3 quinam dicantur habitatores Burgi, & in §.14.*num.*tt. & de juriſdictione Burgi tàm Veteris, quàm pii, & novi uni olim competente, & quomodò adminiſtrabatur tradit *Cobell.ad Bullam Boni Regim.cap.8.nu.*34. Cui iuriſdictioni non fuit derogatum per Clementem IX, mediante perpetua deputatione Gu-
4 bernatoris Vrbis pro tempore in V. Gubernatorem Burgi, ut ex ejus *Conſtitutione in Bullario novo la 6. vol.6.* cùm in ea præſervatæ fuerint omnes prærogativæ, & privilegia, quæ antecedenter competebant vigore præfatarum *Conſtitutionum* Julii, & Pii, præterquam quoad contenta in eadem *Conſtitutione*.

LIBER QUARTUS

Statutorum Civitatis Faventiæ.

De modo, & forma procedendi ſuper maleficiis

RUBRICA PRIMA.

STatuimus, quod in quibuſcunque criminalibus (A) cauſis, ſeu etiam mixtis Poteſtas (B) Faventiæ, & ejus Vicarius ſint, & eſſe intelligantur competentes Ordinarii Judices, & quod in omnibus, & ſingulis maleficiis exceſſibus, & delictis cognoſcendis decidendis, & terminandis idem Poteſtas vigore ſui officii, & auctoritate præſentis Statuti, & ejus Vicarius, & eorum quilibet eorum mero officio, etiam per inquiſitionem habeant, & habere cenſeantur plenam, & omnimodam cognitionem, juriſdictionem, & poteſtatem, ac merum, & mixtum Imperium, & ipſe Poteſtas ſolus habeat gladii poteſtatem, ita quod Cauſæ hujuſmodi, & Proceſſus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis cognoſcendis, & terminandis tàm per Dominum Poteſtatem, quàm per ejus Vicarium, tàm conjunctim, quam diviſim, & e contra expediri poſſint, & terminari non attenta præventione alicujus eorum, ſed quod unus eorum incæperit alter ex eis proſequi poſſit, & finire, & è converſo, ſalvo, & excepto, quod ſententiæ diffinitivæ, ex quibus pœna perſonalis inſurgeret, vel pecuniaria majoris quantitati centum lib. bon. pronuncientur per dictum Poteſtatem tantùm, vel ſi officium Domini Poteſtatis tunc defeciſſet, ſeù deficeret pronuncientur per eum, qui loco ejus præerit regimini communis Faven. ad hoc deſignatus, & electus per conſilium generale dictæ Civitatis. Et nihilominùs Vicarius Poteſtatis poſſit in dictis cauſis, & caſibus, ubi, & in quibus pœna pecuniaria excederet quantitatem centum librarum cognoſcere, procedere, ſententiare, & terminare ex commiſſione ſibi in caſu præmiſſo facta per Poteſtatem. Inſuper decernimus, & ordinamus in dictis cauſis maleficiis, exceſſibus, & delictis, ut ſupra cognoſcendis, expediendis, & puniendis ad denunciationem Capellanorum Capitulariorum, & jurarorum Civitatis, Comitatus, & Diſtrictus Faventiæ: Necnon & in caſibus, in quibus permiſſum eſt ad accuſationem illorum, quorum intereſt, & etiam per modum inquiſitionis ex officio in caſibus, in quibus de jure proviſum eſt, reſervatis tamen aliis Statutis, & ordinamentis dictæ Civitatis. Cuilibet tamen legitima defenſione reſervata, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & quolibet die etiam feriato præterquam in honorem Dei procedi poſſit, & procedatur, hac forma tamen reſervata, videlicèt quod quicunque denunciatus, accuſatus, vel inquiſitus fuerit pro aliquo crimine, delicto, exceſſu, ſeu maleficio, contra quem procedi contingat, primò citetur ex parte dicti Domini Poteſtatis, ſeu ejus Vicarii ſic procedentis ſemel tantùm, ſi perſonaliter inventus fuerit per unum ex Nuntiis Communis Faventiæ coram dicto Domino Poteſtate, ſeu ejus Curia una die pro ſequenti juridica ad ſe excuſandum, & defendendum à denuntia, ſeu accuſatione, vel inquiſitione contra eum formata cum dimiſſione eidem ſic citato copiæ citationis in ſcriptis continentis ſubſtantialem tenorem, & effectum denunciationis, accuſationis, ſive inquiſitionis hujuſmodi, quæ citatio ſcripta ſit, vel ſaltem ſubſcripta manu Notarii ad maleficia deputati, alioquin ſi prima vice perſonaliter non fuerit inventus, citetur is, videlicèt primò, & ſecundò, diverſis tamen diebus, videlicèt in ſingulis dictis duabus citationibus ex intervallo dierum faciendis, una die pro alia proximè ſequenti juridica ad domum ſuæ habitationis ad ſe excuſandum, & defendendum ut ſuprà cum dimiſſione ibidem dictarum citationum ſic factarum continentium tenorem, & effectum, ut præfertur, denunciationis, accuſationis, ſeu inquiſitionis prædictarum ſimiliter ſcriptarum, vel ſubſcriptarum.

Malefactores verò, ſeu delinquentes vagabundi, ac forenſes, & alii quicunque non habentes tempore, quo citantur domicilium, vel habitationem in Civitate Faventiæ, vel ejus Comitatu, ſeu diſtrictu citari debeant una die pro alia proximè ſequenti juridica cum affixione, & dimiſſione ſimilis citationis ad domum, in qua talis denuntiatus, accuſatus, vel inquiſitus tempore maleficii commiſſi, vel ante per annum, aut infra dictum annum habitabat in dicta Civitate Faventiæ Comitatu, vel Diſtrictu, & poſt terminum dictæ citationis per Præconem ad arrengheriam Communis ſono tubæ præmiſſo alta, & præconia

voce

voce citetur etiam infra terminum quinque dierum ad ſe excuſandum, & defendendum à denuntia, ſeu accuſatione, vel inquiſitione contra eum formata referendo ejus tenorem; Alioquin ſi dictam domum habitationis tunc, & tempore, de quo ſupra, non habebat, citetur ſimili modo bis ex intervallo temporis per unum ex præconibus, ſeu bannitoribus Communis Faventiæ ſono tubę præmiſſo alta, & præconia voce ad dictam arrengheriam Palatii Communis Faventiæ de mandato dicti Domini Poteſtatis, ſeu ejus Vicarii, videlicèt duabus diverſis citationibus, quarum ſingula, & quælibet earum fiat cum termino trium dierum ex tunc proximè ſequentium, ita quod ſi ultima dies dicti termini fuerit feriata, cadat in ſequentem diem juridicam immediatè ſequentem, ad ſe excuſandum, & defendendum à denunciatione, accuſatione, ſeu inquiſitione contra eum formata occaſione talis maleficii, ſeu delicti referendo in eadem citatione, & tunc quando fiet talis citatio, ſubſtantiam, ſeu effectum maleficii, ſeu delicti perpetrati. Quæ citatio ad arrengheriam fiat, ut præfertur, per Præconem, ſeu Bannitorem Communis in die poſt horam tertiarum, & ante Veſperas, ut ſic meliùs, & faciliùs devenire poſſit ad notitiam talis ſic citati. Quod ſi denunciati, accuſati, vel inquiſiti, de quibus ſupra in omnibus, & ſingulis caſibus prædictis comparuerint, & confeſſi fuerint maleficium, tunc ſi pœna pecuniaria fuerit ſolven. & idoneam cautionem dederint de ſolvendo pœnam, ſeu condemnationem audiantur, alioquin detineantur in carceribus donec ſoluerint dictam pœnam, ſeu condemnationem ſic ſolvendam. Reſervato eis beneficio confeſſionis ſecundùm formam Statutorum Faven. de hoc loquentium: Si verò ipſe comparens negaverit maleficium, de quo ſit pœna pecuniaria, non audiatur in ipſa reſponſione, niſi primo idoneè ſatiſdederit de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, qua ſatiſdatione præſtita ſtatuatur ei ſic negauti per Judicem terminus octo dierum ad faciendum omnes ſuas defenſiones; Si autem aliquis denunciatus, accuſatus, vel inquiſitus in caſibus, in quibus ageretur de pœna pecuniaria maleficium confireretur, ex quo prætenderet ſe non teneri ad pœnam aliquam ex aliqua cauſa propoſita, quæ videretur Judici probabilis, & legitima, ſi vera inveniretur, & probaretur in facto, ubi probanda foret; tunc talis denunciatus, accuſatus, vel inquiſitus præſtita per eum idonea ſatiſdatione de judidio ſiſti, & judicatum ſolvendo, audiatur, & ſibi ſimiliter ſtatuatur terminus octo dierum ad faciendum omnes ſuas probationes, ſeu defenſiones.

Si verò pœna corporalis veniret imponenda, in carceribus detineatur, & contra eum procedatur ſecundùm formam juris, & Statutorum Faven.

Et quicunque negaverir maleficium, de quo pœna pecuniaria veniat imponenda, ſi convictus fuerit de maleficio per legitimas probationes, & per ſententiam ſecutam contra eum, condemnetur in pœna dupli ejus, in quo veniſſet condemnandus, ſi maleficium, de quo convictus fuit, non negaſſet. Et quod accuſatori in caſibus, in quibus intervenit accuſator, vel ejus Procuratori ad probandum ſuam accuſationem, ſi fuerit negata in totum, vel in parte, & ad probandum ſibi incumbentia ſtatuatur terminus octo dierum. Et quod infra dictum terminum octo dierum utrique parti (ut præfertur) ſtatuendorum videlicèt tàm accuſator, quàm accuſatus, ubi accuſatio intervenit, ſeu proceſſum fuit per modum accuſationis accuſatore interveniente debeat probare per omnem modum probationis. Et de cætero non audiatur aliqua dictarum partium, niſi juſtitia cauſæ moverit Judicem ad aliam dilationem dandam: Elapſo verò termino probatorio in quacunque cauſa criminali, ubi reus comparuerit, & ſe defendere voluerit, & admiſſus fuerit, ſervatis iis, de quibus in præſenti Statuto, publicentur atteſtationes teſtium, ſi teſtes producti, & examinati ſunt, & detur terminus Iudicis arbitrio ad accipiendam copiam de productis, & probatis, & ad opponendum, & probandum contra, per quam tamen publicationem non intelligatur præcluſa via Reo faciendi, & deducendi omnes ſuas defenſiones, etiam uſque ad ſententiam excluſivè. Eoque decurſo ſtatuatur terminus ad allegandum, poſt quem feratur ſententia condemnatoria, vel abſolutotia prout juſtitia ſuadebit. Si autem talis denunciatus, accuſatus, vel inquiſitus ut ſupra citatus, contumax fuerit, & non comparuerit in termino, ſeu terminis dictarum citationum, de mandato Domini Poteſtaris, ſeu ejus Vicarii ponatur in banno in Palatio Communis Faven. ad arrengheriam dicti Palatii per quemcunque ex Præconibus, ſeu Bannitoribus Communis Faven. in ſolidum alta, & præconia voce ſono tubæ præmiſſo, cum aſſignatione termini octo dierum ad comparendum coram dicto D. Poteſtate, ſeu ejus Curia, ita tamen quòd ſi non venerit, & ſe præſentaverit infra dictum terminum, ex poſt ſit, & eſſe intelligatur in banno Communis Faven. & habeatur pro confeſſo de maleficio, de quo fuerit denunciatus, accuſatus, vel inquiſitus, & condemnari poſſit, & debeat per Dominum Poteſtatem, ſeu ejus Vicarium, vel Iudicem, aut per alium ex eis in caſibus, in quibus eis, vel alicui eorum competit ad id juriſdictio ex forma præſentis Statuti, ac ſi veniſſet ad mandata eorum, vel alicujus ipſorum, ſingula ſingulis congruè referendo, & confeſſus fuiſſet maleficium, & probatum eſſet contra eum id, de quo de-

nunciatus, accuſatus, vel inquiſitus fuiſſet, compenſato dicto banno in ipſa condemnatione. Ita tamen quòd ſi comparuerit quandocunque ante ſententiam admittatur, & recipiatur ejus excuſatio, & defenſio eo conſtituto in carceribus, vel præſtita idonea ſatiſdatione, ut ſupra in præſenti Statuto ſancitum eſt, vel ubi hoc Statutum non diſponeret, prout de jure cautum eſt. Poſſint tamen dicti Dominus Poteſtas eiuſque Vicarius dictas citationum, reſponſionum, bannorum dilationes, & omnes alios terminos prorogare, & longiores ſtatuere, ac de novo dare, quandocunque ſibi videbitur expedire ſuper quocunque proceſſu, & cauſa criminali, de conſenſu tamen Dominorum Antianorum pro tempore præſidentium regimini Communis, & populi Faventiæ, & non aliàs, nec aliter, niſi in caſibus, in quibus aliter dictis Iudicibus, vel alicui eorum expreſsè per formam præſentis Statuti in aliqua eius parte permiſſum eſſet. Volentes tamen, & decernentes, quòd quando per inquiſitionem proceditur, legitima indicia præcedere debeant, quorum copia petentibus Iudex decernere, & dare teneatur, quodque nulla condemnatio infringi poſſit ex defecto ſolemnitatis non ſervatæ, dummodò de maleficio legitimè conſtet, & non aliter.

SUMMARIUM.

1 REip. Status pacificus, & tranquillus conſervatur exhortatione præmiorum, & pœnarum metu.

2 Principes conſtituti ſunt in vindictam malefactorum, & in præmium bonorum.

3 Ad Principes ſpectat maleficia punire, atque maleficos odio habere, ut ſubditi tranquilliter vivant.

4 Vincula, quæ homines à malo perpetrando deterrent, ſunt Religio, pudor, & pœna.

5 Pœna eſt remedium firmius ad effectum retrahendi homines à malo.

Pœna imponitur tanquàm medicina ægroto num. 5.

6 Pœnæ introductæ ſunt ad ipſius Rei emendationem, ut parti offenſæ fiat aliqua injuriæ compenſatio, & ut aliis præbeatur exemplum, per quod à malefaciendo detineantur.

7 Pœnæ infliguntur non ob præteritum, ſed propter futurum facinus.

8 Pœnis Mali terrentur, & Boni meliores efficiuntur.

Charitatis opus exercetur puniendo delinquentes n. 8.

9 Membrum nocivum amputari debet, ne reliquo corpori noceat.

Ignoſcendo Malis perduntur Boni n. 9.

10 Delicta ſeveriùs vindicari debent quando in Regno, Principatu, & Provincia frequenter committuntur.

Mali ob ſpem veniæ fiunt pejores n. 9.

11 Et eo caſu licitum eſt jura tranſgredi, legeſque etiam acerrimas condere.

12 Pœna arbitraria extendi an, & quando poſſit uſque ad mortem remiſſivè.

13 Severitas, & acerbitas ulciſcendi maleficia eſt diſciplina benè, cautèque vivendi.

14 Rectores Provinciarum, & Gubernatores puniendi ſunt ſi facinora vindicare neglexerint.

Negligentia in corrigendo diſciplinam perdit in ſubditos n. 14.

15 Judex ommittens condignam pœnam imponere, ſupplicium idem ſubſtinere debet, quod in alium exequi neglexerit.

16 Judex pœnam temperare an, & quando poſſit, remiſſivè.

17 Reip. intereſt, maleficia non remanere impunita.

Facilitas veniæ innocentibus delinquendi parit incitamentum n. 17.

18 Princeps gratiam liberationis, vel commutationis pœnæ delinquentibus facere an, & quando poſſit.

19 Magiſtratus Reis facinoroſis veniam dare, an poſſit, remiſſivè.

20 Gratiam liberationis ampliſſimis verbis conceptam obtinens à Principe recuperat bona nedùm confiſcata, & Fiſco incorporata, ac ab eo in tertium translata, ſed etiam ea, quæ à Fiſco Baronis Feudatarii fuerunt confiſcata. Vide ibi.

21 Bannimenta generalia Status Eccleſiaſtici, tanquàm lex in toto Statu Eccleſiaſtico immediatè ſubjecto ſunt ſervanda.

22 Bannimenta Cardinalis Legati à Latere, vel Rectoris Provinciæ, vel Gubernatoris ſervantur in iis, in quibus Bannimenta generalia non diſponunt.

23 Conſuetudine tribuitur juriſdictio tàm voluntaria, quàm neceſſaria, & ordinaria non habenti.

24 Pœnæ juris communis, & Statutorum remaneut ſublatæ mediante publicatione Bannimentorum.

25 Bannimenta Gubernatorum, & Præſidum Provinciarum durant ſolùm durante eorum Magiſtratu, & officio.

26 Bannimenta Gubernatoris Urbis expirant per mortem Pontificis de cujus mandato publicata fuerunt, non autem per mortem, vel diſceſſum Gubernatoris.

27 Bannimenta Cardinalis Legati expirant cum terminatione Legationis. Contrarium num. 29.

Sed hæc opinio reprobatur n. 30. cum ſeqq.

28 Bannimenta Cardinalis Legati Rectoris Provinciæ, & Gubernatoris anteceſſoris confirmari, vel de novo publicari debent à ſucceſſore in Legatione ad hoc, ut ligent.

Bannimenta Gubernatoris Vrbis ſecuto obitu Pontificis, de cujus ordine fuerunt publicata confirmari, vel de novo publicari debent ad hoc, ut ligent n. 28.

29 *Vincentius Carrar. de medico par. 2. num.* 195. & 320. reprobatur.

Maſtrill. de Magiſtrat. lib.5. cap.6. nu.45. reprobatur num.29.

Roccha diſput. Juris ſelect. cap. 80. n.14. impugnatur nu.29.

30 Statuta à Legatis Sedis Apoſtolicæ edita in Provincia ſibi commiſſa perpetuò durant etiam Legatione finita.

31 Statura perpetua ſunt de eorum natura.

32 Bannimenta temporalia ſunt ſecundum eorum naturam. Ampl. num.33.

33 Verbum *perpetuum* regulatur à diſpoſitione habente circunſcriptam ſuam naturam temporaneam.

34 Clauſula *in perpetuum* adjecta conceſſioni Emphyteuſis Eccleſiaſticæ de ſui natura ad extraneos non tranſitoria non immutat naturam contractus, ſed ſecundum ejus limites reſtringitur.

35 Bannimenta perpetuitatis naturam aſſumunt tanquàm lex Pragmatica, ſeu Statutum, quando lata fuerunt cum conſenſu Repreſentantium Civitatem, ſeu Provinciam.

Bannimenta Cardinalis Juſtiniani olim Bononiæ de Latere Legati ſunt perpetua n.35.

36 Donationes regiſtrari debent Faventię ad formam Conſtitutionis Cardinalis Legati, alias non præjudicant credirotibus donatoris.

37 Similis Conſtitutio viget etiam Bononiæ, & Ravennæ. Vide ibi.

Conſtitutio, ſeu Edictum Cardinalis Legati ſuper regiſtratione donationum perpetuò ſervanda eſt num.37.

38 *Bulla Baronum* moderata fuit per URBANUM VIII. mediante ejus Bulla, in qua diſpoſuit, quod lapſis ſex menſibus à die exhibitionis fideicommiſſorum, primogeniturarum in Archivio Urbano ceſſet virtus, & diſpoſitio ejuſdem *Bullæ Baronum*.

39 Creditori, qui de tempore contractus cum Barone habebat expliciram ſcientiam fideicommiſſi, primogenituræ &c. an ſuffragetur diſpoſitio *Bullæ Baronum* remanet indeciſum in Congregatione Baronum; Videtur tamen quod non ſuffragetur, ut ibi, & numeris ſeqq.

40 Diſpoſitio *Bullæ Baronum* fundata eſt in fide publica, ne creditores ſub ea decipiantur.

42 Qui eſt certus non debet ulterius certiorari.

44 Notoria dicuntur quæ exiſtunt penes acta Notarj publici.

45 Forma inducta ad certum finem adimpleri poteſt per æquipollens.

46 Opinionem vulgi Judex attendere non debet, ſed ſolum veram rationem.

Vanæ voces populi non ſunt audiendæ n.46.

47 Teſtatorum ultimas voluntates effectum ſortiri Reip. intereſt.

48 Deficiente diſpoſitione Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici, & Legati à Latere, ſeu Præſidis, & Gubernatoris inhærendum eſt diſpoſitioni Statuti, & in ejus defectum attendenda eſt illa Juris communis.

49 Diſpoſitio Bannimentorum Generalium ſtat augumentativè, & non diminutivè quoad pœnas impoſitas.

50 Proportio eſt ſervanda in infligendis pœnis, ne ſtatera Juſtitiæ perperam in lenitatem, aut ſevitiem inclinet.

51 Proportio pœnæ metienda eſt etiam à qualitate, & conditione perſonæ delinquentis. Decl. nu.52. Limita nu.53.

Pœnæ corporales non infliguntur Nobilibus, ſicut ignobilibus, & quare n.51. Decl. nu.52. Limita nu.53.

53 Pœna temperari, & traſgredi an, quando, & à quo valeant, remiſſivè.

54 In crimine homicidj eadem pœna imponitur Nobilibus delinquentibus, ac ignobilibus.

55 Prætor Civitatis Faventiæ juriſdictionem criminalem amplius non exercet.

OBSERVATIO.

A TRanquillus, pacatuſque omnis benè conſtitutæ Reip. Status exhortatione præmiorum, & pœnarum metu ſervatur ut do-
1 cent, *Ariſtotil. in primo Ethic. cap.5. M.Tullius epiſt.15. Bruto, & in lib.3. de Natura Deorum*, ibi: *neque Domus, neque Reſp. ſtare poteſt, ſi in ea, nec rectè factis præmia extent ulla, nec ſupplicia peccatis, Valenzuela conſ.82. num.41. circa finem vol. primo, Vulpian. in l. prima, ff. de Juſt. & Jur. Amaya obſervat. Jur. lib. 2. cap. 4. num. 1. Solorzan. de Parricidij crimine lib.1. cap. 1. impreſſ. poſt tract. de Jure Indiar. tom. primo Capyc. latr. conſultat. 38. n.33. cum ſeq. Antunez Portugal. de donat. Reg. tom. 1. lib.1. cap. 2. ſub n.4. Souſa in Armonia Politic. par. 3. §. 4. de Juſtitia diſtributiva, & deciſ. Luſitan.83. nu.11.* ac noviſſimè *Card. de Luca in ejus tract. inſcripto il Prencipe cap. 21. n.15. in fine cum duobus ſeq* ibi: *in ſenſo commune de Savij le baſi fondamentali della Politica, e del buon governo ſono il premio de buoni, e'l caſtigo de triſti, non eſſendo altro la dominatione del Principato, che un opinione, & un concetto, il quale è figlivolo del timore più che dell' amore, e conviene di mantenerlo per mezzo del ſevero caſtigo de' malfattori, che ſi ſuol dare nella forma più publica, e ſolenne, più per atterrire il popolo, e ritirarlo da' delitti futuri, che per rimedio de già commeſſi, i quali perciò non ſi ritrattano; ſiche il timore ſi deve imprimere più come rimedio preſervativo, che come curativo, &c.*

Hinc conſtituti ſunt Principes in vindictam malefactorum, & in præmium bonorum *cap. Solita de Majorit. & obed. Niger de Lau-*
2 *dem. tom.1. quaeſt.43. n.37.* Nàm ad ipſos ſpectat maleficia punire, atque maleficos odio
3 habere, ut ſubditi tranquilliter vivant juxta illud *Davidis Pſalm.44. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem*, ubi loquitur *de Rege Regum*, & de ſe ipſo *Pſal.100.* ibi *facientes prævaricationes odivi, & Pſalm.* 118. ibi *iniquos*

odio habui, & egregiè tradit Mattheù, & Sanz.de regim. Regni Valentiæ cap.8. §.1. n.36. cum ſeqq.

Et quamvis tria ſint vincula, quæ homines à malo perpetrando deterreant, nempè Re-
4 ligio, pudor, & pœna, ut notat Hippolit. à Collibus in Aulico politico propoſit. 135. quem ſequitur Mattheù d. tract. cap. 8. §.10. nu.27. Nihilominus ſecundum humanam imbecilli-
5 tatem pœna judicatur firmius remedium cæteris duobus, ut cum eodem Hippolit. à Collibus proſequitur Mattheù ubi ſupra dicto n.27. & imponitur tanquàm medicina ægroto Decian. reſponſ. 24. nu.6. vol. 3. Ad compeſcendam itaque malorum audaciam introductæ
6 ſunt pœnæ ex triplici cauſa, prima eſt ob ipſiusmet Rei emendationem; ſecunda ut parti offenſæ fieret aliqua injuriæ compenſatio, & tertia, ut exemplum præberetur, quo alii à malefaciendo deterreantur, juxta præcisà verba Platonis relata per Maſtrill.de Magiſtrat.lib.3. cap.7.n.29. ubi etiam cum eodem Platone, & Ariſtot. lib. 7. Polit. cap. 13. ſubdit quòd pœnæ infli-
7 guntur non ob præteritum facinus, quod infectum amplius fieri non poteſt, ſed propter futurum, ne ſcilicet is, qui alteri injuriam fecit, tale quid iterùm committere audeat, ex eis enim mali terrentur, & boni meliores
8 efficiuntur, ut etiam animadvertit Joannes XXII. in cap. circà princip. extravag.de Pœnis, ibi: eſt enim compeſcenda Malorum audacia, ut ſaltèm pœnæ formidine retrahantur à noxiis, ſicque boni ſectando virtutem meliores effecti non cogantur cum illis perire, Quintilian. declamat 274. ibi: quoties crucifigimus noxios celeberrimæ eliguntur viæ ubi plurimi commoveri hoc metu poſſint, omnis enim pœna non tàm ad delictum pertinet, quàm ad exemplum, optimè Paulus in l. Pœna, & Calliſtratus in l. Capitalium, §. Famoſos. ff. de Pœnis, Pirr. Corrad. Prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 6. cap. 6. ſub num.27. & latè comprobat Solorzan. d. tract. de Parricid. eodem cap. 1. Card. Pallavicin. in ejus hiſtor. Concil. Trid. lib. 1. cap. 2. ſub nu.2. ibi: Sicome è carità il non perdonare alla teſta d'un malfattore per ſalvar la vita di molti buoni, così è carità il non perdonare alla fama d'un empio per ſalvar l'honore di molti pii. Quemad-
9 modum in corpore ſi quid hujuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, uti, ac ſecari patimur, ut membrorum aliquid potiùs, quàm totum corpus intereat ſic in Reip. corpore ut totum ſalvum ſit, quicquid eſt peſtiferum amputetur juxta verba Platonis lib. 9. de legibus. Nam ignoſcendo Malis neceſſariò perduntur Boni ad Text. in cap. Eſt injuſta 23. qu. 4. & qui ſunt nequam propter ſpem veniæ fiunt nequiores cap. ut famæ de ſent. & proſequitur Corrad.ubi ſupra.

Et quotiès in Regno, Principatu, ſeu Provincia contingit multitudo delictorum, tunc tanquàm res deterioris exempli vindicari ſe-
10 veriùs debent ad coercendam criminum immanitatem, nam acerbitas ulciſcendi maleficii benè, atque cautè vivendi eſt diſciplina, ad Text. in l. Aut facta 16. §. Final. ff. de Pœnis, docent Menoch.de arbitrar. lib.2. centur.6. n.1. Caball. reſolut. crimin. caſ.19. in fine, juncto caſ. 99. n.60. centur. 1. Conciol. reſolut. criminal. in verb. Pœna reſolut. 11. n.1. Solorzan. dicto tract. de Parricid. cap.2. in princ. Laguner de fructibus par.1. cap.21. n.160. Mattheu, & Sanz. de re criminal.controverſ.29. n.103.Carpzov. pract. crimin. par. 2. quæſt. 77. nu.20. ubi id comprobat auctoritate Hippocr. aphoriſm.6. lib.1. quod in morbis extremis, & periculoſis extrema remedia ſunt adhibenda, Gramatic. dec. 36. n.7. & Cardin. Pallavicin. loc. cit. ſub n.9. ibi: Per vedere, ſe un' ordinazione è buona non biſogna guardar l'effetto, che arreca in ciaſcun caſo particolare, ma ciò ch' ella arreca nella moltitudine di tutti inſieme. D'altra maniera il punire un Cittadino capitalmente, perche ſenza mala intentione hà portato un pugnale alla cintola, ſarebbe una ferita de Magiſtrati. Sappiamo, che in alcuni placidamente governati dominii l'uccider' una vitella giovane è delitto di morte. Queſte leggi ſon giuſte per li gran mali, che verrebbono alla Republica dalla ſpeſſezza di tali attioni, la quale ſuccederebbe, ſe non foſſero sì gravemente proibite in univerſale.

Imò tunc licitum eſt jura tranſgredi, le-
11 geſque etiam acerrimas condere ad Text. in l. aut facta §. final. ibi: Nonnunquàm evenit, ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quotiès nimium multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit ff.de pœnis, & legitur practicatum fuiſse ab Henrico Imperatore VII. ut in Extravag. Ad reprimendum, ubi Bart. & tradunt Menoch. loc.cit. Conciol. in cit. verbo pœna reſolut.13.n.6. & Molin. de Primog.Hiſp. lib.4. cap.11. n.59. in fine cum ſeq. Mattheù, & Sanz de re Criminal. controver. 24. n. 13. ubi etiam
12 examinat an, & quando pœna arbitramentalis poſſit extendi uſque ad pœnam ultimi supplicii; Nam maleficia ulciſcendi ſeveritas,
13 & acerbitas eſt diſciplina benè, cautèque vivendi, ut notat Rub. de validit. legal. cap.32. n.75., & Ybanez de Faria ad Covar. variar. reſolut. lib.2. cap. 9. ſub nu. 19.

Undè puniendi ſunt Rectores Provinciarum ſi facinora vindicare neglexerint, cum negli-
14 gentia in corrigendo diſciplinam perdat in ſubditos, ut admonet Conſtantinus Imperator in l. 1. & in l. Chriſtianus C. de Paganis, & notat Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap.25. num. 8. cum ſeq., & qui ommittit juxta criminis
15 qualitatem pœnam imponere, ſupplicium idem ſuſtinere debet, quod in alium exequi neglexit tradunt Clar. in prax. crimin. libr. 5. §. final. qu. 85. num. 10. verſ. caveant Decian. tract. crim.lib.5.c.51. n.26. aliis relatis Ybanez de Faria ubi ſupra n.6. & Mattheù de re crimin. controv. 21. n. 15. verſ. Et ſic Judex cum ſeqq.
16 ubi examinat, quando poſſit Judex pœnam temperare; Reipubl. enim intereſt maleficia non remanere impunita, cum facilitas veniæ
17 innocentibus delinquendi incitamentum tradat

dat

dat cap. ut Clericorum 13. *de Vit.* , *& honeſt.*
Cleric. l. Ita vulneratus verſ. ſi quis , *ibique*
gloſs. in verbo impunita ff. ad leg. Aquil. leg.
capitalium §. Famoſos ff. de pœnis l. congruit ff.
de Offic. Præſid. & l. ſi operis C. de pœnis Petr.
Gregor. Syntagm. jur. univerſ. libr. 32. *cap.* 2.
*n.*3. *Lotter. de re benef. lib.*3. *qu.*18. *n.*198. *&*
*Ybanez de Faria loc. cit. n.*19. *in fine* , *Marta de*
*ſucceſs. legal. par.*4. *qu.*21. *art.*18. *num.*1.

Non tamen præcluſa eſt via, ac ligatæ ſunt
manus Principi , quin in certis caſibus delin-
18 quentibus gratioſam liberationem concede-
re valeat concurrente rationabili cauſa , cum
authoritas faciendi gratiam , & delictorum
remiſſionem ſit de illis reſervatis, circa quod
vide *Danielem Claſen. de Jure aggratiandi, Ma-*
ſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. *cap.* 7. *Card. de Luc.*
il Principe cap. 21. *Petr. de poteſt. Principis*
cap. 8. *n.* 35. *cum ſeqq.* , & plenè *Mattheù* , *&*
Sanz de re criminal. d. controverſ. 21. vbi de
indulgentia , mitigatione , atque commuta-
tione pœnarum *Carpzou pract. crimin. part.* 3.
19 *qu.* 150. ubi àn Magiſtratus ex poteſtate ab-
ſoluta reis facinoroſis veniam dare poſſit ,
Hieronym. Baſilico deciſ. Sicilia 22. , ubi an
Princeps ſit ſolutus legibus, itaut de quolibet
delicto poſſit facere gratiam . Cætera de hu-
juſmodi Gratia Principis, ejuſque validitate,
& conditionibus vide penes *Coneiol. reſolut.*
criminal. in verbo Gratia . Et facta per Supre-
mum Principem Gratia ampliſſimis , & præ-
20 gnantiſſimis verbis concepta Gratiatum re-
cuperare bona , nedùm confiſcata , & Fiſco
ipſius Principis applicata , ac ab eodem in
Tertium tranſlata , verùm etiam ea , quæ à
Fiſco Baronis Feudatarii fuerunt confiſcata
reſpondit *Rot. cor. Merlin. deciſ.* 125. *&* 168.
Alia de recuperatione bonorum Banniti in
gratiam reſtituti vide *Maſſin. de confiſcat. q.*41.

Circa verò qualitatem pœnarum pro de-
lictis inflictarum attendenda eſt diſpoſitio
21 *Bannimentorum Generalium* de mandato PON-
TIFICIS publicatorum , quæ tanquàm Lex in
toto Statu Eccleſiaſtico immediatè ſubjecto
inconcuſſè ſervatur *Farinac. conſ.*150. *num.* 30.
volum. 2. & in caſibus , in quibus ea non diſ-
ponunt ſervantur *Bannimenta Eminentiſs. Car-*
22 *dinalis Legati* , vel *Rectoris Provinciæ* , vel
Gubernatoris, qui habent facultatem promul-
gandi ſimilia Edicta , & Bannimenta , vel ex
23 conſuetudine , qua mediante tribuitur ju-
riſdictio tam voluntaria , quàm neceſſaria ,
& ordinaria etiam non habenti ad *Text. in l.*
final. ibique gloſs. C. de Emancipat. liber. l. Viros
*C. de Diverſ. Off. lib.*12. *Lucas de Penna in leg.*
Miſſi opinatores num. 4. *C. de Exact. tribut. lib.*
10. *Merlin. Pignattel. controverſ. forenſ. lib.* 2
controverſ. 33. *n.* 17. *& Maſſin.* qui loquitur ,
de Bannimento publico de ordine Guberna-
toris Provinciæ Marchiæ *in tract. de Confiſcat.*
quæſt. 18 *num.* 45. Vel ex eorum particulari-
bus facultatibus , ut proſequitur *Maſſin. ubi*
ſupra num. 46.

Nam mediante publicatione Bannimento-
rum remanent ſublatæ Pœnæ tam à *Iure com-*
24 *muni*, quàm à *Statutis* inflictę delinquentibus,
ut firmant *Sola ad conſuetud. Sabaud. tit. de*
Ædict. Annonæ num. 6. *Caball. reſolut. crimin.*
2. *n.*3. *cum ſeqq. Giurb. conſ.*25. *n.*5. *cum ſeqq.*
*Io: Anton. de Nigris in prælud. cap. Regni n.*39.

Quæ tamen Bannimenta Gubernatorum ,
& Præſidum durant ſolum durante eorum
25 Magiſtratu , & Officio. *Bart. in leg.* 1. *C. de*
Poſtulan., *Bald. in l. omnes Populi nu.* 2. *verſic.*
Edicta verò ff. de Iuſt. , *&* *jure* , *Farinacc. in*
fragment. verbo Bannimenta nu. 5. *Vermigliol.*
*conſ.*87. *n.*9. *Cyriac. controverſ.* 512. *n.* 15. *Ca-*
piblanch. de Baron. lib. 1. *pragmat.*14. *nu.* 66.,
Novar. ſuper Pragmatic. Regni in præfation.
*propoſit.*8. *n.* 1. *cum ſeqq. Afflict. dec.* 290. *n.*2.
*ibique Urſill. pariter n.*2. Quod procedit etiam
in Bannimentis Gubernatoris Urbis , quæ
tanquàm emanata de expreſſo ordine *Summi*
26 *Pontificis* , licet non expirent per mortem ,
vel diſceſſum Gubernatoris , expirant tamen
ſequuto obitu Pontificis , de cujus mandato
publicata fuere *Farinacc. in fragment. loc. cit.*
*n.*7. ubi teſtatur ita ſępiùs fuiſse ſervatum, &
judicatum , quem ſequitur *Vermigliol. conſil.*
187. *nu.*9. Necnon in illis Legati à Latere ,
27 quorum virtus paritèr expirat cum termina-
tione Legationis , ut in terminis reſpondit
Rot. cor. Seraphin. dec. 423. *n.* 1. Undè requi-
ritur confirmatio , vel nova publicatio Suc-
ceſſoris , ad hoc ut ligent , & ignorantia non
28 excuſet , ut reſpondit *Vulpell. reſp.* 16. *nu.*4.,
Gratian. diſcept. 542. *nu.*18. *cum ſeq.* , *& Baſi-*
lico dec. 14. *n.*10. Quod cum in dies practice-
tur nedùm à Gubernatoribus , & Præſidibus;
verùm etiam à Cardinalibus Legatis ac à
Pontificibus ſucceſſoribus, quoad Bannimen-
ta concernentia Gubernium Urbis , ex hu-
juſmodi obſervantia convincitur tempora-
litas Bannimentorum ab Anteceſſoribus pu-
blicatorum .

Quicquid in contrarium de perpetuitate
Bannimentorum Legati à Latere dicant *Vin-*
29 *centius Carrar. de Medico par.*2. *n.*195. *&* 320.
& Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. *cap.*6. *num.*45.
*Roccha Epiſc. Iſclanus diſput. juris ſelect. cap.*80.
*n.*14. Etenim ipſi fundantur in diſpoſitione
cap. final. de Offic. Legat. decernentis ſtatuta
per Legatos Sedis Apoſtolicæ edita in Pro-
30 vincia ſibi commiſſa perpetuò durare, etiam
Legatione finitâ, quod etiam firmarunt com-
munitèr *ibidem ſcribentes* , *& Fermoſin. in*
*Rubr. de Conſtitut. qu.*11. *nu.*28. *Barboſ. de jure*
Eccleſ. univ. libr. 1. *cap.*5. *n.* 84., de Conſtitu-
tione Legati à Latere Provinciæ Romandiolę
facta pro Civitate Faventiæ reſpondit *Rota*
cor. Seraphin. dec. 530. *num.*4.

Sed ille *Text.* non applicatur , cum militet
diverſa ratio inter Statuta , & Bannimenta ,
Nam ſtatuta de eorum natura ſunt perpetua,
31 ut animadvertit *Fragoſ. de Regim. Reip. par.*2.
*lib.*4. *diſp.* 10. *de obligat. Legat. Sedis Apoſtol.*
§. 6. *n.*182. *verſ. nam de ſe* ; Bannimenta verò
32 ſecundum eorum naturam ſunt temporalia ,
nem-

nempè durante juriſdictione promulgantis,
prout de jure talem fuiſse ejus voluntatem
præſumitur; ut in terminis Bannimentorum
Proregis tenet *Capiblanch. de Baronibus lib. 2.
ſuper Pragmat. 14. cap. 88. nu. 2. verſ. contra-
riam opinionem cum ſeq.* qui *n.8. verſ. diverſam
cum ſequ.* firmat procedere, quamvis Banni-
menta contineant, clauſulam perpetuitatem
33 indicantem, nam adhuc reſtringitur ab actu,
cui adjicitur, & verbum *perpetuum* regulatur
à diſpoſitione habente circumſcriptam ſuam
naturam temporaneam, ſequitur *Novar. loc.
cit. n. 5.*, & de clauſula *in perpetuum* adiecta
conceſſioni emphytheuſis Eccleſiaſticæ de
ſui natura ad extraneos non tranſitoria, quod
34 non immutet naturam contractus, ſed re-
ſtrictionem recipiat ad ipſius limites probat
Text. in §. Emphyteuſim Auth. de non alienan.,
Roland. conſ. 96. n. 7. 8., *& 19. lib. 1. Rot. cor.
Cerr. dec. 673. n. 3. cum ſeq.*, *& dec. 719. nu. 1.
cum ſeq.*

Solùm verò Bannimenta aſſumunt naturam
perpetuam tanquàm Lex, Pragmatica, ſeù
35 Statutum, quando lata fuerunt cum con-
ſenſu repræſentantium Civitatem, ſeù Pro-
vinciam, prout ſunt *Bannimenta Generalia
fel. rec. Cardin. Iuſtiniani* publicata Bononiæ
tempore ſuæ Legationis cum conſenſu Con-
falonerii, & Antianorum, ut de Bannimentis
Proregis cum Conſilio Collateralis docet
*Capiblanch. cit. cap. 88. num. 3. cum ſeq. juncto
n. 10. cum ſeq.*, *& prius Pragmat. 14. num. 67.*,
& refert *Novar. loc. cit. num. 6.*

Sicuti ad evitandum præjudicium Credi-
torum editum fuit, *Edictum*, ſeu *Conſtitutio*
ſuper denunciatione, & regiſtratione dona-
36 tionum infra certum tempus ab *Eminentiſſi-
mo Cardinali Cybo* de anno 1650. tunc de la-
tere Provinciæ Romandiolæ Legato *in Ap-
pendice pag. 72. n. 14.* aliàs donatio non afficiat
aliquem, ad cuius favorem donans contraxe-
rit obligationem, ſivè fuerit Creditor hy-
pothecarius, ſivè non, aut quivis alius ha-
bens ad ſui favorem obligationem cuiuſcum-
que generis, & qualitatis à donatore, nec
contra tales operetur aliquem Juris effectum
qui proindè perpetuò ſervanda eſt tanquàm
æqua, & honeſta, ut de ſimili Bannimento
37 Bononiæ edito à Cardinali Legato reſpon-
dit *Rot. coram Bich. dec. 223. num. 2. cum ſeqq.*
ubi *n. 8.* firmat comprehendere etiam foren-
ſes ibidem contrahentes; pariter de alio
*Edicto fel. recordat. D. Cardinalis Bandinelli
Legati* edito favore Civitatis Ravennæ ad
obviandum fraudibus, quæ inibi committe-
bantur propter occultas donationes in publi-
ci commercii detrimentum, ſuper quo ema-
navit *in Rota* reſolutio pro nullitate donatio-
nis ob non ſervatas ſolemnitates in eo præ-
ſcriptas, non obſtante juramento in ea adie-
cto, *ut in Ravennaten. Donationis 20. Ju-
nii 1678. confirmata 23. Junii 1679.*, *& 13.
Junii 1681. coram clar. me. Card. V. Comite
Mediolani Archiepiſcopo.*

Hæcque demandata regiſtratio eſt ad in-
ſtar *Bullæ* Urbani *VIII. impreſſæ in Appendice
la 7. Bullar. novo volum. 4.* & repetitæ *in vo-
38 lum. 5. la 154.* moderatione *Bullæ Baronum*
Clementis *VIII. la 41.* in qua, ut ſu-
premæ Teſtatorum voluntates, contractus,
inveſtituræ, aliæque diſpoſitiones quæcunque
quando fieri poteſt effectum ſortiantur, & ut
ſimplicitati, ſeu facilitati, qua dd. Credito-
res bonam fidem Principum, & aliorum De-
bitorum prædictorum ſequuti ſunt ſalubri
temperamento conſulendo mandavit, quod
exhibitis in Archivio Urbano per Principes,
Duces, Marchiones, Comites, Barones, &
Domicellos, eorumque ſucceſſores Inſtru-
mentis fideicommiſſorum, prohibitionum,
pactorum, contractuum, inveſtiturarum,
primogeniturarum, aliorumque onerum
vinculorum, & diſpoſitionum, necnon bo-
nis in eis obſtrictis, vel vinculatis indicatis,
& in eodem Archivio deſcriptis, ac elapſis
ſex menſibus à die hujuſmodi exhibitionis,
indicationis, & deſcriptionis, tunc non ha-
beat locum diſpoſitio præfatæ *Conſtitutionis*
Clementis *VIII.* Sed occurrit dubium, An
creditori aliundè habenti, certam ſcientiam
huiuſmodi fideicommiſſi, primogenituræ,
39 aliorumque vinculorum, quibus ſubjecta
ſunt bona, ſuffragetur diſpoſitio eiuſdem
Bullæ Baronum, quod pendet indeciſum *in
Congregatione Baronum*, nam licèt *in Romana
Pecuniaria pro Canonico Joſeph Martellino*
agente pro executione mandati ſcut. 1512.
quod obtinuerat à *Rota* pro patrocinio præ-
ſtito à Franciſco Patre contra Dominos de
Anguillaria obtenta fuiſſet *de menſe Novem-
bris* 1667. reſolutio favorabilis pro tranſmiſ-
ſione Commiſſarii; nihilominus Poſtquam
ſub die 24 Januarii 1668. demandaverat *R. P. D.
de Rubeis, Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Ad-
vocato, ac DD. Advocatis de Luca poſtea Car-
dinali, Ridolphino, & Stanghellino*, quod pro
veritate ſcriberent, & excepto *de Luca*, cæ-
teri reſponderint favore Dominorum de An-
guillaria ex rationibus adductis ab eodem
*Cardin. de Luca de feud. diſcurſ. 87. de menſe
Maii ſequentis* receſſit à deciſis; Reaſſumpta
verò cauſa *ſub die 5. Martii* 1682. reſcriptum
fuit *Dilata ad primam*, & poſtmodum cauſa
ſiluit.

Potiſſimum enim fundamentum pro ex-
cluſione diſpoſitionis *Bullæ Baronum*, deſu-
mitur ex explicita ſcientia fideicommiſſi pri-
mogenituræ &c. in contrahente, nam cum
40 idem Clemens ediderit illam Conſtitutionem
favore Creditorum contrahentium cum Ba-
ronibus credendo illos divites ſecundum pu-
blicam apparentiam, dum omnia eorum bo-
na arctiſſimis vinculis fideicommiſſorum pri-
mogeniturarum &c. erant ſubiecta, & ſic ſub
fide publica decipiebantur, ut ex eadem *Con-
ſtitutione §. Primo in fine*, ibi, *ut iidem credi-
tores ſub fide publica hactenùs magno detri-
mento affecti fuerint, & in dies magis, ac ma-
gis*

gis afficiantur, & advertit Urbanus *in dicta Bulla* §. 2. deficir fides publica, quotieſcun-
que Creditor antequàm contraheret habebat
certam ſcientiam fideicommiſſi, & vinculo-
rum, quibus ſubiecta erant bona, & potiùs
conſtitutus cenſetur in mala fide, ac reddi-
tur indignus beneficio *Bullæ Baronum*, ut di-
ſtinguendo inter ſcientes, & ignoranres deci-
dit Urbanus *in allegata ejus Bulla*, ibi, *ut in-
ter eos, qui fideicommiſſa prohibitionis, pacto,
primogenituras, aliaque præmiſſo ac onera, &
vincula prorsùs ignorantes, & alios, qui illa
ſcientes, ſed fortaſiè neſcire ſimulantes, nihil-
ominùs cum eiſdem Principibus, Ducibus, Mar-
chionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicel-
lis, eorumque ſucceſſoribus ſupradictis remedio
Conſtitutionis prædictæ freti contrahunt, diſtin-
ctio fiat, quandòquidem illi commiſeratione di-
gni, iſti verò tanquàm ultimas hominum volun-
tates eludere artificiosè ſatagentes dictæ Conſti-
tutionis beneficio, quo facilius od pecunias, mer-
ces, & olia bona credendum inducuntur indigni
omninò cenſendi ſunt*, nam ceſſante ratione fi-
nali *Bullæ Baronum*, nempè fide publica, ideſt
ignorantia creditoris, ceſſare etiam debet
ejuſdem *Bullæ* diſpoſitio *cap. Cum ceſſante de
Appellat. l. Quod dictum ff. de Poſt.* & in pun-
cto reſpoudir *Rot. coram Cerro dec.807. nu.12.
verſ. Denique cum ſeq. repetito in rec. dec. 285.
num.11. par.14.*

Maximè quia ſi ſcientia præſumpta reſul-
tans ex exhibirione in Archivio eſt talis po-
tentiæ etiam contra Mercarores, alioſque
41 ignatos, ac rudes, ut eos excludat à benefi-
cio diſpoſitionis *Bullæ Baronum*; quanto ma-
gis præjudicare debet præcedens ſcientia cer-
ta, & explicita? & ideò intrat argumentum
à fortiori, juxta notata *in cap. Cum in cunctis
ubi gloſſ. de Elect. Surd. conſ.383. num.13. cum
ſeq. Peregrin. conſ.103. nu.17. volum. 2. Solor-
zan. de Jure Indiar. tom.3. lib.2. cap.12. n.14.*

Nec obſtat, quod cum præſcripta fuerit
certa forma ad inducendam ſcienriam, nem-
pè exhibitio in Archivio, & lapſus ſex men-
ſium à die exhibitionis computandorum, ea
non ſervata nullum reſultet præjudicium
Creditoribus: Etenim forma præſcripta cen-
42 ſetur, non quoad ſcientes, & informatos,
cum jam *Indigni omninò cenſendi ſunt* iuxta
præciſa verba *Bullæ* Urbani *ſub dicto* §.2., ſed
ſolummodò quoad ignoranres, non ſolùm
quia qui ſeſt certus non debet ulteriùs
certiorari *cap. Eum qui certus de Regul. Jur.
in 6.*

Verùm etiam quia Urbanus expreſsè pro-
feſſus fuit velle conſulere dumtaxàt ignoran-
tibus, ut ex lectura ejus *Conſtitutionis*, in qua
poſt factam diſtinctionem inter ignorantes,
43 & ſcientes, & hos judicatos indignos, pro-
ſequendo diſpoſitionem quoad ignoranres
ſubdit: *Proindè Principes, Duces &c. qui de-
bita quomodocunque controhunt ad fideicommiſ-
ſorum, probibitionum, pactorum, primogeni-
turarum, oliorum onerum, & vinculorum hu-
juſmodi Inſtrumentorum deſuper forſan editorum,
ac penes ſe forſan ſecretè, & ad effectum perſo-
nas de illis ignaras in ſua nomina alliciendi re-
tentorum manifeſtationes inducere volentes* man-
dando exhibitiouem fieri in Archivio, per
quam inducta cenſeatur ſcienria, cum noto-
44 ria dicantur, quæ exiſtunt apud acta Nota-
rii publici *Soccin. Sen. conſ. 38. nu. 15. lib. 1.
Poriſ.conſil.111. n.7.lib.4. Gratian.diſcept.638.
nu.11.* & quæ continuò ab omnibus perſpici
poſſunt *Bald.in auth. Quod locum nu.13. C. de
Collat. Rot. coram Merlin. dec.164. n.10.* In no-
toriis autem non poteſt allegari ignorantia
*cap. primo de Poſtulat. Prælat. Surd. conſ.405.
n.11. Gratian. diſcept.544. nu.55.*

Et in omnem caſum cum forma præſcripta
ſit ad certum finem, nempè ad inducendam
ſcienriam, adimpleta dicitur per æquipol-
45 lens, per quod ſatisfiat menti Legislatoris,
& nedum idem, ſed tutior effectus ſequatur
*Rot. in recent. dec. 498. nu.4. par. 5. tom. 2. &
Adden ad Rot. in recent. dec.542. nu.85. par. 4.
tom.3. Rot. coram Merlin. dec.306. num.5. cum
ſeq. corom Seraphin. dec.1413. n.2.*

Nulla habita rarione opinionis Vulgi exi-
ſtimantis, quòd donec fideicommiſſi primo-
genituræ &c. non fuerit facta exhibitio in
Archivio, ſcientia aliundè habita non præiu-
dicet; Etenim apud Judicem plus valere de-
46 bet vera ratio, quàm opinio Vulgi, cum va-
næ voces populi non ſint audiendæ, ut firmat
Text. in l. Decurionum 12. C.de Pœnis ubi *Gloſ-
ſo*, & *Gloſſel'a morginalis* notat, quod ideò
Pilatus malefecit condemnando *Chriſtum* ad
populi clamorem, & comprobat *Gabriel, Al-
varez de Velaſco de Judice Perfecto rub. 2. an-
not. unica nu.7.*

Et prædicta interpretatio faciliùs ſumenda
eſt, ut ſupremæ Teſtatorum volunrates, quan-
tum fieri poteſt, effectum ſortiantur, quod
47 cum Reipubl. interſit, iuxta reſponſum Pau-
li *in l. Vel negare 5. ff. Quemad. teſtamen. aper.
Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib.3. tit.3.
n.3. Rot. in recent. dec.479. n.4. par.18. tom.2.*
prævalere debet intereſſe, & favor privato-
rum *l.unic C. de offic. Comit. largit. Joan. Maria
Novar. qq. forenſ. lib. 1. quæſt. 34. num. 3. cum
ſeqq.*

Si autem deficiat diſpoſitio Bannimento-
rum generalium, & Legati à Latere, ſeu Præ-
48 ſidis, & Gubernatoris, tunc inhærendum
eſt diſpoſitioni Statuti, & in eius defectum,
attendenda eſt illa Juris communis, iuxta ve-
riorem opinionem in conſulendo, & in iudi-
cando ſequendam, quam tenent *Bald. in l.Da-
ta opera n.19. verſic.Item notandum C.Qui accuſ.
non poſſ.* latè *in conſ.59. nu.4. volum. 1. Caboll.
caſ.2. per tot. Clar. in quæſt. 85. num. 5. verſic.
Contrarium autem, Guazzin. ad defenſ. reorum
defenſ. 33. cap. 19. nu.1. verſic. Tamen contro-
riam opinionem cum ſeq.* ubi admonet, defen-
ſorem cauſæ debere exclamare, Reo impo-
nendam eſſe potiùs minorem pœnam *à Jure
municipali* inflictam, quàm maiorem *à Jure*

com-

communi impoſitam, & *Conciol. reſolut. crimin. in verbo Pæna reſolut. 1. n. 1.* Animadvertendo tamen, quòd diſpoſitio *Bannimentorum Generalium* ſtat augumentativè, & non di-
49 minutivè, quoad pœnas impoſitas, *ut in cap. 78.* ibi, *per qualſivoglia delle ſudette diſpoſizioni S. E. non intende derogare alle pene impoſte dalla Ragione commune, Conſtituzioni Apoſtoliche, anco della Marca dove hanno luogho, e delli Statuti particolari, mentre ſiano compatibili con le coſe ſopradette, e le pene, che con queſti Bandi s'impongono, dovranno venire augumentativè, e non diminutivè.*

Cæterum inter delicta, & pœnas proportio eſt ſervanda, ne ſtatera Juſtitiæ perperam in lenitatem, aut ſævitiam inclinet, quod
50 eſt conforme *Juri Divino in Levitic. cap. 24. nu. 9.* ibi, *qui irrogaverit maculam cuilibet Civium ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei, Apocalipſ. cap. 13. n. 10.* ibi, *qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet, & cap. 18. num. 7.* ibi, *quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum, Juri Pontificio in cap. 2. in fine de Iis, qua fiunt à mai. par. Capitul. cap. ult. §. Illud autem de Pœnis in Sex. Clement. 1. §. Nec ſuper eodem tit. & Juri Caſareo l. Reſpiciendum 11. ff. de Pœnis, l. unic. §. Qua multo C. de Rap. Virgin. Aut. Omnes Peregrini in fine C. Commun. de ſucceſſ.* & docent *Ybannez de Faria cit. cap. 9. n. 1. Guazzin. ad defenſ. Reorum defenſ. 33. cap. 4. numer. 3. Carleval. de Judic. tom. 2. tit. 3. diſp. 3. n. 29.*

Hæcque proportio metienda eſt etiam à
51 qualitate, & conditione perſonæ delinquentis, quoad nonnullas ſpecies pœnarum corporalium, quæ non infliguntur Nobilibus ſicut ignobilibus, ea ratione, quia pœna corporis afflictiva ſecum affert ignominiæ notam in grave detrimentum exiſtimationis patientis, quæ eſt acerbior claris hominibus, quam ignobilibus, undè iniquum, foret, ſi pro eodem delicto Nobilis, & plebeus pari pęna corporali afficeretur, & ſic Nobilis gravius puniretur, ut etiam cecinit *Torquatus Taſſus in ejus Poemate* inſcripto *la Gieruſalemme liberata cant. 5. ottava 36.*

—— Non dee chi regna
Nel caſtigo con tutti eſſer' eguale
Varia l'iſteſs' error ne gradi varii
E ſol l'egualità giuſta è co' pari.

Sed quia concluſio de plano non procedit, ſed patitur ſuas limitationes, & declaratio-
52 nes adductas, ommiſſis aliis, per *Ybannez de Faria cit. cap. 9. n. 36. cum ſeqq. juncto n. 101. cum ſeqq.* ubi an, quando & à quo pœnæ temperari, & tranſgredi valeant, *Carpzov. pract.*
53 *crimin. par. 1. quaſt. 2.* ubi demonſtratur nullam habendam eſſe differentiam, atque reſpectum perſonarum circa irrogationem pœnæ
54 in crimine homicidij, *ac par. 3. quaſt. 148. n. 32. cum ſeqq.* ac per *Capyc. latr. dec. 183. li. 2.* Idcircò ad eos, ac ad alios de hac materia tractantes me remitto.

B Prætor noſtræ Civitatis ampliùs non exer-
55 cet juriſdictionem Criminalem; nam ea uſque ab antiquo tempore ceſſavit, ut dictum eſt ſupra *in obſerv. ad Rubr. V. nu. 52. cum ſeq. lib. 1.*

ADDITIO AD RUBRICAM I. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 JUdex fingens ſe neſcire delictum qua pæna puniatur.
2 Bannimenta Cardinalis Legati an ſint temporalia, an perpetua remiſſivè.

Num. 14. Judex diſſimulans ſeù fingens neſcire
1 delictum fuiſſe commiſſum puniri debet eadem pœna, qua puniendus eſſet delinquens *l. final. C. ne Sanctum Bapt. Raynald. Vot. 163. n. 1.* Alii tamen, ut ipſe ſubdit, tenent puniendum eſſe pæna arbitraria ut *in l. 1. in fin. C. de Decur. lib. 10. & Iſer. ibi allegat.*

Num. 29. Bannimenta Cardinalis Legati an ſint
2 temporalia, an verò perpetua vide * *Caſtellin. hic me allegato ad Bannimenta Romandiola obſervat. 1. nu. 1. cum pluribus ſeqq.*

De Advocatis, Procuratoribus, & aliis non admittendis in Cauſis Criminalibus, niſi in caſibus infraſcriptis.

RUBRIGA SECUNDA.

CUpientes atrocia delicta, quæ capitali pœnâ, aut aliâ corporis afflictivâ plectuntur omninò puniri, ut talium delinquentium pœna aliis tranſeat in exemplum, & ut tollatur abuſio, & corruptela hactenùs obſervata, ex qua multi nocentiſſimi homicidæ, & delinquentes impunè evaſerunt, cum eorum Procuratores, excuſatores, & interceſſores variis modis, & nominibus admiſſi à juſdicentibus fuerint. Propterea Statuimus, ſancimus, & ordinamus, quòd de cætero Dominus Poteſtas Civitatis Faventiæ, ſeù ejus Vicarius, vel alius quivis juſdicens in dicta Civitate ordinarius, ſeu extraordinarius, ſeu delegatus non audeat, vel præſumat de cætero quovis colore quæſito in Cauſis criminalibus homicidii, aut cujuſvis alterius delicti, pro quo de jure communi, aut ex forma Statutorum, & ordinamentorum dictæ Civitatis, ſeù Conſtitutionum Provincialium Sanctæ Matris Eccleſiæ imponi deberet, & debeat pœna ultimi ſupplicii, aut alia corporis afflictiva, admittere, vel

au-

audite Advocatum aliquem ſeu Procuratorem , aut quemvis alium ſimplicem , & merum excuſatorem innocentiæ defenſorem , ſeu tanquàm unum de populo, vel alio quovis nomine comparentem ad defendendum , vel excuſandum aliquem inquiſitum , denunciatum , vel accuſatum de , & ſuper dictis delictis, nec Scripturam aliquam excuſationis, defenſionis , ſeu innocentiæ oſtenſionis admittere , vel recipere , aut admitti facere , niſi priùs , & ante omnia tales accuſati , denunciati , vel inquiſiti pro hujuſmodi maleficiis perſonalitèr comparuerint , & ſe præſentaverint in Carceribus communis Faveñ. ſeù in manibus præfati Domini Poteſtatis, aut alterius juriſdicentis , & de hujuſmodi Cauſa , & Cauſis cognoſcentis ſe conſtituerit , & omnis proceſſus alitèr factus , omniſque ſententia abſolutoria lata ſuper talium Reorum defenſione , & excuſatione ſit ipſo jure nullus , & nulla , nulliuſque roboris & momenti , niſi eſſet Pater , aut alius Aſcendens in hujuſmodi cauſis ſic pro dictis delictis actitandis , qui compareret pro Filio ſuo , aut alio ſuo deſcendente ex linea Maſculina , vel è contra Filius pro Patre , aut alius ex dictis deſcedentibus pro ſuis aſcendentibus , quos omninò admitti , & audiri volumus , & mandamus , etiam ſi tales denunciati , inquiſiti , vel accuſati alitèr non comparuerint , nec ſe perſonalitèr præſentaverint , dummodò tales denunciati inquiſiti , vel accuſati aliàs illicitè non deliquerint occidendo , vel vulnerando , vel niſi allegaretur homicidium , aut tale delictnm fuiſſe commiſſum ad ipſius homicidæ , & ſeù offendentis ſic inquiſiti , denunciati , vel accuſati neceſſariam defenſionem , dummodò ut ſupra aliàs non deliquerit , vel niſi allegaretur commiſſum fuiſſe contra Bannimentum in pœnam ultimi ſupplicii , qui impunè ex forma Statutorum Faven. in perſonam poterat occidi , quibus caſibus volumus , & firmamus Procuratores , Advocatos , & defenſores , & quemlibet alium pro dictis Reis comparentem ad prædicta allegandum , oſtendendum , & probandum admitti , & audiri etiam ipſis Reis aliter non comparentibus , nec ſe præſentantibus in Carceribus , aut in manibus dicti Domini Judicis .

In Cauſis autem Criminalibus actitandis ſuper delictis , pro quibus pecuniaria pœna imponi debet , volumus , & mandamus Procuratores , Advocatos , & intercceſſores quoslibet ipſorum Reorum legitimè comparentes audiri , & admitti ad ipſos Reos excuſandum , & defendendum , etiam ſi aliter ſe non præſentarent Rei hujuſmodi , dummodò pro ipſorum Reorum parte primo præſtetur idonea ſatiſdatio de judicio ſiſti , & judicatum ſolvendo , & non alitèr , nec alio modo .

SUMMARIUM.

1 PRocurator , Advocatus, vel aliæ perſonæ pro abſente , & contumace in Criminalibus comparere an , & quando poſſint remiſſivè.

2 Procurator in materia cenſurarum admittendus eſt pro Reo abſente , n.11.13.& 14. Contrarium, n.14.& 61. Vide n.62.

3 Excommunicatio Relegationi æquiparatur. Contrarium , n.16. & 17. Vide n.18.& 19.

4 Procurator admittitur,quando agitur de delicto admittente pœnam uſque ad relegationem , Contrarium num. 36. 37. & 50. Decl. nu.61.

5 Excommunicatio animam principaliter affligit ; ſed affligit etiam corpus , n.21.
Procurator non admittitur , quando pœna affligit corpus , non animam , nu.5.

6 Excommunicatio non eſt propriè , quæ imponitur principaliter per diffinitivam, ſed potiùs per interlocutoriam .

7 Excommunicatio eſt de illis delictis, pro quibus poteſt contra Reum abſentem ferri, & exequi ſententia .

8 Procurator admittitur in cauſa privationis Dignitatis,vel remotionis ab Ordine,Contrarium, nu.24.

9 Procurator admittitur in Cauſa depoſitionis Epiſcopi abſque alia pœna .

10 In Cauſa dilapidationis adimittitur Procurator .

11 In Cauſa perjurii admittitur Procurator , nu.10.

12 Procurator admittitur , quando delictum deducitur per viam denunciationis Evangelicæ , ſivè denunciationis Canonicæ .

13 Procurator appellare poteſt à citatione contrà ſuum principalem executa ad dicendum cauſam quare non debeat excommunicari .

16 Excommunicatio differt à relegatione , & quare ; Vide n.19. 20. & 65.

17 Excommunicatus æquiparatur deportato . Decl. n.18. Vide n.19. & 20.

18 Excommunicario lata ob crimen differt ab illa lata ob contumaciam .

21 Excommunicatio principalitèr habet emendare . Vide n.25.

22 Sententia excommunicationis eſt diffinitiva.

23 Excommunicatio executionem affert in ſe ſtatim, ac eſt fulminata . Vide ibi .

26 Judex Eccleſiaſticus, Laicis præcipere poteſt, ut coram ipſo perſonaliter compareant in illis Criminibus , in quibus juriſdictionem habet n.26. Decl. n.62.

27 Excommunicatio pœna medicinalis dicitur, ut excommunicati corrigantur .

28 Reo citato ad perſonaliter comparendam non admittitur Procurator pro eo, ſed debet ipſemet comparere & nu.30.

29 Amplia procedere etiam in illis caſibus , in quibus alioquin admittendus eſſet Procurator .

31 Ampl.2. procedere etiam in cauſis pecuniarits, & civilibus .

32 Judex Eccleſiaſticus Clerici correctionem

 præ-

prætendens, vel ſalubrem pœnitentiam imponere volens, ſaltem, quando ex officio procedit, poteſt in quacumque cauſa eum cogere ad perſonaliter comparendum.

34 Judex in Cauſis civilibus poteſt de Jure Canonico quem citare coram ſe, ut veniat perſonaliter reſponſurus, ſecùs de Jure Civili, nec tunc poteſt mittere Procuratorem.

35 Procurator admittitur in delictis exigentibus pœnam à relegatione infra. Contrarium n.36. 37. 50. & 56. Decl. nu. 62. 63. & 66.

37 Procurator non poteſt, nec debet admitti quotiès præſentia Rei principalis eſt neceſſaria, Vide n.62.63.& 66.

38 Judex Reum inſpiciens in faciem, & modum reſpondendi interrogatis poteſt cognoſcere veritatem.

39 Conteſtatio reatus facienda eſt ipſi principali, non Procuratori.

40 Sententia ferenda eſt, in ipſum Reum.

41 Procurator pro carcerato intervenire poteſt, præterquam in ſententia.

42 Procurator non admittitur pro Reo, ſive præſente, ſive abſente ad conteſtationem litis, ſeu ad alium actum, in quo Reus reſpondere debet, ad actum torturæ, & ad ſententiam.

43 Cauſæ criminales etiam pecuniariæ non diſputantur mediante Pracuratore, niſi priùs Rei ſe præſentaverint, examini ſe ſubjecerint, & eis fuerit reatus objectus, & conteſtatus.

Reus in Cauſis criminalibus pecuniariis poſtquàm ſe præſentaverit, examini ſe ſubjecerit, & ei fuit reatus objectus, & conteſtatus, poterit habilitari, & cum fidejuſſione de ſe repræſentando, ac judicatum ſolvendo relaxari n.43.

44 Reus Procuratorem cum inſtructione præciſa ad ſic, & ſic reſpondendum mittere poteſt in cauſis pecuniariis, & aliis levibus criminibus cum ſatiſdatione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, & facta declaratione de habendo teſtes, pro ritè, & rectè examinatis, & n.45. Contrarium n.46.

45 *Guazzin. de defenſ. Reor. defenſ. 12. §. 1. n. 55.* reprobatur, & n.46.

46 Interrogationes Judicum Criminalium ſunt diverſæ, & ſecundùm peritiam, & experientiam eorum variantur.

47 Regula juris non eſt attendenda, quando experitur Reipub. perniciosa.

48 Stylus damnoſus Reo, & Reipub. non eſt attendendus.

49 *Buccaron. de different. inter Judic. Civil. & Crimin. different.* 142. n. 11. reprobatur.

50 Epiſcoporum conſcientia eſt oneranda circa coactionem Reorum ad comparendum perſonaliter.

51 Procurator non admittitur in delictis præſeferentibus pœnam excommunicationis. Decl. n,63.

52 Carceratus citatus ad dicendam cauſam, quarè non debeat declarari excommunicatus poteſt, & debent comparere per Procuratorem, & n.54.

53 Carceratus declaratoriam excommunicationis evitare non poteſt ſub prætextu legitimi impedimenti ad comparendum.

55 Abſentes ex juſta cauſa defendi debent, & poſſunt per Procuratorem.

Delinquens latitans non debet audiri per Procuratorem n.55.

56 *Zabarell. in Cap. Veniens n.9. in fine de accuſat.* reprobatur.

57 Procurator non admittitur in crimine publico, vel privato, niſi veniat imponenda pœna pecuniaria, ſed alia, & quarè n.59.

58 Procurator defendere non poteſt alium, niſi legitimet perſonam ſuam per ſatiſdationem de judicatum ſolvendo.

60 Pœna corporalis eſt major qualibet alia pecuniaria.

61 Excommunicatio fieri poteſt ex cauſa levi, & gravi.

64 In Cauſis Civilibus arduis Reus non debet comparere per Procuratorem.

65 Excommunicationis pęna ęquiparatur morti, deportationi, ſeu relegationi, habito reſpectu ad naturam delicti, per quod infligitur.

OBSERVATIO.

PRo abſente contumace in Cauſis criminalibus Procurator, Advocatus, ac aliæ
1 perſonæ an, & quando comparere valeant pleniſſimè, ac doctiſſimè examinatur à *Spada conſ. 74. volum. 1.* ubi de fidejuſſore, & de conſanguineis pro evitanda pictura ob fractam pacem *Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 80. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 46. cum ſeqq. Farinac. de var. & diverſ. qq. quaſt. 99. & conſ. 85. volum. 1. Seacc. de judic. lib. 1. cap. 101. Guazzin. ad defenſ. reorum defenſ. 11. cap. 1. & Conciol. reſolut. criminal. in verbo Procurator reſol. 1. cum ſeq. & in verbo Pax reſol. 16.* ubi de conſanguineis Comparentibus pro evitanda pictura pro delicto fractionis pacis *Matthæu, & Sanz. de re crim. controv. 70. n. 13. & à D. meo Joanne Dominico Raynaldo* in ſequenti elaboratiſſimo *Voto* poſt hæc annotata in lucem edito de mandato *Sacræ Congregationis Immunitatis*, quæ præferendo ejus auctoritatem aliis claſſicis *DD.* & communi opinioni juxta illud ſub *die 20. Jan. 1693.* reſolvit *teneri comparere perſonaliter*.

Melevitana Immuntatis.

Eminentiſs. & Reverendiſs. Domine. Circa propoſitum dubium. *An in materia cenſurarum admittendus ſit Procurator.*

VIdetur reſpondendum affirmativè juxta opinionem, & auctoritatem *Cardin. Za-*
2 *barellæ in cap. Veniens num. 9. in fine de accuſat.* quem ſequuti ſunt *Farinac. q. 99. nu. 208. Marc. Antonius variar. reſolut. 3. nu. 2. lib. 3. Gabriel. à*

S. Vin-

C.Vincentio de cenſuris diſput.1.q.12.§.2.n.139. Guazzin.de defenſ.Reor. defenſ.12.cap.1.n.58.in fine verſ.Nec non auditur. Alphonſ. de Leone de cenſuris recollect.5.n.689.& ſeqq.

Movetur *Zabarella* ad ita dicendum ex tribus rationibus; Primò quia excommunicatio
3 æquiparatur relegationi, ut dicit *Gloſs.in cap. Paſtoralis de Appellat.*& ideòReus auditur per Procuratorem, quia *Textus in leg.1.ff.An per alium cauſ. appellat.* diſponit, quòd admitti
4 debeat Procurator, quando agitur de delicto admittente pœnam uſque ad relegationem.

Secundò, quia excommunicatio principaliter afſligit animam, & ideò non impedit
5 admiſſionem Procuratoris, nam illam impedit ſolùm delictum præſeferens pœnam, quæ principaliter affligit corpus.

Tertiò, quia excommunicatio propriè non eſt, quæ imponatur principaliter per diffinitivam, ſed potiùs per interlocutoriam, *ut in*
6 *cap.Tuæ, ut lite non conteſtata, Speculat. tit.de ſententia §.2.verſic.Diffinitivam.*

Alphonſus verò *de Leone d.recollect.5.n.689.* movetur ex eo, quia excommunicatio eſt de illis delictis, pro quibus poteſt contra Reum
7 abſentem ferri, & exequi ſententia, & allegat *Butrium*, qui in *cap.Veniens nu.12.de accuſat.* ait, quod ubi pœnæ ſunt tales, in quibus ſententia poteſt promulgari in abſentem, & executio fieri, poterit Procurator intercedere, & exemplificat in pœna privationis dignita-
8 tis, vel remotionis ab Ordine, etenim quia in his pœna eſt promulgabilis, & exequibilis in abſentem poterit Procurator intercedere, & ratio rationis eſt, quia tunc judicium non eſt fruſtatorium in ſententia, & neque in executione, & *Abb.in cap. Veritatis num.6.* & meliùs *n.31.de dolo,& contumacia,* hoc exem-
9 plificat in terminis depoſitionis Epiſcopi, quando ſimpliciter deponitur abſque alia pœna, addita ratione, quia hæc pœna depoſitionis ſatis eſt exequibilis in abſentem, cùm abſens poſſit deponi, *ut in dicto cap.Veritatis,* & *Bald.in cap.In noſtra nu.3.de Procurat.* exemplificat in cauſa dilapidationis, & per-
10 jurii, & in noſtris terminis, eſſe ſcilicèt admittendum Procuratorem in cauſa excom-
11 municationis firmat *Bald.ibid.n.3.* & etiam *in cap.Ex parte n.4.de reſcript.* in idem reincidit dictum *Butrii loc.cit.n.16.in fine*, dùm dicit admitti debere Procuratorem, quando delictum deducitur per viam denunciationis
12 Evangelicæ, ſive denunciationis Canonicæ ob rationem, quia tunc non intenditur finis pœnæ, ſed pœnitentiæ, & hæc eſt quinta ratio propter quam poteſt firmari, quod in cauſa cenſurarum debeat admitti Procurator.

Et ſic pro admiſſione Procuratoris in materia cenſurarum, non ſolùm fa..t auctoritas claſſicorum *Doctorum*, ſed urgent etiam rationes, & his poteſt addi, quod in facti contin-
13 gentia penès *Riccium deciſ.ult.par.3.* habita fuit ratio appellationis à Procuratore interpoſitæ ad favorem ejus, qui citatus fuerat ad dicendum cauſam quarè non deberet excom-
14 municari, & penès *Sperell.dec.48.n.1.& per tot.* comparuit Procurator pluries, & ad plures actus, & tamen nunquam fuit ei oppoſitum, quod non erat audiendus, & prius *deciſ.45.in princ.* ubi comparuit Pater proptereà non eſſet hic ampliùs immorandum circa articuli reſolutionem.

Verùm quia juſſus ſum ſcribere pro veritate, dicam quid ſentiam in conſcientia, quamvis poſſim in notam temeritatis incidere, dum nullius fultus auctoritate contrariam
15 amplector ſententiam; & moveor quia rationes, quibus Doctores præfati ſe fundant, non habent apud me ſolidam ſubſiſtentiam; Etenim ſi perpendatur æquiparatio, quæ ſit inter relegationem, & excommunicationem, remanet evidenter eliſa ex adductis à Prepoſito *in cap.Paſtoralis §.Verùm n.22.de appellat.* ubi ait, quod *Gloſs.* in quantùm æquiparat
16 excommunicatum relegato malè loquitur, quia relegatus ſolùm in certo loco videtur relegatus *l.Relegatorum ff.de interdict.& releg.* excommunicatus autem ubique idem eſt excommunicatus *Cap.Cura 11.q.3.* & relegatus non eſt in totum extra Civitatem, ſed excommunicatus in totum eſt extra Eccleſiam, undè *Gloſs.in §.Media inſtit.de cap.diminut.* æquipa-
17 rat excommunicatum deportato, & opinionem *dictæ gloſſæ* ſequuti ſunt *Baldus*, qui illam dicit eſſe ſingularem *in cap.1.nu.9.de Judic.in 1.repetitione, Alex.in l.Gallus §.Quid ſi tantùm nu.8.ff.de liber.& Poſthum. Adden. ad Abb.in cap.Paſtoralis litt.E.de appellat. & Petrus Gudelinus de jure noviſſimo lib.6. cap.26.nu.6.* Et licèt *Præpoſitus ibidem* non habeat dictum *gloſſæ in §. Media* pro ita expedito, ut de illo non poſſit dubitari, nihilominùs ſufficit ad effectum, de quo agitur, quod excommunicatio habeat aliquid plus, quàm relegatio, & ideò quod non procedat æquiparatio.

Reſpondetur etiam quod æquiparatio poſita indiſtinctè per *Card. Zabarellam* non ſubſiſtit, quia diſtinguunt *Doctores* inter excom-
18 municationem latam ob crimen, & illam latam ob contumaciam, & dicunt, quod in primo caſu excommunicatio æquiparatur deportationi, ut videre eſt penès *Franciſcum de Magiſtris in Sylva Eccleſiaſtica lib.1.cap.12. n.19.& D.Franc.Fernandes Minanum Baſi Pontific.juriſdict.tract.2.fundam.1.q.3.§.3.n.59.*

Additur, quod *Abb. in cap.Paſtoralis n.19. de Appellat.* ex auctoritate *Angeli* ait, quod excommunicati non æquiparantur deporta-
19 tis, & nec relegatis, ſed eſt potiùs quædam ſpecies damnatorum de per ſe.

Vel ſaltem in his, in quibus habent conformitatem cum Relegatis cenſentur Jure Re-
20 legatorum, in his verò, in quibus habent conformitatem cum deportatis (prout in caſu iſto, ut inferiùs *in fine* oſtendam) cenſentur jure deportatorum, ut ſubdit *Abbas ibidem.*

Si perpendatur conſideratio, quod excom-

municatio non affligit principaliter corpus
21 remanet eliſa ex dictis à *Caſtropalao de Cenſu-
ris diſpnt.t.pnnct.t.n.2.* nbi ait, quod cenſura,
ſeu excommnnicatio ptincipaliter habet
emendare, *& diſpnt.2.pnnct.1.n.3.* aie, quod
affligit etiam cotpns, quia privat colloquiis,
contractibns, commereiis &c.

Ulteriùs non eſt undequaqne tutum aſſe-
rere, quod Procutatoris admiſſionem impe-
diat ſolùm illud delictum, quod affert pęnam,
quę principaliter affligat corpus, ut appatebit
ex iis, quæ dicentur *infrà*.

Si perpendatur aſſertio, quod excommuni-
catio ſit interlocutoria remanet eliſa ex tra-
ditis à *Gennenſ. practic. Archiepiſcop. Nea-
polit. cap.23. num. 19. & 20.* ubi aie, quod
22 ſententia excommunicationis eſt deffiniti-
va, & teddit optimam rationem *ibidem* vi-
dendam.

Si perpendatur motivnm adductum ab
Alphonſo de Leone, nempè quia excommuni-
23 eatio affert executionem in ſe, ſtatim ae eſt
fulminata, remanet eliſa, quia non ſolùm ju-
dicium tedditur fruſtratorium, quando con-
demnatio non poteſt habere ſnum effectum
poſt datam ſententiam, ſed redditur etiam
eale, quando proceſſus non poteſt perfici,
putà quia neceſſarla eſt præſentia Rei,
ad hoc, ut examinari, & interrogari poſſit,
& ex ejuſdem ſermone, vultu, trepidatione,
& conſtantia veritas habeatut ad *Text. in l.
De minore §.Tormenta ff.de Quæſt.*

Eliditur etiam, qnia prædicta concluſio
non ſubſiſtit in jure, ut oſtendit *Aretin. in
cap.Veniens n.60.de accnſat.* dicens, quod dicta
couelusio non procedit, quia ſecundùm hoc
Libertus in cauſa ingtatitudinis non poſſet
conſtituere Procuratorem, quia non compa-
reret, ut redigeretur in ſervitutem, & ſimi-
liter non poſſet conſtitui Proeutator ab eo,
qni vocaretut in ſervitutem, ex libettare quo-
rumuttumque, ait ille, eſt falſum, ut patet *in l.
Licèt §.1.vel in l.Sed, & hæ §.2.in fin.ff.de Pro-
curat. & in l.Servum quoqne §.Eum eodem tit.
& in l.t.in fine ff.de Caduc.tollen.* Prætereà ſub-
dit ipſe *ibidem*, ſi iſta tatio eſſet vera, ſeque-
retur, quod in caſn *Decretalis noſtræ* poſſee
intervenire Procurator contta iſtum *Textum*,
24 nam hie agebatut ad remotionem ab Officio,
& Beneſitio, quæ pœna ſine dubio non poſſet
eludi, quia trahit ſecum ſuam executionem
poſt ſententiam, & tamen non admittitur
Procurator.

Si demum perpendatur, quòd in excom-
municatione non intenditur finis pœnæ, ſed
pęnitentiæ pariter eliditur ex adductis à *Diaz.
pract.crimin.can.verbo eos citari*, ubi ait, quod
25 ex eodemmet eapite, nempè quia intenditnr
finis pœnitentiæ lieet Judici Eeeleſiaſtieo ſal-
tem ex officio procedenti in quaeunque Cau-
ſa eriminali, cùm prætendit Clerici corre-
ctionem, cogere eum ad perſonaliter com-
parendum, ut illi ant verbalem correctionem
faciat, aut aliam ſalubtem pœnitentiam im-
ponat juxta qualitatem exceſſus, & *Lopez in
addit.ad Diaz. ibid.verbo perſonaliter*, ait, quod
non ſolùm Eeeleſiaſticis Judicibus Clericos
26 citare perſonaliter permiſſum eſt; verùm &
Laicis præcipere poſſunt, nt cotam ipſis per-
ſonaliter compareant in his criminibus, in
quibus juriſdictionem habent; prædicta au-
tem benè proeedunt in terminis excommuni-
cationis, quia exeommunicatio dicitur eſſe
27 pœna medicinalis, ex *vulgatis juribus*, & in-
venta eſt, ut excommunicati cotringantur,
ut benè conſiderat *Præpoſitus in cap.Nemo con-
temnat.11.q.3.n.5.*

Undè cùm corrnant, & ſaltem non ſint in
totum firma, & conſiſtentia fundamenta, qui-
bus *Doctores* prædicti eorum opinionem ſta-
bilietunt, licitum erit ab ea teeedere, non
obſtante re judicata, quia *Riccius*, *Sperell.*,
& Chartar. non tractarunt de hac quæſtione,
quia non habuerunt ueceſſitatem ttactandi ſde
ea, cùm potuerint aliundè Reotum præten-
ſionem eludere, ut videre eſt apud eos, cùm-
que in hac materia cenſuratum non ptobetur
in jure dari aliquod ſpeciale, ptopter quod ſic
procedendum diverſo alio modo eo, quo pro-
ceditur in aliis criminibus, exiſtimo quod
dubium propoſitum habeat duas pattes, ſeu
dividi debeat in duas pattes.

Prima eſt, an Epiſcopus Mèlevitanus, qui
ttanſmiſit Reis Monitorium ad perſonaliter
comparendum, & dicendum eauſam, quarè
exeommunicari non debeant modò poſſit, &
debeat eos audire per Procuratorem, non
obſtante, quod citaverit ad compateudum
perſonaliter: Secunda eſt, an eos ad perſo-
naliter comparendum citare rectè potue-
rit.

Quoad primam inſpectionem videtur re-
ſpondendum negativè per doctrinam, & au-
ctoritatem *Julii Clar.q.32.nn.11. circa finem*
dicentis, quod ubieunque citatio continet,
28 quod Reus perſonaliter compareat, non eſt
ttactandum, an poſſit admitti Procurator,
vel exeuſator, ſed neceſſe eſt, quod ipſe Reus
principalis perſonaliter compareat, & ante
eum id ex *Bartolo* dixit *Ruin. conſ. 118.num.1.
lib.5.* cujus verba ſunt: *Quandò autem citatnr
quis, & citari potnit, ut perſonaliter compareat,
non admittitnr tunc Procnrator pro eo, etiamſi
cauſa eſſet talis, in qua Procnrator conſtitni
poſſit, puta qnia ſit civilis l. fin.* ubi eſt caſus,
& ibi notant omnes *C. de Procurator*, & ideò
lieet in Criminalibus poſſit, & debeat Proeu-
rator admitti pro inquiſito abſente, qui ex
forma Statuti capitulariter condemnari de-
bet ſecundùm opinionem *DD.* & ſequacium,
quando Reus citatus eſt, ut perſonalitet com-
pareat, tunc prædicta opinio non habet lo-
cum, nec tali caſu loquuntur prædicti, & *Bart.*
expreſsè *in d.l.fin. & in l.Seruum quoque §.Pu-
blicè de Procnratoribns* tenet, quod in caſibus,
in quibus admittitur Procurator, & admitti
29 poteſt in criminalibus, quod in illis caſibus
admitti non debeat, ſed repelli, quando di-

cto

ſto modo citatus fuit, ſcilicèt, ut perſonaliter comparere debeat.

Paul. de Caſtr. in d. l. Servum quoque §. Publicè n. 12. & ſeq. ait, & etiam ex parte accuſati licèt de jure admittatur Procurator; Judices tamen tenent talem modum, quod nunquàm
30 admittunt, quia citant, ut perſonaliter compareant ad informandam Curiam de veritate, quæ ſine ſui præſentia non habetur, quæ citatio permittitur ex cauſa Judici ordinario, *ut C. de Procurat. leg. fin. & cap. 1. de Judic. lib. 6.* & ſubdit, *ut ita ſervat totus Mundus, & niſi hoc fieret, nunquàm daretur aliqua ſententia in criminalibus, quia ſemper mitterent Procuratores, qui cum ſuis cavillationibus obviarent.*

Et hoc idem dicunt *Cepoll. Socin. Scaccia, Angel. de maleſic. & alii plures relati à Centolin. in addit. ad Farin. conſ. 85. litt. F.* qui ex *Scaccia* ait. hanc cautelam eſſe adinventam, ut in qualibet cauſa etiam pecuniaria moneatur Reus ad perſonaliter comparendum, & ex
31 *Scappa de Jure non ſcripto lib. 3. cap. 42.* ait, quod ita ſervatur per totam Italiam, & dictam opinionem ſequutus eſt etiam *Buccaron. de differen. inter Judic. civil. & criminal. differen. 14. & 142. n. 8.* & comprobat *Mart. voto 70. n. 12.* cujus verba ſunt. *Propterea quando admittendus eſſet de æquitate ex conſuetudine Tribunalis, tunc in primis debet ſe ſubjicere examini, quia fuit citatus à Judice ad perſonaliter comparendum, atque ſubjiciendum ſe examini, quo caſu etiam illi Doctores, qui aſſerunt poſſe per Procuratorem audiri, concludunt perſonaliter debere comparere, & dicto examini ſe ſubjicere,* & hanc eſſe magis communem opinionem, & totum Mundum illam obſervare probat *Clar. in pract. qu. 32. verſ. Hæc autem concluſio verſ. Et in omnem caſum* poſt multos, quos allegat *Capyc. dec. 143. nu. 7.* & ſubdit *Marta* hæc verba. *Item ſi hoc eſt verum in civilibus, ubi ſi alter ex litigantibus petat depoſitionem alterius cum juramento ſuperſedetur in cauſa, donec ipſe per ſe ipſum ſe examinet, & non per Procuratorem ex traditis per Franch. dec. 220. n. 2. & ſi ipſe eſt abſens debeant expediri proviſiones pro ipſo examinando, & hoc fieri debet ſumptibus ipſius abſentis, non petentis, quia, cum ipſe teneatur eſſe præſens in judicio, ejus abſentia non debet nocere alteri colliti ganti Franch. deciſ. 332. nu. 3. Afflict. dec. 177. & dec. 161. Urſillus alios congerit. Quanto magis hoc eſt verum in criminalibus, in quibus judicium incipit à depoſitione Rei principalis, & ut congruè interrogari poſſit, & videri qua fronte, quoquo modo reſpondeat.*

Quo verò ad ſecundam inſpectionem, reſpondendum affirmativè ob doctrinam *Follerii pract. crimin. Can. verbo Reperti culpabiles n. 37.* ubi ex *Guidopapa dec. 255.* ait, quod de
32 ſtylo omnium Curiarum Judex poteſt citare partem, ut perſonaliter compareat, quandocunque ſibi videbitur expediens: & etiam ob doctrinam *Diaz. pract. crimin. can. verbo Eos citari,* cujus verba ſunt. *Licèt prædictorum Doctorum ſententia ſit vera, videlicèt, quod in cauſa, qua quis poteſt per Procuratorem litigare non cogatur ad comparendum perſonaliter, crederem tamen, quod liceat Judici Eccleſiaſtico ſaltem ex officio procedenti in quacunque Cauſa
33 criminali, cùm prætendit Clerici correctionem cogere eum ad perſonaliter comparendum, ut illi aut verbalem correctionem faciat, aut aliam ſalubrem pœnitentiam imponat juxta qualitatem exceſſus.* Sed hanc reſtrictionem non approbat *Foller. loc. cit.* dicens, quod ſi *Diaz* vidiſſet *Guidopap. ubi ſuprà*, non ita arctaſſet ejus dictum. Et hoc eſſe indubitanter verum *de Jure Canonico* dicit *Bald. in ſua practica tit. de Citationib. q. 12. n. 1.* ubi loquens in cauſis civilibus, quærit, nunquid Judex poſſit quem citare civiliter coram ſe, ut veniat perſona-
34 liter reſponſurus, & poſt varias reſponſiones ad quæſitum concludit, quod de *Jure Civili* non poteſt perſonaliter, nec citatus perſonaliter ad hoc compellitur, niſi hoc exigat natura cauſæ, & niſi in caſibus notatis *in l. fin. C. de Procurat. Jure verò Canonico* poteſt perſonaliter citari, nec tunc poteſt mittere Procuratorem *cap. fin. de Major. & obedien.*

His ſtantibus, non obſtat concluſio, quod in delictis exigentibus pœnam à relegatione
35 infrà admittitur Procurator, quam concluſionem ponit *Text. in l. 1. ff. An per alium cauſ. appell.* & pluribus exornat *Farinac. q. 99. n. 66. & ſeqq.* Quia prætèrquàm quod contrarium
36 ſtatuitur *in l. 2. C. de Procurat.* aliis juribus inferiùs adducendis.

Reſpondetur, quod iſta concluſio non poteſt recipi in praxi; nam Procurator non poteſt, & nec debet admitti, quoties præſentia Rei principalis neceſſaria eſt in judicio
37 ad *Text. in cap. 1. de judic. in 6.* ubi *Philippus Francus, & Foller. ubi ſuprà dicto nu. 37.* præſertim verò ex ſequentibus.

Primò, quia Judex ex inſpectione in faciem, & perſonam ipſius Rei poteſt veritatem
38 cognoſcere, dùm obſervat qua trepidatione, quo colore, quo pallore ad interrogata reſpondet, ut habetur *in l. De minore §. Tormenta ff. de Quæſt. & l. 1. & 2. C. de Cuſtodia Reor. & in l. 3. §. Ita magis ſcire ff. de Teſtibus.*

Secundò, quia conteſtatio reatus facienda eſt ipſi Principali, cùm ſit actus pertinens ad perſonammet ipſius Rei, ut dicit *Joan. Andr.*
39 *ad Speculator. tit. de Procurat. §. 1. verſic. Sed nunquid ad media,* & hoc eſſe ſatis rationabile dicit *Joan. de Imola, & Marian. Socin. in cap. Veniens n. 143. de accuſat.*

Tertiò, quia ſententia ferenda eſt in ipſum Reum, ut dicunt *Joan. de Imola in l. pen. §. Ad crimen ff. de publicis Judic. & Socin. loc. citat.*
40 *n. 147. circa finem,* qui *n. 146.* ex eodem *Imola* ait, quod pro carcerato poteſt intervenire Procurator, prætèrquam in ſententia, & ſub-
41 dit quod ubi jus diſponit in hac materia, quod Procurator poſſit intervenire, videtur diſpenſare quo ad omnes actus, præter quàm ad ſententiam ad *Text. in l. fin. C. de injur.* Et quod Procurator non admittatur ad ſenten-

tiam

Digitized by Google

tiam replicat idem *Socin. ibid.n.219.* ubi citat *Gloſſam, & Bald. in l.Servum quoque §.Publicè ff.de Procurat.& in l.Reos C.de Accuſ. & Imol. in dicto §.Ad crimen*, & hanc eſſe communem *Doctorum* ſententiam aſſerir *ibidem*.

Undè *Conciol. crimin. reſolut.1.nu.23. verbo Procurator* inqnit,quod Procuracor nunquàm admittitur pro Reo ſive pręſente,ſive abſente
42 in rribus caſibus, nempè ad conteſtationem litis,ſeu ad alium actum,in quo Reus reſpondere, debet ad actum torturę,& ad ſententiã, quæ non contra Procuratorem, ſed contra Reum dirigi debet,& ad hoc citat *Baldum, Angel.Boſſium,Clarum,Seacciam,& Farinac.*& ſubdit ex eodem *Farinac.*ab hac opinione,uti magis communiter recepta non eſſe recedendũ.

Et ex his *Doctores* teſtantur, quod in Tribunalibus hodiè Cauſæ criminales, licet pecuniariæ, non diſputaneur mediante Procu-
43 ratore, niſi priùs Rei ſe præſenꞇaverint, examini ſe ſubjecerint, & eis fuerit reatus objectus, & conteſtatus, quæ objectio, & reatus conteſtatio obtinet oblatio libelli, facta ab Actore, & reſponſio ad illum facta à Reo, quæ dicirur litis conteſtatio. Etenim his peractis benè poterit Reus habilitari, & cum Fidejuſſione de ſe repræſentando, ac judicatum ſolvendo relaxari, & ita fuiſſe practicatum Neapoli in cauſa pecnniaria refert *Saufel.dec.247.* & ita practicari Florentiæ refert *D.Sabellus in ſumma verbo Procurator n.9. verſ.An autem, & quando,* & ita practicari in Hiſpauia refert *Matthæũ de re crimin.contr.70. nu.20.* dicens: *Apud Nos neque pro leviſſimo crimine Procurator admittitur, niſi priùs Reus perſonaliter compareat,ut omnes Doctores Hiſpani teſtantur,& quotidiana praxis demonſtrat;* Et *Ego in meis obſer.l.3.c.24.§.33.n.24.*dixi,quod illi, qui poſſunt audiri per Procuratorem in Criminalibus, debent tamen ſe ipſos perſonaliter præſentare ad effectum ſubjiciendi ſe examini, & allegavi *Ayllon. ad Gomes de delictis cap.1.nu.14.* dicentem nunquàm vidiſſe aliquem audiri in cauſis per Procuratorem, niſi ſit carceratus, vel ſe præſentaverit.

Et quamvis *Butrigar.* & *Rovitus* locis à me relatis *dicto §.33. nu.24.* dicant, Reum poſſe mittere Procuratorem cum inſtructione præ-
44 ciſa ad ſic, & ſic reſpondendum, quo caſu reſponſio facta à Procuratore dicitur eſſe facta à Principali per organum Procuratoris, immò tunc reſponſio dicetur eſſe depoſitio à Principali in ſcriptis facta, & per Procuratorem exhibita.

Et *Guazzin. Reor. defenſ.12. §.1.n.55.* dicat, eſſe occurrendum malitiis quorundam Judicum, qui totaliter etiam in cauſis, in quibus de jure admittitur Procurator, intenduut tol-
45 lere, ut Procurator non audiatur ſub prætextu, quod Judex velit principalem uti magis informatum audire, ut videat, quo vultu, colore, fronte, ac qua trepidatione deponat, & rejiciat hoc Judicum ſubterfugium ob duo motiva, primò quia admiſſa dicta opinione totaliter deſtruitur regula, ut in omnibus cauſis à relegatione infrà admittatur Procurator.

Secundo, quia in cauſis pecuniariis, & aliis levibus criminibus, non ita per acerrimam indagationem proceditur,quia Jura ſunt contenta, ut audiatur Procurator cum mandato Procuræ ad ſic, & ſic Inquiſitioni contra Reum formatæ reſpondendum, & teſtatur, quod ita paſſim in Tribunali A. C. obſervatur,ut admittatur Procurator cum ſatisdatione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, ac facta declaratione in actis ante ſententiam de habendo teſtes pro rite, & rectè examinatis cum ſpeciali mandato ad ſic declarandum.

Nihilominùs hæc mihi non ſatisfaciunt,
46 non quidem primum, quia cum hodiè interrogationes ſint diverſæ, & ſecundum peritiam, ac experientiam, & ſubtilitatem Judicis varientur, nunquàm Reus poſſet formare mandatum Procuræ ad ſic, & ſic reſpondendum interrogationibus Judicis, cum nemo poſſit illas divinare,ut dicit *Farin.dicta qu.99. n.246. & Adden. ad eundem Farin. conſ.85.litt. F.& Buccaron. de Differen. inter judicia civil.& crimin. differ. 142. nu.10. & Paſſarin. in cap. 1. n.66. de Judic. in 6.*

Non ſecundum, quià parum refert, quod deſtruatur regula juris, quandò ob experientiam reperitur pernicioſa Reipublicæ, &
47 communi bono contraria; ex hoc enim mutantur, & mutari debent leges, ut ſcilicet ceſſent inconvenientia.

Nec ſtylus Tribunalis A. C. de quo *Guazzin.* teſtatur, debet pręferri ſtylo in aliis Tribunalibus exiſtenti, ut obſervatum eſt ſupra

Inmò hujuſmodi ſtylo non eſt inſiſtendum, tanquàm damnoſo etiam ipſi Reo; poterit
48 enim contingere, ut Procurator aliquid ommittat, vel faciat, vel dicat, ſeu potiùs explicet contra mentem, & intellectum ipſius Rei, ut advertit *Socein. in dicto cap. Veniens nu.132. poſt medium*, qui ex hoc non eſſe admittendum Procuratorem exiſtimat, quia videtur inconveniens, quod in cauſa tanti præjudicii dictum, factum, vel neglectum Procuratoris noceat Domino.

Nec habenda eſt ratio aliqua ad id, quod ait *Guazzin.* occurrendum ſcilicet eſſe malitiis quorundam Judicum requirentium, quod Rei indifferenter compareant perſonaliter, quod ait etiam *Buccaron.dicta differ.142. n.11.* dicens non debere eſſe in eotali facultate Ju-
49 dicis dicere Volo quod compareat Principalis tanquàm meliùs informatus, quia forſan malignus Judex hoc poſſet cupere, & petere ob aliquam ſuam improbam cogitationem, & intereſſe, & ideò exigendum eſſe, quod ſubſit juſta cauſa id petendi.

Quia hoc non credendum de Epiſcopis, & ſaltem eorum conſcientiæ ſunt gravandæ,juxta ſancita à BONIFACIO VIII *in cap. fin. §. Cæterum de Hæretic. in 6.*Unde melior eſt adver-
50 tentia *Capic. deciſ.143. in fine*, dicentis — *Cla-*

rum

rum eſt , quod in Cauſis criminalibus , in quibus
poteſt comparere Procurator , ut à relegatione
infra , Judex ad obviandum malitiæ poteſt di-
cere , quod vult quod Reus perſonaliter compa-
reat .

Hæc autem omnia , quæ dicta ſunt in ge-
nerali procedunt in ſpeciali reſpectu cujuſvis
delicti præſeferentis pœnam excommunica-
tionis , ut de ſe patet , & ideò non eſt ulte-
rius in his immorandum .

Non obſtat quod *Riccius* , quem retuli , &
ſequutus ſum *Ego in Obſervat. lib. 1. cap. 2. §. 1.*
52 *nu. 103.* dicat, quod Carceratus, ſi citetur ab
Epiſcopo ad dicendum Cauſam , quare non
debeat declarari excommunicatus, poteſt, &
debet comparere per Procuratorem .

Quia in caſu *Riccii* , ita de neceſsè facien-
dum erat de jure , nam non ex hoc , quod
Reus eſt in alio Tribunali carceratus , & ſic
53 legitimè impeditus debet evitare fulmina-
tionem , ſeu declarationem excommunica-
tionis , ſi quidem tunc in odium ipſius Rei
ſit , ut cogatur mittere Procuratorem ad
Text. in cap. Intelleximus de Judic. ubi Barbo-
ſa in col. 5. verſic. Tertiò facit .

Vel saltèm ſit in commodum , & utilita-
tem Reipublicæ , ut ſcilicèt juſtè, & legitimè
impediti comparere defendantur , ut adver-
54 tit *Angel. in l. Servum quoque §. Publicè ff. de*
Procurat. & Soccin. dicto cap. Veniens nu. 137.
verſic. Sed tu adverte. Etenim utile eſt Reipu-
55 blicæ , quod legitimè abſentes defendantur ,
ut firmant *præfati Doctores*, qui volunt , quod
is , qui ex juſta cauſa non comparet , poteſt ,
& debet audiri per Procuratorem , ſecùs au-
tem in eo, qui latitat , ex quo forſan ſentit ſe
culpoſum, & hanc diſtinctionem repetit *Soc-*
cin. ibidem nu. 139.

Cæterùm ſi placeret opinio *Zabarellæ*, tan-
quàm ea, quæ videtur magis regulæ juris con-
formis , quod tamen non eſt undequaque ve-
56 rum , nam regulæ prædictæ elicitæ ex *Text.*
in l. 1. ff. An per alium cauſæ appellat. nempè
quod in Cauſis criminalibus admittentibus
pœnam uſque ad relegationem admitti de-
beat Procurator contrariatur alia juris regu-
la elicita ex *Text. in l. 2. C. de Procurat. , & in*
l. fin. C. de Injur. juncta l. fin. ff. eodem tit. de Injur.
ex quibus juribus concluditur ſecundum
Abb. in cap. Veniens n. 18. de Accuſat. quod in
nullo Crimine publico , vel privato Procura-
57 tor regulariter intervenire poteſt, niſi veniat
imponenda pœna pecuniaria, & hanc opinio-
nem defendit *Abb. loc. cit. nu. 19.* ob duas ra-
tiones ; prima eſt , quia Procurator non po-
teſt defendere alium niſi legitimet perſonam
58 ſuam per ſatiſdationem de judicatum ſol-
vendo *l. Qui proprio ff. de Procurat.* Sed ubi
non venit imponenda pœna pecuniaria , ſed
59 alia , non poteſt Procurator in ſe ſuſcipere
judicium , quia non poteſt ſolvere condem-
nationem , nam ſi condemnatur quis , ut ſit
relegatus in certa Provincia , quomodò po-
teſt Procurator hanc pœnam ſolvere (nam re-
legatio etiam hoc modo fieri non poteſt *l. Re-*
legatorum ff. de Interd. & relegat. ſed quando
venit imponenda pœna pecuniaria , optimè
poteſt Procurator legitimare perſonam ſuam,
quia poteſt ſolvere illam pœnam , & ideò
ſubdit *Abb. ibidem* , non ſine miſterio jura
apertè dixerunt , quod ubi imminet pœna
pecuniaria poteſt Procurator intervenire ,
non ſic dixerunt de aliis pœnis .

Secunda ratio eſt, quia ubi venit imponen-
da alia pœna , quàm pecuniaria, tunc tracta-
tur de magno præjudicio, quia quælibet pœ-
na corporalis major eſt , qualibet alia pecu-
60 niaria *l. In Servorum ff. de Pœn.* ſed per Pro-
curatorem quis non ita diligenter proſequi-
tur factum ſuum , ſicut per ſe ipſum , ideò ut
homines inducantur ad inſiſtendum in judi-
cium per ſe ipſos , voluerunt jura , quod in
iſtis gravibus non interveniret Procurator :
hactenus *Abbas .*

Si inquam , placeret *Zabarellæ* opinio, illa
non videtur admittenda indiſtinctè, & abſque
ullo caſuum diſcrimine ; nam excommunica-
tio poteſt ferri ex cauſa levi , dummodò in-
61 ducat peccatum mortale , & ex cauſa gravi ;
& non convenit , quod in hac , ſicut in illa
quis admittatur per Procuratorem : Rursùs
ſi delictum ſit difficilis probationis , puta
quod ſit commiſſum de ſollicito manè , &
ideò veritas non poſſit haberi meliùs , quàm
ex ipſius Rei reſponſionibus , tunc utique co-
gendus is eſſet comparere per ſe , ut oſten-
dunt *Cepoll. conſ. crimin. 53. nu. 6. & Bombinus*
conſ. 63. nu. 3.

Propterea crederem hoc remitti debere
arbitrio, & conſcientiæ Epiſcoporum, ut ſci-
62 licèt cum cauſa poſſint Reos citare ad perſo-
naliter comparendum, debet enim exigi juſta
cauſa , ad hoc ut Reis auferri poſſit legis be-
neficium , quod eſt in mittendo Procurato-
rem legitimè conſtitutum, & quidem cauſam
juſtam ad citandum Reos ad comparendum
perſonaliter requirunt *Buccaron. citata diffe-*
rent. 142. n. 21. Corvazzan. deciſ. 80. n. 3. Bom-
bin. dicto conſil. 63. n. 3. Ancharan. cap. 1. n. 2.
de Judic. in 6. & Cepoll. dicto conſ. 52. num. 4.
cujus formalia verba ſunt .

Item etiam credo veriſſimum de jure , quod
Judex cauſa cognita , & juſtis rationibus poſſet
deſiderare , & petere , quod Reus principalis ,
tanquam meliùs informatus veniat ad reſponden-
dum perſonaliter accuſationi , vel inquiſitioni ,
ut ſic Iudex poſſit habere veritatem , videndo ,
qua fronte , quo colore , qua trepidatione loqua-
tur l. de Minore §. Tormenta ff. de Quaſtion. ubi
per Doctores , & per Cyn. in d. l. Reos in fine C.
de Accuſat. nec ſufficeret , ſi Reus vellet mittere
defenſorem cum mandato ſpeciali ad ſic reſpon-
dendum , ut notat Bart. in l. 2. §. defendendi ff.
Ex quibus cauſ. in poſſeſſ. , licet quidam antiqui
tenuiſſent contrarium , ut ibi per eum , & ſi non
vellet venire poſſet procedere contrà eum , tan-
quàm contra contumacem , ponendo eum in ban-
no , juxta formam Statutorum , ſed ſine cauſa ,
& ju-

Digitized by Google

*& juſta ratione non credo, quod Index indiſtin-
ctè debeat hoc peterea, quia quotieſcunque remit-
titur aliquid arbitrio Indicis, ſemper debet cau-
ſa cognita arbitrari, l. Cum hi §. Cauſa ff. de
Tranſact.* & paulò inferiùs ſubdit: *Debet ergo,
Iudex diligenter conſiderare, an expediat ad ha-
bendam veritatem, quod Principalis veniat, vel
non; finge enim maleficium de nocte, vel in loco
deſerto, vel difficilè eſſe habere veritatem aliter,
quàm per tormenta Rei* (nos dicemus per re-
ſponſionem à Reo dandam) *certe tunc deſide-
rabit, ut veniat*. Pone è converſo maleficium
eſſe factum de die, in loco celebri, coram
pluribus teſtibus, adeò ut nulla ſit Judici dif-
ficultas habere veritatem, tunc profectò ini-
qui, & pertinacis Judicis erit deſiderare,
quod principalis veniat, cum minimè expe-
diat ad habendam veritatem, Et juſtam cau-
ſam requirit etiam *Angel. in l. Pomponius n.1.
ff. de Procurat.* dicens: *Ubi exigitur præſentia
perſonalis non admittitur Procurator etiam cum
ſpeciali mandato, niſi ſubſiſtente impedimento
exigitur dicta præſentia ex diſpoſitione juris, ut
hic &c. De his qui veniam ætatis impetr. l. 1.
ſecus ſi per Iudicem talis neceſſitas imponatur*.

Et quamvis *Angel. ibidem* ſubdat hoc eſſe
verum in Civilibus, in Criminalibus verò
non, per *l. De minore §. Tormenta ff. de Quæſtion.*
Nihilominùs etiam in Criminalibus exige-
63 rem juſtam cauſam, & ſic facerem diſtin-
ctionem caſuum, præſertim in materia cen-
ſurarum, nam ſi quis eſſet excommunican-
dus, ſeu declarandus excommunicatus ob
incendium Eccleſiæ, vel aliud ſimile enorme
delictum, Reus eſſet compellendus ad perſo-
naliter comparendum; ſecùs ſi eſſet excom-
municandus, vel declarandus excommunica-
tus ob aliquam contraventionem Synodalis
Conſtitutionis prohibentis ſub pœna excom-
municationis comeſtionem piperis, ſeu com-
putationem ad æmulationem factam, & hu-
juſmodi, gravitas enim delicti, ut ait *Are-
tin. in cap. Veniens n. 64. de Accuſat.* eſt juſta
cauſa, ut non debeat tractari per Procura-
torem, & dicit hoc reddi manifeſtum ex eo,
quod etiam in Cauſis civilibus arduis Reus
64 non debet comparere per Procuratorem, &
citat *Text. in l. Eundem §. 1. ff. de leg. & in cap.
Quærelam de Procurat. & Angel. in l. 2. §. Pri-
mo ff. Si quis caution.* quod dicit etiam *Marta
Voto* 70. quem ſuprà retuli.

Et hoc in terminis dicunt *Doctores* penes
*Alciatum in cap. Quod ſedem n. 96. de Offic. Or-
dinar.* volentes, quod pœna excommunica-
tionis morti, deportationi; ſeu relegationi
65 æquiparetur, habito reſpectu ad naturam
delicti, propter, quod infligitur, & *Bald. in
l. 1. nu. 32. C. de hæredit. inſtituen.* ait, quod de-
bet cenſeri naturæ pænæ illius delicti, cujus
loco ſubrogatur, & quod ſicut ſubrogatur
ratione cauſæ, & ratione ſimilitudinis, ita
quoque dicitur ſubrogata ratione effectus.

Crederem etiam eſſe attendendam conſue-
tudinem, & practicam exiſtentem in loco, &
66 Tribunali, in quo fit cauſa, ut in his termi-
nis advertit *Cepoll. conſil. crimin. 45. n. 13.* ibi;
*Ultimo, ad hoc adducitur conſuetudo, & pra-
ctica hujus Civitatis, nam minimè mutanda ſunt,
quæ longam interpratationem habuerunt l. Mini-
mè ff. de Legib. fuit enim hoc Veronæ obſervatum
in perſona Nobilis Viri Federici de Valſumera,
qui fuit admiſſus pro filio ſuo Veltro; & idem
fuit ſervatum etiam in aliis*; Sicut igitur è con-
tra, quando non fuit eveniente caſu admiſſus
Procurator, nec debet in futurum admitti.

Cùm igitur in caſu, de quo agitur, Rei
fuerint jam citati ad comparendum perſona-
liter; agatur de delicto gravi, delictum fue-
rit de nocte commiſſum, & in Tribunali aliàs
fuerint Rei coacti ad comparendum perſona-
liter, debent & iſti perſonaliter comparere,
& dicere cauſam quare &c. & quatenus recu-
ſent, ſunt in eorum contumaciam excommu-
nicandi.

Et ita ſalvo ſemper &c.

Humillimus Servus.

Jo. D. Raynaldus.

*Sacra Congregatio Immunitas Eccleſiaſticæ
ſub die 20. Ianuarii* 1693. reſpondit *teneri per-
ſonaliter comparere*.

ADDIT. AD RUBR. II. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Procurator in criminalibus non inſtituitur, nec admittitur.

2 Reus cogendus eſt comparere perſonalitèr, quando agitur de delicto difficilis probationis, & veritas aliundè non poteſt quam ex ipſius Rei reſponſionibus haberi.

3 Citatio, ſeù Monitorium quomodo formandum contra Reum querelatum, denunciatum, & inquiſitum pro delicto, per quod incurruntur Cenſuræ tam fulminatæ, quàm fulminandæ.

4 Termini tres aſſignari debent Reo ad comparendum cum cominatione quod eo non comparente procedetur ad declaratoriam excommunicationis, & reſpectivè ad fulminationem Cenſuræ.

5 Citatio, ſeù Monitorium contra Reum ad comparendum ſubſcribi debet à Iudice, & à Notario.

6 Relatio Curſoris, ſeù Mandatarii de executione citationis, ſeù Monitorii contra Reum prætenſum excommunicatum quomodo facienda.

7 Procurator Fiſcalis accuſare debet contumaciam citati ad comparendum dùm non comparuit, & iuſtare, quod deveniatur ad declarationem, ſeù fulminationem Cenſuræ.

8 Judex declarare debet contumaciam incurſam eſſe dum Reus citatus eſt contumax, de-

deveniendo etiam ad declarationem incurſus in Cenſuris, & reſpectivè ad fulminationem excommunicationis decernendo quoque relaxationem, & affixionem Cedulonum.

Cedulones excommunicationis ſubſcribi debent à Judice, & Notario n.8.

9 Terminus competens aſſignari debet ad perquirendum, & certiorandum, quando aliquis pro Reo abſente citato inſtetit.

10 Termino ad perquirendum, & certiorandum Reum aſſignato, & elapſo, Judex decretare debet, quod procedatur ad ulteriora juxta primum terminum aſſignatum, & hujuſmodi decretum debet intimari, & vide ibi.

11 Judex evitare debet præcipitantiam in materia cenſurarum procedendo ad horas. Limita n.12.

Excommunicatio decretari, & fulminari debet cum maturitate nu. 11.

13 Excommunicatio incurritur ſtatim ac quis contravenit legi, vèl præcepto Judicis Eccleſiaſtici, in qua, vel in quo impoſita fuit incurrenda ipſo jure.

14 Excommunicatus ipſo jure ad hoc ut ſeparetur ab Eccleſia, prævia probatione delicti, & citatione deveniri debet ad ſententiam declaratoriam.

15 Et ut ſeparetur à Commercio Fidelium neceſſaria eſt publica denunciatio.

16 Declaratoria excommunicationis non facta citatione valet, dùm intervenerat in præcedenti probatione delicti, ſeù contraventionis.

17 Teſtium examen, & probationes faciendæ ſunt Reo citato. Contrarium ſervatur, & quare nu. 18.

19 Proceſſu informativo formato citatur Reus ad comparendum perſonalitèr, & allegandum, deducendum, ac probandum quicquid vult, poteſt, & intendit, ac dicendum cauſam quare non debeat declarari excommunicatus ob cauſam in individuo exprimendam, & proceditur ad ſententiam declaratoriam excommunicationis incurſæ pro delicto, non propter contumaciam & nu.20.

20 Sententia excommunicationis ob aliquod delictum cenſetur criminalis.

21 Defenſio competens de Jure naturæ non poteſt auferri.

CitatioRei requiritur vel in formando proceſſu, & diſcuſſione cauſæ, vel in declaratoria excommunicationis ad hoc ut poſſit ſe defendere n. 21.

22 Declaratoria excommunicationis abſque præcedenti citatione lata eſt nulla, ſed non remanet nulla excommunicatio à Jure lata.

23 Appellatio ad effectum devolutivum, & ſuſpenſivum datur à ſententia declaratoria, quem incurriſſe in excommunicationem à Jure, vel ab homine latam, & quare. Limita pluribus modis, de quibus remiſſivè nu.24. *Tom.I.*

25 Limitatur quando factum eſt notorium. Necnon in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ nu.29.

26 Notorium ut dicatur probatum requiritur citatio partis in formando ſuper eo proceſſu. Contrarium n.28.

27 Declaratoria requiritur ſuper notorio delicti.

29 Appellatio non admittitur ad impediendam affixionem Cedulonum in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ.

30 Appellatio in devolutivo tantum admittitur à ſententia excommunicationis, quia excommunicatio trahit ſecum executionem. Limita n.55. Vide n.56.

31 Excommunicatus redire non poteſt ad Eccleſiam niſi mediante abſolutione.

32 Cedulones contra Excommunicatum affigi poſſunt non obſtante appellatione, quia plus non ligatur quàm erat antea per ſententiam excommunicationis, & num. 37. Contrarium n.59. Limita n.33. Vide n.34. cum ſeqq.

35 Sententia legis nulla provocatione ſuſpenditur quominùs trahat ſecum executionem.

36 A' ſententia excommunicationis prolata in diem, vel ſub conditione datur appellatio.

38 Excommunicatus non denunciatus non eſt vitandus, & n.40.

39 Limita in notorio Clerici percuſſore, & in notoriè excommunicatis.

Excommunicati notoriè ſunt vitandi nu.39. *Fagnan. in Cap. quod à Prædeceſſore n. 55. de Schiſmat.* reprobatur nu.39.

41 Cedulones affiguntur contra excommunicatos, ut cenſeatur publicata cenſura.

42 Publicè denunciatus non cenſetur ex eo quod quis fuerit declaratus commiſiſſe delictum, cui annexa ſit excommunicatio.

43 Occultè Excommunicatus ſi publicè celebraverit poterit diſpenſari ab Epiſcopo vigore diſpoſitionis *Sac. Con. Trid. Seſſ.24. Cap.6. de Reform.*

44 Excommunicatus per denunciationem in plus ligatur & n.51.

45 Geſta per excommunicatum ante denunciationem ſunt valida.

Præſentatio ad Juſpatronatum facta ante denunciationem eſt valida n.45.

46 Teſtamentum excommunicati conditum ante denunciationem valet.

47 Collatio Beneficii facta occultè excommunicato eſt valida.

Geſta à Notario excommunicato non denunciato valent n.47.

48 Juriſdictio Judicis à quo remanet ſuſpenſa per appellationem, itaut non poſſit procedere ad ulteriorem actum executionis ſententiæ.

49 Judex in denunciando excommunicatum non dicitur exercere actum juriſdictionis & num.50.

50 Denunciatio excommunicationis poteſt fieri etiamſi excommunicatus ſit exemptus à ju-

à jurisdictione denunciantis.
53 Excommunicatio affligit Animam, & Corpus.
54 Excommunicatio ſeparat à Deo, ab Eccleſia, & à communione, & conſortio Fidelium.
55 Denunciatio excommunicationis fit ut magis innoteſcat, magiſque vitetur excommunicatus.
56 Excommunicatio ipſo jure, & ipſo facto inflicta trahit ſecum executionem quoad Animam, obligando in conſcientia etiam ante declarationem.
57 Epiſcopi abſolvere poſſunt in Caſibus occultis.
58 Monitio non requiritur quotiès excommunicatio, ſeù ſuſpenſio impoſita eſt ipſo facto, cum ſtatim ac comiſit delictum remaneat excommunicatus, ſeù ſuſpenſus, & indiget abſolutione.
59 Denunciatione excommunicati affligitur Corpus & nu.65.
60 Denunciatio excommunicationis reſultat ad utilitatem excommunicati, & quare Vide nu.65.
61 Excommunicatio eſt Medicinalis non mortalis & quare.
62 Excommunicatio ſivè juſta, ſivè injuſta eſt timenda.
63 Declara procedere in Foro Fori, non in Foro Conſcientiæ.
Innocens in Foro Conſcientiæ non incurrit excommunicationem, nec aliquam pœnam, ita ut ſecreto, & remoto ſcandolo, & contemptu poſſit celebrare, & facere omnia, ac ſi non eſſet excommunicatus n. 63.
64 Excommunicatus injuſtè exiſtens in longiuquis partibus, in quibus talis excommunicatio eſſet ignota poſſet in publico intereſſe Divinis Officiis, recipere Sacramenta, ac celebrare, ſi fuerit Sacerdos.
66 Incendarius denunciatus adire debet Sedem Apoſtolicam pro reportanda abſolutione.
67 Pœna privationis Beneficii, Officiorum, Dignitatum, & inhabilitatis ad ea obtinenda impoſita in Conſtitutionibus, Decretis, ſeù Statutis ipſo facto, & ipſo jure incurrenda an obliget in Conſcientia ante declarationem valde controvertitur.
68 Sed in Foro Fori requiritur ſententia Judicis declaratoria ſuper contraventione, ſeù facto juxta praxim traditam nu.72. Declara nu.69.
Amplia etiamſi additum ſit abſque alia declaratione nu.68.
69 Amplia etiamſi palam conſtet de crimine.
70 Notorietas facti debet probari, & requiritur cognitio, & declaratio Iudicis.
71 Delictum notorium quando dicatur remiſſivè.
72 Iudex volens devenire ad privationem Beneficii, vel Officii, vel alterius Iuris quæſiti debet ferre ſententiam declaratoriam prævia probatione cauſæ privationis.
73 Privatio Beneficii ob recurſus ad Judices Laicos non poteſt fieri niſi prævia probatione hujuſmodi recurſus feratur ſententia ſuper eodem delicto.

Num. 1. In Criminalibus non conſtituitur, nec admittitur Procurator *Cap. veniens de accu-*
1 *ſat.* * *l. penult.* §. *ad crimin. C. de public. judic. tradit Gratioſ. Ubert. de citat. cap. 9. nu. 335.* quod tamen non eſt indiſtinctè verum.
2 Advertendum reſolutionem habitam in Cauſa *Melevitana*, in qua agebatur de delicto gravi, & de nocte commiſſo ut in hac *obſervat. n.66. verſ. Cur igitur*, poſſe ſuſtineri in illo caſu, nàm quando agitur de delicto difficilis probationis cum veritas haberi melius non poſſit, quàm ex Ipſius Rei reſponſionibus, tunc cogendus eſt comparere perſonaliter ſic diſtinguendo docet *Zabarell. relat. in d. obſervat. n.61.* Ideòque in *Bononien. cenſurarum d Sac. Congregatione Immunitatis ſub die 6. Decembris* 1695. reſolutum fuit Cenſuras non ſubſtineri nam ibi agebatur de pretenſo delicto non difficilis probationis.

Num. 52. Occaſione Materiæ excommunicationis cum inter manuſcripta *bo: me: Canonici Raynaldi* repererim *Inſtructionem* ab eo compoſitam, & proprio Caractere ſcriptam ad evitandas nullitates in prolatione ſententiæ excommunicationis, exiſtimavi hic illam inſerere ad publicam utilitatem.

Conſiderandoſi i gravi pregiudizii, che naſcono dalle nullitá delle Cenſure, che ſi fulminano in contumacia contro li Rei nelli Tribunali Veſcovali dello Stato Eccleſiaſtico, e fuori di detto Stato, cauſate ſpeſſe volte per la mala oſſervanza de termini ſuſtanziali, che devono precedere la fulminazione delle Cenſure, per le quali nullitá temerariamente poi ſi ſprezzano le Cenſure, ò indebitamente ſi diſpendiano le Parti perla neceſſitá di ricorrere á Tribunali Superiori, e volendoſi provedere á tali inconvenienti, tanto con perſcrivere certa forma da oſſervarſi in ciaſchedun' Tribunale Veſcovale, & ogn' altro Tribunale Eccleſiaſtico, quanto ancora col timor delle pene, che incorreranno li tranſgreſſori hò giudicato opportune, e giuridiche l'infraſcritte Proviſioni, ò Inſtruzione.

E prima, che quando alcun Reo querelato denunciato, ò inquiſito d'alcun delitto, che porta ſeco l'incorſo nelle Cenſure tanto fulminate * quanto da fulminarſi ab homine, e
3 detto Contumace ſará talmentale indiziato, che gl' indizj ſiano ſufficienti á formare, e traſmettere la citazione al Reo ad dicendam Cauſam quare non ſit declarandus excommunicatus, ſe ſi trattará di Cenſure fulminate á Iure, aut non ſit excommunicandus; ſe ſi trattará di Cenſure da fulminarſi ab homine, il Giudice dovrá dare commiſſione, che ſi formi la citazione coll' eſpreſſione, e circoſtanze del delitto, del quale il Reo ſará indiziato, e detta citazione, quale può avere an-

cora

cora nome di monizione, ò Monitutio ſi diſtenda, e regiſtri nel Proceſſo,. & ancora in un libro particolare, quale ſi dovrà tenere in ciaſcheduna Cancellaria.

La detta Citazione, Monizione, ò ſia Monitorio dovrà eſſere ſuccinta, chiara; eſpreſſiva del delitto, e circonſtanze di quello, nella maniera, che riſulteranno dal Proceſſo, & in eſſa ſi dovranno aſſegnare al Reo trè ter-
4 mini competenti, quali regolarmente ſi poſſono comprendere in uno v. g. di trè giorni colla dichiarazione e ſpecificazione, che il primo giorno s'aſſegna per il primo termine, il ſecondo, per il ſecondo termine, & il terzo per il terzo, ultimo, e perentorio termine, e canonica monizione, e parimente colla dichiarazione, e ſpecificazione, che paſſando detto termine, e non comparendo, ſi procederà alla dichiarazione, e reſpettivamente alla fulminazione delle Cenſure, e però ſi cita hunc pro nunc pro die immediate ſequenti, quatenus fuerit juridica, aliàs pro prima immediate ſequenti juridica ad videndum ſe declarari incurſum, ſeu videndum ſe excommunicari.

Secondo formata talcitazione, il Cancelliere attuario notarà ſotto quella il giorno, Meſe, & Anno ne quali ſarà formata ſcrivendo, *Inchoata, facta, formata fuit &c.* Il Giudice dourà ſottoſcrivere detta Citazione, e
5 coſi anco il Cancelliere Attuario * e ſucceſſivamente inſtaute il Promotore Fiſcale commetterà,che tal citazione ſi traſmetta al Reo, con preſcrivere al Balio, o ſia Curſore, che in eſeguì detta citazione procuri di eſeguirla in perſona, e fatte le diligenze, non trovando la perſona, l'eſeguiſca Domi ſolitæ, & ultimæ habitationis, dimiſſa copia citationis in mauibus domeſticorum,& in defectum illorum, l'affigga alla Porta della detta Caſa

Terzo, il Balio, ſeù Curſore, facendo la relazione al Cancelliere Attuario, dovrà riferire, che fatte le diligenze di trovare il N.
6 preſentargli la citazione, e * non avendolo potuto trovare, ha eſeguita quella, con laſciarne copia Domi ſolitæ, & ultimæ habitationis in mano de Domeſtici, ò non avendoci trovato alcuno de Domeſtici, per affixionem ad januam Domus, & prout in commiſſione ſibi data, & il Cancelliere Attuario prenderà detta relazione alla preſenza di due Teſtimonj, e ſcriverà detta relazione in calce citationis, & ancora in Proceſſo.

Quarto, il Promotor Fiſcale accuſerà le contumacie, cioè paſſato il primo giorno accu-
7 ſerà la prima * paſſato il ſecondo accuſſerà la ſeconda, e paſſato il terzo accuſerà la terza, e farà iſtanza che ſi venga alla dichiarazione, ſeù fulminazione delle Cenſure & il Giudice
8 dichiarerà, Contumaciam eſſe incurſam * e farà la dichiarazione dell' incorſo nelle Cenſure, ò reſpettivamentale fulminerà la Scomunica, e nel medeſimo atto decretarà la rilaſſazione, & affiſſione de Cedoloni, & il Promotor Fiſcale procurerà, che ſi rilaſſino li Cedoloni, ſi ſottoſcrivino dal Giudice, & Attuario, ſi affighino, e dal Curſore ſe ne faccia relazione in forma, e tutto ſi regiſtri in Proceſſo, & ancora ſotto la citatione.

Quinto, in Caſo, che correute il termine aſſegnato al Reo à comparire, e dire la Cauſa, perche &c. compariſca qualche Domeſti-
9 co del Reo, ò altro * e faccia iſtanza del termine à perquirere, cerziorare, e far comparire il Reo citato, il Giudice deve pronunciare, e decretare ſopra tal iſtanza, la quale regolarmente s'ammette con un termine competente, che comprenda il perquirere, cerziorare, e far comparire, & in tal caſo,
10 paſſato il termine nuovamente aſſegnato * in vigore della ſudetta Iſtanza, il Giudice dovrà decretare,che eſſendo ſcorſo detto termine, ſi proceda ad ulteriora, juxtà primum terminum aſſignatum, e fatta, che detto Decreto s'intimi al Reo perſonaliter, ſin minus factis diligentiis, Domi, ſeù per affixionem, e fatta la relazione dell' intimazione, il Promotor Fiſcale proſeguirà l'accuſazione delle Contumacie, che reſtavano, ma in detto caſo ſarà meglio che il Giudice incominci da capo,cioè faccia di nuovo preſentare la citazione formata come ſopra al Reo, poiche la prima citazione per queſt' atto ſuſſeguito ſi può dire, che ſia ſtata circondotta.

In caſo poi, che per traſcuragine, ò altro accidente ſcorra il giorno, nel quale cade la fulminazione delle Cenſure, e detta fulminazione non ſia ſeguita, il Giudice commetterà la citazione particolare pro certa die ad videndum fulminare excommunicationem, ſeu &c. e fatta l'eſecuzione, e relazione, verrà nel giorno intimato à detta fulminatione.

Seſto, il Giudice procurerà in ogni modo d'evitare certa precipitanza, la quale ad al-
11 cuni Veſcovi è parſa ſpecioſa * con procedere ad horas, poiche le Cenſure, quali portano ſeco l'eſecuzione della maggior pena, che dia Santa Chieſa ſi devono decretare, e fulminare con tutta maturità: Vero è che può accadere urgenza tale, che richieda la precipitanza, come ſarebbe, quando la Curia ſe-
12 colare eſtraeſſe * di Chieſa un Rifugiato,che voleſſe far morire in iſtante, in tal biſogno il Giudice potrà procedere colle citazioni ad horas e non in altri caſi *Finis Inſtructionis*.

Verum quia paritèr contingunt variæ controverſiæ circa declaratoriam excommunicationis, affixionis Cedulonum, & appellationis, ideò exiſtimavi ex mea tenuitate ſubnectere ſequentia pro evitandis nullitatibus, quæ frequentèr in Tribunalibus proponuntur.

Impoſita pœna excommunicationis à Iure vel ab homine incurrenda ipſo jure, & ipſo
13 facto * ob aliquod patratum delictum, ſeù contraventionem legi; vel præcepto Iudicis Eccleſiaſtici, ſtatim ac quis illud commiſir, ſeù

ſeù contravenit, verè eſt excommunicatus,
& indiget abſolutione, ac dicitur excommu-
nicatus occultus ut tradit *Gratioſ. Ubert. de*
citat. Cap.5. n.70. Ut autem ſeparetur ab Ec-
cleſia requiritur probatio commiſſi delicti
prævia citatione Rei, & ſucceſſivè ſententia
14 declaratoria * nempè ipſum incurriſſe in ex-
communicationem ob tale delictum patra-
tum ut infra dicetur quæ ſententia non ex-
communicat, ſed declarat incidiſſe in excom-
municationis pœnam impoſitam ut docet
Gratioſ. Ubert. de citat. Cap. 15. nu. 237. & ut
ſeparetur à Commercio Fidelium neceſſaria
15 eſt publica denunciatio * ut innoteſcat ex in-
fra deducendis; Nun ſuffragante ad hunc effe-
ctum ſola ſententia declaratoria qua median-
te non efficitur publicus excomunicatus do-
nec publicè denuncietur populo quicquid di-
cat *Gratioſ. Ubert. d. Cap. 5. n.71.*

Prædicta autem declaratoria abſque cita-
tione facta valet, dum in præcedenti proba-
16 tione delicti * ſeù contraventionis intervenit
citatio Rei, ut communitèr tenent *DD.* &
præ cæteris *Roman. conſ. 482. d nu.5. cum ſeq.*
quem refert, & ſequitur *Fagnan. in Cap. non*
poteſt nu.17. juncto *nu. 19. cum ſeq. de ſent. &*
re judic. Ricc. in prax. reſolut.181. nu.1. par.3.
Menoch. de arbitrar. caſ. 542. nu. 21. cum ſo-
lum requiratur citatio in formando proceſ-
ſum ſuper facti verificatione *gloſ. in Clement.*
præſenti Verbo conſliterit de cenſib. & in *Cle-*
ment. ſecunda paritèr in verbo conſliterit de
pœnis Covar. in cap. Ai..;a Mater in par. prima
nu.4. de ſent. excomm. in 6. quem ſequitur *Me-*
noch. de arbitr. caſ.541. nu.7. & caſ.543. n.28.
Sperell. dec. 49. nu.55. Ubert. de citat. cap. 5.
num. 84., Nam legitimè probato facto tunc
abſque alia citatione poteſt proferri declara-
toria, quod inciderit in excommunicatio-
nem ut reſpondit *Roman. d. conſ.482. cum aliis*
ſuprà relatis.

Verum licèt *de Jure Communi* examinari
debeant teſtes, & ſic faciendæ ſint probatio-
17 nes Reo citato * alioquin non relevant ex
DD. cumulatis per *Peregrin. prax. Vicar. par. 4.*
ſect. 4. nu. 3., Attamen juxta magis frequen-
tem, & quotidianam praxim contrarium ſer-
18 vatur ex optima ratione * quia ſi Iudex cita-
ret Reum ante teſtium examen vel aufugeret,
vel poſſet timeri de illorum ſubornatione nè
veritatem detegerent, ut cum *Caball. reſol. crim.*
centur. 2. caſ.110. nu.36. verſ. tamen, & aliis
docet *Peregr. loc. cit. nu.3. verſ. Nihilominus.*
Et ideò habita notitia, ſeù denunciatione ſeù
querela delicti, ſtatim ommiſſa citatione
Rei, examinantur teſtes; ut teſtatur *Peregr.*
d. ſect. 4. nu.1. Et formato proceſſu informa-
19 tivo * citatur Reus ad comparendum perſo-
nalitèr, nàm tunc alitèr comparere non valet
ut reſpondit *bo. me. Raynaldus in ejus Voto im-*
preſſ. in noſtris obſervat. ad Rubr. 2. lib. 4. à Sac.
Congregatione Immunitatis canonizato ut *ibi-*
dem in fine, & allegandum, deducendum, &
probandum quicquid vult poteſt, & intendit,
ac dicendum Cauſam quare non debeat de-
clarari excommunicatus ob cauſam indivi-
dualem neceſſariò in citatione, ſeù Monito-
rio exprimendam ad tradita per *Panimoll. de-*
ciſ. 96. annot. prima numero final. & cum con-
gruo temporis intervallo Iudici arbitrario ſe-
cundum caſus contingentiam juxta praxim
traditam à *Peregrin. prax. Vicar. par. 1. ſect. 1.*
nu. 29. Genuen. prax. Curiæ Archiep. Neapol.
cap.23. nu.22. cum ſeq. & Panimoll. d. annot. 1.
nu.4. cum duobus ſeqq. abſque eo quod oppo-
ni valeat teſtium depoſitiones receptas fuiſſe
abſque citatione prætenſi Rei, ſeù lite non
conteſtata; Nam quando agitur de periculo
animarum excommunicationem contemnen-
tium procedi poteſt ad declaratoriam con-
tra contumacem etiam ex teſtibus nulla præ-
via citatione receptis juxta *tex. in cap. quo-*
niam frequenter §. Porrò ut lite, & tenent *Ge-*
nuen. ubi ſupra nu.23. Sperell. dec. 48. num.51.
Ultra quod cum ſententia excommunicatio-
nis ob aliquod delictum cenſeatur crimina-
20 lis * ut tradit *Pax. Jordan. lucubrat. lib. 13.*
tit.5. nu.6. Ricc. prax. reſolut.184. nu.3. par.3.
ſicuti in aliis Cauſis Criminalibus non citatur
Reus in fabricatione proceſſus informativi,
ita nec in iſta excommunicationis, ſed elapſo
termino, ſeù terminis præfixis fertur ſententia
declaratoria excommunicationis incurſæ pro
delicto, non propter contumaciam ſub die,
qua poſt præfixos terminos citatus eſt Reus
ad audiendam ſententiam declaratoriam ut
docent *Genuen. Panimol. & Sperell. in loc. cit.*

Unde ne tollatur defenſio, quæ de jure
21 naturæ competit, & auferri * nequit citatio
omninò requiritur vel in formando proceſſu;
& diſcuſſione Cauſæ, vigore cujus proceden-
dum eſt ad declarationem, ut firmat *Chartar.*
dec.61. nu.23. verſ. Poſtremo cum ſeq. vel in de-
claratoria excommunicationis, aut alterius
pœnæ ipſo jure irrogatæ, aliàs eſſet nulla ut
latè probat *Chartar. d. deciſ. 61. nu.22. verſic.*
& hinc cum ſeq. & ideò prædicta citatio non
præmittitur ad juſtitiam actus, ſed ut quis
poſſit ſe ipſum deffendere, & allegare cauſas
ob quas non inciderit in excommunicatio-
nem, ut concordantibus relatis firmant *Ciar-*
lin. controv. 147. nu.39. & Chartar. cit. dec.61.
n.37. in fine cum ſeq.

Et ſi omittatur citatio, declaratoria ab ho-
mine facienda remanet quidem nulla, non
tamen redderetur nulla excommunicatio à
22 iure lata * ſed valida remaneret, ut docet
Menoch. de arbitrar. caſ. 542. nu.20. verſ. Di-
verſum Sperell. dec.49. nu.56.

Prolata ſententia declaratoria, quem in-
curriſſe in excommunicationem à iure vel ab
23 homine * latam, datur appellatio tam ad effe-
ctum devolutivum, quam ſuſpenſivum, ita
ut interim impediatur denunciatio excom-
municati, quia talis ſententia habet annexum
factum, ſuper quo Iudex potùit decipi alle-
gando *tex. in cap. pervenit il primo de appellat.*
& firmant *ibidem ſcribentes*, & præſertim *Bar-*
boſ.

boſ. qui examinat verba huius *textus*, & co-
natur illum concordare cum *textu in Cap. Pa-
ſtoralis* §. *Verum eod. tit.* & diſtinguendo do-
cent *Vulp. in prax. for. Eccleſ. cap. 1. num.25.
Genuen. prax. Curiæ Archiep. cap. 22. num. 1.
Ventrigl. prax. rer. Eccleſ. par. 1. annot.8. §.1.
nu.12. verſ. quod ſi.Bellett. diſquiſit. Cleric. tit.
primo de favore Cleric.can. §.5. n.26. Ridolphin.
prax. par.2. cap.8. nu.179. cum ſeq. Bonacin.de
cenſur. in Commun. diſput.1. qu.2. punct.2. pro-
poſit.3. Panimoll.dec.96. annot.2. n.3.cum ſeqq.
Chartar. dec.34.nu.21. Rot. in rec. decis. 3.ſub
nu.1. par.2.*

Prædicta tamenConcluſio patitur plures li-
mitationes, quæ videri poterunt penes *Ridol-*
24 *phin.* * *loc. cit. nu.181. cum ſeqq. Panimoll. ubi
ſupra nu.6. cum ſeqq. Chartar. d. dec.34. nu.23.
cum ſeqq.*

Et præſertim limitatur, quando factum eſt
notorium ut cum *Franc. Joanne Andr.* & aliis
25 pro notabili * & utili limitatione tradit *Lan-
cellott. de attentat. par.2. limit.21. nu.25. cum
ſeq. Vulp. ubi ſupra nu. 25. verſ. fallit tamen
Genuen. loc.cit. n.2 verſ. Declar.1.*

Advertendo, quod in formando proceſſu ſu-
per notorio pars citari debet, ut ſua jura, &
26 exceptiones deducere valeat * cum multa di-
cantur notoria quæ non ſunt, ideòque requi-
ritur declaratoria nec ſufficit diffamatio, ut
docet *Gratioſ. Ubert. de citat. cap. 5. num. 72.
cap.11. nu. 135.* ubi ſubdit, quod factum de-
bet eſſe tale, ut nullatenus poſſit excuſari, &
latè *cap.15. nu.236.* ubi etiam ſubdit quomo-
do probetur *Vulp.d. cap. 1. ſub nu.26. in fine
cum ſeqq.*, & requiritur declaratoria ſuper no-
27 torio ut firmat * *Gratioſ. Ubert. cit. cap. 15.
ſub eodem nu.236. Bonaccin. de Cenſur. in Com-
muni diſp.1. quæſt.1. punct.13. propoſit. 5.* quia
cum denunciatio ſit quædam executio pænæ
injunctæ Judex proindè non debet ad execu-
tionem pænæ procedere ante ſententiam cri-
minis declaratoriam ut proſequitur *Bonac. d.
propoſit.5.* Quæ tamen praxis citandi Reum in
probatione facienda non videtur admitten-
28 da * ad evitandum periculum fugæ ejuſ-
dem Rei, vel ſubornationis teſtium ut infra
dicetur.

Pariterque limitatur in materia Immuni-
tatis Eccleſiaſticæ, in qua a declaratione in-
29 curſus excommunicationis * non admittitur
appellatio ſuſpenſiva ad impediendam affixio-
nem Cedulonum juxta reſolutionem *Sac. Con-
gregationis Immunitatis*, ut teſtatur *Sperell.
dec.48. n.42.* quem ſequitur *Panimoll. dec.96.
annot.2. nu.10.*

A ſententia verò excommunicationis per-
miſſa eſt appellatio in devolutivo tantùm, eo
quia talis cenſura trahit ſecum executionem
30 juxta literalem *tex. in Cap.* * *Paſtoralis* §. *Ve-
rùm de appellat. ibique ſcribentes*, & præſer-
tim *Gonzalez Tellez num.3. Barboſ. in cap. 15.
cum 20. num. 9. de ſentent. excom. in 6. Bellett.
diſquiſit. Cleric. tit. de favore Cleric. can. §. 5.
nu.20. Lancellott. de attent. d.cap.12. limit.21.
nu.1. cum ſeqq. Ventrigl. ubi ſupra n. 12. Ridol
phin. d. cap. 8. nu.177. Panimoll. cit. annot. 2.
nu. 1.* & pleniſſime *Chartar. deciſ. 34. num. 8.*
Serò enim medicina paratur mediante appel-
latione, cum non poſſit ſeparationem ab Ec-
cleſia factam tollere, & excommunicatus ne-
31 queat ad Eccleſiam redire * niſi virtute abſo-
lutionis *cap. cum deſideres 15.* §. *ultimo de ſent.
excom.* & tradit *Gonzalez Tellez. loc. cit.*

Adeò ut non obſtante appellatione deveni-
ri valeat ad denunciationem, ſeù publicatio-
32 nem excommunicati * mediante Cedulonum
affixione, quia per talem denunciationem in
plus non ligatur, quam erat anteà per ſenten-
tiam excommunicationis juxta rationem *tex.
in d. cap. Paſtoralis* §. *Verùm* & docent *Bellett.
loc. allegat. plene Chartar.d. dec.34. n.9.*

Niſi fuiſſet delatum appellationi interpoſi-
33 tæ, vel fuiſſet admiſſa à Superiore ut * limi-
tat *Bellett. d. nu.20. in fine* quem ſequitur *Pi-
gnatell. conſult.112. nu.16. par. 4. Lancellot. d.
cap.12. limit.21.nu.29. Ridolphin. prax. allegat.
cap. 8. n.191.* Quod tamen tranſire non vide-
tur abſque difficultate, eo quia ſi ſententia
excommunicationis trahit ſecum executio-
34 nem* quomodo poteſt mediante appellatio-
ne poſteà ex intervallo interpoſita ſuſpendi,
vel retractari executio jam facta? Cum nec
Deus facere poſſit, quod quæ facta fuerunt fa-
cta non fuerint ut cumulatis concordantibus
tradit *Card. Albitius de inconſtant. in judic.
quæſt.3. nu.22.* & ſententia legis nulla provo-
35 catione ſuſpendatur* quominus ſecum trahat
executionem ad *tex. in l.final.* §. *Item ſi ex per-
petuo ff. de appellat. Rec.ip.* quam quidem exe-
cutionem non cognitor aliquis, ſed mens ip-
ſius legis promovet, ac molitur, ut diſtin-
guendo docet *Lotter.de re beneſic. lib.3.qu.18.
n.51.cum ſeq.* Vel agatur de ſententia excom-
municationis prolata in diem; vel ſub con-
36 ditione quoniam ante diem* vel conditionis
eventum appellatio interpoſita ſuſpendit, ut
docet *Chartar. d. dec. 34. nu.15.* ubi & *nu. ſeq.*
ampliat quamvis appellatio interpoſita ſit
poſt decem dies, & etiamſi poſteà conditio
impleatur.

Ratio autem cur ab excommunicatione
non detur appellatio ſuſpenſiva, ſecus autem
à declaratoria ea eſt, ſecundum opinionem à
Rota amplexam, quia quando quis excommu-
nicatur, conſtat de excommunicatione, quæ
ſive juſta, ſivè injuſta eſt timenda *can. ſenten-
tia cauſ.11. qu. 2.* ibi *ſententia Paſtoris ſivè ju-
ſta ſivè injuſta fuerit timenda*: Secus in declara-
toria incurſus Cenſurarum, quia tunc illa
ſententia habet annexum factum, ſuper quo
Judex decipi potuit ut latè tradit *Chartar. d.
dec.34. ſub nu.21.*

Verùm advertendum eſt, quod ratio ad-
ducta in *d. cap. Paſtoralis* §. *Verùm* quod per
denunciationem in plus non ligetur, qua
37 quamplures *DD.* utuntur, & præſertim *Ro-
man.conſ.482. Faguan. in cap. Quoniam nu.54. de
Conſtit. Sperell. dec.49. n.57.* vigebat de tempo-
re,

Digitized by Google

re, quo emanavit diſpoſitio *d.cap.Paſtoralis*,
§. *Verum*, & uſque ad annum 1414. viguit,
nàm tunc etiamſi excommunicatus non fuiſ-
ſet denunciatus, ſeu publicatus, adhùc ipſe
tenebatur ſe ſeparare à convictu, & commu-
nicatione aliorum fidelium, & fideles conſcii
excommunicationis incurſæ ab ipſo, itaut ſi
excommunicatio publica eſſet, tenerentur in
publico, ſi ſecreta ſecretò, ut ex *Cap.Cùm non
ab homine 14.ibique gloſſ.in verbo Denunciatus
Panormit.Innocen. & Felin.de ſent.excommunic.*
docet *Caſtropal.oper.moral. tit.de cenſur.diſp.2.
punct.4.n.3.to.6.* Ideòque per denunciationem
excommunicatio in plus non ligabat, & de-
nunciatio ſolùm requirebatur propter igno-
rantes, ut notat *Gloſſ.in d.verbo Denunciatus*.
Ab anno verò 1414. citra, quo tempore ema-
navit in *Concilio Conſtantienſi Conſtitutio à* Mar-
38 tino V. approbata, quæ incipit * *Ad evitan-
da* non quidem impreſſa in *Conciliis generali-
bus*, ſed relata à *Divo Antonino*, & regiſtrata
à *R. P. D. Dandino de ſuſpectis de Hæreſi cap.3.
ſect.4.* & priùs *à Fagnan. in cap.Quod à Præde-
ceſſore nu.54.de ſchiſmat.Caſtropal.d.punct.4.ſub
n.3.Marta de juriſdict.par.3.cap.10.n.1.cum ſeq.
Cabaſſut.Juris Canon.Theor. & prax.lib.4.c.11.
n.3.& Pignat.conſult.132.n.1.par.4.* diſponens,
excommunicatum non denunciatum non eſſe
vitandum, ibi: *Ad evitanda ſcandala, & multa
pericula, quæ conſcientiis timoratis contingere
poſſunt Chriſtifidelibus tenore præſentium miſe-
ricorditer indulgemus, quod nemo deinceps à
Communione alicujus, Sacramentorum admini-
ſtratione, aut aliis quibuſcumque Divinis intùs,
& extra prætextu cujuſcunque ſententiæ, aut
Cenſuræ Eccleſiaſticæ à jure, vel ab homine gene-
raliter promulgatæ teneatur abſtinere, vel ali-
quem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum
obſervare, niſi ſententia, vel Cenſura hujuſmodi
fuerit illata contra Perſonam, Collegium, Univerſi-
tatem Eccleſiæ, Communitatem, aut locum certum,
vel certam à Judice publicata, vel denunciata
ſpecialiter, & expreſsè Conſtitutionibus Apoſto-
licis, & aliis in contrarium facientibus non ob-
ſtantibus quibuſcunque ſalvo ſi quem ſacrilegam
manuum injectione in Clericum in ſententiam
latam à Canone adeò notoriè conſtiterit incidiſſe,
quod factum non poſſit aliqua tergiverſatione
celari, nec aliquo ſuffragio excuſari, nàm à Com-
munione illius licèt denunciatus non fuerit volu-
mus abſtineri* mitigata fuit ſeveritas Juris an-
tiqui prohibentis quamcunque participatio-
nem cum excommunicatis, perindè ac nomi-
natim denunciatis tàm in Eccleſiaſticis, quàm
in civilibus rebus, ut docet *Cabaſſut. cit. c.11.
n.4.* dùm ex diſpoſitione prædictæ *Conſtitutio-
nis* Fideles non tenentur evitare non denun-
ciatos præter notorios Clerici percuſſores *
39 in *Conſtitutione* poſteà emanata in *Concilio
Lateranenſi ſeſſ.11. §.Statuimus inſuper tom.4.
Concil. par.2.* excipiuntur indiſtinctè omnes
notoriè excommunicati, qui vitandi ſunt,
etiamſi non fuerint denunciati ibi: *Aut ſi ita
notoriè in excommunicationis ſententiam conſti-
terit incidiſſe, quod nulla poſſit tergiverſatione,
aut aliquo juris ſuffragio celari, nàm à commu-
nione illius abſtineri volumus juxta Canonicas
ſanctiones*, ut ex verbis relatis per *Fagnan. in
d.Cap. Quod à Prædeceſſore n.55. cum ſeqq. de
Schiſmat.* quæ *Conſtitutio* tanquàm poſterior,
& præcedenti contraria licèt de ea nullam
fecerit mentionem prævalere, & attendi de-
bere, tenet *Fagnan. ſub eodem n.55.* Verùm
opinio *Fagnani* quod *Conſtitutio Concilii Late-
ranenſis* fuerit generalis, & derogatoria, &
comprehendens omnes excommunicatos præ-
ter publicè denunciatos, & notorios Clerico-
rum percuſſores reprobatur à *R.P.D.Dandino
de ſuſpectis de Hæreſi cap.5.ſect.1.nu.5.* ubi ad-
vertit in eo tantùm fuiſſe derogatum, quia
decrevit non licere deinceps ſepelire Hæreti-
cos notorios, licèt non denunciatos nomina-
tim uti excommunicatos in loco Sacro, &
reprobatur etiam à *Reverendiſſ. Archiepiſcopo
Petra in ſuis doctiſſimis Comentariis ad Conſtitu-
tiones Apoſtolicas in Conſtit.18.* Innocentii IV.
n.37.cum ſeqq. ubi firmat, quod ideò Hæretici
ratione excommunicationis non ſunt vitandi,
& tollerantur donec non fuerit ſpecialiter de-
nunciati *to.3.* Ideòque exceptis omnibus no-
40 toriè excommunicatis, * cæteri non ſunt
vitandi niſi fuerint denunciati excommuni-
cati, cum expreſsè requiratur Cenſuræ de-
nunciatio, quæ facienda eſt in Eccleſia, vel
alio loco publico juxta regionis conſuetudi-
nem, ut cum *Navar.Herriq.Coninb, & Layman.*
docet *Caſtropal.d.punct.4.n.6.* & olim ut decla-
ratio excommunicationis omnibus innote-
ſceret, & excommunicatus ab omnibus
commerciis arceretur ſolebat ſententia pu-
blice promulgari, ut tradit *Ciron.in ejus parat.
lib.5.decret.tit.39.de ſent.excommunic.poſt med.
verſ.Qua propter.* Hodiernis vero temporibus
affiguntur Cedulones in valvis majoris Eccle-
41 ſiæ, & abſque tali publica affixione, * non
dicitur à Tribunali promulgata Cenſura, ut
advertit *Pignatell.conſult.32.nu.2.par.4.*, Qui
modus publicationis facilè deſumptus eſt à
veteri Eccleſia, in qua excommunicatorum
nomina publicè in triviis, & propyleis deſcri-
bebantur, ut in excommunicatione Polycar-
pis, & aliorum Epiſcoporum Aſiæ ſervatum
fuiſſe refert *Euſeb.lib.5.cap.25.* ut tradit *Ciron.
ubi ſuprà*.

Nec pro publica denunciatione ſufficit,
quod quis declaratus fuerit commiſiſſe deli-
42 ctum, * cui annexa ſit excommunicatio, ut
tenent multi *DD.* relati à *Caſtropal.loc.cit.n.6.
verſ.Tametſi*, cùm aliud ſit declarare delictum,
aliud ſit publicare, ſeu denunciare directè
excommunicatum, ut reprobata contraria
opinione reſpondit *Caſtropal.ubi ſuprà*, ex ſola
enim declaratione delicti non elicitur per
neceſſe ſcientia formalis, & ſic pœna inflicta
tali delicto, nempè excommunicatiònis, præ-
ſertim in rudibus Perſonis, ut in ſimili de
facultate conceſſa Epiſcopo vigore *Sac. Conc.
Trid.ſeſſ.24.cap.6.de Reformat.* diſpenſandi in
irre-

43 irregularitatibus occultis, * ſi quis occultè
excommunicatus publicè celebraverit, poterit
ab Epiſcopo diſpenſari, quia actus celebra-
tionis, ex quo incurſa fuit irregularitas eſt
materialiter publicus, non formaliter ut
pluribus concordantibus relatis firmat Pi-
gnatell.conſult.99.nu.30.cum ſeq. ubi etiam re-
fertur reſolutio Sac.Congreg.Concilii.
Indèque ſequitur, quod hodiè excommu-
44 nicatus per denunciationem in plus ligatur;*
Nàm licet prædicta Conſtitutio Concilii Con-
ſtantienſis non eximat excommunicatum, quin
à commercio aliorum debeat ſe abſtinere,
cùm quoad eum nihil innovaverit juxta illius
expreſſa verba, ibi: Per hoc tamen hujuſmodi
excommunicatos non intendimus in aliquo rele-
vare, nec quomodolibet ſuffragari, ut advertit
Genuenſ.in prax. Archiepiſc. Curiæ Neapolitan.
cap.22.n.2.ſub verſ.Declar.20. Sed ſolum præ-
dicta Conſtitutio edita fuerit favore aliorum
Fidelium ad evitanda ſcandala, & ſcrupulos,
quibus Reſpublica abbundabat, utrum illi,
cum quibus converſabantur eſſent excommu-
nicati, & ita excommunicationem incurre-
rent, alii verò exiſtimantes notoriè excom-
municatum, qui non erat, eum injuſtè vitare cu-
rarent, & injuria afficere, & ſcandali cauſam
præberent ut advertit Marta cit.c.10.in prin. Ni-
hilominùs talis ligatio redundat etiam in ip-
ſum, quia dùm interdicitur cæteris communi-
catio cum eo, indirectè interdicitur etiam ip-
ſi, itaut non ſolùm debeat ſe abſtinere à Com-
munione cum aliis, ſicut antea tenebatur,
ſed etiam non poſſit communicare cum iis in
illis caſibus, in quibus poterat ſecluſa denun-
ciatione, ut animadvertit Paſqualig. in addit.
ad Franch.controv.inter Epiſc.& Regular.par.2.
qu.12.ſub nu.3. Et ulteriùs antè denunciatio-
45 nem geſta per ipſum ſunt valida * prout præ
cæteris eſt præſentatio Patroni excommuni-
cati ad Juſpatronatum, ut relato Milan.aſſer.4.
& aliis reſpondit Rot.in rec.dec.129.n.9.par.19.
condere teſtamentum, quod permiſſum eſt
46 excommunicato * ſecundùm veriorem opi-
nionem, quam pluribus concordantibus relatis
tenet Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 3.
cap.15.nu.74. qui nu.ſeq. limitat in Hæretico
declarato excommunicato propter hæreſim.
Contrahere Matrimonium, quod etiam licet
excommunicato, ut per Text.in cap.Significaſti
de eo, qui dux.in Matr.quàm polluit per adulter.
tenet Sanchez de Matrim.lib.7.diſput.9.num.2.
hodiè Raynald.obſerv.crim.cap.33.§.1.nu.58. &
Scialoya de fori judicat, cap.15.nu.43. ac geſta
ratione publici officii, ut de collatione bene-
ficii facta ab Epiſcopo occultò excommuni-
47 cato, quod ſit valida * docet Gratioſ.Ubert.de
citat.cap.5.n.82.& n.ſeq. idem ſubdit de geſtis
à Notario non publicè excommunicato, &
firmavit Rot.cor.Coccin.dec.322.n.8. Secùs ſe-
cuta denunciatione, ideòque non ſolùm liga-
gatur, ut non poſſit licitè agere, ſed etiam
non poſſit validè ut proſequitur Paſqualig.ubi
ſupra in fine.

Addi etiam poteſt, quod per appellationem
remanet ſuſpenſa juriſdictio Judicis, a quo,
48 itaut * non poſſit procedere ad ulteriorem
actum executionis ſententiæ mediante de-
nunciatione, ut ponderat Paſq.loc.cit.verſ.Quia
licet. Advertendum tamen eſt, quod Judex in
denunciando non dicitur exercere actum ju-
49 riſdictionis * ut voluit Bellamer.dec.111.& re-
A fert Lancellot.de attentat. par.2.cap.12.lim.21.
n.9. ubi etiam teſtatur ita tenuiſſe Aſin. in ſua
prax., cum denunciatio excommunicati poſſit
50 fieri * etiamſi ille ſit exemptus à juriſdictio-
ne denunciantis, qui ideò ſciens etiam extra-
judicialiter notorium illum eſſe excommuni-
catum, vel à ſuo Ordinario, ſeu ſuperiore
fuiſſe excommunicatum ad denunciationem
poteſt devenire, ut à ſuis ſubditis evitetur,
cùm denunciatio circumſcripta citatione non
ſit actus juriſdictionis, ut docet Fagnan. in
cap.Non poteſt n.12.in fine cum ſeqq.juncto n.25.
de ſent. & re judic. Pignatell. conſult.10.nu.5.in
fine cum ſeq.to.7.
Et quamvis præſervata ſit juriſdictio ex di-
51 ſpoſitione d.Cap.Paſtoralis §.Verùm de appell.*
Attamen poſt emanatam prædictam Conſtitu-
tionem Concilii Conſtantienſis militare videtur
diverſa ratio cum ex ſupra firmatis in plus li-
getur per denunciationem, eo modo, quo in-
cendiarius Eccleſiæ, ſeu rerum religioſarum
per denunciationem in plus ligatur licet jàm
incurriſſet excommunicationem ipſo jure im-
poſitam, juxta Text.in cap.Tua nos ibique gloſ.
in verbo publicat.de ſent.excommunicat.ut infra
firmatum fuit, id circò quoties per denuncia-
tionem remanet excommunicatus magis li-
52 gatus, * ſicuti ceſſat ratio adducta in d. cap.
Paſtoralis §.Verùm ita reſultat gravamen quod
per appellationem debet ſuſpendi.
Animadvertendo, quod excommunicatio
52 affligit nedùm animam, ſed etiam corpus, *
dùm a Communione, & commercio fidelium
ſegregat, ut docent Gonzalez Tellez in cap. A
nobis 2.n.8.de except.Caſtropal.de cenſur.diſp.2.
53 punct.1.nu.2.D.Raynald.in ejus voto impreſſ.in
noſtris obſervat. ad Rubr.2.nu.21. lib.4. Novar.
Sum.Bullar.par.2.Comen.65.n.9. Eo modo, quo
ovis morbida, & contagioſa ſeparatur, ne to-
tum gregem corrumpat, ut admonet S. Hie-
ronymus in Can.reſecandæ, & S.Auguſtinus in
Can.corripiantur cauſ.24.qu.3. & quod excom-
municatio ſeparet à Deo, ab Eccleſia, & à
54 Communione, ſeu conſortio Fidelium * tra-
dit Gloſſ.in Can.quodcunque verbo ſuit Eccl.ſ.24.
qu.1.Gratioſ.Ubert.de citat.cap.11.n.133. Nam
quoad Deum per peccatum commiſſum ab eo
ſeparatur abſque eo, quod requiratur citatio
Abb.in cap.Veritati n.44. de dolo, & contumac.
quem refert, & ſequitur, Uber.ubi ſupra. Quoad
Eccleſiam verò nemo per ſe ipſum ſeparat ſe
ab ea, ſed tunc ſolum ab ea ſeparatur, quando
prævia citatione declaratur excommunicatus,
ut cum Abb. loco proximè citat. docet Ubert.
d.n.133.verſ.Quoad Eccleſiam, & quoad ſepa-
rationem à Communione Fidelium præter
decla-

Digitized by Google

præter declarationem facti prævia citatione
requiritur etiam denunciatio, ſeu publicatio,
ut vitetur ſecundùm diſpoſitionem *d. Extra-
vag. Ad evitanda ſcandala* emanata in *Conc. Con-
ſtantienſi*; Nàm denunciario fit, ut magis inno-
55 teſcat, * magisque viretur, nec admittatur ad
Sacramenta, aliaque inconſideratè, ut adver-
tit *Marta de juriſd. par. 3. cap. 13. nu. 4.* Nec ex-
communicatio trahit ſecum executionem
cum iſtis qualitatibus extrinſecis, nec com-
prehenſis in excommunicatione, cùm requi-
ratur novum factum Judicis, per quod cenſe-
ri debet innovatum appellatione pendente,
ut tenet *Lancellott. de attentat. par. 2. limit. 21.
n. 17. cum ſeq.* & ponderat *Marta d. cap. 13. n. 3.*
qui *nu.* 8. ſubdit, quod ſi ab aliquibus ante
denunciationem vitetur, non tamen vitatur
ab omnibus, prout fit poſt denunciationem,
ideóque vitari minus eſt, quàm publica de-
nunciatio; Et ſi pendente appellatione ad
affixionem Cedulonum deveniatur, talis actus
efficitur irretractabilis, nam quæ publicata
ſunt non poteſt fieri quin ſint publicata, niſi
revocetur actus denunciationis, & publica-
tionis mediante laceratione Cedulonum, &
publica notificatione hujuſmodi revocatio-
nis, ut advertit *Marta d. cap 13. n. 9.*

Eſto igitur quod excommunicatio trahat
ſecum executionem, quod intelligendum
56 videtur quoad Animam * cùm Cenſuræ, &
irregularitates inflictæ ipſo jure, vel ipſo fa-
cto ex antiquiſſima Eccleſiæ univerſalis con-
ſuetudine obligent in conſcientia etiam antè
declaratoriam, ut notat *Ventrigl. prax. rer.
Eccleſ. to. 1. Annot. 5. §. 1. nu. 41. Bellett. diſquiſit.
Cleric. tit. de pœnis Cleric. §. 54. nu. 13. Pignatell.
conſult. 85. n. 255. verſ. Sed hæc ſententia to. 6.* Et
videtur apertè deduci ex *S. c. Conc. Trid. ſeſ. 24.
cap. 6. de reformat.* Dùm concedit facultatem
57 Epiſcopis * abſolvendi à caſibus occultis,
quod ſupponit incurſum Cenſuræ, etiamſi
non fuerit deductum in judicio delictum, ut
cum *Sot. de Juſt. & Jure lib. 1. qu. 3. art. 6.* ani-
madvertit *Bellett. diſquiſit. Cleric. cit. n. 13. verſ.
Tùm quia*; Adeò ut non requiratur monitio
58 quoties ipſo jure, vel ipſo facto * impoſita ſit
excommunicatio, ſeu ſuſpenſio cùm Reus jam
ſit excommunicatus, ſeu ſuſpenſus ſtatim
ac commiſit delictum, & indiget abſolutione
juxta *Text. in cap. Reprehenſibilis*, ibi: *Niſi fortè
talis ſit culpa, quæ ipſo ſuo genere ſuſpenſionis,
vel excommunicationis pœnam inducat*, ibique
*Gloſs. de appellat. Gratioſ. Ubert. de citat. cap. 5.
n. 70.* & tradit *Ciarlin. contr. lib. 2. cap. 147. n. 36.
verſ. Neque cum duobus ſeqq.* Etenim per Ca-
nonem, Statutum, ſeu legem, quæ maturè
Cenſuram ipſo jure indixit quotidiè admo-
nentur ſubditi ne prohibitum crimen com-
mittant, vel rem à lege vetitam agant, ideò
alia ſpecialis monitio non eſt neceſſaria, cùm
ſibi imputare debeat, qui temerario auſu
contra legis prohibitionem, & ſancitam pœ-
nam attentare auſus eſt, ut probatur in *Can.
ſi quis ſuadente 17. qu. 4. ibique gloſs.* & docet
Ciarlin. loc. cit. n. 36. in fine cum ſeq. planè *Panim.
dec. 96. nu. 14.*

Attamen non affligitur corpus, prout per
ſubſequentem denunciationem, quia tunc non
59 vitabatur ſaltem ab omnibus, * ſicut poſteà
evitatur à Fidelibus quibuſcunque; undè cùm
ex denunciatione reſultet majus præjudicium,
proindè interpoſita appellatione ſuſpendenda
eſt denunciatio, cùm appellatio nihil aliud
efficiat, niſi quod ſententiam, ejuſque vires
ſuſpendat *Cap. Venientes de jure juran. l. final. C.
ſenten. reſcind. non poſs.* & appellatione interpo-
ſita omnia in eo ſtatu eſſe debent, quo tèm-
pore provocationis fuerunt *l. appellatione 3.
C. de appellat.* & tradit *Gratioſ. Ubert. de citat.
cap. 12. nu. 61.*

Et ſi dicatur, quod denunciatio excommu-
nicationis potiùs reſultat in utilitatem ex
communicati, quia videns ſe vitari, & cupiens
60 Fidelium habere * commercium, citiùs fe-
ſtinat reconciliari, ut ad ſalutem redeat, prout
conſulendo ponderavit *Roman. conſ. 482. cum*
excommunicatio ſit medicinalis non morta-
lis, ut docet *Barboſ. in cap. 1. n. 2. de ſent. excom.*
61 * *in 6. Genuen. prax. Cur. Archiep. cap. 23. n. 1. in
fine, & n. 24. Covar. in init. relect. cap. Alma ma-
ter de ſent. excom. lib. 6. D. Raynald. obſerv. crim.
cap. 1. §. 10. n. 44. verſ. Secundus eſt caſus*; Ad hoc
ſcilicet ut excommunicatus non ſolùm con-
vertatur, ſed ut alii de communitate terreao-
tur, ut docent *Covar. & Gen. loc. proximè cit.* Ex-
communicatio enim ſive juſta, ſive injuſta eſt
62 timenda, * & afficit excommunicatum donec
abſolvatur, nam quoad pœnas à *Sac. Canonibus*
inflictas adversùs non ſervantes excommuni-
cationem Cenſurarum habet eamdem vim,
ac ſi fuiſſet juſta, ut tradit *Ric. prax. reſ. 180. n. 1.*
63 *par. 3.* Quod declara procedere in Foro Fori, *
ſeu exteriori cùm in publico debeat talem
ſententiam ſervare ad evitandum ſcandalum,
& ne videatur contemnere Cenſuram Eccleſiæ,
alioquin cenſebitur eandem Cenſuram violaſ-
ſe, & irregularis judicabitur, aliaſque pœnas
incurret contra non ſervantes rigorem ex-
communicationis; Secùs verò in Foro Con-
ſcientiæ, etenim ſi certus ſit de ſua innocen-
tia non incurrit excommunicationem, nec
aliquam pœnam, adeò ut ſecretò, & remoto
ſcandalo, & contemptu poſſit facere omnia,
ac ſi non eſſet excommunicatus, & ſic ſecretò
celebrare abſque incurſu irregularitatis, vel
alteriùs pœnæ, & peccati, ut relatis concor-
dantibus diſtinguendo firmat *Vulp. prax. for.
Eccleſ. cap. 1. n. 15. & Gratian. diſcept. 638. n. 20.*
64 *cum ſeqq.* ubi etiam ſubdit, * quod ſi exiſten-
te in longinquis partibus, in quibus talis ex-
communicatio injuſta eſſet ignota non pro-
hiberetur in publico intereſſe Divinis Officiis,
& recipere Sacramenta, & celebrare ſi fuerit
Sacerdos: Imò ſecluſo ſcandalo, & ſecretò illi,
qui ſciunt eſſe virum bonæ conſcientiæ, & cre-
dunt eum eſſe innocentem, quamvis ſciant
illum excommunicatum fuiſſe poſſunt eidem
ſervire in Miſſa, ſecumque communicare.

Vide-

Videtur nihilominùs poſſe reſponderi id
teſpicere ſalutem Animæ, ſed exindè interim
65 non evitatur afflictio * corporis ob privatio-
nem commetcii Fidelium, prout in ſimili de
incendiario Eccleſiæ, vel terum Religioſarum,
qui per denunciationem eatenùs cenſeatur in
plus ligatus, quatenùs poſt eam teneatur adi-
66 re * Sedem Apoſtolicam pro reportanda
abſolutione ab excommunicatione quàm
priùs obtinere poterat ab Epiſcopo juxta
Text. in cap. Tua nos de ſentent. excommunicat.
ibique gloſſ. in verbo publicati, *& Scribentes*
Marta de juriſdict. par. 3. cap. 14. n. 2. cum aliis
quos refert, & ſequitur *Ridolphin. prax. par. 2.*
cap. 8. nu. 192.

Occaſione prædictæ materiæ excommuni-
cationis exiſtimavi utile aliqua addere circa
67 pęnam privationis, Beneficii, Officiorum, *
Dignitatum adminiſtrationis bonorum, inha-
bilitatis ad prædicta, vel alia quævis obtinen-
da impoſitam in *Decretis, Bullis, Conſtitutioni-*
bus, *Statutis &c.* ipſo facto, vel ipſo jure an
obliget in conſcientia antè declraratoriam,
quod eſt valdè controverſum inter *DD.* pro
utraque parte relatos à *Ventrigl. prax. rerum*
Eccleſ. tom. 1. annot. 5. §. 1. nu. 42. Nicol. floſcul. in
verbo Pœna nu. 14. Pignatell. conſult. 85. nu. 255.
cum ſeqq. vol. 6. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de pęnis
Cleric. §. 54. n. 14. cum ſeqq. ubi ponderat quid ſi
addita ſint illa verba *abſque ulla declaratione*,
vel antè omnem declarationem, *vel abſque ullo*
ſuperioris Decreto, vel Miniſterio, aut ſententia
latè *Murga de Benef. q. 9. ſect. 2.* Sed relicta reſo-
lutione hujus controverſiæ quoad Forum Ani-
mę *Theologis*, & *Moraliſtis*, crederem quoad Fo-
rum Fori præcedere debere ſententiam Judi-
68 cis declaratoriam * non quidem ſuper pœna,
ſeu ſuper jure, ſed ſuper contraventione, ſeu
facto, pro quo impoſita eſt pœna declarando
commiſiſſe tale delictum ad *Text. in Cap. 1. ubi*
Scribentes de homicid. in 6. Fagnan. in cap. Si quis
n. 25. de foro compet. Pacion. de locat. & conduct.
cap. 14. §. 8. nu. final. ubi ampliat etiamſi addi-
tum ſit *abſque alia declaratione* concordanti-
bus relatis docet *Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de*
Cler. diſcip. §. 17. n. 8. & in tit. de pęnis Cler. d. §. 54.
n. 15. verſ. Poſterior, ubi addit rationem, quia
hoc modo temperatur rigor hujuſmodi le-
gum, ſcilicet quod Reus non teneatur exequi
in ſe pęnam ſui delicti, & teſtatur ita audiviſſe
conſuli à *Pœnitentiariis Baſilicæ Sancti Petri*,
ac in fine ſubdit, eo maximè procedere in pę-
69 nis, non quidem purè privationis, * in quibus
exequendis non exigitur actio hominis, ut
inhabilitatis, ſed in aliis, in quibus actio
hominis intervenit *Ubert. de cit. cap. 5. nu. 71.*
plenè *Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 18. nu. 22. &*
n. 24. cum ſeqq. qui *n. 28.* etiam firmat, quod
dùm pendet diſcuſſio, an ſit locus privationi
indicatæ ipſo jure, Reus debet manuteneri in
ſua poſſeſſione, cui de facto incumbit, & *n. 30.*
cum ſeqq. refert hinc indè opiniones quando
agitur de pęnis, quæ ad executionem non
requirunt factum hominis, & relata *reſolutio-*
ne Sac. Congregationis Epiſcoporum, & *Regula-*
rium docet *Nicol. in floſcul. in verbo Pœn. n. 14.*
ubi ideò tenet, quod ſi ſuperior alicujus Re-
ligionis incidat in aliquem caſum ablationis,
ſive privationis Prioratus ipſo facto incur-
70 rendæ etiam ſi palàm conſtet * de crimine
non incurrit in pœnam donec per ſuperiorem
declaretur, & conſequenter tuta conſcientia
in officio manere poteſt, nec ſubditis illum a
gubernatione expellere licet, & reſpondit
Rot. cor. Ubal. dec. 175. n. 8. vol. 1. & penes 2. vol.
conſil. Farinac. dec. 179. nu. 9. Et quidem parte
citata, & ratione, quia ſi fuerit citata, poterit
allegare cauſam aliquam, ob quam excuſabi-
tur contraventio, ut animadvertit *Rot. dicta*
dec. 175. loc. cit.

Quod procedit etiamſi prętendatur factum
eſſe notorium, quia adhuc notorietas facti
71 debet probari, cum multa dicantur notoria,
quæ non ſunt, & proprerea requiritur cogni-
tio, & declaratio Judicis, ut docet *Gratioſ.*
Ubert. cit. cap. 5. n. 72. quando autem delictum
72 dicatur notorium * *Vide Pignatell. conſult. 115.*
& 120. vol. 10.

Hinc redigendo materiam privationis, &
73 inhabilitatis ad praxim, utique Judex, * qui
vel ex officio, vel ad inſtantiam intereſſe ha-
bentis, vel habere prætendentis vult deveni-
re, vel ad privationem juris quæſiti, vel ad
inhabilitationem juris quærendi non poteſt
procedere de facto, ſed tantùm prævia pro-
batione cauſæ privationis, ſeu inhabilitatis
pro fundamento ſententiæ declaratoriæ; nàm
v. g. Si prætendatur quem incurriſſe in pęnam
privationis Beneficii ipſo jure ob recurſus ad
74 Judices laicos, * utique probandus eſt talis
recurſus, & ferenda ſententia, non quidem
ſuper pęna privationis, ſed ſuper delicto hu-
juſmodi recurſus, pro quo pęna privationis
eſt inflicta, ut tradit *Ridolphin. prax. par. 2. c. 8.*
n. 172. & planè reſpondit *Rot. in rec. dec. 83. n. 4.*
cum duobus ſeqq. par. 7. ſine qua ſententia non
poteſt dici Beneficio privatus, ut proſequitur
eadem dec. 83. n. 7.

De pœna Blaſphemantis.

R U B R I C A T E R T I A.

AD honorem Omnipotentis Dei, ac Beatæ Mariæ ſemper Virginis ejus Matris, totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis, ſtatuimus, & ordinamus, quod quicunque in Civitate Faventiæ, Comitatu, ſeu Diſtrictu maledixerit Deo, vel Beatæ Mariæ Virgini, ſeu quocunque alio modo blaſphemaverit Deum, & Virginem condemnetur in libris XXV. bononenorum. Si verò alicui, vel aliquibus ex Sanctis ſuis maledixerit, ſeu de ipſis blaſphe-

miam emiſerit condemnetur in lib.10. bononenor. Et quilibet poſſit accuſare, & denuntiare, & habeatur pro plena probatione juramentum dicti accuſatoris cum dicto unius teſtis idonei, cujus pœna dimidia ſit dicti accuſatoris, quam pœnam ſi idem Reus ſolvere non valuerit, ſeu diſtulerit infra x. dies ex tunc immediatè futuros ligatis manibus fuſtigetur. Si pluries de blaſphemia accuſatus, & convictus fuerit non ſolvendo dictam pœnam pecuniariam infra dictum terminum ultra dictam fuſtigationem etiam ei lingua abſcindatur.

SVMMARIVM.

1. Blaſphemia eſt locutio falſa contra Deum per modum convicii.
2. Blaſphemia crimen omnium aliorum immane, & ſceleratiſſimum judicatur, & quare.
3. Blaſphemiæ materiam tractantes remiſſivè.
4. Maledictio reſpectu Dei, & Sanctorum eſt blaſphemia.

OBSERVATIO.

1 Blaſphemia, quæ eſt locutio falſa contra *Deum* per modum convicii, ut cum *Bannez* tradit *Sanchez in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 32. nu. primo* exclamando à DD. communiter judicatur crimen omnium aliorum immanius
2 & ſceleratiſſimum, & præcipuè à *Valenzuel. conſ. 142. num. 18. vol. 2. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 3. in princ. Farinacc. de Delict. & Pœn. qu. 20. num. 3. Lazar. de Blaſphem. queſt. 4. Marta de Juriſd. par. 2. cap. 13. nu. 3. Caball. reſol. crim. caſ. 296. nu. 40. centur. 3. Criſpolt. caſ. militat. caſ. 4. nu. primo cum ſeq. Conciol. reſolut. crim. in verbo Blaſphemia reſolut. prima nu. primo Rub. de Validit. legal. cap. 32. in princ. & cap. ſeq. nu. 45. cum ſeq.*, quia directè, & mediatè circa *Dei* injuriam verſatur, illius honori detrahit, ad differentiam aliorum delictorum, in quibus commodum, ſenſualitas &c. delinquentis principaliter conſideratur, in conſequentiam verò ſequitur *Dei* contemptus, ut ponderant *Campanil. in Diverſ. Jur. Canon. Rubr. 11. cap. 26. n. 70. Lazar. loc. cit. n. 2. cum ſeq. ac n. 7. & Conciol. ubi ſupra eodem n. 1. verſ. In aliis.*

Quot autem ſint ſpecies blaſphemiæ, quando, illius crimen cenſeatur commiſſum; quo-
3 modò probetur, quinam ſit Judex competens, quæ pœna imponatur, & qui accuſare teneantur, ac alia de hac materia vide præ cæteris ultra allegatos *Bullam* Leonis X. *la 7. §. 33.* Julii III. *la 23.* Pii IV. *la 36. la 40. la 51. la 67. Beati* Pii *V. la 5. §. 10.* Alex. VIII. *la 96. volum. 6. Bannimenta Generalia Stat. Eccleſiaſt. cap. 1. Gonzalez Tellez in cap. Statuimus de Cleric. maledict. Souſa in Aphoriſm. inquiſit. lib. 1. c. 19. Fragoſ. de Regim. Reip. par. 1. lib. 2. diſput. 4. §. 5. Scortia in ſelect. Pontific. Conſtit. epitom. 90. theorem. 322. Barb. Vot. lib. 3. vot. 116. Gratian. diſcept. 93. n. 16. cum ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 16. n. 16. Borell. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 2. Berlich. Concluſ. par. 4. concluſ. 1. cum ſequ. Caren. de Offic. Sac. Inquiſit. Tondut. de prævent. part. 2. cap. 27., Bonacc. in præcep. Decal. diſput. 3. q. 8. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 12. nu. 56. & 88. Marta loc. cit. dicto cap. 13. per tot. Del Bene de Immunit. Eccleſ. to. 2. cap. 16. dub. 26. ſect. 9. & in tract. de Sac. Inquiſit. Merlin. Pignatell. controv. forenſ. centur. 1. cap. 97. cum ſeq. Guttierez prax. crim. tit. qu. 60. cum plurib. ſeqq. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubric. 20. Scialoya de Foro compet. cap. 43. Hieronymus Baſilico dec. Sicil. 20. Sperell. dec. 134. n. 9. cum ſeq. juncto n. 52. Sanfel. dec. 369. D. meum Raynaldum in Obſervat. criminal. cap. 1. §. 1. poſt hæc ſcripta impreſ. vol. 1.*

Advertendo ſolùm tanquam familiare in nonnullis locis, quod omnis maledictio re-
4 ſpectu *Dei*, & *Sanctorum* eſt blaſphemia, ut concordantibus relatis firmat *D. Raynald. ubi ſupra n. 124.*

Dè pœna Homicidii.

RVBRICA QUARTA.

Cum omni lege homicidii Reatus damnetur, ſitque rationi conſonum, ut qui alium perdit, ipſe quoque occidatur. Ideò hac præſenti lege ſancimus, & ordinamus, quod ſi quis in Civitate Faventiæ, ſeu ejus Comitatu, & Diſtrictu homicidium commiſerit, ſeu committi mandaverit, ſi captus fuerit, capitis pœna plectatur, ita quod omninò moriatur. [A] Sin autem capi non potuerit, tunc perpetui banni capitis ſententiam patiatur, & ejus bona publicentur, (B) qui ſic bannitus quandocunque captus fuerit illicò capite, ut ſuprà puniatur, & tunc talis publicatio bonorum aliter ſortiri non poſſit, nec debeat effectum niſi talia bona, tunc fuerit in Fiſcum incorporata, cum ſatis ſit eum ultimi ſupplicii pœnam ſuſtinuiſſe, nam publicationem bonorum ceſſare volumus, quando talis ſic delinquens paſſus fuerit corporalem pœnam, niſi tale delictum commiſſum fuerit pretio, aut contra D. Gubernatorem, ſeu contra D. Poteſtatem dictæ Civitatis, ejuſque Vicarium, ſeu alium Rectorem S. R. E. ſeu contra aliquem de numero Antianorum dictæ Civitatis pro tempore Præſidentem, aut Iudicem primarum appellationum, aut contra Patrem, vel alium Aſcendentem per lineam maſculinam, ſeu Filium, aut Fratrem conſanguineum, ſeu Patruum. Quibus caſibus tàm ultimi ſupplicii pœnam, quàm etiam bonorum confiſcationem volumus, & ſancimus talem delinquentem incurrere, & pati. Statuentes, & ordinantes, quod quando cu-

Digitized by Google

dcunque committi contigerit homicidium in dicta Civitate, ſeu in ejus ſuburbiis teneantur D. Poteſtas ipſius Civitatis, & alii juſdicentes in ea totis viribus, omnique conatu inſudare, ut talis delinquens capiatur, & puniatur omninò, ut ejus pœna aliis tranſeat in exemplum, contra quem etiam, ſic delinquentem teneantur, & debeant D. Antiani dictæ Civitatis pro tempore Præſidentes inſurgere, & quæcunque opportuna remedia adhibere, ne talis facinoroſus evadat, & quod ſopra ſancitum fuit de Mandante, locum vendicet, quando unus tantum tale delictum perpetrari commiſerit. Si autem plures fuerint, qui homicidium fieri mandaverint, tunc obſervari volumus, & mandamus conſtitutionem præſenti volumine Statutorum noſtrorum inſertam ſub Rubrica de Homicidio de, & ſuper plurium Mandatorum diſponentem. (C) Statuentes etiam, quod ſi contingeret talem homicidam, cujus bona ut ſuprà publicantur, habere Patrem, aut alium aſcendentem, in cujus bonis ſibi in futurum legitima portio deberetur, quòd talis confiſcatio bonorum habeat locum in tali legitima, (D) dùm tamen in bonis prædictis ratione dictæ legitimæ nulla executio fieri poſſit dicto Patre, aut Aſcendente vivente, cui viventi per prædicta nullatenùs præjudicetur. A qua tamen homicidii pœna excipimus Furioſum, qui in ea mentis alienatione fuerit, ut non intellexerit quid tunc ageret. Item excipimus quemlibet alium minorem quatuordecim annorum, qui homicidium commiſerit, quo caſu poſſit, & debeat D. Iudex habita conſideratione ætatis, & diſcretionis pœnam prædictam, prout ſibi videbitur mitigare, etiam eam & ad aliam pœnam relegationis, ſeu pecuniariam reducendo. Item excipimus homicidium commiſſum caſu improviſo, ſeu fortuito, aut ad ſui defenſionem, quibus caſibus abſolvere ipſum Iudex, vel condemnare debeat, prout ipſi Iudici videbitur de Iure convenire: Excipimus quoque homicidium commiſſum in perſonam Banniti, & condemnati ad mortem, qui impunè occidi poterat ex forma Statutorum Faventiæ, & contra talem occidentem, ſeu occidi mandantem Bannitum hujuſmodi, etiam prætio interveniente, procedi non poſſit, nec debeat de jure, & quilibet etiam, cujus non interſit admittatur ad allegandum, & oſtendendum talem occiſum fuiſſe, & eſſe Bannitum.

SUMMARIUM.

1 Homicidii pœna eſt mortis naturalis.

2 Ex quocunque crimine publico oritur actio criminalis ad vindictam, & actio civilis in factum ad intereſſe, vel damnum parti applicandum.

3 Homicidium committens tenetur criminaliter pœna mortis, & civiliter ipſi occiſo, ſeu ejus hæredibus pro expenſis factis in ejus curatione, & pro mercede, & ſalario ratione operum, quibus caruit defunctus, ac pro alio omni damno, & intereſſe. Decl. num. 5.

4 Pęna mortis indiſtinctè non intrat pro homicidio.

Homicidium doloſum ſemper non judicatur, ſed quandoque culpoſum, & quandoque ad ſolam defenſionem, & ad provocationem occiſi n. 4.

Vulnerans ad refectionem damnorum, & intereſſe vulnerato an, & quando teneatur, remiſſivè n. 5.

6 Fideicommiſſum in caſum delicti ordinari ſolet à teſtatoribus ad evadendam confiſcationem.

Fideicommiſſum ordinatum in caſum delicti ad evadendam confiſcationem non valet nu. 6. Contrarium n. 7.

8 Bona non tranſeunt in Fiſcum durante vita delinquentis, quando ſubjecta ſunt Fideicommiſſo ordinato in caſum delicti. Decl. num. 9.

9 Pœna pecuniaria modica, vel mulcta, quæ poteſt exigi ex fructibus Fideicommiſſi ordinati in caſum delicti, tunc hujuſmodi Fideicommiſſum non impedit quominus exigatur, ſecùs ſi ſit magna, & pro illius ſolutione alienanda ſit ſubſtantia, & proprietas in totum, vel in parte.

10 Mulctam paſſus in contumaciam, & poſteà abſens damnatus in pœnam confiſcationis bonorum, ſi Fiſcus eamdem confiſcationem acceptaverit ejus creditum ex cauſa mulctæ remanet ſublatum, ac factus locus ſubſtitutioni ordinatæ in caſum delicti, & confiſcationis; Si verò repudiaverit, poterit conſequi mulctam, niſi repudiatio facta ſit poſtquam confiſcationem acceptaverit.

11 Confiſcatio bonorum ob delictum ultimi vocati intrat, non obſtante Fideicommiſſo ordinato in caſum delicti.

12 Idemque procedit, ſi contingat vivente Reo condemnato prædecedere fideicommiſſarium ſubſtitutum. Decl. n. 13.

13 Fideicommiſſum ordinatum in caſum delicti, ſi ob delictum hęredis gravati fuerit delatum ſubſtituto tranſmittitur ad hęredes.

14 Et multò magis ſi fuerit agnitum,

15 Fideicommiſſum agnitum à ſubſtituto ad effectum tranſmittendi ad hęredes, ut dicatur ſufficit quæcunque petitio, aut qualis qualis declaratio voluntatis.

16 Confiſcatio fructuũ bonorum Fideicommiſſi ordinati in caſum delicti intrat durante vita delinquentis etiam in contumaciam condemnati, quando delictum verſatur circa receptationem, & auxilium Bannitorum.

17 Pœna pro homicidio à pluribus commiſſo, dùm ignoratur perſona delinquentis, quænam ſit, remiſſivè.

Digitized by Google

18 Legitima filii vivente Patre delinquentis,
an, & quandò confiſcari valeat.
19 Peculium Caſtrenſe, vel quaſi, & profectitia,
ac adventitium filii vivente Patre delin-
quentis, an, quando confiſcari valeat, re-
miſſivè.

OBSERVATIO.

HOmicidii pœna regulariter eſt mortis
naturalis, tàm ex *lege Evangelicu*, *&*
1 *Divinu*, ut in *Geneſ.cap.9.* ibi: *Quicunque effu-*
A *derit humanum ſuuguinem, effundetur ſangnis*
ejns, Matth. cap.26. ibi: *Omnes enim, qui glu-*
dio ferierint gladio peribunt, Apocalip.cap.13.
ibi: *Qui gludio occidit oportet gladio occidi, &*
& Levit.cap.24. ibi: *Qui percuſſerit, & occide-*
rit hominem morte moriatur &c. & infra ibi:
Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum
ab Altari meo evellas eum, ut moriatur; quàm
de Jure naturali, quo Jure hominem homini
inſidiari nefas eſt, ut notat *Deciun.tract.crim.*
lib.9.cap.20.n.2. & cup.17.n.16. Et de *Jure*
Canonico, nt in *cap.1.de Homicid.volunt.& cu-*
ſual. Ac de *Jure Civili* juxta *Text. in §. Item*
lex Cornelia Inſtit.de Pulic.Judic.l.penult.§.Qui
alias perſouas, ff.de Parricid.l.1.verſ.Et meritò,
C.de Rapt.Virgin.& pleniſſimè firmat *Farinacc.*
de Homicid.q.119.u.12.cum ſeqq.Ybanez de Fa-
ria in uddit.ad Covar.var.reſol.lib.2.cap.9.n.16.
Cortiad.dec.92.u.25.

Et cùm ex quocunque crimine publico
2 oriatur actio criminalis ad vindictam, &
actio civilis in factum ad intereſſe, vel dam-
num parti applicandum, proindè prçterquàm
quod tenetur criminaliter pœna mortis *ex*
allegatis, tenetur etiam civiliter ipſi occiſo,
3 ſeu ejus hæredibus pro expenſis factis in ejus
curatione, & pro mercede, & ſalario ratione
operum, quibus caruit defunctus, nec non
pro omni alio damno, & intereſſe ex hujuſ-
modi morte contingente juxta reſponſum
Caii in l.final.ff.de his, qui ejecerint, vel effude-
rint, Bart.in l. Qui nomine, ff.ad leg. Cornel.de
falſ.& in l.2. §.Hoc Edicto, ff.de vi bon.rapt.u.1.
ac in l.Infamem n.4.ff.de pub.jud.& tradit *Fari-*
nac.de Homicid.d.q.119. inſpect.3.nu.93.Cancer.
var.reſ.par.2.cap.11.u.73.cum ſeq.; quod etiam
diſpoſitum legitur *in Bannimentis gener.Status*
Eccleſiaſtici cap.78. ibi: *Et oltre le pene eſpreſ-*
ſe ne' ſuoi Caſi, li delinquenti ſiano tenuti all'
emendazione del danno alle parti offeſe, ſecondo
che di ragione compete, benchè nel Capitolo par-
ticolare non foſſe eſpreſſo.

Advertendum tamen, quod ſicuti pro quo-
cunque homicidio indiſtinctè non intrat pœ-
4 na mortis, cùm non ſemper ſit doloſum, ſed
quandoque culpoſum, & quandoque ad ſolam
defenſionem, ac ad provocationem occiſi,
circa quam materiam me remitto ad *Farinac.*
de Homicid. Spad.conſ.101.vol.1.Tondut.QQ.&
reſol.civil. par.2.cap.171. Conciol.Reſolut.crim.
in verbo Homicidium.Carpzov.pract.crim.par.1.
q.5.cum ſeq.& qu.27.Graſſet.de Homicid.prodi-
tor.Carpun.ad novas Conſtitut.Mediolani in cap.
Homicida Thor.vot.5.par.2. ubi de homicidio
commiſſo à mula mediante percuſſione cum
calce in genitalibus occiſi *Contr.diſtept.forenſ.*
cauſa 74.Matthæu, & Sanz.de Regim.Regni Va-
lent.cap.8.§.8.n.37.cum ſeqq.Panimoll.decis.22.
ibique Annot.Mutu deciſ.36.Gizzarell.deciſ.18.
*Cortiad.d.dec.92.& 98.*ac ad quamplures alios
Profeſſores pleuè, & ex profeſſo materiam
tractantes, & præſertim ad *D. meum Raynal-*
dum in Obſervat.rerum criminal.cap.7.poſt hæc
ſcripta impreſſ. vol.1. Ita pariter non ſemper
occidens tenetur ad refectionem expenſarum,
damnorum, & intereſſe, ſed totum regulatur
à qualitate homicidii; undè an, & quando
5 teneatur, quid attendendum in eorum liqui-
datione, ac alia tàm in caſu homicidii, quàm
vulneris, & debilitationis membrorum vide
Farinac.d.q.119.inſpect.3. Cancer.loc.cit.nu.75.
cum ſeq.& Guazzin.ad defenſ.Reorum defen.34.
cap.4. Ybanez de Faria in addit. ad Covar. var.
reſol.lib.2.cap.10.n.50.cum ſeq.

Ad evadendam pœnam confiſcationis, &
ad excluſionem Fiſci ſolent Teſtatores ordi-
B nare Fideicommiſſum in caſu delicti, pro quo
6 confiſcatio ſequatur, tunc privando delin-
quentem, & ſubſtituendo alios, quod ſi tan-
quam tacitè dans occaſionem delinquendi, &
in fraudem Fiſci videatur illud non valere,
ut innuit *Mart.de ſucceſſ.legal. par.4.quæſt.21.*
art.18.nu.3.Card.de Luca de Regal.diſcurſ.160.
nu.2. & 4. Nihilominus communiter tenene
7 *DD.* pro illius validitate, cùm unuſquiſque
ſit arbiter rerum ſuarum, & poſſit ſuper illis
legem ſibi beneviſam imponere, ut omiſſis
innumeris aliis firmarunt *Natt. conſ.31.n.25.*
vol.1.Farinac.q.25.nu.22.Guazzin.de Confiſcat.
concluſ.13.limit.19.n.1. Maſſinus eod.tract.qu.9.
*pariter n.1.Card.de Luc.ubi ſup.n.7, cum ſeq.*ubi
plures concordantes cumulat *Conciol. Reſol.*
*crim.in verbo Confiſcatio reſolut.6.*ubi etiam
8 adducit ampliationes; Adeò ut nec tranſeat
in Fiſcum durante vita damnati, ut cum *Fu-*
ſar.conſ.59. & *de Subſtit.q.129. utrobique n.4.*
ac Caren. de Offic.Sac.Inquiſi t. par.2.tit.1.§.29.
*n.156.cum ſeq.*proſequitur *Maſſin.ubi ſupr.n.3.*
Mar taloc.cit.n.49.

Quod procedit, quando delictum commiſ-
ſum eſt tale, per quod ſequatur actualis
9 confiſcatio bonorum, ſecùs autem ſi ſola
pçna pecuniaria infligatur, ut tradit *Maſſin.*
loc.cit.n.6. & reſpondit *Rota in Senogallien. Fi-*
deicommiſſi 9. Maii 1594. coram Card. Arigono
impreſſ. poſt primum volum. Conſilior. Farinacc.
dec.97. repetita *penès Marcheſan. de Commiſſ.*
par.1.pag.mihi 1298.& coram Otthob.dec.258.
n.13.cum ſeq.& de delinquente mulctam paſſo
in certa quantitate *Carena loc.cit. num.159.* &
pœna pecuniaria eſt adeò modica, ut ſolvi
poſſit ex fructibus, ſalva rerum ſubſtantia;
Nàm ſi ſit magna, & pro illius ſolutione alie-
nanda ſit proprietas in totum, vel in parte,
tunc idem judicandum eſſet pro purificatione
Fideicommiſſi, ac de caſu confiſcationis, ut
diſtin-

diſtinguendo dixit *Rot. cor. Cerr. dec. 387. n. 11. cum ſeqq.*

Notandum in propoſito, quod ſi delinquens
ex contumacia paſſus fuerit mulctam, & po-
10 ſteà abſens damnatus fuerit in Confiſcatione
bonorum, ſi Fiſcus eamdem Confiſcationem
acceptaverit, tunc ejus creditum ex cauſa
mulctæ mediante confiſcatione remanſit ſu-
blatum, ac factus locus ſubſtitutioni ordinatæ
à Teſtatore in caſum delicti, & Confiſcatio-
nis; Si verò repudiaverit Confiſcationem,
tunc poterit conſequi mulctam, niſi hujuſ-
modi repudiatio facta ſit poſtquàm Confiſca-
tionem acceptaverat, ut egregiè declarando
firmat *Caren. loc. cit. n. 159. cum ſeqq.*

Cæterùm non evitabitur Confiſcatio ex-
ceptione fideicommiſſi, ſi ultimus ex ſub-
11 ſtitutis delictum committit, cùm tunc rema-
neant bona apud ipſum libera, & abſque onere
fideicommiſſi, ut advertit *Guazzin. ubi ſupra num. 13.*

Idemque procedit ſi contingat vivente Reo
condemnato decedere fideicommiſſarium
12 ſubſtitutum, nam tunc bona ipſo jure ce-
duut favore Fiſci *Peregrin. de Jure Fiſci lib. 3. tit. 5. ſub n. 20. & lib. 5. tit. 1. n. 69. Farinac. qu. 25. n. 49.* & limitat *Guazzin. loc. cit. n. 6.* Quod in-
tellige habere locum, quotiès fideicommiſ-
ſum non fuiſſet ad ſubſtitutum ante obitum
13 delatum, & agnitum; Nam ſi jam delatum
fuiſſet tranſmitteretur ad hæredes juxta *Text. in l. A Teſtatore ff. de Condit. & demonſtr. l. Cogi §. Idem Neratius, & l. Poſtulante ff. Ad Trebell. in l. final. ff. Quando dies legat. cedat, & in l. final. C. eodem tit. Fuſar. de Subſtitut. queſt. 487. n. 1. cum ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 890. n. 13. in diverſ. deciſ. 782. n. 20. par. 1. in recent. deciſ. 78.*
14 *n. 6. par. 11. & deciſ. 377. n. 3. par. 16.* Et multò
magis ſi ulterius fuiſſet agnitum, ut reſpon-
dit *Rot. d. deciſ. 377. n. 4. cum. ſeqq.* ubi ſubdit,
quod ad hunc effectum ſufficit quæcuuque pe-
titio, aut qualis qualis declaratio voluntatis,
15 & ſicuti ſubſtituto, ſi viveret, concedere-
tur immiſſio, ita ejus hæredibus denegari
non valet, & concordantes cumulat.

Locum etiam habet Confiſcatio fructuum
bonorum fideicommiſſariorum durante vita
delinquentis, etiam in contumaciam con-
16 demnati, quandò delictum verſatur circa
receptationem, & auxilium Bannitorum, ju-
xta diſpoſitionem *Bullæ Sixti V. in ordine la 6. §. 8.* quæ tamen non egreditur prædictos ca-
ſus, ſed ad illos reſtringitur *Odd. conſ. 53. n. 16. cum ſeqq. Vermigliol. conſ. 86. n. 6. & conſ. 87. per tot. Farinacc. queſt. 25. n. 36. verſ. ſublim. Guazzin. cit. limit. 17. n. 16. & Maſſin. allegat. q. 19. n. 4.*

C Quando plures imputantur de homicidio
noſtrum *Statutum* mandat ſervari *Conſtitutio-*
17 *nem*, quæ eſt impreſſa, & eſt eadem quæ
continetur in *Conſtitutione Ægidiana ſeu Marchiæ lib. IV. Rubr. LIV.* ſecluſa verò diſpoſitione
illius *Conſtitutionis*, ſi homicidium fuerit à
pluribus commiſſum, & ignoratur à quonam
ex eis fuerit patratum, qua pœna de Jure de-
beant puniri, vide *Giurb. conſ. 1. & 4. Conciol. Reſolut. crimin. in verbo Homicidium reſolut. 6. cum ſeq. Matthеù de Re criminal. controverſ. 20. & Carpzou. pract. crimin. par. 1. quaſt. 25.* ubi
de pluribus aliquem in rixa occidentibus *Cortiad. deciſ. 98. num. 28.*

D Legitima filii vivente Patre delinquentis
18 an, & quando confiſcari valeat, vide *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quaſt. 33. cum ſeqq. Giurb. ad conſuetud. Meſſanen. par. 1. cap. 4. gloſſ. 5. Guazzin. de Confiſcat. concluſ. 13. limit. 19. Maſſin. eod. tract. quaſt. 28. Ybanez de Faria ad Covar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 8. n. 83. cum ſeqq. juncto n. 90. cum ſeqq.* Quid verò dicendum ſit de peculio
19 Caſtrenſe, vel quaſi, profectitio, & adven
titio illius, vide *Guazzin. d. tract. concluſ. 13. limit. 27. cum ſeqq. Maſſin. eodem tract. quaſt. 4. n. 20 cum ſeq. & quaſt. 27. Conciol. in dicto verbo Confiſcatio reſol. 8. cum ſeqq. Sanchez. in præcep. Decalog. lib. 2. cap. 15. Ybanez. de Faria loc. cit. nu. 92. cum ſeqq. Guttierez. prax. crimin. quaſt. 42.*

ADDIT. AD RUBR. IV. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1. TEſtator pro conſervatione bonorum in familia ſi privavit filium hæredem in Caſu delicti, & ordinavit fideicommiſſum, ſecuto delicto, bona tranſeunt in fideicommiſſarium.
2 Teſtator Fiſcum excludere poteſt in Caſu delicti hæredis.
3 Teſtator legitima privare poteſt filium in caſu delicti, illumque ſupponere fideicommiſſo Declara n. 4. & 5.
5 Legitima pro delictis filiorum familias confiſcatur.
6 *Conſtitutiones* SIXTI IV. la 24. & PII IV. la 52. diſponentes quod pro delictis filiorumfam. eorum legitima confiſcetur ſalubertimæ judicantur.
7 Prædictæ *Conſtitutiones* licet diſponant de confiſcatione legitimæ filiorumfam. vivente Patre habent locum etiam mortuo Patre & n. 8. Contrarium n. 15.
8 Caſus omnes, in quibus cauſa, ratio, & finis legis concurrit ſub eadem lege non vi extenſionis, ſed comprehenſionis continentur.
9 *Conſtitutio* SIXTI V. la 6. §. 8. mandat omnia bona confiſcari illius, qui commiſit homicidium in perſonam Baronelli in odium Officii non obſtantibus quibuſcumque fideicommiſſis, prohibitione alienationis &c. Et procedit pro confiſcatione legitimæ non obſtantibus jis fideicommiſſis in quibus adſit præventiva privatio bonorum in Caſu delicti.
10 Bona delinquentium ſimplici fideicommiſſo

ſub-

Digitized by Google

ſubjecta de ſui natura ſi hætes gravatus delinquit ipſius vita durante quoad uſum fructum tranſeunt in Fiſcum.

11 Confiſcatio,& aliæ penæ impoſitæ *à Conſtitatione* 6.§.8. Sixti V. non eſt reſtricta ad offenſiones factas, ſeù impedimentum præſtitum Curiæ in perquitendis Bannitis, & Facinoroſis tantum, ſed ubicumque Birruatii, aliique Juſtitiæ Miniſtri in eorum officii libera adminiſtratione, ſeù officii Cauſa offenduntur, & occiduntur.

12 *Conſtitutio* Sixti V. la 6. innovata fuit mediantibus Banuimentis Generalibus ſtatus Eccleſiaſtici Cap.40.una cum omnibus pænis in ea contentis.

13 Banuimenta Generalia ſtatus Eccleſiaſtici Cap.40.innovant pænas contentas in *Balla* Sixti V. la 6.

14 Fiſcus excipere non poteſt de gravamine impoſito legitimæ filii ſamilia delinquentis à Patre in Caſu delicti, dum idem filius in cujus favorem hoc inductum fuit, non eſt conqueſtus.

16 In conſtitutionibus exorbitantibus, & pænalibus, ac odioſis non fit extenſio de Caſu ad Caſum ex identitate, imò nec ex majoritate rationis.

17 Banuimenta Generalia Cap. 40. cenſentur reſtricta ad Caſus contentos in *Balla* Sixti V.la 6.

18 Quid dicendum, quando Pater de tempore homicidii jam obierat, ſed mediante ejus diſpoſitione Teſtamentaria ſtuduerat, excludere Fiſcum, ut in ſequenti caſu.

MArchio Jo:Matthias in eo ultimo, cum quo deceſſit teſtamento inſtituit hæredē Marchionem Pompeum filium, & reliquit March. Monaldo alteri filio annua ſcuta 500. *da darſeli ogn'anno dal ſuo Erede ſua vita durante &c. ò in tanti denari contanti &c. o pure coll' aſſegnazione di tanti beni hereditarii, che rendino il frutto a ragione di detta ſomma &c. e doppo la di lui morte intende, e vuole, che ritornino alla Primogenitura, anzi volendo eſſo Monaldo queſto legato volſe, & ordinò, che dia, e ſoggetti alla Primogenitura la ſua legitima, ed ogn'altro credito ſi de beni dotali, che eſtradotali della bo: mo: della Marcheſa Anna Maria di lui Madre, volendo, che in termine d'un Meſe ſia obligato ad accettare detto legati con le condizioni ſudette &c. altrimente lo priva d'ogni comodo, che li poteſſe portare il preſente teſtamento intendendo ſolo d'inſtituirlo nella legitima &c. e non altrimente &c.* Et ad arcendum filios à delictis diſpoſuit *ſe al delinquente ne ſeguiſſe la confiſcazione di tutti, o parte de beni ſopradetti, o ſeqaeſtro ſopra gl'effetti de medeſimi per cauſa di detta annualità, o pure ſequeſtro in eſſa, multa, o altra pena, ed eſecuzione pecuniaria etiam dovuta per mercedi di Proceſſi, diete, o Viatici, o Cavalcature a Comiſſarii non ſi poſſano per alcun tempo, ne alcun modo confiſcare, ne prendere in tenata, eſecuzione, multa, ſeqaeſtro, o aſſecarazione, o in altra cogitata, o incogitata forma vivente il delinquente, l'uſufrutto d'eſſi beni, raggioni, ed effetti ſudetti, ne tampoco delle annualità ſequeſtrate, o aſſicurare ne direttamente ne indirettamente, ne meno in ciaſcun de caſi ſudetti impiegarſi per ſodisfare Comiſſarj, e Corte de medemi per proceſſure, Viatici, diete o altri pagamenti, mà tal delinquente di fatto, & ipſo jure avanti l'eſcogitato delitto commeſſo s'intenda, e ſia privato d'eſſi beni, ed annualità, e laſcita, che poteſſero inqualſivoglia modo Confiſcarſi, eſecutarſi, multarſi, ſequeſtrarſi, o aſſicurarſi dal Fiſco tanto direttamente, che indirettamente come ſopra per delitto Capitale, e penale, quali beni, ed annuo laſciato reſpettivamente, e raggioni ſubito, ed incontinentemente ſi tranſferiſcano nel Primogenito ſucceſſore &c. acciò li ſudetti chiamati, e ſoſtituti come ſopra, ed anco gl'altri ſuoi figli ſopranominati per timore di detta privatione prendino penſiero d'aſtenerſi da qualſivoglia delitto;* Et prædicta diſpoſitio acceptata fuit à ſuis filiis *con le ſoſtitazioni, condizioni, proibizioni, e vinculi contenuti in detto Teſtamento* & cum expreſſa Renunciatione *a qualſivoglia Ragioni contenute, e regiſtrate nell' Inventarii hereditarii, e provenienti dalli ſudetti Signori Marcheſi Gio: Mattia, e Anna loro Padre, e Madre, ed altri qualſivoglia Aſcendenti, Collaterali, ed eſtranei, e che a detti Signori Fratelli poteſſero ſpettare tanto per diſpoſizione di legge commune, che Municipale, e ſpecialmente per Cauſa di legitima, che di ragione li foſſe dovuta, o ſuo ſupplemento, Trebellianica &c.*

Prò annua verò ſolutione ſcutorum 500. aſſignata fuit à Marchione Pompeo fratre Primogenito Marchioni Monaldo Tenuta nuncupata *Verna* in uſumfructum una cum animalibus in ea exiſtentibus in locum legitimæ ſubrogata una cum vinculis, & oneribus in teſtamento paterno expreſſis.

Prætendit Fiſcus homicidium Commiſſum in perſonam Auguſtini Octavii Baroncelli Terræ Citerniæ ſecutum fuiſſe de mandato prędicti Marchionis Monaldi ex cauſa Officii, unde tranſmiſſo Commiſſario pro compilatione Proceſſus prolata fuit contra eum contumacialis ſententia in pænam ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum. Verum cum inſurrexerit Marchio Pompeus Primogenitus prætendens non eſſe locum ſolutioni Viaticorum, & confiſcationi bonorum, pro diſcuſſione articuli deputata fuit à Summo Pontifice Congregatio particularis, coram qua pro excluſione Confiſcationis, & ſolutionis Viaticorum doctè de more per *D. Advocatum Franciſcum Ladovicum Emiliani* adducebatur clara, & expreſſa prædicta diſpoſitio Marchionis Joannis Matthię facta ob cauſam conſervationis bonorum in familia, & criminum perhoreſcentiæ, ob quam illicò, & in
1 continenti post commiſſum delictum per fidei

com-

commiſſum tranſiviſſent bona in Marchionem
Pompeum Primogenitum ut unanimiter te-
nuerunt *Vermigl.conſ.57. n.1.& per tot. Guaz-
zin.de confiſc.concluſ.t3. limit.17. n.2.Caren. de
Inquiſit. p.2. tit.p.n.155. cum ſeq. Card. de Luca
de Regal.diſc.123.nu.7. & diſcurſ.160.nu.8. &
ſeqq.Maſtrill.deciſ.18t.n.t. & per tot.Rot.deciſ.
92.n.5.poſt Fenzon.ad ſtatut.Urbis & in Rec.de-
ciſ. 627.n.7.p.4.tom.2.* Nam quilibet Teſtator
poteſt Fiſcum excludere * in Caſu delicti filii
2 hæredis inſtituti ita ut Fiſcus neque bona, ne-
que bonorum uſumfructum, etiam vita de-
linquentis durante poſſit invadere, ut latè
firmat *Modernus Bonſin.ad Banniment. General.
Cap.45.à n 104.uſque ad 115.*

Et adeò efficax talis prohibitio confiſca-
tionis cenſetur, ut ſuſtineatur etiam in legi-
3 tima filio delinquenti debita * ut proſequitur
*Vermigl. loc.cit.n.2. Card. de Luca de legitim.di-
ſcurſ.13.n.2.& per tot.Rot. in Rec.dec.635. n.6.
p.4. tom.* 3. etenim tale onus non eſt prejudi-
ciale, ſed favorabile filio, cum timor pri-
vationis bonorum illum retrahat à delictis ut
conſiderat *Rimin. Jur. Conſ.131. & Conſ. 193.
n.t.2.& 12.vol.2.*

Prædicta non impugnabantur à *D. Nicolao
Jacobatio Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Procu-
ratore Generali doctiſſimo, & accuratiſſimo de-
fenſore Jurium Rev.Cameræ Apoſtolicæ*, & fa-
tebatur poſſe Teſtatorem ſupponere fidei-
commiſſo,& privationi in Caſu delicti etiam
legitimam, ſed conſtanter inſiſtebat præten-
dendo ſolam prohibitionem Paternam non
ſufficere, nec eſſe attendendam * niſi cum pro-
4 hibitione conjugatur ſubſequens conſenſus
filii acceptantis legitimam cum tali onore,
& prohibitione gravatam ad *tex. in l. ſi verò
non remunerandi §. Inde Papinianus in fine
ibique Gloſ. in Verbo Patroni ff. mandati Curt-
vin.Conſ.54. n. 1.verſ.tamèn ex quo ipſe conſenſit
Pariſ. conſ.2.ſub n. 15. verſ. Iſtis tamen non ob-
ſtantibus & ſeq.lib.3.Gabr.comun. concluſ.lib.6.
tit.de legitima concluſ.t.n.55.ver.vigeſimo limi-
ta Mantic.de conjectur.lib.7.tit.8.n.29.verſ. hoc
quidem Menoch.præſumpt.196. n.13.verſ. decla-
ratur 1.lib.4.Peregr.de fideicommiſſ.art.6. n.47.
verſ. In his ergo terminis Rot. in Rec.dtciſ. 387.
n.59.p.9.*

Nec talis conſenſus reſultare ajebat ex
acceptatione teſtamenti per verba generalia
concepta, cum requirantur verba individua
5 * acceptationis oneris legitimè impoſiti, ut
ad aliud refferri non poſſint *Joſeph. Ludovic.
deciſ.28.n.18.Rot.in Rec.deciſ.241.n.2.p.3.deciſ.
342.n.2.p.5.deciſ.383.n.19. p.9. & deciſ.228.n.
10.& ſeqq.p.8.* Adeo ut ſi filius adeundo hære-
ditatem approbet teſtamentum Paternum, in
quo ordinatum ſit fideicommiſſum comple-
ctens legitimam, vel ejuſdem privationem,
aut aliud onus, non ideò dicatur acceptaſſe
onus legitimæ, nec ſibi in libera ipſius diſ-
poſitione præjudicaſſe ut reſpondit *Rot.in Rec.
deciſ.200.p.1.deciſ.426.n.11.p.12. & deciſ.1t.
n.4.p.19.*

Inſiſtebat pariter in diſpoſitione *Conſtitu-
tionum Apoſtolicarum Sixti IV.la 24.& Pii IV.
la 52.* in quibus literaliter ſancitur, ut pro
delictis filiorumfamilias eorum legitima con-
6 fiſcetur, * quæ Conſtitutiones cum plurimum
conferant ad ſcelerum extirpationem uti pu-
blicæ quieti, & juſtitiæ protectui ſaluberri-
mæ firmiter judicantur *Clar. q. 86. n.8. ibique
Bajurd.n.19.in fine Craſſ.de ſucceſſ.§.legitima q.
12.n.3.* ubi teſtatur de Magis Communi *En-
gen.conſ.69.n.7.in fine Chartar. de Capit.Bannit.
Cap.1.n.301. verſ. ſed hodie, & Farinac.q.24.
ſub n.182.verſ.ſublimita 2.*

Et licet prædictæ Conſtitutiones diſponant
de confiſcatione legitimæ filii delinquentis
vivente Patre; Attamèn cum præfatæ Conſti-
7 tutiones * voluerint obſervantiam in Caſu
magis dubitabili,quando nimirum gravatur.
Pater adhuc vivens, & non adhuc debitor
legitimæ quanto magis obſervari debent in
caſu minus dubitabili, in quo Pater non gra-
vatur, & filius luit pœnam in legitima jam
delata ex majoritate Rationis *Auth. multo
magis C.de Sacroſanct. Eccleſ. l. qui indignus ff.
de Senator.l. delegationem §.Poteſt ff. de Interd.
& Relegat.Bald.in l.tranſigere in 8.oppoſit.C. de
tranſmiſ.Aymon. de antiquit.tempor. p.4. §.Vi-
demus modo n.21.cum ſeqq. Gomeſ.in cap. ſtatu-
tum n.39.de reſcript. in 6.Villagut.in tract. Ex-
tenſ.legum.Rub.de extenſ.legum limit.n.7.*

Maximè quia Rigor, & Ratio *Conſtitutio-
num* non fuit directa in odium Parentum in-
nocentium, quorum reſpectu nimium rigidæ
viderentur, ſed in odium filiorum delinquen-
tium, ut pœnam pro modo Culpæ experian-
tur etiam in bonis futuris, & nondum col-
latis ut exprimendo rationem ſtatuendi *ſa:
me. Sixtus IV. in d. Conſtitutione 24.§. 1. inquit
Quidam verò ex eo prætextu quod filii, vel ne-
potes in Patris, vel Avi poteſtate exiſtant, nec
bona aliqua habeant, quæ in patratis per eos
exceſſibus confiſcari, aut aliàs per condemnatio-
num ferendarum pro tempore contra eos execu-
tionem capi poſſint ad delinquendum præ cæteris
ſunt promptiores &c.*

Unde ſi cauſa, Ratio, & pœna à lege im-
poſita non fuit directa contra Patrem, ſed
contra filium, quo pacto ſublato Patre, qui
non eſt cauſa, nec finis legis, quia non pec-
cavit, & delinquente filio, contra quem uni-
cè lex ſancita eſt, audebimus affirmare, quod
ceſſet diſpoſitio legis contra apertiſſima Ju-
8 ris præcepta jubentia, * quod omnes Caſus,
in quibus Cauſa, Ratio, & finis legis con-
currit, ſub eadem lege non vi extenſionis,
ſed comprehenſionis contineantur *l. illud Ad
leg.Aquil.& ibi Oldrad.in prohem.& gloſſ. litte-
ra C.Alex. conſ.5. propè finem verſ. ultima non
obſtat.lib.5. Aymon.conſ.118.n.15. & conſ.221.
ſub.n.6.Pariſ.Conſ.116.n.25. lib.3. Roland. conſ.
14.n.30.lib.3.Rot. deciſ.298.per tot. p.2. diverſ.
Bonden.Collec.20.n.29.* etiamſi agatur de Con-
ſtitutione pœnali, & odioſa *Gabr.conſ.14.n.14.
lib.1.Menoch. de præſumpt. lib.5. præſumpt.33.n.*

14.Spau.

14.*Spad. conſ.66.n.6.Chartar.de pen.Innocent. in*
terminis d. Conſtitutionis Sixti IV.Art.3. n.525.
& 527.Gratian.diſcept.813.n.3.preter.congeſtos
à Giurb.conſ.6.n.18. Præſertim, quando legisla-
tor voluit ut ratio ſuæ Conſtitutionis eſſet in
eadem ſcripta, & ſignificantèr expreſſa ut le-
gitur in d. *Conſtitutione Sixtina Aymon. de an-*
tiquit.Tempor.p.4.in princ.n.79. in fine Vill.gut.
in tract.de extenſ.legum.in Rubr. de extenſ.legum
correct.& pœnal.ſimul.n.36. ad 42.Simoncell. de
decret. lib.2.tit.6.n.18.Bald. in l. quamvis circa
princ.C.de fideic. ubi quod concurrente eadem
ratione ſcripta non dicatur legem extendi,
ſed enucleari, & explicari *Oldrad. conſ. 185. in*
fine Everard. in loco à ratione legis larga manu
n.18.& ſeq.Engen.conſ.49.n.19. & 20.Farinac.
conſ.153.n.47.cum ſeq.

Ulterius magis urgebat pro confiſcatione
eo quia agebatur de homicidio Baroncelli in
odium Officii patrato pro quo præter alias
pœnas *Sixtus V. in ejus Conſtitutione la 6.§.8.*
9 bona omnia * à delinquente poſſeſſa ſuppoſuit
Confiſcationi non obſtantibus quibuſcumque
fideicommiſſis prohibitionibus alienationis
ſibi *Necnon quæcumque fideicommiſſa, ſubſtitu-*
tiones, & alias prohibitiones ſub quacumque
verborum forma, etiam cum expreſſa alienatio-
nis prohibitione, aliiſque ſtrictiſſimis Clauſulis
& cautelis conceptas, ad hoc ut fructus bonorum
hujuſmodi fideicommiſſis ſubjectorum, durante vi-
ta naturali delinquentis etiam in Contumaciam
in prædictis Cauſis condemnati, Fiſco applicentur
ut in dictæ Cameræ uſum convertantur, proprie-
tateſque dictorum bonorum quandiu ipſe delin-
quens naturaliter vixerit per Fiſcum, & Came-
ram hujuſmodi poſſideantur, & detineantur,
tollimus, & abrogamus: Quæ Conſtitutio
potiſſimum edita fuit ut omnes Juris contro-
verſiæ circa confiſcationem legitimæ * & om-
10 nia objecta, quæ vigore fideicommiſſorum
contra Fiſcum promoveri poſſent, removе-
rentur, ut animadvertunt *Vermigl. Conſ. 371.*
n.7.& 8.Maſſin.de confiſcat.concluſ.27. n.28.&
Card. de Luca de Regal. diſc.123.n.8.cum ſeq.

Ponderabatur etiam preter rationem, &
literalem *Bullæ* contextum, exuberare abſo-
lutam neceſſitatem, quod *Conſtitutio* præcisè
de iis fideicommiſſis, in quibus adſit præven-
tiva privatio bonorum in caſu delicti diſpo-
ſuerit, nàm bona delinquentium ſimplici *
11 fideicommiſſo ſubjecta abſque ulla *Conſtitu-*
tione, aut derogatione Pontificis de ſui na-
tura, & juxta inconcuſſum Juris præſcriptum,
ſi hæres gravatus delinquat, ipſius vita du-
rante, quoad uſumfructum tranſeunt in Fi-
ſcum *l. Statius §. Cornelio ff. de Jure Fiſci Boſſ.*
tit.de publicat. bon.n.34.Clar.in pract.§.fin.q.78.
n.10.& ibi Bajard.n.29.Molin.de Primog. Hiſp.
lib.4.Cap.11.n.11. Gabriel.Conſ.184. n.1.lib.1.
Farinac. q.25.n.34.& conſ.135.n.2.Gratian. di-
ſcept.580. n.18. & ſeq.Caldas qq.forenſ. lib.1.q.
23.n.45.Lagunez. de fruct.p.2.Cap.4.n.112.Pe-
regr. de Jure Fiſci lib. 5. tit.1. n.69.Alex. conſ.
254.Gigas de crim.læſ. Majeſt. lib.2.tit. de pæn.
committ.q.3.n.3. Caren. de Offic.S.Inquiſit. p.2.tit.
1.§.29.per tot.Antunez.de donat.Reg.lib.2. cap.
29.n.102. & ſeq.Manſ.conſult. 339. cum duabus
ſeqq.lib.4. Petr. de fideic.q.11.n.565. Altograd.
conſ.69.n.31.lib.2.Fuſar.de ſubſtit.q.442.n.4.&
q.529.n.3.Surd. deciſ.254. Rot. in Lucana fideic.
14.Dec.1708. §. Similiter coram Reverendiſſimo
Kaunitz, & 1.Julii 1709.§.Quod autem, & §.
Ceſſat ulterius coram R.P.D.Scotto Urbis Guber-
natore, & 12. Junii 1711. §. Abſque eo quod
&c.& eadem pariter die ſuper executione §.Ne-
que minus coram R.P.D.Criſpo.]

Nec prædicta *Conſtitutio* reſtricta ſit ad of-
fenſiones factas, ſeù impedimentum præſti-
tum Curiæ in perſequendis Bannitis, & Fa-
cinoroſis tantùm ſed ubicumque Birruarii,
11 aliique Juſtitiæ Miniſtri in eorum Officiis *
libera adminiſtratione, ſeù Officii cauſa of-
fendantur, & occidantur juxta Reſolutionem
emanatam *ſub die 11. Julii 1699.in Congrega-*
tione à Summo Pontifice deputata in cauſa Peru-
ſina eximitionis ſuffragantibus omnium Urbis
Tribunalium Judicibus cum ſubſecuta appro-
batione ejuſdem Summi Pontificis Innocen-
tii XII.

Addebatur eandem *Conſtitutionem* Sixti-
nam innovatam fuiſſe mediantibus *Bannimen-*
12 *tis Generalibus in Cap. 40.* *. ibi: *Che ſe alcuna*
perſona di qualſivoglia ſtato, grado, che foſſe
ammazzaſſe &c. feriſſe perſeguitaſſe &c. inſul-
taſſe &c. il Bargello, Carceriere, Sbirro &c. per
impedire l'effetto della Giuſtizia, o l'eſercizio
dell'Offizio in qualſivoglia atto, o per altro ri-
ſpetto, che riguardi la medema Giuſtizia, e l'Of-
fizio, che li ſudetti eſercitano &c. anco in Cauſe
Civili in qualſivoglia tempo, e luogo anche fuori
dell'eſercizio dell'Offizio incorrano li delinquenti
in ciaſcuno delli Caſi ſudetti in pena della vita,
confiſcatione de beni, di ribellione, e d'altre pe-
ne contenute nella Bolla di Siſto V. di fel:me: data
il primo di Settembre 1585.come ſe qui foſſe ſpe-
cialmente eſpreſſa. Cùm hoc Bannimentum
nuncupatim pœnas in Sixtina contentas im-
13 ponat * pro ſingulis offenſionibus Baroncel-
lo, & Curiæ Miniſtris ex cauſa Officii illatis,
ea præciſa intentione, ut erronea opinio af-
firmantium quòd Bulla loqueretur tantùm de
Bannitis, & facinoroſis refelleretur, ut ad-
vertit *Bonſin. Jun. ad Banniment. General. in*
Cap. 35. nn. 14.

Replicabatur à D. Defenſore, quòd cum
14 Marchio Monaldus nunquàm conqueſtus *
fuerit de onere ſuper ejus legitima à Patre
impoſito, quin imò paternam diſpoſitionem
cum omnibus conditionibus, fideicommiſſo,
& ſubſtitutionibus acceptaverit, Fiſcus exci-
pere non poſſit de hujuſmodi gravamine, cum
hoc ſit inductum favore filii *Pedroch. conſ.6.n.*
76.Thob.Non.conſ.107.n.4.Surd.conſ.412. n.46.
Card.de Luca de Regal.d.diſcurſ.123.n.7.& diſc.
160.nn.16. & declarando firmat *Maſſin.de con-*
fiſcat.q.28.n.30. cum ſeqq. Torrevar. Jur.qq.lib.
3.Miſcell.p.2.q.62.n.11. tit.12.fol.134. Gratian.
diſcept.983.n.11.& 13.Capyc. latr. conſult.121.
n.34.

n.34. & 37. Fuſar. de ſubſtit. q.296. n.11. Menoch. conſ.206. n.121. & conſ.453. n.14. Vermigl. conſ. 51. n.3. Maſtrill. deciſ.181. n.9. cum ſeq. juncto n. 36. ubi refert ita judicatum à *Rot. in Rec. dec. 635. n.6. p.4. tom.3.* & quod hoc jus ſit perſonaliſſimum, & ideò ad alios non poſſit traſferri firmat *Caſtr. in l. quoniam in priorib. n.8. in prin. C. de inoffic. teſtam. Rot. in Rec. deciſ.202. n.9. & ſeq. p.14. deciſ.196. n.9. & 10. p.15. deciſ. 77. n. 11., & 12. par. 19. & in Beneventana Nullitatis Teſtamenti ſuper retentione 13. Februarii 1708. §. Non ſic tamèn in fine coram Illuſtriſſimo Scotto Urbis Gubernatore.*

Quoad Cōſtitutiones Sixti IV. & Pii IV. reſpondebatur earum diſpoſitionem dumtaxat
15 procedere vivente Patre, * & quod non ſit ſpectandum tempus mortis ejuſdem Patris, ſed condemnationis ut in ſpecie firmat *Chartar. de Pœnis Innocent. art. 4. quæſt. 3. num. 47. verſ. Tamen in propoſito.*

Cum enim verſemur in Conſtitutionibus
16 exorbitantibus, * & pœnalibus, ac odioſis, nec ex identitate imò nec ex majoritate rationis fit extenſio, & tradit *Chartar. de pœn. Innocent. art. 3. nu. 552. 555. & 728. Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 33. num. 10. Magon. deciſ. Lucenſ. 27. num. 1. & 8.*

Et *Conſtitutio Sixti V.*, ad quam *Bannimenta Generalia* relativè ſe habent, loquitur de re-
18 ceptatoribus, auxiliatoribus * fautoribus Bannitorum, & impedientibus Officiales, Miniſtros Curiæ, Satellites in eorum libera executione in proſecutione Bannitorum, undè Pontifex ſe reſtringere voluit ad Caſus ibidem expreſſos, ut advertit *Maſin. de Confiſcat. concluſ. 27. num. 29.* & firmant *Sforza Odd. conſ. 53. num. 54. verſ. quoad ſecundum, & num. 16. cum tribus ſeqq. Farinac.* qui ſcripſit pro veritate requiſitus à Pontifice tunc Regnante *conſ. 101. cum, tribus ſeqq. & conſ. 205. num. 5. & 6. Vermigl. conſ. 115. num. 2. 4. cum ſeq. & conſ. 118. num. 2. verſ. ex Conſtitutione Sixti V. cum num. ſeq. Spad. conſ. 61. num. primo lib. primo Guazzin. defenſ. 5. cap. 5. Raynald. obſervat. cap. 33. §. 5. num. 30. Card. Blanchett. in Suo Voto, ſeu deciſ.61. num. 16. poſt ſecundum volum. conſil. Farinac.*

Nec obſtare reſolutionem *Congregationis* deputatæ à *Sa. me.* INNOC. XII. *in Cauſa Peruſina eximitionis ſub die 11. Junii 1699. Conſtitutionem* præfatam non eſſe reſtrictam ad offenſiones factas, ſeù impedimentum præſtitum Curiæ in perſequendis Bannitis, & facinoroſis tantum, ſed ubicumque Birruarii, aliique Miniſtri Juſtitiæ in eorum Officii libera adminiſtratione, ſeù Officii cauſa offendantur, & occidantur; Nam Fiſcus de hujuſmodi reſolutionis juſtitia diffidens congruæ compoſitioni acquievit.

In hac cauſa emanevit ſequens reſolutio.

Die 6. Januarii 1715.

Nichil de revocatione actorū contumacialium, & Gubernator procedat ad ulteriora in incorporatione omnium bonorum ex Patris teſtamento relictorum Marchioni Monaldo Bandito capitali ipſius vita naturali durante etiam ad effectum reintegrandi Cameram de Viaticis ſolutis Commiſſario.

De pœna inferentis vindictam in alium, quàm in offendentem.

RUBRICA QUINTA.

UT omnis materia injurias vendicandi penitùs eradicetur, ex qua partialitates, tumultuſque in Civitatibus, ac plurima damna Civibus, & Subditis obvenire, paciſque, & quietis beneficio privari ſolent. Et ut corruptela damnabilis aliàs de facto tolerata, quia pro injuriis, & offenſionibus factis Attinentes, & qui de parentela tenentur tam offenſoris, quàm offenſi tales injurias aſſumunt, videlicet quod Attinentes de parentela, & qui reputantur de parentela ejus, qui offenderit, etiam ſe cum offenſore cuſtodiunt dubitante ſe offendi ab offenſo, vel à ſuis de parentela, & ex adverſo Attinentes, & qui reputantur de parentela offenſi dictam offenſionem vendicare cupientes contra injuriantes, & ſuos de parentela offendendo etiam inculpabiles. Huic igitur morbo, & corruptela omninò damnabili providere ſatagentes; Statuimus, & inviolabiliter obſervari decernimus, quod ſi quis de Civitate, Comitatu, & Diſtrictu Faventiæ injuriam, vel offenſam aliquam ſibi factam in alium de parentela habitum, ſeù reputatum, quàm in eum, qui ipſum offenderit vendicare, vel offendere præſumpſerit, vel vendicari mandaverit, ſi quidem vindicta, ſeu offenſa facta fuerit uſque ad mortem, ſi in fortiam venerit capite puniatur, ita quod omninò moriatur, bònaque ejus publicentur, & confiſcentur, & ſi in fortiam non venerit, in perſona perpetuò banniatur cum publicatione bonorum. Si verò vindicta, vel offenſio facta fuerit in alium non offendentem, ut ſupra cum membri amputatione, vel debilitatione, talis vindicans, vel offendens in trecentis aureis condemnetur, quam pœnam, ſi captus fuerit, & non ſolverit infra menſem capite puniatur, ita quod omninò moriatur ut ſupra, & ſi captus non fuerit, in perſona, & bonis ſit perpetuò Bannitus.

Si autem vindicta, vel offenſio facta fuerit abſque membri amputatione vel debilitatione cum ſanguinis tamen effuſione ducentorum aureorum pœna plectatur, quam ſi captus, non ſolverit infra dictum tempus manus dextera ſibi amputetur, & ſi captus non fuerit perpetuò banniatur, & non ſervans exilium capite puniatur, ut ſuprà.

Digitized by Google

Si verò vindicta, vel offenſio commiſſa fuerit ſine ſanguine centum aureorum pœna mulctetur, quam ſi captus infrà dictum tempus non ſolverit manus ſiniſtra ſibi amputetur, ſi autem captus non fuerit perpetuum patiatur exilium, & non ſervans exilium manus ambæ ſibi amputentur,

Et iiſdem pœnis ſubiiciantur etiam omnes, & ſinguli, qui non fuerint de parentela offenſi, nec reputati vendicantes, aut offendentes alium de parentela offenſoris, vel qui de ejus parentela reputarentur, dummodò ille, qui ſic offenderit fecerit animo vendicandi offenſi injuriam ſimiliter puniatur eiſdem pœnis, illis tamen duplicatis in caſibus, in quibus pœnæ ſunt pecuniariæ quicunque offendens, vel qui offenderit, aut alius de ejus parentela exiſtens, vel reputatus, qui durante tali cauſa, ſeu inimicitia reoffenderit offenſum, vel alium de ejus offenſi parentela exiſtentem, vel reputatum non facta tamen vindicta prioris offenſæ.

Et prædictæ etiam omnes pœnæ in forenſibus duplicentur, in caſibus tamen in quibus cadere poteſt duplicatio.

Et ut Civitas, Comitatus, ejuſque Diſtrictus in pacifico ſtatu, unione, & amore efficacius conſervetur, Statuimus, & ordinamus, quod omnes alii de agnatione, vel parentela, vèl qui de parentela reputaretur, tam offendentis, quàm offenſi arma ſumere modo aliquo non præſumant pro quacunque offenſione facta, ſed omnes pacificè vivere ſtudeant, nec pacē, treguam, vel fidantiam aliquam pro dicta offenſione facta petere, aut facere modo aliquo audeant, ſeu præſumant, ſed cuncti virtute præſentis Statuti intelligantur tuti, liberi, & ſecuri, excepto tamen offendente, qui modo aliquo ſit, vel intelligatur liber, vel ſecurus vigore præſentis Decreti. Nec etiam offenſus poſſit cogi, vel compelli ad aliquam treguam, ſeu ſecuritatem, vel cautionem faciendam, vel dandam offenſori ſuo. Et pacem, treguam, vel ſecuritatem aliquam facientes alii de parentelis, tā offendentis, quàm offenſi, & quilibet eorum, pœnam quinquaginta aureorum ipſo jure incurrant, excepto tamen offenſo, qui pacem, treguam, & ſecuritatem pro ſe ſuo offenſori tantùm volens, & non invitus facere impune poſſit. Nulluſque de parentela offendentis ipſi offendenti auxilium, vel favorem præſtare debeat, aut etiam in judicio illum defendere ſub dicta pœna aureorum quinquaginta.

SUMMARIUM.

1 Vindicta tranſverſalis delictum atrociſſimum eſt, & quarè.

CHRISTUS mortem corporalem ſubiit pro ſalute animarum generis humani, eaſque pretio ſui ſanguinis comparavit, n. 1.

2 Pœna vindictæ tranſverſalis quænam ſit tam ex diſpoſitione *Conſtitutionum Apoſtolicarum*, quàm *Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici*, & n. 5.

3 Crimen vindictæ tranſverſalis committitur ab offendente quemcumque propinquum in quovis gradu conſtitutum. Vide n. 6.

4 Amicum offendens committit crimen vindictæ tranſverſalis.

6 Conjunctionis intrà quartum gradum probatio an requiratur, ut intret crimen vindictæ tranſverſalis.

7 Offenſione ſequuta non ex prima, ſed ex alia cauſa ſupervenienti non incurritur crimen vindictæ tranſverſalis.

8 Offenſione ſequuta in pura rixa, vel calore iracundiæ, ac juſto dolore non incurritur crimen vindictæ tranſverſalis.

OBSERVATIO.

Horrida ſævitia, & vindictæ furore ſuccenſi ſanguinem ſitientes aliorum, & præ-
1 tertim innocentium procurant non ſolùm interitum Corporum, ſed etiam Animarum, pro quibus DEI Filius mortem ſubiit corporalem, eaſque pretio ſui ſanguinis comparavit, undè meritò ad tanti ſceleris, & crudelis facinoris immanitatem compeſcendam, & ulciſcendam Statutum fuit per PAULUM II. ut quævis perſona tam Eccleſiaſtica, quam Secularis, cujuſcumque conditionis, & quali-
2 tatis exiſtat quacunque, etiam atroci injuria laceſſita pro ſua, vel amici, aut propinqui injuria vindicanda Patrem, aut Filium, Fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel perſonaliter, offendere præſumpſerit, aut talia fieri fecerit, vel mandaverit crimen læſæ Majeſtatis, rebellionis, ac ſeditionis in Urbe concitatæ Reus cenſeatur, & habeatur, ac uti talis à competentibus Judicibus ſeveriſſimè puniatur, ut in ejus *Bulla in ordine la 4. Bullar. nov.* tom. 1. quæ licet ſit localis pro Urbe ejuſque diſtrictu, ut ex ejus lectura, & notat *Baiard. ad Clar. in pract. crimin. quæſt. 47. nu. 59.* tamen extenſa fuit ad totum Statum Eccleſiaſticum per CLEMENTEM *VII. in ejus Bulla la* 10. *in Bullar novo*, ut notat *Bajard. ubi ſupra*, ac deindè emanavit utriuſque confirmatio, PII *IV. in Bulla la 27. eodem Bullario*, *&* *B.* PII *V. la* 10. pariter *in Bullario novo*, quæ *Conſtitutiones* non ſe reſtringunt ad aliquem gradum propinquitatis, ſed de om-
3 nibus propinquis indiſtinctè loquuntur, ut reſpondit *Spad.* qui ſcripſit in Cauſa Faventina *conſil. 102. nu. 4. verſic. Neque obſtat cum ſeqq. volum. 1.* Immò eaſdem pœnas imponunt of-
4 fendentibus Amicum, & domeſticum, ex quo clarè colligitur, quod Summi Pontifices non conſiderarunt conjunctionem ſanguinis perſonarum offenſarum, ſed dumtaxat genus ipſum delicti de per ſe, ut animadvertit *Spad. ubi ſupra nu. 12.*

In *Bannimentis* verò *Generalibus Status Ec-*

5 *cle-*

5 *cleſiaſtici cap. 32.* diſpoſitum eſt: *E non eſſendo coſa al Mondo più perniciosa alla quiete publica, ne più infame appreſſo ad ogni perſona d'honore, che offendere uno per vendetta d'ingiurie, e diſpiacere ricevuto dall' altro, però eſpreſſamente ordina S. E. che dà qui inanzi neſſuna perſona proſeguendo l'ingiuria fatta à ſe, ò ad altri, ò qualſivoglia attione, ò parola, benche veramente non ingiurioſa, dalla quale ſi muova a riſentimento facci, ò facci fare anco à ſangue caldo ſorte alcuna di vendetta tranſverſale offendendo Padre, Madre, Fratelli, Sorelle, Figlivoli, ò altri attinenti del ſuo Inimico, ò avverſario ſino in quarto grado incluſivè ſecondo la Ragione canonica tanto d'affinità, quanto di cognatione, ò parentela, e qualunque Servitore famigliare, ò vero per titolo d' amicizia, amminiſtrazione, ò in qualſivoglia altro modo dependente dalla perſona offeſa, ancorche l'offeſa non toccaſſe la perſona dello ſteſſo offeſo ſotto le pene contenute nella Bolla di* Clemente *VII. di* Pio *IV. e d'altri Sommi Pontefici nella Bolla publicata contro li Brigoſi & homicidiali, le quali oltre le ſpirituali da imporſi, e dichiararſi dall' Ordinario ſono l'infraſcritte. Che coloro i quali faranno vendetta tranſverſale, incorrano la pena di Ribelli, e di Rei d'offeſa Maeſtà, e d'infamia. Che ſiano incapaci perpetuamente d'ogni dignità, grado, honore, & oltre la confiſcatione de beni, e condennatione capitale ſi debba ancora demolire, e rovinare la Caſa di quel tale, che haveſſe commeſſo delitto così infame, come ſi può pienamente leggere in dette Bolle, alle quali pene S. E. aggiunge quella d'eſſer tale delinquente come traditore indegno del commercio civile, dipinto in luogo eminente, e publico della Città con il capo all' ingiù, & i piedi in sù, deſcrivendoſi à lettere groſſe il nome, cognome ſuo, & il titolo del delitto ſuo à perpetua memoria della ſua ignominia, e per evitare l'eſecuzione di tutte le ſopradette pene non ſuffragarà la minor età, ſe non conſtarà dal proceſſo, che il delinquente ſia minore d'anni venti*, quæ pœnæ, ut intrent requiritur probatio conjunctionis intrà quartum
6 gradum, ut reſpondit *Farinac.* qui pariter ſcripſit in *Cauſa Faventina conſ.* 150. *num.* 15. *volum.* 2. Contrarium tamen, quod comprehendat vindictam tranſverſalem commiſſam in Conſanguineos etiam ultra quartum gradum dixit *Spad. loc. cit. num.* 15. *verſic. Immò cum duobus ſeqq.*

Sed quomodocumque ſit mediante diſpoſitione hujuſmodi *Bannimentorum* non fuit ſublata diſpoſitio prædictarum *Conſtitutionum* indiſtinctè omnes propinquos comprehendentium, ut advertit *Spad. loc. cit. verſic. Hoc igitur firmato cum ſeqq.*

Advertendum, quòd non obſtante offenſione poteſt in variis caſibus evitari delictum vindictæ tranſverſalis, ejuſque pœna ordinaria, & præſertim ſi offenſio ſequuta ſit non
7 ex prima, ſed ex alia cauſa ſuperventa ut firmat *Farinacc. quaſt.* 107. *nu.* 320. ſicuti etiam
8 ſi ſequuta ſit in ipſa rixa, vel calore iracundiæ ex ea ortæ, ac juſto dolore adhuc durante, cum ad eſſentiam delicti vindictæ tranſverſalis requiratur præmeditatio, ac deliberatio animi, ut reſpondit *Farinac. conſ.* 2. *nu.* 7. 11. & 19. *vol.* 1. quem ſequitur *Cherubin. in Compend. Bullar. in Scholio* 2. *ad d. Bullam X.* Clemen. *VII.*

De inſultu.

RUBRICA SEXTA.

QUicunque alium quemquam cum armis ferreis inſultaverit, admenaveritque licet non percuſſerit, decem librarum bononenorum pœnam ſubſtineat. Si verò ipſe inſultans ſe ad percuſſionem præparando manus ad arma poſuerit, non tamen admenaverit in libris quinque puniatur, ſed ſi ſimpliciter abſque admenatione, aut poſitione manuum ad arma inſultum fecerit pœna librarum trium, & ultrà juxtà diſpoſitionem Statuti de pœna armorum puniatur. Inſultus verò cum armis ad domum habitationis inſultati, ſi inſultans ſolus fuerit in libris quinquaginta puniatur; ſi cum ſociis, auctor ſceleris in libris centum, ſocii autem in quinquaginta condemneutur, & in dubio auctor intelligatur, qui primus ad inſultum proruperit. Inſultus autem ſine armis abſque percuſſione in Libris III. puniatur, ubi verò talis inſultus ad domum habitationis inſultati fuerit, in Libris quinque inſultans condemnetur, & ſi cum inſultu verba etiam intervenerint injurioſa in Libris X. bononenorum computata inſultus pœna inſultans puniatur.

SUMMARIUM.

1 INſultus eſt in alium ſaltus.
2 Inſultus idem eſt, ac alium aggredi.
3 Inſultus commiſſus, ut dicatur requiritur motus de loco ad locum.
4 Et adeò inſultans ſit propinquus inſultato, ut poſſet ipſum verberare, ſi vellet.
5 Criminis inſulti pœna impoſita à *Bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici*, quæ ſit.
6 Inſultans, ſeu Aggreſſor quiſnam dicatur, remiſſivè.
7 Aggreſſor, ſeu Inſultans ſi ignoretur quomodò procedatur, remiſſivè.
8 Inſultatus, ſeu aggreſſus occidens inſultantem, qua pœna puniatur, remiſſivè.
9 Moderamen inculpatæ tutelæ, quando ſervatum dicatur, & circà quæ verſetur.
10 Alapa percutiens provocantem verbis injurioſis qua pœna puniatur.
11 Inſultatus in diſcrimine vitæ conſtitutus poteſt

teſt Inſultantem impunè occidere, dum aliter propriam perſonam, & honorem defendere non poteſt.

12 Nec tenetur cum ſuo dedecore fugere, etiamſi togatam vitam profiteatur.

13 Percutiens Clericum ſe defendendo, ſi excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, licet incurrerit excommunicationem ratione exceſſus, tamen non tenetur a dire Sedem Apoſtolicam pro obtinenda abſolutione, ſed poteſt abſolvi ab ejus Ordinario.

14 Epiſcopus abſolvere poteſt excommunicatum ob levem Clerici percuſſionem etiam ad forum contentioſum deductam.

15 Percuſſio levis, & quænam gravis dicatur adhoc, ut Epiſcopus poſſit abſolvere ab excommunicatione Clerici percuſſorem, remiſſivè.

OBSERVATIO.

1 INſultus eſt in alium ſaltus, ut docet *Bart.
in l. Reſpiciendum §. Delinquunt nu.1. ff. de
Pœnis, Bald. in cap.1. §. Similiter Quibus mod.
Feud. amitt. Carpan. ad nov. Conſtitut. Mediolan.
cap. Homicida nu.1088. Thor. vot. 86. n.1.
par.1. Peguer. dec.21. nu.3. Muta dec.36. n.11.*
2 Ac idem eſt, ac alium aggredi *Carpan. ubi ſupra*. Unde, ut dicatur commiſſus requiritur
3 motus de loco ad locum, ut dixit *Boſſ. de inquiſit. num.119.* quem refert, & ſequitur *Peguer. loc. cit.*

Et adeò inſultans ſit propinquus inſultato,
4 ut poſſet ipſum verberare ſi vellet, juxtà doctrinam *Bald. loc.cit. Bajard. ad Clar. in pract. crimin. quæſt.83. nu.27.*

Pœna hujus criminis ſtatuta legitur in *Bannimentis Generalibus Status Eccleſiaſtici*
5 *cap.26.* Ibi: *E ſe alcuno, come ſopra ſarà ad altri inſulto con armi, ſe trà Cittadini incorra l'Inſultante nella pena di ſcudi 50. ſe trà Contadini, e Plebei di ſcudi 25. ma ſe l'inſulto ſarà fatto da perſona plebea, ò Cittadino, e Gentil' huomo ò con qualità aggravante in Caſa propria dell' inſultato, ò in Chieſa, luogho ſagro, ò In Palazzo, ò inanzi à Giudici; Magiſtrati, ò vero altri Offiziali, come ſopra, la pena pecuniaria s'intenda duplicata, & in oltre di trè tratti di corda in publico, & anco della Galera ad arbitrio del Giudice conſiderata la qualità del caſo.*

In hac materia, ut plurimum circa duo verſari ſolet major difficultas, nempè primo
6 quiſnam dicatur inſultans, ſeu aggreſſor, quem articulum examinant præcæteris *Farinacc. conſ. 142. nu. 2. & quæſt. 125. num. 436. cum pluribus ſeqq. Adden. ad eundem Farinacc. conſ.6. lit. D. Mattheu, & Sanz. de re criminal. controverſ.22. per tot. Menoch. de arbitrar. caſ. 363. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 71. cum ſeq.* Et quatenùs non conſter, quis fuerit
7 aggreſſor quomodò procedatur vide *Farinacc. d. qu.125. n.484. cum pluribus ſeqq.*

Secundò qua pœna puniatur Inſultatus ſi
8 Inſultantem occiderit, pro cujus articuli deciſione examinatur, quandò dicatur ſervatum moderamen inculpatæ tutelæ, quod conſiſtit circa tria, videlicet circa modum, tempus, & cauſam, ut præ cæteris declarat *Vulp.*
9 *prax. Forj Eccleſiaſt. cap.1. num.41.* vel potiùs exceſſum, quæ materia latè diſcutitur à *Farinacc. cit. quæſt.125. nu.267. cum ſeqq. juncto n.330. cum ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 490. cum ſeqq. Guazzin. ad defenſ. Reorum defenſ.29. cap.4. Valenzuela. conſ. 142. nu.1. cum ſeqq. ac nu.162. cum ſeqq. volum.2. Thor. vot.96. n.22. cum ſeqq. par.1.* ubi de percutiente alapa pro-
10 vocantem verbis iniurioſis, *Carpzon. pract. crimin. par.1. quæſt.30. cum ſeq. Poſſent. ſingular, 391. centur.4. Mattheu allegata controverſ.22. Thor. d. vot. 86. & Muta dec. 36.* Regulare tamen eſt, quod inſultatus in diſcrimine vitæ conſtitutus poteſt inſultantem, ſeu
11 aggreſſorem impune occidere, juxta diſpoſitionem *Text. in l. Is, qui aggreſſorem C. Ad leg. Cornel. de Sicar. ibique Scribentes, Cenſal. deciſ. Lucenſ. 21. nu.14. cum aliis allegandis infrà in Obſervat. ad Rubr. XII.* Nec tenetur cum
12 ſuo dedecore fugere, etiam ſi Togatam vitam profiteatur, dum alitèr propriam perſonam, & honorem defendere non valeat, ut rejecta contraria opinione, & ſequendo *Sot. Navarr. Valent. Tanner. Turian. Eſcobar. Azor. Gomez. Molin. Dian.* tenet *P. Caraſa de Duello tract. 3. ſect.2. quæſit.10.*

Notandum, quod cum ſecundum communem opinionem aggreſſus ſe defendendo ſi excedat moderamen inculpatæ tutelę non debeat puniri pœna ordinaria delicti, ſed arbi-
13 trio Judicis, infertur quod ſi quis excedens verberet Clericum, licet ſit excommunicatus propter exceſſum, non tamen tenetur ire ad Sedem Apoſtolicam pro obtinenda abſolutione ab excommunicatione incurſa, ſed poteſt abſolvi ab ejus Ordinario, ea ratione quia ſi teneretur adire Sedem Apoſtolicam puniretur pœna Ordinaria delicti, quod non eſt permittendum, ut docent *Carol. de Graſſ. de effect. Clericat. effect.9. nu.265. & Vulp. de Foro Eccleſiaſt. cap.1. nu.42.*

Notandum etiam quod Epiſcopus própter levem Clerici percuſſionem ad Forum con-
14 tentioſum deductam poteſt abſolvere ab excommunicatione incurſa, ut reſpondit *Sac. Congregatio Concilii 26. Aprilis 1687.* juxta reſolutionem regiſtratam *in Synodo Nonantulano Eminentiſſimi Cardinalis de Angelis Appendic.3. nu.44.* Quænam autem dicatur ad hunc
15 effectum percuſſio gravis, & quænam levis traditur per *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. par.2. allegat. 41. num.2. cum ſeqq. Vulp. prax. for. Eccleſ. cap. 1. nu.38. cum ſeq. Del Bene de Immunit. Eccleſ. vol.1. cap.2. dub.4. ſect.19. cum aliis per eos allegatis.*

ADDIT. AD RUB. VI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Inſultatus cum ſuperchiaria poteſt fugere abſque ignominia.

2 Percuſſio facta Clerico in Platea, vel in Eccleſia etiam leviter, dicitur atrox injuria, ita ut percutiens non poteſt abſolvi ab Epiſcopo.

3 Percutiens Clericum alapâ, in via publica Civitatis coram multitudine perſonarum non poteſt abſolvi ab Epiſcopo.

Num. 12. Inſultatus ita ut ſe defendere non poſſit poteſt fugere abſque ignominia ut docet *Il*
1 *Conte Landi vol. 1. lib. 2.* ibi " *la fuga non apporta infamia, ne diſonore, quando ſi fuggiſſe per cagione di ſuperchiaria, non potendo l'inſultato reſiſtere alla moltitudine dell' Averſarii, overo per trovarſi diſarmato, & il Geſſi nella Spada d'onore par. 4. nu. 27. ibi chi fugge da ſuperchiaria non s'allontana dal valore; il fuggire non è ſempre infamia, quando ſi fa neceſſariamente, opportunamente e con prudenza.*

Num. 14. Clericus percuſſus in Platea, vel in Ec-
2 cleſia etiam leviter " dicitur atrociter injuriatus, & percuſſio non poteſt dici levis, ideòque non poteſt abſolvi ab Epiſcopo percutiens ut cum aliis firmat *Murga de Benefic. qu. 10. num. 130.*

Percutiens alapâ Clericum in via publica
3 Civitatis coram multitudine " hominum aſſiſtentium pilæ ludo non poteſt abſolvi ab Epiſcopo, ut docet *Murga loc. cit.*

De Percuſſionibus, & vulneribus.

RUBRICA SEPTIMA.

Ut quos virtutis amor à malo non retrahit, ſeveritas coherceat diſciplinæ, Decernimus quod ſi quis aliquem ſine armis, ſed manu tantum clauſa, vel aperta in vultu, vel capite cum ſanguinis effuſione percuſſerit in libris quinquaginta condemnetur, ſi ſine ſanguinis effuſione in lib. XXV. ſi verò in alia parte corporis cum ſanguine tamen fuerit percuſſio in lib. X. ſi ſine ſanguinis effuſione in libris quinque puniatur, & qui injuriandi cauſa alium per pannos cæperit, indumentaque effregerit, aut calce percuſſerit, aut per capillos traxerit, decapilaverit, vel dilaniaverit pœnam lib. X. quolibet dictorum caſuum patiatur. Si verò citrà indumentorum fracturam quis alium per pannos ceperit in lib. quinque puniatur, qui autem alium per pannos vel capillos, vel alio quovis modo talem intulerit vim, quod ipſum in terram cadere fecerit in lib. XXV. puniatur. A qua tamen pœna minorem decem, & octo annis excipimus, ſed ipſum ſic minorem, dummodò quartum decimum exceſſerit annum dimidiam tantum talis pœnæ ſuſtinere volumus. Porrò ſi quis quemquam cum lapide, fuſte, aut re alia præterquam armis ferreis percuſſit, ubi membri ſequatur debilitatio librarum centum bononenorum pœna imponatur, ſi citrà membri debilitationem, cum ſanguinis tamen effuſione fuerit percuſſio in vultu, aut capite in libris quinquaginta puniatur. Si verò ſanguinis non intervenerit effuſio, aut in alia parte corporis percuſſio cum ſanguinis effuſione inferatur, lib. XXV. bononenorum pœna percuſſori imponatur, & ſi ſine ſanguinis effuſione percuſſio in alia parte corporis, præter quam vultu aut facie fuerit, percutiens in lib. quinque bononenorum condemnetur. Et ut pœna decenti cognoſcat quantum exceſſerit qui graviores intulerit injurias, decernimus, quod ſi quis aliquem cum armis ferreis in capite, vel vultu cum ſanguinis effuſione vulneraverit, aut in alia parte corporis, & ex eo vulnere membri ſequatur debilitatio ducentarum librarum pœnam patiatur, ſi verò, vultu, vel capite vulnus ſine ſanguinis effuſione cum carnis, etiam livore fuerit, in libris centum percutiens puniatur, & ubi in alia parte corporis ſine membri debilitatione cum ſanguinis tamen effuſione fuerit percuſſio, librarum quinquaginta, ſi ſine ſanguine lbr. XXV. pœna imponatur.

SUMMARIUM.

1 Percutiens alium alapâ, ſeu manu vacua gravem, & atrocem injuriam affert, & quare. Ampl. n. 3. Vide n. 6.

Percuſſione cum alapa, vel pugno poteſt contingere mors, num. 1.

Alapâ percutiuntur pueri, n. 1.

Homicidium committens percutiendo cum alapa, vel pugno punitur pœna extraordinaria, n. 1.

2 *Chriſtus* in ejus paſſione acerbiſſimum dolorem accepit ex alapa ſibi in Domo Annæ data.

4 Percuſſus alapa percuſſorem occidere poteſt, ſi aliter alapam evitare nequit.

5 Percuſſus alapa percutientem ad honorem recuperandum incontinenti invaſorem fugientem repercutere poteſt.

6 Alapa percutiens, qua pœna ſit puniendus remittitur arbitrio Judicis, qui ponderare debet qualitatem tam percutientis, quàm percuſſi, necnon cauſam, locum, & tempus.

7 Et quid ex diſpoſitione *Bannimentorum generalium Status Eccleſiaſtici.*

Percutiens pede, ſeu ut vulgò dicitur *calcio* qua pœna puniatur, n. 7.

8 Exilii pœna punitur alapa percutiens; maximè ſi

mè ſi data ſit in rixa, num. 14.

9 Pœna pecuniaria punitur percutiens alapa Clericum.

10 Mortis pęna imponi poteſt alapa percurienti, inſpecta qualitate perſonæ, cauſæ, loci, & temporis.

Judicem, vel Magiſtratum alapa percnriens pœna mortis poteſt puniri, n.16. Contrarium, nu.11.

12 Amputarionis manus pœna practicata fuit in caſu percuſſionis alapa illata in Palatio Proregis Neapolis.

13 Relegatio temporalis percutienti alapa Miniſtrum Eccleſiæ eſt pœna ſufficiens.

15 Excuſandus, qui verbis injurioſis provocatus alapa provocantem percuſſit.

Defenſiò omni jure eſt permiſſa, nu.15.

Pro defenſione honoris licitum eſt occidere adverſarium, nu.15.

In primis motibus quis non eſt in ſua poteſtate, num.15.

16 De offenſione mediante alapa, vide ibi tractautes mareriam juxta humanam, ſeu mundanas Leges Equeſtrea.

17 Mentitam, aliaſque iniurias verbales an deleat alapa, remiſſivè.

18 Confirmato dari ſolet alapa, & quarè, ac de origine, & cauſis huius Ritus.

19 *Legum Ripuariorum* mandantium dari alapam reſtibus, remiſſivè.

20 Miles dum quis olim creabatur per Magnum Magiſtrum alapa percutiebatur, & quarè.

Aſſeclæ Imperatoris datur per Præfectum Equitum gautata, dum ei traduntur arma, & veſtimenta nu.20.

OBSERVATIO.

ALapâ ſeu manu vacua alium percutiens
1 graveni, ac atrocem iniuriam,& igno-
miniam affert ea ratione, quia tanquàm puer
cenſetur tractatus, cum alapa percuti ſoleant
pueri, ut latiſſimè reſpondit *Valenzuel.
conſ.*142. *num.*49. *cum pluribus ſeqq. volum.* 2.
Farinacc. qu. 105. *un.* 207. *juncto uu.* 210. ubi
poſt relatam contrariam opinionem hanc di-
cit veriorem *Paſchal. de Virib. patr.pot.par.*1.
cap. 10. *nu.*61. *Thor. vot.* 96. *num.*1. *cum ſeqq.
par.*1. *Baron. de Effect. inimic. iu prælud. n.*88.
*Panimoll. in annot.*1. *nu.*30.*ad deciſ.*16. Et po-
teſt etiam ex hujuſmodi percuſſione cum ala-
pa, vel pugno facta in capite, vel in ſtoma-
cho, vel in pectore, vel in regione hepatis
contingere mors ob ruptionem, & laceratio-
nem aliquorum internorum vaſorum capiris,
vel ob cerebri validam concuſſionem, ex qua
epilepſiam, apoplexiam, cathochum, letar-
gum, & ſimiles affectus ſuſcitari facillimum
eſt; vel ob exquiſitum partis ſenſum, ur in
ſtomacho; maximè ſi percutiens ſit fortis,
percuſſus verò debilis, ut firmat, ac etiam
variis exemplis comprobat *Zacch. quaſt. Me-
dicolegal. lib.*5. *tit.*2. *quaſt.*10. *nu.*1. *cum ſeqq.*
ubi *n.*6. allegando *Text. in L.*1. *§. Divus Adria-
nus ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.* ſubdit, quod
non ramen iſto caſu puniendus eſt pœna or-
dinaria, ſed mitius ex eo, quod non præſu-
mitur eo modo percutienrem habuiſſe ani-
mum deliberatum occidendi.

Quod comprobarur animadvertendo,
Christum in ejus paſſione accerbiſſimum do-
2 lorem accepiſſe ex alapa ſibi in Domo Annæ
data, patienter reſpondendo *Si male locutus
ſum teſtimonium perhibe de malo, ſi autem benè,
cur me cedis?* ut non ſine magno luctu notat
*Viv. dec.*46. *n.*4. *Thor. ubi ſupra n.*12.

Idque procedit non ſolùm ſi percutiatur
Nobilis, verùm etiam ſi ignobilis, & ſive ſit
3 Laicus, ſive Clericus, ut tener *Farinacc. cit.
u.*210. *Thor. allegat. vot.* 96. *u.*10.

Et adeò gravis reputatur injuria, ut ſi quis
alapam evitare non poſſit, niſi percuſſorem
occidendo, eum occidere poterit *Bombin.
4 conſ.*11. *nu.*39. *conſ.*19. *nu.*4.41. *ac* 50.*Hector.
Felic. allegat.* 13. *nu.*8. *par.* 1.*Giurb. conſ.* 84.
*ſub nu.*17. quos refert, & ſequitur *Thor. cit.
vot.* 96. *nu.*4. *juncto uu.*7. *cum ſeq. Pater Cara-
fa de duello tract.* 4. *ſect.* 5. *quaſit.* 1. *Contr. di-
ſcept. forenſ* 74. *un.*2. Undè multò magis po-
terit alapa percutientem ad honorem recu-
5 perandum incontinenti invaſorem repercu-
tere, fugientem inſequi, ac etiam occidere,
ut examinato articulo, & reprobata contra-
ria opinione tenet *Pater Carafa dicta ſect.* 5.
quaſit. 2.

Pœna autem infligenda alapa percurienti
repoſita viderur in arbitrio Judicis, ponde-
6 ratis qualitate tàm percutienris, quàm per-
cuſſi, cauſa, loco, & tempore, nam inſpe-
ctis his qualitatibus, & circumſtantiis inju-
ria judicatur atrox, vel minus atrox; ut ſta-
tuit *Juſtinianus in §. Atrox Inſtitut. de injur.*
docent *Quintiliau. lib.*6. *inſtitut. Orator cap.*1.
*de Concluſione, ſeu peroratione Gutierez. conſ.*24.
*nu.*18. *Barou. de Effect. inimic. in prælud. n.*78.
& in noſtris terminis *Valenzuel. dicto conſ.* 142.
*nu.*47. *cum ſeq. Gargiar. de Alapa cap.* 5. *uu.*2.
*in fine, ac Cortiad. dec.*99. *nu.*42.

Pront etiam Statutum legitur in *Banni-
mentis Generalibus Status Eccleſiaſtici cap.* 23.
ibi: *Item ordina, e comanda, che ſe alcuno da-
rà, ò percuoterà altri con mano vacua, o pugno,
ò calcio ſenza ſangue incorra nella pena di ſcu-
7 di* 25. *ſe però ſarà trà Contadini., e Plebei, ma
ſe trà Cittadini nella pena di ſcudi* 50. *& altre
etiam corporali ad arbitrio del Giudice, e ſe con
ſangue il doppio. E ſe un Plebeo, ò Contadino
percuoterà come ſopra un Cittadino, e Gentilhuo-
mo, ò con ſangue, ò ſenza, caſchi in pena di ſcu-
di cento, e di trè tratti di corda in publico, &
anco della galera per cinque anni ſecondo la qua-
lità del caſo, e delle perſone ad arbitrio del Giu-
dice*. Advertendo, quod licet pro hujuſmodi
delicto imponenda ſit pœna exilii, ut refert
deciſum per *Regiam Audientiam Capitaniatæ,
8 & Sac. Conſilium Thor. Compend. deciſ. par.* 1.
*in verbo Alapam, & dicto vot.*96. *nu.*14.*Ricc.
deciſ. Cur. Archiepiſc. Neapol. par.*1. *deciſ.* 31.
*num.*4. *verſic. Hinc*. Ac ſola pœna pecuniaria

9 vi-

9 videtur ſufficiens etiam contra offendentem
alapa Clericum, ſi ſecuenda eſſet opinio *Viv.
deciſ.46. lib.1.* qui contra communiorem ſen-
tentiam conatur defendere, hanc eſſe levem
injuriam.

Attamen extendi valet arbitrium Judicis
etiam ad mortem concurrente circumſtan-
tia, cauſæ, temporis, perſonæ, loci, maxi-
10 mè conſulto Principe, pleniſſimè reſpondit
*Valenzuel. dicto conſ. 142. nu.49. cum pluribus
ſeqq.* ut de eo, qui in ſcalis Eccleſiæ Jeſus ala-
pa percuſſerat faciem pueri, qui vitio nefan-
do conſentire noluerat teſtatur *A Ponte de
Poteſt. Proreg. tit. de Proviſ. fieri ſolitis* §. 2.
n.13. cum ſeqq. de Auriga, qui in rixa in atrio
Regii Palatii Urbis Panormi in parte infe-
riori ante ipſas Militum excubias alapam in-
fixit alteri Aurighæ, ex quo delicto condem-
natus fuit in pœnam relegationis in Inſulam
Pantellariæ per quadriennium *Hieronymus Ba-
ſilico deciſ. Siciliæ 14. per tot.* & de furca ſu-
ſpenſo ob alapam datam in Palatio Papæ di-
xit *Caſſan. in Cathalog. glor. mund. par. 5. con-
ſid. 25. relat. per A Ponte ubi ſupra n.17.* & de
eo, qui dederat alapam Juſtitiario Graſciæ
Civitatis Neapolis, dum ejus Officium exer-
cebat proſequitur *A Ponte loc.cit. n.18.* quem
cum aliis ſequitur *Baron. de Effect. inimic. in
prælud ſub nu.88. Thor. in dicto Compend. verbo
Alapa verſ. ſed Ego,* ubi teſtatur vidiſſe, quem-
dam Doctorem fuiſſe decollatum, & ei manum
amputatam, eo quia alapam dederat Juſti-
tiario Civitatis Nobiliſſimo, & *allegat. vot.69.
ſub nu.14. cum ſeq. Riec. dicta deciſ.31. num.4.
verſ. Tamen cum ſeq.* ubi quod inferens Offi-
ciali, ſeu Judici alapam punitur pœna mortis
*Gargiar. de Alapa cap.5. n.2. Cortiada dec. 99.
nu.42. Caſtill. dec.171. num.3. cum ſeqq. juncto
nu.27. lib. 2.* licèt pœna mortis ſi infligatur
alapa offendenti Judicem, vel Magiſtratum
11 nimis dura, & rigoroſa videatur *Carpzov.
pract. crimin. par.2. qu. 100. n.13.*

Practicata tamen fuit pœna amputationis
manus etiam in caſu percuſſionis illatæ alapa
12 in Palatio Proregis Neapolis teſtatur *Frecc.
in lib.1. tit. de Magn. Seneſc n.6.* relat. per *Pont.
loc.cit. ſub nu.17.* & relegatio temporalis in
13 caſu percuſſionis alapa Miniſtro Eccleſiæ te-
ſtatur *Carpzov. ubi ſupra n.14.*

Prout exilium judicandum videtur ſuffi-
ciens pœna illius, qui in rixa alapam dedit
14 Officiali, ut reſpondit *Borell. conſ. 24. Thor.
allegat. vot.96. nu.15.*

Immo omninò erit excuſandus, qui verbis
iniurioſis provocatus alapa provocantem
15 percuſſerit, cum defenſio omni iure permiſſa
ſit, & pro defenſione & reparatione honoris
licitum ſit etiam occidere adverſarium, ac ob
primos motus, quis non ſit in ſua poteſtate,
ut ratiocinando comprobat *Thor. cit. vot.96.
nu.22. cum ſeqq.*

Cæterum circa caſus in hac materia oc-
currentes, & decidendos iuxta humanas, ſeu
16 mundanas Leges Equeſtres videndi ſunt *Ca-
millo Baldi Congreſſi Civili, Gio: Baptiſta Poſſe-
vino dialogo dell' honore, Geronimo di Urrea
Dialogo del vero honore Militare, Gio: Franceſco
Birago Diſcorſi Cavallereſchi,* idem *Conſigli Ca-
vallereſchi,* cum ſimilibus, qui præter alios
17 examinant, an alapa deleat mentitam, aliaſ-
que iniurias verbales.

De alapa, qua confirmatus in maxilla cedi
ſolet, ut memor ſit ſuſcepti SACRAMENTI, vide
18 *Joſeph. Vicecom. Obſervat. Eccleſiaſt. lib.2. tract.
de Antiqu. confirmat. Ritib. lib. 2. cap. 12.* ubi
etiam latè de huiuſmodi ritus origine, &
cauſis.

Et de alapa dari iuſſa in *legibus Ripuario-
rum tit.60. §.1.* iis, qui in teſtes advocaban-
19 tur, ut memores eſſent rei coram ipſis geſtæ
vide *Carolum Dufreſne in Gloſſar. med. & infim.
latinitat. verbo Alapa.*

Non ommittendo antiquam narrationem
anno 1260. conſcriptam, in qua deſcribuntur
ritus ſervari, tunc ſoliti in creatione Militis,
20 & præcæteris poſtquàm veſtimentis, & or-
namentis Militaribus fuerat indutus, Ridol-
phinus (qui gerebat vices Magiſtri Ordinis,
de more dedit illi gautatam hoc eſt Alapam)
& dixit illi *Tu es Miles Nobilis Militiæ Eque-
ſtris, & hæc gautata eſt in recordationem illius,
qui te armavit Militem, & hæc gautata debet
eſſe ultima injuria, quam patienter acceperis,*
refert *Franciſcus Redus in Annotat. ad ſuum
Ditirambum Bacchi Etruſci Italicè ſcriptum pa-
gina 153.* Idemque à fide dignis audivi pra-
cticari etiam hodiernis temporibus in Aula
IMPERATORIS, dum aliquis Nobilis puer de-
claratur Aſſecla Cæſareæ Maeſtatis, eique
per Præfectum Equitum traduntur arma, &
indumenta.

ADDIT. AD RUB. VII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 PErcuſſio alapa facta affert ignominiam, & dicitur atrox injuria.

2 Percutiens alapa punitur pœna exilii.

3 Percutiens Prætorem, vel Officialem plectendus eſt pœna mortis.

4 Dans alapam Miniſtro Eccleſiæ debet relegari per biennium.

5 Dans alapam Sacerdoti, vel Clerico in Sacris quomodo puniatur.

6 Controverſiæ occaſione iniuriarum factarum verbis, vel facto quomodo decidendæ in juxta leges Equeſtres & humanas remiſſivè.

7 *D. Marchio Joannes Joſeph Urſus* laudatur.

Num. 1. Percuſſio facta cum alapa affert igno-
1 miniam, & dicitur atrox injuria * ut aliis re-
latis tradit *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4.
Rubr.30. nu.1.*

Num. 8. Percutiens alapa punitur pœna exi-
2 lii* *Raynal. obſerv. crim. cap.10. §.7. n.2. vol.1.*

Num.10.

*Num.*10. Percutiens Prætorem, vel Officialem
3 debet plecti pæna mottis * *Raynald. obſerv. crim. cap.*2. §. 7. *n.*18.

Dans alapam Miniſtro Eccleſiæ debet re-
4 legari per biennium * *Raynald. obſerv. crim. cap.*10. §.8. *nn.*72. *vol.*1.

Dans alapam Sacerdoti vel Clerico in Sa-
5 cris quomodo puniatur *vide *Raynald.obſerv. crim.cap.*1.§.10.*n.*35.*vol.*1.

*Num.*12. Idem firmat *Raynald.obſerv.crim.cap.*1. §. 10. *nu.*25.

Num. 15. Controverſiæ ſecundum leges Eque-
6 ſtres quomodo decidendæ ſint videndus * liber *D. Equitis Scipionis Maffei inſcriptus Della ſcienza chiamata Cavalareſcha*.

Non ommittendo innuere, quod circa controverſias, quæ frequenter occurrunt inter Nobiles, & alios ob injurias illatas verbis, vel facto, pro illis iuſte componendis, & terminandis univerſaliter recurritur ad *D. Mar-*
7 *chionem Joannem Joſeph Urſum* * *Patritium Bononienſem* tanquàm in hac materia Equeſtre integerrimum, & peritiſſimum Judicem & Arbitrum, ac Arbitratorem, cuius iudicio etiam exteræ Nationes aquieſcunt; Non deficiunt in eodem *D. Marchione* alia ornamenta Scientiarum, ut patet ex duobus eius *libris impreſſis*, nempè uno, in quo defendit eloquentiam Italiam contra cenſuram quorundam Gallorum, & altero continente Epiſtolas ſcriptas Nobili mulieri, in quibus defendit prædictum eius opus impugnatum.

RUBRICA VIII.

De Forenſe offendente aliquem Faventinum.

ORdinamus, ſtatuimus, & declaramus, quod ſi aliquis Forenſis (A) offenderit aliquem Civem Faventiæ, comitatinum, aut diſtrictualem cùm armis, & ſanguinis effuſione in Civitate Faventiæ, ejuſque comitatu, ſeù diſtrictu, aut etiam alibi, (B) quod ei manus abſcindatur, ità ut penitùs à brachio ſeparetur. Si verò percuſſio fuerit ſine ſanguine, tunc in duplum condemnetur talis Forenſis ejus, quo condemnaretur Civis, vel diſtrictualis ſic delinquens, quam pœnam ſi non ſolverit detrudatur in Carceribus ibidem permanſurus donec pœnam prædictam integrè perſolverit, & à quibus relaxari non valeat modo aliquo, ſeù quovis prætextu, donec dicta pœna integrè perſoluta fuerit. Et intelligatur forenſis in hoc caſu, qui non ſit Civis, ſeu de diſtrictu Faven. aut habitator in dicta Civitate, ſeù diſtrict uper decem annos tunc jam præteritos, & qui non ſuportaverit, nec ſuportet onera dicti communis, ſalvis ſemper aliis Statutis, Legibus, & Decretis majores, & graviores pœnas imponentibus, quibus per præſens Statutum non intelligatur derogatum.

SUMMARIUM.

1 FOrenſis dicitur qui de foris venit.
2 Forenſis dicitur qui eſt alterius fori, Civitatis, vel loci utentis diverſis Legibus, & Statutis, & non eſt de corpore Civitatis, vel loci, utpotè quia non ſit Civis, vel Incola, licet ſit de eodem dominio.
3 Forenſis dicitur, qui derelicto loco originis ſe una cum tota familia, & ſubſtantia aliundè ſe tranſtulit, ibique continuò habitavit.

Originis locus, & domicilium quandò dicatur derelictum, nu.3.
4 Origo naturalis licet amitti nec valeat, tamen effectus, & commoda perduntur deſertione habitationis ipſius originis.
5 Forum in criminalibus ſortitur ex delinquentis origine, domicilio, & loco commiſſi delicti. Vide ibi remiſſivè.
6 Forum non ſortitur ex perſona offenſi.

Statutum diſponete non poteſt extrà Territorium in perſonis ſibi non ſubditis, n.6.

Statutum *Faventiæ lib.*4. *Rubr.VIII.* imponens graviorem pœnam offendenti Faventinum etiam alibi, quàm in Civitate, & diſtrictu non valet ex defectu juriſdictionis, n.6.

OBSERVATIO.

A FOrenſis tàm dicitur, qui venit de foris, ut
1 tradit *Alex.conſ.*34.*n.*5. *Dec.conſ.*661.*n.*5. *Rimin.jun.conſ.*353.*n.*9.*verſ.Nam forenſis lib.*4. *Contr.diſcept.forenſ.*14.*nu.*11. *Actolin.reſolut.*8. *n.*4. & ſic qui eſt alterius fori, Civitatis, vel loci utentis diverſis Legibus, & Statutis, &
2 non eſt de corpore Civitatis, vel loci, cùm non ſit ibi Civis, nec Incola *Alex.loc.cit.Dec. conſ.*550.*n.*8.*jun. conſ.*661.*n.*5.*Actalin.ubi ſupra num.*3.*cum quinque ſeqq.Surd.dec.*330.*nu.*1.*cum duob.ſeqq.Conciol.ad Statut.Eugub.lib.*4.*Rub.*65. *n.*2. licet ſit de eodem Dominio, ut proſequitur *Conciol.loc.cit.Roccha Epiſcopus Iſclanus diſput.Juris ſelect.cap.*82.*n.*11. ubi firmat, quod non dicitur forenſis Civis alterius Caſtri ſubiecti eidem Civitati. Quam qui derelicto loco originis ſe unà cum tota familia, & ſubſtantia aliundè ſe tranſtulit, ibique continuò habitavit, ac ſedem poſuit, cùm exindè pro-
3 betur habuiſſe animum mutandi domicilium, & deſerendi locum originis, ut firmant *Alex. loc.cit.Cephal.conſ.*246.*nu.*24.*vol.*2.*ac conſ.*547. *n.*34.*vol.*4.*Honded.conſ.*5.*nn.*26.*cum ſeqq.vol.*1. & reſpondit *Rot.diverſ.dec.*527.*nu.*1.*par.*1.*cor. recol.mem.Coccin. dec.*2345.*nu.*1. *& cor.Duran. dec.*31.*nn.*10. Et illo caſu quamvis naturalis origo amitti non valeat, attamen effectum, & commoda indè reſultantia perduntur deſertione habitationis ipſius originis, *ex mox allegatis*.

Forum in criminalibus ſortitur ex tribus cauſis nempè delinquentis origine, vel domi-
B cilio, ac loco commiſſi delicti *l.*3. *ff. de Offic. Præſid.l.*1.*&* 2.*C.Ubi Senat.vel Clariſ.l.*1.*&* 2. *ac auth.Qua in Provincia C.Ubi de crim.ag.oper. Clar.pract.crimin.q.*38.*nn.*1.*& quæſt.ſeq.pariter nu.*1.

Digitized by Google

n.1.cum ſeqq.Farinac.q.7.n.1.cum ſeq.Caball.reſolut.crimin.caſ.3.nn.7. Guazzin.ad defenſ.Reor. defenſ.1.cap.26.nu.1.Scialoya de foro comp.c.38. n.1.& Conciol.reſolut.crimin.in verbo Forum reſolut.1. & reſolut.4.utrobique nu.1. qui varias ampliationes, adducit circa hanc materiam, & pręcipuè quinam Forus ex prędictis ſit potentior, & præferendus, & latè *D. Raynald. obſerv.crim.cap.7.§.6.*

Non autem ſortitur ratione perſonę offenſę,
6 undèStatutum noſtrum imponens graviorem
pœnam offendenti Faventinum etiam alibi, quàm in Civitate, & diſtrictu non valet ex defectu juriſdictionis, cùm nequeat diſponere extraTerritorium in perſonis ſibi non ſubditis, ut in terminis ſimilis Statuti Peruſini tenet *Bart.in l.Ne quid ſub n.7.ff.de Incen. ruin. naufrag.& in l.Cunctos populos ſub nu.44.cum ſeqq.C.de Summ.Trinit.& Fid.Catholic.* latiſſimè diſcuſſo articulo reſpondit *Caball.cit.caſ.3.per tot.juncto caſ.250.n.15.*quem ſequitur*Scialoya loc.alleg.n.71.& Conciol.ad Statut.Engub.lib.4. Rub.65.n.1.*

De Pœna frangentis Pacem, vel Treguam.

R U B R I C A N O N A.

QUicunque Pacem, vel Treguam fregerit homicidium committendo ſi venerit in fortiam Communis Faventiæ capite puniatur, & bona ejus publicentur, & ſi non venerit ponatur in perpetuò Banno in pœnam capitis cum bonorum publicatione, ſi verò vulneraverit, vel aliter percuſſerit pœna quadrupli puniatur ejus, in quo condemnari deberet per formam Statutorum ſi Pax non interveniſſet, ſalvis tamen ſemper pœnis conventionalibus in Inſtrumentis Pacis, & Treguæ inter partes appoſitis, quibus per præſens Statutum non intelligatùr derogatum.

S U M M A R I U M.

1 PAx eſt optima rerum omnium.
Pax relicta fuit pro pretioſa hæreditate à DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO, & per ſuos Diſcipulos univerſis annunciari demandata, nu.1.

2 Bella ſeditiones, latrocinia, lites, cæteraque mala non contingerent, ſi omnes eſſent amici.

3 Frangens pacem graviſſimè delinquit.
Frangens pacem pœna capitis punitur, ſi homicidium fuerit commiſſum,& delinquens carceratus; Si verò aufugerit bona mobilia publicantur, immoblia verò relinquuntur hæredibus, delato priùs ipſis juramento, ut nullum emolumentum delinquenti prę-ſtent, nu.3.

4 Et ſi non occiderit, ſed tantùm vulneraverit, manus amputatur.

5 Et ſi ſine ſanguinis effuſione percuſſerit, vel abſque percuſſione invaſerit pęna pecuniaria puniendus eſt.

6 Violatores, & turbatores pacis fracta inter Civitates, Caſtra, Villas, & Terras, qua pœna puniantur ex diſpoſitione *Conſtitutionis Carpenſis*.

8 Et qua, ex diſpoſitione *Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici*.

9 Pax facta ex quibus probetur, remiſſivè.

10 Pax pro abſente facta antè illius ratificationem, an allegari valeat ad incurrendas pę-nas fractæ pacis, remiſſivè.

11 Pax rupta ex quibus probetur, remiſſivè.
Corrixantes non tenentur de pace rupta quamvis inter eos præceſſiſſet pax, dùm ignoratur quis fuerit fractor pacis, & authorrixæ, nu.11.

12 Nova cauſa an, & quando ſufficiat ad excluſionem criminis fractæ pacis, & quæ ſufficiat,ac quando dicatur probata, remiſſivè, & nu.13.

14 Occidens,vel Offendens Bannitum,cum quo inita fuerat pax, an incurrat pœnas fractæ pacis, remiſſivè.

15 Delictum fractæ pacis eſt mixti fori, itaut tàm ad Judicem Eccleſiaſticum, quàm ad Laicalem ſpectet cognitio,ſervata inter eos præventione.

16 Clericus frangens pacem conveniri debet coram Judice Eccleſiaſtico, non autem Laico.

17 Et ſi puniatur ab Eccleſiaſtico pœna pecuniaria, illa applicanda eſt Fiſco ſæculari. Contrarium nu.18.

18. Pęnæ pecuniariæ ab Epiſcopis applicandæ ſunt Locis Piis.

19 Pœnæ Clerico violanti pacem infligenda, remiſſivè.

OBSERVATIO.

PAx quemadmodum eſt optima rerum
omnium, tanquàm pro hæreditate pre-
tioſa à DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO relicta,
1 & per ſuos Diſcipulos univerſis annunciari
demandata,ut notant *Marta de juriſdict.par.2.*
cap.22.nu.3. Jul. Peral.Epiſc.Lugdun.in ſumma
vitior.& virtut.tom.1.in tit.de Beatitud.par.11.
*verſ.Quartum eſt,*quem ſequitur*Conciol.adStat.*
*Engub.lib.1.Rubr.38.n.1.*optimè *Kloch.de Con-*
tribut.cap.8.n.19. Marott.diſcept.forenſ.cap.18.
n.3.cum ſeqq. Nàm ſi omnes eſſent amici,non
bella, ſeditiones, latrocinia, lites, cæteraque
2 mala contingerent, ut docet *Luc. de Pen. in l.*
unic.nu.15.C.de public.lætit.lib.12.Marott.dicto
cap.18.nn.1.& Guazzin.de Pace q.1.n.2.par.1.
Ita eam violans, & frangens graviſſime de-
3 linquit,& pęna capitis punitur ſi homicidium
fuerit commiſſum, & delinquens carceratus;
Si verò aufugerit bona mobilia publicantur,
immobilia verò relinquuntur hæredibus, de-

lato priùs ipſis juramento, ut nullum emolu-
mentum delinquenti præſtent: Et ſi non oc-
4 ciderit, ſed tantum vulneraverit, manus am-
putatur, ſed ſi ſine ſanguinis effuſione percuſ-
ſerit, vel abſque percuſſione invaſerit pœna
5 pecuniaria puniendus eſt ad *Text.* allegari ſo-
litum in *cap.1.de Pac.tenen.in uſib.Feud.ubi Bal.*
Farinac.q.107.n.57.ubi nu.63. advertit, quod
quamvis allegatus *Text.* loqui videatur de
violatoribus pacis publicæ, nempè inter duas
Civitates, vel duo Caſtra, attamen ſibi vindi-
cat locum etiam in violatoribus pacis initæ
inter ſingulares perſonas.

Ex diſpoſitione verò *Conſtitutionis Ægidia-
na lib.4.cap.76.* violatores, & turbatores pa-
6 cis factæ inter Civitates, Caſtra, Villas, &
Terras auctoritate Prætoris, Proditores Re-
belles, & S. R. E. hoſtes reputantur, eorum
domus diruuntur, aliaque bona Fiſco appli-
cantur, & *cap.77.* ex diſpoſitione *Conſtitutionis
Carpenſis*, quæ habet locum ſolum in Provin-
7 cia Marchiæ violatores Pacis privatę ex cauſa
homicidii, vel vulneris ultra prædictas pęnas
contentas in *Conſtitutione Ægidiana* capite
poſteriori, ac pedibus ſuperioribus ſi appre-
hendi non potuerint depinguntur in portis,
ſeu Ædificiis, vel habitationibus Officialium
tàm Curiæ generalis, quàm loci originis, &
violatæ, ſeu ruptæ pacis cum inſcriptione
proprii nominis, cognominis, & Patriæ, ut
latè firmat *Farinac.ubi ſup.n.65.cum ſeqq.*

Et tandem in *Bannimentis generalibus Status*
8 *Eccleſiaſtici cap:29.* diſponitur, *Item ordina, e
vuole S. E., che ſe alcuno di qualſivoglia grado
romperà, o farà rompere pace, tregua, o parola,
o riconciliazione cada in pena della morte natu-
rale, rovina, e demolizione della Caſa, e confi-
ſcazione di tutti li ſuoi beni, e ſe non verrà in
potere della Corte debba eſſere condannato in
contumacia nelle dette pene, e dipinto in luogo
publico con l'abito ſuo Ordinario appicato per un
piede con la teſta di ſotto, col ſuo nome, cognome,
e patria, e con il titolo del delitto, & in queſto
s'intenderà incorſo in qualſivoglia modo ſia fatta,
e provata la Pace, o Tregua, o data la parola
ancorche foſſe per poliza privata, o ſenza ſcrit-
tura, o intervento d'alcun Magiſtrato, o d'altra
Perſona publica, non oſtante qualſivoglia Statu-
to, Coſtituzione, e conſuetudine in contrario,
e non ſuffragarà la minor età per evitar detta
pena, ſe non coſtarà dal Proceſſo, che il delinquen-
te ſia minore di vent'anni.*

Variæ excitari ſolent controverſiæ in hac
materia, & præſertim prima circa probatio-
9 nem pacis, de qua vide *Vulpell. conſ.85.nu.1.
cum ſeqq. Guazzin. de Pace par.1.q.32. Conciol.
reſolut.crim.in verbo Pax reſolut.11.& in An-
not.ad Statut.Engub.lib.4.Rubr.29.n.8.cum ſeq.*

Et hac occaſione contingit dubitari, an
pax pro abſente facta antè illius ratificatio-
10 nem allegati valeat ad incurrendas pœnas
fractæ pacis, qui articulus diſcutitur à *Farin.
conſil.144.& conſil.150.vol.2. & q.107.art.21.
per tot.Caball.reſolut.crim.141.num.7.cum ſeqq.
Gratian.diſcept.499.n.15.cum ſeqq.*

Secunda circa probationem fractionis il-
11 lius, nempè quando, & quibus actibus, &
modis fracta dicatur vide pleniſſimè *Farinac.
q.107.par.2.art.13.cum 15.ſeqq. Guazzin.dicto
tract.par.1.q.42.* circa quod notandum, quod
ſi inter corrixantes priùs aderat pax, & igno-
retur quis fuerit fractor pacis, ac primus ag-
greſſor nullus tenetur de pace rupta, ut cum
Carrer. Bajard. & Farinac. firmat *Panimoll. in
Annot.1.n.27.ad ejus dec.22.*

Tertia de nova cauſa deducta ad excluſio-
12 nem fractionis pacis, ſuper qua emanarunt
Motus proprius Pii IV. *inſertus in ejus Bul-
la 52.§.5.in Bullar.nov.volum.2.& Bulla Beati*
Pii V. *la 9. eodem vol.2.* & videndi *Guazzin.
cit.tract.par.1.qu.43.cum ſeqq.Farinacc.allegat.
qu.107.par.3.art.32.nu.403.cum pluribus ſeqq.
juncto art.35.n.499.cum ſeqq.Caball.reſolut.cri-
min.101.per tot.Conciol.reſol.crim.in verbo Pax
reſolut.2.cum ſeqq. & ad Stat.Engub.d.Rub.29.
n.2.cum ſeqq.ubi alios.*

Nova autem cauſa qualis eſſe debeat, &
quomodò probetur ad excuſandum delin-
13 quentem à pœna fractæ pacis examinatur à
*Farinac.cit.qu.107.par.3.art.33. & 34.Conciol.
ubi ſupra dicta reſolut.3.cum ſeqq. & ad dictam
Rub.29.n.4.Guazzin.loc.cit.q.44.*

Quarta an offendens, vel occidens Banni-
tum, cum quo inita fuerat pax, incurrat pœ-
14 nas fractori pacis inflictas, quam examinant
*Luc.de Penn.in l.unic.n.65.cum ſeqq.C.de Pualic.
latit.lib.12.Guazzin.dicto tract.par.1.qu.23.&
61.Conciol.reſolut. crimin.in verbo Bannitus re-
ſolut.5. & in verbo Statutum pariter reſolut.5.
n.5.Caball.reſolut.crim.caſ.61.nu.8. & caſ.275.
per tot.*

Controvertitur etiam aliquandò Forus, ſed
communiter reſolvitur hujuſmodi delictum
15 fractæ pacis eſſe mixti fori, itaut ad utrum-
que tàm Eccleſiaſticum, quàm Laicalem Ju-
dicem ſpectet cognitio, ſervata inter eos
præventione, ut firmant *Marta de juriſdict.
par.2.cap.22.n.2.Guazzin.de Pace par.1.qu.41.
n.3.& in tract.de defenſ.reorum defenſ.1.cap.11.
n.4.Decian.tract.crim.to.1.cap.26.lib.4.Rub.29.
n.1.& reſolut.crimin.in verbo Pax reſolut.1.n.1.
cum ſeq. Tondut.de præven. par.2.cap.29.nu.27.
Sperell.dec.1.n.16.*

Quod non procedit, quando Clericus de-
16 liquit pacem frangendo, cùm non poſſit co-
ram Judicibus Laicis conveniri, ſed cognitio
ad Judicem Eccleſiaſticum dumtaxat ſpectat
ad *Text.in cap.unic. §.Si Clericus de Pac.tenen.
& ejus violator. in uſib.Feudor. §.Nos Federicus
verſic. Item Statuimus de Statut. & conſuetud.
contra libert.Eccleſiaſt.* & tenet *Marta de juriſ-
dict.par.2.cap.22.n.7.ubi nu.ſeq.* ſubdit, quod
ſi puniatur ab Eccleſiaſtico pœna pecuniaria,
17 illa applicanda eſt Fiſco Sæculari, & non
Eccleſiæ, & *par.4.centur.1.caſ.7.num.16.* quæ
opinio non videtur tuta, cùm pœnæ ab Epi-
18 ſcopis ſint applicandæ Locis Piis tàm ex di-
ſpoſitione *cap.Presbyteri de Pœnis*, quàm Sa-

cri

Digitized by Google

cri Conc.Trident. ut latè firmat *Fagnan.in dicto cap.Presbyteri n.26.cum ſeqq.& Barboſ.in Conc. Trid.ſeſs.25.cap.3.n.24.cum ſeqq.* cum aliis allegatis infra in *obſerv. ad Rub.19.ſub n.17. hoc eodem lib.*4. Qua autem pœna puniatur Cleri-
19 cus pacis violator determinatur *in d.cap.unic. §.Si Clericus,& cap.1.in fine de Tregua,& Pace,* & tradit *Guazzin.de Pace q.86.n.10.*

De Pœna Incendiarii.

R U B R I C A X.

STatuimus, quod quicunque data opera in Civitate, vel Suburbiis, ſeu in Comitatu, aut Diſtrictu Faventiæ in aliqua domo, vel loco ubi aliquis habitaverit incendium fecerit, vel fieri procuraverit, aut mandaverit, pœna capitis puniatur ſi haberi poterit, & ſi haberi non poterit in Banno Communis Faventiæ perpetuò ponatur in dicta pœna, & de bonis ejus in utroque caſu ſufficiat damnum paſſo de omni damno, quod occaſione dicti incendii occurriſſet. Reſiduum verò bonorum publicetur, ſi ad mandata non comparuerit. Si verò in tali domo, ſeu loco habitationis hujuſmodi aliquis furtivè, vel appenſatè ignem immiſerit, vel immitti fecerit ad effectum committendi, ſeu committi faciendi ibidem aliquod incendium, ſi tamen exindè ſecutum non ſit tale incendium puniatur arbitrio Poteſtatis, ſeu Rectoris dictæ Civitatis in ære, ſeu in pecunia ſecundùm qualitatem facti, & perſonæ conditionem. Si verò aliquis fecerit, vel fieri mandaverit doloſè, vel appenſatè incendium in aliqua domo, vel loco, in quibus nullus habitet, ſeu in aliquo acervo, ſeu barcho frumenti, vel alterius bladi puniatur in ducentis libris bonon. Si vero in aliquo Paliario palearum, ſeu in aliquo acervo fœni, ſeu alterius cujuſcunque ſtraminis, aut in aliqua congerie lignorum puniatur in centum libris bonon. In quibus pœnis puniatur tàm principaliter committens, quàm fieri faciens, ſeu mandans in omnibus, & ſingulis caſibus prædictis inſolidum ſingula ſingulis congruè referendo. Et quod etiam in quolibet dictorum caſuum damnum emendetur, & ſatisfiat patienti, ſeu damnum paſſo occaſione dicti incendii ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura judicii. Et quod quicunque ex prædictis, ut ſuprà puniendis in ære, ſeu in pœna pecuniaria, ſi ſolvere non poterit, puniatur in corpore citrà mortem, arbitrio Iudicis, inſpecta facti, perſonarum, & delicti qualitate. Et quia incendia ſæpè abſque dolo in prædiis, videlicet in ſtipulis, paſcuis, & arbuſtis, vel lignis, ſeu aliis rebus immittuntur, & ex eis per tempora damna illata ſunt, & in futurum inferri de facili poſſent, incendia ipſa præter voluntatem immittentis, immitti facientis protendunt, & damnificant alios, & etiam in talibus fraudes fieri conſueverunt, quia quidam faciunt immitti ſæpè occultè, & aliquando palam per familiares, qui nihil habent in bonis, vel non ſunt idonei ad ſatisfaciendum damnum paſſo, vel per pueros ut ætatis prætextu excuſentur, & ſic damnum paſſus ex incendio tali culpa immiſſo remaneat in damno. Ad obviandum talibus fraudibus, & ne quis indebitè damnum patiatur, providemus, quod D. Poteſtas, ſeu quilibet alius juſdicens, quandocunque ſibi videbitur, etiam per præſumptiones, & indicia, quæ ſibi idonea videbuntur ad talis incendii probationem arbitrio boni, & gravis viri malefactorem, ſi haberi poterit, cogere debeat, aliàs poſſit cogere Patremfamilias pro liberis, & familia ſua, & quolibet eorum ignem immittente, & Dominum pro famulo ad reficiendum damnum paſſo.

S U M M A R I U M.

1 INcendii crimen eſt graviſſimum, & atrociſſimum, & quare.
2 Incendiariorum malitiæ deteſtatur, & interdicitur ab INNOCENTIO II.
3 Quod procedit etiam quoad eos, qui auxilium, vel conſilium præbent.
4 Incendium contingere poteſt plutibus modis, de quibus ibi.
5 Pœnæ variæ, & diverſæ conſtitutæ ſunt contra incendiarios tàm de jure Canonico, quàm Civili, & diſpoſitione Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici.
6 Civiliter pro damnis, & intereſſe paſſis ex cauſa incendii multoriès agitur, quo caſu, quæ examinanda ſint, remiſſivè.
7 Abſolutio à crimine incendii reſervare ſibi ſolet Epiſcopus.
8 Culpa etiam leviſſima, quando conſiſtit in committendo non excuſat in materia incendii.

O B S E R V A T I O.

INcendii crimen graviſſimum, & atrociſſimum eſt, nam aliorum bona igne tollere
1 humanæ ſocietatis conjunctioni, & Reip. perniicioſiſſimum eſt abſque ulla utilitate delinquentis, ſed ſolo odio, invidia, & nocendi libidine, ut notant *Jod.Damhoud.prax.crim.cap.*103.*n.*1. *Farin.q.*110.*n.*2. *Capzov prax.crim. par.*1.*q.*38. *n.*2.*&* 9.*Conciol.ad Stat.Eugub.lib.*4.*Rub.*52.
Undè non ſine cauſa INNOCENTIUS II. peſſimam, & depopulatricem, ac horrendam incendiariorum malitiam deteſtatur, & inter-
2 dicit in *Can.Peſſimam* 31.*cauſ.*23.*q.*8. ut proſequuntur *Farinacc. & Damhoud. loc. cit.* Quod procedit etiam quoad eos, qui auxilium, vel
3 conſilium præbent, ut ex *d.Can. Peſſimam*, & *Franciſco à Platea de Excomm.* §.29.*n.*2. trad::

Toudut.dePenſ.cap.63.n.5.
Circa pœnam quemadmodum incendium
pluribus modis contingere poteſt, nàm ali-
quando contingit ex propoſito,& data opera,
4 quandoque caſu, nulla præcedente culpa, &
quandoq; etiam culpa pręcedente, quæ poteſt
eiſe lata, vel levis,vel leviſſima, & quandoque
conſiſtere in committendo, quandoque verò
in omittendo, quandoq;agitur de incendio ſe-
quuto in Civitate,quandoq;Ruri,& quandoq;
de levi,quandoq;verò de gravi incendio,quan-
doq;Incendiarius eſt vilis,quandoq; eſt Nobi-
lis,ut latè docet*Farin.d.q.110.c.1.per tot.Carpz.
cit.q.38.Berlic.concluſ.par.4.concluſ.24,cum ſeq.
Antonel.de Regim.Eccleſ.lib.6.c.23.Conc.loc.cit.
Burr.diſert.de Incend.Lubler.de Incend.*
Ita quoque variæ,& diverſæ conſtitutæ ſunt
pœnæ tàm de *Jure Civili in l. Qui Ædes 9. &
l.ultima,§.Qui data opera ff.de Incend.Ruin.nau-*
5 *frag.leg.1.in princ.& l.Si quis dolo 10.ff.ad Leg.
Cornel.de Sicar.l.Data opera,C.de his, qui accuſ.
non poſs.l.Capitalium 28. §.Incendiarii, ff.de pœ-
nis;* Quàm de *Jure Canonico* in *cap.Si ingreſſus,
& cap.ſeq.de Injur. & damn.dat.in cap.Tua nos
30.de ſent. excommun.* Et ex diſpoſitione *Ban-
nimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici c.45.*
ibi: *Item ordina S.E. che non ſi commettono in-
cendj in luogo, nè in modo alcuno ſotto le pene di
ragione commune, & altro anco capitaliſſime
in caſo d'incendio doloſo ad arbitrio di Sua Emi-
nenza ſecondo la qualità de'fatti, e delle perſone,*
quas doctiſſimè examinat *Farinac,alleg.q.110.
Berlich.d.concluſ.24.cum ſeq. Antonell.cit.c.23.
Bonacin.de cenſur.in part.diſp.2.qu.3. punct.43.
Caball. reſol.crim.22. Hieronymus Baſilico deciſ.
Sicilia* 18. & latiſſimè *Panimoll. deciſ.55.ibique
Annot.1.& 2.*
Multotiès etiam contingit civiliter tantùm
agi pro damnis, & intereſſe paſſis ratione
incendii, quæ diſputatio plerumque verſatur
6 inter Locatorem, & Conductorem, & iſto
caſu examinatur, an incendium ſequutum
fuerit vi Divina, nempè mediante fulmine,
an malitia hominis ignem immittentis,an po-
tiùs inhabitantium negligentia, & culpa, quę
poteſt eſſe lata, levis, & leviſſima, circa,quàm
maternam omiſſis aliis ſcripſerunt *Roland.
conſ.95.vol.5.Gab.conſ.159.vol.1.Alex.conſ.50.
vol.1.Cyriac.controv.235.* pleniſſimè *D.Pacion.
de locat.& conduct.cap.29.Barboſ.de Offic.& Po-
teſtat.Epiſc.par.3.allegat.51.n.73.cum ſeqq.* ubi
enumerat hoc delictum inter caſus, quorum
abſolutionem ſibi reſervare ſolet Epiſcopus,
7 *Gratian. diſceptat.54. Calà de modo articulandi
n.36.cum ſeqq. Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſ.25.
Magon.dec.Florent.111.Capyc.Latr.dec.135.Rot.
cor.Grammatic.dec.3.* ibique *Danza, cor.Ludov.
dec.258.cor.Dunoz.jun.dec.605.nu.5. verſ.Non
obſtat cum ſeqq.* ad quos recurrendum quotiès
diſputationis caſus evenerit.
Advertendum ſolùm, quod quando culpa
conſiſtit in committendo,quamvis leviſſima,
8 non excuſat, ut firmant *Farinac. d.q.110.c.1.
n.23.cum ſeq.vol.2.Gramatic.d.dec.3.nu.17.cum
ſeq.D.Pacion.loc.cit.n.16.* & aliis relatis admi-
ſit *Rota in rec.dec.237.nu.6. verſ.Ceſſat cum ſeq.
par.16.*ubi prætendebatur incendium Fænilis
eveniſſe,eò quia repoſitum fuerat in eo fœnum
madefactum.

ADDIT. AD RUB. X. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 INcendii materiam remiſſivè.

Num.6. De incendio vide *reſponſum Romagneræ
1 impreſs.* inter ejus Conſtit. Synodal. Gerunden.
lib.5.tit.8.cap.unic.in fine.*

De Pœna delationis Armorum.

RUBRICA XI.

ORdinamus, quod nullus Civis, vel Diſtrictualis Civitatis Faven. Arma ſertea per Civitatem, vel Suburbia deferre præſumat ſub pœna librarum quinque bononenorum, & quilibet contrafacientem denunciare, vel accuſare poſſit, & dimidiam dictæ pœnæ conſequatur, quilibet etiam patiatur ſe per Officiales ſcrutari, an Arma deferat, & qui noluerit, aut aufugerit in lib.10. bonon. condemnetur, & prædicta plenè probata cenſeantur, ſi cum relatione Officialis concurrat etiam alterius atteſtatio, & in prædictis caſibus contrafaciens de facto ad præmiſſæ pœnæ ſolutionem cogatur, à qua tamen pœna excipimus Arma defenſibilia tantùm portantes, Artifices etiam dùm ad operandum iverint ea impunè deferre valeant Arma, ſine quibus artem ſuam commodè exercere non poſſent. Ruralia etiam inſtrumenta, ſi quis operari voluerit, ea impunè portare poſſit. Cives verò Rus, vel alibi extra Diſtrictum Civitatis Faventiæ euntes arma impunè deſerant. Comitativi autem, vel Diſtrictuales ſolùm cùm extra Diſtrictum ire contigerit Arma deferre poſſint. Forenſis autem qui Arma portaverit in duplum dictæ pęnæ condemnetur cum ammiſſione Armorum, quàm tamen pœnam ſi in itinere, vel ut ipſa Arma venderet portaſſe conſtiterit, Judex conſiderata perſonæ, loci, ac temporis qualitate remittere liberè poſſit. Antiani tamen pro tempore præſidentes, & eorum famuli, & Executores, Juſdicentes, Nuncii publici quicunque Arma per Civitatem, Suburbia, & Diſtrictum liberè, & impunè portare poſſint, & valeant, publicè etiam Campana Turris Communis ad Arma ſonante quilibet Arma durante rumore deferre poſſit, & valeat. Prædicti verò quibus ſupra permiſſum eſt Arma

de-

deferre, ſi cum ipſis Armis deliquerint in duplo ejus, quod quo aliàs punirentur, condemnari debeant.

SUMMARIUM.

1 DElario Armorum prohibita eſt laicis de Jure Civili, & ex diſpoſitione *Bannimentorum Generalium* Status Eccleſiaſtici, de quibus ibi nu.4.

2 Prohibita fuerant in Urbe Arma ante *Legem Juliam à Servio Tullio*, & deindè à *G. Pompeo*.

3 Clerici Arma portantes excommunicandi ſunt, & peccant mortaliter.

Facultas dandi licentiam Clericis Arma portandi, cui competat, remiſſivè n.3.

5 Delatio Armorum prohibita eſt ex diſpoſitione Statutorum, & Bannimentorum Locorum, & Proviuciarum.

6 Pœnæ graviores imponuntur Arma portantibus, aliiſque delinquentibus in magnis Civitatibus, & quarè.

7 Appellatione Armorum veniunt regulariter, quæ ad offendeudum, & defendendum ſunt idouea.

8 Appellatione Armorum ſtrictè veniunt ſolum quæ ad offendendum naturaliter inventa ſunt, de quibus ibi.

9 Appellatione Armorum non veniunt, quæ deſtinata ſunt ad commoditatem humanam, putà cultelli parvi ad incidendum panem, & ſimilia.

10 Prohibita delatione Armorum, non cenſentur prohibita inſtrumenta ruralia, & agriculturæ, de quibus ibi, & quarè.

Appellatione Armorum ſecundum latam ſignificationem, & impropriè veniunt etiam lapides, fuſtes, tela, & omnia, quæ nocere poſſunt nu.10.

11 Clericus repertus cum Armis poteſt à Birruariis Curiæ ſæcularis illis ſpoliari. Contrarium nu.12.

13 Birruarii Curiæ ſæcularis invenientes Clericum cum Armis poterunt illum ducere ad Epiſcopum, abſque eo, quod poſſint retinere eadem arma.

Arma, quibus erat armatus Clericus cum illis repertus à Birruariis remanent in poteſtate Epiſcopi, qui de eis poteſt diſponere n.13.

14 Birruarii Curiæ ſæcularis ſpoliantes Clericum armis incidunt in excommunicationem *can. Si quis ſuadente Diabolo*.

OBSERVATIO.

ARmorum delatio prohibita eſt laicis de *Jure Civili ad Text.in l.1.ff.ad Leg.Jul.*
1 *de vi publica,l.unic.C.Ut uſus Armorum,lib.11. §. Prohibemus, §. Hanc igitur Auth. de Armis Conſtantinopolis Urbis*; & Clericis de *Jure Canonico ad Text.in cap.Clerici de Vita,& Honeſt. Cleric.Clem.1.eod.tit. & Can.Clerici 23.qu.8.* & tradunt *Farinac.q.198.n.3.& 21.Bellet.diſquiſit.Cleric.par.2.tit.de pœnis Cleric. §. 50.n.1.cum ſeq. Marta de Juriſdict. par. 4. centur.1. caſ.7. num.1.cum ſeq. Menoch.de arbitr.lib.2.centur.4. caſ.394.n.20.cum ſeqq.* ubi notat, quod etiam ante *Legem Juliam* prohibuerat *Servius Tullius*, & deindè *G.Pompeus* Arma in Urbe. *Con-*
2 *ciol.reſolut.crim.in verbo Arma reſolut.24.n.2. cum duobus ſeqq.Amayden.de ſtylo Dataria lib.1. cap.15.§.1.q.8.n.93.* ac concordantibus ad ſaturitatem cumulatis *Corciad.dec.71.n.2.Sperel. dec.123.n.1.cum ſeqq.* ubi etiam firmat, quod Clerici ſint excommunicandi, & quod peccant mortaliter Arma portando, & docet cui com-
3 petat facultas eis concedendi licentiam deferendi Arma. Necnon ex diſpoſitione *Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici cap.17.* ibi: *Parimente vuole, ordina, e comanda, che*
4 *neſſuna perſona doppo la publicazione del preſente Bando porti, nè facci portare ſenza autorità legitima alcuna ſorte d'Armi offenſive, e difenſive ſotto pena della perdita di quelle, e di tre tratti di corda da darſeli in publico, e di ſcudi 25. ſe ſarà di giorno, e del doppio ſe ſarà di notte; e ſotto nome d'armi offenſive s'intendino compreſe piombarole, mazze, Sacchetti, e di notte li baſtoni, i ſaſſi, e la pena dell'Armi impoſta anco nelli ſeguenti due Capitoli non s'avrà mai a confondere con le pene del delitto, che con quelle ſi commetteſſero. Sarà ben lecito agli Artegiani ſenza incorſo d'alcune pene portar li cortelli, o altri iſtromenti, che veramente ſervano per le loro arti, quando vanno per uſo delle medeſime, & ogn'uno potrà portare cortelli ſpuntati minori d'un palmo con il manico.*

Ac tandem ex diſpoſitione *Statutorum*, & *Bannimentorum* particularium Provinciarum
5 Civitatum, & locorum, quorum pœnæ regulariter ſunt graviores juxta locorum qualitatem, & differentiam, prout contingit in magnis Civitatibus, in quibus cùm major occaſio delinquendi concurrat ob multitudinem
6 populi undique confluentis, exigitur quoque major rigor pœnarum, quàm in Civitatibus parvis, ut advertit *Amyden.ubi ſupra num.93. verſ.Poſſet hic quæri*.

Appellatione verò Armorum regulariter veniunt, quæ ad offendendum, & defenden-
7 dum ſunt idonea, & apta, ut docent *Scribentes in l.Armorum,ff.de Verb.ſignif.Fragoſ.de Regim.Reip.par.1.lib.5.diſp.13.§.12.n.346.*

Hinc ſtrictè non veniunt niſi ea, quæ ad
8 offendendum naturaliter inventa ſunt, ut Archibuſii, Enſes, Spathæ, Lanceæ, Pallæ plumbatæ, Mazzæ ferratæ, Pugiones, & ſimilia, ut docent *Ludovic. Roman.in l.1. §. Occiſorum, ff. Ad Syllan.Hyppolit.de Marſil. Pract.crim.§.Pro complemento nu.14.juncto n.19.Borell.de Magiſtrat.Edict.lib.3.cap.17.n.5.cum ſeq.*

Undè non veniunt Arma deſtinata ad commoditatem humanam putà cultelli parvi ad
9 incidendum panem, carnes, & ſimilia, vel ad aptandos calamos pro ſcribendo juxta *Gloſ.*

in

in verbo Minores Auth. de Armis , & docent *Adden. ad Bart. in l. Hi qui ædes, §. Telorum, ff. Ad leg. Jul. de vi publ. Borel. ubi ſup. n. 26.* ubi plures concordantes *Tiraquel. de Judic. in reb. exig. verſ. Vigeſimo primo eſt* , *Farinac. d. q. 108. nu. 82. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſ. 395. nu. 72. Fragoſ. loc. cit. ſub eodem nu. 346. Franch. March. dec. 4 ſub n. 13. par. 2.*

Sicuti etiam ſub prohibitione delationis
Armorum non veniant iuſtrumenta ruralia, &
10 agriculturæ , cùm ea inventa non ſint principaliter ad nocendum , ſeu ad offendendum , ſed ſolùm Ruſtici, & Agricultores iis utuntur pro cultura agrorum, ut accepta, roncha, falces, fuſtes, & lapides firmant *Afflict. in tit. de Pac. ten. & ejus violat. in uſib. Feudor. §. Si quis Ruſticus n. 1. Fragoſ. d. §. 12. n. 357. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. caſ. 194. n. 75.*

In propoſito delationis Armorum notandum eſt , quod licèt ſecundùm opinionem
11 *Covar. Pract. quæſt. cap. 33. ſub n. 7. verſ. Ut quinque tamen* , fundatam in aſſerta conſuetudine Hiſpaniarum , quam latè defendit *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. qu. 3. nu. 158. Gratian. diſcept. 139. n. 24. cum ſeq.* ac aliorum, quos refert *Sperel. dec. 124. n. 3.* Clericus inventus cum armis contra diſpoſitionem Edicti Sæcularis Magiſtratus poſſit à Birruariis ejuſdem Ma-
12 giſtratus ſpoliari; Attamen contraria ſententia eſt magis tuta, verior, & ſequenda, quam tenent *Barboſ. de Jure Eccleſiaſt. univ. lib. 1. c. 40. nu. 140. cum ſeq.* ubi plures concordantes cumulat *Dian. reſolut. moral. par. 1. tract. 2. reſol. 9. Duard. in Bulla Cœn. Domin. lib. 2. can. 12. qu. 11. n. 91. Merlin. Pignatel. contr. 20. n. 75. Del Bene de Immun. Eccleſ. cap. 9. dub. 7. n. 9. cum ſeqq. Bellett. diſquiſit. Cleric. par. 2. tit. de pœnis Clericorum §. 50. ſub nu. 1. cum ſeq. Genuen. in prax. for. Archiepiſc. Neapol. cap. 75. nu. 6.* ubi ſubdit , quòd ad obviandum delicto poterit duci ad Epi-
13 ſcopum, ſi illius licentia careat, & in Epiſcopi poteſtate erit diſponere de armis , & pleniſſimè rationibus, & auctoritatibus adductis , ac contrariis reprobatis reſpondit *Sperel. d. dec. 124. nu. 6. cum ſeqq.* ubi etiam firmat ,
14 quod Birruarii Curiæ Sæcularis ſpoliantes incidunt in excommunicationem *Can. ſi quis ſuadente Diabolo*, nec poſſunt retinere arma .

ADDITIO AD RUBRICAM XI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Arma dicuntur , quæ ad invadendum , vel defendendum adhibentur .

2 In legibus univerſalibus non attenditur, quòd in aliquibus perſonis non militet eadem ratio.

Prohibitio delationis Cultrorum comprehendit etiam eos , qui quietè , & ſine ſcandalo vivunt nu. 2.

Num. 8. Arma dicuntur , quæ communiter ad
invadendum , vel defendendum in Bello ad-
1 hibentur , ut etiam tradit *Pater Schiara de Theologia Bellica to. 2. in princ. ſub n. 1.*

In propoſito Armorum notandum eſt, quod aliquandò videntur Edicta , ſeu Bannimenta nimis rigoroſa , quæ ad obviandum frequentiæ delictorum publicantur, prout evenit in
2 Pontificatu *ſa: mem:* ALEXANDRI VIII. * ad regendos populos nati uti Principis juſti , & prudentis, nàm de ejus mandato ob frequentiam homicidiorum , quæ committebantur cum cultris, prohibiti fuerunt univerſaliter cū omnibus eos deferentibus , vel retinentibus cum punta, ſeu mucrone ſub pœna etiam triremium reſpectivè , quæ prohibitio ſervanda eſt quamvis quamplures deferentes quietè , & ſine ſcandalo vivant ; Nam in legibus univerſalibus non attenditur , quòd in aliquibus perſonis non militet eadem ratio , ut cumulatis concordantibus firmat *Spad. conſ. 7. ſub n. 16. verſ. Non obſtat cum ſeq. vol. 1.*

De his , qui percuſſerint aliquem ad defenſionem ſui , vel Sociorum.

RUBRICA XII.

QUoniam vim vi repellere omnia jura clamant , & difficilè eſt injuriatis ſe continere ; Ea propter ſtatuimus , & ordinamus , quòd liceat impunè cuicunque qui percuſſus fuerit ab aliquo cum armis , & ſanguinis effuſione in aliqua ſui corporis parte , repercutere , offendere , & vulnerare , tunc immediatè illum , qui ſic eum percuſſit , etiamſi ex tali repercuſſione mors ſequeretur . Si verò percuſſus fuerit cum armis ſine tamen ſanguinis effuſione, ſive cum manu , vel pugno , ſive alia quacunque re in vultu , vel in capite , liceat tali percuſſo repercutere immediatè ſuum percuſſorem ſine ſanguinis effuſione . Si verò aliquis admenaverit contra aliquem cum aliquo genere armorum ferreorum , non tamen eum percuſſerit , liceat illi injuriato contra admenare , & percutere ſine ſanguinis effuſione . Si verò ille percuſſor aufugerit , liceat tali percuſſo inſequi percuſſorem , & eum repercutere , & vulnerare , ut ſupra dictum , & declaratum extitit in caſibus ſupradictis . Si verò ille , qui ſolùm admenaverit contra aliquem aufugerit , tunc poſſit ille , contra quem fuerit admenatum inſequi illum admenantem , & percutere ſine ſanguinis effuſione , & ei injuriati immediatè durante fuga . Si verò aliquis fuerit percuſſus cum manibus , vel pedibus , ſeu cum quacunque alia re citrà ferrum in aliqua parte corporis , præterquàm in capite , vel vultu ſine ſanguinis effuſione , liceat tali percuſſo immediatè repercutere percuſſorem ſine ſanguine , ſed ſi cum ſanguinis effuſione fuerit percuſſus , liceat cum ſanguine repercutere , & qualitercun-

que

Digitized by Google

que injuriari citrà mortem & membri amiſſionem. Injuriato etiam verbis tantùm, liceat contra injuriantem quæcunque etiam injurioſa verba effundere, & in omnibus prædictis caſibus, & in quolibet eorum, cui licet quod plus eſt, liceat, & quod minùs eſt, liceat etiam in omnibus caſibus ſe defendendo comparere etiam per Procuratorem. Poſſit etiam injuriatus unà cum Sociis, qui tunc ibi adeſſent hujuſmodi injuriantem proſequi cum clamore, & capere, & ſi aliter capi non poſſit propter ejus reſiſtentiam, & agilitatem, ſeu alio modo, & copia Officialium tàm citò haberi non poſſit abſque periculo fugæ ipſius injuriantis, tunc liceat impunè illum ſic reſiſtentem, ſeu fugientem propria auctoritate percutere, & vulnerare modo, & forma prædictis ſingula ſingulis congruè referendo. Si autem aliqua vilis perſona, ſeu malæ conditionis, & famæ dixerit verba ignominioſa contra aliquem Civem Faventiæ, tunc poſſit talis Civis impunè offendere talem injuriantem citra tamen ſanguinem, & quod viles perſonæ, & malæ conditionis, & famæ ſint, et intelligantur meretrices, lenones, et lenonum, ac meretricum famuli, et famulæ, et omnes validi mendicantes, ac omnes alii, et ſinguli, quos communis vulgi opinio pro talibus habet.

SUMMARIUM.

1 Virtus patientiæ operatur bonos effectus, de quibus ibi.

2 Virtus patientiæ neceſſaria eſt, nàm alioquin naturæ repugnare non poſſumus, nec impedire, ne animus laceſſitus injuria commoveatur.

3 Virtus patientiæ rariſſimè ad actum reducitur, nec reduci valet, quando quis eſt inſultatus.

4 Occidens inſultantem, qui eum in periculo vitæ, vel honoris, vel facultatum conſtituerat, nullam pœnam meretur, tàm in foro fori, quàm in foro poli. Decl.nu.13.

5 Occidi permittens dùm ſe defendere valebat damnatur, ac ſi ſe ipſum occidiſſet, & peccat n.12.

Vim repellere licet n.5.

6 Defenſio competit, nedùm jure naturali, tàm hominibus, quàm brutis, ſed etiam de Jure Divino, Canonico, & Civili, n.8. & 9.

7 Omnia, quæ gignuntur in terra habent aliqua naturæ adjumenta, quibus ab externis offenſionibus ſe vindicant.

10 Sacerdos Miſſam celebrans ſi fuerit inſultatus cum armis, & in periculo vitæ conſtitutus poterit aggreſſorem occidere, & deindè proſequi celebrationem Miſſæ. Decl. num.11.

11 Inſultus, contumeliæ, & percuſſiones à Chriſtifidelibus patienter ferendæ ſunt. Decl. num.12.

13 Moderamen inculpatæ tutelæ ſervari debet ab inſultato.

14 Moderamen inclpatæ tutelæ verſatur circa cauſam, modum, & tempus.

15 Moderamen inculpatæ tutelæ non ita facilè practicari valet, & n.16.

16 Ictus non dantur ad menſuram, nec poteſt offenſus ſtateram in manibus habere, ut non aliter offendat, quam velit, & par ſit.

Homo iracundiæ furore accenſus non eſt in plenitudine intellectus n.16.

17 Excedens in offendendo, non ex propoſito, ſed indeliberatè furore iracundiæ accenſus non valens diſcernere verum à falſo non punitur pro exceſſu, qui tunc non imputatur excedenti.

OBSERVATIO.

Virtus patientiæ, quæ iram temperat,
linguam frenat, mentem regit, pacem
1 cuſtodit, impetum frangit, ſimultates extinguit, faſtum comprimit, Mundum vincit, carnem coercet, facit humiles in proſperis, in
adverſis fortes, mites in contumeliis, tentationes expugnat, perſecutiones ſuſtinet, vitam
2 perficit, & coronat, neceſſaria eſt, nàm alioquin naturæ repugnare non poſſumus, nec
impedire ne animus laceſſitus injuria commoveatur, ut admonet *Card. Bona Principia vitæ Chriſtianæ* §.18.

Verùm ut plurimum hujuſmodi virtus ad
actum rariſſimè reducitur, imò nec reduci
valet, quando quis eſt inſultatus, ac in pe-
3 riculo vitæ, vel honoris, vel facultatum conſtitutus; Nàm tunc etiam occidendo inſultan-
tem nullam pœnam incurrit tam in foro po-
4 litico, & fori, juxta *Text.in l.Scientiam* §.*Qui cum aliter ff.Ad leg.Aquil. l.Is qui aggreſſorem cum duabus ſeqq. C.Ad leg.Cornel.de Sicar.* latè *Farin.q.125.par.1.n.3.cum ſeqq. Carpzou.prax.crim.par.1.q.48.nu.8.cum ſeqq. Guazzin.ad defenſ.Reor.defenſ.29.cap.4.nu.12.contr.diſcept.forenſ.cauſ.74.n.5.cum duobus ſeqq.* ubi ampliat etiam ad defenſionem propinqui, Amici, vel Famuli, quam in foro Conſcientiæ, ut tenet *Carpzou.loc.cit.nu.10.cum ſeqq.* ubi etiam firmat, quod ſi non ſe defendat quotiès ſe de-
5 fendere valet damnatur, ac ſi ſe ipſum occidiſſet, dùm ſe occidi permiſit *Farinac. dicta q.125.n.20.cum ſeqq.Guazzin.in d.cap.4.n.12. & 13.* cum vim vi repellere liceat, injuriam defenſione propulſando *l.Scientiam* §.*Qui cum aliter ff.Ad leg.Aquil.cap.Significaſti de Homicid.voluntar.vel caſ.Gail.obſerv.*110.*n.9.lib.2.* aliis cumulatis firmat *Carpzov. Prax. crimin. par.1.q.28.nu.1.* & defenſio competat nedùm
6 de *Jure naturali* tàm hominibus, quàm brutis animalibus *l.1.§.Cum arietes ff.Si quadrup. pauper.feciſ.dicat.l.1.§.Vim vi ibique Gloſ.in verbo natura ff. de Vi, & vi armat.* latè *Farinac.q.125.nu.10.Carpzov.cit.q.28.n.1.cum ſeq. Magon.deciſ.Lucenſ.56.n.1.* cum omnia, quæ gignuntur in terra habeant aliqua naturæ
7 adjumenta, quibus externis offenſionibus ſe vindicant *Mazzol.conſ.76.n.1.cum ſeqq.Menoc. de arbitr.judic.caſ.277.n.1.cum duob.ſeqq.Gail. loc.*

loc.cit. proſequitur *Carpzov.n.4.* Sed etiam
de *Jure Divino*, ut ex *Exod.cap.21.num.13.&*
cap.22.nu.2.Deuter.cap.19.nu.9. Geneſ.cap.14.
n.14. deducit *Carpzov.loc.cit.n.5.* ac cumula-
8 tis concordantibus firmat *Farinac.quæſt.125.*
n.21. ac de *Jure Civili, & Canonico cap.Signi-*
ficaſti il ſecondo de Homicid. cap. Si verò Cleri-
cum de ſen.excommunic.dicta l.Scientiam §.Qui
9 *cum aliter ff. Ad leg. Aquil.* plenè *Farinac.loc.*
cit.n.10.Carpzov.ubi ſupra n.1.cum ſeqq.Cont.
d.diſcept.74.loc.cit. ubi quod defenſio propriæ
perſonæ, adeò eſt ſolidiſſima, ut nec Impe-
rator poſſit illam quoquo modo nobis au-
ferre.

Quod adeò verum eſt, ut ſi Sacerdos, dùm
Miſſam celebrat, fuerit ab aliquo armis in-
ſultatus, poterit tunc aggreſſorem occidere,
10 ac deindè non obſtante homicidio, redire
ad inchoatam Miſſę celebrationem perficien-
dam, ut docent *Dec.in l.Ut vim n.8.ff.de Iuſt.*
& Jur.Bajard.ad Clar.in §.Homicidium nu.76.
Farinac.d.q.12.nu.29.Carpzov.loc.cit.nu.6. Et
quamvis *Guazzin. ad defenſ. Reor. defenſ. 29.*
cap.4.n.35. declarando firmet, id locum ha-
bere in foro fori, ut Sacerdos excuſetur à
11 pœnæ irregularitatis, non autem in foro
Poli, cùm repugnet Evangelicæ Doctrinæ
mandanti Chriſtianum Militem patienter fer-
re inſultus, contumelias, & percuſſiones ci-
trà ultionem, & vindictam, juxta illud *Si*
quis te percuſſerit in gena præbe ei, & alteram,
atque bonum pro malo reddas. Attamen præ-
ceptum Evangelicum poteſt intelligi ad effe-
ctum acquirendi perfectionem vitæ Chri-
ſtianæ, vel quando verſaretur in caſu ſimpli-
cìum Conſanguineo pro defenſione vitæ alte-
ris percuſſionis; Secùs verò quoties quis eſt
conſtitutus in diſcrimine vitæ, nàm inſulta-
tus tenetur ſe defendere, alioquin ſi permit-
tat ſe occidi nulla ſubſiſtente cauſa peccat, ac
12 ſi ſe ipſum occideret *Caſt.in l.Ut vim n.9.ff.de*
Juſt.& Jur.Carpzov.cit.q.28.nu.11.cum ſeq.

Prædicta tamen procedunt quoties ſerva-
tum fuerit Moderamen inculpatæ tutelæ, ut
docent omnes præcitati, & cæteri ſcriben-
13 tes, quod verſatur circa cauſam, modum, &
tempus, quæ latè explicant *Guazzin.ad defenſ.*
14 *Reorum defenſ.29.cap.5. nu.2.Berlich. concluſ.*
par.4.concl.13.Carpzov.cit.q.48.n.21.cum ſeqq.

Quod non ita facilè practicari valet, juxta
15 ea, quæ cecinit *Torquatus Taſſus in ejus Poe-*
mate inſcripto la Gerusalemme liberata Cant.5.
octav.57.

Chi è, che meta à giuſt'ira preſcriva?
Chi conta i colpi, o le dovute offeſe,
Mentre arde la tenzon, miſura, e peſa?

& concordant *Juriſconſulti*, nàm ictus non
dantur ad menſuram, nec poteſt offenſus ſta-
teram in manibus habere, ut non aliter offen-
16 dat, quàm velit, & par ſit, quia tempus non
patitur deliberandi conſilium, homóque ira-
cundiæ furore accenſus non eſt in plenitudi-
ne intellectus, ut animadvertunt, *Bald.in l.*
Ut vim n.25.ff.de Juſt.& Jur.Mazzol.conſ.71.
n.20.cum ſeq.Farinac.d.q.125.n.352. ubi ſub-
dit, quod ideò excedens non ex propoſito, ſed
17 in deliberato furore iracundiæ accenſus, non
valens diſcernere verum à falſo, hujuſmodi
exceſſus non imputatur excedenti *Berlich.*
Concluſ.par.4.concluſ.13.n.70.

ADDIT. AD RUB. XII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 OCcidere licet Patri inſultantem pro de-
fenſione filii, & è contra.
Item pro defenſione vitæ Uxoris, & è contra
num.1.
Item pro defenſione vitæ alterius Conſangui-
nei nu.1.
2 Conſtitutus in diſcrimine vitæ debet ſe de-
fendere, ne occidatur, aliàs peccat.
3 Occidens, vel mutilans ſe defendendo cum
moderamine inculpatæ tutelæ non incur-
rit irregularitatem.

Num.4. Occidere licet Patri inſultantem pro
defenſione vitæ filii, & è contra, & Fratri pro
1 defenſione vitæ fratris; & viro pro defen-
ſione * vitæ Uxoris; & è contra, & de-
rius Conſanguinei, ut firmat *Urſaya Inſtit.*
crim.lib.7.tit.5.n.122.

Num.5. Conſtitutus in diſcrimine vitæ debet ſe
2 defendere ne occidatur, * aliàs peccat *Pa-*
ter Schiara Theologia Bellica tom.2. defenſ.14.
n.18.lib.7. ubi hic me allegat.

Num.10. & 11. Occidens, vel mutilans defen-
dendo vitam ſuam ab injuſto invaſore cum
3 moderamine inculpatæ tutelæ * non incurrit
irregularitatem *Clement. Si furioſus de ho-*
micid. Ideóque non indiget diſpenſatione,
quod declarare etiam poteſt Ordinarius, ut
relata *reſolutione Sac. Congregationis Epiſcopo-*
rum, & Regular. firmat *Pignatel.conſul.80.to.7.*

Num.15. Urſaya hic me allegato idem firmat
in ejus Inſtit.crim.lib.2.tit.5.n.115.

De Pœna Furti.

RUBRICA DECIMATERTIA.

CUm omni jure Furta damnentur, ideò hac præſenti Lege ſancimus, & ordinamus, quod quicunque in Civitate, Comitatu, & Diſtrictu Faventiæ Furtum (A) commiſerit valoris ſolidorum decem bononenorum, vel ab indè infra, in libris quinque bononenorum condemnetur, ac puniatur. Ab indè verò ſuprà uſque ad quinquaginta ſolidos, condemnetur in libris duodecim bononenorum, quas pœnas ſi non ſolverit infra decem dies à die factæ condemnationis fuſtigetur per Civitatem Faventiæ, & eo fuſtigato, de dicta Civitate

Digitized by Google

tate expellatur, & perpetuò bannitus ſit, & eſſe intelligatur à Civitate, Comitatu, & Diſtrictu Faventiæ. Si autem Furtum commiſſum fuerit a ſolidis quinquaginta bononenorum uſque ad centum ſolidos, librarum 25. bononenorum pœna puniatur, quas ſi infrà terminum dictorum 10. dierum non ſolverit fuſtigetur, ut ſuprà, & demùm expellatur, & perpetuò ſit bannitus à dicta Civitate, Còmitatu, et Dictrictu, qui ſic banniti ſi redierint in fortiam Communis Faven., eis manus dextera amputetur. Si verò Furtum commiſſum fuerit à libris quinque bononenorum ſuprà uſque ad lib.25. pœnam librarum centum bononenorum incurrat, quas ſi non ſolverit infrà 10. dies à die ſecutæ condemnationis ei auricula dextra à capite amputetur, et nihilominùs ſit perpetuò bannitus, ut ſuprà. Et ſi Furtum commiſſum fuerit à lib.25. bononenorum ſuprà uſque ad centum aureos incluſivè, condemnetur in pœnam quadrupli etiam ultra valorem rei furto ſubtractæ, quas ſi non ſolverit infrà dictos decem dies, ei manus dextera penitùs amputetur, et oculus dexter illi eruatur, et ſit perpetuò bannitus, et ſi redierit, ei altera manus amputetur. Frangentes verò apothecas, et ex eis bona furantes in Civitate Faventiæ, ſupradictæ pœnæ pecuniariæ duplicentur, quas ſi non ſolverit infrà dictos 10. dies, eis manus dextera, et dextera auricula à capite abſcindatur, et ſint perpetuò banniti, qui ſi redierint furcis ſuſpendantur, ita quod penitùs moriantur. Si verò Furtum exceſſerit, et excedat ſummam, et quantitatem ducatorum centum furcis ſuſpendatur, ita quòd omninò moriatur, etiamſi eſſet unicum Furtum, dummodò ætatem 25. annorum exceſſerit, et ſi minor ætatis prædictæ fuerit, dùm tamen 18. annum exceſſerit, et furtum dictorum ducatorum centum ſummam excedat, amputationis manus pœnæ ſubjaceat, quæ tamen pœnæ corporales redimi poſſint, ſolvendo quadruplum valoris in majore, et duplum in minore. Et qui quinque Furta, et ab indè ſuprà commiſerit, excedentia tamen valorem librarum quinque bononenorum pro quolibet Furto ad minus, per gulam ſuſpendatur, ut ſupra. Famoſos autem latrones, et Stratarum aggreſſores, (B) et eorum receptatores legali pœna puniri decernimus. Furta autem domeſtica puniri volumus juxta juris communis diſpoſitionem, accedente tamen voluntate, et aſſenſu Domini cui dictum Furtum domeſticum factum fuerit, incidentes autem, vel evacuantes marſupium alicui animo furandi, ſi major fuerit annorum decem, et octo fuſtigetur per Civitatem Faventiæ, et ſi bis inciderit, vel evacuaverit, manus dextera ſibi omninò amputetur, qui ſi aufugerit banniatur à Civitate, et Diſtrictu Faven. et ſi quandocunque captus fuerit ſupradictas pœnas patiatur, ſingula ſingulis congruè referendo. A tribus verò vicibus ſuprà incidendo, vel evacuando marſupium furcis ſuſpendatur. Minores autem annorum 18. (C) in omnibus, et ſingulis caſibus ſupradictis puniantur juſdicentis arbitrio, inſpecta perſonarum, et delictorum qualitate, valore, et furandi conſuetudine, locoque, et tempore, et ſupradicti delinquentes ſi capi, aut haberi non poterint ponantur in Banno ſub dictis pœnis in caſibus prædictis expreſſis, ſingula ſingulis congruè referendo.

SUMMARIUM.

1 Furtum eſt fraudoloſa contrectatio rei alienæ.

2 Avaritia eſt radix, & Princeps omnium malorum, ac ubique locorum frequentiſſimum crimen.

3 Pœnæ, & tormenta non ſufficiunt pro crimine furti eradicando.

4 Pœna pro furto imponenda remiſſivè,& n.5.

6 Furtum in Eccleſia, vel alio loco Sacro committens,qua pœna puniatur, remiſſivè.

7 Furtum committens in Eccleſia,vel alio loco Sacro, an gaudeat immunitate Eccleſiæ, remiſſivè.

8 Doloſi decoctores quinam dicantur, & qua pœna puniautur, remiſſivè.

Doloſi decoctores non gaudent Immunitate Eccleſiaſtica n.8.

9 Burſicopia, ſeu Burſarum abſciſſor qua pœna puniatur.

10 Venditor fumi nempè is, qui prætextu amicitiæ, vel familiaritatis Principis, vel Judicis promittit litiganti victoriam, vel favorem aliquo ſibi dato, vel promiſſo qua pœna puniatur.

11 Famulus furtum Domino committens, qua pœna puniatur.

12 Cappeggiatores, qui dicantur, & qua pœna plectantur, remiſſivè.

13 *Bannimenta Generalia Status Eccleſiaſtici c.49. cap.52.cap.53.& cap.55.* circa committentes furta quid diſponant.

14 Emens rem furatam an, quando, & qua pœna plectendus ſit, remiſſivè.

15 Emens rem furtivam an pretium ſolutum repetere poſſit à vero Domino, cui rem reſtituit.

16 Emens rem furtivam ad quid teneatur in conſcientia.

17 Latrones publici, ſeu famoſi, & Graſſatores Viarum qui dicantur,& quibus pœnis plectantur.

18 Minor ætas furis, & latronis an, & quando mitiget pœnam.

OBSERVATIO.

A 1 Furtum, quod eſt fraudoloſa contrectatio rei alienæ invito Domino *l.1.§. Furtum ibique Gloſs. & DD.ff.de Furtis Clar. in §.Furtum in princip.reſol.crim. in verbo Furtum reſolut.5.n.2.* propter effrænatam avaritiam, quæ

eſt radix quorumcunque malorum, omnium
ferè criminum, ubique gentium generaliſſi-
mum, & frequentiſſimum eſt, ac facilè Prin-
2 ceps in maximum Reipubl. damnum, nec pro
hujuſmodi crimine eradicando ſufficiunt tor-
3 menta, & pœnæ, ut advertit *Carpzov. prax.
crim. par. 2. q. 77. n. 1. Berlich. Concluſ. par. 5. con-
cluſ. 43. n. 1.*

Quæ autem pœna imponenda ſit pro furto
4 valdè controverſum eſt inter *DD.* ut latè pee
*Berlich. d. concluſ. 43. n. 2. cum pluribus ſeqq. Gu-
tierez prax. crimin. q. 154. cum ſeqq. Menoch. de
arbitr. caſ. 295. Faber in Cod. Theod. lib. 9. tit. 25.
definit. 18. Farinac. qu. 167. Carpzov. pract. crim.
par. 2. q. 77. & ſeqq. Cortiad. dec.* 106. Et ſpecia-
liter an pro primo furto, ſeu pro ſecundo, an
5 autem pro tertio tantùm imponenda ſit pœna
mortis, ut videre eſt apud *Farinac. d. qu. 167.
n. 33. cum ſeqq. Menoch. loc. cit. Ybanez de Faria
in addit. ad Covar. lib. 2. cap. 9. n. 73. cum pluribus
ſeqq. Cabal. caſ. 18. Poſſent. Singular. crimin. 236.
centur. 3. Conciol. reſolut. crim. in verbo Furtum
reſolut. 6. Berlich. loc. cit. n. 51. cum plurib. ſeqq.
Gutierez d. q. 154. & ſeq. Carpzov. ubi ſup. q. 78.
n. 68. cum ſeqq. Faber in Cod. Theodoſ. lib. 9. tit. 35.
definit. 18. Matthæu, & Sanz de Re crimin. con-
trov. 41. n. 3. cum ſeq. Cortiad. dec. 106. n. 20. cum
ſequent.*

Præſertim quæ pœna imponenda ſit fur-
tum committenti in Eccleſia, vel alio loco
6 Sacro, vide *Text. in l. Sacrilegus 6. in princ. ff. Ad
leg. Jul. pecul. l. Sacrilegi 9. in princ. eodem tit. l.
Aut facta 16. §. Locus ff. de pœnis Clar. in §. Sa-
crilegium, Menoch. de Arbitr. caſ. 389. Matthæu,
& Sanz de Re crimin. contr. 36. nu. 11. cum ſeqq.
Gutierez prax. crim. q. 158. Cortiad. dec. 112. n. 7.
7 cum ſeqq.* ubi examinat, an gaudeat Immuni-
tate Eccleſiæ.

Quid in doloſis decoctoribus, vide *Boller.
8 de Decoct. Fiſcal. Matthæu, & Sanz de Re crimin.
contr. 39. & contr. 78. nu. 124. cum ſeq.* ubi con-
tra *Dianum* tenet, quod fraudulenti decocto-
res tanquàm publici latrones non gaudeant
Immunitate Eccleſiaſtica *Gizzarel. dec. 80. lib. 2.
ibique adden. Scanarol. de Viſitat. Carcer. lib. 3. §. 5.
cap. 4. Donat. Anton. de Marin. alleg. 120. Bullam
B. Pii V. in Bullar. nov. to. 2. in* 112. cujus exe-
cutio noſtris temporibus eſt neceſſariiſſima,
cùm quotidiè experiamur magnam copiam
horum iniquiſſimorum hominum, præſertim
Mercatorum, Nummulariorum, & Negotiato-
rum, qui ſub negotiationis ſpecie bona, &
pecunias alienas intercipiunt, eaque vel diſ-
ſipant luxurioſè vivendo, vel (ut frequentiùs
accidit) aliundè ſe tránsferunt, & ſecum
portant deludendo creditores, vel eos co-
gendo ad condonationem partis crediti, vel
ad dilationem concedendam, quod raró ac-
cidit in Regno Galliæ, quia ibi hujuſmodi
doloſi decoctores ſeveriſſimè puniuntur.

Quid in Burſicopia, id eſt burſarum abſciſ-
ſore, qui crumenas cautè ſubducit, & inopi-
9 nantibus aufert, vide *Clar. in §. Final. qu. 97.
verſ. Quæro etiam, Farinacc. de Furt. quæſt. 166.
nu. 43. & qu. 167. n. 30. Cortiad. deciſ. 106. n. 30.
cum ſeq.*

Quid in venditore fumi, nempè de eo, qui
prætextu amicitiæ, vel familiaritatis Princi-
10 pis, vel Judicis promittit litiganti negotii
eventum, victoriam, vel favorem aliquo ſibi
dato, vel promiſſo vide *Menoch. de arbitrar.
caſ. 344. Caball. reſolut. crim. caſ. 67. Farinac.
qu. 111. nu. 279. cum ſeqq. Faber. in Cod. Theodoſ.
lib. 4. tit. 6. de Condit. ob turp. cauſ. definit. 1.
Fontanell. deciſ. 15. nu. 4. cum ſeq. par. 2. Cortiad.
dicta deciſ. 106. nu. 113.*

Quid in fure cum qualitate famulatus, nam
11 ſi Domino ſurripiat, qua pœna ſit puniendus,
vide *Text. in l. Ne eum 16. l. Servi 17. in princ.
l. Si quis Uxori 52. in princ. & §. 1. cum ſeq. l. Si
libertus 89. ff. de Furtis, l. Perſpiciendum 11.
§. Furta domeſtica ff. de Pœnis Farinac. qu. 174.
nu. 96. & 112. Caball. reſolut. crimin. caſ. 204.
nu. 23. cum ſeqq. Vermigliol. conſ. 466. num. 32.
cum ſeq. Theſaur. QQ. forenſ. 80. nu. 13. lib. 1.
Thor. in Compend. deciſ. par. 3. ſect. 1. verbo Fur-
tum domeſticum Gutierez. Prax. crim. qu. 160.
Berlich. Concluſ. par. 5. qu. 54. Matthæu, & Sanz.
de Re crim. controv. 36. n. 2. cum ſeqq. Cortiad.
deciſ. 106. nu. 45. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 4.
Rub. 53. nu. 13. & Bannimenta Generalia Status
Eccleſiaſtici cap. 55.* ibi: *Dichiarando di più, che
nelle pene contenute, & eſpreſſe nelli ſopradetti
cap. 52. 53. 54. & 55. & in tutti i caſi de mede-
mi incorreranno quelli, che eſſendo Servitori,
Domeſtici, ò Famigliari, rubberanno come in
quelli nelle Caſe, e luoghi dove foſſero Domeſtici,
Servitori, ò Famigliari al Padrone.*

Quid de Cappeggiatoribus ideſt de iis,
qui Viatoribus per vicos, & vias Civitatum,
& Oppidorum inſidiant nocturno tempore
12 veſtes, pileos, & pallia ſurripiendo, vide
*Matthæu, & Sanz. de Re crim. & controv. 42.
per tot. Cortiad. cit. dec. 106. nu. 53.*

Major pars ex prædictis diſputationibus
ceſſat attenta diſpoſitione *Bannimentorum Ge-
neralium Status Eccleſiaſtici cap. 49.* ibi: *E ſe
perſona alcuna come ſopra levarà, ò rubbarà di
notte, ò di giorno ad altri per ſtrada tanto den-
13 tro quanto fuori della Città, Terre, Caſtelli,
Borghi, & altri luoghi, denari, ferrajolo, pan-
ni, ò qualſivoglia altra robba, benche di poco va-
lore con offeſa ancorche leggiera, ancorche non
toccaſſe realmente la perſona incorra in pena del-
la vita, e confiſcatione de' beni etiam per la prima
volta, ma ſe ſarà ſenza offeſa incorra nella pena
della Galera perpetua, e confiſcatione de beni, ſe
però il fatto non foſſe aggravato da violenza, ò
da qualche altra circonſtanza ad arbitrio di S. E.
nel qual caſo ſi poſſa ancora per la prima volta
venire all' eſecutione della pena della vita, e la
minor età in queſti delitti, non ſuffragarà, ſe
non coſtarà dal proceſſo, che il delinquente ſia
minore di vent' anni, e quando queſti delitti ſe
cometteranno fuori di ſtrada il delinquente incor-
ra in pena della Galera per cinque anni, & an-
co maggiore ad arbitrio di S. E.*, & in *cap. 52.*
ibi: *Per provedere, e riparare li furti S. E. im-
pone*

Digitized by Google

pone pena ad ogni perſona , come di ſopra , che rubbarà ad alcuno denari , ò qualſivoglia altra ſorte di coſe , ò robba per la prima volta del quadruplo della coſa rubata , oltre la reſtitutione di quella alla Parte, e d'eſſer poſto publicamente in berlina , quando però il furto foſſe minore di dieci ſcudi , e quando foſſe ſopra dieci ſcudi , della publica fruſta , e la ſeconda volta della Galera per dieci anni qualunque ſi ſia la ſomma del ſecondo furto, e per il terzo furto, ſe tutti aſſieme non arrivano à ſcudi venti della Galera perpetua , ma ſe arrivano aſſieme à detta ſomma della forca, oltre la refettione del danno ſenza riguardo , che il delinquente delli primi foſſe ſtato punito, ò gratiato , e ſe alcuno farà furto notabile , anco per la prima volta incorra la pena della Galera , dovendoſi intendere il furto notabile ogni volta che paſſarà il valore di ſcudi cento , e nella medema pena incorra chi ſarà complice, ò darà ajuto, favore , ò ſcientemente recetterà, ò comprarà robbe rubbate . Ac in *cap.* 53. ibi : *E ſe bene dalla legge commune il delitto dell' Abigeato , vien punito con la pena della vita, dove è la frequenza di quelli , nondimeno ſi riduce a memoria col preſente Bando , e ſi rinova la ſudetta diſpoſitione , e di più ſi dichiara , & ordina , che in tutti li Territorii de luoghi dello Stato Eccleſiaſtico , quali ſiano dentro la diſtanza di dieci miglia dalli confini d'eſſo Stato , con quelli di qualſivoglia altro Prencipe per detto delitto s'incorrerà nella pena ordinaria , ancorche ivi non ve ne foſſe la frequenza , e circa la diſtanza ſi ſtarà alla commune opinione da provarſi almeno per due Teſtimonii* . Et in *cap.*55. ibi: *Avvertendo che nella pena della forca , e confiſcatione de beni incorrino quelli, che per rubbare ſcaleranno caſe, botteghe , & ogn' altro luogo con ſcale, ò altri iſtromenti di qualſivoglia ſorte , ò vero romperanno , ò faranno altra violenza in qualſivoglia modo à muri tanto principali , quanti altri non principali delle caſe , porte , feneſtre , tetti , & ogn' altra parte de luoghi ſopradetti, ò entraranno per tal eff..to per feneſtre con ſcale, ò ſenza , & in qualſivoglia altro modo oltre la via ordinaria delle porte, purche il furto paſſi la ſomma di dieci ſcudi , e ſe il furto ſarà minore , ò non ſi ſarà venuto ad altro atto, che allo ſcalare, ò rompere alcuno de luoghi ſudetti , ò uſar altra violenza come ſopra , incorreranno nella pena della Galera perpetua , nella quale incorreranno anche quelli , che per rubbare adopreranno chiavi adulterine , ò grimandelli ſe ſarà venuto all' atto d'aprire , ò guaſtare la ſerratura , benche non ſia ſeguito effettivamente il furto . E quelli che foſſero trovati dalla Corte con chiavi falſe, ò grimandelli, così in Caſa come fuori tanto di giorno, quanto di notte caderanno in pena di trè tratti di corda, & in concorſo d'altri furti queſta inventione gli ſarà contata per uno* .

Emens verò rem furatam an , quando , &
14 qua pœna plectendus ſit , vide *Farinacc. de Furt. quæſt.*177.*par.*2.*nu.*16. *cum ſeqq. Berlich. Concluſ. par.*5. *concluſ.* 44. *nu.*4. *cum ſeqq. Afflict. deciſ.*369. *nu.*1. *cum ſeqq. Panimoll. annotat.*1. *ad deciſ.*103.

Et an pretium rei furtivæ ſolutum repetere poſſit à vero Domino , cui rem reſtituit ,
15 vide *Text. in l. Incivilem C.de Furt. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 5. *Rubr.* 23. *nu.*1. *cum ſeqq. Gutierez Prax. crim. qu.*152. *nu.*56. *cum ſeqq. & quæſt.ſeq.* examinat ad quid teneatur in
16 conſcientia emptor bonæ fidei rei furatæ , qui eam alteri vendidit , & deindè notitiam habuit eſſe alienam *Farinac. dicta quæſt.* 177. *par.*3. *n.*29. *cum ſeqq. Leotard. de uſur. qu.* 95. *nu.*37. *cum ſeqq. Spada conſ.*149. *volum.*1. *Adden.ad Sanfelic. dec.*343. *col.*6. *&* 7.*Carolum de Mean obſervat.* 365. *par.* 3. ubi tenet , quod pretium repetere non poteſt , etiamſi emptio ignoranter facta fuerit *Cardin. de Luca de Regal. diſcurſ.*129. *nu.*3. *& de Empt.& vendit.diſcurſ.* 13. *nu.*2. *cum ſeq.Guazzin. ad defenſ.Reorum defenſ.*17. *cap.* 6. *Illuſtriſſimum Anſald. de Commerc.& Mercatur.diſcurſ.* 28. qui optimè examinato articulo reſpondit , quod emptor rei furtivæ , ſi abſque mala fide diſtraxit eam coemptam , itá ut dici non valeat , quod dolo deſierit poſſidere , nullatenùs obſtringitur ad reſtitutionem pretii ex ſecunda venditione recepti , niſi in quantum ex eodem ſecundo pretio probatur locupletior effectus *Panimoll. dec.*103. *annot.*3. *nu.*10. *cum ſeqq.*

B Latrones publici ſeu famoſi , & Graſſatores viarum , qui dicantur , & quibus pœnis
17 plectantur , vide *Bullam* Sixti *V. la* 6. *in Bullar. nov. tom.*2. *Farinac. qu.*166.*n.*9. *cum ſeqq. Carpzou. Prax. crim. par.* 1. *qu.* 22. *Gutierez. Prax. crimin. qu.* 156. *Conciol. reſolut. crimin. in verbo Furtum reſolut.* 14. *Del Bene de Immunit. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 13. *&* 18. *Cortiad. deciſ.*107. *per tot.* penes , quos allegantur cæteri de hac materia tractantes .

C Minor ætas furis , & latronis an, & quandò mitiget pœnam , vide *Text. in l. Si ex cauſa* 5. *Nunc videndum in fine ff. de Minorib. Bannimenta generalia dicto cap.*49.*Decian.reſponſ.*24. *nu.*4. *cum ſeqq. volum.*3. *Carpzou. Prax. crim. par.* 2. *qu.* 82. *Mattheù , & Sanz. de Re crim. controv.* 41, *nu.*12. *cum ſeqq. Cortiad. dec.* 106. *nu.*99. *cum ſeqq. ac nu.*103.

ADDIT. AD RUBR. XIII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Furti pœna quænam ſit .
2 Emptorem rei furtivæ qua pœna plectatur .
3 Emptor rei furtivæ an , & quando repetere poſſit à Domino pretium ſolutum .
4 Et quid ſi res empta fuiſſet à Piratis , & ab Hoſtibus .

*Nu.*4. Vide *Criſp. Theoric.& pract.crim. tract.*13.
1 *Raynald.* * *tam in ejus obſervat.crimin. quam in Votis* .

*Num.*14. Emens rem furatam qua pœna ſit ple-
2 ctendus preter hic allegatos * vide *Baſilico dec.* 40.

dec. 40. nn.3. & 4. qui utramque refert opinionem nempè quod Emens ſcienter rem furatam teneatur eadem pæna, qua fur ſecundum unam opinionem, & ſecundum aliam puniendus pæna extraordinaria *Bonſin. ad Banniment. General. cap.54.*

*Num.*15. Emptor rei furatæ an, & quando repe-
3 tere poſſit à Domino pretium ſolutum * vide etiam *Roman. conſ. 69. ibique Balduct. Baſilic. dec.40. Bonſin. ubi ſupra.*

Et quid ſi res empta fuiſſet à Piratis, & ab
4 Hoſtibus * vide *Roman. ubi ſupra nu.5. & ſeqq.*

De Aſſaſſinis.

RUBRICA XIV.

QUoniam Aſſaſſinorum vitium deteſtabile, & peſſimum genus hominum eſt, eapropter majori animadverſione opus fore cenſemus, ſtatuimus igitur quod quilibet Aſſaſſinus, qui aliquam perſonam in Civitate Faven., Comitatu, & Diſtrictu ejuſdem percuſſerit pretio, vel precibus alicujus ſi percuſſus moriatur, puniatur talis Aſſaſſinus pœna furcarum, & in publicatione bonorum, ſi captus fuerit, ſin autem perpetuo Banno afficiatur, & bona ejus publicentur, & Rector Civitatis Faven. teneatur eos proſequi, & curare habere eos etiam per litteras in tota Provincia, ut remiſſio fiat, eodemque modo idem Rector remittere teneatur, ſi in Dominio Faventino aliqui Aſſaſſini reperiantur, quos nullo modo in Civitate, Comitatu, ſeu Diſtrictu Civitatis Faven. habitare volumus, imò eos impune offendi poſſe cenſemus, dummodò Banniti reperiantur pro proditione ſivè Aſſaſſinamento in aliqua Civitate, vel loco Eccleſiæ Romanæ mediatè, vel immediatè ſubjecto. Si verò ex tali percuſſione percuſſus non moriatur, ſed ei membrum abſciſſum, vel debilitatum fuerit, aut oculus erutus, tunc ſi pretio, vel præmio talis percuſſor id fecerit, ultimi ſupplicii pœnæ ſubjaceat; Si verò precibus tantùm, ei manus dextera amputetur, quàm redimere valeat ſolvendo libras quingentas bononenorum infrà X. dies computandos à die factæ condemnationis. Et ſi non fuerit ſecuta membri abſciſſo, ſeù debilitatio, aut oculi evulſio, & percuſſio fuerit cum ſanguinis effuſione, ſi pretio id fecerit manus dextera ei amputetur, ſi autem precibus tantùm, ducatorum centum auri pœna plectatur, & ſi percuſſio fuerit abſque ſanguine, tunc ſi pretio, aut præmio interveniente id commiſerit, librarum quingentarum bononenorum, & perpetui exilii à Civitate, Comitatu, & Diſtrictu Faventiæ pœnam incurrat, & patiatur, & ſi precibus tantùm id commiſerit, ducatorum quinquaginta auri pœna mulctetur, eandem pœnam incurrat, qui tale Aſſaſſinamentum, ſeù proditionem fieri mandaverit, ſeù pecuniam pro tali delicto ſolverit ſcienter, ſeù in depoſitum acceperit, & qui Aſſaſſinum in Domo ante, vel poſt ſcientèr retinuerit, ut dictum delictum habilius fieti poſſet dictas pœnas icurrat, ſingula ſingulis congruè referendo. Prædicta tamen locum habere nolumus, ſi Bannitum pœna capitali offenderint, aut occiderint etiam pretio, aut precibus, ſeu proditoriè quomodocunque.

SUMMARIUM.

1 ASſaſſinii nomen unde originem traxerit, & nu.2.

2 Aſſaſſini quinam olim dicebantur.

3 Aſſaſſini dicuntur, qui mediante pecunia, vel alia re æſtimabili data, vel promiſſa alium occidunt.

4 Crimen Aſſaſſinii atrociſſimum, graviſſimum, crudele, inhumanum, execrabile, & horrendum nuncupatur.

6 Maximè ſi mandans ſit ſanguine conjunctus occiſo.

Crimen Aſſaſſinii eſt proximum crimini læſæ Majeſtatis num.5.

7 Occidens, vel mandans occidi privatur hæreditate occiſi ſibi ab inteſtato delata tanquàm ab indigno, & ad Fiſcum ſpectat. Vid. n.20. & 21. & n.30. Lim. n.29.

Contrarium quod ſpectet ad proximiores defuncti, n.12. & nn.21. Vid. n.13. Maximè ſi delinquens non agnovit, nec adivit hæreditatem occiſi nu.29.

8 Fratricidium committens redditur incapax ſucceſſionis ab inteſtato fratris occiſi.

9 Incapax ſucceſſionis ab inteſtato quis efficitur ex atrocitate delicti in perſonam defuncti commiſſi.

10 Vir occidens Uxorem amittit lucrum dotis.

11 Fideicommiſſarius occidens gravatum redditur incapax fideicommiſſi.

Vocatus ad feudum occidens poſſeſſorem redditur incapax ſuccedendi in eo, n. 11.

13 Aſſaſſinium ex promiſſione generali, & incerta facta non dicitur commiſſum, & n.14. Vide n.22.24. & 25.

Sed reſolvitur in meram pollicitationem, num. 15.

Aſſaſſinium certitudinem pretii, vel mercedis requirit nu.13.

Aſſaſſinium eſt ſpecies contractus venditionis, vel locationis operarum, n.13.

Contractus venditionis, vel locationis operarum requirit certitudinem pretii, vel mercedis, nu.13.

Promiſſio generalis, & incerta non eſt obligatoria, nu.14.

15 Pollicitatio nullam parit obligationem.

16 Promiſſio vaga recognitionis, vel renunciationis non eſt obligatoria.

17 Præ-

17 Præſentia mandantis in actu homicidii excludie Aſſaſſinium. Contrarium, n. 26. Decl. nu. 27. & 28.

18 Qualitas Aſſaſſinii appoſita in ſententia non efficit, ut cenſeatur poſitum in eſſe crimen Aſſaſſinii, ſi verè non aderat.

19 Veritat delicti ex probationibus reſultaus attendenda eſt, non autem aſſertio, ſeu inſcriptio Judicis penes acta.

20 Leges concedentes Fiſco ablationem bonorum, & bæreditatis delinquentis tanquàm ab indigno abrogatæ fuerunt.

22 Promiſſio *d'una buona mancia* facta à Mandante Mandatario efficit, ut dicatur commiſſum Aſſaſſinium, ſi delictum ſequaeur.

23 Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati ad effectum probandi qualitatem Aſſaſſinii ſufficiunt.

24 Verba Mandantis *ammazzate N. che la mia Caſa è aperta; ammazzate N. che io vi levarò dalla forca, ammazzate N. che v'uſarò corteſia*, vel alia ſimilia ſufficiunt ad conſtituendum delictum Aſſaſſinii. Contrarium tenentes ibi remiſſivè.

25 Maximè quando talis promiſſio facta fuit præſenti, & acceptanti.

31 Dubietas cauſæ ſufficit pro excluſione Fiſci.

OBSERVATIO.

ASſaſſini nomen originem traxiſſe ſcri-
bit *Volateran. in lib.* 11. *cap. de Sectis* ab
illis hominibus Syrtæ à pueritia ita inſtru-
1 ctis, ut inimicos Regis, aut Domini de ejus
mandato occidebant; ſecundum PAULUM
Æmilium Verneſium lib. 5. *de Rebus geſtis Fran-*
corum in vita LUDOVICI XI. *& lib.* 7. *in vita*
D. LUDOVICI; Aſſaſſini erant ſexaginta millia
homines obſcuri, ſed formidoloſi etiam Re-
2 gibus, & IMPERATORIBUS, & poſſidebant de-
cem Oppida, ac erant in Phænicia, tunc fe-
rè quando antiquitùs ibi habitabant Eſſeni;
profecti erant iſti Aſſaſſini ex Perſia, & Ma-
humeticam ſuperſtitionem colebant. Sanctiſ-
ſimi a Barbaris exiſtimati, ac nulla cupidita-
te bonorum detenti inter ſe unanimitèr vi-
vebant, abſque eo quod unquam de Imperio,
& Magiſtratu contenderent, opiuantes nil me-
lius fuiſſe in hac vita, quàm concurrente neceſ-
ſitate pro ſalute publica mori, & credentes ſe
DEI beneficio fuiſſe immortales, ſi eorum Sectę
hoſtes occiderent, ut etiam docent *Carolus de*
Freſnè in ejus Gloſſar. in verbo Aſſaſſini Ybanez
de Faria ad Covar. variar. reſolut. lib. 2. *cap.* 20.
nu. 104., ubi concordantes, & *Marta de Ju-*
riſdict. par. 4. *centur*, 2. *caſ.* 129. *num.* 2. Juxta
opinionem autem *Leandri. Albert. in Deſcript.*
Ital. de Calabria ſeptima Regione Italiæ, ibi: *Il*
nome d'Aſſaſſino fu primieramente nome d'alcuni
Popoli, che diedero principio ad uccidere gl'huo-
mini nelle ſtrade publiche ſenza riſpetto per ſpo-
gliarli, onde fù poi tratto il vocabolo d'Aſſaſſino,
& impoſto à quelli, che uccidono alcuno per ſpo-
gliarlo. Et juxta *Alberic. dictionar. in verbo*
Aſſaſſinus, iſtud nomen fluxit à quibuſdam
populis infidelibus, qui ex nonnullis falſis
opinionibus mittebantur ad occidendum
Chriſtianos. Hodiè verò ſecundum commu-
nem, & uſitatum modum loquendi Aſſaſſini
3 dicuntur, qui mediante pecunia, vel alia re
æſtimabili data, vel promiſſa alium occidunt,
juxta originalem doctrinam *Bart. in l. Cicero*
ff. de Pœnis, & in l. Non ſolum §. *Si mandato ff.*
de Injur. & tradunt *Anchar. in cap.* 1. *nu.* 3. *de*
Homicid. in 6. *Farinacc. conſ.* 5. *nu.* 1. *cum ſeqq.*
Giurb. conſ. 41. *nu.* 10. *juncto conſ.* 46. *n.* 8. *Yba-*
nez ubi ſupra nu. 103. *&* 112. *Guazzin. ad de-*
fenſ. Reorum defenſ. 1. *cap.* 38. *nu.* 42. *Carpan. re-*
ſolut. 16. *nu.* 27. *in fine verſ. Hinc quod magis eſt,*
Lotter. de Re benefic. lib. 3. *quæſt.* 31. *num.* 54.
ubi advertit, quod vocantur Aſſaſſini ab an-
tiqua latina voce *Aſſir*, quæ ſanguinem ſigni-
ficabat *Conciol. Reſolut. crim. in verbo Aſſaſſi-*
nium reſol. 1. *& reſolut.* 4. *utrobique nu.* 2. *Mar-*
ta loc. cit. num. 3. *&* 5. *cum ſeq. Sperell. dec.* 102.
nu. 13. *&* 16. *par.* 2. *Rot. in recent. deciſ.* 603.
nu. 1. *&* 2. *par.* 4. *tom.* 1.

Crimen iſtud Aſſaſſinii nedùm atrociſſi-
mum, & graviſſimum in Jure reputatur, ſed
4 etiam crudele, inhumanum, execrabile, &
horrendum nuncupatur, ut dixit INNOCEN-
TIUS *IV. in Concilio Lugdunenſi in cap.* 1. *de Ho-*
micid. in 6. *ibique communiter Scribentes* plenè
Farinac. qu. 123. *n.* 6. *Lotter. loc. cit. num.* 36. ubi
5 quod eſt proximum crimini leſæ Majeſtatis,
& *Cortiad. dec.* 95. *nu.* 2. ubi adducit rationes,
& ad ſaturitatem cumulat concordantes.

Augetur etiam execrabilitas, ſi mandans
ſit ſanguine conjunctus occiſo, prout in ſe-
6 quenti caſu diſcuſſo in *Sac. Conſulta*, cui à
Summo Pontifice INNOCENTIO *XI.* ſpecialiter
commiſſa fuerat deciſio.

Abbas Joſeph de Pelegrinis poſt dimiſſum,
habitum inſignia Religionis de anno 1676.
& 1677. ampliſſimè renunciaverat omnia ſua
bona, & jura Comiti Joanni Baptiſtæ de Pe-
legrinis Fratri, qui vice verſa ſe obligaverat
ei ſolvere ſua vita durante annua ſcuta 550.
Experiente Abbate hujuſmodi annuam præ-
ſtationem valdè inferiorem eſſe voluptuoſis
expenſis, quibus in Urbe ſe voluntariè ſubmi-
ſerat, & juremerito recuſante Comite illis
ſupplere, deliberavit fratricidium pro conſe-
quenda illius ſucceſſione, & pro faciliori exe-
cutione ejus inhumanitatis, diſſimulando re-
creationis prætextu ſe contulit in Terram Ma-
relicę ubi habitabat cum Fratre in Patria Domo
& ibi convivebat cù eodem Fratre, & repertis
quatuor Sicariis, quibus promiſerat *una buona*
mancia, cum tunc temporis nihil in promptu
haberet prout interrogatus à Sicariis paulò an-
tè commiſſum delictum, ibi; *Volemo ſapere, che*
c'hà da eſſere per noi, ſe ce li date adeſſo, ò come
volete fare, reſpondit, *Jo adeſſo non hò manco un*
quattrino, non vi poſſo dar le mani, ma quando è
morto lui, pigliarò ogni coſa, e andarò à trova-
re qui Carbone (qui erat unus ex Sicariis) *e*
portarò quello che hò promeſſo, & ejus nomine
Joannes Dominicus *hà detto non poteria dar*
prima, perche non haveva denari, ma benſì dop-
po,

Digitized by Google

po, e lui l'haverebbe portata ad Aleſſio, & de-
facto Bernardinus alter Sicarius poſt cędem
requiſivit dictum Joannem Dominicum, ut
iret *à Sigillo* locum conventum *per li quatrini*.
Die vero 22. Auguſti 1678. in ſuas manſiones
clàm jam introductis Sicariis, traditoque
eiſdem ſigno pro opportunitate temporis, &
loci executionis ſceleris, tandèm circa quar-
tam horam noctis, dum dictus Comes poſt
ſumptam cœnam cum Abbate Fratre, juxta
conſuetum famulis, jam ad eorum habitatio-
nes, & manſiones regreſſis, præfatum Abba-
tem præ manibus candelabrum accenſum pa-
citè ſicut ille aſportantem, & ad ſuas man-
ſiones ſe conferentem de more aſſociavit, &
vix in eas ingreſſum Abbas indicavit Sicariis,
quibus erat ignotus, dicendo *preſto eccolo am-
mazzatelo*, imitando *Judam Iſchariotam*, qui
ſignum dedit Judæis *quemcumque oſculatus fue-
ro ipſe eſt, tenete eum, Matth. cap.* 26. Undè
perfidi eum proditoriè aggreſſum, & appre-
henſum cum ſtiletto, ſeu aliis ſimilibus armis,
quamplurimis vulneribus affecerunt præſente
eodem Abbate, ac lumen intrepidè tenente,
qui etiam in actu ſceleris ejus crudelitatem
confirmavit, perfectionem cædis demandan-
do, dum ſubdit *finitelo d'ammazzare*, & per-
fecto delicto, accendit lumen extinctum,
quod è manibus occiſi in terram ceciderat,
& deindè curavit afferri culcitram tormenti-
ciam, ſeu ut alii vocant ſtrangulum copertum
ſanguine aſperſum ex quo in eo appoſuerant
cadaver occiſi, & demum cadavere in linteo
involuto ad occultandum facinus in viam pu-
blicam, ipſo duce curavit eum aſportari unà
cum proprio pileo, & enſe. Poſtquàm duo ex
Sicariis, qui ad manus Curiæ pervenerant,
prævia ſententia lata in Tribunali Guberna-
toris Urbis continente expreſſionem qualita-
tis proditionis, & Aſſaſſinii fuerant in Urbe
malleati, jugulati, & ſciſſi, in contumaciam
condemnatus fuit de Anno 1679. dictus Ab-
bas in pœnam ultimi ſupplicii, & confiſca-
tionis bonorum; pariterque in eandem pęnam
abſque ulla enunciativa Aſſaſſinii condemnati
fuerunt in contumaciam cæteri Sicarii, qui
poſteà in poſſe Curiæ perventi, pœnam ulti-
mi ſupplicii paſſi fuerunt. Tranſacto anno à
die latæ ſententiæ, cum inſtetiſſet Fiſcus pro
tranſmiſſione Commiſſarii ad partes ad effe-
ctum conficiendi proceſſum confiſcationis
tam ſuper bonis ſpectantibus ad Abbatem,
quàm ſuper aliis ad eundem ab inteſtato de-
7 laris, & auferendis tanquàm ab indigno ob
necem præfati Comitis ad *Text. in l.* 1. *& l. Lu-
cius ff. de Jur. Fiſci l. Indignus* 3. *ff. de His, quæ
ut indignis, Farinac. quæſt.* 120. *nu.* 36. & in pun-
cto Fratris *Sanfelic. dec.* 70. *nu.* 1. *cum ſeqq.* ſe
oppoſuerunt Joannes, & Fabius Nepotes
ejuſdem Comitis prætendentes, dictum Ab-
batem fuiſſe incapacem ſucceſſionis, utpotè
8 quia fratricidium per Aſſaſſinium commiſiſ-
ſet, juxta *Text. in cap.* 1. *§. Sacri approbatione
de Homic. in* 6. Ex atrocitate enim delicti quis
9 efficitur incapax *Brunar. à Sole qu.* 16. *n.* 33. *&
35. Theſaur. QQ. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 41. *nu.* 11.
& de Viro occidente Uxorem ad effectum lu-
10 crandi dotem eſt *Text. in l. Si ab hoſtibus §. Si
vir ff. Solut. matrim.* & de fideicommiſſario
11 gravatum, aut vocato ad feudum poſſeſſo-
rem occidente, ut tempus ſucceſſionis præve-
niat, quod fiat prorsùs incapax *Perez ad
leg. Cornel. de Sicar. num.* 32. *Beſold. conſ.* 235.
nu. 21. *& conſ. ſeq. nu.* 21. *Noguerol. allegat.* 12.
n. 186. *cum ſeq. Lara de Anniverſar. lib.* 1. *cap.* 5.
n. 29. *Marta in Compilat. Jur. unin. tom.* 5. *cap.* 5.
Chriſtinæus deciſ. 200. *nu.* 21. *lib.* 1. ubi de Fra-
tre occidente Fratrem, ut ei feudum devo-
lueretur. Atque ideò non ad ipſum uti inca-
pacem, & ſic eo minùs ad Fiſcum ex ejus per-
ſona, tanquàm ab indigno, ſed ad eos tan-
quàm proximiores defuncti hæreditas ſpecta-
12 ret ex traditis per *Barbat. conſ.* 8. *nu.* 11. *verſ.
Et ideò vol.* 3. *Menoch. conſ.* 502. *nu.* 9. *Farinac.
quæſt.* 123. *nu.* 14.

Verum pro Fiſco militare videbatur defe-
ctus qualitatis Aſſaſſinii, quæ reddebat inca-
13 pacem Abbatem, idque ex duplici ratione,
nempè Primo, quia non concurrebat pro-
miſſio certa determinatæ quantitatis pecu-
niarum, vel alterius rei pretio æſtimabilis,
ſed ſimpliciter generalis promiſſio, *che gl'
haverebbe fatta buona mancia.* Nam cum Aſſaſ-
ſinium ſit ſpecies contractus venditionis, vel
locationis operarum, qui precnecelsè requirit
certitudinem pretii, vel mercedis, ita ut ſi
contractus eſſet licitus, dari poſſet actio pro
illius conſecutione, cum promiſſio generalis,
14 & incerta non ſit obligatoria, ut reſponde-
runt *Bald. conſ.* 98. *lib.* 1. *& conſ.* 383. *lib.* 5. *Bur-
ſatt. conſ.* 20. *n.* 4. *lib.* 1. *Gabriel. conſ.* 170. *n.* 18.
lib. 1. *Eugen. conſ.* 76. *nu.* 138. *cum ſeq. Vermi-
gliol. conſ.* 14. *nu.* 8. *Handed. conſ.* 93. *nu.* 66. *&
68. cum ſeq.* ubi de communi teſtatur *lib.* 2. *Ma-
ſtrill. in Commentar. ad Indult. general. cap.* 29.
nu. 10. *Decian. Tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *nu.* 17.
*verſ. Ad excuſationem tamen, Caball. de Omn.
gen. homicid. nu.* 494. *Joan. Anton. de Nigr. ſuper
Capit. Regni cap.* 7. *incip. Frequens nu.* 73. *Aloyſ.
Catalan. ad Indult. generale cap.* 32. *nu.* 12. *cum
ſeq. Cruſſ. de Effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 704. *Bar-
baſ. de Jure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 97. *in fine
verſ. Et nota, Diana oper. moral. par.* 6. *tract.* 1.
reſolut. 11. *verſic. Quinto limitatur, & in ſum-
ma in verbo Immunitas Eccleſiaſtica n.* 29. *Caſtro
Palao tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. unic. punct.* 9.
nu. 34. *verſ. Deindè requiritur, Bonac. diſput.* 3.
quæſt. 7. *de Immunit. punct.* 4. *num.* 18. *Lezana
QQ. regular. tom.* 3. *verbo Immunitas Eccleſia-
ſtica nu.* 13. *verſ. Imò requiri Cancial. Reſolut.
crim. in verbo Aſſaſſinium reſolut.* 1. *nu.* 3. cum
aliis adductis per *Farinac. qu.* 123. *nu.* 140. *&
145. & per Matthæu, & Sanz de Re crim. con-
trov.* 15. *nu.* 12. *& ſeq. Anton. Matth. lib.* 48.
ff. tit. 5. *cap.* 1. *nu.* 3. ibi: *Crediderim tamen niſi
merces certa ſceleri propoſita; & conſtituta fue-
rit, ſive in ſpe, ſive in corpore, ſive in pecunia
numerata, non poſſe eum videri Aſſaſſinium, alio-
quin*

Digitized by Google

quin omnes Mandatarios Aſſaſſ.nos eſſe,Gratian.
diſcept.619. n.10. Guazzin.ad defenſam Reorum
defenſ. 4. cap. 13. nu. 6. & 8. Capyc. dec. 155.
ſub n.5. verſ.Tertia dubitatio, Intrigliol.dec.40.
nu.57. Sperell. dec. 102. nu. 22. Attenta enim
omnimoda incertitudine reſolvitur in meram
15 pollicitationem,quę nullam parit obligatio-
nem, ut probant ſupra allegati, & generali-
ter, quod promiſſio vaga recognitionis, vel
16 renunciationis non ſit obligatoria, tradunt
Alex. conſil. 199. nu.1. cum ſeq. vol. 1. Spada
conſ.277. nu.1. & per tot. vol. 2. & latè firma-
vit *Rot. in Romana annuæ præſtationis 13. Fe-*
bruarii 1677. §. Prætereà promiſſio cum duobus
ſeqq. coram bo: mem. Albergato Decano ubi de
verbis *vi ſarò del bene &c. vi mandarò qualche*
coſa per corteſia, non por obligo.

Secundò qualitas Aſſaſſinii excluſa rema-
nebat à præſentia Abbatis mandantis, cum
illa ſit contra naturam Aſſaſſinii *Gabriel conſ.*
17 *170. n.8. cum ſeqq. vol.1. Bertazzol. conſ.148.*
nu.13. lib. 1. Bajard. ad Clar. in §. Aſſaſſiuinm
nu.5. Gratian. diſcept.619. nu.25. Guazzin. di-
cta defenſ. 4. cap. 13. nu.3. Covar. Var. reſolut.
lib.2. cap.20.n.9.cum ſeq.Farinac. dicta qu.123.
nu.35. 99. & 148. Del Bene de Immunit.Eccle-
ſiaſt. tom.2. cap.16. dubit.21. ſect. 3. n.3. Thor.
in Compend. deciſ. par. 3. ſect. 1. verbo Aſſaſſi-
nium in fine, Cortiad. deciſ. Catalon.95. nu.27.

Non obſtante prædicta enunciativa quali-
tatis Aſſaſſinii appoſita in prima ſententia,
quia ultrà, quod Fiſcus habet pro ſe aliam
ſententiam latam contra Abbatem, in qua
non legitur hujuſmodi qualitas; Exindè non
cenſetur poſitum in eſſe crimen Aſſaſſinii, ſi
18 verè non aderat, juxta celebrem doctrinam
Bald.in l.Non ideò minus 5. n.10. verſic. Nomen
enim delicti, ibi: *Hoc autem nomen imponitur*
à lege, non autem à Judice, unde ſi Judex dice-
ret ſic, dico quod tu commiſiſti falſum dolo
malo adulterando Bertam, & ideò te condemna-
mus, non eſſet condemnatus de falſo, ſed de adul-
terio, quia impoſitio nominis non eſt in poteſtate
Judicis, ſed legis, C.de Accuſat. quia non in-
ſcriptio facta per Judicem penes acta de titu-
19 lo delicti aliquem Reum facit, ſed veritas fa-
cti ex probationibus reſultans attendenda eſt
l.Famoſi §. Hoc autem crimen. ff. Ad leg. Jul.
Majeſt. Maſtrillo ad Indult. general.cap.29.n.19.
verſ. Tertio confirmatur Rovit. in Pragmat.1.de
Cuſtod. Reorum nu.4. cum ſeq. Eſcobar. de Nobi-
lit. proband. par. 1. quæſt. 3. §.3. nu.4. Franc.
dec.330. nu.6. ibique Viſcont. in Addit.

Sed pro Joanne, & Fabio replicabatur non
agi pro canonizatione aſſaſſinii ad effectum
irrogandi pænam Reis, minùſque ad exclu-
ſionem alteriùs conjuncti, ſed ad repellendum
Fiſcum ex immunitate Abbatis, qui Fratris
amantiſſimi cædem demandare, ac videre
non horruit ad unicum finem ei ſuccedendi,
alioquin habilitaretur delinquens ad ſucce-
dendum occiſo, ut ſtatim, ac per quandam
occultationem actus Fiſcus hæreditatem au-
ferat, ac propterea legibus concedentibus Fi-
20 ſco ablationem bonorum, & hæreditatis de-
linquentis tanquam ab indigno apud pleraſ-
que gentes expreſſe derrogatum fuiſſe, ac non
eſſe in uſu probat latè *Goenevvegens de Legib.*
abrogat. in Cod. lib.6. tit. 35. ubi allegat. con-
cordantes *Faber de Error. Pragm. decad. 38.*
error.10.n.11, A Sandè dec.aur. lib.4.deffinit.5.
& ſeq. & ità ſervatur, ac deciſum fuit in va-
riis Mundi partibus nempè in Curia Tholoſa-
na *Maynard. quæſt.94. lib.7. Pappon.de Arreſt.*
in lib. 21. tit. 1. arreſt. 22. in addit. in Senatu
Burdegalenſi *Ferron. ad Conſuetud. Burdegal.*
lib.2. tit.5.de teſtam. §.1. verſ.at ſi Frater.Boer.
deciſ.25. nu.7. in Belgio *Perez, ad Leg.Cornel.*
de Sicar. nu.31. cum ſeq. Zypæus in Not. Juris
Belgic. lib.10. tit.de Jure Fiſci nu.30. latè, &
magiſtraliter *Chriſtinæus dec.200. nu.17.vol.1.*
in Germania *Coler. dec. 256.* in Brittania *Ro-*
bert. Rerum judicat lib.3.cap.7. quem ſequitur
Donat. Anton.de Marin. reſolut.151. nu.1.

Imò ubi hujuſmodi leges ſervantur intelli-
gendæ ſunt cùm benigna interpretatione, ac
21 declaratione, quatenus ſcilicet deficiant con-
juncti occiſi, nam illis exiſtentibus, & con-
currentibus cum Fiſco, tunc ipſi admittendi
ſunt ad ſucceſſionem, excluſo Fiſco etiam nul-
la facta diſtinctione inter incapacem, & in-
dignum, ut in Sabaudia *Faber.in Cod.Theodoſ.*
lib.6. tit. 16. deffinit. 6. nu.4. in tota Gallia
Pappon. de Arreſt. lib. 21. arreſt. 22. tit. 1. &
& arreſt. 1. tit. 4. Barry de Succeſſ. lib.1. tit.9.
ſub nu.2. verſ.Imò quod plùs, Perez ad leg.Cor-
nel. de Sicar. loc. cit. in Auſtria *Rubr. conſ. 34.*
in fine lib.1.

De aſſaſſinio etiam conſtabat, quia præter
alia extrema, quæ non controvertebantur,
22 fuit promiſſa pecunia, ut ex verbis in princi-
pio recenſitis, quamvis ſufficeret promiſſio
d'una buona mancia, quæ præſefert numeratio-
nem pecuniæ juxtà communem uſum loquen-
di, qui attendi debet, & ſufficit, ut pecunia
dicatur promiſſa expreſsè *cap. in litteris 7. de*
Sponſalib.Natt. conſ.128. nu.2. cum ſeqq. & in
terminis aſſaſſinii *Cephal. conſ. 57. nu. 18.* ab-
ſque eo quod requiratur promiſſio certæ
quantitatis; maximè cum talis promiſſio eſſet
in ſe certa, & tanquam de facili certificabilis
arbitrio boni viri in caſu licito, cenſetur ad
aſſaſſinium ſufficiens, ut diſtinguendo hanc
ab alia promiſſione facta per verba generalia
& iactatoria firmant, *Bero. conſ. 175. num.3.*
lib.3. Sperell. dicta dec.102. nu.23. & cum hac
diſtinctione tranſeunt *Matthea & Sanz de Re*
crim. controv.15. nu.15. pro Fiſco allegati *Spa-*
da conſ. 84. nu.3. volum. 1. Ybarnez de Faria ad
Covar. var. reſolut. cap.20. nu.99. lib.2. & refe-
rens millies deciſum *Carpzou.Prax.crim.par.1.*
qu.19.nu.48.Novar.in Summa Bullar. comentar.
72.n.63.pag.mihi 116.Roſa in Prax.crim.cap.6.
nu.6. & 27.

Et ceſſabat omnis difficultas cum certifica-
ta remanſiſſet quantitas in ſcutis 200. ex de-
poſitione duorum teſtium ad perpetuam rei
23 memoriam examinatorum, qui in hac mate-

ria

ria aſſaſſinii ſufficiunt *Cirill.inSumma crimiual. Rub.de Pnblic. jndic. §. 6. ua.10. verſ. valebunt ergo* , *Boſſ.de For.compet. ñu.66.*

Addebatur etiam , ex promiſſione
incerta *ammazzate il tale , che la Caſa mia è*
24 *aperta; ammazzate il tale, che io vi levarò dal-*
la Forca , ammazzate il tale , che v'nſarò corte-
ſia , vel aliis ſimilibus verbis concepta, ſuffice-
re ad conſtituendum delictum aſſaſſinii juxta
reſolutionem *Sacri Couſilii Neapolitaui* penes
Frauch. dec.176. contrà quam licet non deſint
DD. relati per *Carolum Antonium de Luca ibi-*
dem in addit. uu.2., Attamen eam laudarunt
Princeps Criminaliſtarum *Farinac. quæſt.123.*
nu.58.& 59.ac 146. juncto couſ.211. an.18. Vi-
ſcont. Concluſ. verbo Aſſaſſinium cap.2. quæſt. 2.
Porr.in Faſcicul.rer.crimiu.§.Aſſaſſinium p.156.
verſ.an comittat.Juſt. Obſerv. crim.tit.2.obſ.10.
nu.9. Burg.de Modo proced.ex abrupt. quaſt. 23.
num.212. Ameſc. iu tract. de Poteſt. in ſe ipſum
lib.1. quæſt.19. num.9. Muſcatell.iu Prax. crim.
tit.de Homicid.mediante mandat.nu.63.Viliagut.
de Exten.leg. pæu.tit.de Crim.aſſaſſin. n.8.p.320.
Ritc.Collectan. dec.101. Marta in Compeud. dec.
verbo Aſſaſſinium cap.2. par. 2. Del Beue de Im-
munit. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dab. 21. ſect. 1.
nu.12.verſ.item ſufficit Mattheù & Sanz.rejectis
contrariis cit.controv.15. u.15.Iutrigliol.dec.40.
*num.55. Cortiada dec.95. uu.18.*ubi refert con-
cordantes .

Præſertim quando facta fuit præſenti , &
acceptanti,quia tunc etiamſi hujuſmodi pro-
25 miſſio ſonet in pollicitationem , adhuc ſuffi-
cit pro inducendo crimine aſſaſſinii,ſicuti pa-
rit actionem in re licita , ut in ſpecie reſpon-
dit *Spad.dicto conſ.84.n.18.vol.1.* ubi concor-
dantes .

Nec applicabatur *deciſio ia citata Romana nunnæ præſtationis coram Reverendiſs. Alberga-to*, cum in illo caſu prolata eſſent verba ex-
preſſe excludentia obligationem , & ſolum
præ ſe ferentia jactantiam , & officioſitatem ,
ſicuti etiam in eiſdem terminis promiſſionis
per verba jactatoria loquitur major pars DD.
exadverſo allogatorum .

Pariter etiam non excludebatur aſſaſſinium
ex præſentia Abbatis , ut firmarunt *Giurb.*
26 *conſ.48.num.26.cum ſeq. Novar.in Sum.Bullar.*
commeutar.72.n.60. Et contraria opinio pro-
cederet , vel quando principalis interveniens
27 erat inimicus occidendi , qui propterea po-
terat , & debebat ab eo ſe præcavere , vel
quando Sicarii conſiderabantur uti opera
ferentes , & auxiliatores , utpotè quia Prin-
cipalis cùm eorum aſſiſtentia illum occide-
rat , iu quibus terminis, & cum talibus cir-
cumſtantiis reſpondit *Gabriel. d. conſ.170.* &
ſecundùm ejus caſum , & circumſtantias in-
telligendi ſunt omnes DD.qui eum tanquàm
Anteſignanum ſequuntur , non ut Mandata-
rii , & Executores cum ſimplici præſentia
Principalis mandantis , prout in primo caſu
mandantis inimici, ideòque ceſſantis pro-
ditionis loquuntur *Thor. iu compend. deciſ. to-*
mo 3. verbo Aſſaſſinium Gratian. diſceptat.619.
n.2. Del Beue de Immunit.to.2.cap.16.dubit.21.
ſect.3.nu.3.Tancred.de Relig.tract.1.lib.4.de ob-
ſer.& immunit.q.5.ſub n.38. Caſtropal.oper.mo-
ral.t.2.tract.11.diſp.unic.punct.9.ſub a.36.Cam-
pan.in prax.for.judic.reſol.16.nu.36.Roſa Prax.
crim.cap.6.u.30.Giurb.couſ.48.n.25.verſ.& ra-
tio eſt, Coariol. Reſol.crim. in verbo Aſſaſſinium
reſol.2.a.1.cum ſeq. Cortiad.d.dec.95.n.26.cum
ſeq. Ac in ſecundo caſu Principalis propriis
28 manibus operantis loquuntur;*Facbiu.conſ.83.*
n.10.lib.3.Rovit.in prag.1.de Aſſaſſin.a.17.Viv.
Commun.opin.74.ſub nu.1.lib.1. Bajard.ad Clar.
§.Aſſaſſiniam u.5.Bertazzol.conſ.356.u.6.lib.1.
Farinac.de Immnnit.Eccleſ.n.133.& in prax.cit.
*qu.23.num.35. & 99.*ac meliùs 148.& clariùs
*Cherubin.in Compead.Bullar.ad Bullam 37.*Clementis VIII.*ſchol.2.*

Adducebatur etiam pro excluſione Fiſci ,
quod cùm Abbas ſtatim poſt cædem ſeminu-
dus coactus fuiſſet fugere uti delinquens de-
tectus , & accuſatus à famulo Comitis , & ſe
recipere nedùm extra Statum Eccleſiaſticum,
ſed etiam extra Italiam, ubi paulò poſt obie-
rat non agnita, nec adita hæreditate Fratris,
29 ſucceſſio ſpectabat ad proximiores occiſi ,
abſque eo quod Fiſcus quidquam prętendere
valeret , ut diſtinguendo originaliter tradit
Caſtr. ia l.Hæreditas ff. de his, quibus ut indign.
ibique *Angel.& Alex.n.2.Soc.ſcu.in l.1.nu.30.*
*verſ.2.limit.ff.de Vulgar.*ibique *Adden.litera C.*
& Soc.jun.conſ.3.u.16.in fin.cum ſeq.lib.3.Mar-
ſil.conſ.93.n.18.Rubr.d.conſ.34.au.30.lib.1. ubi
pariter de Fratricida , qui non adivit , & re-
fert deciſum *Boſſ.de his,quæ ut indign.num.18.*
Belloa.de Jure accreſcen.cap.7.q.58.nu.17.cum
duobus ſeqq.

Aditio enim indigni omninò requiri vide-
batur, cùm lex utatur verbo *Ablationis*,quod
30 tanquàm privativum ſupponit habitum adi-
tionis , ut defendit *Igneus ia l. Cum Fiſco ff.ad*
Syllan.uu.13.cum ſeq. & per tot.Eugen.conſ.76.
nu.163.& nu.136.Rub.d.couſ.34.nu.8.& 25.ac
conſ.16.a.75.cum ſeq. Everard.conſ.194. nu.16.
D.Urceol.de Tranſact.q.84.n.52.ac 54. & Coler.
dec.256.n.11.

Et tandem allegabatur , quod pro exclu-
ſione Fiſci ſufficiebat cauſam eſſe dubiam ju-
31 xta *Text.* literalem in *l.Non puto ff.de Jure*
Fiſci .

Diſcuſſo igitur articulo in *Sac. Conſulta ſub*
die 8.Julii 1681. emanavit reſolutio *Conſtare*
de aſſaſſinio , & nullum jus competere Fiſco in
hæreditate occiſi .

ADDIT. AD RUBRIC. XIV. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 De bonis, quæ ab indigno auferuntur re-
miſſivè .
2 Mandantis præſentia excludit Aſſaſſinium .
3 Subſtitutus occidens Teſtatorem an, & quan-
do cenſeatur excluſus à Fideicommiſſo .

Num.2.

Digitized by Google

Num.2. Urſaya Inſtit.crim.lib.2.tit.5.n.47. idem firmat.

Num.6. Urſaya Inſtit.crim.lib.2. tit.5.nu.52. ubi approbat hanc concluſionem noſtram.

Num.7. De bonis, quæ ab indigno auferuntur 1 vide * *Antunez de donat. reg. lib.3. cap.29.cum ſequentibus.*

Num.17. Mandantis præſentia excludit Aſſaſſinium, ut firmat *Advocatus Euſebius in ejus* 2 *reſponſo* * impreſſo penès *Paſſerin.Cap.Pro humani verſ.Quarto quia de Homicidio in 6.* ubi in *verſ.ſeq.cum Guazzin.defenſ.41.nu.3.cap.3.* firmat, quod ad Fiſcum ſpectat probare mandantem non interceſſiſſe.

Num.21. Subſtitutus occidens Teſtatorem an, & 3 quando cenſeatur excluſus à Fideicommiſſo * unà cum ejus deſcendentibus vide *Tartagl.de reſervat.Statut.&c.art.62.art.14.*

Num.28. Verſ.Adducebatur indignus Abbas, qui mediante execrando delicto commiſſo in mortem Fratris cupiebat divitias, ex Dei juſto judicio miſerabiliter obiit in Hoſpitali Civitatis Januę, in qua profugus mendicando ſe receperat.

De Pœna Proditoris.

RUBRICA DECIMAQUINTA.

STatuimus, & ordinamus, quod quicunque de Civitate Comitatu, vel Diſtrictu Faventiæ crimen læſæ Majeſtatis commiſerit legali pœna puniatur. Si verò civis, diſtrictualis, vel forenſis occiderit, aut occidi mandaverit aliquem ex Lectoribus S.R.E., vel Civitatem Faventiæ, aut Oppida eidem ſubdita proditoriè deprædaverit, aut deprædari fecerit, vel arces ipſi Civitati ſubditas prodierit, ſi captus fuerit ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum pœnam ſubſtineat, ejuſque Domus funditùs diruatur, ipſiuſque memoria damnetur. Et ſi talis delinquens aufugerit banniatur perpetuò à Civitate, Comitatu, & Diſtrictu Faventiæ, ejuſque bona publicentur, & domus, ut ſuprà deſtruatur, & poſſit impunè à quocunque offendi, etiam uſque ad mortem incluſivè, & talem bannitum occidens ſi ipſe bannitus, aut condemnatus eſſet ab hujuſmodi banno, et condemnatione exemptum, et liberatum eſſe, ac intelligi volumus, et mandamus etiamſi in pœnam ultimi ſupplicii damnatus, et bannitus eſſet, dummodò pro ſupraſcriptis delictis, ſeu alio eorum damnatus, aut bannitus non eſſet.

SUMMARIUM.

1 COmmitens delictum læſæ Majeſtatis humanæ offendit Deum mediante perſona Principis, committit parricidium, proditorium, & crimen falſi.

2 Crimen læſæ Majeſtatis humanæ eſt graviſſimum, atrociſſimum, & horrendum.

3 Læſæ Majeſtatis criminis materiam tractantes remiſſivè.

4 Scribens in injuriam Principis, an crimen læſæ Majeſtatis committat remiſſivè.

Injurias proferens contra Principem, quas pœnas incurrat remiſſivè n.3.

Maledicens Principem, quas pœnas incurrat remiſſivè n.3. & ſeqq.

5 Non revelans, & negans conjurationem Principi, qui eum interrogavit, an crimen læſæ Majeſtatis commiſſiſſe dicatur remiſſivè.

Vaſſallus arguens Regem, ſeu Principem, tanquàm Tyrannum an crimen læſæ Majeſtatis commiſſiſſe dicatur remiſſivè n.5.

6 Interficiens Proregem an crimen læſæ Majeſtatis in primo capite commiſiſſe dicatur remiſſivè.

7 Occidens Miniſtrum Regium, & ad Eccleſiam confugiens an gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica remiſſivè.

9 Confiſcatio bonorum, an applicanda potiùs ſit Fiſco Principis ſuperioris offenſi, quàm Baronis Feudatarii, & Domini immediati Delinquentis.

Pœnæ, & mulctæ an, & quando ad immediatum, & quando ad mediatum Dominum ſpectent remiſſivè n.9.

OBSERVATIO.

LEſæ Majeſtatis humanæ delictum, per 1 quod offenditur Deus mediante perſona Principis, qui ejus vices gerit, committitur parricidium, proditorium, & crimen falſi, ut docet *Decian.Tractat.crim.lib.7.cap.37.n.1. cum ſeqq.* & comprobat *Carpzov.prax.crimin. par.1.q.41.n.1.cum ſeqq.* eſt graviſſimum, atro- 2 ciſſimum, & horrendum, ut tradunt *Farinac. de crim.læſ.Majeſt.q.112.inſpect.1.n.1.cum ſeqq. Carpzov.loc.cit.Cortiad.dec.34.n.110.*

Cum materia hujus delicti, ac injuriarum, & maledicentiæ contra Principem pleniſſimè, ac doctiſſimè examinata fuerit à variis celeberrimis Juris Conſultus, & præſertim à 3 *Clar.in §.Læſæ Majeſtatis Martin.Laudenſ.Boer. & Gigan. Valenzuel.conſ.164.vol.2.* ubi de injuriis, & maledicentiis contra Principem *Farinac.conſ.123.vol.2.* ubi de literis à mediatè ſubdito ſcriptis, in quibus ultra alias injurias, & infamias Imperatorem ad imperandum, & gubernandum ineptum, adulterum, & hæreticum nuncupaverat, & propterea depoſitione dignum, *Farinac.de crim.læſ.Majeſt, præſertim qu.112. cum ſeqq. & conſ.123.vol.2.* ubi de ſcribente litteras miſſivas in injuriam 4 Principis *Menoch.conſ.403.* ubi de verbis *ſono ſtato aſſaſſinato dal Sig. N.* ejus Domino, ſeu Barone *Carpzov.prax.par.1.q.41. Marta de juriſdict.par.4.centur.2.caſ.153.Larrea allegat.Fiſcal.65.* ubi de non revelante, & negante

Tom.I. Hhh con.

Digitized by Google

5 conjurationem Principi, qui cum interroga-
vit, *& allegat.ſeq.n.30.cum ſeqq.* ubi de Vaſ-
ſallo Regem uti Tyramnum arguente *Gu-
tierez prax.crim.q.73.& 74.* ubi de pœna ma-
ledicentium Regias Perſonas *Maſſin. de confi-
ſcat.qu.4.nn.65.cum ſeqq.Cenſal.ad leg.unic.C.Si
quis Imperatori maledix.Raphael de Viloſa in ejus
Var.Juris diſſert.diſſert.6.*ubi diſcutit, an Reus
criminis læſæ Majeſtatis in primo capite di-
6 ci valeat, qui Proregem interfecit *Votum
ſa:me:*Clementis VIII. dùm erat Rotæ Audi-
tor *impreſſ.penès Rembold.dec.vot.1.*, ubi de
occidente Vexilliferum, ſeu Caput Reipubli-
7 cæ contra quem ſcripſit *Menoch.conſ.275.Lot-
ter.de Re benefic.lib.3.q.30.Hieronymus Baſilico
decis.Siciliæ 25.* ubi de maledicente Principi
Cortiad.dec.34.n.110.cum ſeqq. ubi de Clerico
committente crimen læſæ Majeſtatis, *& de-
ciſ.94.* ubi de occidente Miniſtrum Regium,
& ad Eccleſiam confugiente, an gaudeat Im-
8 munitate Eccleſiaſtica *Rot. coram Merlin. de-
ciſ.125.num.24.cum ſeqq.* ubi de crimine læſæ
Majeſtatis incurſo ob receptationem Banni-
torum, & hac occaſione examinatur, an pœna
confiſcationis bonorum applicanda ſit potiùs
9 Fiſco Principis ſuperioris Offenſi, quàm Baro-
nis Feudatarii, & Domini immediati Delin-
quentis, & Feudatarii, circa quem articulum
vide *doctiſſimum D. Senatorem Antonium Gob-
binum Conſult.deciſ.*101. ubi pleniſſimè exami-
nat an, & quando pœnæ, & mulctæ, ac bo-
norum confiſcationes ad immediatum, vel
ad mediatum Dominum ſpectent; Id circò
ad eos recurrendum in caſus contingentia.

ADDIT. AD RUB. XV. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Maledicens Principi puniendus tàm de *Jure Divino*, quàm *Canonico*, quàm *Civili*.

2 Princeps ſumere non debet vindictam contra eum maledicentes.

*Num.*3. Maledicens Principi puniendus eſt tàm
1 ex *Jure Divino, ut ex Numer.* * *cap.12.14. &
16.* Tùm ex *Jure Canonico*, ut ex *cap. Innotuit
de maledict.* & ex *Jure Civili*, *ut in l.unic.Cod.
Si quis Imperator maledix. R.P.D.Dandin.de ſu-
ſpect.de Hæreſi cap.1.ſect.1.nu.*28., & hanc ma-
teriam latè examinat *Cenſal. in ejus declarat.
ad d.Text.in l.unic.*

Nullam in maledicentes per Principem ſumen-
2 dam eſſe vindictam * reſpondit *Franch. de
Petris conſ.5.*

De Pœna Falſi.

RUBRICA DECIMA SEXTA.

Quicunque publicus Notarius Civitatis, Comitatus, et Diſtrictus Faventiæ ſcienter, et doloſe falſum (A) confecerit, commiſerit, et ediderit Inſtrumentum ſibi manus dextera amputetur, Si verò alius quàm Notarius falſum ſcripſerit, [B] et talis Scriptura in Judicio, et extra exhibeatur, ex qua aliquis damnum pati, vel incurrere poſſit librarum centum bononen. pœnam ſubſtineat. Si quis verò falſum teſtimonium (C) in judicio in aliqua cauſa civili, vel criminali, aut mixta coram aliquo Iuſdicente in Civitate, ſeu Diſtrictu Faventiæ, aut coràm Arbitris, ſeu Arbitratoribus protulerit librarum centum bononen. pœnam incurrat, quas ſi non ſolverit infra decem dies à die factæ condemnationis numerandos, ei lingua abſcindatur. Utens (D) verò ſcienter hujuſmodi falſis Inſtrumentis, Scripturis, et Teſtibus in judicio coram dictis Iudicibus, vel Arbitris, ſeu Arbitratoribus pœnam librarum centum bononen. patiatur, et majorem, ſi Iuſdicenti videbitur convenire inſpecta qualitate negotii, et perſonarum, et etiam cauſam ammittat. Et qui prædicta, aut aliquod prædictorum fieri mandaverit pœnæ librarum quinquaginta bononen. ſubjaceat, niſi falſum fieri fecerit Inſtrumentum, quo caſu in libris centum condemnetur. Falſam autem monetam (E) cudens, expendens, aut cudi, vel expendi faciens legali pœna plectatur. Utens verò ſcienter, et doloſè falſis menſuris, vel ponderibus pœnam librarum decem bononen. pro qualibet vice incurrat. Eademque pœna puniatur vendens vinum cum menſura non ſignata, ſeù bullata.

SUMMARIUM.

1 Crrimen falſi eſt doloſa veritatis immutatio in alterius præjudicium facta.

2 Crimen falſi horrendum, enorme, & abominabile reputatur.

Crimen falſi eſt majus homicidio, adulterio, & veneficio n.2.

3 Crimen falſi famam, & ſtatum hominis vituperat.

4 Crimen falſi continet in ſe nonnulla ſpecialia, de quibus ibi remiſſivè.

5 Crimen falſi committitur, vel in perſona, vel verbis, vel ſcripto, vel abuſu.

6 Crimen falſi committitur à Notario tàm conficiente, quàm edente inſtrumentum falſum, ac aliis modis, de quibus ibi remiſſivè.

Notarius crimen falſi committens qua pœna puniatur remiſſivè.

7 Notarius Actuarius mandata Judicis falsò ſupponens, vel fabricans ad effectum intercipiendi pecunias judicialiter depoſitaras efficitur Reus *Legis Corneliæ de Falſis*.

8 Falſitatem committens in privata ſcriptura quæ de per ſe non probat, ut in proprio libro rationum an pœna falſi puniri valeat remiſſivè.

Pe-

Pęna criminis falſi ex diſpoſitione Juris communis remiſſivè n.9.

10 Pœna criminis falſi ex diſpoſitione *Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici*, quæ ſit.

11 Teſtis falſum deponens incutrit crimen falſi.

12 Teſtis deponens falſum contra Reum in cauſa criminali puniendus eſt eadem pœna, qua prætenſus Reus, ac ſi illud dictum eſſet verum. Decl.ur ibi remiſſivè.

13 Teſtis deponens falſum pro Reo contra Fiſcum non punitur pœna mortis, aut alia pœna ordinaria falſi, ſed alia mitiori, & extraordinaria.

14 Deponens falſum quomodò puniatur ex diſpoſitione *Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici*.

15 Aperiens litteras alienas crimen falſi committit. Ampl. Limit. Decl. remiſſivè n.17.

16 Aperiens litteras alienas grave ſcelus in utroque foro committit.

18 Tabellarins delinquens* circa portum litterarum, utpotè quia promiſſa non ſervavit, vel ejus officium non adimplevit, vel litteras occultavir, vel tardiùs tradidit punitur.

Religioſus occulrans, vel aperiens litteras, vel earum traditionem retardans, an incurrat peccatum mortale, & quando iſte caſus comprehendatur inter reſervatos à Clemente VIII. n.16.

19 Tabellariorum origo remiſſivè.

Poſtarum origo remiſſivè n.10.

Magiſtri Poſtarum, & Præfecti Curſorum officium remiſſivè n.19.

20 Officium Curſoris Majoris, ſeu Poſtarum, an ſit de Regalibus Principis, & an ſit hypothecabile,& quando ad hęredes tranſeat remiſſivè.

21 Curſor, ſeu Tabellarius major, an impedire valeat Mercatores; ne mittant proptios Nuncios cum litteris, & fagottis.

Barones mittentes Vaſſallos cum litteris, & cogentes eos portare bona ſupra dorſum, an eos gravent remiſſivè n.21.

22 Epiſtolarum origo,inſcriptio,& modus tàm antiquus, quàm modernus eas tranſmittendi remiſſivè.

23 Producens inſtrumentum,vel aliam ſcripturam falſam, eaque utens ſubjacet pœnæ criminis falſi, qualiter verò puniatur vide ibi remiſſivè.

24 Producens ſcripturam falſam poteſt interrogari, an ea uti valeat pro bona, vera, legali, & non falſa, & tenetur reſpondere, modum autem reſpondendi, & declarandi vide ibi remiſſivè.

25 Fabricare moneram eſt de Regalibus reſervatis ſupremo Principi.

26 Fabricans monetam, ſive bonam, ſive falſam atrociſſimum delictum committir, & quarè.

27 Pœna tàm fabricantibus, quàm tondentibus, & retinentibus, ac expedientibus monetam falſam quænam impoſita ſit.

28 Creditor recuſans accipere à ſuo debitore quamlibet ſpeciem pecuniæ à Principe approbata poteſt puniri.

OBSERVATIO.

A FAlſi crimen, quod eſt doloſa veritatis
immutatio in alterius præjudicium facta, ut tradit *Myſinger in §.Item lex Cornelia de Falſis nu.15. Inſtit.de public.judic.* quam ſequuntur *Farinac.de falſit. q.150.nu.2.Carpzov. prax.crim.par.2.q.93.n.5.cum ſeqq.Cenſal.deciſ. Lucenſ.24.n.5.* adeò graviſſimum,horrendum,
2 enorme,& abominabile reputatur, ut homicidio,adulterio, & veneficio ſit majus,& nullum aliud crimen in Mundo reperiatur,quod taliter famam, & ſtatum hominis vituperet,
3 ſicut iſtud *Boſſ. in tit. de Falſis num.72. Clar.in §.Falſum n.1.* ibique *Bajard. Menoch.de arbitr. jud.caſ.306.n.1.& 13.Cabal.reſol.crim.caſ.165. n.1.cum ſeq.Farinac.d.q.150.n.12.cum ſeq. Balmaſeda de la Puente, & Sobremonte de Collect. q.188 n.1.Donat.Anton.de Marin.Reſolut.Juris lib.2.cap.78.n.1.Cortiad.dec.34.nu.102.juncta dec.88.n.1.*

Et ob ejus gravitatem nonnulla in ſe continet ſpecialia recenſita per *Farinac. d. qu. 150.*
4 *nu.12. cum ſeqq.Menoch. de arbitrar.d. caſ.306. nu.1. cum ſeqq. Donat. Anton.de Marin.ubi ſuprà Mattheù, & Sanz de Regim. Regni Valent. cap.8. §.8.nu.32. cum ſeqq. Ricc. dec.132.nu.8. par. 4. Cortiad.cit. dec. 34. nu.103. cum ſeq. & dec.88. nu.2. cum ſeqq.*

Variis modis iſtud crimen falſi committi-
5 tur, nempè, vel in perſona, vel verbis, vel ſcripto, vel abuſu, ut docet *Carpzov.d.qu.93. nu.26. & num.ſeqq.* late explicat, quæ ſub illis contineantur, & latiùs *Farinac.cit. qu.150. cum ſeqq.* ubi totam materiam ex profeſſo tractat, *Cortiad. dec.88.*

Ommiſſis aliis caſibus, & ſequendo ordinem noſtri *Statuti*, committitur hujuſmodi crimen à Notario tam conficiente, quàm
B edente Inſtrumentum falſum, ac aliis modis,
6 de quibus latè una cum pęna infligenda penes *Spad. conſ.88. cum pluribus ſeqq. vol.1. Clar. in §.Falſum num. 22. cum ſeq. Farinac. quæſt. 155. Carpzov. Prax. crim. par.2. quæſt.93. n.62.cum ſeqq.* Et de Actuario mandata Judicis falsò ſupponente, vel fabricante ad effectum inter-
7 cipiendi pecunias judicialitèr depoſitatas, quod efficiatur Reus *Legis Corneliæ de Falſis* firmat *Mattheù,& Sanz de Re crim.controv.38. nu.23. Hieronymus Baſilico dec.42.* ubi teſtatur à *Conſilio Siciliæ* pœnam mortis inflictam fuiſſe.

Et ſi ab alio, quàm à Notario commiſſa fuerit falſitas in privata ſcriptura, quæ de per
8 ſe nullam probationem faciat, ut puta ſi in proprio libro rationum quis ſcriberet, an pœna falſi puniri valeat vide *Farinac. qu. 150. nu.308. cum ſeqq. Conciol. Reſolut.crim. in verbo Falſum reſolut.4.*

Quoad pœnam, quicquid ſit ex diſpoſitio-

ne Iuris communis, de qua in præallegatis
DD. & *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. n. 463. cum*
9 *ſeqq. Marta de Iuriſd. par. 2. cap. 28.* ubi de fal-
10 ſificante Litteras Apoſtolicas, in *Bannimentis*
Generalibus Status Eccleſiaſtici ſub cap. 12. di-
ſponitur: „ E chi falſificarà, ò mutarà in
„ qualſivoglia modo Sigilli, inſtromenti, Li-
„ bri, Lettere, Atti, & altre Scritture in tut-
„ to, ò in parte incorra nella pena della Gale-
„ ea temporale, ò perpetua, & anco della vita
„ ad arbitrio di S.E. havuta conſideratione alla
„ qualità della falſità, della perſona, & altre
„ circonſtanze.

Proùt etiam incurrit hoc crimen Teſtis fal-
ſum deponens per *Tex. in l. 1. & l. Falſi ff. ad*
10 *Leg. Cornel. de falſis Iodoc. Domond. in Prax. re-*
11 *rum crim. cap. 121. nu. 4. Carpzon. Prax. crim.*
par. 2. cap. 93. nu. 46.

Et ſi depoſuerit falſum contrà Reum in
cauſa criminali puniendus eſt eadem pœna,
12 qua prætenſus Reus, ac ſi illius dictum eſſet
verum *Caball. QQ. crim. caſ. 165. num. 12. cum*
ſeqq. Guazzin. ad defens. Reorum defenſ. 28.
cap. 18. nu. 1. qui *num. ſeqq.* adducit nonnullas
declarationes, pleniſſimè *Cortiad. decis.* 88.
n. 37. cum ſeqq. ubi ampliat.

Si autem depoſuerit pro Reo contrà Fi-
ſcum, tunc non punitur pœna mortis, aut alia
13 pœna ordinaria falſi, ſed alia mitiori, & ex-
traordinaria, cum Fiſcus tractet de lucro cap-
tando cum alterius jactura, & nihil ei aufera-
tur juxtà facti, & perſonarum qualitatem ar-
bitrio Iudicis *Marſil. in l. 1. §. Prætereà num. 8.*
verſ. Sed quæri poteſt ff. de Sicar. Boſſ. in tit. de
Falſ. ſub n. 138. verſ. Item adde Farinac. conſ. 115.
n. 5. vol. 2. & Conciol. Reſol. crim. in verbo Fal-
ſum Reſolut. 13. *per tot.*

Secundùm verò diſpoſitionem *Bannimento-*
rum Generalium, quomodò puniatur falſum
14 deponens habetur in ſequenti *cap.* 12. ibi;
„ In oltre perche deve eſſere punito ſeveriſſi-
„ mamente il delitto del Pergiuro per l'offeſa,
„ che ſi fà à Dio, e per il pregiuditio, che ſi
„ fà al Proſſimo, non eſſendo coſa al Mondo
„ più neceſſaria trà gli huomini, che la buona
„ fede, ſtatuiſce S. E. che qualunque perſona
„ di qualſivoglia ſtato, ſeſſo, e conditione,
„ che haurà come teſtimonio in qualſivoglia
„ giuditio civile giurato il falſo doloſamente in
„ pregiuditio del Terzo incorra in pena di cen-
„ to ſcudi, e della fruſta, & anco maggiore da
„ eſtenderſi ſino alla Galera ad arbitrio del Giu-
„ dice ſecondo la qualità delle cauſe, delle per-
„ ſone, & in ogni caſo ſia tenuto all' emenda
„ del danno del Terzo, e ſe haverà depoſto, ò
„ giurato il falſo in cauſa criminale à difeſa,
„ ſarà punitò ſecondo la pena impoſtali dalle
„ leggi communi, e più ad arbitrio del Giudi-
„ ce, e ſe alcuno depotrà il falſo in cauſa cri-
„ minale ad offeſa cada nell' iſteſſa pena, che
„ doveva cadere l'accuſato, ò ingiuſto, ſe la
„ coſa atteſtata foſſe vera, ancorche della falſi-
„ tà non ſia ſeguito effetto alcuno, e nelle me-
„ deme pene cada in ogni caſo il Subornatore,
„ e mediatore, e queſto s'intenda per la prima
„ volta, ma ſe alcuno commette più d'una vol-
„ ta queſto delitto in cauſa civile, ò criminale
„ tanto à difeſa, quanto ad offeſa, ancorche
„ nella prima non foſſe ſtato condannato incor-
„ ra in pena della Galera per dieci anni dà eſten-
„ derſi anco in perpetuo, e della vita ſecondo
„ la qualità del fatto, e delle perſone ad arbi-
„ trio di S.E. Non intendendo però S.E. di der-
„ rogare alli caſi, ne quali di ragione commu-
„ ne ſi doveſſe alli Falſarii imponere maggior
„ pena reſpettivamente: Committit pariter
15 crimen falſi litteras alienas aperiens *Alberic.*
in Rubr. ff. ad Leg. Cornel. de Falſ. n. 1. Antonius
Mornacius in l. Si quis teſtamentum §. 1. ff. ad Leg
Aquil. Clar. in §. Falſum nu. 33. Farinac. de Fal-
ſit. d. qu. 150. nu. 114. Vide Raynald. obſer. crim.
vol. 2. cap. 18. §. 22.

Grave enim hoc ſcelus in utroque Foro re-
16 putatur, ut docent *Gonzalez Tellez in cap.*
cum olim 33. nu. 2. de Offic. & poteſt. Iudic. de-
legat. Solorzan. de Iure Indiar. tom. 2. lib. 1.
cap. 12. nu. 38. ubi plures cumulat concordan-
tes, & plenè *Fragoſ. de Regim. Reip. par. 2. li. 11.*
diſput. 24. §. 13. nu. 11. cum duobus ſeqq. ubi di-
ſtinguit caſus occultationis, vel aperitionis,
vel retardationis litterarum ſit inter reſerva-
tos à Clemente VIII. pro Religioſis, & quan-
do incurratur peccatum mortale, & quando
ſolum veniale, eandemque materiam latè
examinat *Bordon. Var. reſolut. tom. 2. par. 1.*
reſolut. 50.

Proùt graviter conqueſtus eſt *Cicero* Anto-
nii Philippi, eo quia ejus litteras aperuiſſet,
palamque omnibus legiſſet, vocando eum hu-
manitatis omnis expertem, ac deinde idem
deteſtatus eſt *Apulejus Apologia 2. pro ſe ipſa,*
& Senec. cap. 23. de Ira, ac Plutarch. in Sècto-
rio, ut refert *Mornac. loc. cit.* quem ſequitur
Solorzan. ubi ſupra nu. 39.

De plano tamen non intrat ſemper pæna
ordinaria falſi contra alienas litteras aperien-
17 tem, ſed in utroque Foro variæ traduntur à
DD. declarationes, ampliationes, & limita-
tiones, de quibus penes *ſuprà citat. & Bart.*
in l. Qui teſtamentum ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Ro-
man. conſ. 365. num. 3. cum ſeq. Barboſ. in cap.
cum olim Magiſter 33. de Offic. & poteſt. Iud. de-
leg. Genua de Scripi. privat. lib. 3. cap. 12. San-
chez Conſil. moral. lib. 6. cap. 6. dub. 3. Viv. dec. 62.
Langlæus Semeſtr. lib. 8. cap. 12.

Delinquit etiam Curſor, ſeù Tabellarius
circà portum litterarum, ac puniendus ſi pro-
18 miſſa non ſervavit, ejus officium non adim-
plevit, prout de Curſore, ſeù Tabellario con-
demnato à Regio criminali Conſilio Cathalo-
niæ ad triremes per triennium poſt ductum
per loca ſolita Civitatis Barcinonæ, eo quià
recepta pecunia reliquerat iter, & litteras
occultaverat teſtatur *Cortiad. dec. 106. n. 102.*
Et quod litteras ſibi commiſſas negligens, vel
ammittens, tardiùs tradens puniri debeat
tradunt *Decian. Tract. crim. lib. 7. cap. 15. num.*
final. Solorzan, d. cap. 12. nu. 44. Thominz. de-
ciſ. 34. par. 2.

De

Digitized by Google

De origine verò Curſorum, ſeù Tabellario-
rum, & Poſtarum, ac de illorum, & Curſo-
ris majoris, ſeù Magiſtri Poſtarum: & Præ-
19 fecti Curſorum officio *vide Il Buratino Veridi-*
co par. 2. cap. 2. & an illud ſit de Regalibus Prin-
20 cipis, ac ſit hypotecabile abſque Principis
aſſenſu, & quando ad hæredes tranſeat, alia-
que ad materiam vide *Solorzan. de Jure Indiar.*
cit. cap. 12. per tot. Larrea allegat. Fiſcal. 50.
Marta conſ. 53. ubi an Curſor major impedire
valeat Mercatores, ne mittant proprios Nun-
21 cios cum literis, & fagotris *Novar. de Gra-*
vam. Vaſſall. tom. 2. gravam. 24. ubi an Vaſſalli
graventur, ſi Barones, Curſores, quos mit-
tunt cum literis cogant ad portanda bona ſu-
per dorſum vulgò in *Cuollo*, *Antunez. Portu-*
gal de Donat. reg. tom. 2. par. 3. cap. 2. num. 11.
cum ſeqq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10.
num. 334. cum ſeqq. Io. Volckm. diſput. de Poſtis
Ludovic. Von Hornick de Regali Poſtarum Jure,
Gerhard. Meybuſch. diſput. de Regali Poſtarum
Jure, *Limnæus de Jure publico tom. 1. lib. 2.*
cap. 9. nu. 133. cum ſeqq. & tom. 4. in additione
ad eundem locum pag. 53. Arnold. Clapmar. de
Arcan. Rerum pub. lib. 1. cap. 21. Io. Stephan.
Durant. qu. 103. n. 4. cum ſeqq. ubi notat, quod
Poſtas hujuſmodi Curſores appellamus, quaſi
poſitos in certis locis, & ſemper in procin-
ctum excubantes, ac ſubdit quòd Ludovicus
XI. hos Curſores inſtituit *Matth. Stephan. de*
Iuriſd. lib. 2. cap. 1. nu. 110. cum ſeqq. Sixtin. de
Regal. lib. 2. cap. 13. nu. 42. Gaſp. Kloch. conſ. 32.
num. 10. cum ſeqq. Diether. in addit. ad Beſoldi
Theſaur. pract. verbo Poſta, Ioach. Cluten. in Syl-
loge rerum quotid. concluſ. 22. litt. B. ad fin.
Hoffman. in Continuat. lexic. univ. tom. 3. verbo
Poſta, *Petrus Gonzalez de Salzedo in Theatro*
honoris gloſſ. 55. nu. 11. ubi etiam per totam
eandem *gloſſ.* doctè, & erudite de Epiſtolis,
22 earum origine, inſcriptione, & modo tranſ-
mittendi, tam antiquo, quàm moderno *Fran-*
ciſc. Anton. Tranchedin. Conſult. 4. 54. & 72. de
Ponte deciſ. 38. Rot coram Bichio deciſ. 571. &
deciſ. 606.

Producens inſtrumentum, vel aliam ſcrip-
turam falſam, eâque utens an ſubjaceat pœ-
D næ criminis falſi, & qualiter puniatur latiſſi-
23 mè examinatur à *Farinac. de Falſit. quæſt. 159.*
par. 1. cum 4. ſeqq.

Ne autem producens falſam ſcripturam ſe
tueri valeat clypeo ignorantiæ, inolevit pra-
xis eum interrogandi, an uti valeat pro bona,
24 vera, legali, & non falſa, quia intendit re-
darguere de falſo, hujuſmodi enim interro-
gationi Partem quidem reſpondere teneri ne-
mo dubitat, ſed difficultas verſatur circa mo-
dum reſpondendi, & declarandi, nempè an
ſcilicet purè, an potiùs conditionalitèr, ut
videre eſt penes *Bart. in l. Divus la 2. verſ. ſed*
quæro ff. ad Leg. Cornel. de falſ. Fulgoſ. conſ. 77.
Io. Baptiſta Ferrett. conſ. 88. Lap. allegat. 119.
Cepoll. cautel. 53. Farinac. d. quæſt. 159. par. 6.
Ciroch. diſcept. 50. nu. 62. Conciol. Reſolut. crim.
in verbo Falſum reſolut. 8. Ridolphin. Prax. par. 2.
cap. 4. nu. 85. cum ſeqq. Afflict. dec. 189. Rot. di-
verſ. deciſ. 783. par. 4. in rec. deciſ. 247. nu. 20.
cum duobus ſeqq. par. 13. Si tamen Judex hu-
juſmodi oppoſitionem ad calumnioſam dila-
tionem deduci compererit, poterit eam ſper-
nere, ut animadvertit *Cavalcan. de Brach. Reg.*
par. 6. nu. 218. antè med. verſ. & eſt adverten-
dum, & reſpondit *Rot. in Romana Pecuniaria 10.*
Junii 1661. coram Reverendiſſimo Bourlemont
§. Quod Crucii.

Cum fabricare monetam ſit de Regalibus
25 reſervatis Supremo Principi *cap. unic. Quæ ſint*
E *regalia in uſibus feudor. l. 1. & tot. tit. C. de*
Falſa monet. & omnes communiter *Scribentes*,
propterea atrociſſimum delictum committit
26 illam fabricans, ſivè falſam, ſivè bonam, nam
etiam iſta tanquam fabricata à non habente
talem poteſtatem dicitur falſa & lædit Princi-
pis Majeſtatem ſicut falſa, cum ejus auctori-
tatem ſibi vult arrogare, ut ommiſſis aliis
plenè firmant *Maſtrill. de Indult. general. cap. 27.*
nu. 1. cum ſeqq. Cortiad. dec. 87. nu. 8. cum ſeqq.
juncto nu. 21.

Quæ autem pœna impoſita ſit, ac alia tàm
de fabricante, quam de tondente monetam,
27 & de retinente, ac expendente monetam fal-
ſam vide *Bulla B.* Pii *V. in Bullar. nov. la 11.*
volum. 2. & Urbani *VIII. la 75. vol. 3.* ſuper
qua latè ſcripſit *Lauretus de Franch. in ejus Con-*
trov. inter Epiſcop. & Regulares, ibique Paſqua-
lig. Fagnan. in cap. cum ab Homine nu. 18. & 85.
de Iudic. Maſtrill. cit. cap. 27. Conciol. Reſolut.
crim. in verbo Moneta falſa Carpzov. Prax. crim.
par. 1. qu. 42. cum ſeq. & par. 2. quæſt. 93. n. 94.
Menoch. de Arbitr. judic. lib. 2. caſ. 316. Hurtad.
de Reſident. reſolut. 6. ſect. 4. tom. 2. Cortiad. d.
dec. 87. Panimoll. dec. 48. nu. 39. juncta dec. 77.
Capyc. latr. dec. 179. lib. 2. penes quos haben-
tur cæteri de hac materia tractantes; Subdens
ſolùm verba preciſa *Bannimentorum Genera-*
lium Status Eccleſiaſtici cap. 56. & 58. ibi:
,, Prohibiſce ancora S.E. battere, ò far battere,
,, gettare, ò far gettare in qualſivoglia modo,
,, ò in qualſivoglia ſorte inſtromenti, forme,
,, cugni, ò getti d'alcuna ſorte di Monete d'oro,
,, ò d'argento, ò d'altra materia in qualſivo-
,, glia luogho, con qualſivoglia impronto, an-
,, che con arme, ò inſegna de Prencipi ſtranie-
,, ri, ò inventati à capriccio, come anco ſpen-
,, derla, ò farla ſpendere di qualſivoglia ſorte
,, come ſopra ſotto pena della morte naturale,
,, e della confiſcatione di tutti li beni, nelle
,, quali pene incorra anco ogni Complice, e
,, Fautore, & il Padrone, ò Inquilino della Ca-
,, ſa, ò luogo dove con ſua notitia ſi lavorarà,
,, ò riteranno iſtromenti per il lavoro, quale
,, anzi ſarà tenuto per principal delinquente,
,, ſe ſubito, che ne hà notitia non lo rivela. E
,, non ſuffragarà ad alcuno per evitare, ò mi-
,, norare detta pena la minorità ſe non appari-
,, ſce dal Proceſſo, che ſia minore d'anni venti.
,, Et accioche un coſi grave, e pernicioſo delit-
,, to, nel quale s'offendono li Prencipi, e li Sud-
,, diti più facilmente ſi ſcuopra per dargli li do-
,, vuto

Digitized by Google

» vuto caſtigo come ſopra, promette S. E. im-
» punità aſſolutamente à qualſivoglia Compli-
» ce, che lo dedurrà à notitia ſua, ò della Cor-
» te, purchè non ſia principal Delinquente.
„ Nella medema pena incorreranno quelli,
„ che toſaranno, ò in qualſivoglia modo leva-
„ tanno con qualſivoglia ſorte d'iſtromento; ò
„ acque forti alcuna particella d'oro, ò di ar-
„ gento come ſopra, ancorche non ſchierto, ò
„ per mancanza, ò ſtudioſamente, e quelli,
„ che per ſe, ò per interpoſta perſona ſpende-
„ tanno ſcientemente, ò introduranno nello
„ Stato Eccleſiaſtico Monete così fatte, ancor-
„ che foſſero quatrini di rame, de quali s'inten-
„ derà l'introdurione, ò ſpeſa ſtudioſa, quando
„ alcuno ne haverà introdotti, ò ſpeſi, ò fatti
„ portare in via, ò più volte la quantità di ven-
„ ti ſcudi ſchietti, ò di cinquanta meſcolati
„ con altri quatrini, ò Moneta.

Norandum, quòd creditor recuſans reci-
pere, à ſuo debitore quamlibet ſpeciem mo-
28 netæ à Principe tamen approbatæ poteſt pu-
niri juxta *Tex. in l. 1. Cod. de Vet. nu. probat. lib.* 1 t. & reſpondit *Amoſtazz. de Cauſ. piis lib. 2. cap. 6. nu. 25.*

ADDIT. AD RUB. XVI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 PRoducens inſtrumentum, Scripturam, ſeù reſtes an, & quando teneatur declarare an velir habere pro bona vera, & reali.

2 Declaratio hujuſmodi non poteſt peti à Procuratore non habente ſpeciale mandatum.

Num. 24. Circa declarationem faciendam ab eo qui produxit Scripturam, inſtrumentum, ſeù
1 teſtes an velit habere * pro bona, vera, & reali vide *Adden. ad Pamphil. dec. 276. quæ eſt eadem penes Farinacc. vol. 2. Conſil. dec. 364. Vermigliol. conſ. 139. Poſt. de manut. obſer.* 100.

Notandum, quòd hujuſmodi declaratio
non poteſt peti à Procuratore non habente
2 ſpeciale * mandatum *Rot. coram Priolo dec. 360. n. 15.* quam ſequitur *Adden. ad Pamphil. d. deciſ. 276. nu. 5.*

De Pœna bis vendentis eandem rem.

RUBRICA DECIMA SEPTIMA.

STatuimus, ordinamus, & declaramus, quod ſi quis in Civitate Faventiæ, ſeù ejus Comitatu, vel Diſtrictu eandem rem mobilem, vel immobilem, aut ſe moventem bis vendiderit, vel alienaverit diverſis perſonis, quinquaginta librarum pœna plectatur, & ſecundus emptor teneatur primo emptore inſtante ſecundæ emptionis Inſtrumentum exhibere, ſi Inſtrumentum confectum fuerit, & teneatur Juſdicens viſis Inſtrumentis ſi fuerint Inſtrumenta facta, & Inſtrumentis non apparentibus, probationibus receptis pronunciare, etiam ſummariè procedendo ſecundam emptionem fore nullam, conſtituendo primum emptorem verum poſſeſſorem rei, ſivè factum fuerit Inſtrumentum, ſive non ipſarum emptionum, vel alterius earum etiam ſi ſecundo emptori res vendita verè, vel fictè tradita fuiſſet, nam primum emptorem omninò præferri volumus, & mandamus, & dictus venditor ad petitionem ſecundi emptoris detineatur, donec eidem integrè ſatisfactum fuerit de pretio per ſecundum emptorem ſoluto, & de omni intereſſe ſuo, & hoc ſi idem ſecundus emptor primam venditionem ignoraverit, ſi vero eam ſciverit, per venditorem dictum pretium ſolutum reſtituatur applicandum, prout aliæ pœnæ Criminales applicantur, & illud idem ſecundus emptor amittat & prædicta vendicent ſibi locum nedum in venditione, ſed etiam in datione inſolutum, & in qualibet alienatione cujuſvis generis.

SUMMARIUM.

1 VEndens rem duobus pœna falſi tenetur. Amplia, & Limita, remiſſivè nu. 2.

3 In judicio Civili non prohibetur vendere eandem rem duobus.

Emptor poſterior, cui res tradita fuit præfertur anteriori emptori nu. 3. Limita variis modis, de quibus n. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

4 Clauſula *Conſtituti* appoſita in Inſtrumento venditionis ſufficit pro translatione poſſeſſionis, & ad hoc ut emptor quamvis poſterior præferatur anteriori, cui tradita non fuit poſſeſſio.

OBSERVATIO.

VEndens eandem rem duobus pœna falſi tenetur, juxta *Text. in l. Qui duobus* 21.
1 ibique *Gloſſ. ff. Ad leg. Cornel. de falſ. Alberic. in eadem Rubr. nu. 8. verſ. qui vendit. Farinac. de Falſit. quæſt. 150. par. 9. num. 219. Hieronymus Baſilico dec. 37. nu. 2.*

Hæc tamen regula patitur varias limitatio-
2 nes, & ampliationes, de quibus latè *Farinac. dicta par. 9. per tot.* ubi etiam de qualitate pœnæ infligendæ, & *conſ. 176. num. 12. volum. 2. Baſilico loc. cit. num. 4.* ubi limitat de generali conſuetudine, per quam derogatum eſt pœnis inflictis vendentibus rem duobus, reſervato jure agendi civiliter, & *n. 6. 8. & 9.*

In judicio verò Civili, quis non prohibetur
vendere eandem rem duobus, ſed ſolùm con-
3 tingit diſputare, quiſnam ex eis præferatur, & regulate eſt, eum præferri, cui res tradita fuit,

fuit, quamvis poſteriorem in emptione,juxta
Text.in l. Quoties C. de Rei vendic. ubi gloſſ. &
communiter *Scribentes*, *Menoch. conſ.* 1153.
nu.60. Merlin.de pign. lib.4. qu. 30. n.1. D. Urceol. conſultat. forenſ. cap.5. nu.46. D.Pacion.de locat.& conduct. cap.20. nu.10. cum ſeq.Rot.coram Coccin. dec.1404. n.1.

Et ad effectum traditionis ſufficit clauſula
Conſtituti in primo Inſtrumento venditionis
4 appoſita , nam eo caſu in primum emptorem
cenſetur translata poſſeſſio , & dominium ,
non ſecùs , ac ſi ei res ipſa actualiter , & realiter
tradita fuiſſet *Menoch. dicto conſ.* 1153.
nu.62. Burſatt. conſ.144. nu.24.Merlin. loc.cit. nu.9. Ciroch. diſcept. 55. num.7. Rot. in recent. deciſ.174. nu.34. cum ſeq. par.6.

Prædicta regula limitatur. Primò quandò
ſecundus emptor fuit in dolo , & mala fide ,
5 utpotè quià non ignorabat primam venditionem
jam factam , nam tunc ſecundus emptor
efficitur conſocius vendiroris in mala fide
, & fraude , que non debet illi patrocinari
in præjudicium primi emptoris , nec ſecunda
emptio præferenda *Salycet. in dicta l. Quoties nu.5. in 10. appoſitione ibique Jaſon num. 26. in 9.limitatione Menoch. ubi ſupra nu.64. Burſatt. loc.cit. ſub un.25. Merlin. cit. quæſt. 30. nu. 11. Ciroch. diſcept.55. nu.5. Barz. deciſ. 66. nu.46. Adden. ad Ludoviſ. deciſ.567. ſub nu.10.* & reſpondit *Rot. coram Coccin. d. deciſ. 1404. nu.2. cum ſeq.*

Secundò quandò venditor promiſit favore
primi emptoris non contravenire venditioni,
6 & pro obſervantia obligavit omnia ſua bona,
nàm tunc attenta hujuſmodi obligatione impeditur
poſteà translatio dominii in ſecundum
emptorem, ac ſecunda venditio non habetur
in conſideratione, ſed cum res tranſeat
cum onere , competit primo emptori vendicatio
Iaſon.in dicta l.Quoties nu.3. Merlin alios
cumulans *loc. cit. nu. 3. D. Urceol dicto cap. 5. nu.52. Adden. ad Ludoviſ. deciſ.567.ſub nu.10. Barz dicta dec.66.n.47.Ciroch.cit.diſcept.55.n.6*

Tertiò quandò concurrit diſpoſitio Statuti
, vel alterius particularis legis , & Conſti-
7 tutionis irritantis ipſo jure ſecundum contractum
venditionis , ut in terminis *Statuti Fulginaten.*
firmavit *Ciroch. dicta diſcept.55. nu.7. verſic.Quæ tamen difficultas* .

Quartò in omnibus caſibus , in quibus dominium
transfertur ex ſolo titulo , ut docet
8 *Merlin. loc.cit. nu.7.*

Quintò in venditionibus , conceſſionibus ,
9 & diſpoſitionibus Principum , qui ſemèl tantùm
loquuntur *Gayll. obſervat.55. per tot. Adden.ad Ludoviſ. loc. cit.* declarando reſpondit
Rot.coram Ninot. dec.48. n.15.& in recent. deciſ.132. nu.13. par.14.

Sextò quandò agitur de venditione duobus
facta ab Eccleſia , & Eccleſiaſticis perſonis,
10 ut tenet *Marta de Juriſdict. par. 4. centur. 2. caſ.172. per tot.*

ADDIT. AD RUB. XVII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 VEndens rem duobus pæna falſi tenetur.
2 Secundus emptor , cui res fuit tradita præfertur primo. Limita n.3. & 4.
5 Primus emptor præfertur , ſecundo , quando Dominium transfertur ex ſolo titulo .
6 Primus emptor præfertur , quando agitur de venditione facta ab Eccleſia , & Eccleſiaſticis perſonis .

Num.1. Vendens rem duobus pæna falſi tenetur
1 *Barboſ. in l. quoties * C. de rei vindic.num.28. Gratian. diſceptat.523. num.6. Conciol. ad Statut.Engub. lib.2 rub.50.n.12.* & relati per *Sabell.in verbo Venditio nu.44.*

Num. 2. Urſaya Inſtitut. Criminal. lib.2. tit. 6. num.55.

Num.3. Præfertur ſecundus emptor, cui fuit res
2 tradita *Barboſ. in d. l.quotiès * nu.1. & 2. Conciol.ubi ſupra nu.1. & 2.Sperell.deciſ.271.n.23. Poſth. dec.Bononien.61. nu.43.cum ſeqq.*

Num.5. Secundus emptor , qui fuit in dolo , &
mala fide nou præfectur primo emptori *Bar-*
3 *boſ.in d.l.quoties num.18. Coſt. de facti ſcient.& ignorant. diſt.35.ſent.2.n.7.& ſeqq.Conciol.loc. cit. n.6. Urceol. Conſult.5.in appendic.2.n.2.Rot. in Nullius ſeu Altamiræ immiſſionis 17.Jun.1701 coram bo: me: Muto §. Verum & §. Oſtenſa confirmata 11. Maii 1703. coram bo: me: Pio §.Validitas.*

Nu.6. Venditor ſi promiſit favore primi emptoris
non contravenire venditioni , & pro ob-
4 ſervantia obligavir omnia * ſua bona , tunc
primus emptor præfertur ſecundo *Barboſ. loc. cit. n.21.cum ſeqq.Conciol.ubi ſupra n.3.Cenc .de cenſ.qu.68.nu.5.Urceol.d.conſult.5.n.52. Ancharan.dec.133.n.4 Rot.Bononien.apud Poſth.dec.76. nu.1. cum ſeqq.*

Num.8. Emptor primus præfertur quando do-
5 minium transfertur ex ſolo titulo * *Urceol. conſult.5. in appendic.2. n.5.*

Num.10. Venditor primus præfertur , quando
6 agitur de venditione facta ab Eccleſia * & Eccleſiaſticis
perſonis *Barboſ.in d.l.quoties nu.13. Urceol. d.appendic. nu.6.*

De pœna Officialium indebitè aliquid exigentium .

RUBRICA DECIMA OCTAVA.

STatuimus , volumus , & ordinamus , quod nullus ex Officialibus Civitatis , Comitatus, & Diſtrictus Faventiæ audeat, vel præſumat accipere, ſeu exigere quovis prætextu etiam a ſpontè dantibus aliquam pecuniæ quantitatem, ſeu rem aliquam à communi Faventiæ, vel

ab

Digitized by Google

ab alia quavis perſona ratione ſui Officii ultrà mercedem ſibi legitimè debitam, & ſi quid ultrà acceperit, vel exegerit pœnam quadrupli ipſo facto incurrat, & ad reſtitutionem dictæ quantitatis, vel rei exactæ, & habitæ omninò compellatur durante ejus Officio, & Syndicatu aliter non expectato.

SVMMARIVM.

1 Officiales in exactione eorum mercedis, & ſalarii ſervare tenentur taxam in loco præſcriptam.

Officiales exigentes mercedem, & ſalarium ultrà taxam præſcriptam furtum committunt, & ad reſtitutionem tenentur, n.1.

2 Publicani appellantur tam conductores vectigalium, & tributorum Fiſci, quàm ſimplices illius adminiſtratores vectigalia exigentes.

3 Publicani, & Gabellarii audacia, & temeritate notantur.

Rigores Publicanorum, & Gabellariorum in exactione tributorum, remiſſivè num.3.

4 Publicani, & Gabellarii curant extorquere ultrà debitum per fas, & nefas.

Publicani, & Gabellarii non poſſunt ſub prætextu evitandi fraudes nova onera, & ſervitutem imponere præſertim Eccleſiaſticis num.4.

5 Publicani, & Gabellarii exigentes ultrà debitum, furtum committere dicuntur, & puniendi ſunt pœna exilii, vel alia pœna extraordinaria Judicis arbitrio, ac pœna inflicta uſurpantibus juriſdictionem.

Maximè ſi expreſsè conventum fuerit, quod exigeretur juxta Tariffam, ſeu Tabellam traditam non obſtante allegatione contrariæ conſuetudinis, & obſervantiæ n.9.

6 Et ſi pluries exegerint etiam capitaliter puniuntur.

7 Tenentur etiam civiliter quandoque ad ſimplum, quandoque ad duplum, & quandoque in quadruplum.

8 Quotiès præceſſerit interpellatio pro reſtitutione.

10 Prohiberi poteſt Publicanis, & Gabellariis, ne quid ultra Taxam exigant.

11 Locatio facta *nell' iſteſſo modo, e forma che s'è uſato riſcuoterla* intelligitur, de uſu, modo, & forma, licitis, & à Jure permiſſis, non de abuſu.

Verba *à patti vecchi, e modi uſati*, quid importent nu.11.

12 Solitum intelligitur de ſolito Juris, non facti, maximè quando agitur de præjudicio Tertii.

Conſuetum intelligitur de conſueto Juris, non facti nu. 12.

13 Reſtitutio à Publicanis, & Gabellariis facienda eſt ipſis Provincialibus, à quibus exceſſivè fuit exactum.

14 Et ſi ſint incerti, vel non inſtent, tunc pecunia indebitè exacta, vel Pauperibus diſtribuenda, vel in aliis piis operibus eroganda, vel interim conſignanda Principi, qui eam ſub depoſito teneat Creditoribus reſtituenda.

OBSERVATIO.

Officiales in exactione eorum mercedis, & ſalarii ſervare tenentur Taxam in lo-
1 co præſcriptam, alioquin ultrà eam exceſſivè exigentes furtum facere videntur, & ad reſtitutionem tenentur, ut de Judice tradit *Novar. de Gravam. Vaſſall. tom. 1. Gravam. 383. allegat. ſupra in obſervat. ad Rub. VII. lib. 1. n. 22. cum ſeq.*

Gabellarii quoque, & Publicani, qui tales appellantur tàm conductores vectigalium, &
2 tributorum Fiſci, quàm ſimplices adminiſtratores Fiſci vectigalia exigentes, ut docet *Vulpian. in leg. 1. §. Hic titulus ff. de Publican. & vectigal. & Card. de Luca de Regalib. diſcurſ. 87.*
3 *n. 8.* audacia, & temeritate notantur ab eodem *Vulpiano in l. Quantæ 12. eod. tit.* & vocat *Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 19. num. 8. cum ſeq.* pleniſſimè, & eruditè circa eorum rigorem in exactione tributorum exclamat *Amaya in l. Nemo 2. nu. 1. cum ſeqq. C. de Exactor. tribut. lib. 10. Rot. in rec. dec. 412. n. 22. par. 9.* nàm quaſi publici canes quandoque curant extorquere ultrà debitum per fas, & nefas, ut
4 tradit *Joſeph Ludovic. concluſ. 15. verſ. Secunda ratio Farinac. de furt. q. 173. n. 53. Conciol. Reſolut. crimin. in verbo Gabella reſolut. 6. nu. 1. verſ. Gabellarii*, & quandoque ſub prætextu ſpecioſo evitandi fraudes imponunt nova onera, & ſervitutes præſertim Eccleſiaſticis, ut timidiores reddantur, vel aliquo modo impediantur in exercitio juris, & libertatis eis competentis, quod facere nequeunt, ut relatis *Calderin. inter conſil. Anchar. 12. ſub nu. 2. verſ. Sed ſic circa extraneum, & ſub nu. 4. verſ. Prædicta etiam Surd. conſ. 301. ſub n. 45. verſic. Et non movet cum ſeqq. ac ſub n. 90. verſic. Et quid non reperitur jure cautum* reſpondit *Rot. in rec. dicta deciſ. 412. nu. 21. par. 9.* Undè exigentes ultrà debitum furtum committere dicuntur *l. Etiam*
5 *furti 8. ff. de Furtis l. 1. §. Dixerit ff. de Publican. Amaya in l. 1. nu. 19. C. de Exactor. tribut. lib. 10.* & quòd crimen committant tradunt *Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 14. n. 9. Antunez Portugal. de Donat. Reg. to. 2. par. 3. cap. 1. n. 44.* & puniendi ſunt pœna exilii, vel alia pœna extraordinaria Judicis arbitrio *Bajard. ad Clar. in §. Furtum n. 9. Menoch. de Arbitr. caſ. 443. n. 3. Farinac. ubi ſupra n. 54. Card. Gaſtald. in ejus Voto impreſ. in recen. dec. 414. nu. 81. cum ſeq. par. 12.* ubi firmat eſſe etiam locum pœnæ inflictæ contra uſurpantes juriſdictionem. Et ſi pluries exe-
6 gerint etiam capitaliter puniuntur, ut tradit *Menoch. ubi ſupra.*

Tenentur quoque civiliter quandoque ad ſimplum, quandoque ad duplum, & quando-
7 que in quadruplum, juxta diverſitatem caſuum, de quibus *l. 1. ff. de Public. l. unic. C. de Superexaction. lib. 10.* & utrobique *Gloſ. Amaya*

in

Digitized by Google

- *in d.l.2.loc.cit.Card.Gaſtald..ubiſupra n.81.Antunez Portugal. de Donat. Reg. to.2.par.3.cap.1. nu.44.Farinac.d.q.173.nu.59.Menoch.loc.cit. &*
8 *Conciol. ubi ſuprà num.3.* Quoties præceſſerit interpellatio pro reſtitutione, ut firmat *Menoch.de Arbitrar.lib.2.caſ.398.n.51.cum ſequent.*

Nec poſſunt juvari allegatione conſuetudi-
9 nis, & obſervantiæ, quando in locatione expreſsè conventum fuit, quod exigeretur juxta Tariffam, ſeu Tabellam traditam, ut firmavit *Card.Gaſtald. in d.ejus Voto nu.52.cum*
10 *ſeq.* Et eo caſu juſtè prohiberi poteſt, ne quid ultra Taxam exigatur, juxta *Text. in l. Non ſolet 3.* ibi: *Ergo & exigi aliquid, quod illicitè poſcatur competens Judex vetabit; & id quod exactum videtur, ſi contra rationem Juris extortum eſt, reſtitui jubebit C.Vectigal. nova inſtitui,* & admonet *Cardinal.Gaſtald.dicto Vot. num.33.*

Imò ſi locatio Gabellæ facta fuiſſet *nell' iſteſſo modo, e forma, che s'è uſato riſcuoterla,*
11 adhuc intelligeretur de uſu, modo, & forma licitis, & à Jure permiſſis, non de abuſu introducto per antecedentem illicitam, & exceſſivam exactionem, ut reſpondit *Cornel. conſ.181.volum.3.* ubi de verbis *à patti vecchi, e modi uſati,* quem ſequuti ſunt *Coſt.de Clauſul. convent.clauſ.99.n.1.Marta de Clauſul.clauſ.38. n.1.par.1. Theodoſ.Rub.Singular.Rotæ t.2.par.4. clauſ.524. Altograd.conſil.1.nu.28. verſ.Nàm quando cum ſequentibus volum.1. & Cardinal. Gaſtald.loc.cit.nu.66.cum duobus ſeqq.* Et quòd quando agitur de ſolito debet intelligi de ſolito Juris, non facti, juxta *Gloſs. in leg.*
12 *Julianus §.Proindè in verbo ſolebat,* ibi: *Solebat, ideſt ſolere debebat ff.ad S.C.Maced.* & de conſueto *Coccin.Annot.dec.288.n.11.* Maximè quando agitur de præjudicio Tertii, ut de ſolito reſpondit *Caſtr.conſ.457. ſub nu.1. verſ. Primò quia cum ſeqq.par.1.*

Reſtitutio verò facienda eſt ipſis Provincialibus, à quibus fuit exceſſivè exactum, juxta *Text.in l.Locatio 9. §.Quod illicitè ff.de Public. & vectig.l.unic.C. de ſuperexact.lib.10.* Et ſi fuerint incerti, vel non inſtent, tunc pe-
14 cunia indebitè exacta, vel pauperibus diſtribuenda, vel in aliis piis operibus eroganda, vel in omnem caſum interim conſignanda Principi, qui eam ſub depoſito teneat creditoribus reſtituendam, ut latè cumulatis concordantibus reſpondit *Card. Gaſtald.alleg.Vot. n.73.cum ſeqq.*

Quod in Cauſis Criminalibus condemnationes, & abſolutiones fiant ſingulis duobus menſibus, & de beneficiis fidejuſſorum.

RUBRICA DECIMANONA.

ITem decetnimus, ſancimus, & ſtatuimus, quod D. Poteſtas Civitatis Faventiæ, ſeu alius Iuſdicens, ad quem ſpectat, teneatur in Cauſis Criminalibus ſingulis duobus menſibus ſententias (A) abſolutorias, vel condemnatorias, prout juſtitia ſuadebit de, & ſuper quibuſcunque accuſationibus, denunciationibus, & inquiſitionibus pro quibuſcunque maleficiis factis, qui duo menſes incipiant à die primæ Citationis factæ de ipſis Reis, quando ſunt dicti Rei contumaces, vel à die factæ reſponſionis per ipſum Reum, vel Reos denunciationi, accuſationi, vel inquiſitioni hujuſmodi, quando dicti Rei citati compareant, & ipſis ſententiis latis teneatur idem D. Poteſtas, & alius Iuſdicens, qui ſententias condemnatorias protulerit, elapſis decem diebus à die latæ ſententiæ, quando tamen ab ea, ſeu eis non eſſet legitimè appellatum exigere condemnationes (B) hujuſmodi in pecunia numerata, & dictis decem diebus durantibus non poſſint tales Rei condemnati, nec eorum fidejuſſores ad hujuſmodi ſolutionem gravari: Volentes tamen, & decetnentes, quod ſi fidejuſſores, qui pro ipſis Reis anteceſſerint in dictis cauſis gravati fuerint ad hujuſmodi ſolutionem, & præſentaverint Reum, ſeu Reos principales in Palatio Communis, vel aliter ipſi Rei venerint in fortiam non poſſint, nec debeant compelli modo aliquo ad ſolvendam pœnam, ſeu pœnas hujuſmodi, in quibus dictus Reus, ſeu Rei condemnati eſſent, ſi ipſi Rei fuerint ſolvendo, & ſi tales fidejuſſores ſolverint, ſeù ſolvere coacti fuerint pro dictis Reis condemnationes contra ipſos Reos factas debeant prædicti fidejuſſores pro eorum indemnitate mitti in tenutam bonorum ipſorum Reorum pro menſura quantitatis ſolutæ, & pro expenſis, damnis, & intereſſe, & in ipſa Tenuta defendantur per ipſum D.Poteſtatem, ſeu alium Iuſdicentem, quouſque ſatisfactum fuerit ipſis fidejuſſoribus dictas quantitates per eos ſolutas unà cum dictis expenſis damnis, & intereſſe, liceatq; dictis fidejuſſoribus bona ipſius condemnati, ſeu condemnatorum vendere, ſeù ea in ſolutum proſe accipere ſecundùm æſtimationem æſtimatorum CommunisFaven, nulla alia ſolemnitate ſervata, niſi binis ſubhaſtationibus præmiſſis, una videlicèt ad atengheriam Communis, & altera ad Tribunal ipſius D. Poteſtatis, & illis vendantur, qui majus pretium obtulerint, nulla alia ſolemnitate adhibita, vel ſervata.

SUMMARIUM.

1 PRæfixio termini Judici pro terminatione cauſæ iniuncta à Statuto an reſolvatur in conſilium, vel potiùs cauſa devolvitur ad Superiorem.
2 Pœnæ pecuniariæ diverſimodè pro delictorum, & delinquentium qualitate imponi ſolent.
3 Solutio pœnæ pecuniariæ in Statu Eccleſiaſti-

co non ſuſpenditur mediante appellatione.
Appellatio à ſententia condemnatoria in pęnam pecuniariam non admittitur, niſi præcedat illius effectivum, purum, & integrale depoſitum, ſed poteſt procedi ad ulteriorem executionem n.3. Lim.n.5.& 6.7.& 8. Vide ibi.
4 Itaut nec ſufficiat pignus.
9 Reo confeſſo non competit appellatio à ſententia eum condemnante in pœnam pecuniariam, quamvis feciſſet depoſitum, ſed requiritur realis ſolutio.
10 Appellans à ſententia condemnante in pœnam pecuniariam tenetur infra ſex menſes computandos à die interpoſitæ appellationis expeditionem Cauſæ reportare, alioquin ſententia exequi debet. Decl.n.11.
12 Pœnæ pecuniariæ non exiguntur à Reis contumacibus.
13 Curia Epiſcopalis condemnare poteſt in pœnam pecuniariam erogandam in uſus pios, non in utilitatem Epiſcopi. Vide. Decl. & limit. Ut n.14.15.16.& 17.
14 Epiſcopus pœnas ſibi applicare an, & quando poſſit, & n.15.16.& 17.

OBSERVATIO.

A PRæfixio termini Judici pro terminatione cauſæ injuncta à Statuto an reſolvatur in
1 Conſilium, itaut etiam poſt terminum valeat pronunciare, vel potiùs cauſa devolvatur ad ſuperiorem, vide ſuprà *Obſerv. ad Rub.7.n.11. cum ſeqq.*

Pęnas pecuniarias aliquandò magnas, ali-
B quandò minimas pro delictorum, & delinquentium qualitate imponere ſolent Judices
2 in aliquibus criminibus extraordinariis, quotiès ex aliqua cauſa receditur à pœna ordinaria *Farinac. de delict. & pœn. q.19.n.51. Maſtril. ad Indult. general. comment. cap.19.nu.1.* Cujus pœnæ ſolutionem in Statu Eccleſiaſtico effugere non poteſt Reus mediante appellatione,
3 cùm ea non poſſit admitti, niſi præcedat effectivum, purum, & integrale depoſitum pœnæ, in qua fuit condemnatus juxta diſpoſitionem *Bullæ* Julii II. *la 7. in Bullar. nov. to.1.* Pii IV. *la 52. in ſecunda declaratione*, quæ incipit *Licèt* §.2. *&* B. Pii V. *la 24. in fine in Bullar. nov. to.1.* & advertit *Conciol. ubi infrà n.1. cum ſeq.*

Adeò ut nec ſufficiat pignus, ut concludit *Guazzin. ad defenſ. Reorum defenſ.36. cap.5. nu.3.*
4 quem ſequitur *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.3. Rub.15.n.3.*

Eximuntur tamen ab hujuſmodi actuali depoſito Pauperes non habentes modum illud faciendi, & loco illius permiſſum eſt
5 ipſis dare idoneam cautionem de habendo in forma depoſiti, juxta *dictam Bullam Beati* Pii V. *la 24.* prout etiam ſi ſumma deponenda reſpectu perſonæ condemnatæ ſit adeò magna, ut inſpecta quantitate, & qualitate
6 facultatum ipſius non ſine maximo diſpendio in brevi temporis ſpatio provideri poſſit, quo caſu habita fide ſuper hoc à *Gubernatore*, vel *Cardinali Legato*, ſeu *Vice-Legato* illius Provinciæ, quò conſideratis præfatis Condemnatus integrè deponere non valeat, ad medietatis, ſeu alterius minoris ſummæ, prout Reorum facultates poſſe ferre per dd. *Gubernatores*, ſeu *legatos*, vel *Vice-Legatos* judicabitur, dummodò hoc caſu præſtent cautionem in forma depoſiti de ſolvendo reſiduum pœnæ, in qua condemnati fuerint infra annum, niſi abſolutionem legitimè obtinuerint, & de prædicta abſolutione docuerint reſervata facultate *Signaturæ* aliter decernendi citato Fiſco, ut diſponitur in dicta *Bulla* Pii IV. *la 52. ſub eodem* §.2.

Adſtringi neque etiam valet carceratus, qui potiùs voluit manere in Carceribus, quàm
7 facere depoſitum, vel cavere, cùm iniquum ſit velle rem, & perſonam, ut ſequendo *Guazzin. ad defenſ. Reorum defenſ.36. cap.5. num.7.* tenet *Conciol. ad Statut. Eugub. d. Rub.15.n.2.*

Prout etiam non procedit diſpoſitio dd. *Conſtitutionum*, quando pœna non applicatur Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, ſed alteri,
8 nempè Cameræ Baronis, vel Epiſcopi, vel Locis piis, ſeu Parti, ut declarat *Farinacc. q.101.nu.104. Guazzin. d. cap.5.n.2. & Conciol. cit. Rub.15.n.4. cum ſeq.*

Adverte prædicta non procedere in Reis confeſſis, etenim illis non ſuffragatur depoſitum ad effectum obtinendi appellationem,
9 ſed requiritur vera, & realis ſolutio pęnæ, alioquin procedi poteſt ad ulteriorem executionem, ut diſponitur in d. *Bulla B.* Pii V. *la 24.* §.3.

Facto verò depoſito in iis cauſis, in quibus eſt faciendum, ad hoc, ut ſuffragetur appellatio interpoſita tenetur appellans infra ſex
10 menſes à die interpoſitæ appellationis computandos expeditionem cauſæ reportare, alioquin ſemeſtri elapſo, & non docto de expeditione coram Judice à quo, ad quamcunque Fiſci inſtantiam etiamſi acta fuerint traſpor-
11 tata ſententia debitæ executioni omni mora poſtpoſita demandanda eſt, itaut effectualis incameratio ſubſequatur, juxta diſpoſitionem *Bullæ B.* Pii V. *la 138. in Bullar. nov. to.2.* quæ intelligenda videtur cum moderamine per ea, quę dicta ſunt ſupra in *Obſ. ad Rub.7. lib.3.n.11. cum ſeqq.*

Nota quod prædictæ *Conſtitutiones* loquantur in caſu Rei carcerati, vel qui comparuit, ſed quando agitur contra Reos contumaces,
12 tunc de ſtylo *Sacræ Conſultæ* non exiguntur pœnæ pecuniariæ in Statu Eccleſiaſtico, ut teſtatur *Maſſin. de confiſcat. bon. q.22.n.23.* quem ſequitur *Conciol. Reſolut. crimin. in verbo Pœna reſol.3.n.1.* & de ſtylo Civitatis Peruſiæ teſtatur *Gilian. ad Stat. Peruſ.* §. *Pœna n.3. cum ſeqq.* ubi regiſtrata fuerunt reſponſa quatuor celeberrimorum *Juris Conſultorum* hujuſmodi Stylum *Sacræ Conſultæ* comprobantium.

In propoſito pęnæ pecuniariæ Curiæ Epiſcopalis, quoque poteſt condemnare delinquentem in pœnam pecuniariam erogandam
13 tamen in uſus pios, non autem convertendam in utilitatem Epiſcopi, ut firmant *Barboſ.*

Digitized by Google

boſ.in Collectan. Concil.ſeſſ.25.cap.3.n.24.de Reformat. Ciarlin.contorv.50.ſub num.37.cum ſeq. lib.1. Diana Reſolut. moral. par.10. tract.8. reſol.1.cum duabus ſeqq. Rot.in rec.dec.346.nu.7. par.18., & aliis allegatis ſupra *in Obſerv. ad Rub.9.n.18.hoc eod.lib.4.*

Idque eò magis, procedit in pœna pecuniaria à jure non limitata, ſed inflicta per ſententiam arbitrio judicantis, ne propter quæ-
14 ſtum, & avaritiam arbitria in pœnis pecuniariis infligendis ſint immoderata, & exceſſiva, ut diſtinguendo docet *Fagnan. in cap. Presbyteris, n.9.verſ.Primo caſu de Pœnis*.

Si autem inflicta, & limitata fuerit à Statuto, & tunc, aut Statutum conditum fuit ab eodem, qui condemnavit, & non poteſt Statuti conditor ſibi illam appropriare, cùm in
15 eo vigeat ratio quæſtus, & immoderati arbitrii, ut relato *Felin.in cap.Irrefragabili §.Cæterum nu.9.verſ. Et ſi iſta eſt vera ratio de Offic. ordinar.* tradit *Fagnan.ubi ſupra n.11.*

At ſi Statutum ab alio antecedenter fuerat conditum, vel reperiatur pęna à Jure impoſi-
16 ta, & limitata, eo caſu, ſi Epiſcopus habet aliundè undè vivere valeat non poteſt ſibi eas applicare, ſed tenetur diſtribuere in pios uſus per *Text.in cap.Presbyteri ibique.Fagnan.n.12. cum ſeqq.de Pœnis, & l.penul.C.de modo mulctan.*

E' converſo autem ſi non habet aliundè, undè vivere poſſit, & ſic evidenter egeat, tunc poteſt pęnas pecuniarias à Jure, vel à Statu-
17 to, ſeu Conſtitutionibus Synodalibus limitatas ſuis neceſſitatibus applicare, quia ordinata charitas incipit à ſe ipſo, ut declarando tenet *Fagnan.loc.cit.n.18.cum ſeqq.* ubi teſtatur ita ſæpiùs declaratum fuiſſe *à Sacra Congregatione Concilii Conciol. Reſolut. crimin. in verbo Epiſcopus reſolut.1.nu.11.* Conſultiùs tamen fore Epiſcopos egentes pro his pœnis ſibi applicandis adire Sedem Apoſtolicam, ne ſint Judices in cauſa propria, poſtea reſolvit eadem *Sacra Congregatio*, ut teſtatur *Fagnan.ubi ſupra n.22.ubi n.23.* ſubdit, paupertatem Epiſcopi iſto caſu ſtrictè eſſe accipiendam, cùm agatur de Pauperum præjudicio, undè caveant Epiſcopi, nè ob amorem proprium damnentur ad pęnas æternas.

Undè ſecundum ſtatum Epiſcopi regulanda eſt conceſſio, & denegatio ſibi ipſi pęnarum applicationis; Attenta enim paupertate Epiſcopi Aſſiſien. *Sacra Congregatio negotii, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ſub die 14. Novembris 1670.* ei conceſſit facultatem pro medietate pęnarum ad triennium erogandi in Palatii Epiſcopalis reſtaurationem, & *Sacra Congregatio Concilii ſub die 19. Novembris 1675.* eidem indulſit, quod pro ſua, & familiæ neceſſaria ſubſtentatione poſſet per triennium applicare pœnas. Cætera de hac materia, vide *Fagnan. in dicto cap.Presbyteri, Barboſ. in Collect.Conc.Trident. ſeſſ.25.cap.3.n.25.cum ſeqq: & cap.14.num.14. cum ſeq.de Reformat. & de Offic. & poteſt.Epiſc. par.3.alleg.107.nu.18.cum ſeqq. Ciarlin.controverſ.50.n.37.cum ſeqq.lib.1.Pignatel.conſul.17. n.15.cum duobus ſeqq.to.8.*

ADDIT. AD RVBR. XIX. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 Pœnæ pecuniariæ in Statu Eccleſiaſtico non exiguntur.
2 Epiſcopus pęnas pecuniarias imponere poteſt.
3 Piis Locis applicandæ ſunt pęnæ pecuniariæ impoſitæ ab Epiſcopis. Decl.n.4.
5 Epiſcopus admittere an, & quando poſſit ad compoſitionem pro pœnis pecuniariis.

Num.12. Pęnæ pecuniariæ in Statu Eccleſiaſtico
1 de univerſali conſuetudine non exiguntur * ut tradit *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiolæ obſerv.9.n.65.*

Num.13. Epiſcopus poteſt imponere pœnas pe-
2 cuniarias *Capon.* * *controv.72.n.3. & n.8.verſ. Reſpondeo, & ſeqq.*

Quæ tamen applicandæ ſunt Locis piis, ut etiam dixit *Rot.in Melevitana Decretorum ſuper con-*
3 *firmatione ſententiæ* * *Eminentiſſ. Caprara 21. Martii 1707.coram R.P.D.Anſaldo ſub §. Nihilominùs &c.*

Num.14.cum duobus ſeqq. Pœnam pecuniariam per ſententiam impoſitam ab Epiſcopo non
4 poteſt ſibi de honeſtate applicare propter * ſuſpicionem avaritiæ, ſed in uſus pios erogare, ut firmat *Oliva de For.Eccl.par.1.q.9.n.13.*

Si verò impoſita ſit per legem, ſeu Statutum, ſeu Conſtitutionem Synodalem tunc poteſt ſibi eam applicare, ut firmat *Oliv.ubi ſup.n.12.* ubi tamen limitat non procedere, quandò à Lege, Statuto, aut Conſtitutione applicata fuiſſet pœna.

Circa applicationem pœnarum, & an, & quan-
5 do Epiſcopus poſſit admittere ad compoſitionem vide *Capon.contr.72.*

De Delictis Domeſticorum, Puerorum, & Meretricum.

RUBRICA VIGESIMA.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus Juſdicens in Civitate Faventiæ inquirere, vel ad alterius accuſationem procedere poſſit, & valeat in, de, vel ſuper percuſſionibus quibuſcunque à Marito in Uxorem, vel Patre, ſeu Matre in filium, vel filiam cohabitante, vel non illatis. De percuſſionibus etiam Domini, ſeù Dominæ in famulum, ſeù famulam, Fratris in fratrem, vel Sororem, aut alteriùs familiaris, vel cohabitantis in familiarem, vel cohabitantem inquiri, non poſſit, nec valeat (A) ſed ſolùm, & dumtaxat ad partis accuſationem procedatur, dummodò ipſe accuſans per dies decem in ea perſeveraverit voluntate.

De rixis quoque, & maleficiis puerorum nullo modo procedatur, niſi cum armis ferreis, & ſanguinis effuſione, delictum commiſſum fuerit, ſi quis etiam Præceptor, vel Magiſter tàm litterarum, quàm cujuslibet artis diſcipulum puerum, (B) famulumve cum eo diſcendæ artis gratia commorantem (temperatè tamen) verberaverit, percuſſerit, vel correxerit quovis modo id impunè ſit, quod etiam ſervari volumus in quolibet etiam majore annorum 14. modeſtè, & temperatè corrigendo, & non injurioſè minorem annorum 14. per capillos trahente, vel percutiente, ſeu verberante, & contra quem nullatenùs procedatur. De & ſuper rixis, & maleficiis Meretricum, Lenonum, & eis ſervientium, niſi percuſſio cum armis ferreis fuerit, procedi non poſſit. Et quod Hoſpitalarii Civitatis Faven. et ejus ſuburbiorum, et ipſorum familiæ poſſint liberè, et impunè (moderatè tamen) et abſque effuſione ſanguinis perſonas rixoſas, vel eis non obedientes, aut delinquentes, quas ipſi Hoſpitalarii receptaverint in Hoſpitalibus, vel domibus eorum, et maximè rixantes ad invicem, vel inter eos, vel in dictis Hoſpitalibus, aut domibus corrigere, et verberare, nec propterea poſſint, nec debeant denunciari, vel accuſari, nec de prædictis contra eos procedi, inquiri, vel cognoſci poſſit, aut aliqua pœna imponi, et ſi contra fieret ſit nullum ipſo jure, et in prædictis caſibus Syndici, Cappellani, vel Capitularii rixas tales, ſeu percuſſiones impunitas denunciare non teneantur, et contra formam præſentis Statuti denunciatio, proceſſus condemnatio, et omnia indè ſequuta ſint ipſo jure nullius roboris, vel momenti. Prædicta tamen non intelligantur, nec procedant ubi mors, aut membri debilitatio, vel exceſſiva deformitas intervenerit, cicatrixve remanſerit.

SUMMARIUM.

1 Majores caſtigare poſſunt ſuos inferiores errantes, & ſi repercutiendo reſiſtant, poſſunt illos impunè occidere. Vide nu.7.& 11.

Pater filium errantem poteſt caſtigare, etſi repercutiendo reſiſtat, ſicut poteſt illum impunè occidere, ita ſi filius Patrem occiderit, vel verberaverit tenebitur de homicidio, ſeu vulnere n.1.6.& 7. Decl.n.11.

2 Dominus caſtigare poteſt ſervum errantem, etſi repercutiendo reſtiterit ſicuti poterit illum impunè occidere, ita ſi ſervus occiderit, vel verberaverit tenebitur de homicidio, ſeu vulnere, & n.7.ac n.8. Decl.n.11.

3 Maritus caſtigare poteſt Uxorem errantem, & quid ſi reſiſtendo repercuſſerit, ita ut vulnus, vel mors, ſequatur. Vide n.7.8.& 11.

4 Magiſter caſtigare poteſt Diſcipulum errantem. Vide n.11.

5 Propinquus major, & ſenior caſtigare poteſt propinquum minorem, & juniorem, et ſi repercutiendo reſiſtat, itaut mors, vel vulnus ſequatur poteſt impunè eum occidere. Vide n.7.& 8.ac n.11.

6 Inferior repercutiendo reſiſtens Superiori caſtiganti, & verberanti poteſt ab illo impunè occidi. Vide n.12.

10 Filius actione injuriarum agere non poteſt contra Patrem eum intolerabili injuria afficientem, ſed poteſt implorare officium Judicis, ut illum cogat ad emancipandum.

12 Delicta abſque dolo non committuntur, nec puniuntur.

Pœna abſque dolo non intrat n.12.

13 Infantes dicuntur, qui non excedunt annum ſeptimum completum.

14 Infantes excuſantur à delictis, & à pœnis, tanquàm doli incapaces.

15 Pueritia incipit à ſeptennio, & durat uſque ad pubertatem.

16 Pueri, ſeu Pupilli delinquentes puniuntur pœna extraordinaria, non autem ordinaria. Vide n.17.

17 Pro verbis injurioſis, & pugnis inter Mulieres, & Pueros non intrat pœna.

18 Pro verbis injurioſis, & pugnis inter Homines ſi ſequuta ſit pax non intrat pœna.

19 Pueri, ac omnes alii non poſſunt ſe denudatos balneare in flumine publico aliorum conſpectui. Vide ibi, & n.20.

20 Nuditas totius corporis tanquàm de genere earum rerum, quæ in malum ſonant non eſt permittenda, ſed prohibenda etiam Indis, & n.21.

22 Ludi, & ſpectacula nempè Majumæ, & Lupercales, quæ à nudatis fiebant ratione inhoneſtatis fuerunt prohibita.

OBSERVATIO.

Majores, quibus reverentia debetur, impunè corrigere, & caſtigare valent
A ſuos inferiores errantes, nempè Pater filium,
1 Dominus ſervum, Magiſter diſcipulum, Maritus Uxorem, & ſimiles, ut de Patre legitur in *Proverb.Eccleſ.cap.13.n.24.* ibi: *Qui parcit virgæ odit filium ſuum* firmant *Angel.in l.Prætor edixit §.Præterea n.3.ff.de injur. Menoch.de arbitr.judic.lib.2.caſ.364.n.3.cum ſeq. Paſchal. de Juribus Patr.poteſt.par.3.cap.4.num.5.Clar.*
2 *Pract.crim.q.56.n.1. Conciol.Reſolut.crim.verbo defenſio reſolut.8.n.2.Carpzov.Prax.crim.par.3. q.143.n.18.cum ſeq.* De Domino in *Eccleſ.c.33. n.28.* ibi: *Servo malevolo tortura, & compedes injice l. unic. C. de mandat. ſervor.ibique Gloſs. Menoch.loc.cit.n.1.cum ſeq.Paſchal.d.cap.4.n.32*
3 De Marito eſt *Text. in cap. hæc imago 33.qu.5. Gloſ.in cap.Sicut alterius in verbo judicati verſ. Sed temperari poteſt 7. qu.1. Farinac.conſil.157. n.5.volum.2. Paſcal.loc.cit.nu.20.Conciol.dicta reſolut.8.n.4.Sanchez de Matrim.lib.10.diſp.18. nu.6.Adden.ad Rot.in recen.dec.1.nu.75.& ſeq. par.9.Rot.in rec.dec.324.n.6.par.6.* De Præce-
4 ptore *Tex.in l.Sed & ſi in fin.ff. Ad Leg.Aquil. l.Item quæritur §.Si quis Servú ff.loc.& conduct.*

ubi

Digitized by Google

*ubi gloſ.marginal.alleg.Quintil.lib.1.Inſtit.Orat.
circà modum ſervandum per Præceptores in ca-
ſtigatione*, & tradunt *Menoch.ubi ſuprà nu.*10.
*Paſchal.d.cap.*4.*n.*31. De Fratre, ſeu alio Pro-
5 pinquo majore, ſeu ſeniore eſt *Text.in l.unic.
C.de emendat.propinq. Menoch.loc.cit.nu.*6.*cum
ſeq.Paſchal.ubi ſuprà n.*30.

Itaut ſi inferior repercutiendo reſiſtat Su-
periori caſtiganti, & verberanti, poterit illum
6 impunè occidere, ut de Patre tradunt *Hypol.
de Marſil.in Pract.crim.* §.*Aggrediar n.*79.*cum
ſeq.Clar.d.q.*56.*nu.*2.*Paſcal.loc.cit.nu.*7.*cum ſeq.
Conciol.ubi ſuprà n.*3.

Dummodò tamen correctio, & caſtigatio
eſſet moderata, tunc enim nec defenſio eſt
7 permiſſa, & ſi filius Patrem, Uxor, Maritum,
Servus Dominum, Diſcipulus Præcepto-
rem &c. ſe defendendo verberaverit, ſeu oc-
ciderit, non excuſabitur prætextu defenſio-
nis, ſed tenebitur de vulnere, & homicidio,
ut cumulatis concordantibus firmat *Conciol.
d.reſol.*8.*n.*1.*cum ſeqq.*

Si autem exceſſiſſet in corrigendo, & ca-
ſtigando immoderatè, tunc occidens, vel vul-
nerans puniendus erit pro exceſſu, ut docent
*Bajard.ad Clar.d.qu.*56.*nu* 8.*Menoch.ubi ſupra
n.*15.*Paſchal.loc.cit.n.*9.*cum ſeq.* De Præcepto-
8 re eſt *Text.in d.l.Sed etſi* §.*Si Magiſter*, *& leg.
ſeq.ff.Ad leg.Aquil.cap.Presbyterum.*7. *ibique
Gonzalez Tellez de homicid. Rot.coram Peutin-
ger.dec.*405.*nu.*9. De Domino eſt *Text.in leg.*
9 *unic.C.de Emendat.ſervor.* De propinquo *Text.
in l.unic.C.de Emendat.propinq.*

Quinimò ſi Pater filium intolerabili inju-
ria afficeret, quamvis contra eum injuriarum
10 actione agi non poſſet per *Text.in leg.Prætor
edixit* §.*Præterea ff. de injur.* Attamen poteſt
filius implorare Officium Judicis, ut Patrem
cogat ad eum emancipandum *l.final.ff.Si quis
à Paren.fuerit manumiſſ.&* §.*final.Inſtit.de No-
xal.* ut docet *Menoch.d.caſ.*364.*n.*10.

Et quod contra Patrem, & Magiſtrum, vel
alium Superiorem retorſio injuriarum ſit li-
cita, quando liquidò conſtat, eum non animo
11 caſtigandi, & corrigendi, ſed potiùs inju-
riandi, & diffamandi privato quodam odio
filium, diſcipulum, vel ſubditum contume-
lioſis verbis ultra modum obiurgaſſe, firmant
Johan.Harpr.in §.*Hæc actio n.*167. *cum ſeq. In-
ſtit.de injur. Berlich. Concluſ. par.*5. *concluſ.*64.
*nu.*20.*Struvius de vindict.priv.cap.*10.*aphor.*8.
*n.*1.*cum ſeq.*

Cum delicta abſque dolo nec committan-
B tur, nec puniantur, nam ubi non eſt dolus,
ibi neque delicti pœna locum habet, ut pro-
12 bat *Text.in l.*1. *C.de Sicar.l.Qui injuria ff.de
Furt.l.Quod Reip.ff.de injur. Decian.Tract.crim.
lib.*1.*c.*4.*nu.*9.*Carpzov.pract.crim.par.*3.*q.*143.
*n.*11. Hinc Infantes, qui dicuntur omnes non
13 excedentes annum ſeptimum completum *l.
Si infanti C.de Jure delib.Gloſſ.in* §.*Pupillo ver-
bo Infans Inſtit.de inutil.ſtipulat. Gonzalez Tel-
lez in cap.Referente ſub n.*7. *&* 8.*de Delict.pue-
ror. Farinac.q.*95.*n.*3. *Zacc.QQ.Medicoleg.lib.*1.
*tit.*1.*q.*3.*n.*13.*Narbon.de ætat.ann.ſeptimo qu.*1.
*n.*13.*cum ſeq.* tanquàm doli incapaces à deli-
14 ctis excuſantur, & à pœna ſunt immunes *l.
Infans ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.l.Impuberem
verſ. Nam infantes ff. de Furt.* & pluribus cu-
mulatis latè firmat *Farinac.d.q.*92.*n.*46. *&* 50.
*Carpzov.ubi ſup.n.*9.*cum ſeqq.*

Si verò ſint conſtituti in pueritia, quæ in-
cipit à ſeptennio, & durat uſque ad puberta-
15 tem, videlicet in Maſculo uſque ad annos 14.
& in Fœmina uſque ad annos 12.*Joan.Andr.in
Rubr.de Delict.puer.ſub n.*2. *Menoch.de Arbitr.
lib.*2.*caſ.*57.*num.*2.*&* 10.*Narbon.de ætat.annus
octavus qu.*1.*Zacch.QQ.Medicolegal.lib.*1.*tit.*1.
*q.*4.*n.*7.*cum ſeqq. & quæſt.ſeq.n.*1.*cum ſeqq.* eo
caſu delinquentes puniuntur, non quidem pœ-
16 na ordinaria, ſed extraordinaria Judicis ar-
bitrio *Barboſ.in cap.Referente* 2.*nu.*5.*de Delict.
pueror. ibique Gonzalez Tellez loc.cit.* & hanc
eſſe communiorem opinionem, quàm repro-
bata contraria tenet *Farinac.alleg.q.*92.*nu.*59.
62.*&* 64.*cum ſeq. Carpzov.d.q.*143.*nu.*21.*cum
ſeq.* An autem id procedat in omnibus deli-
17 ctis, & præſertim carnis, vide *cap.*1. *& toto
tit.de Delict.pueror. ibique Scribentes, ac alios
ſuprà allegatos.*

Addendo ſolùm à *Sac.Conſulta de ann.*1600.
determinatum fuiſſe: *Che per parole ingiurio-
ſe, e pugni frà Donne, e Putti, la Corte non pro-
ceda, nè ſi dia à loro moleſtia alcuna. Che per
parole ingiurioſe, e pugni frà Huomini ſimilmen-
te la Corte non proceda, nè ſi dia à loro moleſtia*
18 *alcuna, quando ſia frà eſſi ſeguita la pace*, quæ
verba regiſtrata legi inter alia capita præſcri-
pta in eadem Epiſtola, de qua ſupra in *Obſer.
adRub.*33.*lib.*3.*n.*7.& teſtatur *Bonfinius in Ad-
dit.ad Bannimenta General.cap.*26.*litt.B.*

Ac notando inter alia delicta puerorum
poſſe connumerari illud ſe denudatos bal-
neandi in flumine publico aliorum conſpe-
19 ctui, quod prohibitum eſt omnibus, niſi pro-
cul à cunctis in inferioribus partibus fluvio-
rum per *Text. in l.Cum ſuprà* 12. *C.de Re milit.
lib.*12.& proindè ſingulis annis in Urbe tem-
pore æſtivo de mandato Eminentiſſimi Car-
dinalis Vicarii publicatum Bannum pœnale
tàm contra juvenes ad evitandum periculum
ſubmerſionis, quàm contra alios ætate ma-
iores ob ſcandalum ratione nuditatis in flu-
mine Tyberis de die ſe balneantes abſque
ſubligaribus, ſeu campeſtribus, cum inhone-
ſtum ſit ſe nudum aſpectibus hominum exhi-
bere, ut advertunt *Joan.de Platea in d. l.Cum
ſuprà, & Rovit.in pragm.*3.*nu.*2.*de injur.* Nam
cùm nuditas totius corporis ſit de genere
earum rerum, quæ in malum ſonant, utporè
20 quia vehementer repugnat naturali pudori,
ac honeſtati Reipub. maximè neceſſariæ ob
incitamentum ſpectatorum ad vitia, & pec-
cata, proindè illa totalis nuditas non eſt per-
mittenda, ſed prohibenda, ut plenè firmant
*Tiraquel.de Leg.Connub.leg.*4.*n.*34. *Doctiſſimus,
& Religioſiſſimus Ludovicus Zucchius concivis
in ejus opere inſcripto Conſiderazioni politiche,*
e mo-

e morali oracul.33. Ibi. *Il coſtume di ſpogliarſi nudo in publico o toglie, o almeno ſminuiſce la vergogna; onde ſi viene poi ad aprire il calle all' immodeſtia, e all'intemperanza, e quindi all'avarizia, peſte la quale ammorba, e avvelena le Città per bene, e prudentemente ordinate, ch'elle ſieno, Io credo, che poſſa veramente con Ennio dirſi Flagitii principium eſſe nudare inter Cives corpora*, & paulò poſt, *ardirei ſempre di riſolutamente affermare, che non doveſſe ammetterſi nelle bene iſtituite Republiche per havere in ſe troppo dell'immodeſto, e del laſcivo, Solorzan.de Jure Indiar.lib.1.cap.24.n.60.cum ſeqq.* ubi reprobat *Americum Veſpuccium* Inventorem novi Orbis, quatenus in prima ſuarum navigationum ſcribit hanc nuditatem inter ludos
21 nullius vitii, & luxuriæ tàm in Maſculis, quàm in Fœminis incentivum præſtare, non magis, quàm inter nos inſpectio faciei, vel manuum, quas detectas geſtamus.

Ex hac ratione inhoneſtatis prohibiti
22 fuere ludi, & ſpectacula *Majumæ* nuncupata, idest, quæ in Majo, & Lupercales, quæ in menſe Februario à nudatis fiebant, ut latè, & eruditè ſcripſit *Amaya in Obſer. Jur. lib.3.c.5.*

De Bannitis impunè offendendis, & de pœnis eorum, & debitorum Communis.

RUBRICA VIGESIMAPRIMA.

STatuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli condemnati ad mortem pro quocunque maleficio poſſint à quocunque offendi, etiam uſque ad mortem incluſivè. Condemnati verò pro maleficio, cujus maleficii pœna ſit mutilationis alicujus membri, ſeu erutionis oculi poſſit liberè, & impunè in perſona à quocunque offendi, citra tamen mortem talis ſic condemnati, & quòd talis offenſio in caſibus prædictis ſingula ſingulis congruè referendo remaneat impunita, & exceptio dictæ impunitatis in quolibet dictorum caſuum poſſit quandocunque proponi, & allegari antè ſententiam, et ad quam exceptionem opponendam, et probandam quilibet Procurator, ſeu conjunctus, aut quivis alius, etiamſi ſua non interſit liberè admittatur, et hujuſmodi exceptionem quicunque Iuſdicens benignè admittere teneatur, et quod alicui condemnato in pœnam mortis pro aliquo maleficio, ſeu delicto, vel habenti cauſam ab eo poſt huiuſmodi condemnationem ius reddi non poſſit, nec debeatur per D.Poteſtatem, vel alium Iuſdicentem in Civitate Faven. donec condemnatio prędicta legitimè abolita, ſeu cancellata fuerit. Condemnati verò pro quolibet maleficio in pœna pecuniaria excedente ſummam decem librarum bononenorum donec ſolverint pœnam hujuſmodi, ſeù etiam debitores Communis Faven. ex quavis Cauſa etiam non criminali in quantitate excedente dictam ſummam lib.10. non poſſint eligi, aſſumi, vel extrahi ad aliquod officium Communis Faventiæ, ſi tempore electionis, aſſumptionis, vel extractionis hujuſmodi non reperiatur dicto Communi de pœna, ſeù debito huiuſmodi ſatisfeciſſe. Et ſi aliter electi, aſſumpti, vel extracti fuerint, talis electio, aſſumptio, & extractio nullius ſit roboris, vel momenti, et aliter electi, aſſumpti, vel extracti ad huiuſmodi officia exercenda non admittantur, et etiam admiſſi à dictis Officiis amoveantur, et pro amotis auctoritate præſentis Statuti habeantur, et cenſeantur. Nec eis propterea aliquod ſalarium debeatur, vel ſolvatur, etſi ſolutum fuerit reſtituatur dicto Communi, et loco ejus alius eligatur, aſſumatur, vel extrahatur, et inſuper tales debitores dicti Communis ultra ſummam dictarum lib.10. non poſſint pro ſe, nec pro alio quocunque intereſſe in judicio.

Declarantes etiam quòd pro parte offendentis Bannitum, ſeù condemnatum pro maleficio facta oſtenſione, ſeù fide condemnationis condemnati pro delicto, ſeù maleficio offenſi per exhibitionem talis condemnationis de eo factæ, vel per ſcripturam ſumptam à dicta condemnatione per unum ex Notariis, ſeù Officialibus ad id deputatis ex publico contra offenſorem hujuſmodi occaſione talis offenſionis procedi non poſſit in caſibus præmiſſis, vel aliquo eorum ſingula ſingulis congruè referendo; quinimò etſi proceſſum fuiſſet, facta oſtenſione, & fide prædicta, omnis proceſſus contra talem offenſorem factus in quacunque parte Iudicii antè ſententiam cancellari, et caſſari debeat per Officiales ad id deputatos, & pro caſſo, & cancellato habeatur auctoritate præſentis Statuti.

Volumus etiam quod ad requiſitionem cuiuſcunque petentis pro intereſſe dicti offenſoris Officialis quicunque dicti Communis teneatur exhibere in Iudicio ubi, et totiès quotiès expedierit condemnationem factam contrà offenſum hujuſmodi unà cum proceſſu contra eum ante dictam condemnationem facto, & hoc gratis, & abſque aliqua mercede, & quòd etiam ad probandum aliquem eſſe debitorem dicti Communis ad finem, & effectum, de quo ſupra, ſufficiat ſola fides libri Communis, in quo appareat aliquis debitor dicti Communis ex aliqua cauſa, & qui ſingulis annis tempore electionis, ſeù extractionis Officialium hujuſmodi legantur, & publicentur unà cum habentibus prohibitionem, ſeù devetum ad Officia dicti Communis, etiam debitores dicti Communis habentes ſimiliter prohibitionem ex Cauſis, de quibus ſuprà.

Et hoc Statutum ſit præciſum, & ſervetur prout jacet in qualibet ſui parte inviolabiliter.

SUMMARIUM.

1 BAnnitus in pęna capitis offendi, & occidi an poſſit de Jure Communi.

2 Staturum diſponens Bannitum in pœna capitis poſſe impunè offendi, & occidi valet.

3 Ampl. Decl. & Limita nti ibi remiſſivè.

OBSERVATIO.

BAnnitus in pœnam capitis, an de Jure communi impunè offendi, & occidi valeat validè contraverritur inter *DD.* ut videre eſt penès *Bart. in l. Ut vim nu. 1. cum ſeqq. ff. de Juſt. & Jure Clar. in §. Homiridinm ſub nu. 51. cum ſeqq. ibiqne Bajard. Farinar. q. 103. n. 8. cum ſeqq.* ubi ſuſtinet opinionem affirmativam *Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 90. Borel. de Magiſtrat. Edict. lib. 3. cap. 6. Conriol. Reſol. crimin. in verbo Statutnm reſolut. 5.*

Si autem concurrat principalis diſpoſitio Statuti, quod valet tanquàm ordinatum
2 pro quietè publica, tuuc impunè poſſunt offendi, & occidi Banniti in pœnam cæpitis ſecundùm opinioncm communiter receptam, ut firmant *Clar. d. §. Homicidium ſub n. 52. & 53. Menoch. ubi ſuprà n. 1. cum ſeqq. Farinac. d. q. 103. n. 8. Borcll. cit. cap. 6. n. 11. & Conciol. loc. cit. n. 1.*

Cujus concluſionis non deſunt ampliationes, liuitationes, & declarationes, quas vi-
3 de penès *mox allegatos, & Altograd. conſ. 98. num. 8. vol. 1. Alex. conſ. 65. lib. 3. Eugen. conſ. 22. n. 14. junct. n. 35. cum ſeqq. ac conſ. ſeq. n. 29. vol. 1. Cabal. de omni gen. homicid. & aliis crim. excuſ. impreſſ. penès Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 2. pag. mihi 244. & conſ. 6. ibidem impreſ. pag. 262. Marta de juriſdict. par. 4. centur. 1. caſ. 67.* ubi examinat, an tale Statutum comprehendat Clericos *Conriol. Reſolut. crim. in verbo Bannitns reſol. 5.* & ſupra in *Obſerv. ad Rub. 9. n. 14. hoc codem libro.*

De Pœna receptantis Bannitum.

RUBRICA VIGESIMASECUNDA.

ITem ſancimus, volumus, & firmamus, quòd nullus in Civitate, Comitatu, aut Diſtrictu Faven. audeat, vel præſumat receptare ſcienter Bannitum in pœnam ultimi ſupplicii, ſeu Condemnatum in pœnam amputationis alicujus membri. Et ſi quis contrafecerit receptando talem Bannitum in Civitate prædicta, ſeù ejus Suburbiis pœnam librarum centum bononenor. ipſo jure incurrat, etſi Damnatum in pœnam amputationis prædictæ receptaverit librarum quinquaginta bononenorum pœna plectatur. Si autem aliquis receptaverit in Diſtrictu, ſeù Comitatu Faventiæ talem Bannitum, librarum quinquaginta bononenorum pœnæ ſubjaceat, et ſi Condemnatum in amputationem prædictam receptaverit libras 25. bononenorum pro pœna ſolvere compellatur. A prædictis autem excipimus Patrem, aut alium Aſcendentem receptantem Filium, aut alios ejus Deſcendentes in ſua poteſtate conſtitutos, vel è contra Filium, ſeù alium Deſcendentem receptantem Patrem, aut Aſcendentes hujuſmodi, etiam Bannitos, ſeù ut ſupra condemnatos, qui pœnas prædictas non incurrant, niſi ultra triduum continuum eum receptaverit, & retinuerit, vel Curiæ non denunciaverit infrà dictum tempus.

SUMMARIUM.

1 REceptanres Bannitos ſunt homines peſſimæ conditionis, & quarè.

2 Receptantes Bannitos pari pœna puniuntur, ſicur Banniti.

3 Receptantes Bannitos quas pęnas incurrant in Statu Eccleſiaſtico, & quæ requirantur num. 8. & 9.

4 Conſtitutiones Apoſtolicæ imponentes pęnas receptantibus Bannitos comprehendunr eriam Præſules Eccleſiaſticos.

5 Officiales Papæ procedere poſſunt contra Subditos Baronis Feudatarii Sanctæ Sedis receptantes Bannitos, applicando bona confiſcata Fiſco Pontificio, ſicut in crimine læſæ Majeſtatis.

6 Probatio concludens corporis delicti contra receptantes Bannitos requiritur ad effectum condemnandi, etiamſi concurrat confeſſio Rei.

7 Nulliter Bannitus, ſeu condemnatus ob receprationem Bannitorum reputabitur, ac ſi non eſſer Bannitus.

8 Delictum Banniti debet eſſe capitale, ac verificari qualitas diffamationis capitalis, necnon ſcientia Receptanris, ut quis condemnari poſſit tanquam receptator Banniti, & n. 9. Vide ibi.

10 Allocutio, converſatio, & receptatio Banniti debet eſſe doloſa, & ad malum finem, alioquin, non intrant pęnæ inflictæ. Ampl. n. 12.

11 Medicus receptans publicum Latroncm vulneratum, ut eum curer non incurrit pęnam.

13 Errantes ſine dolo gravi pęna punire inhumanum eſt.

14 Coactè receptans Baunitum non poteſt puniri.

15 Merus, ut excuſet à pœnis inflictis receptantibus Bannitum debet eſſe juſtus, & cadens in conſtantem virum.

16 Metus cadens in conſtantem virum dicitur, quandò concurrunt quinque, de quibus, ibi remiſſivè.

17 Uuicus actus receptationis Banniti an ſufficiat ad incurrendam pęnam, remiſſive.

OBSERVATIO.

REceptanres Bannitos ſunt homines peſſimæ conditionis tanquam inſtrumenta

1 pro

Digitized by Google

1 pro eorum conſervatione , & augumento *l.1.*
ibi peſſimum genus eſt receptatorum ſine quibus
nemo latere diù poteſt ff.de Receptator. Undè à
2 jure communi pari pęna puniuntur *l.1. C.de*
Receptator.Cabal.caſ.287.num.2. & utramque
concluſionem firmat *Matthæi de Regim. Regn.*
Valent.cap.8.§.8.ſect.2.nu.133. & in Statu Ec-
cleſiaſtico incurrunt graviſſimas pęnas impo-
ſitas à *Conſtitutionibus Summorum Pontificum*
S.Pii IV.*in Bullar.nov.in ordine la27.§.4.vol.2.*
B.Pii V. *la* 10. præſertim ibi *la 2.incipien.inde-*
feſſa cum ſeq. eodem vol.2. & Sixti V. *la 6. §.9.*
& 14. pariter *d. vol.2.* comprehendentibus
4 etiam Præſules Eccleſiaſticos , ut reſpondit
Spad.conſ.63.nu.1. cum ſeq.vol.1. Et Officiales
Papæ procedere valent contra Subditos Ba-
5 ronis Feudatarii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ,
ſicut in crimine læſæ Majeſtatis bona confi-
ſcata applicando Fiſco Pontificis , ad quem
ſpectant tanquam ſupremi Principis , non
autem illi Principis inferioris , ut reſpondit
Rot.cor. Merlin.dec.125.nu.14.cum ſeqq. juncto
n.24.cum ſeq.

Sed ut infligi valeant hujuſmodi pœnæ re-
quiritur , ſicut in aliis delictis , concludens
6 probatio corporis delicti , quòd conſiſtit in
Banno à Fiſco in proceſſu regiſtrando , alio-
quin non intrat condemnatio , quamvis con-
curreret confeſſio Rei, dum aliundè non veri-
ficatur, ut reſponderunt *Honded.conſ.88.n.32.*
cum ſeq.lib.2. Farinac.conſ.156.nu.18. vol.2.&
conſ.3305.nu.1.vol.3.Giurb.conſ.27.n.8.Ciarlin.
controv. lib.3. cap.229.nu.1.cum ſeqq. Cobell.ad
Bullam boni Regim.cap.29.nu.28. Et ſi nulliter
fuerit condemnatus , ſeu Bannitus reputabi-
tur, ac ſi non eſſet Bannitus ad evadendas pę-
7 nas receptantibus Bannitos impoſitas , ut re-
ſponderunt *Farinacc.d.conſ.205.nu.7.cum ſeqq.*
vol.3.& Gratian.diſcept.638.per tot.

Necnon requiritur , quòd delictum Banni-
ti ſit capitale, ac verificata qualitate diffama-
8 tionis capitalis, ut firmat *Rimin.Jun.conſ.758.*
n.36. & ſub nu.37.cum ſeqq. notat *Guazzin.ad*
defenſ.Reorum defenſ.33.cap.10.nu.10. quem ſe-
quitur *Conciol.Reſolut.crimin.in verbo Bannitus*
reſol.2.n.10.cum ſeq. & Ciriac.controv.345.n.5.
verſ.Quandoquidem cum ſeq.

Et deſideratur ſcientia receptantis illum
9 eſſe Bannitum, cùm ignorans non dicatur de-
linquere, ut reſpondit *Vermigl. conſ.394.nu.4.*
Farinac.qu.133.nu.103.ubi n.113. ſubdit ideò
neceſse eſſe in inquiſitione apponere ſcien-
ter fuiſſe receptum , aliàs inquiſitio non ſu-
ſtinetur *Cyriac.controv.34.n.1.cum ſeqq.* ubi fir-
mat requiri probationem ſcientiæ plenæ , &
ſpecificæ uti qualitas deducta,& præſuppoſita
a Fiſco *Cabal.Reſolut.crimin.caſ.287.n.4.*juncto
nu.21.centur.3. Calvin.de Æquit. lib.1. cap.41.
n.30.Conc.Alleg.forenſ.96.n.20. alleg.97.nu.10.
& in Reſol.crim.in verbo Bannitus reſol.3.n.1.

Advertendo , allocutionem , converſatio-
nem , & receptationem Bannitorum requiri
doloſam , & ad malum finem , & ſic damno-
10 ſam Fiſco, vel Reipublicæ, utpotè factam ad
effectum illos evadendi a Curia, illos occul-
tando , arma eis ſubminiſtrando, & ſimilia ,
ſecùs è converſo ; nam ceſſante dolo, ac præ-
judicio Fiſci, & Reipublicæ non intrat diſpo-
ſitio dd. *Conſtitutionum* , ut reſpondit *Honded.*
d.conſ.88.n.36.cum duob.ſeqq.Farinac.cit.q.133.
nu.57.cum ſeq.Anton.de Ballis Tract.crim.lib.5.
de Offic.recept.Bann. n.15. aliis cumulatis fir-
mat *Conciol.Alleg.forenſ.95.nu.29.cum ſeqq.al-*
leg.96.n.18.pariter cum ſeqq.alleg.97.nu.1.cum
ſeq.& Reſolut.crim. in verbo Bannitus reſolut.1.
n.1.Guazzin. ad defenſ.Reorum defenſ.29.cap.2.
n.22.cum ſeq.& Cyriac.loc.cit.n.55.& ſub n.63.
Hieronymus Baſilico deciſ. Siciliæ 30.nu.1.cum
11 *ſeq.* ubi de Medico , qui receptaverat publi-
cum Latronem vulneratum, ut eum curaret.

Non obſtante expreſſa diſpoſitione dictæ
Bullæ Sixti V. §.14. comprehendentis etiam
receptationem non doloſam , nec ad malum
12 finem , cum ea tunc temporis , quo Status
Eccleſiaſticus ab innumerabili multitudine
Bannitorum infeſtabatur , emanaverit potiùs
ad terrorem , prout ſæpiſſimè reſolutum fuit
à Sacra Conſulta , cùm inhumanum ſit erran-
13 tes ſine dolo gravi pœna punire , ut in ſpecie
teſtatur *Farinac. alleg.nu.57. & Conciol.in locis*
mox citatis .

Hinc ſi Banniti iverunt ad portam Ruſtici,
atque dixerunt, *niſi portam aperias uſtulabimus*
14 *domum* , tunc enim ſi Ruſticus aperiat debet
excuſari cùm ejus voluntas non ſit libera, ſed
coacta a malo, & ad effectum illud evitandi ,
ſtante enim coacta receptatione non poteſt
receptans puniri *Bald.in l.In delictis ff.de Nox.*
act.Florian.de S.Petro in l.In omnibus ff.eodem
reſpondit *Roland.conſ.45.n.76.vol.1.Menoch.de*
Arbitrar.lib.2.centur.5.caſ.48.nu.16.Carpan.in
nov.Conſtit.Medial.in cap.Homicida n.1445. ubi
plures concordantes *Cabal. Reſol.crim.caſ.287.*
n.11.cum ſeq.Conciol.Reſolut.crim.in verbo Ban-
nitus reſol.7.nu.1.cum ſeq. ubi adducit amplia-
tiones , & docet *Marta de ſucceſſ. legal. par.4.*
q.2.art.5.n.30. ubi ſubdit,quod ſi Banniti por-
tam Ruſtici fregerunt , & per vim introie-
runt, nulla ruſtici voluntas intervenit , & nul-
la excuſatione indiget , quoniam nulla ejus
libera, & ſpontanea voluntas intervenit, licet
coacta voluntas dicatur ſpecies voluntatis .

Intellige non omnem metum excuſare à
15 pęna , ſed ſolummodò illum , qui ſit juſtus ,
& poſſit cadere in conſtantem virum , ut decla-
rant *Farinac.d.q.133.n.40.Cabal.d.caſ.287.n.10.*
& ejus relatis *Conciol.cit.reſol.7.n.5.* Et ad hoc,
ut cadere dicatur in conſtantem virum , re-
quiruntur quinque adducta per *Sperel. dec.79.*
num.43.par.1.

An unicus actus receptationis ſufficiat ad
17 incurrendam pœnam,vide *Farinac.quaeſt.133.*
n.22.cum ſeq. Novar.in Collect. ad Pragmat.Regni
Neapol.tit. de Recept. collect.2. Tho.in compend.
deciſ.10.1.in verbo Receptatores,Danza in Pugna
DD.de Receptator.n.29.cum ſeq.Matthæi de Re-
gim.Regn.Valen.cap.8.§.8.ſect.2.n.134.cum ſeq.

De

De Pœna Stupri, Adulterii, & Sodomiæ.

RVBRICA VIGESIMATERTIA.

QUicunque in Civitate Faventiæ, ejuſque Comitatu, & Diſtrictu Uxorem habens, & Concubinam (A) tenens, ſi in Domo ſuæ habitationis eam ſecum tenuerit, librarum centum pœnam incurrat. Si autem alibi illam tenuerit quinquaginta librarum pœna plectatur pro qualibet vice, qua accuſatus, & denunciatus fuerit, & pro plena probatione in prędictis dictum ſufficiat unius teſtis cum publica fama per quatuor teſtes fide dignos probata, & talis Concubina condemnetur in libris 25. bononenorum pro qualibet vice, qua denunciata, vel accuſata fuerit, quas ſi infra decem dies à die condemnationis connumerandos non ſolverit, fuſtigetur in platea Communis tantùm. Clericorum autem, vel Religioſorum Concubinæ in duplum dictæ quantitatis condemnentur, ac fuſtigentur, & perpetuò expellantur. Si quis verò Adulterium, (B) vel Stuprum (C) commiſerit cum Muliere, vel Puella annuente librarum centum bononenorum pœnæ ſubjaceat. Si verò per vim, capite puniatur, niſi talis Mulier (etiam per vim cognita) publicè ſe proſtituat, vel pro publica Meretrice habeatur, aut conſueta ſic peccare, quibus caſibus librarum centum bononenorum pœnæ ſubjaceat. Monialem autem in Monaſterio degentem carnaliter cognoſcens invitam, vel volentem capitali pœna puniatur. (D) Ingrediens autem Monaſterium Monialium noctis tempore, & libidinis cauſa, etiam nulla Moniali per eum cognita, Pes dexter ſibi amputetur, niſi infrà decem dies à die factæ condemnationis computandos quingentas libras bononenorum ſolverit. Stuprum autem committens in Maſculum, (E) ſi ipſe agens, vel patiens fuerit major annorum vigintiquinque, aut uxoratus, ſi ſemel id tantùm commiſerit, ducatorum quinquaginta aureorum pœnæ ſubjaceat, quæ pœna totiès duplicetur, quotiès tale delictum commiſerit. Et quando contigeret ſemel condemnari, vel condemnatum eſſe talem agentem, ſi ſecundò contingerit condemnari, tunc capite puniatur, ita quod moriatur. In minore agente verò pœnæ prædictæ pecuniariæ dimidientur. Patiens verò major tamen 14. annis, & minor 25. condemnetur in quantitate ducatorum 25. quæ totiès duplicetur quoties ſic deliquerit, nulla pœna puniendo minorem annis 14. ſic patientem, aut vi cognitum, cujuſcunque ætatis ſit.

SUMMARIUM.

1 COncubinatus eſt Commercium carnis aſſiduum, & continuatum cum certa, ac determinata fæmina, ſive Domi, ſive alibi retenta.

2 Concubinatus prohibitus eſt de Jure Civili, & Canonico.

3 Concubinatus eſt res mali exempli, & in illius punitione licitum eſt Jura tranſgredi.

In rebus mali exempli licitum eſt in punitione Jura tranſgredi puniendo, quòd ex ſe delictum non eſt, n.3.

4 Concubinatus permiſſus an ſit de Jure Civili.

5 Concubinatus eſt mixti fori, non Eccleſiaſtici.

6 Concubinatius punitur mediantibus cenſuris, & quomodò.

7 Concubinarius cenſuris neglectis per annum in Concubinatu permanens ſeverè punitur.

8 Concubinarius punitur pænis a Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Synodalibus, ac aliis legibus particularibus inflictis.

9 Et ad iſtas pęnas poteſt procedi, non obſtante, quod deventum fuerit ad pęnam excommunicationis.

10 Concubinarius Laicus poteſt puniri aliqua pęna piis Locis, vel Apparitoribus applicanda.

11 Concubinatius Laicus punitur de Jure Canonico arbitrio Judicis.

12 Contra Concubinarium Laicum poteſt procedi ad capturam.

13 Clericus Concubinarius quinque crimina committit.

14 Clericus Concubinarius punitur a Sacris Canonibus variis pęnis.

15 *Concilium Tridentinum* tanquam lex poſterior eſt attendendum.

16 Clericus Concubinarius punitur ex diſpoſitione *Sacri Concili Tridentini* pęnis, de quibus ibi.

17 Concubinę qualiter puniantur.

18 Concubinæ Clericorum puniri poſſunt ſolùm a Judice Eccleſiaſtico.

19 Statutum Laicale puniens Concubinas Clericorum non valet.

20 Judex Laicus non poteſt procedere contra Concubinam Clerici domi retentam.

21 Concubina legati, & donationis eſt incapax undè omnis actus, & diſpoſitio ad ejus favorem facta eſt invalida, ac omne emolumentum remanet penès hæredem, & ſubſtitutos, ad quos hæreditas pertinet.

22 Retentio Concubinæ rerum donatarum competit, nec ab ea poſſunt repeti.

23 Filii illegitimi etiam legitimati non poſſunt ſuccedere in bonis Eccleſiaſticis Feudalibus, & Emphyteuticis tàm ex teſtamento, quam ab inteſtato, ac per actus inter vivos, & ultimarum voluntatum. Ampl.n.24, Limit.n.26.& 31.Decl.n.27.29.34.cum ſeq.

24 Legatum illegitimis factum corruit una cum tota diſpoſitione etiã quoad alios capaces.

25 Spolium favore Reverendæ Cameræ intrat, quando diſpoſitum fuit fauore illegitimo-

Digitized by Google

rum. Limit. n.38.

Bulla Pii V. *la* 117. prohibens diſponi favore illegitimorum tám inter vivos, quám in ultima voluntate an, & quando locum habeat nu.23. cum ſeqq. & n.53. cum ſeqq. An procedat etiam in bonis patrimonialibus. Vide n.34. cum ſeqq.

26 Legatum, donatio, aliæque diſpoſitiones factæ à Clericis favore illegitimorum, an, & quando valeant, & n.27.28.

30 Pater poteſt relinquere totam ſubſtantiam filio naturali, quando non habet filios legitimos, non autem Spurio.

31 Legatum dotis, ſeu alimentorum relictum filio, ſeu filiæ illegitimæ pauperi ad meram vitæ ſubſtentationem, vel ut poſſit ſe nubere ſuſtinetur; Secùs ſi ſit exceſſivum. Vide n.33.

32 Amplia etiamſi diſponens conſtitutus ſit in Sacris Ordinibus, vel poſſideat beneficia Eccleſiaſtica, ac tradat alimenta, ſeu dotem ex redditibus Eccleſiaſticis.

35 Filii illegitimi Urbis ſunt capaces ſucceſſionis in bonis Emphyteuticis Eccleſiaſticis. Vide ibi.

34 Filii illegitimi ſuccedere non poſſunt; & ſunt incapaces bonorum Emphyteuticorum Eccleſiaſticorum.

40 Limita quoad bona Emphyteutica Eccleſiaſtica redacta ad inſtar Allodialium. Vide n.41. cum ſeqq.

41 Bona Emphyteutica Eccleſiaſtica exiſtentia in Ducatu Ferrariæ redacta ſunt ad inſtar Allodialium, & alienabilia, & in eis poſſunt ſuccedere illegitimi. Vide ibi.

42 Bona Emphyteutica Eccleſiaſtica etiamſi redacta ad inſtar Allodialium adhuc remanent Eccleſiaſtica, & non meré Laicalia.

43 Dominium directum eſt inſeparabile, & ejuſdem naturæ cum dominio utili.

44 Judex Laicus juriſdictionem non habet quando agitur inter Laicos ſuper ſolo dominio utili bonorum Emphyteuticorum Eccleſiaſticorum.

45 *Ægidiana* non intrat, quando agitur de bonis Emphyteuticis Eccleſiaſticis, etiamſi redactis ad inſtar Allodialium.

46 *Ægidiana* non intrat, quando agitur inter Laicos ſuper dominio utili Bonorum emphyteuticorum Eccleſiaſticorum.

47 Bona emphyteutica Eccleſiaſtica redacta ad inſtar Allodialium, ut in Ducatu Ferrariæ, in Territorio Abbatiæ Farfen., & & alibi ſunt hypothecabilia. Decl.n.48.

49 Devolutis Bonis emphyteuticis eccleſiaſticis redactis ad inſtar Allodialium redeunt ad Dominum directum libera, & abſque ullo onere.

Reſoluto jure Datoris reſolvitur jus Acceptoris n.49.

50 Illegitimi etiam legitimati non ſuccedunt in Emphyteuſi Eccleſiaſtica. Decl. ut ibi.

51 Illegitimi poſſunt inveſtiri de bonis emphyteuticis Eccleſiæ, & valet inveſtitura. Decl. num.52.

Illegitimi ſunt capaces Emphiteuſis eccleſiaſticæ tranſitoriæ ad Extraneos n.51.

53 Illegitimi ſuccedere poſſunt in bonis exiſtentibus extra Statum Eccleſiaſticum. Vide n.57.

54 Conſtitutiones Pontificię non pendent à Populi voluntate, ſed à poteſtate Pontificis.

Pontifices habent poteſtatem à Deo, non à Populo n.54.

55 Conſtitutiones Pontificiæ non tolluntur per non uſum, niſi ulteriùs concurrat ſcientia, & conſenſus Papæ.

56 Pontifex tollere non poteſt privilegia, gratias, & indulta conceſſa circa temporalia ab Imperatore, Regibus &c. reſpectu bonorum exiſtentium extra Statum Eccleſiaſticum.

58 Pontifex poteſtatem directam, & abſolutam habet in omnes univerſi Orbis Chriſtiani Perſonas, & Res eccleſiaſticas.

59 Conſtitutionis Pontificiæ publicatio requiritur, ut obliget.

Maximè quando agitur de Conſtitutione pœnali n.61.

60 Pontifices publicari mandant eorum Conſtitutiones in certis locis publicis Urbis, quo peracto per Curſorem habentur pro publicatis.

62 Decretum irritans appoſitum in Conſtitutione Pontificia non ſupplet illius publicationem.

Decretum irritans ſequitur naturam diſpoſitionis, cui adjicitur, & non poteſt plus operari, quam principale n.62.

63 Conſtitutio, Bannum, & Lex publicari debent in omni Provincia, alioquin Subditi excuſantur. Maximè quando agitur de incurrenda pœna n.64.

Contrarium quod ſufficiat publicatio facta in Curia Principis nu.66. Maximè quando emanavit per viam Legis generalis nu.69. Decl.n.70.

Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.1. de Reformat. diſponens, contractum Matrimonii coram Parocho præviis denunciationibus celebrari habet locum ſolum, ubi fuit publicatum num.65.

67 *Liber ſextus Decretalium* ligare debet in omnibus Provinciis.

68 *Regulæ Cancellariæ* ligant omnes etiam extra Urbem degentes, quamvis ibi ſolùm fuerint publicatæ, & n.72. Contrarium n.73.

71 *Decretale, Sextum, & Clementinæ* præterquam publicatæ fuerunt Romæ, circumferuntur per totum Orbem in diſtinctis voluminibus, ex quo eorum notitia reſultat, & num.77.

74 *Regulæ Cancellariæ* promulgari ſolent in initio Pontificatus n.74.

Regulæ Cancellariæ ligant, & habent vim Legis ſtatim, ac ſequuta fuit aſſumptio ad Pontificatum, licet eorum publicatio poſtea ſequuta ſit num.74. & 75.

76 *Bul. in Cœn. Domini* publicatur quotannis non ſo-

ſolùm in Urbe, ſed etiam à Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis in eorum Diœceſibus.
78 *Conſtitutiones extravagantes* latæ per viam Legis generalis, & impreſſæ in Bullario cenſentur publicatæ.
79 *Conſtitutio extravagans* redacta in corpore Juris ſtatim ligat.
80 Conſtitutio, ſeu Lex ligare quandò incipiat poſt publicationem, dum in ea non fuit præfixum tempus remiſſivè.
81 Lapſus duorum menſium à die publicationis requiritur, ut Lex, ſeu Conſtitutio liget. Limita n.84. Sublim. n.85.
82 Limita in Provinciis remotis, in quibus Lex ſeu Conſtitutio non ligabit, niſi poſt congruum tempus, intrà quod notitia haberi potuerit.
83 In Provinciis remotis Leges, & Conſtitutiones ſemper publicari jubentur.
84 Lex, ſeu Conſtitutio ligat poſt lapſum temporis in ea præfixum.
86 Adulterium eſt coitus, quo alterius thorus violatur.
87 Adulterium duplex quandò dicatur, & quandò ſimplex.
Adultera, quæ filios ex adulterio ſuſcepit quomodò tam ipſa, quàm ejus Confeſſarius ſe gerere debeant pro indemnitate Mariti, & illius hæredum remiſſivè nu. 87.
88 Conjugatus habens rem cum ſoluta committit adulterium, ſaltèm de jure Canonico. Vide nu.89.
90 Adulterium crimen graviſſimum eſt, & quare.
91 Et judicatur majus homicidio. Contrarium num.92.
93 Adulterium punitum fuit diverſimodè apud varias Nationes.
94 Pœna corporis afflictiva pro adulterio diverſimodè ſtatuta eſt.
95 *Bulla* Sixti *V. la 46.* contrà Adulteros innovata fuit mediante Ædicto publicato de anno 1682.
In delicto Adulterii cautè procedendum quare nu.96.
96 Impudicos luxurioſè viventium mores ſevera lege reprimi, & coerceri Reipublicæ convenit.
97 Meretrix conjugata adulterii pœnas incurrit meretricando. Ampl. n.99.
98 Cognoſcens Meretricem conjugatam non incurrit pœnas inflictas Adulteris. Vide num. 99.
100 Stuprum eſt Virginis illicita defloratio, vel eſt corruptio Virginis honeſtæ.
101 Stuprum crimen graviſſimum eſt.
Pœna mortis infligenda eſt Stuprum committenti nu.101.
102 Pœna dotandi, & ducendi in Uxorem impoſita eſt ſtuprum committenti, & quare & nu.103. & 107.
Stuprator ultrà Matrimonium, vel dotationem poteſt de Jure Canonico puniri alia pœna concurrente aliqua qualitate aggravanti nu.102.
103 Dos ſtupratæ debet eſſe talis, ut ſuppleat defectum Virginitatis, & num.124. Limita num.104.
105 Stuprator punitur publicatione dimidiæ partis bonorum ſi ſit perſona honeſta, ſi verò humilis fuſtigatione, & relegatione.
106 Pœna capitis puniri poteſt Stuprator, concurrente circumſtantia aggravanti.
108 Stuprator, vel dotare, vel ducere in Uxorem tenetur Stupratam, cum ſufficiat unum ex his adimplere, & nu.121.
109 Hæres Stuprantis dotare non tenetur Stupratam, dum dederat fidem contrahendi Matrimonium, ſed morte præventus non potuit contrahere.
110 Dos Stupratæ an ſtatim debeatur, an verò expectandum ſit Matrimonium.
111 Stuprator dotem ſtatim ſolvere, vel ſaltem deponere debet. Vide nu.120.
112 Dos Stupratæ debet ſolvi, ad hoc ut valeat contrahere Matrimoniũ, vel cum ea ſe alere.
113 Dotem tranſmittit ad hæredes Stuprata, quæ ante Matrimonium deceſſit. Contrarium nu.115.
114 Dos Stupratæ debetur tempore Matrimonii, & n.118. Vide nu.119.
115 Actionem petendi dotem Stuprata non tranſmittit ad hæredes.
116 Maximè ſi tale jus à Stuprata non fuerit agnitum.
117 Dos ſoluta Stupratæ ante Nuptias, & Matrimonium poteſt repeti, ſi matrimonium non fuerit ſequutum.
119 Stuprator deponere tenetur dotem antequàm à Carceribus dimittatur.
121 Pœna Iuris Canonici, non autem Iuris Civilis ſervatur in puniendo Stuprum. Limita n.102. & 123. Ampl. n.122.
124 Stupratæ dos congrua, ut aſſignetur attendenda eſt non ſolùm conditio Patris, ejuſque Patrimonium, & ſolitum, verùm etiam amiſſa Virginitas.
125 Stupri materiam tractantes remiſſivè. Stupri probatio remiſſivè num. 125.
126 Caſtitas eſt virtus animi, quæ violentiam non ſentit, neque illam poſſuit aliena libido, tametſi ea oppreſſa in ſuo corpore exerceatur.
Caſtitas eripi non poteſt vi præciſa n.126.
127 Puella gravida evadere, & concipere poteſt abſque amiſſione Virginitatis, & quomodò. Contrarium n.128.
Mulier concipere, & prægnans evadere poteſt mediante pollutione Viri circum clauſtra pudoris nu.127.
129 Prægnantem reddens Puellam abſque defloratione non poteſt puniri pœna Stupri, & nu.127. ſed ſolùm extraordinaria n.132.
Delictum committens non ex animo, immò extrà animum pœnam non meretur n. 129.
130 Quę fiunt contrà voluntatem facientis non imputantur ullo modo ipſi facienti.

131 Culpa non ordinata ad caſum non obligat ad refectionem damni.

133 Pœnæ Stupratoribus inflictæ non intrant, ſi Stuprum commiſſum ſit prævia reciproca fide de Matrimonio contrahendo, & tunc Stuprator ſolùm cogendus eſt ad Matrimonium contrahendum.

134 Cuſtodia Virginum in loco Sacro introducta fuit in Italia à Romulo.

Virgines veſtales introductæ fuerunt in Italia à Romulo n.134.

Virgines veſtales Stuprum committentes, qna pœna puniebantur n.134.

135 Monialium, & Sanctimonialium clauſura, undè introducta, & quarè.

136 Ingredi in Monaſteria Monialium an, & quandò, poſſit, & ſit concedenda licentia.

137 Carnaliter cognoſceus Monialem committit Adulterium, Sacrilegium, Inceſtum, & Stuprum.

139 Carnaliter cognoſcens Monialem ſi ſit Laicus excommunicatur, oeque abſolvitue niſi in mortis articulo.

140 Et ſi ſit Clericus deponitur ab Ordine ſacro, & Officiis, ac Beneficiis privatur, & detroditur io Monaſterium.

141 Pœna mortis naturalis imponitoe de Jure Civili carnaliter cognoſceoti Monialem.

142 Maximè ſi Raptus concurrat.

143 Monialis carnaliter cognoſci patiens detrudirnr in aliudMonaſterium cum ſuis bonis arctiùs cuſtodienda, & quarè ſeverius non puniatur.

144 Puellę ingrediuntur ut plurimùm Monaſterium propter vim, & metum.

145 Sacrilegium commiſſum ob copulam cum Moniali habitam multotiès convenit remanere publicè impunitum, & quare, & quid agendum, ac n.146.

147 Sodomiam committeos apoſtatat ab humana natura.

148 Sodomiæ nomen, & origo uode ſumpta.

149 Sodomi igne cæleſti, & ſulphure abſumpti fuerunt, & Dominus eos ſubverti fecit.

150 Sodomia crimen execrandum cenſetur, & quarè.

151 Deus Sodomiæ Crimen fœtidum uſquè in Cælum clamat, & ſui vindictam expoſcit.

152 Peſtilentiæ, Bella, Terræmotus Inuudationes Tempeſtates &c. ioducuntur ex crimine Sodomiæ.

153 Diabolus fugit, dum committitur crimeu Sodomiæ.

154 Sodomiæ crimen ſcæleſtius coitu cum propria Matre judicatur.

155 Cootrà Sodomitas procedi poteſt non ſolùm per accuſationem, & inquiſitionem, ſed etiàm ad ſimplictm, & ſecretam denunciationem.

156 Pœna mortis punitur Sodomita, & poſteà combueitur, ac eorum booa confiſcantur nn.159.& 160.

157 Sodomiæ interieruut in actu *Nativitatis Jeſus* CHRISTI.

158 *Virgilius* inter Sodomitas connumeratus, Contrarium ibidem.

161 Confiſcatio bonorumSodomitæ non intrat.

162 Clerici in Vinea Domini inſudare debent Clericus Sodomita qua pœna puniatur. Et quid tequiratur n.162.& 163.

164 Clericus convictus, vel condemnatus de crimiue Sodomiæ oon poteſt ad compoſitionem admitti.

165 Sodomiæ materiam tractantes remiſſivè.

166 Sodomitæ puniendi ſunt ſeveriſſimè.

167 Concionatores, & Confeſſarii quid facere debeant pro eradicando Vitio Sodomiæ.

168 Exoletos vetare an ſit remedium opportunum pro extirpando Vitio Sodomiæ.

OBSERVATIO.

A CONcubinatus, qui eſt commerciom carnis aſſiduum, & continuatum cum cer-
1 ta ac determinata Fœmina, ſive domi, ſive
alibi retenta, ut docet *Gonzalez Tellez. in cap.
ſi autem Clerici ſub nu.3. circà finem de Cohabit.
Cleric. & Mulier. Antonell. de Regim. Eccleſ.
lib.6. cap.29. nu.1.* prohibitus eſt tam de *Iure*
2 *naturali*, quàm *Civili* & *Canonico*, ut late com-
probando tenet *Gonzalez ubi ſupra nu.4. cum
ſeqq. Gutierez. Canonic. QQ. lib.2. cap.7. n.13.
cum ſeqq.* & ob gravitatem criminis particula-
riter damuatus fuit in *Sacro Concil. Trident.
ſeſſ.24. cap. 8. de Reformat. Farinac. quæſt* 138.
par.2. nu.32. ac tanquàm res mali exempli in
illius punitione licitum eſt etiàm jura tranſ-
3 gredi, prout in materia indifferenti id licitum
eſt, puniēdo quod ex ſe delictum non videtur,
ut per *Tex. in l.3.§. Adjectio verſ. Sed ex Sena-
tus Conſulto*, ibi: *Sed ex Senatu Conſulto relegari
viſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed ma-
lo exemplo medicamentum ad conceptionem de-
dit ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. l. Si quis aliquid* 38.
§. Qui abortionis, ibi: *Qui abortionis, aut ama-
torium poculum dant, & ſi dolo non faciant, ta-
men quia mali exempli res eſt, humiliores in
metallum damnantur ff. de Pœnis, l. Omne deli-
ctum*, ibi; *Qui in acie fugam prior fecit ſpectan-
tibus militibus propter exemplum capite puniendus
ff. de Re militar.* cum aliis latè adductis pee
Caball. Reſolut. crim. centur. 3. caſ.214. in ſpe-
cie Concubinatus docet *Fontanell. deciſ.* 138.
nu.18. par.1.

Et quamvis molti *DD.* voluerint permiſſum
4 eſſe de *Iure Civili*, quos refert *Farinacc. qu.138.
nu.30.* & tenet *Clar. in §. Fornicatio nu.6. verſ.
Ego certè*; Attameo id procedebat de *Iure Ci-
vili antiquo*, non autem *noviſſimo*, de quo in
§. Primo, & per tot. Aut. de Lenon. ut decla-
rando tenent *Surd. conſ.469. nu.20. & de Ali-
ment. tit.1. qu.9. n.15. Farinacc. dicta qu.* 138.
n.32. Menoch. de Arbitr. judic. lib. 2. caſ. 418.
*nu.final. Gutierez loc. cit. n.17. cum ſeq. Ciarlin.
controverſ. lib.1. cap. 33. num.71. & cap. 109.
nu. 54.* ubi concordantes *Toudut. de Prævent.
par.2. cap.28. nu.9. Mattheù, & Sanz. de Re
crim. contr.58. n.24.* ubi advertit, quod cum
certa pœna in Iure noviſſimo non fuerit ſta-
tuta, proindè variant *DD.* in ea aſſignanda.

Hiuc

Digitized by Google

Hinc reſultat, quod dum hoc crimen etiam
6 de *Iure Civili* eſt punibile, non poteſt cenſeri
merè Eccleſiaſticum, ſed mixti fori, ut re-
ſpondit *Valenzuel. conſil.31. num.3. cum ſeqq.*
volum. 2. tenet *Tondut. ubi ſupra eodem num.9.*
Barboſ.ad Concil.in dicto cap. 8. nu.5. Fontanell.
dec.138. n.7. par.1.

Duplici verò via poteſt procedi in hoc de-
licto, nempè mediantibus cenſuris, prævia
6 trina monitione diſtincta, & ſeparata ad
inducendam veram contumaciam, juxtà di-
ſpoſitionem *Sac. Concil. in dicto cap.8. ibique*
Barboſ. nu.3. Fagnan.in cap. perniciosam nu.18.
cum ſeqq.de Offic.Ordin. Tondut.cit.cap.28.n.10.

Et ſi in Concubinatu per annum cenſuris
neglectis, permanſerit, ſeverè pro qualitate
7 criminis proceditur, ut diſponitur *à Sac.Con-*
*cil. Trident.dicto cap.*8. & notat *Fagnan.ubi ſu-*
*prà ſub num.*18.

Nec non ſecundum formam Iuris commu-
nis pro pœnis à *Sacris Canonibus*, *Synodalibus*
8 *Conſtitutionibus*, vel aliis particularibus Legi-
bus inflictis, quo caſu non eſt neceſſaria trina
monitio, ut docet *Barboſ. ad Concil. Trident.*
dicto cap.8. nu.3. verſ. Trinam, at, n.6. in fine,
Tondut. cit. cap. 28. nu.10. Antonell. de Regim.
Eccleſ. lib.6. cap.29. n.4. Panimoll.dec.59.n.34.

Et ad iſtas pœnas poteſt procedi non ob-
ſtante, quod deventum fuerit ad pęnam ex-
communicationis, ut expreſsè diſpoſitum le-
9 gitur in *Concil. Trident. dicto cap.8. in fine*, &
advertit *Farinac. qu. 138. par. 2. ſub nu.76. Fa-*
gnan. in cap. pervenit nu.36. & 37. de Adulter.
& Stupr. & in cap. perniciosam 21. de Offic.Or-
10 *din.* ubi quod Concubinarius Laicus poteſt
puniri aliqua pœna piis locis, vel Apparito-
ribus applicanda.

Advertendo, quòd Concubinarius Laicus
de *Iure Canonico*, punitur arbitrio Iudicis *Clar.*
11 *in §. Fornicatio nu.6. verſ. de Iure autem Canoni-*
co, *Farinac. dicto nu.76.* & contrà eum poteſt
12 procedi ad capturam, ut contra *Antharan.*
tenet *Fagnan.in dicto cap. pervenit nu.37. verſ.*
ſecundum eſt cum ſeqq.

Clericus verò, in quo augetur gravitas de-
licti, cum non unum, ſed quinque crimina
13 committere dicatur, ut probat *Menoch. de*
Arbitr. judic. lib.2. centur. 5. caſ. 418. num.6.
cum ſeqq. punitur à *Sacris Canonibus* pœnis te-
14 latis per *Rebuff. de Public. Concubin. & Fari-*
nac. dicta qu.138. nu.35. cum pluribus ſeqq. ſed
hodiè ex *noviſſimo Iure Sac. Concil. Trident.*
ſeſſ.25. cap.14. de Reformat. quod tanquàm Lex
15 poſterior eſt attendendum, ut in ſpecie tra-
dit *Mart.de Iuriſdict. par.4. centur. 2. caſ. 114.*
num.7. diſpoſitum eſt, quod Clerici Concu-
binarii ſi à Superioribus moniti à Concubina-
16 tu ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum
quarumcunque Penſionum, & Beneficiorum
ſint ipſo jure privati, quæ Fabricæ Eccleſiæ,
aut alteri pio Loco arbitrio Epiſcopi appli-
centur; Et ſi in eodem delicto cum eadem,
vel alia Fęmina perſeverantes ſecundæ moni-
tioni adhuc non paruerint, non tantùm fru-
ctus omnes, & Penſiones eo ipſo amittant,
qui prædictis locis applicentur, ſed etiàm à
Beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad
uſque Ordinarius etiàm uti Sedis Apoſtolicæ
Delegatus arbitrabitur, ſuſpendatur, & ſi
ità ſuſpenſi nihilominùs eas non expellant, vel
cum eis converſentur tunc Beneficiis, Portio-
nibus, ac Officiis, & Penſionibus quibuſcun-
que Eccleſiaſticis perpetuò priventur, atque
inhabiles, ac indigni quibuſcunque Honori-
bus, Dignitatibus, Beneficiis, ac Officiis in
poſterum reddantur, donèc poſt manifeſtam
vitæ emendationem ab eorum Superioribus
cum iis ex cauſis viſum fuerit diſpenſandum.
Sed ſi poſtquàm eas ſemèl dimiſerint earun-
dem conſortium intermiſſum repetere, vel
alias hujuſmodi Mulieres ſcandaloſas ſibi ad-
jungere auſi fuerint præter prædictas pęnas
excommunicationis gladio plectantur. Cleri-
ci verò Beneficia Eccleſiaſtica, aut Penſiones
non habentes juxtà delicti, & contumaciæ
perſeverantiam, & qualitatem ab ipſo Epi-
ſcopo Carceris pęna ſuſpenſione ab Ordine,
ac inhabilitate ad Beneficia obtinenda, aliiſve
modis juxtà *Sacros Canones* puniantur *ibique*
Barboſ. Marta cit.cap.114.n.5. cum ſeq. Menoch.
allegat. caſ. 418. nu. 10. cum ſeqq. Tondut. QQ.
& reſolut. benefic. lib.1. cap.97. nu.6. & nu.11.
firmat, quod monitio debet eſſe ſpecialis, &
perſonaliter intimanda.

Concubinæ etiam ſivè conjugatæ, ſivè ſo-
lutæ; quæ cum Adulteris, ſeù Concubinariis
17 publicè vivunt, ſi ter admonitæ non parue-
rint, ab Ordinariis locorum, nullo etiam re-
quirente ex officio graviter per modum cul-
pæ puniantur, & extrà Oppidum, vel Diæ-
ceſim, ſi id eiſdem Ordinariis videbitur, in-
vocato, ſi opus fuerit Brachio ſæculari eii-
ciantur, ut diſponitur *in Sac. Concil. Trid.cit.*
cap.8. notat *Fagnan. in d. cap. pervenit n.36.*

Ultrà enim exilium aliis etiam pœnis con-
trà Adulteros, & Concubinarios inflictis cu-
mulativè puniri valent, ut docet *Fagnan.in d.*
cap. perniciosam nu.23.

Notandum, quod Concubinæ Clericorum
à ſolo Iudice Eccleſiaſtico puniri valent ra-
18 tione connexitatis, & communionis cauſæ,
quam habent cum Clerico, cum correlativo-
rum idem ſit jus, & ratio, ut tenent *Fagnan.*
in cap. nullus n.32. in fine verſ. Illud eſt indubi-
tatum de Foro compet. Barboſ.de Iure Eccleſ.univ.
lib.1. cap. 39. §.2. nu.61. qui etiam reprobat
diſtinctionem inter occultam, & publicam
Concubinam *Marta d. cap.114. n.16. cum duo-*
bus ſeqq. ubi prædictam diſtinctionem pariter
reprobat, & prius *caſ. 44.* ubi etiam egregiè
firmat Statutum laicale puniens Concubinas
19 Clericorum non valere, ac latè comprobat
Sperell. dec.19. n.4. cum ſeqq.

Eò certiùs Iudex laicus non poteſt proce-
dere contrà Concubinam Clerici, ſi ſit domi
retenta, nàm ratione loci ad ſolum Iudicem
Eccleſiaſticum ſpectat cognitio ut tenet *Fran-*
20 *ceſ.de Compet. juriſdict. inter Cur. Eccleſ.& ſæ-*
cul.

Digitized by Google

cul. qu.87. nu.30. cum ſeq. etiam ſi illa eſſet pu-
blica, quamvis ipſe ſuprà adductam diſtin-
ctionem inter publicam, & occultam *nu.19.
cum ſeq. ac n. 34. & 29.* probabiliſſimam judi-
caverat.

Notandum etiam Concubinam effici inca-
pacem legati, & donationis, ideòque om-
21 nem actum, ſeù diſpoſitionem tàm inter vi-
vos, quàm in ultima voluntate inualidam eſ-
ſe, & omne emolumentum remanere debere
penes hæredem, & ſubſtitutos, ad quos hære-
ditas pertinet, ut tenent *Cyn. in l. 2. n.3. C. de
Condict. ob turp. cauſ. Ruin. conſ. 109. n.32. in
fine lib. 3. Burſatt. conſ. 205. cum ſeqq.* vol. 2.
pleniſſimè relatis concordantibus *Ciarlin. Con-
traverſ. forenſ. lib.1. cap.33. n.45, cum pluribus
ſeqq. juncto cap. 109. nu. 56. verſ. Etenim cum
ſeqq. & cap. 184. num.14. verſ. Secùs cum ſeqq.
Farinac. in Fragment. par.1. in verbo Concubinæ
n. 559. Rot. coram Seraphin. dec,46. n.6.*

Non tamen poſſunt repeti à Concubina res
donatæ, ſed ei competit retentio, quæ fa-
22 cilius datur, quàm actio, ut reſpondit *Ciar-
lin. dicto cap. 184. nu. 58. cum ſeqq. & Rot. in
Romana Donationis 18. Februarii 1669. coram
Reverendiſſ. Albergato impreſſ. penes Torre de
Pact. futur. ſucceſſ. dec.11. n.6. cum ſeqq.*

Filii quoque illegitimi etiàm legitimati
23 non poſſunt ſuccedere in bonis Eccleſiaſticis
feudalibus, & emphyteuticis, tam (ex teſta-
mento, quàm ab inteſtato, ac per actus inter
vivos, & ultimatum voluntatum illa conſe-
qui ad evitandum ſcandalum, juxtà diſpoſi-
tionem *Bullæ S. Pii V. in Bullar. nou. la 117.
vol.2.* quam latè ad partes examinavit *Cyriac.
controverſ. 472. Michelor. de Fratrib. par. 3.
cap.26. n.19. & 20. in fine, & Rot. coram Se-
raphin. dec. 1358.* Itaut non ſolùm corruat le-
gatum factum favore illegitimorum, ſed
24 etiam tota diſpoſitio quo ad alios capaces,
& hæredis inſtitutio, ut diſponitur in
dicta Bulla §.5. & advertit *Navar. de Spol. Cle-
ric. §. 19. nu.6. verſ. Septimo dato*, & firmavit
Rot. coram Ubago dec.16. nu.4.

Et intrat Spolium favore Reverendæ Ca-
25 meræ Apoſtolicæ ex diſpoſitione *Bullæ Sixti
V. in eodem volum. Bullar. nou. la* 180. §.15. ut
proſequitur *Rot. coram Ubago loc. cit.* quod
tamen non procedit in bonis merè patrimo-
26 nialibus, ad quæ concurrunt ſuccedentes ab
inteſtato, ut reſpondit *Menoch.* qui ſcripſit in
cauſa Faventina *conſ.511. nu.17. verſ. cæterum
cum ſeqq.* Nam præfata *Conſtitutio Piana* lo-
quitur tantùm de bonis acquiſitis intuitu Ec-
cleſiæ, & quando inſtitutio, ſeu legatum re-
linquitur intuitu, & contemplatione filii Cle-
rici, ut declarat *Amoſtazz. de cauſ. piis lib.* 8.
cap.12. nu.68.

Ad evitandam diſpoſitionem prædictæ *Bul-
læ S. Pii V.* adduci ſolet illam comprehende-
re ſolùm diſpoſitiones factas à Clericis in Sa-
27 cris, ſivè etiam in minoribus Ordinibus
conſtitutis, ſed Beneficiatis, vel penſione
Eccleſiaſtica proviſis, non autèm à ſimplicibus
Clericis Minorum Ordinum non Beneficiatis,
ut diſtinguendo tradunt *Lucidor. de Illegitim.
Cleric. cap. 28. num. 7. cum ſeq. Rot. diverſ. de-
ciſ.387. n.2. verſ. quæ omnia par. 1. & in Seno-
gallien. fideicommiſſi 30. Aprilis 1677. coram
Reverendiſſimo Bourlemont §. Ex alio etiam, ac
Congregatio Generalis Reverendæ Fabricæ S. Pe-
tri in Romana ſucceſſionis, ut in Voto R. P. D.
Veſpignani*, tunc Judicis meritiſſimi, & mox
ejuſdem Reverendiſſimæ Fabricæ Secretarii,
ac Æconomi vigilantiſſimi *impreſſo penès dec.
Rembaldi Vat.10. n.28.*

Crederem tamèn hujuſmodi declaratio-
nem poſſe adaptari illis Clericis non Benefi-
28 ciatis, & in minoribus Ordinibus conſtitu-
tis, qui non incedunt in habitu, & tonſura,
nec inſerviunt Eccleſiæ, & ſic habentur po-
tiùs tanquàm Laici, nec reſpectu eorum viget
ſcandalum, ſecùs verò in Clericis, juxta di-
ſpoſitionem *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.23. cap. 5.
de Reformat.* clericalem habitum, & tonſu-
ram deferentibus ac alicui Eccleſiæ inſer-
vientibus, nam quò ad iſtas diſpoſitiones fa-
vore filiorum illegitimorum ſicuti viget ſcan-
dalum, ita intrare etiam debet diſpoſitio di-
ctæ *Conſtitutionis*, in qua illud particularitèr
contemplatum fuit *Rot. coram Pænia dec. 364.
num.16. verſ. Poſtrema verò ſecundam impreſſ.
Lugdunen.*

Nec non prætenditur procedere, quandò
ſucceſſio provenit, ſeu diſpoſitio facta fuit vi-
29 gore Indulti, ac privilegii ſpecialis diſpo-
nendi in illegitimos; non autèm quandò di-
ſponens uſus fuit tantummodò diſpoſitione
Iuris communis, cui *Sanctiſſimus ille Ponti-
fex* non intellexit derogare, cum faciliùs tol-
latur jus ſpeciale, quàm Ius commune, ut in
puncto firmant *Novar. dicto §. 19. à nu.9. cum
ſeqq. Quarant. in Summ. Bullar. verbo Illegiti-
mi §. Quamvis, Marta de Succeſſion. legal. par.1.
quæſt.17. art.2. n.4. cum ſeqq. Lucidor. de Ille-
gitim. cap.26. n.1* ubi refert ità deciſum fuiſſe
*à Tribunali Cameræ, Ciroch. diſcept.36. num.69.
juncta diſceptat. 56. nu. 57. Fulgin. de Iure Em-
phyt. tit. de Succeſſ. in bonis Emphyt. qu. 6. ſub
num.9.* optimè declarat *Ciriac. dicta contro-
verſ.472. nu.9. cum duobus ſeqq.* & reſpondit
*Rot. coram Seraphin. dicta dec.1358. in princ. ac
nu.1. cum ſeqq. coram Dunozet. Iun. deciſ. 981.
n.12. in recent. dec. 190. nu.8. par. 14. in dicta
Senogallien. coram Reverendiſſimo Bourlemont
§. Potiſſimum quia, & coram Ninot. deciſ. 13.
nu.23.* Undè cum de Iure communi non pro-
hibeatur Patri relinquere totam ſubſtantiam
30 filio naturali, quandò non habet filios legi-
timos, non autem ſpurio, conſequenter di-
ſpoſitio *Conſtitutionis Pianæ* eo caſu non ob-
ſtat, ut declarat *Ciriac. dicta n.9. cum ſeqq.*

Hinc etiam legatum dotis, ſeu alimento-
rum relictum filio, ſeu filiæ illegitimæ paupe-
ri ad meram vitæ ſubſtentationem, vel ut poſ-
31 ſit ſe nubere ſuſtinetur, cum ex prædicta
Conſtitutione non fuerit ſublata diſpoſitio ca-
nonica, de qua *in cap. cum haberet de Eo, qui*

duxit

Digitized by Google

duxit Uxorem, quam polluerat tribuens filiis, quod ſanguis natura, & charitas poſtulat, cum jam nati non ſint perdendi, & fame necandi, aut meretricari permittendi, ut planè reſpondit *Surd. conſ.509. per tot. Burſatt.conſ.258. nu.16. volum.3. Ciriac. dicta controv.472. n.17. & nu.23. in fine.*

Secùs verò ſi ſit exceſſivum *Ciarlin. controverſ.172. n.56. lib. 2.* & reſpondit *Rot. coram Merlin. deciſ.671. nu.33. verſic. Quoniam.cum ſeqq. coram Pænia dec.364. nu.10. cum ſeqq. ſecundùm impreſſ. Lugdunen.* & cenſuit *Rot. in Senogallien. fideicommiſſi coram Ubago inter ejus impreſſ. dec.16. nu.14.verſ.alteri cum ſeqq. & in eadem coram Reverendiſſimo Bourlemont ſub §. De Iure autem.* Etiamſi diſponens Conſtitutus ſit in Sacris Ordinibus, vel poſſideat Beneficia Eccleſiaſtica, ac tradat alimenta, ſeu dotem ex redditibus Eccleſiaſticis, ut re-
32 ſpondit *Rot. diverſ. dec.487. n.3. par.1. & coram Merlin. dicta dec.671. nu.38.*

Niſi obſter, prout obſtare videtur, diſpoſitio dictæ *Bullæ Pianæ* §. 4. ibi: *Debitæ verò diſtrictius prohibemus ne talia ſivè in prædictos illegitimos utriuslibet ſexus, ſive in illorum
33 Conjuges, ſive ipſorum Parentes bona Eccleſia-
34 ſtica, nempè Emphyteuſim, aut Feudum Eccleſiaſticum poſſeſſum etiàm à Laico, vèl quòad acquiſita ex bonis Eccleſiaſticis*, cum in utroque caſu interr ratio adducta in proœmio Conſtitutionis, ne ſcilicet peculium Christi & bona Eccleſiaſtica ab indignis occupentur, non autem quò ad bona propria patrimonialia, & merè laicalia, ac nullam habentia mixturam cum Eccleſiaſticis, ut declarant *Peregrin. conſ.20. n.25. volum. 1. Ciroch. dicta diſcept.36. nu.68. Ciriac. controverſ. 472. num.3. cum ſeq. ac nu.19. Gratian. diſcept. 218. nu.39. & diſcept.477. nu.7. cum ſeq. Fulgin. de Iure Emphyt. tit. de Succeſſ. in bonis Emphyt. dicta quæſt.6. nu.1. in fine Rot. diverſ.dicta dec. 214. par.2. coram Pænia dec. 364. num.16. & coram Merlin. deciſ 671. num.39. & coram Duran. deciſ.251.n.6. coram recolendæ mem.Coccin. dec.1873. nu.21.* Præterquam quo ad illegitimos Urbis, qui ſunt capaces ſucceſſionis in bonis Em-
35 phyteuticis Eccleſiaſticis ex diſpoſitione *Bullæ* Leonis *X.* ut tradit *Mantic.de Tacit. lib. 22. tit. 10. nu. 21.* ubi teſtatur id pro conſtanti à *Rota* fuiſſe præſuppoſitum in *deciſione* ibi allegata, non tamen favore ſpuriorum Clericorum, de quibus in dicta *Bulla S.* Pii *V. Balthaſſar. Tomas loc.cit.n.808. juncto nu.817. Gratian. diſcept.218. nu.38: & Fulgin. de Iure Emphyt.tit.de Succeſſ.in bonis emphyteutic.quæſt.6. ſub nu.9. & 14.*

Non obſtante declaratione ejuſdemmet *Summi Pontificis* emiſſa occaſione cauſæ *Fa-
36 ventinæ*, & impreſſa in fine dictæ *Conſtitutionis 117.* ibi: *Nos hujuſmodi dubium elucidare, & voluntatem noſtram patefacere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium declaramus dd. litteras noſtras loqui, ac intelligi etiàm de quibuſcumque bonis patrimonialibus tam mobilibus, quam immobilibus, & ſemoventibus, juribus, & actionibus quibuſcumque. ſit etiam ab initio intentionis, & incommutabilis mentis noſtræ fuiſſe, & eſſe atteſtamur*, per quàm remanent comprehenſa etiàm bona patrimonialia, ut ex lectura, & reſpondit *Rot. coram Ubag. dicta dec.16. nu.14.*; Etenim hujuſmodi declaratio intelligenda eſt, retento eodem themate *Conſtitutionis* præcedentis
37 nempè quando verſatur in diſpoſitione facta à Clerico favore illegitimorum ob ſcandalum quod exindè oritur, quæ fuit una ex rationibus recenſitis in proœmio *Conſtitutionis*, quæ movit illum *Summum Pontificem* ad invalidandas tales diſpoſitiones, ut declarat *Ciriac. controverſ. 472. num.6. Menoch.dicto conſ.511. nu.7.in fine, & de præſumpt. lib.4.præſumpt.96. ſub nu.4. Peregrin. conſ. 20.ſub n.25. volum 1. Ciriac.* qui latè materiam examinat *controverſ.472. nu.6. Rot. coram Pænia deciſ.364. ſub num.15. ſecundùm impreſſ. Lugdunen.* & in illis terminis Eccleſiaſtici, qui diſpoſuerat favore illegitimi loquitur *Rot. in dicta Senogallien.coram Ubago, & Bourlemont.*

38 In Urbe tamen pro bonis, rebus, & juribus inibi, & in illius diſtrictu infrà decem milliaria exiſtentibus in caſu diſpoſitionis factæ per Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas Cives Romanos, aut Romanam Curiam ſequentes bonorum patrimonialium favore illegitimorum, non tamen ex eorum proprio corpore procreatorum Camera non ſuccedit ſed ad venientes ab inteſtato, juxtà Iuris diſpoſitionem ſpectat ſucceſſio attenta *Bulla* Pauli *V. l.* 18. §.3. *in Bullar. nov. tom.3.*

Secus autèm, quando diſponens de bonis liberis patrimonialibus non acquiſitis ex fructibus bonorum Eccleſiaſticorum, ac nullam habentibus originem, qualitatem, & mixtu-
39 ram Eccleſiaſticam eſt merè Laicus, nam tunc cum nulla vigeat ratio ſcandali, vel reſpectu perſonæ, vel bonorum unicè contemplata à *S.* Pio *V.*, proindè non intrat prohibitio injuncta in præfata ejus *Conſtitutione*, ut declarat *Ciriac.cit. controverſ.472. num.1. cum tribus ſeqq. juncto nu.20. cum ſeq.* & reſpondit *Rot. diverſ. dec.214. par. 2. per tot. repetita penès Menoch.in dicto conſ.511.* quam ſequuta eſt *coram Pænia dicta dec. 364. n.15.*

Additur etiam, quod quamvis *Conſtitutio Piana* reddat incapaces illegitimos bonorum Emphyteuticorum Eccleſiaſticorum, tamen
40 talis incapacitas non extenditur ad illa bona Emphyteutica Eccleſiaſtica, quæ ſunt redacta ad inſtar allodialium, cum reſpectu iſtorum ſint capaces, & ſuccedant legitimati *Fulgin. de Iure emphyt. tit. de Diverſ. quæſt. emphyt. quæſt.24. Balthaſſar Tomas tract.1. circa requiſit. legitim. tit.14. nu.803. Rot. coram Duran.deciſ.254. nu.5. juncto nu.9. cum ſeq.* quos refert & ſequitur *coram Nunot. dicta deciſ. 13. nu.23. in fine.*

Verùm advertendum videtur *Balthaſſar.Tomas*

mas. ubi ſupra loqui in terminis *Bullæ* Bonifa-
41 cii *IX. impreſſa penès Amat.deciſ.Ferrariæ* 10.
*nn.*40. & repetitæ penès *Pigaut.ad Statut. Fer-
rariæ lib.* 2. *pag. mihi* 45. *cum ſeqq.* quæ non
ſolum reduxit bona emphyteutica Eccleſia-
ſtica exiſtentia in Ducatu Ferrariæ ad inſtar
Allodialium, alienabilia, ſed etiàm habilita-
vit legitimatos ad ſuccedendum in eis, ut in
declarationibus, & interpretationibus ejuſ-
dem *Bulla impreſſ. penès eundem Pigaut. lib.*2.
pag. mihi 51. *nu.*7. ibi: *ſive ſufficienter, & va-
lidè legitimati habeantur, & intelligantur ipſo
facto inveſtiti*, ſuper quibus interpretationi-
bus ſcripſit *Maſcabrun. ab Anquill. conſ.* 26.
nu. 131. *cum ſeqq.* ſed videndus *Bonden. colle-
ctat.*34. *nu.*136. *cum ſeq.& Rot.coram Cerro de-
ciſ.*89. *nu.*6. *&* 7. *Fulgin.verò & Duran. loc.cit.*
loqui in terminis *Bullæ* Pauli *V.* confirmato-
riæ prædictæ *Bullæ Bonifacianæ impreſſæ penès
Pigaut. ubi ſuprà pag. mihi* 61. in qua paritèr
habilitantur legitimati ad ſuccedendum in
bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis ſitis in
Ducatu Ferrariæ *Ninot* tandèm *dicta deciſ.*13.
*ſub nn.*23. intelligendus eſt ſecundum prædi-
ctas auctoritates, quas allegat, undè crede-
rem non ſufficere, quod hujuſmodi bona ſim-
42 plicitèr redacta ſint ad inſtar Allodialium,
cum non exindè effecta ſint merè Laicalia,
ſed adhuc remaneant Eccleſiaſtica, ſtante ſo-
lutione Canonis, & Laudemii, ac recogni-
tione Eccleſiæ in Dominam directam, ad
quam tenetur emphyteuta, nam dominium
directum eſt adeò complicatum cum utili, ut
verè & propriè utrumque cenſeatur inſepara-
43 bilitèr eadem res, ac ejuſdem naturæ, ſicut
incrementum alluvionis, & inſulæ, & hac ra-
tione etiamſi agatur inter Laicos ſuper ſolo
dominio utili, Iudex Laicus eſt incapax juriſ-
44 dictionis, ut firmant *Gratian.diſcept.*447.*n.*21.
*Ciriac. controverſ.*12.*nu.*67. *Tondut.de Prævent.
par.*2. *cap.*12. *nu.*42. latè *Rot. in recent.dec.*42.
par. 6. & iu puncto bonorum emphyteutico-
rum redactorum ad inſtar Allodialium *Rot.in
recent. dec.*325. *nu.*3. *par.*15. *& dec.*544.*n.*34.
*cum ſeqq. par.*18. *tom.*2. Nec inttat Ægidiana
quamvis paritèr bona emphyteutica redacta
45 ſint ad inſtar allodialium, ut de bonis em-
phyteuticis ſitis in Ducatu Ferrariæ reſpondit
Rot.in recent. dicta dec. 325. *nu.*1. *cum ſeqq.* &
generalitèr, quod non habeat locum Ægi-
diana, quamvis agatur inter Laicos ſuper do-
46 minio utili cumulatis concordantibus firmat
*Ciroch. diſcept.*78. *nu*109.& pleniſſimè reſpon-
dit *Rot.coram Coccino dec.* 574. quam conſtan-
ter ſemper ſequuta eſt.

Comprobatur etiam ponderando, quod
licèt in Ducatu Ferrariæ, in Territorio Ab-
badiæ Farphen. ac ubi bona emphyteutica
47 Eccleſiaſtica, tanquàm redacta ad inſtar Al-
lodialium ſunt tranſitoria ad quoſcunque
etiam extraneos, & alienabilia, ac hypote-
cabilia, attamen id venit intelligendum in
præjudicium comprehenſorum in inveſti-
tura, & illis durantibus, non autem Eccleſiæ
48 Dominæ directæ, nam ſi ſuper eis impoſita
fuerit aliqua hypoteca, cenſus, vel onus, fi-
nita emphyteuſi, ac devolutis bonis, redeunt
49 libera, & abſque ullo onere ad Dominum
directum, cum reſoluto jure datoris, reſol-
vatur etiam jus acceptoris, ut pleniſſimè re-
ſpondit *Rot.coram Coccin. dec.*1712. *per tot. &
in recent. dicta dec.*544. *nu.*2. *par.* 18. *tom.* 2.

Eoque faciliùs amplectenda eſt prædicta
opinio, cum etiàm de Iure communi illegiti-
mi etiam legitimati non ſuccedant in emphy-
50 teuſi Eccleſiaſtica, quià cum ii concipi non
valeant abſque peccato mortali, quod Eccle-
ſia deteſtatur, inveriſimile eſt, quod ipſa de
hujuſmodi illegitima ſobole cogitaverit, ut
concordantibus cumulatis firmavit *Ciroch.
diſcept.*32. *nu.*26. *Sperell. dec.* 73. *nu.*8. *Fulgin.
de Iure emphyt. tit. de Succeſſ. in bonis emphyt.
quæſt.*5. *nu.*53. *& quæſt. ſeq. num.*1. *Rot. coram
Duran. dec.* 251. *nu.*5. *& Votum Camerale im-
preſſ.in recent. dec.* 41. *par.* 1. Quod declara
procedere in legitimato per reſcriptum Prin-
cipis non habentis poteſtatem ad bona Ec-
cleſiaſtica, ut tradit *Fulgin.dicta quæſt.*5.*n.*43.
cum ſeq., ſecùs ſi per ſubſequens Matrimonium
cum eo mediante abſterſa fuit macula præce-
dens illegitimitatis, ut declarando firmat
*Fulgin. loc. cit. nu.*1. *cum ſeqq.* ubi varias limi-
tationes, & ampliationes adducit, & firma-
vit *Rot. in Ravennaten. Emphyteuſis* 14. *Maii*
1685. *coram Reverendiſſimo Emerix* §. *Septimo*
vel ex reſcripto Principis, aut alterius ha-
bentis facultatem legitimandi etiam ad effe-
ctum ſuccedendi in bonis emphyteuticis Ec-
cleſiæ, prout habent Comites de Campeg-
giis, ut reſpondit *Rot. in Mutinen. Donationis*
5. *Maii* 1683. §. *Minis ſubſiſtit, confirmata die*
19. *Junii* 1684. §. *Quò enim coram R. P. D.
Rondinino*.

Poſſunt tamen illegitimi inveſtiri de bonis
emphyteuticis Eccleſiæ, & valet inveſtitura,
51 non obſtante diſpoſitione prædictæ *Bullæ S.
Pii V.* ut declarat *Fulgin.de Jure emphyt. dicta
qu.* 5. *n.*539. *& dicta qu.* 6. *nn.*4. *cum ſeqq. &
Gratian. diſcept.* 218. *nu.* 49. *cum ſeqq. Ciroch.
diſcept.*56. *nu.*56. *cum ſeqq. Ciriac. controv.*79.
*nu.*5. *Amayden.de Stylo Datariæ lib.*1. *cap.* 15.
§. 2. *qu.* 10. *ſub nu.*45. *& ſub nu.*32. ubi etiam
reſpondit, quod non obſtante *Conſtitutione
S. Pii V.* illegitimi ſunt capaces emphyteuſis
Eccleſiaſticæ tranſitoriæ ad extraneos, & fir-
mat *Sperell. ubi ſupra num.*9. *cum ſeqq. tom.* 1.
*Rot.coram Seraphin. dec.*1358. *nu.*4. *& coram
Ninot.dicta dec.*13. *nn.*23. *verſ.Prætered, & in
dicta Mutinen.*5. *Maii* 1683. §. *Tum quia*.

Quandò concurrit ſcientia eorum condi-
52 tionis, ſecùs ſi adſit ignorantia, ut declarat
*Ciroch. diſcept.*56.*n.*58. *& dictum Votum Came-
rale impreſſ.in recent. dec.*41. *nu.*15. *par.* 1. ubi
declarat inveſtituram ſuffragari naturalibus
natis, & primis acquirentibus, quorum etiam
requiritur notitia morum, & honeſtatis vitæ,
ſecùs de aliis naſcituris, & incognitis, favo-
re quorum poſt inveſtituram factam eorum
Ante-

Anteceſſotibus ſupetvenit gratia legitima-
tionis.

Satagunt paritèt evitare diſpoſitionem di-
ctæ *Bulla Pianæ*, quòad bona, ſita extra Sta-
53 tum Eccleſiaſticum, vel quià hujuſmodi *Bul-
la* non fuerit extrà dictum ſtatum acceptata,
ut reſpondit *Burſatt. conſ.258. n.15. volum. 3.*
ſed hæc ratio eſt erronea, cum *Conſtitutiones*
Papæ non pendeant à populi voluntate, ſed
54 ab ejus poteſtate, quæ ſicuti à Christo *Do-
mino Noſtro* data fuit ſuprema, & independens
ab alio in Eccleſia *Divo Petro*, ità eandem im-
mediàram à Deo habent ſui ſucceſſores, &
non ab Eccleſia, ac conſequenter de per ſe
validè, & efficaciter operari, & ſtatuere va-
lent abſque ulla dependentia à conſenſu po-
puli, ut latè firmat *Fagnan.in cap.treguas n.48.
cum ſeqq. de Tregua & pac. & in cap. ſi quis
num.71. de Foro compet. Suarez de Legib. lib.3.
cap.16. n.2.Dian. Reſolut.moral.par.1. tract.10.
reſolut. 1. in fine verſ. Sed his non obſtantibus,
Bonden. collectat. 12. nu.93. cum ſeq.* ubi con-
cordantibus adductis ſubdit, quòd nec per
non uſum tolli poſſunt *Conſtitutiones Pontifi-
55 ciæ*, niſi concurrat in illius non uſu ſcientia, &
conſenſus Pontificis *Franciſcus Fernandez de
Minnaò Baſis Pontificiæ juriſdict. & poteſt.tract.
2. fundam.2. quæſt.11. §. 4. num.15.* pleniſſimè
*Adden. ad Rot.in recent. dec. 2. nu.1. cum pluri-
bus ſeqq. juncto §.40. nu.5. cum ſeq. par.3. Rot.
in recent. deciſ. 630. nu.6. par.4. coram Cardin.
Cavalcr. dec.85. nu.2. coram Merlin. deciſ. 814.
nu.5. cum ſeq. tom. 2. & penes Cenc.de Cenſ. de-
ciſ. 365. nu.16. cum duobus ſeqq.* ubi paritèr,
quòd ad abrogandum Conſtitutionem non
ſufficit contrarius uſus, ſed ulteriùs requiri-
tur ſcientia Papæ cum ejus auctoritas non
pendeat ab homine.

Vel quià non poſſit Pontifex tollere privi-
legia, gratias, & indulta conceſſa circà tem-
poralia, ab Imperatore, Regibus &c. & ſic
56 legitimationes, & diſpenſationes filiis ille-
gitimis ſuccedendi in bonis temporalibus
exiſtentibus extrà Statum Eccleſiaſticum, ut
reſpondit *Navarr. conſil.5.nu.6. & 7.de teſtam.
lib.3.* quem ſequutus eſt *Ciarlin.controverſ.172.
nu.75. lib.2.*

Salva magna auctoritate *Navarræ* dubita-
vit de hac declaratione *Ciriac. controverſ.472.
nu.8.* eò quià militat ratio ſcandali, quotiès
57 diſponatur per Eccleſiaſticam perſonam fa-
vore illegitimi, licèt non tanta, ut in bonis
dominii Eccleſiaſtici: nec poteſt dubitari de
poteſtate Pontificis, cum illam habeat dire-
ctam, & abſolutam in omnes univerſi Orbis
Chriſtiani perſonas, & res Eccleſiaſticas, ut
58 docet *Franciſcus Fernandez de Minnaò Baſis
Pontificiæ juriſdiction. tractat. 2. fundam. 2.
qu.11. §.4. n.11.* & conſequenter poteſt inha-
bilitare omnes Eccleſiaſticos ad diſponendum
favore illegitimorum.

In propoſitio *Conſtitutionis Apoſtolicæ* ad-
vertendum eſt, quòd non ſufficit poteſtas, &
voluntas *Summi* Pontificis ad hoc ut Subditi
obligentur ad obſervantiam ejus *Conſtitutio-
59 num*, ſed ulteriùs requiritur publicatio tan-
quàm actus ultimus perficiens legem, juxta
Gloſſ. magnam poſt med. in prohæm. Clementin.
quam ſequitur *Fagnan. in dicto cap. treguas
nu.57. & in cap. Canonum Statuta nu.93. & cap.
final. nu.43. de Conſtitut. Turrecrem.in cap.leges
inſtituuntur artic. 1. diſtinct. 4.* latè *Burſatt.
conſ.200. nu.103. cum ſeqq. volum. 2.* ubi refert
*Theologum Alphonſum de Caſtro de Poteſt. leg.
pen. cap. 1. ad finem* auctoritate *Sanctorum Pa-
trum Hieronymi, Ambroſii, & Auguſtini* tan-
tam eſſe neceſſitatem publicationis in ſtatuen-
da lege poſitiva, ut Deus ipſa ſumma pote-
ſtas non poſſit lege poſitiva data ab eo citra
ejus publicationem aliquem ad ipſius obſer-
vantiam obligare *Suarez de Legib. dicto cap.16.
nu.8. cum ſeqq.* quem ſequitur *Antunez Portu-
gal.de Donat. Reg. tom.1. par.2. lib. 1. cap. 10.
nu. 78. de Meſa Var. reſolut. lib.2. cap. 18. nu.6.*

Undè Summi Pontifices in eorum Conſti-
tutionibus vim legis generalis habere deben-
tibus mandant affigi, & publicari in nonnul-
60 lis locis publicis Urbis nempè ad Valvas Baſi-
licæ Principis Apoſtolorum, in Acie Campi
Floræ, & in Cancellaria Apoſtolica, & ſub-
ſequenter affiguntur, & publicantur per Cur-
ſores, qui etiam de tali actu relationem fa-
ciunt, quo peracto pro publicatis habentur,
ut tradit *Barboſ.in cap. cognoſcentes num.10. de
Conſtitut.*

Maximè quando agitur de Conſtitutione
generali pœnali, nam antè publicationem non
poteſt quis cenſeri contemptor verus, vel præ-
61 ſumptus ad incurrendum pœnam, ut docet
*Fagnan.in cap. final. nu.47.de Conſtitut. Burſatt.
dicto conſil.200. n.108. Gabriel. conſ.178. n.26.
cum ſeq.juncto nu.54. & 55.volum.2.* ubi ſubdit
etiamſi ſit regiſtrata, & impreſſa.

Non ſupplente publicationem Decreto ir-
ritanti in ea appoſito, etenim cum illud ſe-
quatur naturam diſpoſitionis, in qua adiici-
62 tur, proindè ſicuti lex non ligat antè publi-
cationem, ita nec decretum irritans illi ac-
ceſſorium poteſt plus operari, quam princi-
pale *Felin.in dicto cap.cognoſcentes ſub n.7.verſ.
expoſito* reſpondit *Gabriel. dicto conſ.178.n.26.
& 54. cum ſeq.* tenet *Mareſcott. Var. reſolut.
lib.2. cap. 39. nu.10. cum duobus ſeqq.* ubi dicit
hanc veriorem opinionem, & ſequitur *Antu-
nez Portugal. de Donat. Reg. tom.1.par.2. lib.1.
cap.10. nu.85. verſic.proindèque, & n.86.*

Major difficultas verſatur circà loca publi-
cationis, an ſcillcèt fieri debeat in loco, in
quo fuit lex edita tantùm, an autem ubique,
ſuper quo articulo gravis eſt controverſia in-
ter *DD.* nam quod publicatio facienda ſit in
omni Provincia, atque ſufficiat allegare non
63 fuiſſe in Provincia publicatam, ut ignorantia
præſumatur, & Subditi excuſentur reſpondit
*Burſatt. cit. conſ.200. nu.106. & conſ.258.n.15.
vol.3. Suarez de Legib.lib.3. cap.18. n.1.Duard.
de Cenſ.in prohæm. quæſt.3. n.6. cum ſeq. & §.7.
quæſt.3. nu.3. & 12. cum ſeq. Trullench.ad Bul-*

lam Cruciat. lib.1. §.7.dub.9.nu.20. Caſtropalao
par.1. tract.3. diſput.1. punct.11. n.3. cum aliis
latè adductis per *Farinacc. in Fragment. par.1.*
in verbo Conſtitutio nu.656. teſtantibus de com-
muni opinione *Navar.* qui adducit hujus ſen-
tentiæ ſex fundamenta in *conſ.1. num.18. verſ.*
quintò lib. 1. de Conſtitut. inter quæ adducitur
repugnare legem naturalem, & Divinam di-
ctantes, juſtè ignorantes legem ea non li-
gari, niſi alitèr per Principem mediantè lege
particulari fuerit ſtatutum, ut de ordinatio-
ne Regia Luſitaniæ, quod lex publicata in
Cancellaria maxima obliget in Curia poſt
octo dies, in Provinciis verò poſt tres menſes
à die publicationis teſtantur *Antunez Portu-*
gal.de Donat. Reg. tom.1. par. 2. lib. 1. cap. 10.
n.81.& Cabed. dec.184. nu.1. vol.1.

Præſertim verò, quandò agitur de incur-
64 renda pœna ſecundum opinionem, quam val-
dè æquam exiſtimavit *Farinac. d. verbo Conſti-*
tutio ſub num.658. ubi teſtatur, quòd dum
ipſe erat Procurator Fiſcalis diſcuſſus fuit iſte
articulus, an Conſtitutio Romæ publicata li-
garet abſentes, cùm ageretur de graviſſima
pœna capitali, & confiſcatione bonorum,
Cauſa per compoſitionem fuit terminata ob
difficultates circa deciſionem *Tondut. QQ. &*
reſol. Civil. lib. 1. cap. 20. num.8. Novar. ſuper
Pragm. Regni in prohem.propoſit.6. nu.6.

In corroborationem hujus opinionis parti-
culariter reflectendum eſt ad diſcretivum
modum, quo multotiès uſi ſunt PONTIFICES;
nam omiſſis ut in *Bannimentis Generalibus Sta-*
tus Eccleſiaſtici de mandato Summi Pontificis
publicatis *in fine* diſponitur, *E ſe bene i Bandi*
publicati in Roma non pare neceſſario publicare
in altri luoghi dello Stato Eccleſiaſtico, nondimeno
per togliere à ciaſcuno qualſiſia ſcuſa di non ha-
ver havuta notitia di queſto Bando, & ad ogn'
altra maggior cautela ſi dichiara, che la publica-
tione d'eſſo da farſi in Roma nel luogo ſolito di
Campo di Fiore da uno delli Curſori di Sua Santi-
tà leghi, & obblighi qualſiſia perſona di qualſi-
voglia ſtato, grado, e conditione in Roma, e ſuo
diſtretto frà cinque giorni doppo la publicazione,
e parimente leghi, & obblighi ogn' uno in tutte le
altre Città, Terre, Caſtelli, & altri luoghi dello
Stato Eccleſiaſtico à capo à quindeci giorni doppo
la detta publicatione, come ſe in tutti gl' altri
luoghi particolari foſſe publicato, & à ciaſcuno
ſolennemente, e perſonalmente foſſe ſtato intima-
to. CLEMENS VII. *in ejus Bulla la 10.Bulla nou.*
tom.1. contra Homicidas, bannitos &c. injunxit
publicationem tàm Eminentiſſimo Camera-
rio, quam Legatis Provinciarum, Rectoribus,
Gubernatoribus, & Officialibus locorum, &
Civitatum mediatè, & immediatè ſubjecta-
rum Sedi Apoſtolicæ PAULUS *III. in Bulla 17.*
eodem to.1. circà obſervantiam Ægidianæ in to-
to Statu Eccleſiaſtico & Carpenſis in Provincia
Marchia mandavit eam publicari, & affigi in
Valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de
Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie
Campi Floræ, ut illa ad cunctorum notitiam
faciliùs valeat pervenire, ne aliquis ignoran-
tiam prætendere, & allegare poſſit, cum non
ſit veriſimile apud aliquos remanere incogni-
tum, quod tàm patenter fuerit publicatum
juxtà præciſa verba ejuſdem *Bullæ*; CLEMENS
VIII. in Bulla 10. Bullar.nov. tom.3. ſuper Bono
regimine mandavit publicari, & affigi in Val-
vis S. JOANNIS Lateranenſis, & Principis Apo-
ſtolorum de Urbe, ac in Acie Campi Floræ,
& poſt viginti dies à die publicationis
unumquemque arctet, ac ſi unicuique perſo-
naliter intimata fuerit. *Idem Clemens in Bul-*
la 11. contra Duellantes mandavit, quòd ea
publicata, & affixa in Lateranenſi, Principis
Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ Val-
vis poſt triduum in Urbe, extra eam, & citrà
Montes poſt duos menſes, ultrà verò Montes
poſt quatuor menſes omnes arctet, & afficiat,
ac ſi cuilibet perſonaliter intimata fuiſſet.
URBANUS *VIII. in Bulla 84. vol. 5. ſuper prohi-*
bitione alienationis bonorum juriſdictionalium
Status Eccleſiaſtici, & non juriſdictionalium in
confinibus ejuſdem Status exiſtentium mandavit
eam publicari, & affigi in Valvis Eccleſiæ La-
teranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum,
nec non in Acie Campi Floræ, quo peracto
quoſcunque, tàm in Romana Curia, & Sta-
tu Eccleſiaſtico, quàm extrà eam exiſtentes
perindè obliget, ac arctet, ac ſi unicuique
eorum nominatim, & perſonaliter intimata
fuiſſet. *Idem* URBANUS *in Bulla 291. volum. 5.*
ſuper obſervatione Feſtorum mandavit ejus Vi-
cario in Urbe, ac univerſis, & ſingulis Pa-
triarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epi-
ſcopis, aliiſque Prælatis, ac cujuſcunque ge-
neris locorum Ordinariis in eorum reſpectivè
Diœceſibus publicent, & ab omnibus eorum
Subditis obſervari faciant. Pariterque idem
URBANUS *in Bulla in Cœna Domini la 62.* ultrà
publicationem in Urbe injunxit Ordinariis
eam quoquè fieri ſaltem ſemel in anno, quod
priùs etiam ſtatuerat PAULUS *V. in ejus Bulla*
la 63.

Addi etiam poteſt *Concil.Trid. ſeſſ.24. cap.1*
de reformat. diſponens contractum matrimo-
65 nii coram Parocho præviis denunciationibus
celebrari, quod habet locum ſolùm in illis
Regnis, & Provinciis, ubi fuit publicatum,
non autem ubi non fuit publicatum, cum in
illo *cap.1.* injuncta fuerit publicatio in ſingu-
lis Parochialibus Diœceſum, ut tradit *Sanchez*
de Matrim.lib.3. diſp.18.n.1. ut reſpondit *Rot.*
coram Seraphin. deciſ.189. nu.3.in rec.dec.189.
nu.9. par.8.

Contrarium verò quod non requiratur pu-
blicatio in qualibet Provincia, ſed ſufficiat
66 illa facta in Curia reſpondit, *Navarr. conſ.1.*
nu.19. de Conſtit. quinque fundamentis, & Pri-
mò auctoritate *gloſſ. ſuper Data Libri 6. decre-*
tal.in verbo Anno 4. ubi quòd ille liber ligare
67 debet in omnibus Provinciis, licèt tantum-
modò publicatum fuerit Romæ, necnon Bo-
noniæ ratione Accademiæ, ſeu Studii ibi vi-
gentis; Secundò ex ſtylo Curiæ, ubi Judices
ju-

Digitized by Google

judicant contrà omnes totius Orbis Chriſtia-
ni ſecundùm Conſtitutiones Pontificias in
Urbe promulgatas; Tertiò ex quo Regulæ
Cancellariæ ligant omnes etiam extrà Urbem
68 degentes, quamvis ibi ſolùm fuerint publi-
catæ; Quartò quia alioquin ſequeretur, quòd
Bulla in Cœna Domini Romæ ſolùm publicata
non ligaret extrà eam; Idque procederet re-
ſpectu multarum aliarum Extravagantium,
necnon reſpectu libri Decretalium, ſexti, &
Clementinarum, quorum nulla, vel pauca pu-
blicata fuerunt in Provinciis; Quintò auсto-
ritate D. Thomæ in 1.2. qu.9.art.4. firmantis,
quòd Subditi abſentes à legis publicatione
obligantur, ea ratione, quia devenit, vel de-
venire potuit ad eorum notitiam, abſque eo,
quod faciat mentionem de præmittenda pu-
blicatione in Provincia, ſeù Metropoli ejus,
& teſtatur hanc ſtylo, & conſuetudini Curiæ
Romanæ eſſe accomodatam, licèt contraria
attento Iure ſcripto videatur verior Burſatt.
conſ. 43. nu.148. vol. 1. latè Pariſ. de Reſignat.
benef. lib.11.quæſt.9.tom.2. ubi reſpondet con-
trariis, & tradit communiter receptam, &
ſecundùm eam deciſum à Rota Azor. Inſtit.
moral. tom.1. lib.5. cap.3. quæſt.2.per tot. Con-
cordantibus cumulatis Farinac. in Fragment.
par.1. in verbo Conſtitutio nu.653. ubi nu.654.
cum ſeq. refert tenentes, hanc opinionem in
practica, & de conſuetudine ſervari Novar.
ſuper Pragmatic. Regn. in probem. propoſit. 6.
nu.1. cum tribus ſeqq. ubi adducit rationem,
quia cum in Civitate, ſeù Curia Principis mo-
rentur Procuratores, & Agentes Univerſita-
tum, Baronum, Nobilium, & particularium
quaſi totius Regni, & Principatus ſufficit pu-
blicatio ibi facta.

Præcipuè quando emanavit per viam Legis
generalis Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ.76.n.6.
69 verſ. Oppoſitaq; & reſpondit Rot. in Papian. Bonor.
16. Jan.1598. coram Cardinali Hieronymo Pam-
philio impreſſ. penès Antonin. Maceraten Var. re-
ſol. lib.1. reſolut.99. ac penès Coccin. in Annot. de-
ciſ.261. ſub n.323. cum ſeqq. & in Forolivien. Cen-
ſus 25. Februar.1622. coram Manzanedo impreſſ.
penes Cenc. de Cenſ. dec.365.n.14.cum ſeq.

Prædictam ultimam opinionem tanquam
conformem ſtylo, & conſuetudini Curiæ à
graviſſimis DD. amplexam, non auderem
impugnare, præterquàm ſi ageretur de irro-
70 ganda pœna, juxta ſententiam Farinac. loc.
cit.n.658. quem ſequutus eſt Tondut. d. cap.20.
n.8. & Novar. loc. cit.

Solùm æſtimarem non incongruum refle-
ctere ad fundamenta ſuprà recenſita Navarræ
ab aliis amplexa, quorum nonnulla videntur
pati difficultatem; Et præſertim primum,
cum militer diverſa ratio inter Conſtitutionem
Extravagantem adhùc non impreſſam in cor-
pore Juris, & Decretalem, Sextum, ac Clemen-
tinas; etenim reſpectu Decretalis, Sexti, & Cle-
mentinarum præter publicationem Romæ ſe-
71 quutam; circumferuntur per totum Orbem
in diſtinctis voluminibus impreſſis, unde ſe-

quitur earum notitia, & uſus ubique ex tradi-
tis per Pariſ. loc. cit. nu.15. cum ſeqq. Rot. in d. Pa-
pien. impreſſ. penès Coccin. d. Annot.262.n.330.

Prout nec tertium circa Regulas Cancella-
riæ, quæ ligant ubique ſequuta publicatione
72 in Curia Gonzalez. Tellez to.1. in princ. apparat.
de Orig. & progreſſu ſub nu.57. Capella Tholoſan.
dec.445.n.2.cum ſeq. & ita de ſtylo Curiæ ſer-
vatur, quicquid in contrarium tenuerint Au-
73 fer. ad Cappell. Tholoſ. d. dec.445. & Giballin. de
Scientia Canonic. vol.3. lib.9. cap.4.q.3.

Prædictæ opinionis videtur poſſe adduci
duas rationes, videlicèt, quòd talis cenſeatur
voluntas Pontificis, ut deducitur ex ſtylo,
& obſervantia Curiæ, quod ſufficit ad obli-
gandum; necnon quòd cùm hujuſmodi Regu-
la Cancellariæ aut leges, quas omnes Pontifi-
ces initio aſſumptionis ad Pontificatum ſo-
lent promulgare, eò quia cum morte Ponti-
ficis expiraverant, & ſic ad inſtar phænicis
reviviſcunt, & veluti aquila renovantur, ut
cum Sarnen. in probæm. Regul. Cancell. q.2. nu.14.
tradit Corad. Prax. benefic. l.3. cap.6. nu.56. verſ.
Quarè, quæ nova promulgatio, & publicatio
non fit ad effectum ut innoteſcant, cum ferè
eædem Regulæ ſemper ſint, ſed ut dignoſcatur
voluntas approbatoria ipſius novi Pontifi-
74 cis, nam ad notitiam omnium jam præ-
ſumuntur perventæ tanquam lex conſueta,
licèt Romæ tantùm publicatæ, ut optimè do-
cet Gonzal. ad Reg. Cancell. §.5. probæm. n.41. cum
duob. ſeq.

Præterquamquod licèt publicatæ fuerint in
Cancellaria Apoſtolica poſt aſſumptionem
ad Pontificatum, ut de illis S. M. Pontificis
Innocentii XI. publicatis ſub die 7. Octobris
1676. apparet in fine earum, attamen ſtatim
75 ſequuta aſſumptione ad Pontificatum habent
vim legis, & ligant omnes etiam ante publi-
cationem ut litteraliter legitur in principio
earum, ibi: Sanctiſſimus in Chriſto Pater, &
D. N. D. Innocentius Divina Providentia Pa-
pa XI. ſuorum Prædeceſſorum veſtigiis inhæren-
do normam, & ordinem rebus gerendis dare
volens in craſtinum ſuæ aſſumptionis ad Summi
Apoſtolatus Apicem vid. die 22. Menſis Septem-
bris anno ab Incarnatione Domini 1676. Re-
ſervationes, Conſtitutiones, & Regulas infraſcri-
ptas fecit, quas etiam ex tunc licet nondùm pu-
blicatas, & ſuo tempore duraturas obſervari vo-
luit, ut advertit Corrad. loc. cit. ſub eodem nu.56.
verſ. Verùm, nam attenta illa dictione ex tunc
retrotrahuntur ad tempus compoſitionis,
ut advertit Cokier. ad Regul. Cancell. in pro-
hæm. nu.6. Undè ſi ligant univerſaliter ante
publicationem ex mox recenſita clara volun-
tate Pontificis, multò magis ligare debent
etiam extra Urbem poſt publicationem fa-
ctam Romæ in Cancellaria, cùm agatur de
lege publicari ſolita, & de publicatione facta
in Urbe, ubi ex omnibus locis, & Mundi par-
tibus morantur homines, vel retinentur Pro-
curatores, Agentes, & alii Correſponſales.

Circa quartum fundamentum adverten-

dum eſt non ſubſiſtere abſurdum adductum
reſpectu *Bullæ in Cœna Domini*; Nam ut ea ad
omnium notitiam deveniat, Summi Pontifi-
76 ces non ſolùm affigi mandarunt ad Valvas
Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis, & Baſilicæ
Principis Apoſtolorum Urbis, ſed ulteriùs
injunxerunt ſingulis Patriarchis, Primatibus,
Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordi-
nariis,& Prælatis ubilibet conſtitutis,ut poſt-
quam hujuſmodi Bullam receperint, vel de
ea notitiam habuerint ſemel in anno, aut ſi
expedire viderint, etiam pluries in Eccleſiis
ſolemniter publicent, *ut in Bulla* PAULI V. *la*
63.§.27.vol.3. URBANI VIII. *la 62. §.26.cum*
ſeq.vol.4.Bullarii,

Prout non ſubſiſtit reſpectu *Librorum Decre-*
talium, Clementinarum, *& Sexti*, cùm præter
publicationem in Urbe, & tranſmiſſionem
illorum ad ſtudium, ſeu Accademiam Bono-
77 niæ, ubi de omnibus Mundi partibus adſunt
ſtudentes, quæ pariter habet vim publicatio-
nis ubique,ut notat *Gloſs.in prohæm. Decretal.*
in verbo Bononiæ, & in prohæm.Sexti, pariter
in verbo Bononiæ, ac in prohæm.Clementinar.ſub
verbo de cætero, *& verbo in ſcholis*; Impreſſi
circumferuntur per totum Orbem, quod fa-
ciliùs habere debet vim publicationis, ut ſu-
pra firmatum fuit,quàm ſola eorum lectio in
Accademia, ſeu Studio Bononienſi.

Idemque procedit, quoad illas *Conſtitutio-*
nes Extravagantes latas per viam legis genera-
78 lis, & impreſſas *in Bullario*, qui liber, cùm
per totum Orbem circumferatur,reſultat ubi-
que publicatio,& præſumpta notitia omnium
Bullarum in eo contentarum, eo modo, quo
79 *Conſtitutio Extravagans* redacta in corpore
Juris ſtatim ligat,ut limitat *Felin.in cap.Cogno-*
ſcentes ſub nu.7. in fine verſ. Et dem dicas, de
Conſtit.

Dubitari etiam ſolet quantum temporis
intervallum requiratur poſt publicationem,
antequam Conſtitutio liget, dùm in ea non
80 fuit præfixum tempus, circa quem articulum
videndus *Farinac. loc. cit. in verbo Conſtitutio*
n.659.cum ſeqq. Regulare tamen eſt, quod re-
quiratur lapſus duorum menſium à die publi-
81 cationis, ut Conſtitutio liget, & ignorantia
non valeat allegari juxta *Text.in Auth.Ut fa-*
*ctæ novæ Conſtitut.&c.cap.1.in princ.*cujus diſ-
poſitio canonizata fuit à PIO IV.*in ejus Bulla*
ſuper Sac.Concil.Trid.la 80.*ſub* §.2. ibi : *Et jure*
etiam communi ſancitum eſt, *ut Conſtitutiones*
novæ vim nonniſi poſt certum tempus obtineant
vol.2. & firmant *Gloſs.in fine Libri 6. Decretal.*
in Data ſub verbo Anno quarto, *& in cap. Co-*
gnoſcentes verbo antè de Conſtitut. ubi etiam
Barboſ.n.8.cum ſeq. Fagnan.in cap.final.num.45.
eodem tit.de Conſtit.Burſat.alleg.conſ.200.n.108.
Suarez de Legib.d.cap.18.

Dummodò non agatur de Provinciis, adeò
remotis, ut intra duos menſes illùc notitia
82 legis haberi non valeat, nam tunc ibi non
obligabit lex niſi poſt congruum tempus ad
habendam notitiam, quod Judicis arbitrio
remittitur *Suarez de Legib. lib.3.cap 17. Fari-*
nac.in fragment.d.verbo Conſtitutio n.657. An-
tunez Portugal.de Donat.Reg. d.cap.10.num.80.
83 ubi ſubdit, quòd ideò in Provinciis remotis
ſemper publicari jubetur.

Vel niſi in Conſtitutione adjectum ſit tem-
pus, poſt cujus lapſum ligare debeat, nam
84 tunc ſtandum eſt tempori præfixo *Felin. in d.*
cap.Cognoſcentes ſub n.7.circa finem verſ.Quin-
tò limita de Conſtit.Farinac.loc.cit.in verbo Con-
ſtitutio n.665. Imò *num.ſeq.*firmat ſtatim poſt
publicationem ligare, etiam non lapſis duo-
bus menſibus, quando taliter expreſſum eſt
in Conſtitutione, ſed *n.668.* declarat id pro-
85 cedere quoad nullitatem actus, non autem
quoad incurrendam pœnam.

B Adulterium, quod eſt coitus, quo alterius
86 thorus violatur, ut tradit *Gonzalez Tellez*,
in cap. Si vir ſciens nu.5. de Adulter. Carpzov.
87 *Pract.crim.par.2.q.52.n.46.cum ſeqq.* aliud eſt
duplex, nempè quando ambo Vir, & Uxor
extra thorum coeuntes ſunt conjugati,& hoc
dicitur verè, & propriè adulterium tàm re-
ſpectu Viri, quàm Mulieris,& appellatur du-
plex, quia Vir violavit thorum proprium,
& Uxor violavit thorum Viri tradit *Hoſtien.*
in ſumma de Adulter.§.1.in princ.Marta de Ju-
riſdict.par.2.cap.19.n.32.

Aliud verò ſimplex, quando videlicèt ſo-
lutus coivit cum cojugata, ut per *Text.in leg.*
Inter liberas 6.§.1.ff.Ad Leg.Jul.de Adul.& in
l.Inter Stuprum 101.ff. de Verb. ſignific. notant
communiter *Scribentes in leg.1.C.eodem tit. ad*
Leg.Jul. de Adult. proſequitur *Marta ubi ſupr.*
Chriſtin.dec.197.n.1.vol.4. Iſto caſu ſi Mulier
ex Adulterio ſuſcepit filios, quos non vult
pateſacere Marito,quomodò tàm ipſa, quàm
ejus Confeſſarius ſe gerere debeant pro in-
demnitate Viri, & illius hæredum egregiè
materiam examinat *Fagnan. in cap. Officii de*
Pœniten.& remiſſion.

Vel conjugatus cum ſoluta, nam iſto caſu
propriè etiam dicitur commiſſum adulte-
88 rium ſaltem de Jure Canonico, quicquid ſit
de Jure Civili, cum exindè frangatur fides
conjugalis, & commaculetur thorus, in qui-
bus conſiſtit adulterium, ut diſtinguendo te-
net *Gonzal.Tellez loc.cit.ſub n.5.*rejecta contra-
ria opinione latè comprobando firmat *Car-*
pzov.d.q.52.n.49.cum pluribus ſeqq.& Marta
loc.cit. nu.32. verſ.Sed quando cum duobus ſeqq.
Chriſtin.cit.dec.197.n.10. Vide tamen *Farinac.*
d.q.141.n.75.cum ſeqq. ubi Sectatores utriuſ-
89 que opinionis circa adulterium ſimplex.

Cùm iſtud crimen ſit graviſſimum, ut in
90 *Geneſ.cap.26.verſ.8.*ibi : *Potuit coire quiſquam*
de populo cum Uxore tua, *& induxeras ſuper*
nos grande peccatum plenè *Gonzalez Tellez in*
cap.Si vir ſciens 3.n.6.de Adulter. quia ex illo
homicidia, & multa alia delicta naſcuntur
recenſita per *Farinat.q.141.nu.3.* & offendun-
tur Maritus, Filii, Agnatio, Deus, & Reſpu-
blicæ, ut advertit *Valenzuel. conſ.28.n.50.cum*
ſeqq.vol.1. & priùs *n.36.cum ſeqq.* comprobat
atro-

Digitized by Google

atrocitatem hujus criminis . Latiùs *Padre*
Segnari il Criſtiano inſtruito par.3.ragionam.26.
91 Adeò ut judicetur majus homicidio , cùm
Adulterium lædat famam, quæ eſt pretioſior ,
ac præſeferenda vitæ , quæ læditur mediante
homicidio,ut tradunt *Barboſ.Vot.deciſiv.lib.2.*
vot.66. num.10. Quod tamen impugnatur à
92 *Gonzalez Tellez loc.cit.ſub d.n.6.Carpzov.dicta*
par.2.q.51.n.32.cum ſeq.

Apud diverſas Nationes variè punitum
93 fuit crimen adulterii , ut latè , & diſtinctè
refert *Gonzalez Tellez loc.cit. nu.7. Menoch.de*
Arbitr.Judic.lib.2.centur.5.caſ.419.nu.10.cum
pluribus ſeqq.ac n.64.cum ſeqq.Farinac.qu.141.
n.11.cum ſeq.Carpz.d.q.51.n.17.cum ſeqq.Borel.
Summ.deciſ.par.3. tit.6.nu.28.cum ſeqq.Segnar.
ubi ſuprà . Prout diverſimodè reſpectu pœnæ
corporis afflictivæ tàm de Jure Civili , quàm
94 de Jure Canonico *Fagnan. in cap. Cum non ab*
homine n.63.de Judiciis, & cap.Pervenit n.21.
de Teſtib.cogen.Gonzalez Tellez ubi ſuprà nu.7.
cum ſeqq. Farinac.d.q.141.n.13.cum ſeqq.juncto
n.23.cum ſeqq. Pignatei.conſult.to.7.conſult.81.

Supervenit poſteà *Conſtitutio ſa:me:* Sixti V.
in Bullar.nov.in ordine la 46.to.2. cujus obſer-
95 vantia innovata fuit mediante *Edicto Emi-*
nentiſſimi Spinulæ tit.S.Caciliæ tunc Pro-Guber-
natoris Urbis de mandato *Summi Pontificis* In-
nocentii XI.promulgato ſub *die 16.Septem-*
bris 1682. quæ nimis rigoroſa judicari non
96 valet ; nam impudicos luxurioſè viventium
mores ſevera lege reprimi , & coerceri Rei.
publicæ convenit , ut cum *Salvian. lib.7. de*
Gubern. Dat docet *Valenz.conſ.80.n.23.vol.1.*
Maynard.d.dec.Tholoſan.99.lib.3. ſed cautè in
hac materia procedendum ob rationem ad-
ductam per *Gennen.in Prax. foren. Archiepiſc.*
Neap.cap.29.n.4.

Quid dicendum , ſi Mulier cognita Mere-
trix ſit, an eo caſu intrent pœnæ adulteris in-
97 flictæ , acerrimè diſputant *DD.* communior
tamen ſententia militare videtur pro incurſu
pœnarum, ut per *Text. in l.Si Uxor 13. §.Sed*
in ea , ibi : *Et in ea Uxore poteſt Maritus adul-*
terium vindicare,quæ vulgaris fuerit ff.AdLeg.
Jul.de Adulter. latiſſimè examinato articulo
firmat *Carpzov.d.par.2.qu.57.per tot.* & tenet
Panimol.dec.24.n.22. poſt utriuſque opinionis
Sectatores relatos .

Quæ opinio intelligenda eſt reſpectu Mu-
lieris Meretricis adulterium committentis
98 abſque Mariti conſenſu , non autem reſpectu
Viri ad eam accedentis , quem excuſat Mere-
tricium , ut poſt relatas ſuper prædicto ar.
ticulo hinc indè auctoritates declarando te-
ner pro veritate , & ita de conſuetudine ſer-
vari maximè in Urbe teſtatur *Farin.cit.q.141.*
n.85.& 87.

Hanc declarationem latè impugnat *Carpz.d.*
q.57.n.11.cum ſeqq. quoties non præceſſiſſet ſen-
99 tentia Judicis ſuper diſſolutione Matrimonii,
vel meliùs ſuper ſeparatione thori ob perpe-
tratum adulterium , cùm adhùc fiat offenſio
Marito , & conjugale decus expugnetur, con-
cludens *nu.20.* carnaliter cognoſcentem nu-
ptam Mulierem Meretricem non ordinaria ,
ſed omni mitiori pœna plectendum eſſe , &
quòd non evadat impunitus cum *Joan. Vand.*
var.QQ.lib.2.q.21. tradit *Garon.In Conſtit.Me-*
diolan.lib.4.tit.15.prælud.2.n.9. mulierem verò
non eſſe exemptam à pœna ordinaria adulte-
rii , ne melioris conditionis ſit publica adul-
tera , & magis liberè, & luxurioſè vivens , &
minùs puniatur , quàm mulier per libidinis
lapſum , & humanam fragilitatem non publi-
cè ſui corporis copiam faciens , ut advertit
Panimol.cit.dec.24.eodem nu.22. & relatis *Sa-*
bell.in Summa diverſ. tract.§.Meretrix nu.3. &
Sanfelic. deciſ.266. etiamſi Maritus ſit ſciens
tradit *D.mens Raynald.* poſt hæc ſcripta *impreſ.*
in ejus Obſerv.cap.28.§.1.nu.30.cum ſeq. Quoad
pœnam ammiſſionis dotis , lucri dotalis vide
Boſt.de dote, Card.de Luca eodem tract. Farinac.
q.142.par.1.Carpzov.d.par.2.qu.64. Et quoad
probationem adulterii , aliaque de hac mate-
ria vide *Valenzuel.conſ.28.vol.1.Farinac.dicta*
qu.142.Borel.Summa deciſ.par.3.tit.6.Spad.con-
ſil.81. & 83.vol.1.Carpz.alleg.par.2.q.51.cum
pluribus ſeqq. Matthæù , & Sanz de Re crimin.
controv.8. ubi de adultera necem viri procu-
rante opera Amaſii, *& controverſ.11.* ubi de
Marito adulterum necante , ac *controverſ.12.*
ubi de pœna debita Marito Uxorem adulte-
ram ex intervallo occidente *Cortiad. deciſ.89.*
n.46.cum ſeq.Paulmol.d.dec.24. ubi de pœnis.

Stuprum , quod eſt Virginis illicita deflo-
C ratio,ut tradit *Farinac.qu.147.§.Stuprum nu.4.*
100 ſeu potiùs corruptio Virginis honeſtæ,juxta
deffinitionem traditam *à Matthæù de crimin.*
quàm ſequitur *Gonzalez Tellez in cap. Expe-*
ctabamus ſub nu.5.de Adulter. eſt crimen gra-
viſſimum, nec minori animadverſione, quam
pro furto debita plectendum, nam ſi fures rei
101 temporalis ſuſpenduntur, quantò magis eo-
dem ſupplicio digni videntur, qui virgineum
florem , & Virginitatis theſaurum incompa-
rabilem callidè eripiunt , ac nomen bonum
quibuſvis divitiis prætioſius auferunt, & ſini-
ſtrè furantur , ut advertit *Jodoc. Damhouder.*
Pract.crim.cap.92. Rubr.de Stupr.nu.1.cum ſeq.
Farinac.loc.cit.n.2.Berlic.concluſ.par.5.concl.38.
num.1.

Sed nihilominùs ex præcepto *veteris Legis*
Moyſi impoſita fuit ſola pœna dotandi , &
102 ducendi , ut in *Exod. cap.22.nu.16.cum ſeq.*
Deuteron.cap.22.nu.28. quæ innovata fuit de
Jure Canonico , ut in *cap.1.de Adulter.& Stup.*
ibique Gonzalez Tellez n.1.Farinac.q.147.§.Dos
num. 97. Et ſi concurreret aliqua qualitas
agravans delictum Stupri , v.g. Famulatus ,
conſanguinitas, & ſimilis , tunc etiam prædi-
cta pœna *Juris Canonici* debet augeri, adden-
do dotationi pecuniariam , vel exilium , ac
etiam corporalem , ut advertit *D. mens Ray-*
nald. poſt hæc ſcripta *impreſs.Obſervat.crimin.*
volum.2.cap.23.§.4.n.33. verſ.Non nego juncto
n.211.cum ſeq.Panim.dec.93.n.14.verſ.Quibus.

Cùm enim Puella ob amiſſam virginini-
tatem

Digitized by Google

tatem per corruptionem non ità facilè valeat
inveuire Maritum tenetur Stuprator , qui illi
103 damnum intulit,injuriamque irrogavit eam
in Uxorem ducere, aut congruè dotare, ſup-
plendo mediante pecunia defectum Virgini-
tatis , ut Maritum æqualem invenire poſſit ,
ut tradit *Gonzalez Tellez d. rap. Expectabamus*
n.7.Antonel.de Regim.Eccleſ. lib.6.cap.30.nu.2.
verſ.Obſervat.2. ubi in *verſ.Notandum* limitat
non teneri ad hujuſmodi augmentum , quan-
do corrupta cum dote conſueta dari Virgini-
104 bus poteſt iuvenire Maritum *cum aliis infrà*
allegandis .

De *Jure* verò *Civili* ſi Stuprator ſit honeſta
perſona publicatione dimidiæ partis bono-
105 rum, et ſi humilis fuſtigatione,& relegatio-
ne plectitur *§.Item Lex Julia de Adulter. verſ.*
Sed eadem Lege Julia Inſtitut. de *Publir. judic.*
Gonzalez Tellez d.rap.Expectabamus n.6.Farin.
d.q.147.§.Stuprum n.6. Berlich. ubi ſuprà nu.5.
Borel.Summa deciſ.par.3.tit.6.n.299. ubi plures
concordantes *Viv.dec.299.n.3.*

Verùm concurrente aggravanti circumſtan-
106 tia , infligi etiam poteſt pœna capitis, ut de
Stupro cum violentia commiſſo eſt *Text. in*
§.Sin autem Inſtit.de Publir. judir.Veg. conſ.66.
ſub n.198.in fineBorel.Summ.deciſ.d.tit.6.n.200.
Viv.dec.299.n.5. , & de Stupro in puella non
dùm viri potente, ſi concurràt violentia , ſeu
fractura pudendorum,quòd intret pœna mor-
tis diſtinguendo tenent *Cabal. Reſolut. crimin.*
caſ.20.nu.7.rum ſeq. ubi reprobat *Theſaurum*
dec.148. Farinar.d.q.147.§.Stuprum nu.43.rum
tribus ſeqq. ubi dicit , quòd ab iſta opinione
in judicando non recederet poſt relatas qua-
tuor diverſas opiniones *Clar.in §.Stuprum n.9.*
in fine Thor. in Compend.deciſ. in verbo Stuprum
commiſſum per vim .

Notandum, quòd de conſuetudine etiam
in Terris Imperii ſervatur dicta pœna *Juris*
Canonici, nempè, vel ducendi in Uxorem, vel
107 dotandi *Berlich.loc.cit.n.7.rum ſeqq.*ubi plu-
res concordantes *Farinac. q.147.§.Dos n.116.*
Fontanel.de pact.nuptial. clauſ.5. gloſs.5. par.1.
n.22.ac ſub n.104.

Suffragante etiam de generali conſuetudi-
ne unum ex prædictis alternativè adimplere ,
108 licèt ex verbis *d. cap.1.* videatur copulativè
utrumque requiri ſecundum communiorem
opinionem , & praxim , ut tradunt *Clar. in*
§.Stuprum n.3.verſ.Sed quicquid ſit de Jure poſt
princ. proſequitur *Berlich.nu.15. Fontanell.ubi*
ſupra n.8.Adden.Ad Rot.in.rec.dec.431.n.110.
cum ſeq.par.4.to.2.Theſaur.dec.3.n.3.Larrea de-
ciſ.98.n.68. & reſpondit *Rot.in Avenionen.Do-*
tationis 19.Junii 1682.coram bo.me:Albergato
§.Quod affirmativè in cujus caſu reſolutum
fuit pro non dotatione favore hæredum Stu-
prantis , qui poſt datam fidem contrahendi
109 Matrimonium, ſed antè contractum Matri-
monium deceſſerat .

Advertendo poſſe contingere , quòd ſub
promiſſione Matrimonii quis commiſerit Stu-
prum,& tamen Stuprator non teneatur adim-
plere promiſſum contrahendo Matrimonium,
utpotè quia Puella poſtea commiſerit cum
alio fornicationem , nam hujuſmodi promiſ-
ſio per ſupervenientem fornicationem extin-
guitur , ut docet *Del Bene de Immunit. Eccleſ.*
cap.8. dub.19 ſect.8.n.3.cum ſeq. ubi etiam re-
ſpondit , quòd tunc nec teneatur pecunia
damnum compenſare .

Dos autem an ſit conſtituenda in pœnam
patrati criminis, itaut ſtatim debeatur , an
110 potiùs in reſtaurationem damni , ad quem
effectum expectandę ſint Nuptiæ , cùm dos ,
ad quam tenetur Stuprator , non poſſit eſſe
abſque Matrimonio , & ſic conditionaliter
debeatur, controvertitur inter *DD.* & diverſi-
modè reperitur deciſum à *Senatis* , & *Tribu-*
nalibus , & eſt quæſtio , quæ incutit metum
eam tractare volenti , ut dixit *Fontanell. de*
pact.nuptial.clauſ.5.gloſs.5.par.1.n.86.

Nam quod ſtatim debeatur , tanquam in
pœnam , aut ſaltem deponenda, aliàs poſſet
111 dari caſus, quod ſtuprata , vel nollet nube-
re , ſed vivere caſtè , vel quod Stuprator im-
pediret , ne Maritum inveniret , & ſic rema-
neret impunitus tenent *Bajard. ad Clar. in*
§.Stuprum nu.24. ubi teſtatur , ita pluries ab
ipſo fuiſſe practicatum, & ſemper vidiſſe ſer-
vari *Berlich. Concluſ.par.5.concluſ.28.n.26.Ad-*
den.ad Theſaur. dec.3. in princ. ubi teſtatur vi-
diſſe per *Senatum* compulſos Stupratores ad
ſolutionem dotis , etiamſi Mulier ſtuprata
tunc non haberet virum paratum *Cancer.var.*
reſolut.par.3.cap.11.num.140.cum ſeqq. ubi ſub
n.144. advertit, quod intereſſe ſtupratæ con-
112 ſiſtit in dote , vel ut valeat cum ea ſe alere
Carpzov pract.crim.par.2.q.68.n.32.& 33.

Etſi autè ſecutum Matrimonium ſtuprata
deceſſerit dotem ad hæredes tranſmittit *Car-*
113 *pzov.ubi ſuprà n.34. Boſſ.de dote matrim.c.1.*
n.106.cum ſeqq. Creſp.de Valdaura obſervat.25.
per tot.

Quòd verò debeatur dumtaxat tempore
114 Matrimonii tenent *Borgnin. Cavalcan. in*
Repert.ſuarum dec.par.1.in verbo Matrimonium
ſine denunciationibus n.7.cum ſeqq.& n.14. ubi
teſtatur , ita pluriès fuiſſe judicatum Fivizza-
ni, *& dec.10. nu.38.par.3. Claud.Bertazzol. ad*
Bertazzol.conſ.96.in ult.Addit. plenè *Fontanel.*
de Pact.nuptial.clauſ.5.gloſs.5.par.1.nu.87. cum
multis ſeqq. ſubdens *nu.96.* hanc opinionem
eſſe ſi non veriorem , ſaltem multò probabi-
liorem contrariæ, *& nu.102.* advertit , quòd
imponere pœnam dotationis ſtupratori, non
eſt aliud , quàm transferre obligationem Pa-
tris in illum *Trentacinq. Var. reſol.lib.3. tit.de*
Matrim.reſolut.1.n.2. verſ.Dos iſta non debetur,
Tondut.de prævent.par.2.cap.29.n.18.cum ſeqq.
ubi ſubdit , hanc videri opinionem commu-
niter receptam .

Adeòut ſi Puella innupta moriatur , cùm
nullum ſit intereſſe , non traſmittat ad ejus
115 hæredes actionem petendi dotem , ut proſe-
quitur *Cavalcan.ubi ſuprà nu.7.Fontanel.loc.cit.*
Tondut.d.cap.19.nu.20.Jul.Capon.de Dote , ſeu
ſolu-

Digitized by Google

ſoluta matrim.ad l.1. qu.4. nu.142. & ſeqq. Et
ſine difficultate ſi tale jus à ſtuprata non fue-
116 rit agnitum, ut reſpondit *Cancer, d.cap.11.*
n.137.cum ſeqq.

Et ſi dos ſoluta fuiſſet antè nuptias,& matri-
monium poſtea non fuerit ſequutum, poterit
117 repeti, ut cum *Novel.de Dote par.6.priv.76.*
cum ſeq. tenet *Borguin.loc.cit.nu.8.in fine cum*
ſeqq. proſequitur. *Trentacinq.ubi ſuprà, Ton-*
dut.loc.cit.n.21. Novar. QQ. forenſ.par.1.qu.27.
n.6.cum ſeq.& per tot.

Iſta ultima opinio videtur magis commu-
118 nis, & in praxi recepta, ſed ne mediante
malitia ſtupratoris impediatur matrimo-
nium, vel oriantur controverſiæ ſuper quan-
titate dotis in præjudicium Puellæ, cogi de-
119 bet Reus ad deponendam ſummam pro do-
te à Judice taxatam antequam à carceribus
dimittatur ad hoc, ut ſuccedente caſu nu-
ptiarum ſtuprata habeat in promptu dotem
liquidam, & expeditam abſque litigio, ut do-
cet *Fontanel.loc.cit.n.97.cum ſeq.* ubi etiam te-
ſtatur de praxi *Senatus Cathalon.Card. de Luca*
deDote diſc.142.n.76.verſ.Hac autem ſententia,
ubi dicit hanc ſententiam ita temperatam
rationi, & æquitati videri magis conſenta-
neam, proindè in foro amplectendam, & te-
ſtatur aliquando vidiſſe practicatum.

Nec obſtat poſſe contingere, quod ſtupra-
ta non contrahat matrimonium, vel quia
120 non inveniat Maritum, ideòque ſtuprator
impunitus remaneat, ut advertit *Boſs.de Dote*
cap.1.nu.110. cùm hodiè in puniendo ſtupro
121 non ſervetur diſpoſitio *Juris Civilis*, ſed ſo-
lùm de conſuetudine, quæ etiam ſervatur in
Terris Imperii, attendatur *Jus Canonicum*
diſponens ſtupratorem non teneri alia pœna,
quam ſtupratam ducere in uxorem, vel do-
tare, ut tradit *Farinac.d.q.147.in §.Dos n.116.*
Fontanel.de pact.nuptial.d.par.1.num.22. & ſub
n.104.

Etenim cùm ex conſuetudine mollior pœna
Juris Canonici ſit amplexa, etiamſi contingat
122 aliquis caſus, quo delictum remaneat im-
punitum, adhùc ea eſt attendenda, ut tenet
Fontanel.d.par.1.ſub n.104. Ultra quod iſte ca-
ſus non eſt contingibilis, dùm juxta notiſſi-
mam praxim exceſſus dotis, ad quam tenetur
ſtuprator ex *infrà allegandis* de facili ſanat
iſtam plagam; Tùm etiam quia non deſunt
alia remedia, cum quibus futuræ honeſtati,
ac parentum famæ conſuli poteſt, nempè per
ingreſſum in Monaſterium, vel Conſervato-
rium, ut advertit *Card. de Luca de Dote d. diſ-*
curſ.142.ſub n.76.

Non omittendo contingere poſſe varios
123 caſus,in quibus ultra pœnam *Juris Canonici*
obſervatur etiam rigor *Juris Civilis*, ut vi-
dere eſt penès *Fontanel.de pact.nuptial.clauſ.5.*
gloſs.5. par.2.n.1. cum ſeqq. Bulla SIXTI V. *in*
Bullar.nov.la 46.§.6.n.2. & dictum fuit ſupra
hic *nu.102.*

Advertendum eſt in Conſtitutione dotis
ſtupratæ attendi non ſolùm conditionem Pa-
tris, ejuſque patrimonium, & ſolitum, ſeu
124 conſuetudinem ſervatam in conſtituendis
dotibus in eadem familia; verùm etiam amiſ-
ſam virginitatem, quæ cùm ſit altera dos, ſup-
pleri debet mediante augumento dotis in
illo pluris, quod neceſſe erat dare viro pro-
pter ejus amiſſionem, ut docent *Farinac.alleg.*
q.147.§.Dos ſub n.129.Carpzov.d.q.68.num.13.
Giurb.ad conſuetud.Meſſanen.cap.3.gloſs.7.n.31.

Cætera de probatione ſtupri, ac alia circa
hanc materiam vide *Tit. Cod. Ad leg. Jul. de*
adulter. & in corpore canonico tit.de adulter, &
ſtupr.utrobique ſcribentes Farinacc.qu.147.Car-
125 *pzov.prax.crim. par.2.q.68.cum ſeq. Clar.in*
§.Stuprum, Borel. Summa decis. par.3.tit.6.Ber-
lich.concl.38.cum ſeq.par.5. Anſald.de Juriſdict.
par.4.tit.6.cap.3.Marta eodem tract.par.2.c.19.
Hurtad.de Reſiden.tom.2. Fontanel.d.par.1.cum
ſeq.Gutierez deMatrim.cap.105.& 129.Diſcep.
forenſ.57.Card.deLuca de Dot.diſcurſ.142.n.71.
cum ſeqq. Ricc.Collectan. decis.par.1. decis.235.
Matthæu de Regim.Regn.Valenc.cap.8.§.2.n.20.
cum ſeqq. ubi de fide Obſtetricum *Hermoſill.*
ad Lopez gloſs.1. & 3. probam.tit.20.par.7. &
gloſs.3.l.2. & 19.par.7. & gloſs.1.l.2.d.tit.20.
ac gloſs.6.l.56.tit.5.par.5.n.143.cum duob.ſeqq.
Conciol.Reſol.crim. in verbo Stuprum Panimoll.
dec.17. ibique Annot.1. & 2. D.meus Raynald.
Obſerv.crim.vol.2.cap.23. §.4.cum duobus ſeqq.
qui de more doctiſſimè materiam examinat,
Rot.dec.284.poſt 2.vol.conſil.Farinac.

Notando ſolùm, quod Caſtitas vi præciſa
eripi non poteſt, quia eſt virtus animi, quæ
126 violentiam non ſentit, neque illam polluit
aliena libido, tametſi ea oppreſſa in ſuo cor-
pore exerceatur, ut eleganter dixiſſe *B. Lu-*
ciam Paſchaſio teſtatur *S.Mater Eccleſia in lect.6.*
Officii propr. ejus, feſtivitatis ibi: *Si invitam*
juſſeris violari, caſtitas mihi duplicatur ad coro-
nam, cùm pollui nequeat, cujus mens pudica
eſt, & refert *Ramirez ad leges Regias §.35.n.13.*

Ac addendo poſſe contingere caſum ſingu-
larem, quòd puella efficiatur gravida rema-
nente incontaminato, & intacto clauſtro pu-
doris, & velamine Virginitatis, dum abſque
127 intromiſſione membri virilis, & commi-
xtione cum viro, ſed ſimplici genitalium ap-
proximatione, aut utcumque ſemine propè
muliebre vas ejecto, & à matrice attracto con-
cipere valeat, ut ex variis hiſtoriis, & opi-
nione multorum, quos refert *Zacch. QQ. Me-*
dicolegal.lib.3.tit.1.q.8.nu.1.cum ſeqq. qui ta-
men variis validis rationibus, & auctoritati-
bus tenet mulierem non poſſe abſque eo, quod
128 à viro cum effectu, & realiter cognoſcatur
per omnimodam applicationem, membro-
rum generationis ullo modo concipere, ut
nu.10.cum ſeqq. & de viſu in duobus caſibus
teſtatur *Viv.dec.299.n.10.& 11.lib.2.* ac de
Uxore, quæ evaſit pregnans per pollutionem
Mariti circum clauſtra pudoris recenſuit,
Card. in clem.1. nu.12.de conſanguinit. & affin.
Phanuc.de Lucr.dotis gloſs.2.n.86. quos refert,
& ſequitur, *Viv.ubi ſuprà n.10.in fine*, qui ul-
timus

Digitized by Google

timus caſus noſtris tomporibus etiam evenit in *D. Diamante Vecchiarella de Mutis* Nobili Romana, quæ ignorans fuiſſe à Viro catnaliter cognitam, uti hydroppica ab excellentioribus Medicis Urbis curata fuit uſque ad nonum menſem, in quo tàm ejus, quàm omnium aliorum admiratione peperit filium, qui benè complexus, & validus incolumis vivit.

Idemque pet traditionem habetur contigiſſe Vetulis de anno 1519. cùm bo:me:*D.Petrus deFranchis* in ſenectute conſtitutus *D.Laviniam de Gaſparis* teneræ ætatis ejus ſponſam fæcundam reddiderit abſque eo, quod fregiſſet clauſtra virginalia, quæ poſtea adveniente tempore partus inciſa fuiſſe fertur.

Et de anno 1653. eveniſſe alium ſimilem caſum in Urbe teſtatur *bo:me:D.Joannes Trullus ſenior* celeberrimus Chirurgus in ejus manuſcriptis, ut in ſequenti diſcurſu.

Nell'anno 1653. fui invitato per viſitare una giovinetta di anni 17. in circa, la quale eſſendo gravida nel modo, che mi fu raccontato, dubitava aſſai di travaglio grande nell'atto di partorire, e l'occaſione era, che aveva imperforato, e chiuſo il clauſtro virginale, la qual coſa inteſa dalla Zia, fece un ſorriſo, ed eſſa mi ſoggiunſe, non ridete, perche ſtà così, e lo vedrete, mi parve un'ora mill'anni, che foſſe venuto il tempo dell'aſſegnamento preſo per la viſita, à fine di mettere in chiaro il ſuppoſto della Vecchiarella, ove giunto, e viſitata la giovinetta, la trovai gravida, ed imperforata, eſſendo unite aſſieme con una membrana tutte le papille, che coſtituiſcono l'Hymen tanto decantato da molti, non eſſendovi nel mezzo dove terminavano i loro eſtremi, che un picciolo bugo di figura rotonda alquanto ovale della grandezza da potervi entrare un grano di pepe, per il quale ſi eſpurgavano gli meſtrui, ed hebbe ingreſſo la ſoſtanza ſeminale per ingravidarſi, e per meglio accertarmi, non dando intiera fede all'occhio, volſi toccare col dito, e ſentirne la reſiſtenza, e porvi anco il ſpecillo per riconoſcerne circumcirca la latitudine, ſtimando il caſo degno di eſattiſſima oſſervazione non più accadutami; onde eſattamente avendo fatta raccontare dalla Vecchiarella le circoſtanze della gravidanza, me ne dedusse ſteſſamente il fatto, dicendomi, un quidam Gentil'uomo loro amico amando grandemente la giovinetta bella aſſai l'aveva finalmente diſpoſta à contentarſi di permetterli la confricazione nel pudendo, per ſodisfare al ſuo ardentiſſimo amore, che gli portava, la qual coſa gli permiſe più volte, ſtando ella ben'avvertita, acciò non penetraſſe à dentro, e rompere il raccontato Hymen, sì per la paura, che aveva del dolore, ma molto più della gravidanza, che l'averebbe reſa diſoneſta appreſſo le genti, come anco per volerſi conſervare indeflorata al futuro marito, che ſperava pigliare colla dote aſſegnatali da diverſi luoghi pii, come ſi ſuole in queſta Città, ed in tanto ſodisfare all'Amante con permetterli, che uſaſſe infra Hymenis menia, aut munimenta, ma non ſortì il voto, come l'aveva deſiderato, eſſendo che colla domeſtichezza del concubito, ed uſo conſueto rimaneſſe gravida, come ſi è detto, benchè non foſſe perforata. Come ciò ſeguiſſe, non reca meraviglia à quelli, che hanno bene à dentro eſaminato l'ordine della generazione, eſſendo, che il ſeme del maſchio non entra dentro la cavità dell'utero, e con eſſo immediatamente non ſi ordina il delineamento, e fabrica del ſiſtema del feto, conforme la ricevuta ſentenza nelle ſcuole della medicina, e da tutti approvata, ſtante che ſuccede l'oppoſito, poichè il ſeme rimane fuori della cavità ſua nel profondo della Vulva circumcirca l'orificio, ò collo di quello alquanto prominulo, nel quale ſtà immerſo per più giorni, come in un bagno ſeminale, dal cui contratto fiſico s'ingravida, e rende prolifico l'utero, ſiccome apertamente ci ha dimoſtrato Fabrizio ab Aqua pendente, *poco fà con più dichiarezza, e l'ingegnoſiſſimo* Arveo *ne' loro libri*, de Generationo Animantium, ex ovo, *ed io me ne ſono accertato coll'eſperimento della gravidanza data opera in cento capre, e poi in cento bufale, le quali s'ingravidano di ogni ſtagione, e portano la loro gravidanza dieci meſi, quaſi uniforme nel tempo à quello delle Donne, che parimente d'ogni tempo concepiſcono, ed in molti animali di diverſe ſpecie, & in tutti ho trovato il ſeme fuori dell'utero in alcuni giorni doppo il coito fatto, e non ſegue, come l'antichità hà favoleggiato, che l'utero traeſſe nel ſuo cavo immediatamente il ſeme, dalla qual coſa ſi riportano varj eſempj, frà gl'altri di colei, che rimaſe gravida in un bagno, nel quale un giovine poco dinanzi aveva polluto, e che l'utero avido di quel ſeme, ſe l'aveſſe aſſorbito: L'utero dunque reſta gravido dal concorſo, e contatto di ambedue i ſemi attivamente concorrenti aſſieme, da quali ſi fa fecondo, e rimane inebriato, e gravido, come ſi eſperimenta chiaramente in quelle galline, alle quali permeſſo il gallo una ſol volta, ò due ne reſtano feconde 40. e 50. ova, che è una generazione di tanti polli, in atto primiero, e non ſolo di quelli, che ſi trovaranno nell'utero, ma in tutti quelli, che ſaranno nel racemo del'ovario molto diſtanti dall'oriſicio, ò principio dell'utero, nel quale ſi fa il contatto del breviſſimo pene del Gallo, e del ſuo ſeme, il quale di niuna fatta entra nella cavità dell'utero tortuoſo, e lungo della gallina, e conſequentemente non perviene all'ovario; onde è forza à credere, che da quell'uno, ò due contatti del coito nell'iſteſſo tempo à guiſa della colliſione dell'acciajo col ſelce ne riſulta il fuoco, e nel medeſimo modo del contatto fiſico ſeminale del gallo s'imprima il carattere prolifico, ò negli ovi, che ſono in ſatto eſſe perfezionati, overo nella ſoſtanza dell'utero (ch'è più probabile, ſiccome ſi fà il concetto delle fantaſme, ed idee nel cervello,) nella quale poi s'imprime la virtù prolifica in ciaſcheduno luteo, ò vitello, à miſura, che ſcende dall'ovario in eſſo utero, e ſi faccia fecondo, e ſi venga perfezionando coll'albumine, ed il cortice; & eſſendo, che quelli minimi vitelli, che ſi trovano herenti al racemo, ò vitellario, e*

fuori

fuori dell'utero ſono in laogo alieno ſenza quella diſpoſizione proſſima, ed opportuna à ricevere l'impreſſioae prolifica, e ſeconda. Onde è da credere per certo, che allora, che ſono ſceſi nell' utero della galliaa, il quale eſſendo ſatto ſecondo, e proliſico dal ſeme del gal'o per legge indelebile della natura rende prolifici tutti i vitelli per lango tratto, che vi ſcendona, ſenza il quale rimangono inſecandi, ſteri!i, & bipernemj quantaaqae abbiano tutti gl'altri requiſiti; l'utero dunque eſſendo ben diſpoſto è quello, che s'ingravida, ed all'ora ſi contrae, ſi uniſce, ſi ſa turgido, vigoroſo, levigato, morbido, delicato, e gioraalmente creſce nella ſua mo le juxta omnes ſaas dimenſiones, e poi comincia à biancheggiare, e poi ſarſi latteo ia tutta la ſua ſoſtanza, che pare per l'appuato eſſer ripieno di latte, di modo che inganna il ſenſo, ſtante che dandogli un taglio, come ho ſperimentato più volte, penſando ne aſciſſe qualche ſoſtanza lattea, aoa ne riſulta umido alcuno, e rimane impaſtato la tutta la mole, come la ſoſtanza ſemiaale ne'teſticoli, che tagliandoli, e ſpremendoli, non eſce coſa alcuna, e noa ſe ne ſgrava, che aella ſua maturità, la qaale ſegue nel circolo di una Luaa iatiera, ed allora ſtillando ael ſao cavo con picciolo principio ua'umore criſtalliao limpidiſſimo, il quale ſi veſte da tenuiſſimo involucro, nel cui mezzo ſi eccita in poche ore il viuente ſenſibilmente mouente à gaiſa di un puato micante, ò ſaltillante, robicondo, il quale ſi audriſce, ed aumenta dal ſudetto liquare ſiuente dall'atero perpetuameate nel ſuo cauo ſin tanto che ſia diſtillato tutto, ed allora aderendo la ſudetta veſſicola, ò inuolucro alla parte poſtica di eſſo, ſi forma la placenta, ò placentole, dalle qaali ſi traghetta il ſaague dal tutto nel ſeto, e da queſto nei tutto vicenacaolmente per moto ſucceſſiuo, viuendo propria vita, non matris, ſin tanto che perſezionato, e maturo ſecondo il tempo deſtiaato à ciaſchedana ſpecie de aaimanti dalla natura aenga alla luce.

Siche ael caſo della preſata giovinetta ecitata anch'eſſa dalla concupiſcibile amoris œſtro percita, eſſeado l'atero diſpoſto alla coacettione rincontraado il ſeme virile propinquo per il forame, che diceſſimo, qaaatunque picciolo, fù baſtaate una portione di ſeme à farne il contatto, e l'impreſſione ael collo dell'utero col concorſo del proprio ſemineo nella coaſricatione ecitata, e ae ſeguiſſe il concetta, quantuaque uoa entraſſe tatto eſſeado baſtante delle coſe agenti una particola, eſſeada della medeſima conditioae del tutto à fare lo ſua operatioae, come da una ſcintilla di fuoco nella materia diſpoſta ſi ecita incendio grande, e perciò la virtù ſeminale, ſeù vis plaſtica degli aaimaati è diviſibile, e multiplicabile, come freqaeatemeate ſi oſſerva ae' cani, ed altri molti pari, i quali con an ſol coito faano molti catclli. Delle quali coſe l'ingegnoſo Harueo *hà ſciolto i dubii, e aoi, à* DIO *piacendo, à ſuo tempo diremo quanto habbiamo notato ia confirmatione di queſta verità.*

Quaato poi al dubio della Vecchiarella, e della giovinetta, che poteſſe nell' atto del parto patire coſa alcuna per havere iategro il clauſtro virginale, gli diſſi di nò, ſtante che avvicinandoſi il tempo del parto tutte le parti muliebri ſi diſpoagono, e preparano, ſi alleatana, ampliano, e rilaſſaao, humettano per dar luogo all' eſito della prole, che la membraaula, che teneva unite le papille dell' Hymea in quel tempo ſatta anch'ella più tenue alli primi aixi del parto haverebbe ceduto, e dato luogo, ò pure quando haveſſero havuto dubio di ciò, ſi potrà tagliare agevolmente con poco, ò neſſun dolore, e ſenza alcun danao, della qual coſa per allora non ſi riſolvè nulla, e rincoatraado dopo alcune ſettimane la vecchiarella mi diſſe, che la giovinetta era guarita dell' apprenſioae havendoſi, come credo, proveduto in altro modo con meno briga, e forſi con qualche diletto &c.

Cùm enim vir non habuerit animum ſtu-
129 prandi, nec Puella fuerit ſtuprata ſolùm
mediante partu, & multò minus ingravidan-
di non poteſt puniri pro ſtupro, nam ubicum-
que ex animo, imò extra animum delictum
committitur pœnam non meretur, *l. 1. C. Si
adverſ. delict. l. 1. §. Divus Adrianus, ff. ad Leg.
Cornel. de ſicar.* & in ſpecie, *Vin. d. deciſ.* 299.
nu. 13. ubi ſubdit ea, quæ fiunt contrà volun-
130 tatem facientis non imputantur ullo modo
ipſi facienti, & quod ex culpa non præordi-
nata ad caſum quis non teneatur ad refectio-
131 nem damni ſequuti comprobando reſpon-
dit *Rot. co. Bich. dec.* 185. *n.* 9. *cum tribus ſeqq.*

Vel ad omne pejus punitur ſolùm extrà or-
dinem, & arbitrio Judicis ratione culpæ con-
132 ſiſtentis in faciendo, & in dando operam rei
illicitæ, licèt non ordinatæ ad caſum *per tex.
in l. Ejuſdem legis, §. ſed ex Senatus Conſulto, ff.
ad Leg. Cornel. de ſicar.* & ſequendo *Sard. conſ.
12. nu. 66.* reſpondit *Farinac. conſ. 153. nu. 18.
juncto num. 34. vol. 2. D. Raynald. Obſer. crim.
cap. 5. §. 6. nu. 63. cum ſeq. vol. 1.*

Ceſſant quoque pœnæ ſtupratoribus inflictę
ſi ſtuprum commiſſum ſit prævia reciproca
fide de matrimonio contrahendo, nàm tunc
133 ſolùm cogendus eſt ſtuprator ad matrimo-
nium contrahendum *ad text. in can. lex illa 36.
qu. 1.* tenent *Abb. in cap. 1. ſub n. 6. de Adulter.
Rebell. de oblig. Juſt. tit. de Oblig. ex delict. q. 8.
nu. 16. Sanch. de Matrim. lib. 1. diſp. 10. nu. 15.*
& ſequendo ſententiam *Sac. Congreg. Concilii,*
reſpondit *Rot. in allegata Avenionen. dotationis
19. Junii 1682. coram bo: me: Albergato, §. In
præſenti cum ſeq.* confirmata *die 19. Junii 1684
coram eodem.*

Cuſtodia Virginum in loco ſacro, & à lai-
D eis ſejuncto introducta fuit in Italia à *Romulo,*
134 conſtituendo Veſtales Virgines ſub titulo,
& defenſione, ſub qua militabant. A princi-
pio quatuor electę fuerunt ab eodem *Romulo,*
& deindè additæ aliæ duo, quæ ſi contra ho-
neſtatem ſtuprum, & carnis flagitium com-
mittebant vivæ defodiebantur, aut aliis atro-
ciſſimis pœnis afficiebantur, ut teſtatur *Dio-
nyſius Halicarnaſſeus lib. 8. cum ſeq. lin. lib. 8.*

& 32. Sueton. Tranquill. in Domitiano c.8. quos refert, & ſequitur Borell. Summ. dec. par. 3. tit.7. n.68. cum ſeqq.

Hinc introducta eſt ſanctimonialium clauſura pro majori earum cuſtodia, & ad reparandum ſcandalis; malis, & inſultis, quæ eis
135 poſſent inferri, & præcipuè injuncta fuit à Bonifacio VIII. in cap. perioculoſo de Statu Monach. in 6. quod deindè innovatum eſt à ſa: me: S. Pio V. ut in ejus Conſtitutione in ordine la 8. Bullar. nov. tom. 2. & à ſacroſancto Conc. Trid. ſeſſ.25. cap.5. de Regular. & Monial. ibique latè Barboſ. examinat caſus exeundi, & ingredien-
136 di Monaſteria Monialium, & in quibus ſit concedenda per Epiſcopum licentia, & alia de hac materia clauſuræ, illiuſque violatione vide Fagnan. in cap. præterea nu.17. cum ſeqq. de Converſ. conjugat. in cap. cum virum nu.20. cum ſeq. de Regular. cap. nuper nu. 17. cum pluribus ſeqq. de Sent. excommun. in cap. ut juxtà nu.29. de Offic. ordinar. Marta de Juriſd. par.2. cap.26. nu.8. verſ. ad tollendas cum ſeqq. Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſp. 18. cum ſeq. Giballin. de Clauſur. Joan. Baptiſtæ Thiers traitè de la Cloture des Religieuſes impr. Pariſiis de anno 1681. in 12.

Carnaliter verò cognoſcens Monialem ſacrilegium incurrit, quia committit peccatum
137 contra honorem, & cultum, ac ſanctitatem perſonæ Sacræ debitam, illam violando, & facit contra Votum Caſtitatis, & Religionis officium, & opus, ut inquit Franch. in cap.1. nu.2. de Stat. Regular. lib. 6. Farinac. qu. 145. §. Sacrilegium nu. 3. & 6. Suarez. de Religion. tom.1. tractat. de Sacrileg. lib.3. cap.1. num.1. Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſput.11. quæſit.1. nu. 1. cum duobus ſeqq. Borell. loc. cit. num.59. Maſtrill. de Indult. general. cap.32. nu.8. & deciſ. 68. num.3. Imò tria crimina committit,
138 Adulterium quia Sponſam Dei, Sacrilegium, quia conſecratam, Inceſtum, quia affinem ſpiritualem cognovit, juxta Gloſſ. in can. virgin. 27. qu.1. Decian. Tract. crim. lib.6. cap.20. Farinac. ubi ſupra nu. 6. Marta dicto cap. 26. nu.1. Tamburin. allegat. quæſit.1. nu.4. Maſtrill. de Indult. general. cap. 32. nu.1. cum ſeqq. Mattheu, & Sanz de Re crim. controverſ. 50. nu.7. ubi prædictis tribus criminibus addit Stuprum pro quarto Sperell. dec.19. n.15. cum ſeq.

Iſte ſacrilegus de Jure Canonico ſi ſit laicus excommunicatur, neque abſolvitur niſi in
139 mortis articulo, eique communicatur, ſi pœnituerit cap. Impudicas, & cap. virginibus 27. qu.1. Marta loc. cit. nu.5. verſ. Laici Tamburin. dicta diſput.11. quæſit.2. num.1. Farinac. dicta qu.145. §. Sacrilegium n.24. cum ſeq.

Et ſi Clericus, deponitur ab Ordine Sacro, & Officiis, ac Beneficiis privatur, & de-
140 truditur in Monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam cap. ſi quis Epiſcopus 27. quæſt.1. Marta ubi ſupra nu.4. Tamburin. dicto quæſit. 2. num. 3. Borell. Summa dec. cit. tit. 7. nu. 65. verſ. clericus Farinac. dicta quæſt. 145. §. Sacrilegium nu.26.

De Jure verò Civili impoſita eſt pœna mor-
141 tis naturalis, l. Si quis non dicam rapere C. de Epiſcop. & Cleric. §. Si quis rapuerit Auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. Borell. loc. cit. n.59. cum ſeqq. Mart. dicto cap.26. nu.7. Mattheu, & Sanz de Re crim. controv.50. nu.2. cum ſeq. Cortiad. deciſ.89. nu.59. ubi cumulat Concordantes.

Eò magis ſi captus intercedat per tex. in l.
142 Si non dicam l. ſi quis in hoc genus 11. l. raptores 54. C. de Epiſc. & Cleric. l. unic. in princip. C. de Rapt. Virgin. & proſequitur Mattheu ubi ſup. nu.2. cum ſeq.

Monialis verò, quæ ſe carnalitèr cognoſci paſſa eſt, detruditur in aliud Monaſterium
143 cum ſuis bonis arctiùs cuſtodienda, ut ibi pœnitentia, orationibus, jejuniis proficiat, aliiſque metuendum præſtet exemplum, §. penult. in princ. verſ. talem verò mulierem Auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. Marſil. loc. cit. nu.57. Clar. in §. Fornicatio nu.17. verſ. & Monialis Farinac. ubi ſup. nu.12.

Ratio autem cur Monialis conſentiens carnali cognitioni graviori pœna non puniatur, duplex aſſignatur, nempè una quia ipſa non videtur eſſe in tanta culpa, prout maſculus, qui eam recluſam tentavit, & ſeduxit: & altera quia ut plurimum puellæ ingrediuntur Monaſterium propter vim & metum a Paren-
144 tibus illatum, undè in aliqua parte veniunt excuſandæ, ut docet Marſil. loc. cit. n.58. cum ſeq. ubi acritèr invehit in Parentes, qui filias cogunt ingredi Monaſterium, proſequitur, Farinac. d. qu.145. nu.23.

Multoties etiam convenit, & practicari debet à diſcretis, & prudentibus, Præſulibus, & Antiſtitibus ad evitandum grave ſcandalum, notabile præjudicium Monaſterii, &
145 detrimentum honoris familiarum relinquere publicè impunitum ſacrilegum injuncta ſolum pœnitentia ſalutari Moniali delinquenti, ac pretentùs impoſito ſub graviſſimis pœnis Monialibus ſilentio, eodem modo, quo traditur practicatum fuiſſe à fel. rec. Cardinali
146 Joanne Baptiſta Alterio, qui dùm officium V. Gerentis in Urbe exercebat, habita ab Abbatiſſa cujuſdam Monaſterii notitia de prægnantia Monialis, injuncto ei rigoroſo ſilentio, mandavit ipſum certiorari de doloribus præcurrentibus partum, quod cum ab Abbatiſſa ad unguem adimpletum fuiſſet, ſecretò introducta obſtetrice, & ſubſequuto partu, ſolus de nocte ſe contulit ad Monaſterium, & acerſita Abbatiſſa ſibi tradi curavit infantem, quem immediatè detulit ad Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia, ubi aluntur expoſiti, & hujus hiſtoriæ relatione per ipſum facta ſanct. mem. Urbano VIII. tantam benevolentiam, & exiſtimationem Summi Pontificis ob ejus ſingularem virtutem, & prudentiam ad ſe traxit, ut poſtmodùm omnium plauſu Sacra Purpura fuerit ornatus, & niſi morte præventus, facilè ad Pontificatum aſſumptus fuiſſet.

Nullus à natura humana inſolentius apo-

ſtatat

ſtatat, quàm qui naturalibus inſtrumentis ad
E ſpecies propagandas Divina providentia in-
ſtitutis nefanda libidine abutitur ab ipſo Deo
147 recedendo, ut notatur in *Canon.ſi gens An-
gelorum 10. diſtinct.56.* advertit *Lotter.de Re
benefic. lib.3. qu.31. nu.57.*

Illud crimen contrà naturam prout anto-
nomaſticè appellari ſolet, ut obſervat aliis re-
latis *Solorzan. de Jure Indiar. lib. 2. cap. 12.*
148 *n.32. tom.1. Barboſ. de Offic. & poteſt Epiſcop.
par.2. allegat. 44. nu.4.* nuncupatur etiàm So-
domia, eò quià nomen, & originem trahit à
Sodomis, quos ob id igne cæleſti, & ſulphu-
149 re abſumptos fuiſſe teſtatur in *Geneſ.cap.19.
nu.24.* tradit *Carpzov. Prax.crim.par.2.qu.76.
nu.1. Marta de Juriſdict. par.2. cap. 15. nu.10.*
ubi notat, quòd Dominus eos fecit ſubverti,
& omnis illa Regio abſorta eſt in Aſphalitem
lacum Judeę, qui nihil præter bitumen gignit
nullumque corpus animalium recipit, & ple-
nè *Maſſin.de Confiſcat. quæſt.9.num.1. cum ſeqq.
Thor.Vot. deciſiu. pa.2.vot.4.n.29.*

Execrandum crimen illud cenſetur inter
Maſculos, ut probatur in *cauſ.23. qu.4. cum*
150 *ſeq.cap.flagitia 32.quæſt.7.l.Cum vir.C.ad Leg.
Jul.de Adult..Auth.Ut non luxurient contrà na-
tur.cap. clerici de Exceſſ. Prælat. Solorzan. ubi
ſuprà Barboſ.de Offic.& poteſt Epiſcop. par.2. al-
legat.44. n.5.* pleniſſimè comprobat *Thor.Vot.
par.2. vot.4. nu.1. cum ſeqq.Maſſin.de Confiſcat.
par.9. nu.1. cum ſeqq. juncto nu.20.*

Nam ſpretis naturæ legibus ipſam natu-
ram violat, humanæ ſobolis propagationem
impedit, fidei Chriſtianæ maculam ferè inex-
tinguendam inurit, ex Chriſtianis filios dif-
fidentiæ facit, quaſi de ipſorum ſalute penè
diffidendum ſit, ut advertit *Carpzov. Prax.
crim. par.2. qu.76. nu.2.*

Undè meritò *Omnipotens Deus* hujus pecca-
ti indignitatem, & fœdam malignitatem
151 uſque in Cælum clamet, & ſui vindictam
expoſcat, ut in *Geneſ. cap.19.nu.13. Clar.in §.
Sodomia in princ.Menoch.de Arbitr. judic.lib.2.
caſ.286.nu.1. ac n.11. Carpzov. dicta quæſt.76.
nu.2.verſic.ut meritò, Peguer. deciſ.75. nu.1.*ac
152 exindè inducuntur peſtilentiæ, bella, terre-
motus, inundationes, tempeſtates &c. *cap.ſi
gens Angelorum 56. diſtinct. Solorzan. loc. cit.
Carpzov. ubi ſupra nu.5. Maſſin. loc. cit. num.3.*
Imò Diabolus ipſe, dum committitur, fugit,
153 ne coram ipſo tam execranda libido explea-
tur, ut relato *Afflict.in conſuetud.Neapol.lib.3.
rubr.42. nu.11.* tradit *Barboſ. dicta allegat.44.
nu.1. Maſſin. cit. qu.9. nu.6.*

Hujuſmodi crimen ſceleſtius coitu cum
154 propria Matre judicatur ex ſententia S.Au-
gustini *in can. Adulterii qu. 11. in ordine 32.
qu.7.*quem refert *Lotter.ubi ſupra n.63.Maſſin.
de Confiſcat. qu.9. nu.10.*

Ad hoc autem, ut faciliùs tale crimen à
mentibus humanis extirpari valeat, & de eo
155 haberi notitiam S. Pius V. non ſolùm per
accuſationem, & inquiſitionem, ſed etiam
ad ſimplicem, & ſecretam denunciationem
procedi mandavit in ejus *Conſtitutione 2a 5.
§.12. in Bullar. nov. tom.2.* ut advertit *Bellett.
Diſquiſit. Cleric. par.2.tit.de Pœnis Cleric.§.11.
nu.15.& Maſſin.dicta qu.9. nu.14.*

Pœna condigna hujus delicti iudicatur illa
156 mortis, ut definitum legitur in *Levit.cap.20.
nu.13.* ibi: *Qui dormierit cum Maſculo coitu
fœmineo, uterque operatus eſt nefas, morte mo-
riantur ſit ſanguis eorum ſuper eos*, & firmant
l.Cum vir. ibi; *Armari jura gladio ult ore C.ad
Leg. Jul. de Adulter. auth. ut non luxurientur
contrà naturam §. Propterea* ibique *gloſſ. in
verbo Legibus, & in verbo Supplicii l.1. §. qui
puero*, ibi: *Perfecto flagitio punitur capite ff.de
Extraordin. crim.* pleniſſimè *Farinacc. qu.148.
nu.4. juncto num. 9. cum ſeq.* ubi notat, quod
etiam apud Gentiles pœna mortis punieban-
tur, *Maſſin.dicta qu.9. n.4. cum ſeq. juncto n.30.
Marta dicto cap.15. num.7. cum ſeqq. Thor. cit.
vot.4. nu.17. & Cortiad. dec.89. num.76. Pani-
moll. dec.66. nu.2. cum ſeq.* ubi firmat, id pro-
cedere tàm de *Jure Divino*, quàm *Civili*, *&
Canonico*.

Et comprobatur etiàm ex eò quod juxtà te-
ſtimonium Divi Hieronimi in actu glorioſæ
Nativitatis Jesus Christi omnes Sodomitæ
157 interierint, ut advertit *Marta de Juriſdict.
par.2. cap.15. nu.11. Maſſin.dicta quæſt.9. nu.9.
Capyc. latr. dec. 163. nu.56.* inter quos connu-
158 meratus fuit Virgilius à *Guglielm. de Bene-
dict.in cap. Raynuccius in 2.par.in verbo cuidam
Petro nu.52. de feud.* ſed ab hujuſmodi calum-
nia egregiè ipſe vindicatur per rationes cro-
nologicas à *Lotter.de Re benefic.lib.3.quæſt.31.*
159 *nu.64.*Et poſteà igne comburuntur *Menoch.
de arbitr. judic. caſ. 286. nu.2. cum ſeq. Barboſ.
dicta allegat.44. nu.6.*quem cum aliis ſequitur
*Maſſin. dicta qu. 9. ſub num. 30. Carpzov. dicta
quæſt. 76. nu.7. Thor. ubi ſuprà nu.18. cum ſeq.
Cortiad. ubi ſuprà ſub eodem nu.76.Panimol.loc.
cit. nu.6.*

Ac eorum bona confiſcantur *Menoch. ubi
ſuprà nu.9. Barboſ. dicta allegat.44. num.7. ubi*
160 *nu.8. & 9.* ſubdit, quod etiam ammittit
nobilitatem, & teſtandi facultatem *Maſſin. de
Confiſcat. qu.9. nu.40. verſic. Stante cum duobus
ſeqq.* ubi docet illam opinionem eſſeample-
ctendam ad magis coercendum ſimiles delin-
quentes, & tale vitium à Mundo eradican-
dum, ac miratur tenentium non dari confi-
ſcationem.

Sed contraria pro non confiſcatione cum
nulla lege id cautum reperiatur, & ita ſervari
161 in Curia Romana, in qua nullum Sodomi-
tam preſertim morti traditum fuiſſe condem-
natum in pœnam confiſcationis bonorum
teſtantur *Farinacc. dicta qu. 148. nu.15. Guaz-
zin.de Confiſcat. concluſ.13. limitat.45. nu.1.*

Si autem Clerici tam Sæculares, quàm Re-
gulares, qui magis, quàm Laici in Vinea *Do-
mini* bonis operibus inſudare debent, tam
162 dirum nefas exerceant omni privilegio Cle-
ricali, omnique officio, dignitate, & bene-
ficio Eccleſiaſtico privantur, ità quod per lu-

dicem Eccleſiaſticum degradati,poteſtate ſta-
tim Sæculari tradantur, qui de eis illud idem
capiat ſupplicium, quod in Laicos hoc in exi-
tio devolutos legitimis reperitur ſanctioni-
bus conſtitutum, ut per hæc præciſa verba
diſponitur in *Bulla* S. Pii V. *la* 72. & priùs in
ejus *Bulla* 5.§.11. *Bullar.nov. tom.* 2.& firmant
*Barboſ.in cap.clerici nu.6. de Exceſſ. Prælat.Fa-
rinacc.qu.148. nu.28. & Cortiad.dicta dec.189.
num.* 84.

Advertendo, quod ad hoc, ut intret di-
ſpoſitio dictæ *Bullæ* requiritur frequentia
actuum, & uſus quaſi continuatus, ut pluri-
163 bus cumulatis concordantibus firmat *Bar-
boſ.de Offic.Epiſcop. dicta allegat.44. n.25.*& de
*Jure univerſ. lib. 1. cap. 40. nu.49. Maſſin. cit.
qu.9.n.34.* ubi etiam reprobat *Farinacc.Guaz-
zin.& Bellett.* tenentes, prædictam *Bullam*
ligare Clericos, etiamſi pro una vice tantùm
huic crimini incumberint & *nu.37.cum duobus
ſeqq.* ſubdit, quod de hoc crimine convictus,
164 vel condemnatus non poteſt ad compoſi-
tionem admitti.

Cæterùm ommiſſis aliis, quæ de hac ma-
teria per *DD. ſupra allegatos*, & per *Hurtad.
Reſolut. moral. tom. 1. tract. 1. reſolut. 26. cum*
165 *ſeqq. & reſolut. 31. per totam 49. ac de Reſi-
dent.tom.2.lib.4.var. caſ.partic. reſolut.6.ſect.3.
Narbon. in LL. Recompilat. lib.8. tit.16. leg. 2.
gloſſ.1. cum ſeqq. Panimoll. deciſ.66.& 67.*exa-
minatur, addo ſolum, quod ne tanti flagitii
contagium impunitatis ſpe,quæ maximè pec-
candi illecebra eſt, fidentius incaleſcat,delin-
166 quentes ſeveriſſimè puniendi ſunt, nam qui
animæ interitum non horreſcunt, deterrere
eos debet civilium legum vindex gladius, ut
admonet S.Pius V.*in dicta ejus Bulla la* 72.§.2
167 Interim, tamen non eſt prætereundum per
Concionatores exagerare illius criminis enor-
mitatem, & per Confeſſarios injungere pœ-
nitentibus remedia ſalutaria eleemoſynæ, je-
junii, diſciplinæ, & frequentis Confeſſionis,
ut ab eorum mentibus eradicetur, prout ad-
vertit *Barboſ. cit. allegat.44. nu. final.*Quæ re-
media utiliora experientur, quàm exoletos
vetare ſicuti Alexander Mammea Senerus ap-
168 pellatus aliquandò conſtituerat eos vetare,
ſed in ſententia non perſtitit,*veritus ne prohi-
bens publicum dedecus in privatas cupiditates
converteret,cum homines illicita magis poſcant,
& probibita furore proſequantur*, ut notant
*Palear. in Obſervat. ad Cornel. Tacit. lib. 3. ob-
ſervat. 389. & Langleus Semeſtr. lib. 8. cap. 8.
circa princ. verſ. qua proptèr.*

ADDIT. AD RUBR. XXIII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 PÆnæ inflictæ Concubinariis quænam ſint remiſſive.

2 Donatio ſeu legatum factum Concubinæ an valeat remiſſive.

3 Legatum pro alimentis factum per Clericum fauore filii illegitimi an,& quando ſuſtineatur remiſſive.

4 Clerici Conjugati,vel ſimplices Clerici ſæculares quoad bona patrimonialia non comprehenduntur ſub diſpoſitione *Bullæ S.* Pii V. prohibentis diſpoſitiones Clericorum favore filiorum illegitimorum.

5 Illegitimi emphyteuſis Eccleſiaſticæ ſunt incapaces.

6 Amplia ut nec eorum deſcendentes, licèt de legitimo Matrimonio nati, ſunt capaces,

7 Bona emphyteutica in *Ducatu Ferrariæ* licèt redacta ad inſtar allodialium non ſunt tranſitoria ad manus mortuas.

8 Bona emphyteutica in *Ducatu Urbini* redacta ſunt ad inſtar allodialium, & tranſitoria etiam ad manus mortuas.

9 Pontifex condere poteſt leges, & obligare Chriſti fideles ad earum obſervantiam,abſque eorum conſenſu, & acceptatione.

Pontifex habet poteſtatem immediate *àChriſto* condendi leges, non à Populo n.9.

10 De non uſu *Conſtitutionum Apoſtolicarum* dari non poteſt.

11 Conſtitutio, Edictum ſeù lex an liget ſtatim ac lata ſit, an verò quantum tempus ſit expectandum.

12 Conſtitutio, in qua adjectum ſit tempus an eo elapſo liget tam quoad effectum mallitatis actus, quam quo ad pœnam.

13 Adulterium ſimplex dicitur, quando Vir Uxoratus accedit ad mulierem ſolutam.

14 Pænæ contra Adulteros impoſitæ a Conſtitutionibus Sixti V. & Inocantii XI. in praxi non ſervantur, ſed aliis pœnis puniuntur.

15 Stuprum eſt delictum graviſſimum.

Judex pro delicto Stupri non poteſt procedere ex officio,ſed requiritur quærela Patris, vèl Matris,vel aliorum,de quibus ibi n.15.

16 Limita in ſtupro violento.

17 Stuprum punitur pœna extraordinaria Stuprator an, & quando teneatur ſtupratam ducere in Uxorem, vel non n.17.

18 Stuprata violenter remanet Virgo.

Caſus notabilis cuiuſdam accuſati de Stupro num.18.

19 Monialem carnalitèr cognoſcens Sacrilegium committit.

20 Sacrilegium cum Moniale commiſſum eſt crimen graviſſimum.

21 Sacrilegium cum Moniale commiſſum quibus pœnis punitur.

22 Pæna contra Sodomitas probato crimine, non poteſt à Judice minui.

23 Unicus actus Sodomiticus ſufficit, pro infligenda pœna contra Clericum Sodomitam.

24 Contrarium quod requiratur multiplicitas actuum.

25 Criminis Sodomiæ materiam tractantes vide ibi.

26 Cri-

Digitized by Google

26 Criminis Inceſtus gravitas, & materia remiſſivè.

*Nu.*1. De Concubinatu, & Concubinariis, & de
1 pœnis illis inflictis * vide *Pignatell.conſult.*139. *vol.* 9.

*Nu.*21. vide *Tartaglia de reſerv. Statutar. art.*37.
2 *nu.*26. ubi * remiſſivè allegat *DD.* materiam tractantes.

*Nu.*24. Legatum pro alimentis factum per Clericum favore filii illegitimi an, & quando ſu-
3 ſtineatur * vide *Novar.Summa Bullar.par.*2.*comentar.* 77.

*Nu.*27. Clerici Conjugati, vel ſimplices Clerici Sæculares nullum obtinentes Beneficium Ec-
4 cleſiaſticum * quoad bona Patrimonialia, vel alia quæcumque non tamen ex Beneficiis, eorumque fructibus, penſionibus, & aliis rebus Eccleſiaſticis acquiſita nullo modo comprehenduntur ſub diſpoſitione Bullæ S. Pii prohibentis diſpoſitiones Clericorum favore filiorum illegitimorum *Novar. Summa Bull. par.*2.*Comentar.*77.*nu.*16.

*Num.*33. Illegitimi ſunt incapaces emphyteuſis
5 Eccleſiaſticæ firmavit * *Rot.in Romana Emphyteuſis* 2. *Dec.*1686. *coram R. P. D. Emerix* §. *Et quidem* ubi etiam firmatur, quod nec eorum deſcendentes, licet de legitimo Matrimonio
6 nati * ſunt capaces, & concordantes allegat; *inter ejus impreſs. la* 721. *nu.*5.

*Nu.*41. Quamvis bona Emphyteutica in Ducatu
7 Ferrariæ redacta ſint ad inſtar allodialium * attamen non ſunt tranſitoria ad manus mortuas ut reſpondit *Rot.in Urbinaten. ſeù Senogallien.Emphyteuſis* 23.*Martii* 1696.*coram R.P.D. Molines impreſs. inter recollect.ad Card.de Luca ſuper materia de ſervit.emphyt. dec.*8.*n.*9.*vol.*1. 2. *impreſſ. Lugdunen.*

In Ducata verò Urbini vigore *Indulti* Ur-
8 bani VIII. ſunt redacta adinſtar allodialium * & tranſitoria etiam ad manus mortuas ſaltem ad effectum vendendi, ſivè retinendi ſolutis quindeniis ut reſpondit *Rot.in d. dec.*8. *nu.*10. *& ſeq.*

*Num.*54. Pontifex condere poteſt leges, eaſque promulgare obligando Chriſtifideles abſque
9 eorum conſenſu * & acceptatione, cum habeat poteſtatem immediatè à Christo condendi leges, & non à populo, ut plenè firmat *Card. de Albic. de inconſtant. in Fide Cap.*30. *nu.*407. *&* 409.

*Nu.*55. Contra *Conſtitutiones Apoſtolicas* non po-
10 teſt dari de non uſu * ut docet *Card.de Albic. loc.cit. nu.*408.

*Nu.*62. Lex, ſeù Edictum, vel Conſtitutio an li-
11 get Statim ac lata ſit * an verò expectandus ſit lapſus duorum menſium vid. *Raynald. in Supplement. ad ejus obſervat. crim. ad cap.* 34. *ſupplet.*7. *vol.*4.

*Num.*80. Quantum tempus requiratur ad hoc ut Conſtitutio liget vide *Raynald. obſerv. crim. Cap.*34. §.15. *cum ſeqq. tom.*3 *& in ſupplement. ad cap.*34. *ſupplet.*7. *tom.*4.

*Num.*81. Vide *Raynald.loc.cit.*

*Num.*85. Si in *Conſtitutione* adjectum ſit tempus,
12 poſt illud ligat ad effectum * nullitatis actus non quoad pœnam *Farinac. in fragment. verbo Conſtitutio nu.*668.*Menoch.de arbitr.caſ.* 185. *num.*3.

Contrarium tamen practicatur ut teſtatur *Farinac. loc.cit. in fine verſ. Poſtquam.*

Niſi conſtitutio obliget Statim, ſed non quo ad pœnam *Farinac.ubi ſupra n.*669.

*Nu.*87. *verſ. Aliud.* Adulterium ſimplex dicitur cum Vir uxoratus accedit ad mulierem ſo-
13 lutam * ut etiam tradit *Urſaya Inſtitut. crim. lib.*3. *tit.*5. *nu.*5.

*Nu.*95. *Conſtitutiones* Sixti V. *&* Innocentii XI. nunquam in praxi fuerunt ſervatæ contra
14 Adulteros * ſed aliis pœnis puniri tradit *Urſaya Inſtit. crim. lib.*3. *tit.* 5. *nu.*46. ubi me hic allegat.

*Nu.*101 Quamvis ſtuprum ſit delictum graviſſi-
15 mum attamen Judex non eſt * competens ante porrectam querelam, cum ſit ſpeciale in hoc delicto, quod Judex priùs non habeat exercitium juriſdictionis, ne Familiæ diffamentur reſiſtente *Conſtitutione Ægidiana lib.*4.*cap.*65.& docet *D.Raynald.in ſupplement. ad ejus obſervat. crim. cap.*1. *ſupplet.* 5. *n.*482. *cum ſeq. vol.*4.

Limita in ſtupro violento pro quo Judex
16 poteſt procedere ex officio * ut tradunt *De Angel.de delict. d.cap.*124. *num.*4. *Sarno pract. crim. cap.*2. *nu.*24.

*Nu.*102. Stuprum punitur pœna extraordinaria
17 ut cum *Raynald.* * *& aliis* tradit *Fran. Ant. Bonfin. in ſupplet. ad Banniment.General.cap.*6. *nu.* 18. *verſ. Secluſa* ubi etiam allegat plures de Stupro tractantes.

Stuprator an, & quando teneatur ſtupratam ducere in Uxorem latè examinatur *à Pirhing. lib.*5. *tit.*16. *ſect.*2. §. 4. *in tom.* 5. Et ſi non vult eam ducere in Uxorem in quam pœnam ſit condemnandus, & quomodo procedendum contra contumacem *vid.Raynald.obſ. crim. cap.*23.§.4.5.*&* 6.*n.*66.*& ſeqq. tom.*1.

*Nu.*126. Violento Stupro ſecuto, ſtuprata Vir-
go remanet, ex quo licet ſit corrupta corpo-
18 re, tamen voluntate * non eſt maculata, & ideo laureolam Virginitatis non perdit, non enim ex vi perditur, ſed voluntate tantum peccandi, nec perditur Caſtitas ſine voluntate ut firmat *de Angelis de delictis lib.*1.*cap.*124. *num.*25.

*Nu.*127. *cum ſeq.* vide *Matthen & Sanz de Re criminali controv.* 53. qui examinat caſum puellæ, quæ convenerat Sutorem de Stupro, & pregnantia, licèt eidem retro annis amputatus fuiſſet penis ob morbum gallicum, & favore Sutoris latam fuiſſe ſententiam idem *Author* teſtatur.

*Nu.*137. Cognoſcens carnaliter Monialem Sa-
19 crilegium committit * *Pignatell. conſult.* 85. *n.*268. *tom.*6.

Nu 138. Sacrilegium cum Moniale Commiſſum
20 eſt crimen graviſſimum * tradit *Raynald. to.*4. *in ſupplement. ad cap.*1. §.10. *ſuplet.* 5. *nu.*300. *cum ſeqq.* ubi quod ideo puniendus eſt pœna

mortis

Digitized by Google

mortis cum in ſe contineat malitiamminceſtus, adulterii, & Stupri, & etiam docet *Urſaya Inſtit. crim. lib. 3. tit. 5. nu. 50.* ubi etiam ſub-
21 dit pænas, quibus puniuntur tàm laici * quàm Eccleſiaſtici, & Epiſcopi.

Nu. 139. Talis Sacrilegus ſi ſit Laicus excommunicatur *Pignatell. ubi ſupra.*

Nu. 140. Et ſi ſit Clericus deponitur ab ordine, Beneficiis privatur & detruditur inMonaſterio ad agendam pœnitenriam *Pignatell. loc. cit.*

Nu. 156. Pœna Sodomiæ, plené probato crimi-
22 ne, non poteſt à Iudice ordinario minui * ut dixit *Souſa in aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 50. nu. 37.* quem refert *D. Raynald. in ſupplement. ad ejus obſerv. crimin. ad cap. 6. ſupplet. 2. n. 2.*

Nu. 163. Quamvis multi teneant, quod ad hoc ut locum babeat diſpoſitio *Bulla* S. P i i V. contra Clericos Sodomitas ſufficiat unicus
23 actus Sodomiticus * juxta opinionem *DD.* quos refert *D. Raynald. obſ. crim. cap. 21. §. 1. nu. 70. cum ſeqq.* nihilominus contrarium ſer-
24 vatur in praxi * & eſt opinio Communiſſima quod requiratur multiplicitas actuum, ita ut non ſufficiat, quod ſemel bis, aut ter deteſtabile crimen quis commiſerit, ut concordantibus relatis tradit *D. Raynald. loc. cit. nu. 79. tom. 2. & in ejus Voto* 123. *n.* 1.

Nu. 165. De crimine Sodomiæ vide *D. Raynald.*
25 *obſ. crim. loc. cit. eod. §. 1. Novar.* * *in Summa Bullar. tit. de Sodomia.*

26 Aliis delictisCarnalibus addi poteſt inceſtus quod eſt delictum graviſſimum eò magis quando eſt conjunctum cum ſtupro, vel Adulterio, circa quam materiam videatur *Panimol. dec. 62.* qui a late, & docte examinat.

De Pœna verbis injuriantium, vel rem difamatoriam facientium. aut opponentium.

RUBRICA XXIV.

Verba proferens iniurioſa (A) aut convicioſa in faciem alicujus coràm Rectore, vel Antianis, aut aliquo Judice juſdicente, aut in generali Conſilio librarum 25. bononenorum ipſo facto pœnam incurrat, ſi in foro 10. ſi alibi quinque librarum bononenorum pœna plectatur. Si verò verba ipſa in vilem, aut abjectam perſonam dicerentur media pœna in prædictis caſibus puniatur, excepto, ſi in publicam meretricem, lenonem, vel perſonam aliàs infamem, quo caſu nullam pœnam incurrat. Mortem verò Aſcendentium, vel Deſcendentium, aut Fratris, vel Nepotis ex Fratre, aut Patrui alicui improperans ſimili pœna ut ſupra puniatur. Cantilenam verò publicam, vel Libellum diffamatorium (B) faciens, ſcribens aut apponens ad domum alicujus, aut in publico loco, vel decantans in vituperium alicujus viri, vel parentelæ, aut mulieris honeſtè viventis libr. 25. bononenorum pœna puniatur.

Si quis autem cornua (C] ad alicnjus habitationis domum vel ejus apothecam appoſuerit. aut ſtercore oſtium domus, vel apothecam alicujus deturpaverit, aureorum 25. pœna plectarur, & non ſolvens pœnam ipſam infra 10. dies annis quinque ſit bannitus, & in fortiam veniens exilium non ſervando, auriculæ unius amputatione puniatut.

SUMMARIUM.

1 INjuria infertur re, verbis, & ſcripto.

2 Injuria verbalis dicitur ea, quæ infertur in ſcriptis.

3 Injuria in ſcriptis illata vocatur famoſus libellus.

4 Injuria verbalis committitur variis modis, de quibus ibi remiſſivè.

Salutario uni ſocio facta privativè quoad conſocium ſecum deambulantem eſt injuria verbalis nu. 4.

5 Injuria atrox, enormis, & levis judicatur juxtà qualitatem facti, modi, loci, & perſonarum.

6 Injuria atrox committitur ab injutiante aliqnem coram Magiſtratu, Judice, ſeù Prætore. Limita nu. 7.

8 Iniuriarum actio an inrret, quandò data fuit mentita collitiganti coram Judice.

9 Ininria Judici, & Magiſtratui facta intuitu Officii, & Dignitatis iudicatur atrox, & qua pœna puniatur.

10 Ficas faciens Iudici, dùm comminabat illum mulctare, iniutiam attocem inferre dicitur.

11 Iudex cognoſcere poteſt de iniuria ſibi facta Vide nu. 16.

12 Amplia procedere non obſtante quocunqne fori privilegio, ſeù exemptione deliqnentis.

13 Maximè ſi injuria, ſeù offenſa fuit notoria, dum pro Tribunali ſedebat. Vide ibi.

14 Vel pæna à Conſtitutione, Lege, vel Statuto eſt certa, & determinata; ſecùs ſi ſit arbitraria. Decl. num. 15.

17 Pæna impoſita à *BannimentisGeneralibus Status Eccleſiaſtici* contrà injuriantes verbis.

18 Injuria ex libello famoſo proveniens inter alias primum locum occupat, & atrox judicatur, & quarè.

19 Famoſi libelli materiam tractantes recenſentur.

20 Famoſos libellos Scribentes, dictantes, retinentes, tranſmittentes, & non lacerantes, quibus pœnis puniuntur à *Conſtitutionibus* S. Pii V. & Gregorii XIII. *ac Bannimentis Generalibus Status Eccleſiaſtici.*

Famigeratores vulgo nuncupati *Menanti*, quibus pœnis puniantur nu. 20.

21 Stercorans, & conſpurcans murum, oſtium fene-

feneſtras &c. alicuius, vel cornua affigens quibus pœnis puniatur.

22 Iniuriam iniuria retorquere an, & quandò liceat.]

OBSERVATIO.

A 1 INjuria triplici modo infertur, nempè re, verbis, & ſcripto, ut docent *Clar.in §.Injuria in princ.Farinac.qu.105.nu.2.cum ſeq.* ubi concordantes; Seù potiùs duplici modo, cum injuria etiam ſcriptis illata dicatur ver-
2 balis, quoniam ipſa ſcriptura loquitur, ut reſpondit *Roman.conſ.378.n.1. Farin.conſ.123. n.6.vol.2. Carpzou.Prax.crim.par.2.q.94.nu.2. Berlich.Concluſ.par.5.concluſ.59.ſub n.2.Ybanez de Faria in addit.ad Couar.Var.Reſol. lib.1.c.11.*
3 *nu.2.* & particulari nomine famoſus libellus appellatur *Berlich.ubi ſupr.verſ.Etſi*.

Committitur verò injuria verbalis variis modis, quorum exempla pleniſſimè referun-
4 tur à *Gutierez conſ.24. & in Prax.crim.tit.10. par.115.cum plurib.ſeqq.Conciol.conſ.2.impreſs. penès ejus tract.de Hærede*, ubi de ſalutatione facta uni ſocio privativè quoad alium ſocium, qui ſecum deambulabat *Berlich.loc.cit. num.2. cum ſeqq. Carpzou.Prax.crim.par.2.q.96.nu.33. Couar.Var.Reſol.lib.1.cap.11.Parlador.Rer.quotid.lib.1.cap.17.Molina de Juſt.& Jure tract.3. diſp.42.& tract.4.diſp.11.18.cum ſeqq.Matthaù de Re crim.controu.74.nu.1.Surd.dec.89.* cum aliis relatis per *Ægidium de Caſtejon. in ſuo Alphabetico Juridico Verbo Injuria*, ubi etiam refert longo Cathalogo, quàm plurimos materiam injuriarum tractantes, quibus addi ponunt *Conciol. Reſolut.crim. in Verbo Injuria, Muſcatel. de cognit. delict. tit. de Injur. Petrus Binsfeldius de Injur. & damno dato, Palma conſil.23. Intrigliol.deciſ.19.* ubi an Fiſcus poſſit procedere abſque partis accuſatione *Panim. in Annot.1.ad dec.16.n.4.cum ſeqq.*

Et judicatur atrox, enormis, & levis juxta
5 qualitatem facti, modi, loci, & perſonarum, ut latiſſimè exemplificando reſpondit *Valenzuel.conſ.142.n.47.cum plurib.ſeqq.et conſ.176. nu.18.cum ſeqq.vol.2. Gutierez conſ.24. nu.18. Prat.in addit.ad Muſcatel. de cognit.delict.tit.de Injur.in Verbo dicitur*.

Hinc injurians aliquem coram Magiſtratu, Judice, ſeù Prætore dicitur facere
6 injuriam atrocem, *l.Prætor §.ultim.* ibi: *Tempore, ſi in ludis, & in conſpectu Prætoris; nàm in Prætoris conſpectu, an in ſolitudine injuria facta fuerit multum intereſſe ait; nàm atrocior eſt, quæ in conſpectu fit l. Item apud labeonem §.Hæc autem Verſ. Quod ait Prætor. ff. de Injur. §.Atrox Inſtit.eodem tit. Valenzuel. d.conſ.142. n.113.cum ſeq. Menoch.de Arbitr.lib.2.caſ.263. n.23.cum ſeq.Rot.coram Mohed.in.dec.1.n.3.cum ſeq.de Foro compet.*

Si tamen collitigans coram Iudice reſponderit adverſario, quòd mentitur non cenſe-
7 tur atrocem injuriam commiſiſſe *Gomez Var. Reſol.to.3.cap.6.nu.8.* & reſpondit *Rot.cor.Arguel.dec,43.n.38.in fin.& 42.*

Imò ſi mentita data ſit in judicio pro defenſione juris proprii non intrat actio injuriarum, niſi aliundè manifeſtè conſtet de
8 animo injuriandi per *Text.in l.Quæ omnia §.1. ff.de Procurat.Roman.conſ.96.ſub nu.2.Paſchal. de Virib.patr.poteſt. par.1.cap.10.n.43. Verſ.In judicio, Gratian.diſcept.81.n.5.* ubi firmat, ſpeciale eſſe in judicio, quod objiciens verum crimen ad proprii juris comprobationem, aut defenſionem non teneatur actione injuriarum, ſecùs verò extra judicium *Ybanez de Faria in addit.ad Couar.loc.cit.n.56.*

Sed ſi injuria facta ſit ipſi Judici, & Magiſtratui intuitu Officii, & Dignitatis, cum tunc
9 facta cenſeatur ipſi Principi, cujus perſonam repræſentat, judicatur atrox *l. Prætor edixit §.final.ff.de Injur.Valenzuel.d.conſ.142.num.74. cum ſeq.* ubi advertit, quòd Antiqui ſeveriſſimi rerum moderatores cenſuerunt atrocius puniendam injuriam factam Magiſtratui, quàm privato *Farinac.q.105.nu.198. Carpzou. Prax.crim. par.2.q.100.nu.1.cum ſeqq. Berlich. Concluſ.par.5.concluſ.66.n.1.ubi n.ſeqq.* examinat, qua pœna puniatur plenè *Barboſ. Vot.deciſiu.lib.2.Vot.66.nu.1.cum ſeqq.* qui reſpondit pro pœna capitali in illo caſu, in quo ultra injuriam realem, & verbalem concurrebant etiam alię circumſtantię aggravantes *Menoch. de Arbitr.lib.2.centur.3.d.caſ.163.n.5.cum ſeq.* plenè *Giurb.obſer.8.n.1 cum ſeqq.*& de ruſtico, qui ſublata manu poſito ungue pollicis ſub digito indice pugnum faciens, ut vulgò di-
10 citur *far le fica*, dùm Prætor cominaverat de illum mulctando eruditè reſpondit *Senatus Pedemontanus penès Theſaur. dec.229. per tot.* Non concurrentibus tamen circumſtantiis aggravantibus non intrat pœna confiſcationis, ſed arbitraria ipſi Judici, ut deffinitum fuit per *Regem Theodoricum* apud *Caſſiodor.Var. lib.1.epiſt.31.* ibi: *Edictali programmate deffinimus, ut ſi atroces injuriæ in quemcunque Senatorem vox injuſta præſumpſerit, noverit ſe à Prætore Urbis audiendum, ut pro qualitate facti diſcuſſa promulgatam recipiat jure ſententiam l. Illud 8.ff.de appel.Gomez Var.to.3.cap.6.num.7.* reſpondit *Rot.cor.Arguel.dec.43.n.39.cum duobus ſeqq. juncta dec.55.n.34.cum ſeq. & cor.Otthob.dec.167.n.26.*

Cæterùm Judex tunc poteſt de injuria ſibi facta cognoſcere, & jus vindictæ ſibi aſſumere in cauſa propria adverſus temerarios delin-
11 quentes *Merlin. Pignatel. Controu. forenſ. centur.2.cap.71.n.1.cum ſeqq.Prat.reſpon.crim.42. n.42.in fine, Guazzin.de defenſ.reorum defenſ.1. cap.18.nu.2.cum ſeq.* latiſſimè cumulatis concordantibus *Milaz aſſertion.56.n.7.cum plurib. ſeqq. Carlenal. de Judic. lib.1.tit.1. diſp.2.qu.7. ſeu prima n.798. Tondut.de præuent.par.2.c.46. n.1.cum ſeqq.Conciol.Reſol.crim.in Verbo Judex reſolut.7.nu.1. Chartar.dec.75. nu.14.cum ſeqq. Sanſelic.dec.63.n.1.juncto nu.7.Larrea dec.Granaten.prima n.14.par.1.*

Quod procedit non obſtante quocunque fori privilegio, ſeu exemptione delinquentis,
12 ut proſequitur *Milaz ubi ſuprà nu.9.cum ſeqq.*

Mer-

Digitized by Google

Merlin.d.cap.71.nu.8.Galeott.reſp.1.nu.4.juncto
num.24.

Adverte, prædictam opinionem eò certiùs
eſſe amplectendam, quoties injuria, vel of-
fenſa facta Judici eſt notoria, ut puta facta,
13 dùm pro Tribunali ſedebat, cùm tunc non
poſſit dici Judex in cauſa propria, ſed potiùs
Executor, ut reſpondit Pariſ.conſ.147.num.7.
cum ſeqq.vol.4.Milaz loc.cit.nu.16.cum ſeqq. &
eo caſu Judex non tenetur formare proceſ-
ſum, aut ſententiam ferre, ſed juris ordine
prætermiſſo ad punitionem incontinenti pro-
cedere valet, ut concordantibus cumulatis
docet Milaz loc.cit.nu.17.cum ſeqq. & Conciol.
d.reſol.7.n.5. ubi tamen cùm Farinac. ſubdunt
tutius eſſe proceſſum formare.

Pariterque eandem opinionem procedere
quando pœna à Conſtitutione, Lege, vel Sta-
tuto eſt certa, & determinata, quia tunc eſt
ſimplex Executor Legis, vel Statuti in defen-
14 ſionem Dignitatis, ſecùs ſi eſſet arbitraria,
prout decrevit Rex Theodoricus apud Caſſiodor.
Var.lib.1.epiſt.31. ibi: Edictali programmate
definimus, ut ſi atroces injuriæ in quemcunque
Senatorum vox injuſta præſumpſerit, noverit ſe
à Prætore Urbis audiendum, ut pro qualitate
facti diſcuſſa recipiat promulgatam jure ſenten-
tiam, & reſpondit Rot.cor.Arguel,dec.43.n.41.
Nam illo caſu cùm poſſit iracundiæ, & per-
turbationis calore arbitrando excedere mo-
dum, ei obſtat exceptio, quòd non poſſit eſſe
Judex in cauſa propria, ut diſtiugnendo te-
neut Roland.conſ.48.nu.16.vol.2.Conciol.d.reſo-
lut.7.n.6.Farinac.q.17.n.44.Guaz.d.cap.18.n.6.
Milaz ubi ſuprà nu.23.Carleval.loc.cit.ſub dicto
n.798. reſpondit Rot.in rec. dec.639.n.12.Verſ.
Poteſt cum duob.ſeqq.par.18.to.2.

Notandum tamen procedere in pœna ar-
bitraria corporali, quæ eſt actus irretracta-
15 bilis, non autem in pœna pecuniaria, quæ
quandocunque exceſſiva judicata fuerit à Ju-
dice ſuperiori, poterit reparari mediante re-
ſtitutione, ut ſublimitando declarat Carleval.
loc.cit.ſub nu.798.Verſ.Quam tamen, quem ſe-
quitur Milaz alleg. aſſertion.56.nu.23. Verſ.Sed
declarandi ſunt cum ſeq. qui tamen nu.56.cum
16 ſeq. admonet, quòd meliùs faciet Judex, ſi
eveniente caſu ad omnem ſuſpicionem evi-
tandam à cognitione ſe abſtineat, remitten-
do eam Superioribus, nam taliter ſe integer-
rimum Judicem oſtendet, & pectus ab ira, &
odio privato alienum.

Contra verbis injuriantes Bannimenta Ge-
17 neralia Status Eccleſiaſtici in cap.22.diſponunt.
„ Che neſſuna Perſona offenda, nè incarichi
„ alcuno con parole ingiurioſe, nè mentite
„ ſotto pena ſe ſarà tra' Plebei, e Contadini di
„ ſc.10. ma ſe ſarà tra Cittadini, e Perſone
„ graduate di ſc.20. & anco corporali ad arbi-
„ trio del Giudice; ma ſe un Plebeo, o Conta-
„ dino dirà ſimili parole contro un Cittadino,
„ o Gentil'uomo incorra nella detta pena pe-
„ cuniaria, e di trè tratti di corda da darſegli
„ ſubito in publico.

Injuria proveniens ex libello famoſo inter
A alias primum locum occupat, ut tradit Gar-
18 giar.de Libel.famoſ.cap.12.nu.7. & atrox judi-
catur, cùm plerumque odia, inimicitiæ, ſe-
ditiones, rixæ, & multa homicidia oriantur
in Divinæ Majeſtatis offenſam, animarum pe-
riculum, & pernicioſum quoque exemplum,
& ſcandalum plurimorum, ut animadvertit
B Pius V. in ejus Conſtitutione la 147.in Bullar.
nov.vol.2.Gargiar.ubi ſuprà nu.3. Decian.Tract.
crim.lib.3.cap.25.nu.53. Farinac.q.105.nu.440.
Cavalcan.de Brach.reg.par.5.n.261.Menoch.de
Arbitr.d.caſ.263.n.34.cum ſeqq.

Qui materiam libelli famoſi funditùs gu-
19 ſtare deſiderat, adeat Text.in l.Eum, qui ff.de
Injur.l.unic.C.de Libel.famoſ. utrobique Scriben-
tes, Farin.conſ.145.vol.1.& d.q.105.inſpect.11.
n.421.cum ſeqq. Garglar.de Libel.famoſ.Menoch.
de Arbitr.judic.d.caſ.263.n.35.cum ſeqq. Mare-
ſca penès Anel.de Sarno Prax.crimin. par.2.for-
mul.10.Vermigliol.conſ.170.cum duob.ſeqq.186.
193.& 432. Carpzov.Prax.crim.par.2.q.98.Gu-
tierez Prax.crim.q.141. Mattheù de Re crimin.
controv.74.cum ſeq. Binsfeld.de Injur,& damno
dato cap.1.q.13.concluſ.4.Berlich.Concluſ.par.5.
concluſ.67.Marta conſ.51. Cabal.Reſol.crim.271.
Conciol.Reſol.crimin.in Verbo Libellus famoſus,
Mattheù de Re crimin.controv.74. Baſilico deciſ.
crim.26.Franch.deciſ.533.ibique de Luca, Chri-
ſtinæus deciſ. Belgic.202.vol.4. Panim.deciſ.52.
ibique Annot.& alios per prædictos allegatos.

Notando ſolùm quod Beatus Pius V.in ejus
Bulla la 147.in Bullar.nov.to.2.contra ſcriben-
tes, dictantes, retinentes, tranſmittentes,
20 & non lacerantes libellos famoſos, ac con-
tra famigeratores vulgò nuncupatos Menanti
non ſolùm pœnas omnes de Jure Canonico,
& Civili impoſitas confirmavit, & approba-
vit; Verùm etiam ſibi reſervavit arbitrium
illos plectendi gravioribus pœnis, ac ultimi
ſupplicii, & confiſcationis bonorum ſecun-
dùm qualitatem facti, & perſonarum: Gre-
gorius XIII.verò in ejus Bulla la 4.in eod.to.2.
mandat hujuſmodi famigeratores ipſo facto
perpetua ignominiæ nota affici, & ſine ulla
ſpe veniæ ad Triremes, aut perpetuo, aut ad
tempus pro qualitate criminis damnari; an-
tiquis juribus contra ſcribentes, aut mitten-
tes libellos famoſos Edictis in ſuo robore
duraturis. Et in Bannimentis Generalibus c.27.
„ diſponit. „ E perche è coſa chiara, e mani-
„ feſta à tutti quanti ſiano gl'inconvenienti,
„ che ſogliono avvenire per la publicazione
„ de'libelli famoſi deſiderando S. E. oviare à
„ quelli con ogn'opportuno rimedio, ordina,
„ e comanda, che neſſuna perſona ardiſca fare,
„ o far attaccar in qualſivoglia luogo, o tempo
„ libelli famoſi, o paſquinate di qualſivoglia
„ ſorte, o maniera ancorchè in detti libelli, o
„ paſquinate ſi eſponeſſe la verità, ſcrivere, o
„ dar lettere, o memoriali ſenza nome, che
„ contengono ingiuria, o diffamazione d'altri,
„ o ſcrivere, o far ſcrivere ſcritture in proſa,
„ o in verſi, o in altra forma, che contengono
alcu.

Digitized by Google

„ alcuna ſorte di maledicenza, o detrazione, „ o calunnia de'Prencipi, o di perſone graduate, Eccleſiaſtiche, o Secolari, o d'altre perſone private, etiam ſotto preteſto di facezie, „ o d'altri colori in qualſivoglia lingua, o idioma etiam con eifre, o figure, e quelli attaccare, o dare ad altri, acciò vadino per mano di molti ad effetto, che ſi publichino, o divulghino, o vero eſemplare, o ritenere ſimili libelli, o paſquinate ſotto pena in tutti li ſuddetti caſi della vita, confiſcazione de' beni, e perpetua infamia ſecondo la qualità della perſona, o almeno della galera ad arbitrio di S. E.

Atrox etiam injuria committitur à ſtercorante, & conſpurcante murum, hoſtium, feneſtras &c. alicujus, vel cornua affingente, 21 undè in dictis *Bannimentis Generalibus c.28.* diſponitur. „ Che qualunque perſona preſumeſſe attaccare, o far attaccare, mettere, o porte corna, pitture, o altre coſe vituperoſe, e brutte alla porta, o muro, o in ſtrada avanti della caſa d'alcuna perſona, benche foſſe publica Merettice, o farvi imbrattamento d'inchioſtro, o altra ſporcizia, o bruttura, incorra in pena della galera perpetua, & anco della vita ſecondo la qualità del fatto ad arbitrio di S. E.

De tali delicto materiam tractant *Bertazzol.conſ.crim.237.n.2.et conſ.265.vol.1.Decian. Tract.crim.lib.3.cap.25.n.53. Rou.pragm.2.n.4. cum ſeqq.de Injur.Gargiar.de Libel.famoſ.cap.8. n.56.Farinac.q.105.n.469.Cabal.Reſolut.crimin. caſ.71.*

An autem injuriam injuria rectè retorquere liceat, ſecundùm communem, & receptam 22 opinionem provocatus injuriam propulſans injuriarum actione non tenetur per *Text. in l.Quæ omnia 25.Verſ.niſi fortè purgare, & Verſ. ſeqq.ff.de Procurat.l. Qui cùm major 14. §.Si libertus Verſ.Idem puto, & ſi ab eo petitus retorſit in eum crimina ff.de Bon.libert. Berlich. Concluſ.par.5.concluſ.64.nu.1.* Hæc tamen opinio ſuas patitur declarationes, & limitationes, quas vide penès *Berlich. d. concluſ.64. per tot. Georgium Adamium Struccium de Vindicta privata, & Gerhardum Pfantuch de Trobibit. retorſione.*

ADDIT. AD RUB. XXIV. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Omnis injuria facta Judici dicitur atrox.

2 Pœna contra injuriantem Judicem eſt arbitraria, & vide ibi remiſſivè.

3 Judex an, & quando poſſit procedere ad punitionem, quoties ejus Majeſtas eſt læſa.

4 De libellis famoſis materia remiſſivè.

Nu.9. Omnis injuria facta Judici dicitur atrox, 1 ut etiam tradit *Caſtellin.ad Bannimenta Romandiolæ obſeru.9.n.16.*

Num.10. Pœna contra injuriantem Judicem eſt arbitraria, ut cumulatis concordantibus fir-2 mavit * *Rota in Cracouien.vocis activæ, & paſſivæ 31.Januarii 1676.coram R.P.D.Rondan.no impreſſ.penès Nouar.Summa Bullar. dec.21.n.8. repetita in rec.dec.639.par.18. Caſtellin.ubi ſuprà n.17.* ubi vide, *& numeris ſeqq.* refert pœnam in variis caſibus inflictam, & firmat non imponi pœnam ordinariam.

Num.14. Judex, cujus Majeſtas eſt læſa poteſt procedere ad punitionem, quando pœna ali-3 quo caſu eſt determinata, cùm tunc ſit ſimplex Executor legis, in defenſionem dignitatis citra ullam ſuſpicionem excedendi modum pœnæ, ſecùs è converſo cùm tunc agatur de pœna arbitraria, ne modum excedat in arbitrando, ut diſtinguendo aliis relatis reſpondit *Rot.in d.Cracouien.penès Nouar.d.dec.21.cit. num.& cum ſeqq.*

Num.26. De libellis famoſis materiam tractan-4 tes vide *Raynald.obſeru.crim.cap.11.§.4. & 5.*

De Pœna turbatæ Poſſeſſionis.

RUBRICA VIGESIMAQUINTA.

Statuimus, & ordinamus quod quicunque in Civitate, Comitatu, vel Diſtrictu Faventiæ intraverit ſua propria auctoritate, ubi aliàs de jure non eſſet permiſſum, occupando, vel turbando poſſeſſionem rei immobilis, quæ ab alio poſſideatur, reſtituere, & dimittere compellatur, & cogatur poſſeſſionem dictæ rei ei, qui poſſidebat ipſam rem tempore, quo ſua auctoritate poſſeſſionem intravit, ſi hoc petitum fuerit, & inſuper in pœnam quinquaginta librarum bononenorum puniatur pro qualibet vice, & idem locum habere cenſe-atur in mandante, aut fieri faciente. Poſſit autem turbatus prædicta petere, tàm civiliter, quàm criminaliter, ſeù mixtim coram quocunque Iudice, etiam in uno, & eodem libello ſimul, ſuper quo ſummariè, & ſine ſtrepitu, ac figura judicii procedatur. Hoc inſuper declarato, quod liceat creditori habenti pactum, quo poſſit ingredi poſſeſſionem rei, illam ingredi ſecundùm conventionis formam. Et quod tenuta data, vel accepta auctoritate alicujus Iudicis de bonis, quæ per aliquem poſſideantur, non citato poſſeſſore legitimè, non valeat ipſa datio. Si verò citetur poſſeſſor minùs legitimè, & tenuta data fuerit abſque ſolemnitate juris, & Statutorum Civitatis Faventiæ, tunc ille prior poſſeſſor liberè poſſit tenere, & poſſidere, & quilibet Iuſdicens teneatur ipſum in ſuo jure manutenere. Et prædicta locum habeant, in tenutis tàm datis, quàm dandis. Et ſi ille, cui talis tenuta per Iudicem nulliter data fuerit, turbaverit ipſum poſſidentem, condemnetur in libris 25. bononenor. & com-

compellatur ipſam tenutam dimittere , & poſſeſſionem liberè relaxare poſſeſſori cum refe-
ctione expenſarum ſummariè , & ſine ſtrepitu , ac figura judicii, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 TUrbatio poſſeſſionis contingere poteſt, vel judicialiter, vel extrajudicialiter.

2 Turbatio poſſeſſionis judicialiter, quando committatur.

3 Turbatio poſſeſſionis extrajudicialiter committitur variis modis, de quibus ibi,

4 Turbans poſſeſſionem alterius tenetur rem reſtituere, & dominium illius ammittit, etiamſi prætendat rem eſſe ſuam.

5 Et ſi prætendat eam ſibi tanquam creditori obligatam,& hypothecatam ammittit creditum.

6 Turbans poſſeſſionem rei alienæ non ſolùm reſtituere tenetur poſſeſſionem unàcum fructibus perceptis, ſed ipſius rei æſtimationem ſolvere compellitur. Vide n.7.

8 Turbato in ſua poſſeſſione competit contra turbantem nedùm actio civilis intentando manutentionem, vel reintegrationem, verùm etiam criminalis, & quæ requirantur in utroque caſu, & vide ibi.

9 Pœna turbantis alterius poſſeſſionem quænam ſit, & n.10. ac n.12.

10 *Bulla* SIXTI V. *la* 75. diſponens contra Barones, Domicellos, Communitates, Univerſitates, & Magiſtratus Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum perturbantes, & invadentes aliena bona ſub prætextu recuperandi, & retinendi poſſeſſionem propriorum bonorum, & terminorum, ſeu limitum, & ad hunc effectum populos ad arma convocantes, quando locum habeat.

11 Poſſeſſori armis ſe in poſſeſſione manutenere licitum eſt,

13 Statutum puniens turbatorem ad ſolvendum certam ſummam pecuniarum, & reſtituendam poſſeſſionem non habet locum in turbatione inquietativa, ſed ſolùm in poſſeſſione ablativa.

Statutum diſponens unum, & aliud præſuppone͡ns non procedit, niſi quando præſuppoſitum poteſt concurrere n.13.

14 Debitor formato concurſu,& deputato Œconomo ſuper ejus bonis,ſi ulterius ſe ingerat in adminiſtratione ſemel dimiſſa, delictum proximum ſtellionatui, & falſitati committit, & ſic criminaliter poteſt puniri.

OBSERVATIO.

TUrbatio poſſeſſionis contingere poteſt,
vel judicialiter, vel extrajudicialiter,
1 ut docet *Menoch.deRetin.poſſeſs.remed.3.n.467.*
in fine.
Judicialiter enim committitur, quando
cum mandato Judicis invalido alteriùs poſ-
2 ſeſſionem ingreditur, cùm ingrediens ſciat,
vel ratione naturali ſcire poſſit, decretum
eſſe invalidum, utpotè quia conceſſum fuerit
parte non citata tradit *Menoch. d. remed.3.*
n.474.Pigant.ad Statut.Ferrariæ lib.1.rubr.81.
n.10.& Poſth.de Manut.obſeru.41.n.11.
Extrajudicialiter verò committitur variis
modis relatis à *Rebuff.in Commentar.ad conſtit.*
3 *Galliæ tit.de Materiis poſſeſſoriis art.1.gloſ.2.&*
Menoch.loc.cit.d.remed.3.nu.476.cum ſeqq.Boc-
cac.de Interd.uti poſſidet.cap.11.
Inter cæteros connumeratur, quando quis
manu propria ſibi jus dicere vult de facto
ſcienter poſſeſſionem rei alteriùs abſentis,vel
ignorantis, ac inviti ingrediendo, quo caſu
ultra reſtitutionem rei tenetur ad illius æſti-
mationem, *l.Si quis in tantam, C.Undè vi, latè*
Menoch.de Recup.poſſeſs. remed.9.n.1.cum ſeqq.
& de Retin.poſſeſs.remed 3.nu.500. Farinac. in
Fragmen.par.1.Verbo auctoritate propria n.353.
cum ſeq. ubi latè adducit declarationes.
Et tàm ſi prætendat rem eſſe ſuam, nàm
tunc nedùm illicò poſſeſſionem rei reſtituere
tenetur, verùm etiam illius dominium am-
4 mittit per *Text. in d. l. Si quis in tantam, Fa-*
rin.conſ.169.n.16.vol.2.& docent *Menoch.deRe-*
cup.poſſeſ.rem.9.n.1.cum ſeqq. & d.rem.3.n.490.
Farinac.q.175 par.1.nu.3. & in fragmen.par.1.
in Verbo auctoritate propria n.253.cum ſeq.
Quam ſi prætendat eam ſibi tanquàm cre-
ditori eſſe ſibi obligatam, & hypothecatam,
& iſto caſu creditor ammittit creditum, ju-
5 xta *Text. in l. Creditores, ff. Ad Leg. Jul. de Vi*
priu.latè Menoch.deRecuper.poſſeſs.remed.5.n.1.
cum ſeqq. ubi varias quæſtiones circa hanc
materiam examinat,
At etiam ſi res ſit aliena,nam iſto caſu non
ſolùm poſſeſſionem unàcum fructibus perce-
6 ptis reſtituit, ſed ipſius rei æſtimationem
ſolvere compellitur per *Text. in l. Si quis in*
tantam, C.Undè Vi Farinac.d.conſ.169.nu.16.&
d.q.175.n.3.ac in fragmen.loc.cit.n.254.
Adverte, quod pœna ex diſpoſitione *d.leg.*
Si quis in tantam appoſita uſu non eſt recepta,
7 & in praxi nunquam ſervari vidiſſe teſtatur
Farinac.alleg.q.175.par.1.ſub n.144.
Turbato competit contra turbantem ne-
dùm actio civilis, ut docet *D. meus Raynald.*
obſeru.crim. poſt hæc ſcripta impreſſ. *vol.3.*
cap.25.§.4.n.96. intentando manutentionem,
8 prout quotidiè practicatur, ut docet *Boccacc.*
de Interdict.uti poſſidetis cap.11.ſub nu.13.Poſt.
de Manut.obſeru.41. vel reintegrationem, quę
competit contra ſpoliatorem latè *Ridolphin.*
Prax.par.2.cap.14. Et eo caſu non requiritur
probatio doli, vel culpæ, ut diſtinguendo do-
cet *Menoc.deRetin.d.rem.3.n.604.* Niſi ageretur
pro refectione damnorum, & intereſſe paſſo-
rum ex cauſa turbationis, nam tunc requiri-
tur probatio culpæ, ut declarat *Menoch.dicto*
remed.3.n.605.
Verùm etiam criminalis,ut tradit *Menoch.*
d.remed.3.n.606.Boccac.deInterdict.uti poſſidetis
cap.11.n.44.& cap.12.n.4.Farinac.q.100.cap.1.
nu.38.cum duobus ſeqq. ubi teſtatur quotidiè
pro

Digitized by Google

pro turbata poſſeſſioue criminalitcr agi *Fenzon.ad Statut.Vrbis lib.1.cap.168.n.18.* & docet *D.meus Rynald.d.cap.25.§.4.num.96.cum duobus ſeqq. vol.3*, ubi etiam animadvertit, quod licet competat tàm actio civilis, quàm criminalis, tamen una via electa ceſſat altera, ſed finito judicio civili, poteſt confugi ad criminalem accuſationem: Imò ſi facta ſint diverſa, una actio non præjudicat alteri. Et iſto caſu requiritur probatio doli, ut proſequitur *Menoch.d.remed.3.nu.606.cum ſeqq. Boccac.d.cap.11.n.47.& cap.12.n.5.cum duob.ſeqq. juncto n.18.& infrà in obſeru.ad Rubr.11.lib.5. n.4.& 10.*

Quæ probatio reſultat ex indiciis, præſumptionibus, & conjecturis adductis per eundem *Men.eod.remed.3.n.618.& ſeqq.* ubi *n.626. cum ſeqq.* refert cauſas excuſantes à dolo perturbatorem.

Notando, quod ad hoc ut agi valeat criminaliter requiritur invaſio violenta in turbatore ut tenent *Cancer.Var. reſol.par.3.cap.4. n.255.cum tribus ſeqq. Farinac.d.qu.175.par.1. n.142.Pigaut.ad Statut.Ferrariæ lib.1.Rubr.81. nu.7.ſub verſ.Quod tamen, ut infrà in obſeru. ad Rub.11.l.5.n.10.*

Pœna autem de jure communi regulatur
9 ab actione injuriarum, quæ competit contra
turbatorem, ut tradunt *Jacòb de Aren. in l. unic.n.5. C.Uti poſſidetis Bart.in l.Exſtat n.4.ff. Quod metus cauſa, Menoch.cit. remed.3.nu.606. Boccac.d.cap.11.n.4. Farinac.q.100. cap.1.n.38.*

Ex diſpoſitione verò *Statutorum*, quæ ſubrogantur loco *Juris communis* infligenda eſt pęna, prout eadem *Statuta* diſponunt referendo nonnulla Statuta proſequitur, *Menoch. eod. n.606.Verſ.Statutorum Conſtitutionibus cum ſeq.*

Cæterùm in Provincia Marchiæ viget diſpoſitio *Conſtitutionis Ægidianæ lib.4. cap.67.* cujus verba præciſa regiſtrantur etiam *à Boccac.cit.cap.12.n.2.*

In toto Statu Eccleſiaſtico verò illa *Bullæ* SIXTI V.*la 75.in Bullar.nou.to.2.* contra Barones, Domicellos Communitates, Univerſita-
10 tes, & Magiſtratus Civitatum, Oppidorum,
Terrarum, Caſtrorum, & Locorum perturbantes, & invadentes aliena bona ſub prætextu recuperandi, & retinendi poſſeſſionem propriorum bonorum, & terminorum, ſeu limitum, & ad hunc effectum populos ad arma convocantes, circa cujus intelligentiam ſcripſit. *Spad.impreſs.inter conſil.Farinac.vol.3. conſ.229. idem Farinac.conſ.65.vol.1. & dicta q.175.n.85.cum ſeq.ac in addit.ad q.113.D.meus Raynal.d.cap.25.§.4.n.9.cum ſeqq.vol.3.& Rot. coram Arguel.dec.24.n.18.cum ſeq.* qui unanimiter firmarunt, prædictam *Conſtitutionem Sixtinam*, prohibere quidem armatam pro defenſione poſſeſſionis violenter, & de facto adeptæ, non autem pro retinenda, ſeu defendenda poſſeſſione legitima, & juſta, in qua licitum eſt poſſeſſori etiam cum vi, & armis ſe manutenere ad expellendum attentantem, turbantem, & invadentem.

Necnon ſervantur *Bannimenta generalia*
12 *Status Eccleſiaſtici in cap.69.* diſponentia, ibi:
,, Vuole in oltre, e comanda S.E., che per l'av-
,, venire perſona alcuna, come ſopra, non poſ-
,, ſa, nè debba pigliar poſſeſſo de' beni ſtabili
,, ſenza licenza del Governatore, o altri Giu-
,, dici, e ſenza il mezzo della Cott, o conſen-
,, ſo della Parte ſotto pena di ſcudi 100. d'oro,
,, & altre ad arbitrio, e nella ſopradetta pena
,, caſchi il Notaro, che ſe ne rogaſſe, e che non
,, ſia perſona alcuna, come ſopra, che preſuma
,, di propria autorità ſotto qualſivoglia colore
,, di ragione, che pretendeſſe d'avere di ſpo-
,, gliare, nè turbare altri nella ſua poſſeſſione
,, de' beni immobili ſotto la medema pena di
,, ſcudi cento d'oro, di trè tratti di corda in
,, publico per ciaſcuno, e ciaſcuna volta, che
,, contrafarà oltre le pene delle Conſtituzioni
,, Apoſtoliche, e particolarmente di quella di
,, SISTO V. fel:me: nelli caſi ſuoi, e della ragion
,, commune, o Statutaria, e nella medema pe-
,, na caſchi il Notaro, che ſi rogaſſe di tal poſ-
,, ſeſſo, il quale s'intenderà nullo, & invalido
,, *ipſo jure*, & *in cap.70.* ibi: ,, Nè anco ſia le-
,, cito ad alcuno, come ſopra, nelli beni mo-
,, bili di propria autorità farſi ragione, o eſe-
,, cuzione ſotto le pene predette, & in ogni
,, caſo di poſſeſſi, o turbazione di ſtabili, o di
,, cosi fatte contravenzioni ne'mobili, ſe per
,, tal cauſa ne ſeguiſſe offeſa corporale, oltre
,, le dette pene, il delinquente caſchi in pena di
,, ogni offeſa, e delitto, che ſucceda cosi dalla
,, parte ſua, come dell'avverſario.

Advertendum, quod Statuto puniente turbatorem ad ſolvendum certam ſummam pecuniarum, & reſtituendam poſſeſſionem, non
13 habet locum ejus diſpoſitio in turbatione
inquietativa, cùm in ea non poſſit cadere poſſeſſionis reſtitutio, ſed tantùm procedit in poſſeſſione ablativa, & ſic in eo, qui non ſolum turbavit, ſed etiam ſpoliavit, nam Statutum unum diſponens, & aliud præſupponens non procedit, niſi quando præſuppoſitum poteſt concurrere, ut per *Gloſs.in l.Mancipia Verbo auocandum, C.de Seru.fugitiu.* pro ſingulati notat *Roman.ſingul.95.* quem ſequuntur *Dec.conſ.233.n.7.Cirocb.diſcept.45.n.51.& Surd.dec.65.n.10.*

In propoſito notandum eſt etiam quod debitor formato concurſu, & ejus bonis de-
14 putato Adminiſtratore, ſeu Æconomo, ſi
ulterius ſe ingerat in adminiſtratione ſemel dimiſſa, locando fundos, & exigendo debita, & fructus colligendo delictum proximum Stellionatui, & falſitati committit, tùm violando, & contemnendo ſequeſtrum à Judice appoſitum, tùm quaſi furtivè ſubtrahendo bona Creditorum ſatisfactioni deſtinata, ac fidem eiſdem creditoribus datam frangendo, undè criminaliter poteſt puniri, ut comprobando firmat *Salgad. Labyrint. credit.par.1.cap.14.n.92.cum ſeq.*

De Sponſalibus non contrahendis abſque conſenſu Aſcendentium, vel Conjunctorum.

RUBRICA VIGESIMASEXTA.

MAlos motes, & facinora in Republica ſeminantes compeſcere, ac removere cupientes, ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus cujuſcunque conditionis, dignitatis, aut gradus audeat, vel præſumat mulierem aliquam minorem annis 20. in uxorem accipere, deſponſare per verba de futuro, aut ad domum traſducere ſine expreſſo Patris, aut alteriùs Aſcendentis conſenſu, ubi talis mulier Patrem, vel alium Aſcendentem habuerit, ſi autem Patre ipſo, vel Aſcendente alio caruerit ſine aſſenſu Fratris, Patrui, Conſobrini, aùt alteriùs cujuſcunque Conſanguinei, ad quem, vel ex Patris ordinatione, aùt Juris communis, vel Statutorum diſpoſitione præfatæ mulieris nubendæ onus pertineat. Et ſi ſecùs, vel prętet fieri contingat, careat omninò ipſe Maritus omni commodo, jure, & actione conſequendi dotem aliquam, tàm ex juris communis forma, quam ex Patris ipſius mulieris, vel alteriùs cujuſcunque ordinatione inter vivos, vel mortis cauſa, aùt alia quavis ultima voluntare, declaratam, promiſſam, relictam, aùt debitam, & nullus Juſdicens talem, ſic furtivè uxorem ſuſcipientem ad dictæ dotis portionem admittere debeat, ſed omninò ipſum repellat. Prædicta tamen ceſſare volumus, ubi alius quàm Pater, ad quem mulieris nubendæ, & dotandæ onus pertinebat negligens fuerit, & in ea perſeveraverit negligentia uſque ad annos 20. ipſius mulieris, & ultra, poſt ætatem ènim annorum 20. mulier quamvis non ſui juris liberè nubat, & eam quilibet accipere valeat, & poſſit, cum integra, ac illæſa dotis actione.

SUMMARIUM.

1 MAtrimonium filiifamiliæ abſque conſenſu Parentum valet de Jure Canonico tàm antiquo, quàm moderno, & contrarium aſſerere eſt hæreticum, & num. 2. cum ſeqq. Contratium tenentes teprobantur n. 12.

Libertas omnimoda in contractu matrimonii requiritur n. 1.

2 Affirmans matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu Parentum contracta irrita eſſe, & Parentes ea rata, vel irrita facere poſſe, anathemate damnatur *à Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat.*

3 Patria poteſtas non attenditur in conttactu matrimonii filiifamilias.

4 Filiusfamilias Religionem validè profitetur iovito Patre.

Valet argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale, & è contra n. 4.

5 Parentum conſenſus in contractu matrimonii filii requiritur de honeſtate, non autem de neceſſitate.

6 Peccatum mortale committir filiusfamilias contrahens matrimonium inconſultis Parentibus. Declara n. 9.

Maximè ſi cum perſona indigna, ſeu renuente Patte n. 8.

7 Matrimonium filiifamilias contractum inconſultis Parentibus appellatur adultetium.

10 Parochus in contractu mattimonii filiifamiliæ inquirere debet conſenſum tàm inter Sponſum, & Sponſam, quàm eorum Parentum.

11 Filiafamilias non debet ſibi virum eligere, cum repugnet virginali pudori.

13 *Decreto, Decretali, Sexto, Clementinis, & Extravagantibus* non poteſt quidquam addi, vel immutari.

14 *Can. aliter 30. q. 5.* quid diſponat.

15 *Concil. Aurelianen. IV. cap. 24.* quomodò intelligendum ſit.

16 *Can. noſtrates cauſ. 30. q. 5.* quomodò intelligatur.

Can. honorantur cauſ. 32. q. 2. quomodò intelligatur n. 16.

Can. 1. qu. 32. cauſ. 32. quomodò intelligatur. num. 16.

17 *Dartis in commentar. decret. par. 2. cauſ. 30 q. 5. pag. 313. cum ſeqq.* impugnatur.

18 Diſpoſitio *Juris Civilis* non eſt attendenda in materia Spirituali, & Sacramentali, maximè quando illud fuit correctum à *Jure Canonico*.

19 *Conc. Toletan. III. cap. 10.* quid diſponat.

20 *Conc. Triden.* in Gallia, exceptis fidei articulis, non fuit receptum.

21 Conſuetudo contra *Canones* introduci non poreſt, deficiente approbatione ſaltem tacita Pontificis, quæ debet per aliquem actum explicari, prævia ſcientia ſpeciali, & individua, & n. 22.

22 *Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. 4. nu. 11.* reprobatur.

23 Conſenſus expreſſus Papæ ultra ſcientiam requiritur ad inducendam conſuetudinem contra *Canones*, non obſtante quovis lapſu temporis.

24 Statutum Laicale, ſeu lex imponens pœnam filiis familię contrahentibus matrimonium abſque conſenſu Parentum valet, & quarè. Contrarium. 25. & quarè n. 27. ac 28.

Itaut ſi Judex Laicus velit procedere, & exigere pœnam Statuti poteſt per Judicem Eccleſiaſticum inhiberi.

28 Vaſa Sacta non ſubjacent poteſtati ſæculari.

29 Cauſæ Mattimoniales à ſolo Judice Eccleſiaſtico judicantur.

30 Superior Eccleſiaſticus ſolummodò poteſt

jus

jus condere in materia Matrimoniali.

Forum ſortiri, & Statutis ligati à pari procedunt n.30.

31 Contrahens Matrimonium juxta diſpoſitionem *Sacrorum Canonum* pœnam à Statuto laicali impoſitam non meretur.

33 *Bart.in l.Edicimus n.2.C.de Murilegulis lib.11.* defenditur.

Bald.in l.Omnem n.15.C.ad S.C.Tertull. defenditur n.33.

34 Decretum *Conc.Trid.ſeſs.24.cap.1.de Reform.* emanavit de Anno 1563.

Concil.Triden. publicatum fuit de Anno 1564. num.34.

35 *Joannes Faventinus Sacrorum Canonum expoſitor* laudatur.

36 Matrimonium contractum à filiisfamilias ſine conſenſu Parentum pro raptu habetur.

37 Exhæredationis pœna impoſita à Statuto laicali filio familiæ contrahenti Matrimonium, abſque conſenſu Parentum non tenet.

38 Filiusfamilias, vel filiafamilias contrahens Matrimonium abſque conſenſu Patris non poteſt ab eo exhæredari.

39 Quid ſi contractum fuerit cum indigno, vel indigna remiſſivè.

40 Parentes ſcientes filium, vel filiam contracturos eſſe indecens, & indignum matrimonium, ex quo ſcandala, & infelices exitus evenire poſſunt, impedire illud valent mediante recurſu ad Superiores, & nu.42. Ampl.n.41.

43 Matrimonia cum indignis contracta à filiisfamilias contrà voluntatem Parentum infelicem exitum habere ſolent, & quarè.

44 Reges, & Principes Sæculares non poſſunt, quidquam validè ſtatuere tàm circa eſſentiam Matrimonii, quàm circa impedimenta, & dirimentia illius, cùm id ſit reſervatum Eccleſiæ privativè quoad omnes alios.

Fragoſ. de Regim.Reipub. par.1.lib.2.diſp.4.§.2. n.281.cum ſeqq. impugnatur n.44.

45 Statutum prohibens filiæ familiæ contractum Matrimonii antè vigeſimum annum ſub pœna ammiſſionis dotis valet.

46 Statutum, Conſtitutio, vel alia adimens Lucrum in caſu Matrimonii contracti cum Forenſe, vel alio genere perſonarum valet; ſecùs ſi ſimpliciter prohibeat Matrimonium cum Forenſe, vel alio genere perſonarum.

OBSERVATIO.

MAtrimonium à filiisfam. contractum ab-
ſque conſenſu Parentum valet, cum om-
1 nimoda libertas in eo exigatur tàm de *Jure
Canonico antiquo, ut in can. ſufficiat 27. qu. 2.
cap. penult. de Raptor. cap.cum virum de Regul.*
& tenuerunt *Jo. Andr.in cap.ſtatutum nu.2. de
Hæretic.in 6.gloſſ. in cap. hoc ſanctum 32. qu.2.*
cum aliis adductis per *Borell.Summ.dec.tom.3.
tit.1.nu.281. cum ſeq.* egregiè confutatis contrariis
reſpondit *Alex.conſ. 97. num. 2. cum
ſeqq.& per tot.vol.1. Fontanell.de Pact.nuptial.
clauſ.4.gloſſ.2.nu.1.cum ſeq.& Maſtrill.dec.163.
nu.10. cum ſeqq.* quàm de moderno ex *decreto
Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de Reform.* ubi
anathemate damnat eos, qui falsò affirmant
matrimonia à filiisfam. ſine conſenſu Paren-
2 tum contracta irrita eſſe, & Parentes ea rata,
vèl irrita facere poſſe, & ſequendo hanc
opinionem ſecundùm *Jus canonicum antiquum,
& modernum* firmant *Fagnan. in cap.
tua num. 21. cum ſeq.* ubi etiam plenè *Gonzalez
Tellez nu.10. & Barboſ. nu. 4. de Deſponſat.
impuber. Guttier. de Matrim. cap.79. nu.1.
& Canon. qq. cap.20. nu.1. cum ſeq. Sanch.de
Matrim. lib.4. diſp.22. nu.3. Barboſ.de Offic. &
poteſt. Paroch. par.2. cap.11. nu.1. Fontanell.de
Pact. nupt. loc. cit. num. 3. Capon. diſcept. 160.
nu.16. tom. 3.* ubi quod hodiè poſt *Conc. Trid.*
hoc eſt de Fide, & contrarium aſſerere eſt
hæreticum *Maſtrill. loc. allegat. Borell. ubi ſupra
nu.28. cum ſeq.* reſpondit *Rot.in rec.dec.93.
nu.3. cum ſeq. p.14.*

Eòque facilius amplectenda eſt hæc opinio,
quià cum agatur de Sacramento matrimonii,
3 quod eſt quid ſpirituale non attenditur patria
poteſtas per *text. in cap. final. de Judic. in 6.*
advertit *Gonzal.Tellez. ubi ſupra ſub n.10. Eſcobar.de
Purit.& nobilit. par.1. q.4. §.7. n.98.*

Ac comprobatur ex eo, quod ſicut filiusfam.
inuito Patre validè Religionem profite-
4 tur, *l.Deo nobis, C.de Epiſcop.& Cleric.* ità matrimonium
quoquè abſquè conſenſu Patris
contrahit, cum valeat argumentum de Matrimonio
carnali ad ſpirituale, & è contra
ad text.in cap. inter de Tranſlat. Epiſcop. & in
hoc propoſito firmat *Gonzal.Tellez. loc.cit.ſub
eod. nu.10. Eſcob. loc.cit.*

Conſenſus tamen Parentum requiritur
dumtaxat de honeſtate, non autem de neceſ-
5 ſitate ut firmant *Barboſ.in dicto cap.tua n.4.* ubi
etiam *Gonzalez Tellez n.6. Alex. cit. conſ. 97.
nu.4. Salernit. conſ. 15. nu.20.cum ſeqq. lib. 1.
Ciarlin. controv. cap.104. nu.28.Capiblanch.de
Baron. pragm. 9. ſub n.23. Fontanell. d. clauſ.4.
gloſſ. 2. nu.4. cum ſeq. Sanch de Matrim. lib. 4.
diſp. 22. nu.4 Capon. Diſcept. foren. tom. 3. diſcept.160.
n.17. Maſtrill. dec.163. n.20.* Undè
6 filiifamilias committunt peccatum mortale,
ſi inconſultis Parentibus contrahant matrimonium
ob irreverentiam ergà eos commiſſam,
nam matrimonia talitèr contracta *ſacris
Canonibus* adeò inviſa, & exoſa ſunt, ut appellentur
adulteria, ſtupra, & fornicationes,
cum in re gravi illis iniuriam faciant, & con-
7 traveniant præcepto *Divino*, ut tradunt *Gonzalez
Tellez loc. cit.ſub n.12. Navarr.Manual.
cap.14.nu.15. Medin. in Summ.lib.4.c.14.§.14.
Henriq.de Matrim. l.1.cap.19. prop.3.Pet. Ledeſm.
eod. tract.qu.47. art.6. dub.2. Sanch. paritèr
eod.tract. lib.4. diſp.23. nu.10. Capon.loc.
cit. nu.17. Capiblanch. ubi ſupra Fontanell.de
Pact.nupt. clauſ. 4. gloſſ. 2. nu.6.cum ſeq.*

Vid. Pulchram Diſſertationē in fine hujus Voluminis pag. 637.

Eò certius ſi contrahatur cum perſona indigna
Ciriac. controv. 343. nu.8. maximè Pa-
8 tre renuente *Eſcobar de Purit.& nobilit. par.1.
qu.4.*

Digitized by Google

qu.4. §.7. nu.98. Guttier.de Matrim.c.79.n.16.
Bonac.eod. tract. qu.4. punct.17. num.18. Tran-
chedin. conſultat.33. n.3.cum ſeq.

Advertendo tamen tunc incurrere pecca-
tum mortale ob crimen irreverentiæ , quan-
9 dò ceſſat rationabilis cauſa , ſecus verò ſi ju-
ſta, & rationabilis concurrat , utpotè quia
timeatur Parentes iniuſtè impedituros ma-
trimonium, vel militer alia rationabilis cau-
ſa occultandi matrimonium Parentibus , ut
declarant *Barboſ.in Collect.Concil.Trid.d.ſeſſ.24*
cap.1. ſub num.2. de Reform. Salern. d. conſ.15.
nu.21. cum ſeqq. l.1.& in ejus Diſcept.inſcripta
Matrimonii valor. ad Francorum oppugnationi-
bus vendicatus Matriti impreſſ. de anno 1636.
ſub nu.15. Guttierr. Canonic. qq. c.20. nu.3. &
de Matrim.d. cap.79. nu.19. cum duob. ſeq.San-
chez eod. tract. cit. diſp. 23. nu.8. & Ciriac. d.
contr.343. nu.7.

Undè Parochus diligenter inquirere debet
conſenſum tàm inter Sponſum , & Sponſam ,
10 quàm eorum Parentum, cum in re tàm gra-
vi honeſtum ſit quod filii conſilio , & volun-
tati Parentum ſubiaceant , ut admonet *Bar-*
boſ. de Offic. Paroch. par.2. cap. 21. ſub num. 1.
Quod eo magis procedit in filia , cum virgi-
11 nali pudori repugnet virum eligere *can. hor-*
tantur 32. qu.2. Paſchal. de Virib. patr. poteſt.
par.2. cap. 5. nu.20.

Nec turbant *DD.* pro nullitate matrimonii
tenentes ; Etenim multi ſunt Auctores Ultra-
12 montani damnatæ memoriæ , nempè *Corrad.*
Rittherſus jus Diſſert. Jur. civil. & can. lib. 1.
cap.3.Vurmiſerus Contr.jur.lib.1.tit.10.contr.5.
Georgius Accacius de Privil. parent. & liber.
privil.6. cap.6.cum ſeqq.Chriſtianus Kiebenthal.
Colleg. politic. exercit.2. q.14.Harprecht inſtit.
tom.2. tit.de Nupt. à nu.46, uſque ad 147.Gen-
tilis l..4. de Nupt. c.8. Hilligerus in Donellum
enucleatum tom.1. lib.13. c.20. lit.Q. Carrnſius
l.1. Miſcell. c. 17. n.6. & ſeq. Bocerius claſſ. 1.
diſp.9. theſ. 8. Arniſens de Jur. connub. cap. 3.
ſect.10.& antequam Lutheraniſmum abiuraſ-
ſet *Beſoldus diſcurſ. de Nuupt. c.9. num.1. Nun-*
nius lib.1. Var. reſol. Iur. civil. tract. 3. qu.18.
Ca rpzou.Iuriſprudentia Conſiſtorialis l. 2. tit.3.
definit. 38. cum ſeq. undè non mirum ſi ſpreta
etiam diſpoſitione *Conc. Trident.*hanc opinio-
nem ſequuti fuerunt .

Alii opinantes , quod etiàm in primis Ec-
cleſiæ temporibus matrimonia ſine Parentum
conſenſu Jure Eccleſiaſtico irrita eſſe, ſe præ-
cipuè fundarunt in decreto *Evariſti Papæ*, de
quo *in can. alitèr 30. q.5. & in Conc. Aurelia-*
nen. IV. cap. 24. prout cæteris relatis tuetur
Pont.de Matrim. l.2. c.1. §.1. ſed à *Pontio* ver-
ba eiuſdem *Canonis* debita ingenuitate non re-
feruntur , cum loco dictionis *niſi* ſubrogave-
rit *etiamſi* , quæ ſtat ampliativè , non autem
limitativè , ſicuti illa dictio, *niſi* , ibi , *niſi vo-*
luntas propria ſuffragaverit , quæ verba non
poſſunt alterari , attenta *Conſtitut.* GREGORII
XIII. *incipien. Cum pro munere ſub Dat. 1. Iulii*
1580. *& impreſſu in princ. Decreti* , in qua ſub
pęna excommunicationis latæ ſententiæ preci-
13 pit, ne *Gratiani Decreto*, GREGORII IX. *Decreta-*
li ſexto,Clementinis,& Extravagantibus de eius
mandato recognitis , correctis , expurgatis ,
impreſſis , & divulgatis quidquam addatur ,
detrahatur , vel immutetur .

Ultrà quod *decretum Evariſti* non diſponit,
quod deficientibus variis ſolemnitatibus in
eo præſcriptis, inter quæ conſenſus Parentum
14 Coniugia inita , ſint nulla , ſed tantum , ut
tanquàm clandeſtina reputentur illegitima ,
ac veluti fornicationes , & adulteria in foro
externo , ut interpretati ſunt *Fagnan. in cap.*
tua nu.21. cum ſeq. ubi etiam egregiè *Gonza-*
lez Tellez nu. 11. de Deſponſ. impub. Card. Bel-
larmin.de Matrim. l.1. c.20.

Concilium verò *Aurelian.*intelligendum eſt,
quoad thorum, & cohabitationem, non quo-
15 ad fœdus, & conjugii validitatem, ut optimè
reſpondit *Fagnan. in cit. cap.tua nu.22.*

Pariterque *Can.noſtrates cauſ. 30. qu.5.Can.*
honorantur cauſ.32. q.2.& can.1. qu.3.cauſ.32.
diſponentes circà conſenſumParentum intel-
16 ligendi ſunt , cum exigi potiùs ex honeſtare,
quàm ex neceſſitate , ut tradunt *Gonzalez*
Tellez in allegat. cap.tua ſub nu.6.& 12. ibique
Barboſ.nu.4. & Boſſ.de Contract.matrim.cap.11.
§. 6. nu.60.

Et demum non refragatur *Dartis in Com-*
ment. decret. par.2. cauſ.30. qu.5. pag.313.cum
17 *ſeqq.* tenens matrimonium contractum à fi-
lio familias ſub patria poteſtate exiſtente ,
vel ab emancipato antè annum vigeſimum
quintum eſſe nullum , non obſtante diſpoſi-
tione *Concilii Tridentini ſupracit. ſeſſ. 24.*
cap.1. de Reformat. ſe fundans *in l. Nuptiæ la*
ſeconda , & l. Filiusfam. ff. de Ritu nupt. l. Nec
filium C. de Nupt. inſtit. de Nupt. & in dd. can.
aliter 30. qu.5. can.honorantur 32. qu.2. can.1.
32. qu. 3. ac in Conc. Tolet. III. cap. 10. prædi-
ctum verò *Decretum Concilii Trid.* vel eſſe in-
telligendum de matrimonio contracto à filiis
emancipatis ut legitur *in pag.318. litt. D.pag.*
*ſeq.*vel eius diſpoſitionem non ſervari ubi vi-
get patria poteſtas , ſicut nec ubi illud non
fuit acceptatum , prout in Gallia , ſed ibi at-
tendendæ ſunt Patriæ leges, ac Regionis con-
ſuetudo,quæ etiam præſervata fuit ab eodem
Concilio Tridentino , mediantibus illis verbis ,
ſi quæ Provinciæ aliis ultrà prædictas laudabili-
bus conſuetudinibus , & cæremoniis hac in re
utuntur , eas omninò retineri ſancta Synodus ve-
hementer optat, ut in p 316. verſ. Aliud.

Etenim diſpoſitio *Iuris Civilis* non eſt at-
tendenda in hac materia ſpirituali , & Sacra-
mentali , maximè cum fuerit correcta, & ab-
18 rogata à *Iure Canonico* , tàm antiquo , quam
moderno *ex allegatis ſuprà in princ.* quod eſt
ſervandum . Nec Canones allegari requirunt
de neceſſitate pro validitate matrimonii con-
ſenſum Parentum , ſed tantummodò de ho-
neſtate, *ex Tellez, Barboſ. Capon. Boſſ. & aliis*
ſuperiùs citatis,& Concil.Toletanum III. d.c.10.
tantum diſponit quod Pater non poteſt co-

19 ge-

Digitized by Google

19 gere invitum, ut aliquam in uxorem ducat,
non autem quòd in contractu matrimonii fi-
lii requiratur conſenſus Parentum. *Conc.* tan-
dem *Tridentini* diſpoſitio non poteſt reſtringi
ad matrimonium filii emancipati, cum Pa-
tres in eo decreto definiendo potiùs profeſſi
fuerint abolere circà contractum matrimonii
jus patriæ poteſtatis, quod eſt fundatum in
diſpoſitione *juris Civilis* in materia ſpirituali,
& ſacramentali non attendenda.

Et quamvis in Gallia *Concilium Tridenti-*
20 *num*, exceptis Fidei articulis, non fuerit re-
ceptum, ut teſtatur *clar. mem. Card. Pallavi-
cinus in ejus Hiſtoria lib.24. c.10. n.15. & cap.
ſeq. n.2. cum duobus ſeqq.* adhùc viget diſpoſi-
tio *juris Canonici antiqui, ut in can. ſuprà in
princ. allegatis* contrà quos non potuit ulla
21 conſuetudo introduci, cum deficiat appro-
batio ſaltèm tacita Pontificis, quæ debet per
aliquem actum explicari prævia ſcientia ſpe-
ciali, & individua, non ſuffragante ſola diſ-
ſimulatione, ut admonet Alexander III. *in
cap. ſuper de Cognat. ſpirituali*, & in terminis
circà impedimentum dirimens matrimo-
nium egregiè reprobato *Sanchez* tanquàm
opinioni ſingulari adhærente *in tract. de Ma-*
22 *trim. l.7. diſp.4. nu.11.* reſpondit *Fagnan. in
cap. utrum autem nu.9. cum ſeq. de Cognat. ſpi-
rituali*. Nam ultrà uſum longeuum, & cau-
ſam rationabilem requiritur conſenſus Papæ,
penès quem ſolùm reſidet auctoritas Leges
ferendi in materia Eccleſiaſtica, & ſpirituali,
non autem penès Populum, qui nullam habet
poteſtatem ferendi Leges canonicas, ut latè
docet *Gonzal. Tellez in cap. 1. nu.11. cum ſeq.
de Conſuet.* & quod ad inducendam conſuetu-
dinem contrà Canones requiratur ultra ſcien-
23 tiam expreſſus conſenſus Papæ, quia cùm
Summus Pontifex non habeat poteſtatem à
populo, ſed immediatè à Deo, Populus non
eſt, qui inducit conſuetudinem contrà Cano-
nes, ſed auctoritas Papæ, cujus voluntas in-
ducendi conſuetudinem non poteſt deduci,
niſi accedat illius conſenſus expreſſus, ut la-
tè comprobando reſpondit *Rota coram Cocci-
no dec.1552. nu.17. verſ. ſecundo, cum ſeq.* alio-
quin potius corruptela judicatur non obſtan-
te quovis temporis lapſu *Gonzal. Tellez loco
mox allegato*, & reſpondit *Rot. in rec. dec. 281.
nu.17. cum ſeq. p.15.*

Admiſſa pro veriori, communiori, & ma-
gis recepta ſententia, militante pro validitate
matrimonii, adhùc Lex, ſeù Statutum laicale
imponens pœnam filiisfam. contrahentibus
matrimonium abſque conſenſu Parentum va-
24 let, non quia vetet ſubſtantiam matrimonii,
illudque irritet, quod facere non poteſt, ſed
quià punit malos mores, & in Rep. facinora
ſeminantes, cùm contrahere matrimonium
ſine conſenſu Parentum ſit contrà bonos mo-
res ob irreverentiam erga eos iuxtà doctri-
nam, *Bart. in l. Edicimus nu.2. C. de Murilegulis
lib.11. & Bald. in l. Omnem ſub nu.15. C. ad S.C.
Tertull. ac in Rubr. de Conſtit. in fine*, reſpondit
*Franc. Salern. d. conſ.15. nu.32. cum ſeq. lib.1.
Torre de Pact. futur. ſucceſſ. lib.3. cap. 1. n.44.*
ubi de Statuto prohibente, ne filia nubat ab-
ſque conſenſu Patris ſub pœna exhæreda-
tionis.

Contrarium tamen, quod huiuſmodi Le-
ges, ſeù Statuta non valeant, tùm quia cen-
ſentur contrà eam omnimodam libertatem,
25 quæ in matrimoniis requiritur abſque eo,
quod metu pœnæ fundatæ in injuria paterna
reſtringi valeat, tùm etiam quia matrimonia
ſunt res ſpirituales, in quibus ſæcularis Ma-
giſtratus iuriſdictionem non habet juxtà ori-
ginalem doctrinam *Jo. Andr. in cap. Statutum
nu.2. de Hæretic. in 6. Felin. in cap.1. nu.13. de
Sponſal.* egregiè confutatis omnibus funda-
mentis contrariæ opinionis ſequutus fuit in
caſu Statuti noſtro ſimilis *Alexand. conſ. 97.
nu.2. cum ſeqq. & per tot. vol.1.* ubi *in fine* te-
ſtatur contrariam opinionem *Baldi* magis
communiter eſſe reprobatam, & veriorem
eſſe hanc: *Jo. Andrea, Dec. conſ. 231. per tot.*
ubi reprobat *Bartoli* opinionem, *Plot. conſ.87.
nu.13. inter conſil. matrim. Ziletti*, & tenent
*Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.24. cap. 1. 4. de Re-
form. Belleet. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. 6. de
Exempt. §.4. nu.47. Baron. de Citat. tom.3. ſin-
gular.137. nu.13. Dian. tom. 1. tract. 2. de Im-
munit. Eccleſ. reſol. 75. & 104. Marta de Juriſ-
dict. par.4. centur.1. caſ.70. num.5. cum ſeqq. &
caſ. 71. nu.6. cum ſeq. Borell. Summ. dec. tom.3.
tit.1. nu.281. cum ſeq. Fontanell. de Pact. nupt.
clauſ.4. gloſſ.2. n.1. cum pluribus ſeqq. ubi n.26.*
poſt relatam utramque opinionem hanc ſe-
quitur contrà *Conſtitutionem Regni Cathaloniæ,
& reſolutionem Senatus, Del Bene de Immunit.
Eccleſ. cap.8. dub. 19. ſect. 3. ubi num.3.* docet
quòd in caſu contingenti Judex Eccleſiaſticus
debet ſe intrommittere ne pœna à Principe
Laico impoſita exigatur, & inhibere eius Mi-
niſtris, nè hoc permittant, *Ciarlin. Controv.
lib.1. cap.104. n.3.* juncto *n.23. verſ. Et hæc cum
ſeqq.* ubi *nu.34. cum ſeq.* docet, quòd ſi Judex
laicus velit procedere, & exigere pœnam
Statuti poterit per Judicem Eccleſiaſticum
26 inhiberi, *Card. de Luca Annot. ad Concil. Trid.
diſcurſ.26. nu.36. Cartar. dec.36. nu.38.* ubi cir-
cà contractum matrimonii cum Gibellino,
*Maſtrill. dec.163. nu.17. cum duobus ſeqq. Giz-
zarell. dec. 62. num.6. Rota coram Cavaler. de-
ciſ.447. nu.4. verſ. nec mirum, coram Penia de-
ciſ. 517. nu.5. ſecundùm impreſſ. Lugdunen. cor.
Carillo dec.271. n.4. cum duobus ſeqq.*

Nàm matrimonium inter fideles non ſo-
lùm habet rationem contractus, ſed ex inſti-
tutione Christi elevatus eſt ad rationem,
27 & eſſentiam Sacramenti, & proindè Magi-
ſtratus ſæcularis ratione materiæ contractus
inſeparabilis à Sacramento non poteſt ſuper
eo leges condere, ut optimè docet *Fagnan. in
cap. utrum autem nu.21. de Cognat. ſpirit.* ubi
egregiè exemplificat in hominibus auro, &
argento, quod & ſi ſint materia ſubiecta Le-
gibus ſæcularibus, tamen poſtquam illi per
ma-

manus impoſitionem ordinati ſunt Clerici, 28 & hæc mediante conſecratione effecta ſunt vaſa ſacra, ampliùs non ſubſunt ſæculari Poteſtati, *Pont.de Matrim. lib.6. c.2. Galeſius in ejus Apologia contrà Launoium de Eccleſ.in matrim. poteſt. cap.1. nu.120. cum ſeqq. & Anonimus in Obſerv. ad eundem Launoium, Thomas del Bene de Immunit. cap.8. dub.20. ſect.1. nu.8. cum ſeqq. Sperell. dec.9. n.23.*

Sed ſicuti, ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat in cauſis matrimonialibus judica- 29 re *can. ephemiam 2. qu. 3. cap. tuam de Ordin. cognit. cap.accedentibus de Exceſſ. Prælat. cap. de Francia de Sponſal. & matrim. cap. 1. in fine de Conſanguinit.& affinit.Sac.Concil.Trid.ſeſſ.24. cap.12. & cap.20.verſ. Ad hæc de Reformat.Fagnan. in d. cap. utram autem n.22. verſ.accedit. Galeſ. loc.cit. num.192. cum ſequen. Ciarlin. cit. cap.104. n.34.Sanchez de Matrim. lib.4.diſp.25. ſub nu.2.* Eminentiſſimus non minus purpura, quàm doctrina, & pietate *Card. Brancatus de Lauria in ſuo doctiſſimo Epitome Canonum verbo Matrimonium*; Ita ad eumdem Superiorem 30 Eccleſiaſticum non autem ad Sæcularem pertinet Ius condendi, quia forum ſortiri, & Statutis ligari à pari procedunt ut proſequitur *Fagnan. loco mox allegato, Sanchez d. diſpat.25. ſub eodem n.2.Fontanell. de Pact.nuptial.clauſ.5. gloſſ.5. par.2. nu.36. Rota coram Carillo cit. deciſ.271. nu.6.*

Prætereà, qui lege permittente, nempè *Sac. Canonibus* contrahit matrimonium, pænam impoſitam à Statuto non meretur, ut 31 in ſpecie reſpondit *Dec. conſ.231. ſub num.2. Thæſaur. QQ. forenſ.70. num.5. in fine lib. 1. & Ciarlin. controv. lib.1. cap.104. nu.3.* Et ſi Statuta laicalia requirentia ſub certa pæna conſenſum Parentum in matrimonium filiorum obſervarentur, tacitè tolleretur diſpoſitio *Sacrorum Canonum, & Concil. Trid.* quorum derogatio ad ſolum Pontificem ſpectat.

Eò certius prædicta opinio pro nullitate Statuti eſt amplectenda, ponderando, quod 32 quamvis omnes rationes, quæ à *DD.* pro eo ſubſtinendo adducuntur, deductæ, examinatæ, & funditus diſcuſſæ fuerint in *Concil. Trid.* ut plenè per *Card. Pallavicin. in ejus Hiſtoria ad idem Concil. lib. 22. cap. 4.* ubi regiſtrata fuerunt varia ſuffragia Patrum congregatorum; nihilominùs reſolutum fuit pro validitate matrimonii, ut in *cit. ſeſſ. 24. cap.1. de Reformat.*& refert *Card. Pallavic. lib.23.cap.8. nu.10. & cap. 9. nu. 5.* Undè apertè conſtat, quod ſuper hoc articulo *Patres* voluerunt extinguere omnem controverſiam, quæ vigebat.

Advertendum eſt etiàm, quod multi *DD.* ſequentes opinionem pro validitate Statuti fundantur in auctoritate *Bart. in d.l. Edicimus nu.2. C.de Murilegulis lib.11.& Bald. in d. l. Omnem nu. 15. C. ad S. C. Tertull. ac aliorum antiquorum Juris Conſultorum*, qui ſcripſerunt valdè antequam emanaſſet d.*Decretum Concil. Trid.* cujus diſpoſitio cùm ſit undequaque clara, & individualis, veriſimile eſt, quod poſt ejus publicationem iidem *DD.* taliter non reſpondiſſent, ut ponderat *Borell. Summ. deciſ. par.3. tit.1. nu.293. verſ.& ut unico claudam.*

Et hac ratione excuſandi ſunt noſtri Statuentes, dum de anno 1527. quo editum fuit Statutum, adhùc non ſolum editum non erat d. *Decretum Concil. Trid.* ſed etiàm nondùm 34 *Concilium* congregatum; nam prædictum decretum emanavit de anno 1563. ut ex eodem *Card. Pallavicin. loc. allegat.* & poſtmodùm unà cum aliis publicatum fuit de anno 1564. ut ex *Bulla* PII IV. *in fine ejuſdem Concilii impreſſa.*

Eò magis ſunt excuſatione digni ſi talitèr proùt in præſenti *Rubrica* ſtatuendo ſequuti 35 ſunt opinionem *Joannis Concivis Faventini celeberrimi Juris Conſulti, & Sacrorum Canonum expoſitoris* cujus meminerunt *Fagnan. in cap. cum veniſſent nu. 62. propè finem de Judic. P. Naldas in ſumma caſuum conſcientiæ in Epiſtola dedicatria & Tondut.in Hiſt.Faven.p.3.pag. mihi 389.* tenentis quod matrimoniũ contra- 36 ctum à filiisfam. ſine conſenſu Parentum pro raptu haberetur, ut refert *Dartis in Comentar. ad Decret. par.11. cau.30. qu.5. pag. mihi 316. verſ. fuit etiam opinio Joannis antiqui Gloſſatoris.*

Hinc pæna exhæreditationis impoſita à Statuto, utpotè quia agatur de lege lata à Sæ- 27 culari ſufficienti poteſtate in materia matrimoniali carente, & deſideratam omnimodam libertatem diminuente, non valet ſecundum communiorem, & probabiliorem ſententiam quam tenet *Sanchez de Matrim.lib.4.diſput.25. nu.2.* concordantes cumulat *Merlin. de Legit. lib.3. tit.1. qu.25. nu.1. cum ſeqq.* qui fatetur hanc ſententiam amicam eſſe *Sacris Canonibus* licèt contrariam dicat veriorem, & practicatam, ac ab ea non recedendum; *Dian. tom.1. tract.2. de Immunit.Eccleſ.reſol.*104. & reſpondit aliis pluribus relatis *Del Bene de Immunit. Eccleſ. cap.8. dub. 19. ſect.3. nu.1. cum quatuor ſeqq. juncto n.7. verſ. contrariam.*

Sicuti etiàm non poteſt à Patre exhæredari filius, vel filia, quæ, vel qui contraxit ma- 38 trimonium abſque ejus conſenſu, nam quod lege permittente fit, pænam non meretur, & hanc opinionem, cumulatis concordantibus tenet *Theſaur. QQ. foren. lib. 1. qu. 70. num.5.* ubi ſubdit, quod ab iſta opinione durum eſt in praxi recedere *Del Bene de Immunit. Eccleſ. cap.8. dub.19. ſect.2. nu.1. & ſect.3.* ubi tenet, quod nulla lege, vel conſuetudine poteſt introduci exhæredatio.

Quid verò dicendum, ſi matrimonium contractum fuerit cum indigno, vel indigna 39 vide *Paſch.de Virib. patr. poteſt. par. 2. cap.5. nu.15. cum ſeq. Sanch. d. diſput.25. num.3. Theſaur. cit. q. 70. n.10. Merlin. de Legitim. lib.4. tit.1. q.6.*

Cæterùm Parentes, quibus innoteſcat filium, vel filiam contracturam eſſe indecens, 40 ac indignum matrimonium, ex quibus ſcanda-

Digitized by Google

dala, & infælices exitus ſequi conſueverunt,
poſſunt, & debent mediante recurſu ad Supe-
riores illud impedire, ut tradunt *Abb. in cap.
requiſierit nu. 4. de Sponſal. Capiblanch. de Ba-
ron. lib. 2. ſuper Pragm. 9. c. 65. nu. 9. Del Bene
de Immun. Eccleſ. cap. 8. dub. 19. ſect. 9. nu. 43.
cum ſeqq.* ubi firmat procedere etiam poſt
41 contracta ſponſalia *Eſcobar. de Purit. & nobi-
lit. par. 1. qu. 4. §. 7. n. 94. cum ſeqq.* ubi admo-
net Judices Eccleſiaſticos, ut & aſſiſtant, &
indulgeant *Tranched. loc. cit. num. 10. cum ſeq.
& Pignatell. conſult. can. 11. par. 4.* qui reſpon-
dit Judicem poſſe tuta conſcientia impedire
hujuſmodi matrimonium, etiam detrudendo
virum in carceribus *Ricc. dec. Curiæ Archiepi-
ſcop. Neapolit. 24. in fine princ. & nu. 1. cum ſeq.
p. 3.* Abſque eo quod, id dici valeat contrà li-
bertatem matrimonii, cum potiùs redundet
in illius favorem, etenim cum ut plurimum
42 hujuſmodi matrimonia contrahantur ab iis,
qui ob amorem, libidinem, blanditis, vel
maleficiis non ſunt in recto ſenſu, dùm fa-
ciunt id, quod alii ſanæ mentis non gererent,
proindè mediante tali diligentia poteſt quis
induci ad contrahendum matrimonium in
recto ſenſu, & juſto judicio, ut advertit *Ca-
piblanch. c. 65. n. 9.*

Ultrà quod matrimonia talitèr contracta
infælicem exitum habere ſolent, quia impru-
43 dens adoleſcens tractu temporis patiens
damna ob Injuriam factam Parentibus, & Fa-
miliæ, ac diſcordiam exindè inter eos cauſa-
tam, ut plurimùm odit uxorem, nàm ille
ardens concubitus eximmoderato amore pro-
veniens odium maximum parit, ut relatis va-
riis exemplis animadvertit *Menoch. conſil. 69.
n. 44. verſ. præterea cum ſequent.*

Ex ſuprà firmatis etiam reſultat, quòd
cum matrimonium inter fideles ſit res ſacra,
& ſpiritualis Reges, & Principes ſæculares
44 non poſſunt quicquam validè ſtatuere, tàm
circà illius eſſentiam, quam circa impedi-
menta, dirimentia, cum hæc auctoritas re-
ſervata ſit Eccleſiæ privativè quoad omnes
alios, quicquid reſponderint *Fragoſ. de Regim.
Reipub. p. 1. l. 2. diſp. 4. §. 2. n. 281. cum ſeq. &
Joannes Launoius in ejus tract. de Regia in ma-
trimonium poteſtate*, cum pro hac opinione
ſtet verior, & communior ſententia, ut con-
futando *Launoium* pleniſſimè reſponderunt
*Galetius in ejus Apologia contrà Launoium de
Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtate, & do-
ctiſſimus Anonimus obſervat. ad eundem Launo-
jum impreſſ. de anno 1678.*

Valet tamen Statutum laicale prohibens
filiæ nubere antè vigeſimum annum abſque
45 conſenſu Patris ſub pæna privationis dotis,
nec eſt contrarium *Sacris Canonibus*, & diſpo-
ſitioni *Sacri Concilii Tridentini*, cum non im-
pediat matrimonium, nec illud annullet, ſed
dumtaxat privet filiam contravenientem do-
te, ſine qua poteſt contrahi matrimonium,
ut diſcuſſo articulo reſolvit *modernus I. C. Fran-
ciſcus Gallus de Fructibus art. 2. diſput. 20. n. 37.
cum ſeq.*

Prout etiam valet Lex, Statutum, Conſti-
tutio, diſpoſitio, vel legatum adimens lu-
crum in caſu matrimonii contracti cum fo-
46 renſe, vel alio genere perſonarum, cum non
impediatur, aut coarctetur libertas matrimo-
nii, adeòut contrahentes validè contrahant,
nec talis diſpoſitio dicitur pænalis, utpotè
non inducens privationem alicujus rei pro-
priæ, ſed tantum adimens lucrum, cujus ſpe
licet alicere ad matrimonium contrahendum
ut reſpondit *Vermigliol. conſ. 21. nu. 4. cum ſeq.*
& concordantibus cumulatis, ac rejecta con-
traria opinione reſpondit *Rot. coram Bich. dec.
89. nu. 10. verſ. his tamen non obſtantibus*; ſe-
cus autem ſi Lex, Conſtitutio, vel Statutum
non auferat aut concedat nubenti lucrum,
ſed ſolùm ſimpliciter prohibeat matrimo-
nium cum certo genere perſonarum, prout
cum Forenſibus diſtinguendo reſpondit *Ver-
migl. loc. cit.*

ADDIT. AD RUB. XXVI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Conſenſus Patris non requiritur in Ma-
trimonio filii.
2 Matrimonium liberum eſſe debet ab alterius
voluntate independens.
3 Matrimonium filiifam. abſque conſenſu Pa-
tris validum & licitum eſt.
4 Filius fam. contrahens matrimonium incon-
ſulto Patre committit peccatum mortale.
Decl. n. 5.
6 Statutum laicorum diſponens in matrimo-
nio filiifam. requiri conſenſum Patris ad
illius validitatem non valet.
7 Statutum imponens pœnam filiofam. nuben-
ti indignæ, vel filiæ nubenti indigno ſuſti-
netur quoad pœnam.
8 Pater, & Conſanguinei poſſunt impedire,
ne filiusfam. contrahat matrimonium cum
indigna.
9 Carceratio filiifam. volentis contrahere ma-
trimonium abſque conſenſu Patris debet
eſſe brevis.
10 Iudex impedire poteſt mediante carceratio-
ne, ne matrimonium contrahatur à Viro
cum muliere longè imparis conditionis, &
infamia notabili laborante, itaut varia
ſcandala ſint oritura.
11 Matrimonia cum inæqualibus contracta in-
felicem exitum ſortiuntur.
12 Statutum prohibens ne mulier antè vigeſi-
mum annum nubat, valet.

Num. 1. & ſeqq. Cùm omnimoda libertas in ma-
trimonio exigatur proindè in illo contrahen-
1 do à filiofam. non requiritur conſenſus * Pa-
tris, ut præter allegatos firmat *Balduc. in ob-
ſer. ad Ramon. conſ. 94. n. 1. cum ſeqq. vol. 3. Capon.
diſcept. 159. n. 1. cum ſeqq. vol. 3. Panim. deciſ. 45.
n. 2. & ſeqq.*

Ratio eſt, quia in matrimonio eſt novi
Status electio, & perpetua ſervitus, & con-
2 junctio perſonarum cum individua vitę * con-
ſuetudine, & propterea illud debet eſſe om-
minò liberum ab alterius voluntate indepen-
dens, & cum ſit contractus Juris naturalis,
ſeu originem habens à Iure naturali, multò
magis dictante natura debet eſſe liberum,
nàm in iis, quæ ſunt Iuris naturæ homo ho-
mini non tenetur obedire, ſed ſoli Dso, ur
docet *Panim.loc.cit.*

Nu.6. Matrimonia filiorum abſque conſenſu, vel
conſilio Parentum valida, & licita eſſe tenet
3 *Stephanus Abbas* * *Theologus Principis, ſeu Po-
litia Moralis dub.4.cap.7.*

Num.9. Cùm conſenſus Patris de honeſtate re-
quiratur in matrimonio filiifam. adeò ut com-
4 mittat peccatum mortale, * ſi eo inconſulto
contrahat ob irreverentiam in eum com-
miſſam *Panimol.dec.45.n.5.6.& 7.*

Declara tamen procedere quando ceſſet
cauſa rationabilis; Secùs verò ſi concurrat
5 juſta cauſa * non requirendi conſenſum, ut
concordantibus relatis tenet *Panim. d.dec.45.
n.10.14.15.* ubi etiam enumerat cauſas.

Num.25. Statuta Laicorum requirentia conſen-
ſum Patris ad validitatem matrimonii filiifa-
6 mil. tanquam illius * libertatem reſtringen-
tia ſunt reprobata, ut concordantibus rela-
tis firmat *Balduc.ad Ramon.conſ.94.n.18.vol.3.*

Suſtinetur tamen diſpoſitio *Statuti* quoad
pœnam impoſitam nubenti indigno, ſeu indi-
7 gnæ * firma remanente validitate matrimo-
nii, nam hujuſmodi Statutum pœnale adver-
ſus filios non vetat ſubſtantiam matrimonii,
ſed punit mains niores, ut comprobando te-
net *Merlin.Pignat.controv.centur.2.cap.38.n.9.
cum ſeqq.*

Num.40. Pater, & Conſanguinei poſſunt impe-
dire ne filiusfam. cum indigna contrahat ma-
8 trimonium* ut ſequendo *Menoch.conſ.69.n.34.
cum ſeqq.* tenet doctiſſimus Advocatus *Piton.
diſcept.Eccleſiaſt.52.n.85.cum ſeqq.to.2.*

Num.41. Carceratio filiifam. volentis contra-
here matrimonium abſque conſenſu Paren-
9 tum debet eſſe brevis, ad hoc, * ut dignoſci
valeat, an voluntas filii proveniat ex obcæ-
catione, & impetu amoris; Nam perſiſtenti
in eodem propoſito, danda eſt ei libertas, quæ
convenit matrimonio ſecundùm opinionem
Raynald.obſerv.crim.cap.6.§.4.in fine to.1. Quę
tamen opinio non ita de plano ſequenda vi-
detur, obſtante *Sac.Concilio Tridentino ſeſ.24.
de reform.matrim.ſub cap.1.* ibi: *Nihilominùs
Sancta* Dei *Eccleſia ex juſtiſſimis cauſis*, illa
ſemper deteſtata eſt atque prohibuit; quæ ver-
ba ſi D. Raynaldus vidiſſet, & ponderaſſet,
facilè cum tanta aſſeverantia non inclinaſſet
pro conceſſione licentiæ contrahendi, atten-
tis juſtiſſimis Cauſis illam denegandi,

Etenim Judex poteſt tuta conſcientia im-
pedire ne matrimonium contrahatur à Viro
10 cum muliere longè imparis * conditionis, &
infamia notabili laborante cum qua ſi con-
trahat, graviſſima ſine dubio ſcandala orientur
poteſtq; detrudere ipſum virum in carcerem
eumq; ibi detinere, donec vel ducat aliam, vel
ſcandalorum periculum amoveatur ex ratio-
nibus adductis à *Paſcuccio in compend. Conſult.
Pignatel.tit.de matrim.to.2.pag.21.* ubi etiamſi
ſponſalia fuerint juramento firmata.

Bo:me:Emin.D.Cardinalis Sperellus occaſione
nobilis puellæ amore captæ erga juvenem vi-
lis conditionis, cum quo interceſſerat pro-
miſſio Matrimonii à me requiſitus reſpondit
Epiſtola tenoris ſequentis: *Il matrimonio
tra la Signora Leonarda, & il Servitore già di
ſua Caſa deveſi impedire con la carcerazione di
queſt'uomo, di cui eſſa nel ſuo biglietto ſi chiama
impazzita, ſopra ciò v'è nel tomo 4. di Pigna-
tello la conſultat.11. Papa* Alessandro VII.
*fece carcerare un Gentiluomo dell'Umbria, che
voleva fare il matrimonio con la figlia d'un Ar-
gentiero per altro non diſoneſta, mà deflorata da
lui con la promeſſa delle nozze. Sua Santità lo
fece ſtare in prigione per nove meſi doppo haver-
ne preſo conſiglio da' Teologi*: Interrogatus
poſteà à me dictus *Eminentiſſ. D. Cardinalis
Sperellus*, an poſt novem menſes carceratio-
nis conceſſa fuerit licentia contrahendi ma-
trimonium, reſpondit *affirmativè*. Matrimo-
nium *D. Leonardæ* impeditum fuit à me, dùm
exercebam V. Gerentatum Urbis vigore diſ-
poſitionis *Sac.Conc.Trid.de Reform.matr.cap.1.
ſeſſ.24.* ibi *Nihilominùs Sancta* Dei *Eccleſia
ex juſtiſſimis cauſis ſemper deteſtata ſt, atque
prohibuit*, & poſteà eadem nupta fuit Viro
nobili extero extra Urbem.

Num.43. Matrimonia cum inæqualibus con-
11 tracta infælicem exitum ſortiuntur, ſive Vir*
pauper ducat uxorem divitem, ſive Vir di-
ves ducat uxorem pauperem, ut tradit *Cor-
rad.prax.diſpenſ.lib.7.cap.5.nu.49.com ſeqq.* Et
quòd plurimum parere ſoleant diſſenſiones,
rixas, odia, &. jurgia, mutuam debitam be-
nevolentiam impedientia, cum *Ægid. Co-
lum.de Regim.Princip.lib.2.cap.12.* tradit *de
Juſt.de diſp.lib.3.c.2.n.66.* Undè ſalubri conſi-
lio à Romanis ſancitum fuit, ne Patritiis cum
Plæbeis Romę connubium eſſet *l. Humilem.C.
de Inceſt.Nupt.* & teſtatur *Dion.Alic.Antiquit.
Roman.lib.11.* quem refert, & ſequitur *de juſt.
ubi ſuprà n.67.*

Num.45. Statutum prohibens ne filia nubat an-
12 tè vigeſimum annum valet * *Cancer.Var.reſol.
par.1.cap.24.n.4.& ſeqq.* ubi alia.

In coroborationem hujuſmodi reſolutionis
non eſt incongruum hic referre, quòd habita
notitia per Patrem ex primariis nobiliſſimis
familiis antiquiſſimæ Civitatis Status Eccle-
ſiaſtici, quòd ejus filius quamvis provectæ
ætatis contraxerat ſponſalia cum Vidua quaſi
quinquagenaria, & vilis conditionis, utpotè
quæ exercebat profeſſionem, ut vulgò dicitur
di Locandiera ad impediendum contractum
matrimonii curavit, quod per Tribunal Emi-
nentiſſimi Cardinalis Carpinei Urbis Vicarii
apponeretur, *Nihil tranſeat*, & eadem mu-
lier

liet loco carceris collocaretur in Conſervatorio B.Mariæ de Clementia, & cùm Sponſus inſtetiſſet in Congregatione euſdem Eminentiſſimi Vicarii pro laceratione *Nihil tranſeat*, & obtinere non potuiſſet, nihilominùs idem Eminentiſſimus D. Cardinalis dignatus fuit exquirere Votum *Sac. Congregationis Concili*; Undè propoſita Cauſa die 18. Februarii 1613. non emanavit reſolutio, ſed reſcriptum fuit -- *Dilata* --; Impatiens, & inſanus Sponſus recurſum habuit in publica Audientia ad Summum Pontificem Clementem XI. exponens ejus obligationem adimplendi juratam promiſſionem, à qua non poterat reſilire abſque Dei, & Animæ ſuæ offenſione, & Sanctitas Sua poſt paternam monitionem pro quiete ſuæ conſcientiæ illum diſpenſavit ab executione aſſertæ promiſſionis, & poſtmodùm pro majori cautione de ordine Sanctitatis Suæ injunctum illi fuit præceptum verbale de diſcedendo ab Urbe, ejuſque diſtrictu ſub pœnis arbitrio, & ideò parendo mandatis, ſe contulit ad Civitatem Bononiæ, & ita hujuſmodi matrimonium evanuit juxta vulgare Axioma, ſeu adagium *la lontananza ogni gran piaga ſana*, quod tanquam efficaciſſimum à me ſæpè practicatum fuit, nam & Amor inter Amaſios evanuit cum maxima utilitate cùm tunc abſentes examinent intrà ſe inconvenientia ex contractu matrimonii, quę ambo tenent, & mutant voluntatem, & Amor in odium convertitur.

Antequam procedatur ad aliquam reſolutionem in materia matrimonii filiorumfamilias neceſſarium videtur præmittendum, quòd aut agitur de matrimonio contracto, aut de contrahendo; Nam ſi de matrimonio contracto ſive inſcio, ſive reluctante Patre, etiamſi clandeſtinè fuiſſet contractum validum erit juxta claram diſpoſitionem Sacri Concil.Trident. *de reformat. ſeſſ.24. de Sacramento Matrimonii cap.1.* ibi: *Nam et ſi dubitandum non eſt clandeſtina Matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata, & vera, eſſe matrimonia, quandiù Eccleſia illa irrita non fecit, & proindè jure damnandi ſunt illi, ut eos Sancta Synodus Anathemate damnat, qui ea vera, & rata eſſe negant, quique falsò affirmant matrimonia à filiisfam. ſine conſenſu Parentum contracta, irrita eſſe, & Parentes rata, vel irrita facere poſſe.*

Quando verò de matrimonio contrahendo agitur cum fœmina inferioris conditionis, & ut plurimum diffamata Sacr. Concilium Tridentinum cautiùs procedere mandat ibi *Nihilominùs Sancta* Dei *Eccleſia ex juſtis Cauſis ſemper deteſtata eſt, & prohibuit*, dùm enim concurrunt juſtæ Cauſæ denegandi licentiam, quam Judex Eccleſiaſticus examinare diligenter tenetur, ſi prævidet infælicem exitum, & eventum eventorum, utpotè quia infamantur familiæ nobiles, & oriri valeant diſcordiæ, inimicitiæ &c. inter Conjunctos tenetur abſtinere à conceſſione licentiæ, proindè hujuſmodi matrimonia non ſunt permittenda. Ut autem hujuſmodi examen majori diligentia contingat incongruum non videtur, ſi Summus Princeps utendo juriſdictione Æcumenica favore ſubditorum, & inhærendo dictæ diſpoſitioni Sac.Con.Trid. *in d.Ver.Nihilominùs* mediante lege publica, & univerſali prohiberet hujuſmodi matrimonia niſi prævia licentia Sacræ Congregationis Concilii ſalva tamen ordinaria Juriſdictione Tribunalis Eminentiſſimi Vicarii, & hæc dicta ſint ſalvo ſaniori judicio &c.

De Minoribus viginti annorum, & mulieribus in Cauſis Criminalibus in teſtes non admittendis, niſi ut infrà, & de condemnationibus factis contrà filiosfamiliæ.

RUBRICA VIGESIMASEPTIMA.

Sancimus, ſtatuimus, & affirmamus, quòd in maleficiis probandis, quando pœna ſanguinis ingeritur, & imponitur minores annorum viginti, & mulieres in teſtes non admittatur, (A) niſi ad defenſionem Rei inducerentur, maximè in delictis, quæ veriſimiliter per domeſticos probari ſolent, dummodò tales minores ætatem annorum 14. excesſerint. Inſuperque ſancimus, & firmamus, quòd ſi Filiusfamilias maleficium commiſerit, & condemnatus per Juſdicentes fuerit, & talis filiusfamilias peculium caſtrenſe, vel quaſi, habuerit, exactio dictæ condemnationis fieri poſſit in, & de tali peculio uſque ad quantitatem condemnationis factæ, & ſi talis filiusfamilias nullum peculium habuerit, vel etiamſi profectitium haberet, Pater dicti filii, aut alius ejus Aſcendens ad ſolutionem talis condemnationis minimè compelli poſſit, nec etiam ad aliquam legitimam jure naturæ ſibi debitam. (B) Et quod filiusfamilias, aùt alius minor annorum 20. in Cauſis Criminalibus eſſe non poſſit in judicio ſe tuendo, vel alios accuſando ſine Patris conſenſu, aùt Curatoris legitimi auctoritate, (C) qui Curator eſſe, & dari debeat unus ex propinquioribus dicti minoris, & omne judicium aliter actitatum ſit ipſo jure nullum, nullaque executio fieri poſſit.

SUMMARIUM.

1 Leniores probationes requiruntur in criminalibus, cùm agatur de magno præjudicio.

2 Teſtes majores quatuordecim, & minores viginti annorum repelluntur à teſtificando in criminalibus, & eorum depoſitio ſufficit tantummodò ad inſtructionem Judicis, & ad

& ad inquirendum,& n.5.Limit.n.6.7.& 8.
3 Mulietes teſtes eſſe non poſſunt in criminalibus, & quarè, ſed eorum depoſitio ſufficit tantummodò ad inſtructionem Iudicis, & ad inquitendum. Lim.n.6.7.& 8.
4 Fœminæ, mendaces, fallaces, perjuræ, doloſæ, & mutabiles judicantut.
9 Infantia dutat uſque ad annnm ſeptimum.
10 Infantes teſtes eſſe non poſſunt tàm in civilibus, quàm in criminalibus.
Limita quandò veritas aliter haberi non poteſt,ne delictum remaneat impunitum n.10
11 Legitima filiiſamilias delinquentis ſub confiſcatione an, & quandò cadat.
12 Filiusfamilias, & minor an, & quando ſtare poſſit in judicio criminali, & interrogari, abſque præſentia, & auctoritate Patris, & reſpectivè Curatoris.

OBSERVATIO.

IN criminalibus, in qnibus cùm agatur de magno præjudicio, requiruntur pleniores probationes, quàm in civilibus, & pro-
1 ptereà à teſtificando repelluntur teſtes majo-
A res quatuordecim, & minores viginti annorum juxta *Text.in l.In teſtimoninm 20.ff.de Teſt.*
2 *Alex.conſ.64.nu.2.& 4.lib.1.Gomez Var.reſol. to.3.cap.12.n.12. Rol.conſ.24.n.66.lib.1.& conſil.3.nu.48.cum ſeq.vol.3.Concordantes* cumulat *Farinae.de teſtib.q.58.n.10.Conciol.alleg.95.n.6. Caren.deOffic.S.Inquiſ.par.3.tit.5.nu.47.cum ſeq.*
Necnon mulieres, ut in *Can.mulierem ibi-*
3 *que gloſs.in verbo nec teſtis 33.q.5.cap.forus in fine ibique gloſs.in verbo fœmina de Verb.ſignif. Matthaeù deRegim.Regn.Valen.cap.8.§.8.n.246.* plenè *Farin.de teſtib.q.50.nu.1.Conciol.alleg.84. n.16.& Reſolut.crim.in verbo Teſtes quoad perſonas reſol.15.n.1.* Cùm fœminam mendacem, fallacem, perjuriam, doloſam, mutabilem,
4 tàm antiqui, quàm moderni humanarum, & legalium literarum Interpretes undique communiter exclamant, ut tradunt *Farinac. ubi ſupra n.4. Matthaeù loc.cit.n.247.Conciol.d. alleg.84.num.17.& Reſol.crim.in verbo Teſtes reſol.15.nu.1.cum ſeq.* ac ſcripſerunt *Propert. lib. 2.*

Non ſic incerto mutantur Flumine Syrtes.
Nec folia hyberno tàm tremefacta Noto,
Quàm ei tò fœminea non conſtat fœdus in ira
Et Virgil.lib.4.Æneid.
Varium, & mutabile ſemper fœmina &c.

Et eorum depoſitio ſufficit tantummodò
5 ad inſtructionem Judicis, & ad inquirendam veritatem, ut aliis relatis firmat *Farinae. ubi ſuprà n.48.*
Prædicta regula non habet locum attenta
6 diſpoſitione *Conſtitutionis Ægidianæ lib. 4. cap.17.* ibi: *Statuimus, quod in omnibus maleficiis, vel quaſi, Mulieres, & minores viginti annis, majores tamen quatuordecim ad teſtimonium perhibendum admittantur, & eorum dicto, & atteſtationi fides plena detur non obſtantibus filiatione, ſexu, & minori ætate, cùm in aliud non obſiſtat.* Necnon in Tribunali Sancti Officii cùm admittuntur etiam fœminæ, & inhabiles in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, dùm agitur de materia fidei.
Necnon inſpecta diſpoſitione *JurisCivilis,* ſecundum, quod fœminæ indiſtinctè admit-
7 tuntur in cauſis criminalibus, dummodò non ſint infames, ut deciditur in *l. Ex eo ff.de Teſtibus*, & concordantes cumulat *Matthaeù ubi ſup.n.248.* limitatur etiam in aliis variis caſibus, de quibus latè *Farin.d.q.58.n.20.cum ſeqq. q.59.Val.conſ.28.n.29.cum ſeq. vol.1. Conciol.d. reſ.15.Guaz.addefen.Reor.defen.30.cap.11.n.13.*
Notandum etiam, quod licèt Infantes, qui ſunt minores ſeptennio, eò uſque enim durat
8 infantia *l. Si infanti 18. C. de Jure delib.* tàm in Civilibus, quàm in criminalibus à teſtimo-
9 nio dicendo repellentur *Farinae.deTeſtib.q.58. n.5.Maſcard.de Probat.concluſ.1253.n.2.* Attamen ad hauriendam veritatem in delictis, quando ea aliter haberi non poteſt, & ne ipſa veritas pereat, receditur à regulis Juris communis, & poterunt examinari etiam infantes ad faciendum indicium ad torturam, maximè ſi aliqua alia concurrant, ut docet *Marſil. in l.Infans ſub n.46.ff.ad leg.Cornel.de Sicar.* ubi ſubjungit caſum ſingularem, ſequentibus præciſis verbis. *Dum ego eſſem Poteſtas Cittadellæ propè Paduam, ubi eſt peſſimum genus hominum, habui hæc in facto; Nàm quidam Joannes Dominicus Peluterius Paduanus, qui habebat unam poſſeſſionem ſuper Territorio Cittadellæ, dùm ibi eſſet ad illam ejus poſſeſſionem cum Uxore, & filiis ſuis captus fuit amore cujuſdam juvenis formoſæ, & ei promiſit quod poſt mortem Uxoris ſuæ eam acciperet in Uxorem, tandem una die, dùm Uxor d. Joann. Dominici hauriret aquam ad puteum in domo ſua hora 1. noctis, vel circà ipſe Joannes Dominicus dictam ſuam Uxorem projecit in puteo, & hoc præſentibus duobus ejus filiis, ex dicta Uxore una fœmina ſeptem annorum alio maſculo quinque annorum, & poſt ſpatium temporis cùm ſenſit ipſam eſſe ſuffocatam expulſis dictis filiis de illo loco exivit domum, & ivit in ſtrata, ubi ſumma, & inceſſabili voce incæpit exclamare dicens ſuccurrite ſuccurrite, quia miſera Uxor mea cecidit in puteo, & tunc ſupervenerunt vicini, & illam invenerunt mortuam, & eam extraxerunt de puteo, ſed aliqua bonæ Mulieres, ceperunt illos filios, & eos poſuerunt in lecto, & loco matris ſuæ cum illis dormierunt, & in nocte illi filii plorantes continuè revelarunt illis mulieribus, quomodò Pater ſuus illam projecit in puteo, & hoc pluribus diebus, & pluribus vicibus dixerunt in abſentia Patris pluribus perſonis, ex quo inſurrexit fama, quod dictus Joannes Dominicus fuerat ille, qui occiderat ejus Uxorem, quæ vocabatur Alda. Finaliter, ut Deo placuit res iſta pervenit ad mei notitiam, & Ego examinavi in ſecreto dd. Infantes, qui me ducebant ad puteum, & oſtendebant mihi quomodò Pater ſuus projecerat eorum matrem in puteum, & dùm ipſi infantes mihi oſtendebant proceſſum mortis inceſſanter mittebant lacrymas, & ſingultus, ex quibus verè omnia viſcera mea*

com-

Digitized by Google

commovebantur , ſummè eis compatiendo , & poſteà junctis manibus me rogabant , quantum in eis erat , ut non vellem aliquid dicere Patri ſuo de eo , quod mihi dixerant , quia eos interficeret , poſteà examinavi teſtes ſuper fama dicti delicti , item examinavi etiam teſtes de fuga dicti Joannis Dominici , quem capi feceram in quodam nemore , ubi ſtabat armatus de die , & formavi inquiſitionem contrà dictum Joannem Dominicum de dicto homicidio , qui reſpondendo inquiſitioni ſemper negavit dictum homicidium , quod ego videns , feci ipſum duci in Camera mea , & feci , quod miles tenebat eum ibi poſt cortinam ligatum poſteà feci venire dictos infantes , & examinavi iterùm eos circà mortem Matris , qui non videntes Patrem omnia ſuprà narrata expoſuerunt., quibus auditis remiſi dictos infantes in domum ſuam , & feci venire Patrem coram me dixit hæc verba . Vide Magnifice Domine Poteſtas ammodò non video , quomodò poſſim enormiſſimum ſcelus meum negare , ſed cognoſco, quod voluntas Dei eſt , quod tale nefas ulterius non ſtet abſconditum , quia ſanguis pudiciſſimæ , & innocentiſſimæ meæ Uxoris petit vindictam , ideò ulterius nolo negare veritatem , ſed fateor dictam Uxorem meam occidiſſe , prout in inquiſitione continetur , & prout dixerunt illi duo infantes , & fateor me eſſe reum mortis ; Et hoc modo ex teſtimonio illorum infantium habui veritatem dicti delicti , & n.47. ſubdit prædictam concluſionem eſſe veram , quando à caſu , & à fortuna alii teſtes non interfuerunt , & quandò ex natura illius facti , vel negotii alii teſtes non potuerunt occurrere .

Committente filiofam. delicto , per quod intret confiſcatio bonorum , |an , & quando
B legitima cadat ſub confiſcatione , itaut Pater
11 ſolvere teneatur vide *Conſtitutionem* PII. IV. *in Bullar.nov.la 52.vol.2. Conſtitutionem Ægidianam lib.4.cap.18.Merlin.de Legit.lib.3.tit.1. q.33.Guazzin.de confiſc.concluſ.19.lim.13.n.22. cum ſeqq. Maſſin.eodem tract.q.28.Conciol.Reſol. in verbo Legitima reſol.3. Surd.dec.167. ibique Hodiern. cum aliis allegatis per eos , & ſupra in Obſerv.IV.n.18.*

Filiusfam , & minor an , & quando ſtare
C poſſint in judicio criminali , & interrogari
12 abſque præſentia , & auctoritate patris , & reſpectivè Curatoris vide *Tex.in l.Clarum.C.de Auctor. præſt. Farinac.q.81. cap.10.n.352.cum pluribus ſeqq. Guazzin.ad defenſ.Reor.defenſ.32. cap.34. Conciol.Reſol.crim.in verbo Confeſſio reſolut.21.*

ADDIT. AD RUB. XXVII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 INſantes Iudæi examinari an , & quando poſſint remiſſivè .

*Num.*10. Infantes Judæi examinari an, & quando poſſint in criminalibus * vide *Raynald. obſerv.crimin.in ſupplem.ad cap.34. ſupplet.3 .pag. mibi 545. tom.4.*

De Pœnis augendis.

RUBRICA VIGESIMAOCTAVA.

QUia convenit ob perſonæ , loci , temporis diverſitatem diverſas etiam pœnas ſtatuere . Decernimus pœnas omnes pecuniarias duplicari contra delinquentes in Officiales juriſdictionem contentioſam habentes , vel aliquem ex D. Antianis pro tempore reſidentibus , vel aliquem in dignitate conſtitutum , aut in Officiales ex publico ad Civitatis cuſtodiam deputatos , vel in Oratores communitatis . Idem etiam ſervari volumus in quolibet delinquente in Eccleſia , Cimiterio , aùt loco Religioſo , aùt coram quocunque Officiali Iuſdicente , aùt in Palatio reſidentiæ Domini Gubernatoris , Epiſcopi , vel Poteſtatis , vel in Conſilio generali , vel in Audientia Dominorum Antianorum , vel in platea , vel ſub porticibus plateæ , quæ intelligatur ab Eccleſia S. Blaſii uſque ad Eccleſiam S. Crucis . Duplicari etiam volumus pœnas contra delinquentes de nocte , & nox intelligatur poſt tertium ſonum Campanæ Turris communis ſolitam ſonari de ſero , & de manè , Ac etiam contra delinquentes in die Nativitatis Domini Noſtri, ſeù Annunciationis , ſeù Aſſumptionis B. Mariæ , aùt in aliquo ex diebus majoris Hebdomadæ , aùt in die Reſurrectionis , aùt Pentecoſtes, aùt alio quovis tempore , quo ob ſuſpicionem aliquam portæ Civitatis , vel Suburbiorum mandato ſuperiorum clauſæ tenerentur , aut eo tempore quo Civitas , aùt portæ muniuntur , vel atterantur . Idem etiam ſervari volumus contra Comitatinos diſtrictuales , ſeù Forenſes quoslibet aliquem Civem Faventinum offendentes , quibus etiam caſibus ultra præmiſſam pœnarum duplicationem prædictos delinquentes omni Statutorum beneficio penitùs carere volumus . Pœna quoque duplicetur in deferente arma clàm , & occultè . In offendente verò , vel exonerante baliſtam aliquodve ferreum, vel æneum inſtrumentum , vel (ut ajunt) ſclopetum in alium pœna quadruplicet . Condemnati etiam qui infra menſem à die ſententiæ computandum , ubi appellatum non fuerit , condemnationem non ſolverint ; pœnam quarti pluris incurrant .

SUMMARIUM.

1 GRavitas delicti augetur , & diminuitur ſecundùm qualitates , & circumſtantias facti , modi , loci , & perſonarum.

OBSERVATIO.

GRavitas delicti augetur , & diminuitur ſecundùm qualitates, & circumſtantias
1 cauſæ , facti , modi , loci, & perſonarum , ut *pro-*

Digitized by Google

probat *Text. in l. Aut. facta §. Pœna gravior ff. de Pœnis in l. Gracchus C. ad Leg. Jul. de adult. & in l. Si adulterium §. Imperatores ff. eod.* plenè *Farinac. q. 18. nu. 63. cum ſeqq.* obi deſcendit ad exempla caſuum particolarium *adducti ſup. in Obſervat. 24. hoc eod. libro nu. 5. & ſeqq. Conciol. Reſol. crim. in verbo Pœna reſol. 13. n. 1. verſ. Delicta, Matthæu, & Sanz de Re crim. controv. 14.* ubi de occidenre Judicem *controv. 24. nu. 17. cum ſeq. controv. 29. n. 105. & controv. 67. nu. 26. cum ſeq.*

De pœnis minuendis propter confeſſionem, & pacem.

RUBRICA VIGESIMANONA.

UT Curia probandi onere relevetur, & pacis fiendæ occaſio detur, decernimus, & ordinamus, quod ſi contingerit in Civitate, Comitatu, ſeù Diſtrictu Faventiæ aliquod maleficium committi, & Reus delinquens citatus comparuerir, & reſpondendo inquiſitioni, aùt accuſationi in prima reſponſione per eum, aùt ejus Procuratorem, ſeù per alium pro eo intervenientem fienda ſpontè maleficium confeſſus [A] fuerit in Curia Rectoris, tùnc talis confeſſus condemnari non poſſit, niſi in dimidia ejus, quod condemnari debuiſſet ipſo exiſtente contumace. Si autem talis delinquens pacem habuerit ab adverſario offenſo condemnari non poſſit, [B] niſi in dimidia ejus, in quo condemnandus veniret, pace non habita, & ſi aliter condemnerur non valeat, nec exigi poſſit per aliquem Officialem in eo, quod exceſſiſſet condemnatio, dummodò de pace conſtiterit Curiæ per publicum inſtrumentum antè diffinitivam ſententiam quandocunque. Quicunque etiam condemnatus ſolverit condemnationem infrà decem dies remiſſionem habeat trium ſolidorum pro qualibet libra. Beneficia autem præſentis Statuti locum non habeant in Blaſphemantibus DEUM, vel B. VIRGINEM, nec in inferentibus injuriam Imaginibus eorum, nec in his, qui in fragranti crimine inventi fuerint per aliquem Officialem, necnon in committentibus quæcunque maleficia appenſatè, & ex propoſito.

SUMMARIUM.

1 COnfeſſio ſpontanea facta à delinquente operatur quod mitiùs ſit puniendus. Amplia, & Limira nu. 2.

3 Pax, & Partis remiſſio non diminuit pænam. Delinquens punitur non obſtante pace, aut Partis remiſſione nu. 3. Decl. num. 5. Lim. nu. 6. & 7.

4 Maxime in delictis gravibus, & atrocibus.

6 Statutum mandans, quod ſequura pace delinquens mitiùs puniatur valet.

8 Miles delinquens ſi pacem reporrayerit an ſit abſolvendus; vel mitiùs puniendus remiſſivè.

OBSERVATIO.

A
1 SPontanea Confeſſio à delinquente operatur, quod mitius ſit puniendus ad *Text. in can. non dicatis 12. qu. prima l. Quiſquis §. Sanè C. ad Leg. Jul. majeſt.* & firmant *Bertazzol. conſ. 357. nu. 4. juncto conſ. 505. n. 27. Foller. in Prax. in verbo Et ſi confitebuntur n. 82. Guazzin. ad defenſ. Reorum defenſ. 32. cap. 36. nu. 1. Farinac. qu. 81. nu. 171. & ſeq. in fine;* ubi hanc opinionem ranquàm veriorem, & communem ſequitur.

Huic concluſioni, ſcù regulæ dantur nonnullæ ampliationes, & limitationes, quas
2 vide penès *Farinac. d. qu. 81. n. 174. cum ſeqq. & Guazzin. loc. cit. n. 2. pariter cum ſeqq.*

Pax, aut Partis remiſſio nihil operatur ad effectum diminuendi pœnam, ſed devenitur
B ad condemnationem delinquentis, perindè
3 ac ſi nulla pax, aut Partis remmiſſio eſſet ſequuta, cum ea non præjudicet Fiſco prætendenti injuriam, & vindictam publicam, quæ pacto privatorum tolli nequit, ex quo pro crimine agi poreſt nedum ad pœnam Parti applicandam, verùm etiam ad publicam vindictam, & ratione præjudicii Reipublicæ, cui convenit ut delicta pro pace tuenda, & recto regimine puniantur ſecundum, communiorem opinionem, quam contraria *Bart.* reprobata, ſequitur *Clar. Pract. crim. qu. 58. nu. 3.* ubi etiam teſtatur, ità de conſuetudine, & praxi ſervari, ſubdens, quod cum ex generali conſuetudine totius Italiæ, & fortè etiam totius Orbis poſſint Judices ex officio procedere ſuper quibuſcumque delictis, parum curandum eſt, an Pars accuſet, vel remittar, *& Maſtrill. dec. 207. num. 2. cum trib. ſeqq.*

Idqoe eo magis procedit in delictis gravibus, & arrocibus, quæ nec apud DEUM, nec
4 apud homines excuſationem ullam habent, ut declarando docet, ac teſtatur de praxi *Farinac. qu. 4. nu. 34. verſ. ego vero in Urbe ita ſervatum vidi.*

Secùs verò in iis delictis, in quibus non poteſt procedi niſi ad querelam Partis, nam
5 tunc ſuperveniens remiſſio ejuſdem Partis tollit omnem proceſſum, & accuſatus eſt abſolvendus, ut tenet *Clar. d. qu. 58. nu. 3. verſ. Et ideò in caſibus* & declarando firmat *Maſtrill. dicta dec. 207. nu. 9.* Proùt etiam in delictis levibus; vel in homicidio ſimplici, & in rixa calore ſanguinis commiſſio, ut declarat *Farinac. loc. cit.*

Si vigeat Sratutum mandans, quod ſequuta pace pœna minuatur, vel non procedatur
6 tunc pax obtenta nocet Fiſco, cùm huiuſmodi Staruta valeant, & ſint ſervanda *Boniſac. Vitalin. in Tract. crim. rubr. de Pace n. 5. verſ.*

niſi

niſi Statutum Farinac. d.qu.4. n.35. Guazzin.de Pac.qu.9.n.25.par.1.

Quinimò ſi Statutum diſponat, quòd delinquens ſequuta pace ante ſententiam deffi-
7 nitivam mitiùs puniatur, adhuc ſi superveniat pax poſt ſententiam, ſed pendente appellatione, eo caſu ſententia debet revocari, & Reus mitiùs puniri, ut tenent *Gomez de Delict. cap.3. nu.69.* ubi teſtatur ità judicatum fuiſſe in Cancellaria Regia Valliadolid *Guazzin.cit. qu.9.n.43. Bajard.ad Clar.Prax. crim.quaſt.58. n.3. Franc. dec.370.ſub nu.19. cum ſeq.*

Quid dicendum de Militibus delinquenti-
8 bus, & pacem reportantibus vide *Annot. ad dec.90.recol.me.Coccini Deo dante imprimen.*

ADDITIO AD RUBRICAM XXIX. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 JUdex procedere debet contra Reum non obſtante conſenſu partis offenſæ Lim..n.2.

Nu.3. Judex procedere debet contra Reum non
1 obſtante Conſenſu partis offenſæ, ne delicta * impunita remaneant firmat etiam *Urſaya in eius Inſtit.crim. lib.4.tit.8.n.5.*

Limita in delictis levibus, in quibus non
2 poteſt procedi * niſi ad quærelam partis ut proſequitur *Urſaya loc.cit.* ubi me allegat.

De Pœna facientium coadunationem, ſeu guarnimentum.

RUBRICA XXX.

CUpientes ſcandalis, quæ oriri poſſunt occurrere, & rixas omninò, quantum poſſumus ſedare, ut qui virtutis amore peccare non deſinunt, ſaltem metu pœnæ terreantur. Idcircò hac præſenti lege in perpetuum duratura ſancimus, firmamus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis cum armatis, hominibus adinvicem coadunatis venerit ad męnia, foveas, vel portas Civitatis Faventiæ, vel ejus Caſtrorum, ad perturbandum quietem ipſius Civitatis, aut Caſtrorum prædictorum, & ſuſcitandum tumultum, & ad offendendum Civitatem ipſam, & populum ejuſdem, ſeu Caſtra prædicta, aut arcem aliquam, capitis, & ultimi ſupplicii pęna plectatur, ita quod omninò moriatur, dummodò aliquid attentaverit, & devenerit ad aliquem actum proximum facto, & eadem pęna puniantur omnes alii, & ſinguli ſic coadunati, & armati, & in prædictis auxilium cooperativum, & aſſiſtentiam cum armis præſtantes. Si verò aliquis cum hominibus coadunatis à decem ſuprà cum armis iverit ad dictas portas, & aliquem cuſtodem Arcium, ſeu portarum dictæ Civitatis, aut Caſtrorum facto offenderit in ejus perſona, aut ipſum detinuerit, ſeù cæperit, dum eſſet in actuali cuſtodia alicujus ex Arcibus, ſivè portis prædictis ultra pęnam coadunationis prædictæ, puniatur idem offendens, capiens, aut detinens, & quicunque ei aſſiſtens ad hoc in pęnam corporis afflictivam, citrà tamen mortem Juſdicentis arbitrio, niſi ex tali offenſione mors ſecuta eſſet, vel ſequeretur dicti cuſtodis, quo caſu talis offenſor unus, vel plures etiam mortis pœnam ſuſtineant, & bonorum publicationem, quam ſi non fuerit paſſus ſit in perpetuo banno capitis Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Faventiæ, & ipſius offendentis, & ſeu offendentium bona publicentur. Qui verò in Civitate, Comitatu, aut Diſtrictu Faventiæ guarnimentum fecerit, ſeu cum eo fuerit, ſi aliquem occiderit, aut aliquem ad domum ſuæ habitationis aggreſſus fuerit eam ingrediendo, & aliquem in ea offendendo, ſeu vulnerando, aut depredando, vel ignem in eam immittendo etiam ultimi ſupplicii, & mortis pænam omnino ſubſtineat, & etiam publicationem bonorum, ſi mors ſecuta fuerit, & quilibet alius in dicto guarnimento ad ſic in prędictis caſibus, aut aliquo eorum delinquendum aſſiſtendo, aut auxilium præſtando, librarum quingentarum bononenorum pęna plectatur, ſin autem aliquem, ſeu aliques vulneraverit, aut aliter offenderit in alio loco, & non ad domum Caput dicti guarnimenti librarum quingentarum pęnam incurrat, & alii quilibet cum eo adunati in libris centum bononenorum condemnentur. Si autem quis cum guarnimento ſolùm, per Civitatem, aut Comitatum, vel Diſtrictum iverit neminem offendendo, principalis dictæ coadunationis, & guarnimenti pęnam centum ducatorum pro qualibet vice ſubſtineat, & patiatur ſic in Civitate eundo. In Comitatu verò, ſeu Diſtrictu dimidiam dictæ pœnæ, & alii omnes cum eo congregati lib. 1. bononenorum pęnæ ſubjaceant. Et quia dubitari poſſet quis ſit, ſeu fuerit Caput dicti guarnimenti, Juſdicens in caſu dicti dubii quem ſibi videbitur conſideratis perſonarum qualitatibus, & indiciis animum ipſius moventibus principalem conſtituat, declaret, & habeat. Et in prædictis caſibus de guarnimento loquentibus intelligatur guarnimentum coadunatio, ſeu collectio decem in Civitate, & quindecim in Comitatu ſeu Diſtrictu hominum armatorum, & ab indè ſupra, niſi in caſu permiſſo, congregatorum. Et ſi dubitaretur tumultum oriri poſſe in dicta Civitate, ne procedi contingat ad aliquem tumultum, ſeu depopulationem, aut ad aliud ſcandalum, Rector ipſius Civitatis, & Antiani ejuſdem Civitatis pro tempore præſidentes convocare poſſint, & debeant Populum, etiam ſi opus erit, & ſibi videbitur ad ſonum campanellæ turris Communis ad aſſumendum arma pro obviando ſcandalis, & tumultui

hujuſmo-

hujuſmodi, ac etiam præcipere quibuſcunque etiam ſub quibuſcunque pęnis, ut arma depo-nant, vel etiam quòd diſcedant de dicta Civitate pro bono, & pace ipſius Civitatis, vel quòd eis obediant, & ſi opus erit eos inobedientes capere, vel aliter delinquentes, & taliter puni-te, quod eorum pęna aliis tranſeat in exemplum. Non intendentes tamen per præmiſſa de-rogare in aliquo pęnis à jure communi, vel alio jure noſtro municipali impoſitis contrà com-mittentes crimen leſæ majeſtatis ſi, & quando judicari poſſet tale crimen commiſſum fuiſſe in caſibus prædictis, vel aliquo prædictorum.

SVMMARIVM.

1 SEditiones, rebelliones, conſpirationes, tumultus, aliaque ſcandala, & damna oriri ſolent ex conventiculis, & coadunationibus.

Conventiculæ prohibitæ ſunt tam de Jure Civili, quàm ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Bannimentis generalibus n.1.

2 Pœna conventiculam facientibus impoſita, ut incurratur quæ requirantur.

3 Conventicula non dicitur congregatio facta ad bonum finem.

4 Amplia procedere non obſtante diſpoſitione *Bulla* Sixti V. *la* 75. §. 1. *cum ſeqq.*

5 Conventiculæ materiam tractantes remiſſivè.

6 Conventiculæ prohibentur ad ſubmovendas crapulas, & commeſſationum ingluviem.

7 Ex crapuloſis commeſſationibus accidere ſolent odia, diſſenſiones, & homicidia.

8 Crapula ebrietatem gignere ut plurimùm ſolet.

9 Ebrietas aufert memoriam, diſſipat ſenſum, confundit intellectum, impedit linguam, corrumpit ſanguinem, totum corpus debilitat, ac eſt fons omnium vitiorum.

Vinum immoderatè ſumptum deſtituit calorem naturalem, & generat morbos, de quibus, ibi n.9.

10 Ebrii ſunt Brutis, & Diabolo deteriores, ac filii Belial, & ſine jugo, & apoſtatæ.

11 Ebrietatis, ebriorum, & ebrioſorum plura ibi, remiſſivè.

De utilitate, & damno vini, remiſſivè n.11.

12 Vinum an connumerandum ſit inter bona, an inter mala, ita ut an utile, an potiùs nocivum ſit remiſſivè.

13 Vinum immoderate aliquando ſumitur de conſilio Medici ad valetudinem recuperandam. Vide ibi.

14 Ebrietas laudatur à Medicis pro remedio multarum ægritudinum.

Medicus non poteſt directè ſaltem pro remedio ſanitatis ſuadere ebrietatem n.14.

15 Crapulæ, & commeſſationibus alitur ignorantia, depauperantur familiæ, & n.16.

17 Paupertatis fundamenta ſunt luxus, crapula, delictum, pigritia, & triſtes eventus.

18 Ebrietate committitur peccatum.

Ebrietati providere debent ſupremi Magiſtratus nu.18.

19 Crapuloſis injungi poteſt præceptum ne accedant ad tabernas ſub pœna trium ictuum funis.

Clerici à tabernis, & commeſſationibus debent ſe abſtinere n.20.

20 Clerici, aliique Eccleſiaſtici ebrioſi, & crapuloſi, qua pœna puniantur remiſſivè.

21 Coadunationes prohibentur ad evitanda Monopolia.

22 Monopolium committitur variis modis, de quibus ibi.

23 Monopolium crimen graviſſimum, & deteſtabile reputatur, ac Reipublicæ maximè perniciosum, & quarè.

24 Monopolium committentes perpetuò exilio & confiſcatione bonorum damnantur ultrà reſtitutionem ejus, quod ſuprà juſtum pretium exactum fuit.

An autem huiuſmodi pęna remitti, & minui poſſit, & à quo vide remiſſivè n.24.

25 Si ex Monopolio evenerit concitatio Populi, vel ſeditio, capitale ſupplicium incurritur à delinquente.

OBSERVATIO.

SEditiones, rebelliones, conſpirationes, tumultus, rixæ, aliaque ſcandala, & damna oriri ſolent ex conventiculis, & coadunatio-
1 nibus, quapropter tanquam Reip. pernicioſæ ſunt prohibitæ tàm de *Jure Civili in l. 1. C.de Colleg. illicit. l. 1. ff. Quod cujuſque Univerſit. nom. l.Denunciamus* 5. *C.de His, qui ad Eccleſ. l. Convinticula* 15. *C.de Epiſc. & Cleric. cap. unic.* §. *Conventicula de Pac. ten. inter ſubditum in uſib. feud.* docet *Knipſchild. de Juribus, & privil. Civit. Imperial. lib.2. cap. 11. nu.1. Bortll. de Magiſtrat. edict. l.3. c.8.n.1. Conſalvus Ponce de Leon de Sodalitate nominis* Dei *cap.13. circà princ. Capyc. latr. dec.169. n.4.p.2. Rota coram Coccin. dec.2174. n.3.*quàm ex *Conſtitutionibus Apoſtolicis,* ut ex *Bulla* Pauli II. *la* 4. §. 2. *in Bullar. nov. tom. 1.* confirmata præ cæteris *à* S. Pio V. *la* 10. §. 9. *& à* Clemente VII. *in ejus Bulla pariter la* 10. *à* Sixto V. *in ejus Bulla la* 75. *Bullar. nov. vol.* 2. *& ex Conſtitutione Ægidiana l.4. c.45.* Ac ex *Bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici c.33.* ibi: *Et in oltre S.E. eſpreſſamente ordina, e commanda, che neſſuna perſona come di ſopra ardiſca, ò preſuma ſotto alcun quæſito colore fare coadunationi, ò conventicole di perſone ſotto pena à quelli, che ſaranno capi, ò autori, della vita, e confiſcatione de' beni, & agl' altri, che interveniſſero, di trè tratti di corda in publico, e di 200. ſcudi d'oro per ciaſcuno, e ciaſcuna volta d'applicarſi un quarto all' Accuſatore, il quale ſarà tenuto ſecreto, un quarto all' Eſecutore, & il reſto alla Camera Apoſtolica, & anco della galera ad arbitrio di S. E. Dichiarando, che ſarà tenuta Conventicola, & Coadunatione ogni volta, che ſaranno inſieme più di ſei con armi, e più di dieci ſanz' armi, riſervato però l'arbitrio di S.E. circa*

alla

Digitized by Google

lla dichiaratione del maggiore ò minor numero, e circa alla cauſa della coadnnatione predetta dà giudicarſi Conventicola, ò nò con armi, e ſenza, & incorrere in maggior pena ſecondo la qualità de' caſi, e delle perſone come di ſopra.

Ad incurrendam pænam Conventiculam facientibus impoſitam requiritur, quod adſit,
2 qui alios convocet, ducat, aut aliàs ſit cauſa, ut alii accedant, nam quando ſine Duce, & Authore plures, putà unus poſt alium conveniunt, & concurrunt armati in aliquo loco, iſto caſu non dicitur Conventicula, minuſque illius pæna locum habet *Boſſ. in tit. de Crim. laeſ. majeſt. nu. 26. Farinac. eodem tract. quaeſt. 113. inſpect. 4. nu. 137. Conciol. ad Statut. Eugub. li. 4. Rubr. 35. nu. 4.*

Necnon requitur, quòd concurrat numerus perſonarum armatarum præfinitus, *Farinac. d. quaeſt. 113. n. 135. Conciol. ubi ſupra num. 5.*

Ceſſat verò pœna quotiès Conventicula, ſeù congregatio facta fuit ad bonum finem,
3 nempè Religionis cauſa, vel ſimili, cum tunc ceſſet dolus, ut reſpondit *Farinac. conſ. 65. per tot. & Marta de Juriſdict. pa. 2. cap. 23. nu. 18. cum ſeqq. Farinac. dict. quaeſt. 113. nu. 159. Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 14. n. 74. verſ. ſicuti, Borell.* referens quinque caſus *loc. cit. n. 3. cum ſeqq. Rot. coram Coccin. dec. 2133. n. 5.*

Non obſtante diſpoſitione *Bullae* Sixti V. *la 75. §. 1. cum ſeq.* quæ locum habet, quandò verſatur in dubio, vel clarè non conſtat de
4 bono fine, pro quo facta eſſet coadunatio, ut declarant *Farinac. citat. qu. 113. nu. 174. Cobell. ubi ſupra nu. 78. Cartar. dec. crim. 1. n. 5.*

Cœtera de Conventicula vide *Farinac. dict.*
5 *inſpect. 4. per tot. Marta de Juriſdict. par. 2. cap. 53.*

Advertendum eſt, quod coadunationes hominum prohibentur non ſolùm ad tollendum periculum conſpirationis, rebellionis, & tumultus, ut ſuprà firmatum fuit; Verùm etiam
6 ad ſubmovendas crapulas, & commeſſationum ingluviem, ut tradit *Conſalvus Ponc. de Leon loc. citat. & cap. 14. per tot.* Nam ex hujuſmodi crapuloſis commeſſationibus accidere ſolent
7 odia, diſſenſiones, & homicidia, ut relatis verbis *Concilii Nannetenſis 2. can. 15.* illas prohibentis advertit *Ponce de Leon ubi ſupra c. 14. in fine.*

Preſertim cùm crapula, ut plurimum gignere ſoleat ebrietatem *Divus Iſidorus lib. 2. Sentent. tit. 43. Gonzalez Tellez in cap. à crapula nu. 1. de Vita, & honeſt. Cleric.* quæ inducit
8 exilium mentis, & libidinis incentivum, au-
9 fert memoriam, diſſipat ſenſum, confundit intellectum, impedit linguam, corrumpit ſanguinem, totum corpus debilitat, ac eſt fons omnium vitiorum, ut optimè comprobando notat *Fagnan. in d. cap. à crapula num. 3. cum ſeq. ibique plenè Gonzalez Tellez n. 6.* latè *Philippus Jacobus Sachs de Vite, & vino lib. 2. cap. 2. de Vini abuſu, & ebrietate, verſ. relinquimus cum ſeqq.* ubi tradit, quod ex ebrietate aſſidua inciditur in paralyſim, comam, convulſiones &c. cum vinum immoderatè ſumptum deſtruat calorem naturalem, & morbos frigidos generat, eo modo, quo flamma exigua ignis extinguitur, ſi confeſtim multum olei infundatur, *Solorzan. de Iure Indiar. lib. 1. cap. 24. nu. 71. cum ſeq. juncto num. 76. verſ. Et quidem cum ſeq.* ubi etiam refert *Mendoza* probantem, quod ebrii ſunt Brutis, & Diabolo
10 deteriores, ac filii Belial, & ſine iugo, & apoſtatæ *Barboſ. de Offic. Epiſcop. par. 2. alleg. 28. nu. 10. Zacch. QQ. Medicolegal. lib. 2. tit. 1. q. 11. num. 3. cum ſeqq.* ubi alia de Ebriis *Adden. ad Rot. in rec. dec. 28. nu. 58. cum ſeqq. juncto n. 79. cum pluribus ſeqq.* ubi plura de ebrietate,
11 ebriis, & ebrioſis, ac de damno, & utilitate potus vini *par. 3. & latiſſ. in diſcurſu ad par. 11. rec. Farinac. in Fragment. par. 1. verbo Clericus nu. 253. Solorzan. de Jure Indiar. lib. 1. cap. 7. num. 66. cum ſeqq.* ubi refert Authores
12 examinantes, An vinum inter bona, vel inter mala ſit connumerandum, itaut utile an potius nocivum ſit *Rendell. de Vindem. & vino, & eod. lib. 1. cap. 25. nu. 69. cum ſeqq. P. Andreas Mendo de Jure Academic. lib. 3. qu. 45. nu. 536.* qui latè talis vitii refert damna *Sachs d. tract. de Vino*, qui pariter latè examinat illius virtutes, & damna, & dixit *Terent. in Eunuch. Sine Cerere, & Baccho friget Venus*, ac *Virgil. de Vino, & Venere.*

Nec Veneris, nec tu Vini capiaris amore
Uno namque modo vina venuſque nocet
Ut Venus exemat vires, ſic copia Vini.
Et tentat greſſus, debilitatque pedes.

Niſi vinum immoderatè ſumatur de conſilio Medici ad valetudinem recuperandam,
13 proùt limitat *Soc. Sen. in cap. ſi conſtiterit n. 20. de Accuſat.* qui teſtatur, ſe Florentiæ vidiſſe Magiſtrum Ugonem Bentium inſignem Philoſophum, & Medicum Cognatum ſuum frequenti ebrietate filium Bernardi de Uzano à periculoſo morbo liberaſſe, & refert *Fagnan. ubi ſupra in d. cap. à crapula n. 34. de Vit. & honeſt. Cleric. & Adden. ad Rot. in recent. deciſ. 28. nu. 54. cum ſeq. ac nu. 57.* ubi *nu. 55.* refert contrarium tenentes *par. 3.* cum ebrietas pro mul-
14 tarum ægritudinum remedio laudetur à Medicis, quos refert *Zacch. QQ. medicolegal. l. 6. tit. 1. qu. 5. n. 15.* qui tamen *nu. 16.* tenet Medi. cum non poſſe directè ſaltem pro remedio ſanitatis ſuadere ebrietatem *Sachs dict. tract. de Vino cap. 2. verſ. ex Medicis*, ubi tradit eſſe, qui ſanitati conducere arbitrantur, ſi interdùm vinum auiditer creberrime alternatis poculis ingurgitetur, ut indè vomitu excitato venticulus eluatur, ſubdens cum *Hippocrat. de Intern. affect. §. 430.* quod antiqui vocabant *Cathoniſmum* quando vino ad ebrietatem ſtomachum replebant, ut corpus per urinam, & vomitum expugarent; & proſequitur, quod in plenitudine tollenda venarum craſſarum ſumere debet vina in ea quantitate, ut ſanguis e naribus copioſe effluens eum liberet.

Ultra quod mediantibus crapula, & com-
15 meſſationibus alitur ignorantia, ut in
Proverb.Eccleſ.cap.20.nu.1. ibi: *Luxurioſa res*
eſt vinum, & contumelioſa ebrietas, qui cum
his immiſcetur non erit ſapiens, & depauperan-
tur familiæ, & cap.31.nu.17. ibi: *Qui diligit*
epulas in egeſtate erit, qui amat vinum, &
pinguia non ditabitur, & animadvertit *Card.*
Pallavicinus in Hiſtoria Sacr.Concil.Trid. lib.9.
cap.9.n.6. ibi: ,, Quali ſono i fonti della po-
17 vertà? Cinque. Il luſſo, la crapula, il miſ-
,, fatto, la pigrizia, e'l diſaſtro: Il luſſo, e la
,, crapula con lo ſcialacquar la robba, il miſ-
,, fatto, e la pigrizia, o col dar cagione, ch'
,, ella meritamente ſia tolta, o col traſcurare
,, di cuſtodirla, e di acquiſtarla; il diſaſtro con
,, quelle diſgrazie, le quali fanno, che i beni di
,, queſta vita chiaminſi beni di fortuna, e le
,, quali moſtrano, che in eſſi non è collocato il
,, premio infallibile dovutoſi alla virtù. Ma le
,, prime quattro ſono le più conſuete origini
,, dell'inopia umana; onde per lo più è vero il
,, detto, che ciaſcuno è fabro della ſua propria
,, fortuna: Sicchè fra' poveri a gran pena ſi tro-
,, verà uno per dieci, la cui povertà non ſia
,, proceduta, o da colpa di lui, o degl'Ante-
,, nati. Nè altra briglia più forte ritiene l'in-
,, domite voglie dell'uomo da tutti i vizj, che
,, quella turpis egeſtas temuta da ciaſcuno, o
,, in ſe ſteſſo, o nella progenie. Nè parimen-
,, te verun'altro più acuto ſprone, che queſto
,, incita gl'uomini alla fatica di ſua natura sì
,, diſpiacevole, inſieme sì neceſſaria.

Ut occurratur tot malis exindè reſultanti-
bus ultra detrimentum animæ ob peccatum,
18 quod committitur, ſequendo diſtinctionem
Divi Thomæ relatam per *Adden. ad Rot. dicta*
deciſ.28. nu.50.cum ſeqq.par.3. ſupremi Magi-
ſtratus remediis opportunis providere debe-
rent; prout practicatum fuit à *Sac.Viſita Car-*
ceratorum in Urbe injungendo in actu excar-
cerationis mediante præcepto hominibus vi-
19 libus deditis crapulæ, & commeſſationibus
in maximam pauperum familiarum ſuarum
perniciem ne accedant ad tabernas ſub pœna
trium ictuum funis, ut reſtatur *Scanarol. de*
Viſit.carcerat.lib.1.§.13.cap.7.n.25.

Contrà Clericos verò, aliaſque eccleſiaſti-
cas Perſonas, quæ à commeſſationibus, &
tabernis debent eſſe alieni juxta diſpoſitio-
nem *Sacrorum Canonum* innovatorum per *Sac.*
Concil.Trid.de Reformat.ſeſſ.22.cap.1.& ſeſ.24.
cap.12. circa finem, & per conſequens in qui-
bus crapula, & ebrietas eò magis eſt deteſta-
20 bilis, procedendum eſt ad pœnas à *Sacris*
Canonibus inflictas, de quibus *Fagnan. Gonza-*
lez Tellez, & cæteri Scribentes in cap.à crapu-
la de Vita, & honeſt.Cleric. ac latè *Farinacc. in*
fragm.in d.verbo Clericus nu.244.cum ſeqq. Ad-
den.ad Rot.in rec. d.dec.28.n.182.cum ſeq.par.3.

Prohibentur etiam prædictæ coadunatio-
21 nes ad evitanda monopolia, ut advertit *Pon-*
ce de leon. in cit. Tract. de Sodalitate Nominis
Dei cap.13. verſ.Primò ad tumultus, Marta de
Juriſdict.par.2.cap.23.n.1. Carpon.diſcept.262.
concluſ.4.n.10.verſ.Ratio enim.

Monopolium verò privata auctoritate
multipliciter committitur, nempè ſi omnes
22 Mercatores in unum conſpirant non venden-
di merces, niſi certo inter eos ſtatuto pre-
tio; ſi unus Mercator, aut pauci coemunt
omnes merces certi generis, ut poſtea aucto
pretio ſuo arbitratu vendant; Si Artifices
inter ſe conveniant, ut incæpto ab uno ope-
re, alii non ſe intromittant, quamvis ille
opus incæptum relinquat, & aliis modis in
mercibus, in perſonis, & in loco de quibus
in l. unic. C. de Monopol. ibique Scribentes, &
præſertim *Barboſ. Ahaſuerus Fritſchius in ejus*
Sylloge var.tract.cap.9.per tot.Giballin.de Uni-
verſ.homin.negotiat.lib.4.cap.5.artic.5. Decian.
tract.crim.lib.7.cap.21.Farinac.in fragm.par.2.
in verbo Monopolii n.290.cum plurib.ſeqq.Borel.
de Magiſtrat. edictis lib.3.cap.8.nu.26.cum ſeqq.
Gait.de credito cap.2.tit.7.q.9.n.2309.cum ſeqq.
Marta de Juriſd.par.2.cap.23.n.5.Maſſin.de Con-
fiſcat.q.27.n.4.& 2.cum ſeq. Capon.diſcept.162.
concluſ.5.n.13.cum ſeqq.vol.4.

Et cùm Monopolii crimen graviſſimum, &
23 deteſtabile reputetur, ac Reip. maximè per-
nicioſum, tanquam contra naturalem ratio-
nem præcludens viam benefaciendi proximo,
& adverſus publicam utilitatem, ac in perni-
ciem totius miſtici corporis, ut tradunt *Bar-*
boſ.loc.cit.n.4.Raudenſ.conſ.47.n.13.lib.1.Bucca-
fer.conſ.95.n.3.Maſſin.de confiſc.q.27.n.1.Molin.
de Juſt.& Jur.tract.2.diſput.345.n.1.Decian.d.
*cap.21.in princ.*concordantes cumulat *Addit.*
ad Sauſel.dec.329.verſ.Quantum ſit deteſtabile
tom.3.cum aliis suprà allegatis Cornazzan.deciſ.
Lucenſ.127.Fritſchius ubi suprà cap.5.& cap.6.
utrobique n.1. cum ſeqq.Chriſtin.deciſ.Belgic.98.
n.1.vol.3.Carpzov.deciſ.4.nu.1. Illud commit-
tens perpetuo exilio, & confiſcatione bono-
24 rum damnatur juxta *Text.in d.l.unic.C.de Mo-*
nopol.ibique Barboſ.n.13. Maſſin.de confiſc.ritat.
q.17.nu.3.Borel.d.cap.8.n.33.cum ſeq, ſubdens
hanc pœnam remittere, vel minuere nonniſi
Principem, illiuſque ſupremam Curiam poſſe
Gait.de credit.cit.q.9. n.2321.cum duobus ſeqq.
ubi ſubdit, quòd hujuſmodi pœna mitigari
poteſt per Judicem juxta facti, & perſonarum
qualitatem, itaut quandoque bonorum pri-
vationem, quandoque exilium perpetuum,
quandoque triremium flagitium, & quando-
que pecuniarum pœnam imponere poſſit, &
concordantes adducit *Farin.ubi ſup. in verbo*
Monopolii nu.282. ultra reſtitutionem ejus,
quod ſupra juſtum pretium exactum fuit *Gait.*
ubi ſuprà nu.2320. Et ſi exindè concitatio po-
puli, vel ſeditio evenerit capitale ſupplicium
25 incurritur, ut per *Text.in l.unic. C.de ſeditioſ.*
l.capitalium, §.Solent ff.de Pœnis firmat *Borell.*
loc.cit.n.33.

ADDIT.

Digitized by Google

ADDIT. AD RVBR. XXX. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 Conventiculæ periculoſæ ſunt, ut ex eis oriantur mala.
2 Pœnæ Conventiculæ quænam ſint, non concurrente malo fine.
3 Damna ebrietatis quænam ſint.
Ebrioſus,& crapul.à Beneficio ſupſpēditur n.3.
4 Monopolium committitur auctoritate publica, & auctoritate privata.
5 Monopolium auctoritate publica eſt licitum, ut ibi exemplicatur.
6 Monopolium auctoritate privata tripliciter committi ſolet remiſſivè.
7 Monopolii materiam tractantes remiſſivè.

*Num.*1. Conventiculæ ſunt periculoſæ, ut exindè oriantur mala, etiam me ſequuta tradit *
1 *Rot. in Forolivien.Commendæ* 1.*Julii* 1709. *cor. Eminentiſs.Scotto* 5.*Reſponſione*.

Num.2. *& ſeqq.* Conventiculæ, ejuſque pœnæ, quando fiat locus etiam non concurrente
2 malo fine * ad declarationem *Bullæ* Sixti V. punientis etiam ad bonum finem,& an ea procedat adverſus occurrentes cum armis vide *dec.*97.*penes Balduc.ad Ramon.vol.*4.

Num.8.*&* 9. Ebrietatis damna recenſentur, & me hic allegato repetuntur à Patre *Octavio*
3 *Maria à S.Joſeph Ordinis S.Auguſtini Diſcalceatorum in ſuis interrogationibus interrogat.*993. *par*. 3.

Et quod inducat mentis exilium, & libidinis provocet incentivum tradit *Paulmoll. deciſ.*83.*n.*15. ubi quòd ideò ebrioſus, & crapuloſus à Beneficio, & Officio ſuſpenditur, & concordantes cumulat.

Num.22. Monopolium duobus modis accipitur nempè, aut auctoritate publica, quando ſci-
4 licèt Superioris permiſſu mercatores obtinent jus privativè, aliquam ſpeciem mercium vendendi, juſto, & certo eiſdem taxato pretio, vel artem exercendi, prout illi, qui pro-
5 priis expenſis libros imprimi faciunt,& Principes in eorum Privilegiis decernunt, ne alii eoſdem imprimere valeant, quia ex hoc privilegio animantur Docti ad imprimendum libros, & ita eorum doctrina multis communicatur, quod in publicum redundat utilitatem. Et hæc quidem Monopolia non ſolùm ſunt licita,ſed omninò neceſſaria, ut concordantibus relatis docet *Caldero dec.*55.*n.*18. *&* 19.*tom.*2.

Monopolium verò privata auctoritate
6 committi ſolet tripliciter, ut hic * notatur, & advertit *Caldero ubi ſuprà n.*20.qui latè materiam examinat.

Num. 23. Monopolii materiam vide penes *Co-*
7 *ſtant. ad Statutum Vrbis Annot.*62. *& Caldero dec.*55.

De Pœna excedentis juriſdictionem, vel pedagium colligentis in Comitatu Faventiæ præter ordinem Statutorum Civitatis Faventiæ.

RUBRICA TRIGESIMAPRIMA.

Dicimus, & ſtatuimus, quòd nullus Officialis Communis¹, vel Populi Civitatis Faventiæ, nec aliqua alia ſingularis perſona audeat, vel præſumat modo aliquo per ſe, vel per alios exercere aliquam juriſdictionem, merum, vel mixtum imperium, vel paſſagium, vel gabellam aliquam colligere, vel accipere in Diſtrictu, & Comitatu Faventiæ, niſi auctoritate Apoſtolica id faceret, vel niſi per formam Statutorum, & conſilia Communis, vel Populi Civitatis Faventiæ, vel aliter ſibi de jure permitteretur ſub pœna capitis, & de iis teneatur Poteſtas, & alius quilibet juſdicens in dicta Civitate inquirere, procedere, & punire, ſecundùm formam præſentis Statuti, & ſit præciſum.

SVMMARIVM.

1 Tributa cum ipſis Regibus, & Principibus fuerunt introducta.
2 Principibus debentur tributa à Subditis nedum de Jure gentium, ſed etiam de Jure Divino, & naturali tàm in ſignum ſubiectionis,quàm pro eorum alimentis, & ſubſtentatione, ac in recompenſationem adminiſtrationis Juſtitiæ,& aliorum onerum, quaſi ſtipendia proprii miniſterii.
3 Princeps pro tributis fiſcalibùs eſt anterior creditor, & præfertur aliis Creditoribus,
4 Limita reſpectu cauſæ funerariæ, & impenſæ factæ pro conſervatione rei.
6 Jus imponendi tributa, & Gabellas ad ſolum Principem ſupremum pertinet, non autem ad Dominos inferiores, neque ad Magiſtratus Supremos, & ad Civitates ſubjectas, quæ non poſſunt Gabellas, & tributa imponere, & n.6. Ampl. n.7.
8 Barones, & alii Domini Sedi Apoſtolicæ ſubjecti non poſſunt imponere, aut augere Gabellas, & tributa ſub pœna excommunicationis.
9 Jus imponendi tributa, & Gabellas eſt adeò annexum Majeſtati ſupremi Principis, ut non poſſit poſſideri ab inferiore, niſi cum titulo habito ab eodem Principe.
10 Titulus imponendi Gabellas, & tributa ſtatim exhiberi debet inſtante Fiſco.¹
11 Amplia procedere etiam in judicio ſummariiſſimo manutentionis.
12 Manutentio Baroni, aliiſque Dominis inferioribus in quaſi poſſeſſione imponendi, & exigendi Gabellas, & tributa non conceditur, abſque exhibitione tituli n.11.

Digitized by Google

12 Limit. 1. quando concurrit diuturna, & lon-
gæva poſſeſſio.
13 Limita 2. quando agitur de exactione inter
privatos, non autem contra Principem
Supremum.

OBSERVATIO.

TRibuta cum ipſis Regibus, & Principi-
bus fuerunt introducta, ut firmat *An-*
1 *tunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 1. par. 2. lib. 1.
cap. 24. nu. 80. & 82. Kloch. de contribut. cap. 1.
n. 11. cum ſeqq.*

Ipſiſque debentur à Subditis nedùm de
Jure gentium, ſed etiam de *Jure Divino*, *&*
2 *naturali*, ut ex *Geneſ. cap. 47. Regum lib. 1. cap. 8.
n. 14.* tradunt *Sot. de Juſt. & Jure lib. 3. quæſt. 6.
art. 7. Alphonſ. de Caſtr. de Legib. pœnal. cap. 10.
Antunez Portugal. d. cap. 24. ſub n. 85.* tàm in
ſignum ſubjectionis, quàm pro eorum ali-
mentis, & ſubſtentatione, ut proſequitur *An-
tunez ſub nu. 80. verſ. Et ſic neceſſarium fuit*, ac
in recompenſationem adminiſtrationis Juſti-
tiæ, ac aliorum onerum, & quaſi ſtipendia
proprii miniſterii, ac dos illis tanquàm Ma-
rito aſſignata *D. Thomas in Epiſt. ad Romanos
hom. 25. cap. 13. lect. 1. Antunez cit. cap. 24. n. 81.
ac alii allegati ſuprà in Obſervat. ad Rubr. 5. ſub
n. 61. lib. 1.*

Et cum Princeps in iſtis tributis fiſcalibus
ſit anterior, cùm tributorum præſtatio om-
nem contractum temporis antiquitate præ-
3 cedat, proindè præfertur omnibus aliis cre-
ditoribus, ut notat *Bald. in l. 1. n. 1. cum duob.
ſeqq. C. Si propt. public. penſitat.* quem ſequitur
4 *Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 11. n. 2054. cum ſeq.*
ubi *nu. 2062. &* 2066. limitat reſpectu cauſæ
funerariæ, & impenſæ factæ pro conſervatio-
ne rei.

Jus autem imponendi tributa, tanquàm de
Iure regali majori ad ſolum Principem Su-
5 premum pertinet uti Majeſtatis proprium,
ut firmat *l. Vectigalia, & l. Non ſolent C. Vectig.
nova inſt. Abb. conſ. 13. n. 4. par. 2. Camill. Borell.
in Coment. ad Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 46.
verbo Tributum, verſ. Ex quo, & de Præſtant.
Reg. Catholic. cap. 11. nu. 34. & cap. 20. n. 16. Ar-
miſeus de Jure Majeſt. lib. 3. cap. 7. n. 10. Farinac.
q. 173. nu. 68. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 6. nu. 14.
Bovadil. in Politic. lib. 5. cap. 5. n. 13. Roſental. de
Feud. cap. 5. concluſ. 35. n. 1. litt. A. Antunez Por-
tugal. dd. cap. 24. n. 79. cum ſeq. & cap. 1. n. 3. cum
duob. ſeqq.* ubi etiam ſubdit, quòd neque Do-
mini inferiores Vaſſallorum, & Terrarum,
neque Magiſtratus Supremi, neque etiam
Civitates ſubjectæ ea imponere valent.

Atque ideò Principes Feudatarii, & Baro-
nes Superiorem recognoſcentes, ac Civita-
tes ſubjectæ non poſſunt tributa, & gabel-
6 las imponere *Salyc. in l. Vectigal. in princ. C. de
Vectigal. Farinacc.* alios cumulans *cit. qu. 173.
n. 69. juncto n. 77.* ubi refert *Tuſch.* firmantem
id procedere etiamſi Baro fuerit infeudatus
7 de aliquo Caſtro à Supremo Principe cum
mero, & mixto imperio, & cum ſeparatio-
ne Caſtri infeudati ab omni alia juriſdictio-
ne *Antunez Portugal. allegat. cap. 1. num. 5.*

Id etiam explicitè ſub pœna excommuni-
cationis prohibente diſpoſitione *Bullæ* in
8 Cœna Domini nuncupatæ quotannis publi-
cari ſolitæ, ut in illa URBANI VIII. *la 62. §. 3.*
ibi: *Excommunicamus, & anathematizamus
omnes, qui in Terris ſuis nova pedagia, ſeu ga-
bellas, præterquàm in caſibus ſibi à jure, ſeu ex
ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis im-
ponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri pro-
hibita exigunt, in Bullar. nov. vol. 4.*

Hocque Ius eſt adeò annexum, & inſepa-
rabile à Majeſtate Supremi Principis, ut non
9 poſſit poſſideri ab inferiore, niſi cum ti-
tulo habito ab eodem Principe *l. 1. §. Ait Præ-
tor. ff. de Aq. quotid. æſtiv. cap. unic. verſ. Niſi quæ
ſpecialiter, quæ ſint regal. in uſib. feud. Luc. de
Pen. in l. 2. nu. 2. C. de Fundis limitrophis lib. 11.
Rol. à Val. conſ. 89. n. 24. lib. 2. Berett. conſ. 21. n. 6.
in fine Rovit. conſ. 58. n. 6. lib. 1. Ciriac. cont. 178.
n. 13. Petrus Fraſſo de Patronatu Reg. Judiciar.
cap. 2. n. 12. cum ſeq. Grammat. dec. 59. nu. 15. Re-
verter. dec. 111. n. 4.*

Et titulus inſtante Fiſco ſtatim exhiberi
10 debet *Surd. conſ. 166. num. 32. Rolan. d. conſ. 89. à
n. 20. cum aliis*, quos refert, & ſequitur *Fraſ-
ſo, ubi ſuprà n. 15.*

Etiam in judicio ſummariiſſimo manuten-
tionis, quæ in iſta materia habente contra ſe
11 Iuris præſumptionem abſque tituli proba-
tione non conceditur *Peregr. de Fideic. art. 52.
n. 141. Rol. loc. cit. n. 1. cum ſeqq. juncto n. 21. cum
ſeq. Poſt. de Manut. obſer. 44. nu. 14. Gratian. diſce-
ptat. 141. nu. 3. Reverter. loc. cit. Afflict. dec. 265.
n. 7. cum ſeq. Rot. coram Buratt. dec. 312. n. 13.* vel
ſaltem exhiberi debet talis titulus coloratus,
qui Iudicem inducat ad credendum poſſiden-
tem aliquem habere jus ad Regaliam, ut cum
aliis firmat *Fraſſ. ubi ſuprà n. 16.*

Concurrente tamen diuturna, & longæva
poſſeſſione conceditur poſſidenti manutentio
12 abſque tituli exhibitione, ut firmant *Adden.
ad Ludoviſ. dec. 370. n. 10. verſ. Et quam poſſeſſio,
Poſt. d. obſerv. 44. nu. 23. cum ſeq. Card. de Luca de
Feud. diſc. 65. n. 14. Rot. diverſ. dec. 595. nu. 4. verſ.
Quod procedit par. 1. in rec. dec. 685. ſub num. 3.
par. 1. penes Poſt. de manut. dec. 438. nu. 13. cum
ſeq. & Coccin. dec. 354. per tot.* & præſertim *n. 6.
cum ſeq.* ubi advertit procedere, non obſtan-
te *Bulla in Cæna Domini*, cujus decretum ir-
ritans in ea appoſitum, dùm non eſt juſtifi-
catum non tollit detentationem, ſeu inſiſten-
tiam facti.

Pariterque conceditur manutentio abſque
exhibitione tituli, quandò agitur de exactio-
13 ne inter privatos, non autem contra Princi-
pem, ut diſtinguendo tenent *Poſt. d. obſerv. 44.
n. 29. cum ſeq. Mart. de Juriſd. par. 2. cap. 5. n. 32.
cum ſeq. Ridolphin. prax. par. 2. cap. 12. num. 172.
Donat. Anton. de Marin. Reſol. Juris lib. 2. c. 115.
n. 16. cum ſeq.* ubi teſtatur non inveniſſe *Docto-
rem*, qui in terminis privati contrarium affir-
mare auſus fuit *Rot. cor. Seraph. dec. 1047. n. 10.
& cor. Burat. dec. 222. n. 9.*

AD-

ADDIT. AD RUB. XXXI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Tributa, & Vectigalia quarè ſolvantur Principibus.

Num.2. Tributa, & Vectigalia ſolvuntur Prin-
1 cipibus ad hoc, ut cuſtodiant, & protegant Vaſſallos ab injutiis, itinera, & vias ſecuras reddant ut plenè firmat *Lagun.de fruct.par.1. c.24.n.59.cum ſeqq.*

De Pœna intrantis, vel exeuntis Civitatem Faventiæ aliundè quàm per portas.

RUBRICA TRIGESIMA SECUNDA.

NUlli liceat intrare, vel exite Civitatem Faventiæ, vel Suburbia, vel aliquod ex Caſtris ipſius aliundè quàm pet portas Civitatis, aut Caſtrorum, & ſi quis conttafecerit condemnetur in lib. centum bononenorum ſi fuerit in die, & ſi fuerit in nocte pœna duplicetur. Quam pęnam ſi non ſolverit, in fortiam Commùnis Faventiæ conſtitutus infra menſem à tempore condemnationis de eo factæ numerandum, ei pes debeat amputari. Et ſi quis per contumaciam fuerit bannitus, & venerit in fortiam Communis Faventiæ, & non ſolverit infra menſem à die ipſius capturæ, & præſentationis computandum, eodem modo ſibi pes debeat amputari, niſi utroque caſuum prædictorum miſeratio ætatis, vel alia juſta cauſa arbitrio Iuſdicentis ad minorem pęnam reducendam videretur,

SUMMARIUM.

1 MUros Civitatis violans, eos ſcalis admotis tranſcendendo, vel aliqua alia ratione pœna capitis plectitur. Decl. n.6. 7.8.9.& 10.

Qua pœna verò puniatur ex diſpoſitione Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici, vide n.5.

2 Hoſtile, & abominabile eſt aliundè, quàm per portas egredi.

3 Muri Civitatis Sancti dicuntur, & quarè.

4 Furtum committens ex Archivio publico, & Depoſitariis punitur pœna capitis.

9 Refectio murorum Civitatis ſpectat ad Cives, & Incolas, non autem ad Principem.

OBSERVATIO.

MUros Civitatis violans traſcendendo
eos ſcalis admotis, vel alia qualibet
1 ratione, pœna capitis plectitur de Jure com-
muni, tùm quia hoſtile, & abominandum
eſt aliundè, quam per portas egredi: Tùm
2 etiàm quià muri Civitatis ſunt Sancti, ut
3 inquit *Pomponius in l.final. ff. de Rer.diviſ. & Juſtinianus in §. Sanctæ Inſtit. eod. tit. Sicard.*
*conſ.1. nn.*48. ubi etiàm firmat, quod qui fu-
ratus eſt ex Archivio publico, & Depoſita-
riis tanquàm violator Archivii, & ſacrorum
4 Scriniorum punitur eadem pœnâ, qua tran-
ſcendens muros Civitatis plectitur, ac fir-
mant *Borell.de Magiſtrat. Edict. lib.4.cap.10.*
nu.1. cum ſeq.Farinac. qu.20. nu.146. Carpzou.
Prax. crim. par.1.qu. 40. nu. 20. paritèr cum.
ſeqq.Menoch. de Arbitr. lib.2. caſ.483.num. 5.
Cirriſtiu.ad Leges Mechliniens.tit.2.art.16. n.1.
& Knipſchild. de Jurib. & privil.Civit.Imper.
lib. 5. cap. 26. nu. 45. Jo. Voet. de Re militar.
cap.4. nn.29. Ganaver.deciſ. 39. nn.1. cum ſeq.
& deciſ.40. nu.2. juncto *nu.8. cum ſeq.* ubi in-
veſtigando principium, muros Civitatis eſ-
ſe Divini juris ait, id evenit ex eo quod ta-
les muri non ſunt ſubjecti dominio particu-
lari ſubalterno, ſed dominio ſupremo inſe-
parabili à diademate Principis, ideòque
propriè dicuntur Divini Juris, quoniam
quæ ſunt ad Maeſtatem, vel ex Majeſtate Im-
peratoris Divini dicuntur ab illo Epitheto
Divina; Quod practicatum fuit à Romulo,
qui Remulum punire juſſit, eo quià muros
tranſcendere fuerat auſus, de quo *Lucan.*ibi.
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri, &
confert quod dixit *Jeſus Chriſtus Joan.cap.10.*
ibi: *Amen Amen dico vobis, qui non intrat per*
Oſtium in Ovile ovium, ſed aſcendit aliundè,
ille fur eſt, & latro.

Ex diſpoſitione verò *Bannimentorum Gene-*
5 *ralium Status Eccleſiaſtici cap.* 58. mitior pœ-
na impoſita fuit ibi. *Proibiſce ancora S. E.*
ſotto qualſivoglia preteſto, ò queſito colore en-
trare, ò uſcire per altri luoghi della Città, Ter-
re, luoghi, e Caſtelli, che per le porte aperte,
e ordinarie ſotto pena di trè tratti di corda, &
altre pene corporali ad arbitrio del Giudice da
eſtenderſi anco alla galera, quali pene incorre-
ranno anco quelli, che daranno a ciò ajuto, e
favore.

Pœna tamèn ordinaria tùnc locum habe-
bit, quotiès quis animo hoſtili tranſcenden-
6 do muros pacem violet; Secùs ſi abſque ho-
ſtili animo muros tranſcendat, nàm iſto
caſu pœna extraordinaria punitur, ut decla-
rat *Carpzou.loc. cit.nn.24.verſ.quod ipſum cum*
ſeq.Fortia de Jure novæ Urbis condendæ cap.12.
nn.12. ubi de tranſcendente muros non ani-
mo violandi, ſed ut à Curia evaderet, jun-
cto *n.22.* ubi de tranſcendente cauſa occiden-
di Bannitum *lib. 1. Ganaver. deciſ.40. nu.38.*
ubi de tranſcendente ad effectum evitandi
periculum mortis, vel carceris.

Requiritur enim dolus, & animus violan-
7 di muros, nàm ceſſante dolo, & concurren-
te aliqua licita cauſa non intrat pœna, ut
declarat *Farinac. d.qu.20. nu.149. Boer. deciſ.*

232.nn.

232.nu.1.cum ſeq.Ganauer.ead.dec.40.n.30.

Itein locum habebit ſi tempoce belli, vel
imminentis periculi occaſionetcanſcendantur
8 muri, non autèm tempore pacis, ut deela-
rant *Farinac.loc.cit.nu.151.Borell.loc.cit.n.12.*
Boer. deciſ. 232. nu.3.Magon. deciſ. luceuſ. 90.
n.14.Boer.cit.deciſ.232.nu.3.

Paciterque non inttat pœna mortis, ſed
extraordinaria conttà tranſeendentem, &
violantem muros cujuſuis Civitatis, ptæter
9 illos Romæ, nam pœna mortis naturalis in-
flicta ex diſpoſitione *leg.final.ff. de Rer. diviſ.*
habet locum contra violantes muros Romæ,
non aliarum Civitatum, & Caſtrocnm, ut
per *Text.in l.prima in fiue ff.Ne quid in loco pu-*
blico diſtinguendo tenet *Ferett. de Varietate*
inter Jus Civile, & Longubardorum tit. de Pœ-
ua violantium muros Civitatum nu.3. cum. ſeq.
ubi teſtatuc pec *d. text.* libecaſſe à morie
quendam Forolivienſem, qui deſcendetat,
& aſeendecat muros Civitatis Fotolivii, &
Cobell.ad Bull.Bon.Regim.cap.8.nu.44.cum.ſeq.

Contrarium tamen, quòd imò indiſtinctè tranſcendens muros tam Romæ, quam cujuſuis alterius Civitatis eadem pœnâ capitali puniatur compcobando tenet *Ganaver. d. deciſ.40.nu.30.cum ſeqq.* in qua *deciſione* ac in alia *præcedenti* examinato articulo, An ad Principem, an potius ad Cives, & Incolas per contributioucm ſpectet refectio muroruni Civitatis deciſum fuit a *Regia Camera*, ſpectare ad Cives, & Incolas, quod etiam fitmat *Cobell. dicto cap. 8. nu. 48. cum ſeq.* ubi ttadit modum conttibuendi,

Cætecas ampliationes, & limitationes vi-
de peues *Ripam de Nocturn. tempor. cap. 18.*
10 *cum ſeq.Farinac.allegat.quæſt.20. nu.147. cum*
ſeqq.Caball.Reſol. crim.caſ.100. nu.1. cum ſeqq.
Pacicbell.de Diſtant. cap.5. nu.4. Berlich. deciſ.
70.par.1.& D.Meum Raynaldum in ejus Obſer-
vat.criminalium cap.3.§.1. poſt bæc ſcripta im
preſſ.vol.primo.

De Pœna extorquentis per vim, vel metum aliqua instrumenta, vel rem aliquam ab aliquo.

RUBRICA TRIGESIMATERTIA.

STatuimus, & ordinamus, quod D. Poteſtas, ſeù alii Juſdieentes poſſint, & teneantur inquirete eotum officio, vel etiam ad petitionem cujuſcumque conquetentis contra omnes, & ſingulos, qui extorſiſſenr per vim, vel per metum, vel extorqueri feciſſent aliqua inſtrumenta, vel ptomiſſiones ab aliquibus faciendo ipſa inſtrumenta, vel promiſſiones ſibi, vel aliis fieri. Et delinquentes hujuſmodi puniantur in pœna quadrupli valoris rei, vel quantitatis contentæ in inſtrumento, vel promiſſione hujuſmodi, & ultra in majori pœna, etiam perſonali, eitra tamen mortem, habito reſpectu qualitatis, & condtvionis perſonarum, & negotii, & nihilominùs pronunciet ipſa inſtrumenta per metum, el per vim extorta non valere, neque tenere, & pro vanis, & caſſis, & cancellatis haberi, & teri, & Notarius, qui fecerit ſcientèr tale inſtrumentum condemnetut ipſo facto ſine ſolemnitate in eadem pœna, de qua ſupta, ſitque privatus ipſo facto atte, officio & privilegio Notariatus Quicumque verò rem aliquam ab aliquo vi, vel metu extotſerit vel abſtulerit in pœna quadruli exiſtimationis tei puniatur, & nihilominùs rem ipſam reſtituere compellatur ipſo facto, & etiam ultra dictas pœnas puniatur arbitrio Juſdicentis prout in ſupraſcripto proximo caſu. Et per prædicta non intelligatur derogatum Statuto de Furtis diſponenti.

SUMMARIUM.

2 VIs eſt major rei impetus, qui repelli non poteſt; vel eſt neceſſitas impoſita contraria voluntati, majoriſque rei impetus, qui repelli non poteſt,
2 Vis dicitur quidquid nullo juce fit contra liberam alicujus voluntatem.
3 Vis publica dicitur, quæ fit cum armis; privata verò, quæ fit ſine armis.
4 Vis expulſiva, ablativa, compulſiva, tucbativa, & inquietativa, quæ fit remiſſivè.
5 Metus eſt inſtantis, vel futuci periculi cauſa trepidatio mentis.
6 Diffecentia inter vim, & metum, quæ ſit.
7 Voluntas coacta voluntas eſt, ſed non ſpontanea, & qualificata.
8 Vis materiam tractantes remiſſivè.
9 Metus materiam tractantes remiſſivè.

OBSERVATIO.

VIs eſt major rei impetus, qui repelli non
poteſt *ſecundum Paul.lib.Sent.1. tit.7.* vel
1 eſt neceſſitas impoſita conttatia voluntati,
majoriſque rei impetus, qui repelli non poteſt, ut ex *Text. in l. 2. ff.Quod met.cauſ.Gonzalez. Tellez. in cap.1. ſub.uu.12.de His, quæ vi, metuſue cauſa tom.1.par.2.pag.945.* Et di-
citur vis quicquid nullo jure fit contra libe-
2 ram alicujus voluntatem, de qua elegantiſ-
ſimè tractat *Cicer. iu orat.pro Cecinna.*

Vis alia eſt publica, de qua in *tit.ff.ad Leg. Jul.de vi public.* & fit cum armis *§.Sed ex Conſtitutionibus Inſtitut. de Interdict.* Alia privata, de qua in *tit.ff.ad Leg.Jul.de vi privat.* & fit ſine acmis, ut in *dicto §. Sed ex Conſtitutionibus* docent *Menoc.de Recuper. poſſeſſ. in præl ud. num.37.Ridolphin. Prax.par.2. cap.14. num.58.*

Rursùs alia eſt expulſiva, alia ablativa,
4 alia compulſiva, alia turbativa, & alia in-
quietativa, ut plenè explicat *Menoch. loc.cit.*
n.39.cum ſeqq.& Ridolphin.ubi ſuprà n.59.

Metus verò eſt inſtantis, vel fututi peri-
5 culi cauſa trepidatio mentis, ut probatuc ex
l.1.ff. Quod metus cauſa latè *Gonzalez. loc. cit.*

San-

Sanchez. de Matrim. lib.4.diſput. 1. nu.7 Fari. nac. in Fragment. crim.par. 2. in verbo metus ſub nu.1.

Differt vis a metu; Etenim cum vis ſit
major impetus rei, qui repelli non poteſt,
6 dùm per vim aliquid extorquetur, princi-
pium actionis aliundè, & extrinſecus venit,
nec ulla voluntas patientis concurrit, ſed ſe
habet purè paſſivè, ac verſatur circa præ-
ſentia; At quoties futuri periculi metu quid
datur, aut promittitur, in patientia exiſtit
actionis origo, & reſpicit futura, ac datur
voluntas, licet coacta, ut explicat *Anton
Faber.in Papin.tit.3.princip.2. illat.11.* quem
ſequitur *Gonzalez Tellez loc. cit. ſub eodem
num.12.*

7 Voluntas verò coacta voluntas eſt ad
*text.in l.Si mulier §.ſi metu ff. de Eo quod met.
cauſ.Dec.in l.Velle non videtur nu.1.cum ſeq. de
Reg.jur.Rot. coram Duran.deciſ.158. nu.13. &
coram Dunozet.jun.deciſ.385.nu.1.* non tamen
ſpontanea, & libera, ſed potiùs qualificata,
& impropria, ac ſecundùm quid, ut tradunt
*Fagnan.in cap. nullus nu.24. de Regular. Rocch.
Diſput.ſelect.tom.2.cap.163. nu.24. & Lotter.
de Re benefic.lib.1.quæſt.46. n.57. verſ.Tamen.
cum ſeq.* ubi quod eo caſu intelligitur volun-
tas reſpectu principii, quo moventur orga-
nicæ partes in eo, qui cogitur, non autem
ut indè conſtituatur actus procedens a vo-
luntate coacta habet quidèm volitionem in
ſuperficie, ſed nolitionem in medulla.

De utroque eſt *tit. in Cod. de His, quæ vi,*
8 *metuſve cauſa geſta ſunt*, & agunt *ibi Scri-
bentes*, & præſertim *Barboſ.* Particularitèr ve-
rò de metu maximè ad effectum nullitatis
contractus matrimonii, & profeſſionis præ-
9 cæteris videndi ſunt *Gonzalez Tellez in alle-
gat. tit. de His, quæ vi metuſve cauſa, Aven-
dan. In ejus tractat. de Metu, Farinac. in Fragm.
loc. cit. in verbo Metus, Barboſ. vot.1.. & 77.
lib.1. Rot. in recent. dec. 274. & 293. par. 8.
deciſ.301. deciſ.329. & deciſ.334. par.12.deciſ.
405. deciſ. 490. & deciſ. 514. par. 18. tom.2.,*
ac alibi paſſim; Ad effectum verò pœnæ, ut-
potè quia vi, & metu prohibuerit, vel com-
pellerit teſtari, ſeu contrahere vide *Farinacc.
quæſt. 161.*

De Pœna euntium de nocte.

RUBRICA TREGESIMA QUARTA.

Dicimus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus audeat, vel præſumat ire, aut morari noctis tempore per Civitatem, & vias publicas, & porticus, ſeu in ejus Suburbiis ſine lumine poſt ſonum campanellæ turris Communis uſquequò pulſaverit Campana groſſa di ctæ turris Communis, quæ pulſatur in aurora diei ſummo mane. Poſſint tamen ſub eodem lumine tres impunè incedere dicto tempore, & quinque ſub lumine cerei ſeu duplerii, ſi tamen fuerint bonæ conditionis, & famæ;, ſub pœna ſol. 35.bononenorum pro qualibet vice, & prædicta ſibi locum non vendicent in Piſtoribus exercentibus eorum officium.

SUMMARIUM.

1 PRæfectus Vigilum agere debebat nocturnas vigilias frequenter eundo per Civitatem, ac diſcurrendo modò huc: modò illuc.

2 Baro cogere an poſſit Vaſſallos ad faciendas nocturnas vigilias remiſſivè.

3 Triumuiri nocturni occurrebant incendiis.

4 Præfectus Vigilum cognoſcebat de omnibus ſceleribus, quæ nocturno tempore committebantur, & præſertim de incendio, & latrocinio.

5 Præfectus Vigilum Bariſellus hodiè vocatur.

6 Bariſellus percurrere debet noctis tempore Civitatem, & ſi inveniat euntes per eam poſt horam à Statuto, Lege, ſeu Conſtitutione præſcriptam, vel abſque lumine poteſt eos carcerare. Vide nu. 8. Lim.nu. 11.12.13.14.& 15.

Euntes per Civitatem de nocte poſt horam ſtatutam ſine lumine poſſunt carcerari nu. 6. Vide num. 8. Limita num.11.12.13.14. & 15.

7 Ire per Civitatem noctis tempore quavis hora, & ſine lumine de Jure communi non eſt prohibitum.

9 Vagationes nocturnæ ſunt prohibendæ, prout illas vetavit etiam Populus Romanus ad evitanda delicta, & ſcandala.

10 Statutum, ſeu Bannum prohibens ire de nocte poſt certam horam valet. Vide ibi.

16 Mulieres comprehenduntur ſub Statuto, ſeù Banno prohibente ire de nocte, & ſine lumine,

17 Clarici an comprehendantur ſub diſpoſitione Statuti, Banni, ſeù Conſtitutionis ſæcularis vetantis ire de nocte, & ad quem ſpectet eorum punitio remiſſivè.

18 *Ludovicus XIV. Rex Galliæ* extirpavit delicta, & furta nocturna.

Ludovicus XIV. Rex Galliæ laudatur nu.18.

19 *Don Gaſpar de Haro, & Guſman Marchio Carpii V. Rex Neapolis* extirpavit Fures, tàm in Civitate, quàm in toto illo Regno.

OBSERVATIO.

ELigebatur olim Officialis ſub nomine
Præfecti Vigilum, qui agere debebat
1 nocturnas vigilias, frequenter eundo per Ci-
vitatem, ac diſcurrendo modò hùc, modò
illùc, ut in *tit. ff. de Offic. Præfect. Vigil. ibi-
que DD.* plenè *Capon. diſcept. 21. num. 1. cum
ſeqq. vol. 1.* ubi examinat, an Baro tàm in
foro fori, quàm in foro poli poſſit cogere

2 Val-

2 Vaſſallos ad hujuſmodi vigilias nocturnas,
& excubias *Langlæus Semeſtr. lib. 8, cap.* 10.
ubi de Triumviris nocturnis, qui apud vetu-
3 ſtiores occurrebant incendiis *Murga in Con-
ſtitut. Apoſtolic. ad favorem Congregationis ſan-
cti Benedicti Hiſpaniarum in Conſtitutione 6. &
2. Alexandri IV. nu. 974. Kochen. de Jure vi-
ciniæ p. 2. cap. 1. nu. 45. cum. ſeq.* ſi ſimili Of-
ficiali Xurterios nuncupato in Civitate Pa-
normitana tradit *Muta in Conſuetud. Panor-
mit. cap. 60. in princ. & n.* 1., quod Præfe-
ctus Vigilum apud Romanos cognoſceret de
4 omnibus ſceleribus, quæ nocturno tempore
committebantur, preſertim de incendio, &
latrocinio docet *Borell. de Magiſtrat. edict.
l. 4. c. 11. nu. 15. cum ſeq.* ubi etiam notat
vigiliarum uſum obſervatum fuiſſe, non ſo-
lum iis temporibus, ſed etiam multò ante.
Hodie verò Præfectus Vigilum vocatur
5 Bariſellus, ut tradit *Cobell. ad Bullam Boni
Regim. c. 19. ſub n. 59.* qui percurrere debet
noctis tempora Civitatem, & ſi inveniat
6 euntes per eam poſt horam à Statuto, Lege,
ſeù Conſtitutione præſcriptam, vel abſque
lumine, poteſt eos carcerare, ut de Statuto,
Conſuetudine, & Banno prohibente ire per
Civitatem poſt ſonum certæ Campanæ ſal-
tem ſine lumine *Muta d. cap. 60. Capiblanch.
Novar., & alii infrà allegendi*, cum attentata
illius diſpoſitione effectum fuerit delictum,
7 quod priùs non erat tale de Jure communi
juxta theoricam *Bart. in l. 1. n. 11. ff. de Pu-
blic. judic. Jaſ. in l. is qui n. 381. ff. de Uſucap.*
quos refert, & ſequitur *Novar. de Gravam.
Vaſſall. tom. 1. Gravam. 236. n. 1.*
Quoties tamen quis inveniatur poſt ſo-
7 num Campanæ excluſivè, cum agatur de
lege exorbitante à *Jure communi*, & tenden-
te ad condemnationem, & pœnam, ut diſtin-
guendo inter legem prohibitivam, prout
iſta, & permiſſivam, nempè ſi dicatur, quod
à pulſu Campanæ de mane quilibet incedere
poſſit cum armis, vel exire, quo caſu eſt com-
præhenſus etiam ſonus Campanæ tradunt
*Gratian. diſceptat. 161. nu. 23. Scoppa ad Gra-
tian. obſerv. 124. nu. 12. Novar. cit. Gravam.
236. n. 8. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubr.
92. nu. 3. Barboſ. de Diction. uſu freq. dict.* 1.
nu. 3. cum ſeq. & ſequatur apprehenſio in fla-
granti, cum non poſſit procedi per inquiſi-
tionem ſecundum aliquos, ſecundùm verò
alios ſecùs, quos vide penes *Conciol. ad Statut.
Eugub. lib. 4. Rubr. 37. n. 1. cum ſeq. & Rubr. 62.
n. 3. Novar. cit. Gravam. 236. n. 6.*
Similes enim nocturnæ vagationes prohi-
bendæ ſunt, prout illas etiam vetuit Popu-
9 lus Romanus *in l. 12. tab.* ut teſtatur *Pandul-
phus Prucejus in Juriſprudentia veteri in l.
duodecim tabul.* ad evitanda delicta, & ſcan-
dala, unde Leges, Banna, & Statuta id pro-
hibentia valent, dummodò hora certa deter-
minetur, & Campana eo tempore pulſetur,
10 itaut ab omnibus poſſit audiri ad evitan-
dam ignorantiam *Giurb. conſ. crim. 11. Muta
ſuper prugm. Sicil. tit. 82. Capiblanch. de Baron.
pragmat. 14. n. 48. Thor. in Compend. deciſ. p. 1.
in verbo Bannum factum ne quis de nocte. No-
var. loc. cit. nu. 7. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1.
diſp. 2. q. 3. n. 158.*
Etenim ſi quis carceretur in loco, ubi
Campana veriſimiliter non poterat audiri,
11 captura non ſuſtinetur *Novar. d. Gravam.
236. nu. 9. & ſuper prugmat. Regn. tit. de Ex-
cubiis nocturnis collectan. 2. nu. 3. cum ſeq. Bo-
rell. de Magiſtrat. Edict. lib. 3. c. 9. n. 24.* Et
hac ratione Surdus excuſatur, nec pœnam
12 incurrit, ut proſequitur *Novar. d. n. 9. Borell.
cit. c. 9. n. 26.* ubi tamen *n. 27. cum ſeq.* declarat
*Cupntaq. de Regim. Reip. c. 7. §. 2. nu. 26. cum
ſeq.* ubi notat, quod alioquin non excuſatur,
qui dicit non audiviſſe.
Prout etiam excuſantur in nocte Veneris
13 Sancti, in qua Campanæ non pulſantur, ut
advertit *Capuc. ut ſupra*. Quod tamen non
tranſit ſine difficultate, ut videre eſt penes
*Rip. de Nocturn. temp. c. 1. n. 22. cum ſeq. Borell.
d. cap. 9. ſub n. 24. & 25.*
Pariter etiam non incurrunt pœnam, qui
ſtant ante Oſtium, & ſub ſtillicidio, ac in
14 ſcalis propriæ domus, ut firmat *Novar. d.
Gravam. 236. nu. 10.* Quicquid in contra-
rium teneat *Borell. alleg. c. 9. nu. 31. cum tri-
bus ſeq.*
Et demum omnes ii, qui ratione exercitii
15 tenentur de nocte ambulare prout ſunt Me-
dici, Aromatarii, Piſtores, Obſtetrices, &
ſimiles non comprehenduntur ſub Lege,
Banno, vel Statuto generaliter id vetante,
etenim cauſa finalis evitandi delicta, quæ
præcipuè conſideratur in promulgatione hu-
juſmodi legis non concurrit in prædictis
perſonis, ut animadvertit *Novar. alleg. gra-
vam. 236. n. 11.*
Mulieres tamen comprehenduntur ſub
Statuto prohibente aliquem ire de nocte, &
16 ſine lumine, ut firmant *Borell. cit. c. 9. nu.
29. Conciol. Reſol. crimin. verbo Arma reſol. 7.
nu. 2. in allegat. civil. & crim. 87. nu. 21. & ad
Statut. Eugub. d. Rubr. 62. nu. 2. Guazzin. ad
defenſ. Reorum defenſ. 29. c. 2. n. 20. Novar. d. gra-
vam. 236. n. 4.*
An autem Clerici comprehendantur ſub
diſpoſitione Conſtitutionis, Statuti, & Ban-
17 ni ſæcularis vetantis ire de nocte, & ad
quem ſpectet ejus punitio, vide *Conſtitut.
Marchiæ l. 3. c. 17. Balcbaſſ. Thomaſ. tr. 1. de Im-
munit. Eccleſ. tit. 1. nu. 545. & 630. Sperell.
dec. 13. n. 5.*
Notandum in propoſito, quod Pariſiis
adeò frequentia erant nocturna furta, alia-
que facinora, & delicta, ut tuto nemini per-
miſſus eſſet acceſſus abſque evidenti periculo
18 derobationis, & plerumque vitæ, ſed ita
micabiliter fuit proviſum, ut hodiè tutus ſit
acceſſus æquè de nocte, ac de die: Etenim
à *Rege Ludovico XIV.* cognomento *il Grande*,
cui par regnãdi fęlicitas, & gloria Divino mu-
nere conceſſa eſt, præſertim in extirpationem
hære-

Digitized by Google

hæreſis, nec minori ſtudio applicuit animum quieti, & tranquilitati ſuorum Subditorum penitùs extinguendo nocturna crimina in Civirate Pariſienſi, tàm medianribus rigoroſiſſimis pœnis, quàm mediante diſtributione variorum quarteriorum Milirum, necnon appoſitione luminum per vias. Neapoli quoque æquali fructu practicatum fuit à juſtiſſimo,& ConſtantiſſimoProrege *D.Gaſpare de Haro, & Guſman Marchione Carpii*, ubi poſt occaſum Solis non poterat ullo modo per Civitatem practicari abſque magno comitatu, alioquin derobatio evitari difficillimè poterat; Non ſolum verò medianre ſua ſingulari Vigilantia, & juſtitia extirpavit fures in Civitate, verùm etiam per totum Regnum, quod à multitudine Bannitorum, & furum, ac Craſſatorum continuò infeſtabatur in graviſſimum damnum Subditorum,& Viatorum, quæ vigilantia, & juſtitia faxit *Deus*, quod continuetur ab ejus Succeſſoribus, ac imitetur ab aliis Principibus, & Magiſtratibus.

De Pœna facientis Conſpirationem, vel Monopolium.

RUBRICA TRIGESIMA QUINTA.

STatuimus, & declaramus quod nullus audeat, vel præſumat facere, vel fieri mandare conventiculam, conſpirationem vel conjurationem in Civitate, vel Diſtrictu Faventiæ ad præjudicium honoris, & juriſdictionis Communis, & Populi dictæ Civitatis, & quicunque contrafecerit librarum mille bononenorum pœnam incurrat, ſitque omni beneficio, dignitate, & officiis quibuſcunque dictæ Civitatis tàm acquiſitis, quam acquirendis indignus, nec ad ea modo aliquo admitti debeat, & poſſit, qui verò Monopolium fecerit ducatorum centum pœnam incurrat.

SUMMARIUM.

1 COnjurationis crimen graviſſimum, & atrociſſimum eſt.

Conjurationis crimen committens contra Statutum, ſeù perſonam Principis tenetur crimine læſæ Majeſtatis nu. 1. Amplia, ut ibi remiſſivè,

2 Conjurationis ſcientiam habens, & non revelans Principi,vel ab eo interrogatus illā negans an,& qua pęna puniatur remiſſivè.

3 Indicia quænam ſufficianr ad imponendam pœnam ordinariam in crimine conjurationis.

OBSERVATIO.

COnjurarionis, & Conſpitationis crimen eſt graviſſimum, & atrociſſimum, & qui illud committit contra Statum, ſeù
1 perſonam Principis tenetur crimine læſæ Majeſtatis juxtà *Text. in l. Quiſquis C. ad Leg. Jul. Majeſt.* & firmant. *Decian. Tract. crimin. lib. 7. cap. 9. nu. 1. Farinac.qu.*113.*inſpect.*3. *nu.*109. ubi cumulat concordantes, & ibi *nu.* 110. *cum ſeqq.* adducit ampliationes.

Er gravitas hujus criminis an ſit talis, ut qui ejus ſcientiam habuit, & non revelavit
2 Principi, vel ab eo interrogatus conjurationem negavir, eadem pœnā ſit puniendus vide *Larrea allegat.Fiſcal.* 65. *Hieronymum Baſilico deciſ.6.* & an,& quando indicia ſufficiant
3 ad pœnam ordinariam vide eundem *Larream allegat. 66.*

De Pœna deſtruentium muros Civitatis Faventiæ, vel accipientium de lapidibus eorum.

RUBRICA TRIGESIMA SEXTA.

STatuimus, quod nullus deſtruat, vel deſtrui faciat muros Civitatis Faventiæ, nec in eis damnum aliquod inferat, vel novitatem in præjudicium eorum attentet, ſeu attentari faciat, neque de lapidibus illorum accipiat per ſe, vel alium, ſeù alios ſub pœna libr. l. bonenorum in ſingulo, & quolibet dictorum caſuum, quo contrafactum fuerit, & ultrà dictam pœnam contrafaciens ſtet in carceribus Communis per timeſtre, & nihilominùs teneatur ſuis ſumptibus ad refectionem ejus, quod deſtruxit, & ad reſtitutionem lapidum, & non relaxetur de carceribus donec dictam pœnam integram ſolverit, nullo ſibi admiſſo beneficio alioquin ex forma Statutorum Faventiæ confitentibus, & ſolventibus conceſſo, & qui iterato in eodem, vel tali dicto inciderit tunc pœna prædicta in caſu delicti duplicetur, & etiam banniatur de Civitate Faventiæ, & ejus Diſtrictu per biennium, & qui tertio, tale delictum perpetraverit ſibi manus dextera amputetur, quam redimere poſſit ſolvendo ducatos centum infrà menſem à die factæ condemnationis. Et cuilibet liceat denunciare contrafacientes,& denunciator lucretur tertiam partem pœnæ pecuniariæ contrafacienti impoſitæ, quæ denunciatio fieri poſſit Rectori, ſeù Poteſtati Faventiæ, aut alicui ex Antianis prædictis ſub ſecreto, & credatur ſic denuncianti, niſi fuerit ſuſpecta perſona cum uno teſte fide digno eorum mediante Sacramento, & ſit hoc Statutum præciſum.

SUMMARIUM.

1 IN muris Civitatis nemini permittitur apodiare, rumpere, ſuperimponere, & quidquam aliud facere ſine Principis licentia.

Ædificare volens juxtà muros Civitatis debet dimittere ſpatium quindecim pedum num. 1.

2 Maximè ſi exindè damnum, ſeù incommodum reſultet.

Oſtium ad locum publicum tendens aperiri non poteſt nu.3.

3 Muri Civitatis non poſſunt perforari pro facienda apertura, feneſtra, vel porta:

4 Muros Civitatis rumpens, perforans, aut in eis apodians, & ſimilia faciens tenetur actione peculatus.

5 Muri Civitatis Sancti, & Divini hoc eſt inviolabiles judicantur.

6 Muri Civitatis, quinam propriè dicantur remiſſivè.

7 Refectio, & reſtauratio murorum Civitatis ad quos ſpectet remiſſivè.

OBSERVATIO.

IN muris Civitatis nemini permittitur apodiare rumpere, ſuperimponere, & quidquam aliud facere ſine Principis licentia
1 iuxtà *Text. in l. In muris ff. ne quid in loco Sacro fiat l. Sacra §. muros ff de Rer. diviſ. Arentin. in §. Sanctæ nu.2. Inſtit. de Rer. diviſ. Guidopap. ſingul. 587. nu.1. Cancer. Var. reſol. par. 3. cap. 12. nu. 57. cum ſeq. Fortia de Iure novæ Urbis condend. cap. 12. n. 19. lib. 1. Riet. collectan. deciſ. par. 5. collectan. 1639. Cobell. ad Bull. Boni Regimi cap. 8. nu.* 37. ubi ſubdit etiam, quod qui vult ædificare juxta muros Civitatis debet dimittere ſpatium quindecim pedum *Boer. deciſ.* 232. *num.* 4.

Eo magis ſi damnum, ſeù incomodum
2 exindè reſultet juxtà *Text. in dicta l. In muris.*

Hinc non poſſunt perforari pro facienda
3 apertura, feneſtra, vel porta *Hermoſill. ad Lop. leg. 15. Gloſſ. 13. tit. 5. par. 5. nu. 11. circà finem, Ridol. de Regal. cap. 33. nu. 42. verſ. Liett Riet. Cancer. & Borr. loc. cit.* Et quod non poſſit aperiri oſtium ad locum publicum, quando Reip. damnum inferre poteſt actu, vel in potentia firmat *Tondut. QQ. & reſol. Civil. lib. 2. cap. 60. n. 15. & n. 17. cum ſeq.*

Et talia committentes tenentur actione
4 peculatus ad *Text. in l. Qui perforaverint ff. ad Leg. Jul. pecul. Guidop. loc. cit. Kloch. de Contribut. cap. 9. nu. 34. in fine cum ſeq.*, & quod indicta ſit pœna mortis aliis adductis firmat *Conriol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rubr. 61. n. 3.*

Ea ratione, quia hujuſmodi muri Civitatis in Iure judicantur Sancti, & Divini, hoc
5 eſt inviolabiles, ut præter *ſupra citatos* tradunt *Kloch. d. cap. 9. nu. 35. Knipſchilds de Jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 26. nu. 44. Caput de Regim. Reip. cap. 7. §. 25. num. 1. Riſicat. de Stat. Hom. tom. primo tit. de Architectura litt. B. pag. 291. Cobell. dicto cap. 8. num. 44. cum ſeqq.*

Qui autem propriè dicantur muri Civita-
6 tas tradit *Lucas de Penn. in l. Hac providentiſſima nu. 1. C. De quibus muner. nem. lic. ſe excuſ. lib.* X. Et ad quos ſpectet eorum refectio, & reſtauratio vide *Cobell. loc. cit. num.* 47. *cum ſeqq.*

ADDIT. AD RUB. XXXVI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 NEmini licet quidquam facere, fabricare, rumpere, immittere abſque Principis licentia in muris Civitatis.

2 Violantibus muros Civitatis impoſita eſt pœna capitalis, prout violantibus muros Romanos.

3 Muri Civitatis ſunt Sancti ideſt inviolabiles.

4 Refectio murorum Civitatis ſpectat ad Civitatem, licèt ſint Principis.

Num. 1. In muris Civitatis nemini licet quidquam facere, fabricare, immittere, rumpera
1 abſque * Principis licentia *Ganaver. dec. 39. n. 1. cum ſeqq. & deciſ. 40. n. 27. cum ſeq.*

Ideò violantibus, & traſcendentibus mu-
2 ros Civitatis impoſita eſt * pœna capitalis, prout violantibus muros Romanos, ut in *l. Si quis violaverit ff. de rer. diviſ.* communiter tamen receptum eſt, quod pœna ſit arbitraria ut firmat *Ganaver. d. deciſ. 40. n. 27. verſ. eodem morbo cum ſeqq.*

Num. 5. Muri Civitatis ſunt Sancti, & Divini
3 ideſt inviolabiles * *Ganaver. ubi ſupra.*

Num. 7. Refectio murorum Civitatis ſpectat ad Civitatem licet ſint Principis ut reſpon-
4 dit * *Conſilium penes Ganaver. d. deciſ. 39. nu. 16. verſ. Quibus hinc inde deductis cum ſeqq. & dec. 40.*

De Pœna piſcantis in foveis publicis, & proiicientis animalia mortua, aut putredines in eis,

RUBRICA TRIGESIMA SEPTIMA.

STatuimus, quod nullus poſſit piſcari cum rete, ſeu retibus in Foveis Civitatis Faventiæ abſque expreſſa licentia in ſcriptis Rectoris, ſeù Locumtenentis d. Civitatis, aut Dominorum Antianorum pro tempore præſidentium in dicta Civitate ſub pœna librarum quinque bononenorum toties quoties contrafactum fuerit. Et quod etiam nulla perſona projiciat, vel projici faciat in dictis Foveis aliqua animalia mortua, ſeu plures lapides, putre-

putredines, vel aliquas immunditias, ſeu etiam res, ſub eadem pœna in quolibet dictorum caſuum, & pro qualibet vice, & perſona tàm faciente, quàm etiam fieri mandante, ſolvenda de facto, & ſine aliquo Proceſſu, conſtito tamen de delicto, Et ſi quiſpiam in eodem delicto pluriès inciderit duplicetur eidem pœna prædicta toties quoties aliquis reiteravit idem delictum, & quod in ſingulis dictis caſibus ſolvatur dicta pœna, & quilibet poſſit contrafacientes accuſare, & habeat accuſator tertiam partem dictæ pœnæ, & credatur eidem ſi alias fuerit fidedignus cum uno teſte fidedigno ſuo mediante Sacramento. Quæ tamen pœnæ dimidientur in minoribus decem, & octo annorum, majoribus tamen duodecim.

SUMMARIUM.

1 Jus piſcandi commune eſt omnibus gentibus tàm in Mari, quàm in publicis Fluminibus.

2 Piſces fruuntur libertate, ſicut cæteræ omnes feræ.

Piſces conceduntur primo occupanti nu. 2.

3 Piſcatio prohiberi non poteſt Vaſſallis per Principes, & Dominos Terrarum Limita nu. 12.13.

4 Quod maximè procedit in Principibus, & Baronibus Superiorem recognoſcentibus.

5 Principes, & Barones prohibentes Vaſſallis piſcationem peccant contra juſtitiam, tenentur ad æſtimatione tàm damni, quàm lucri, & contra eos competit actio injuriarum, & nu. 6.

7 Jus piſcandi de Regalibus Principis judicatur, & nu. 10. Contrarium nu. 9.

8 Redditus piſcationum ſunt de Regalibus Principis.

Vectigal, & onus imponi poteſt ſuper redditibus piſcationum nu. 8.

9 Jus piſcandi, & ipſa piſcatio non eſt de Regalibus Principis.

11 Piſcantes in Mari Neptuni tenentur tradere Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, ſeu ejus Appaltatori decimam partem piſcis capti.

17 Piſcatores proiicientes in Flumine taxum, vel alias herbas mortiferas ad capiendos piſce ſunt puniendi.

19 Piſcatio cum inſtrumentis inſolitis prohiberi poteſt.

20 Piſcantes in Stagnis, Lacubus, & Fluminibus privatis, ac alienis puniendi ſunt juxta diſpoſitionem Statuti, vel Legis particularis ſuper hoc editæ.

21 Et deficiente Conſtitutione particulari intrat pœna arbitraria.

22 Piſcationis, & Juris piſcandi materiam tractantes remiſſivè.

OBSERVATIO.

Jus piſcandi tanquàm de Jure naturæ, & gentium eſt commune omnibus gentibus tàm in Mari, quàm in publicis Fluminibus,
1 juxta *Text. in leg. Nemo ff. de Rer. diviſ. l. Prætor ait 2. §. Si quis in Mari ff, Ne quid in loco publico, l. 1. ff. de Acquir. rer. domin. §. Flumina Inſtit. de Rer. diviſ. Kloeb conſ. 33. nu. 8. col. 1. Carpzov. Prax. crim. par. 2. q. 84. n. 80. Berlic. Concluſ. p. 5. concluſ. 51. n. 1. cum ſeq. doctiſſimus Anton. Gobb. conſult. 128. n. 1. cum ſeq. Conciol. ad Statut. Eug. Tom. I. lib. 4. Rub. 68. n. 1. ibique Romagner. n. 4.*

Piſces enim naturali fruuntur libertate,
2 ſicut cæteræ omnes feræ, & primò occupanti conceduntur *Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo, & Uxorem, Ferrer. in Addit. ad Guidopap. dec. 514. circa med.*

Undè non poteſt prohiberi Vaſſallis per
3 Principes, & Dominos terrarum *Dec. conſil. 302. nu. 19. Poſſent. Centur. 3. ſingul. 272. nu. 1. Borel. de Magiſt. Edict. lib. 4. cap. 4. num. 10. cum ſeqq. Georg. Mor. de Jure venand. par. 1. cap. 2. n. 6. cum ſeqq. Carol. Anton. de Luca in Addit. ad Franch. dec. 158. n. 1. Guidopap. dec. 523. Gob. ubi ſuprà.*

Quod maximè procedit in Principibus, & Baronibus Superiorem recognoſcentibus,
4 ut tenet *Roſſental. de Feud. cap. 5. concluſ. 24. n. 1. cum ſeq. Antunez Portug. de Donat. Reg. tom. 2. par. 3. cap. 9. nu. 51. Capiblanch. de Baron. par. 3. pragm. 14. n. 40. in fine cum ſeq. & lib. 2. cap. 87. n. 1. Gob. loc. cit. n. 3.*

Et ſi prohibeant, ultra quod peccant contra juſtitiam *Amaya in l. unic. n. 49 C. de Venat.*
5 *ferar. lib. 10.* contra eos actio injuriarum competit *leg. Injuriarum §. Si quis ff. de Injur. Aldovin. conſ. 20. nu. 175. vol. 1. Borel. ubi ſuprà n. 10. Carpzov. Prax. crim. par. 2. q. 84. n. 80.*

Ac tenentur ad æſtimationem tàm damni,
6 quàm lucri reſtituendam, ut firmat *Aldovin. d. conſ. 20. nu. 176.* quem ſequitur *Maſtrill. de Magiſt. lib. 3. cap. 10. n. 311.*

Non obſtante, quòd Jus piſcandi videatur
7 de Regalibus Principis per *Text. in cap. unic.* ibi: *Piſcationum redditus, quæ ſunt Regalia in uſib. Feud.* Nam redditus piſcationum ſunt
8 quidem de Regalibus, & de iſtis loquitur *Text. in d. cap. unic.* cùm ſuper eis valeat imponi onus, vel vectigal exigendo certam quantitatem, vel certam quotam piſcium,
9 non autem piſcatio ipſa, vel Ius piſcandi, ut cum *Afflict. Iſern. Alvarat. & aliis in dicto cap. unic.* declarat *Borel. ubi ſuprà n. 3. cum ſeq. & de Reg. Catholic. præſtant. cap. 24. nu. 3. cum ſeq. Maſtril. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. n. 305. cum duobus ſeqq. Antunez Portugal. de Donat. Reg. to. 2. par. 3. cap. 9. n. 73. Romagner. ad Conciol. loc. cit. nu. 11.*

Licèt etiam Jus piſcandi eſſe de Regalibus
10 cumulatis concordantibus firmet *Fajard. Alleg. Fiſcal. par. 2. alleg. 37. n. 19.* & alios adducit *Antunez Portug. de Donat. Reg. to. 2. par. 3. c. 9. n. 31.* ubi tamen *nu. ſeq.* firmat contrarium de Iure communi veriùs eſſe.

Hinc videmus quod Piſcatores piſcantes

Digitized by Google

in Mari Neptunni tenentur tradete Reve-
rendæ Cameræ, ſeu ejus Appaltatori deci-
11 mam partem piſcis capti, ut ommiſſis præ-
cedentibus chirographis, & Bannimentis
diſponitur in ultimo *Chirographo ſa:me*: Ala-
xandri VII. *emanato die 6. Martii* 1661.
Circa modnm autem ſolvendi hujuſmodi
decimam pendet indeciſa cauſa in *Tribunali
Cameræ coram Illuſtriſſimo Litta*, coram quo
introducta fuit de anno 1686.

Limitatur ramen in variis caſibus ſupra-
dicta adducta regula, & primò ſi Princeps
jus piſcandi prohibere conſueverit, vel aliia
12 ex certa ſcientia ratione publicæ utilitatis,
aut aliis iuſtis de cauſis conceſſiſſet; Nàm
concurrente cauſa publicę utiliratis, aut aliis
iuſtis cauſis poteſt interdici piſcatio, ut do-
cet *Roſſental.de Fend.cap.5. concluſ.423.in fine,
Maſtril.d.cap.10.n.312.cum ſeq. & Romaguer.
ubi ſuprà n.5.*

Limitatur ſecundò quando ſavore Princi-
pis concurrit præſcriptio, urpotè quia ipſe
13 ſolus piſcatus fuerit, & Subditos piſcati vo-
lentes prohibuerit, iique tali prohibirioni
licèt iniquæ acquieverint, ut docet *Roſſental.
cit.concluſ.24.n.2.cum ſeq.Borel.cit.cap.4.n.18.
cum ſeq.*

Nàm alioquin quamvis ſolus per longum
temporis ſpatium etiam centum annorum
piſcatus fuit, dùm aliis volentibus piſcari
non prohibuerit, talis quaſi poſſeſſio in iſtis
juribus negativis, & quæ facultatis ſunt non
ſuffragatur ad effectum præſcriptionis, ut
firmat *Roſſental.d.cap.5.concluſ.25.per tot.*quæ
prohibitio ſuffragatur etiamſi ſit extrajudi-
cialis, ut tenet *Roſſental.de Feud.allegat.cap.5.
concluſ.27.n.1.*

Limitatur tertiò concurrente ſavore Prin-
14 cipis, conceſſione Imperatoris, ut proſe-
quitur *Roſſental. cit. concluſ. 24. num. 3.* ubi
putat, ex his duobus modis nempè præſcri-
ptione, & conceſſione profluxiſſe, ut hodiè
piſcationes in Fluminibus publicis paucis
præterquam Principibus, aliiſque Nobili-
bus competant.

Eò magis erit tutus, & privilegium alle-
gare poterit, ſi per immemorabile tempus
jure piſcandi uſus fuerit, aliiſque interdixe-
rit, ut limitant *Borel.alleg.cap.4.n.20.*

Limita quartò quoad exteros, nàm illis
prohiberi poteſt, ne intra Territorium pi-
15 ſcentur, ut tradit *Capiblanch.de Baron.par.3.
pragm.14.nu.42.cum ſeq. & lib.2.cap.87.nu.18.
cum ſeq.*

Limita quintò quoad modum piſcandi,
ad hoc, ut populi benè utantur, non autem
abutantur prohibendo piſcationem certis
16 temporibus quando piſces ſunt prægnantes,
vel ne fiant piſcationes cum herbis, & taxis,
ex quibus omnes piſces illius Fluminis mo-
riantur, quod permittitur etiam inferiori-
bus, ut limitat *Capiblanch.de Baron.lib.2.c.87.
nu.3.verſ.Secundo limito cum ſeq.Borel.d.cap.4.
num.21. Romaguer. loco citato num.7. & 8.*

Quinimò piſcatores projicientes in Flumi-
ne taxum, vel alias herbas mortiferas ad ca-
17 piendum piſces ſunt puniendi, quia hujuſ-
modi piſces ſolent eſſe nocumenti ſaluti ho-
minum *Andr.de Iſern.in Conſtitut.Regn.cap.de
Venditore veneni l.4. Avendan. de exeqnend.
mandat.par.1.cap.19.n.30. verſ.octavo infertur
Cohel.ad Bullam Boni Regim.cap.11.n.44.Zacc.
QQ.Medicolegal. lib.5. tit.4.qu.3.nu.15.Savell.
Pract.univerſ.§.Peſca n.24.* ubi refert herbas,
ex quibus conficitur paſta pro capiendis pi-
ſcibus.

Prout etiam prohiberi poteſt piſcatori-
bus in Mari piſcantibus nocturno tempore,
18 ne lumen portent, ad hoc ut navigantes
navigia piſcantia portum credentes in peri-
culum non incidant ad *Text.in l.Ne piſcatores
ff.de Incend.ruin.naufrag.* tradit *Borel.d.cap.4.
num.23.*

Sicuti quoque prohiberi poteſt piſcatio
cum inſtrumentis inſolitis, nàm exindè non
19 tollitur Ius piſcandi, ſed ſolum ratione pu-
blicæ utilitatis illud modificatur, & reduci-
tur ad priſtinum modum, & uſum, ut reſpon-
dit *Aurpſi conſ.18.per tot.centur.3.*

Cæterum piſcantes in Stagnis, Lacubus,
& Fluminibus privatis, ac alienis puniendi
20 ſunt juxta diſpoſitionem Statuti, vel Legis
particularis ſuper hoc editæ, ut de ſimili
Conſtitutione diſtinguendo tres caſus docet
*Carpzov.Prax.crim, par.2.q.84.n.81.cum ſeqq.
Berlich. Concluſ.par.5.concluſ.51.n.6.cum ſeqq.*
Vel Conſtitutione particulari deficiente in-
trat pœna arbitraria, ut cum *Matth, Stephan.
Coler. & Bocer.* firmat idem *Carpzov.ubi ſuprà
n.83.in fine cum ſeq.*

Qui totam materiam piſcationis, & Iuris
21 piſcandi guſtare deſiderat adeat *Lagunez de
fructib.par1.cap.12.* poſt hæc ſcripta à me vi-
ſum.

ADDITIO AD RUBRICAM XXXVII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Piſcatio prohiberi poteſt certis tempo- ribus, nempè quando piſces ſunt prę- gnantes.

2 Piſcatio prohiberi poteſt cum inſtrumentis inſolitis.

3 Piſcationis, & juris piſcandi materiam tra- ctantes.

4 Dominus lacus ſi ob excreſcentiam aquæ piſces exeant, & tranſeant in foveas vi- cini poteſt evaſos piſces apprehendere, nec poreſt ab eodem vicino ei prohiberi ingreſſus in adjacentes foveas. Contra- rium n.11.

5 Piſces inter fructus lacus connumerantur, & dominum fundi ſequuntur n.9.

6 Piſces inter feras connumerantur, ac inter animantium genus, quæ nunquam per hominis induſtriam ad manſuetudinem reducuntur.

7 Pi-

7 Piſces in mare, vel flumine publico, ac etiam in lacu quandam publicitatis rationem ex ſui ipſius magnitudine inducente fiunt occupantis.

8 Princeps Supremus, & alius ab eodem Principe jus habens, aut ex immemorabili præſcriptione prohibere poteſt piſcationem.

10 Cervi, & volucres, qui ad Dominum redire ſolent, non fiunt occupantis.

12 Piſces in nullius ſunt dominio, niſi eorum libertas in aliquo loco coarctentur.

13 Aqua profiliens in fundum vicini efficitur de dominio ipſius vicini unà cum piſcibus acceſſoriis.

14 Quæcus ad Conquaſtionem vicini an, & quando poſſit ſuccidi.

15 Teſtes formiter cum interrogatoriis non examinati non probant.

16 Centenaria præſcriptio ad effectum præſumendi titulum ab habente poteſtatem æquiparatur aliquo modo immemorabili.

17 Locationes ſicut emptiones fieri poſſunt etiam de re aliena, niſi inſimul comprobentur effectum ſortitæ per ſpatium ſufficiens ad deſtruendam juris reſiſtentiam.

*Num.*19. Prohiberi poteſt piſcatio certis tem-
1 poribus quando piſces ſunt prægnantes, * me ſequitur *Seta de Offic. locumtenentis cap.*25.*n.*54. *verſ.Prohiberi*.

Num. 9. Prohiberi poteſt piſcatio cum inſtru-
2 mentis inſolitis * ut me ſequitur *Seta ubi ſupra n.*54.*verſ.Item*.

*Num.*22. Vide etiam *Hermannum Hermes in*
3 *faſcicul. Juris publici* * *cap.*35.*n.*15.*Raynald.in ſupplem. ad cap.* 15. *ſupplet.* 2. *& ſequentem decisionem in Reatina Juris piſcandi* 13.*Januarii* 1710.*coram celeberrimo I.C.R.P.D.Anſaldo*, in qua diſcuſſum fuit, an Domino lacus., à quo occaſione excreſcentiæ aquæ piſces exeunt, & tranſeunt in foveum prædii vicini poſſit probiberi à Domino fovei ingreſſus, & piſcatio in eodem foveo.

R.P.D.Anſaldo Reatina Juris piſcandi Lunæ 13.*Jan.*1710. Cum *Militia vita hominis ſit ſuper terram* ipſamet quandoq; Jura, & ſacroſanctæ Leges cæteroquin vitæ Civilis, & Pacis publicę Conciliatrices adeò pugnantibus utrinque rationibus armatæ intuitui noſtro comparent, ut inter ſe mutua digladiatione decertare quodammodò videantur, donec Judicum æquanimitas, & prudentia eaſdem Leges ad Concordiam reducendo diſſolvat antinomiam, & nodum aſperi Conflictus obtruncet, ut accidit in præſenti Cauſa, in qua dilata priùs ob ſuffragiorum ſciſſuram reſolutione cum addito, quod *coadinventur probationes ſuper præſcriptione Juris piſcandi in propoſit. diei* 30.*Martii* anni præteriti tandem *hodiè* non obſtante aliquali prætenſa coadiuvatione prodiit Reſponſum: *Competere Criſpoltis Jus prohibendi ingreſſum, & piſcationem in foveis*, de quibus agebatur.

Contendebant ſiquidem ex una parte illi
4 de Vecchiarellis, quod cùm ipſi forent Domini, & Poſſeſſores ejuſdem lacus vernaculo ſermone nuncupari *di Ripa ſottile*, atque in eodem lacu aſſiduè nutrirentur, & per illius ſemitas ambularent piſces, quibus non modicè lacus erat refertus, quoties proindè aquarum excreſcentia, ut ſæpè ſæpiùs accidebat aſſueta Confinia tranſiliens prætergrediebatur ad fundos limitrophos, & ſignanter ad illos Dominorum de Criſpoltis, hi nequaquam interdicere poſſent ingreſſum eiſdem Dominis de Vecchiarellis, quominùs in adjacentibus foveis valerent evaſos piſces apprehendere, & ad hoc principale fundamentum conſtituebant in celebri diffinitione *Vulpiani in lib.*71.*ad Edict. de Gland. legend.* ubi ſub *eod. tit.* hodiè 27. *lib.*43. *ff. ſic in leg. Ait Prætor*, effatur -- *Ait Prætor glandem, quæ ex illius Agro in ſuum cadit, quominùs illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto* -- Superaddendo -- *Glandis nomine omnes fructus continentur* -- Quapropter prætermiſſa quæſtione agitata ibidem per *Gloſ.* in verbo *quoque*, & in verbo *veto* circà præfati tridui interpretationem, certè perſpecto dominio, & proprietate lacus ad eos pertinente non ſine violentia eis prohibeatur ingreſſus à Criſpoltis in illorum fundos apprehendorum tantummodò piſcium gratia, * cum nemo
5 ignoret bujuſmodi piſces, veluti à natura aquarum, & lacus productos inter fructus jam per *Vulpianum* glandibus aſſimilatos connumerari ad *Text. in L. Item ſi fundi* 9.§.*Aucupiorum* 5.*ff. de uſufr. & in l. Uſufructuarium venari verſ. de Vivar. ff. eod. tit. & in l. fines altas limes* §.*Piſces ff. de Act. empt. ibique Gloſ. & Bart. Vveſembece. in Paratit. ad tit. ff. de Aquir. rer. domin. n.*7.*verſ. Piſcari autem Zaſi. de Feud. par.*4.*n.*2.*Covaſ. lib.*5. *Miſcell. cap.*8.*n.*12. benè *Gall. de Fructib. diſput.*3.*art.*8.*ſub n.*9.*cum aliis relatis Concordan. per Modern. Spoletin. in Collectan. ad Conſtit. Vrbin. par.*2.*Decret.*103.*n.*128., *Guidop. dec.*91.*n.*3. *& ſeqq. Gizzar. dec.*34.*n.*2.

Neque ob id juncto tali dominio incontrovertibili ipſius lacus ad favorem Dominorum de Vecchiarellis unà cum *Vulpiani* reſponſo, ampliùs divertere, & reſpectivè inquirere oportebat ſuper examinanda qualitate, ſeu natura abſtractiva piſcium, nimirùm, in quo genere ferarum eſſent reponen-
6 di; * utique namque merebantur adſcribi inter illud ferarum, & animantium genus, quod nunquam per hominis induſtriam ad manſuetudinem, & tolerandum rationale dominium mulceri poterat, ut præter feras hujuſmet generis, ſeu ſpeciei, volucres nimirùm Cœli in aere, feroces belluas in terra de piſcibus poſitive dicunt ipſæmet elementares *Inſtit. ſub tit. de acquir. rer. domin.* §.*Feræ*, *& l.* 1. *in fin. ff. eod. tit. de acquir. rer. dom. Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. & Vxorem, Ferrer. in Addit. ad Guidopap. dec.*514.*circa med. Reverendiſs. Zauli ad Statut. Faventin. in Obſer. ad Rubric.*37.*lib.*4.*n.*2. & irridendo fabu-

bulam Phædonis in libell. apud Plutarcum de *Anguillis Arethuſiæ*, *& Murana Craſſi* notavit *Balduin. in eodem §. Fera n.3. & 11. Antunez de Donat. Reg. lib. 3. cap. 9. n. 22.*

Ad differentiam aliorum animantium, quæ vel ex ipſo magiſterio naturæ manſuefiunt, propriumque Dominum cognoſcunt juxta illam divinę Vocis increpationem: *Cognoſcit bos Poſſeſſorem ſuum, & Aſinus Præſepe Domini ſui*, necnon etiam illorum, qui quodammodò erudiuntur, & ad manſuetudinem translata rediguntur in hominis ſervitutem, ut ſunt Columbæ, Canariarum paſſeres, Pavones, Cervi, ſimileſque animantes, quive dominium primi Occupatoris diutiùs conſervant, & aliò volantes, & divagantes priori Domino veniunt reſtituendi, *ut inibi ſive in prædicto §. Feræ Inſtit. de acquir. rer. domin.* communiter diſtinguunt *Scribentes* relati per *Covar. in Regul. peccatum 2. p. §. 2. nu. 15. Antunez. de donat. Reg. lib. 3. c. 9. ex n. 20. ibique Concordantes.*

Excepto ſolùm caſu, quod hæ poſtremæ ſpecies, quæ mediæ poſſunt compellari animum in ſuis caſibus ad Dominum revertendi probabiliter juxta Judicis arbitrium ex longi temporis, vel rerum circumſtantiis metiendum deſeruerint, quia tunc veluti ad eorum nativam libertatem redeuntes ponuntur, ut ità dicamus in ſtatu Nullius, & fiunt noviter occupantis juxta *Text. in §. Pavon. quoque. & in l. Naturalem §. Pavonum ff. de inſtit. tit. de acquir. rer. domin. & in l. 1. §. Apium, & §. Cervos, ff. eod. & in l. Pomponius ff. Famil. ercisſ. Donel. in lib. 4. Commentar. cap. cum aliis ibid. congeſt. per Oſuald. Lagunez de fructib. p. 1. cap. 12. ex nu. 88. Antun. de Donat. Reg. d. lib. 3. cap. 9. ex n. 25.*

Verùm redeundo ad præmiſſa, illa omnia, quæ dicebantur in ordine ad piſces erant in-
7 telligenda, quandò res verſata foret in Piſcibus exiſtentibus in Mare, vel Flumine publico, aut etiam in Lacu quamdam publicitatis rationem ex ſui ipſius magnitudine induente; Quoniam cùm pariter per eandem amplitudinem non eſſent per Dominum ad ejus libitum apprehendibiles, ſed ſecundùm contingentiam caſus dumtaxat, & induſtriæ fiunt Occupantis, & in hunc ſenſum ſe quoque explicant loquendo de nemoribus, & ſylvis vaſtiſſimis per *Tex. in d. l. poſſideri 3. §. Item ſi feras ff. de acquir. vel ammitt. poſſeſs. Covar. Selectar. par. 2. §. 8. num. 15. Fragoſ. de Regimin. Reipub. tom. 1. par. 1. lib. 3. diſp. 7. n. 30.* & benè *ſæpè laudat. Lagunez de fructib. par. 1. cap. 12. ex num. 84.*

Niſi tamen agatur de lacubus, fluminibus, & ſylvis ad aliquem Supremum Principem attinentibus, vel ad alias Perſonas Jus ab
8 eodem Supremo Principe, vel legitima immemorabili præſcriptione habentes prohibendi, faciedique Banditas, ſeu ut dicunt Regnicolæ, *Deſenſas*, in his quippè terminis illud dominium, quod jura privatis non tribuerent, Princeps Supremus, vel ab eo habens conceſſionem, vel præſumibile Indultum tanquam Reipublicæ Maritus, & potius Dominus abſolutus, quàm ſimplex Poſſeſſor, & D. Allodialis, ſeu privatus illius lacus, aut fluminis ſibi tale Jus prohibendi piſcationem, & venationem poteſt uſurpare ex rationibus benè perpenſis, & allatia per *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. n. 78. cum ſeqq. Cyriac. controv. 624. ex nu. 8. & ſeqq. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. q. 22. per tot.* cum aliis abundè telatis per *Gobb. Conſult. dec. 128. & per Card. de Luc. de Feud. diſc. 2. utrobique per tot. Bovadil. in politic. lib. 2. cap. 16. nu. 138. Tap. de Jur. Regn. lib. 6. tit. 28. de Gravam. Vaſſal. n. 34. & ſeqq. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10 ex n. 173. uſque ad 178. & per Raynald. in Sytaxi Rer. crim. ſive Obſervat. ad Bannum. Gener. Bonon. lib. 2. cap. 15. ex n. 20. cum plurib. ſeqq. Tiraquell. de Nobilit. cap. 37. n. 132. cum ſeqq.* intelligendo, quoad venationem de feris, quæ non exceſſerint fines *Deſenſæ*, & de Piſcibus, qui non intraverint in aliud publicum flumen, ſeu aquas ex ipſa natura decurrentes, ut limitant *Modern. Spoletin. in Collectan. ad Statut. ſive Conſtit. Vrbin. par. 2. in adnot. ad decret. 103. nu. 196. & 197. Gutier. Quæſt. Canonic. cap. 28. n. 43. lib. 2.*

Aſt quando peragitur de lacu, & ex paritate rationis de flumine ad privatum Dominum ſpectante fundus aqueus nullatenus differt à terreſtri, de quo tractat *Vulpianus in dicta*
9 *Leg. Ait Prætor.*, & Piſces, ut diximus, tamquam fructus ejuſdem aquei Soli ſequuntur dominium illius fundi, ſeù lacus, in quo nutriuntur, & ſolent ambulare, ità ut nedùm fieri nequeant occupantis, ſed Piſces uti aliæ res veniant in Judicium familiæ herciſcundæ, & ſi quis eos ſumpſerit furtum committit teſte *Antunez de Donat. Reg. lib. 3. cap. 9. n. 22.*, & connotarunt *DD. in l. Si apes 26. ff. de Furt.*, *Natt. conſ. 375. n. 9.*, *Gaill. Obſervat. lib. 2. obſerv. 68. n. finali.*

Potiſſimè in noſtra theſi, in qua indubitanter introſpici valebat dominium eorundem Piſcium, nullaque hæſitatio poterat coincidere ſuper indagine identitatis, nimirum quod Piſces in foveis adiacentibus recepti provenirent à lacu Dominorum de Vecchiarellis, cùm eædem de cæterò foveæ ante fortuitam lacus excreſcentiam forent nedùm piſcibus deorbatæ, ſed, ut ab initio Mundi contigit, poſt factam à Deo ſeparationem aquarum terræ aridæ apparebant, ideoque ceſſabat ex facto ratio impeditiva recuperationis propriorum piſcium, de qua obloquuntur *Odoſ. de Senon. in tract. de Interdict. in tit. de Aqu. æſtiv. propè fin.*, *Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 2. column. 137. verſ. Adverte*, *Sebaſt. Medic. de Venat. Piſcat., & Aucup. quæſt. 27. n. 1.*, & *Adden. ad deciſ. Guidop. ap. deciſ. 218. verſ. tenetur reſtituere.*

Eoque fortiùs, quoniam conſequutivè ad arefactionem fovearum Piſces decreſcentibus aquis temeare cogebantur, & poſitivè ſemper

Digitized by Google

per remeabant ad ipſum lacum, tamquam
nutritivum, unde à fortiori congruebat al-
tera ratio, quam ſuperiùs attigimus circà
illam mediam ſpeciem, quæ verificatur in
10 Cervis, & volucribus, ut quotiès redire ſo-
lent ad Dominum nunquàm fiant occupan-
tis, ut præter ſupra relatos advertunt *Donell.
lib. 4. Commentar. cap. 8. Sot. de Iuſtit. & Jur.
lib. 3. quæſt. 6. art. 4. Navarr. in Manual. cap.
17. num. 128. Azor. inſtit. Moral. par. 3. lib.
5. cap. 16. propè fin. Medin. de reſtitut. quæſt.
12. verſic. Si tamen Molin. de Juſtit. & Jur.
diſp. 48.*

Cæterùm his nullatenùs refragantibus in con-
11 trariam *Domini* abiere Sententiam, putantes
*Dominis de Criſpoldis, ut ſupra competere jus
probibendi ingreſſum, & piſcationem in foveis*,
non jam ex generaliori principio, per quod
præciſivè ab acquiſita ſervitute, vel indivi-
duo caſu fodiendi theſaurum proprium, in
ſolo alieno, de quibus diſſerunt *Textus in L.
Ferarum, C. de ſervitut.*, & reſpectivè *Text.
in l. Theſaurus in fin. ad exhibend.* indiſtinctè
prohiberi invito Domino ingreſſum in alie-
num fundum ſancivit *Lex*, quæ incipit, *quod
enim, §. Planè, ff. de acquir. rer. domin.* ſignan-
tèr in hoc ipſo propoſito, cùm enim priùs
dixiſſet, quod feræ, beſtiæ, & volucres, ut-
potè nullius fiunt occupantis abſque eo, quod
intereſſet, *quoad Feras, beſtias, & volucres
utrum in ſuo quiſque capiat, an in alieno*, im-
mediatè limitavit *planè, qui in alienum fundum
ingreditur venandi, aucupandive gratia poteſt
à Domino ſi is præviderit jure probiberi nè in-
grediatur*, quod & Græcis, & Latinis verbis
repetiit *Caliſtrat. lib. 1. de cognition. 16.*, quæ
incipit *Divus Pius, ff. de ſervit.* per illa ver-
ba -- *non eſt rationabile nolentibus Dominis
Vos in alienis Agris aucupari*, quos utique
textus etiam ad piſcationem extendi volue-
runt *Aretin. in §. Feræ igitur ſub nu. 1. verſ. &
advertas, & ibi Mynſinger. num. Inſtit. tit. de
acquir. rer. domin. Dec. conſ. 107. ſub nu. 3. Can-
cer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 83. Sebaſt.
Medic. de Venat. quæſt. 24. cum aliis ibid.
adduct.*

Remanente ſolùm in ordine ad venationem
quæſtione, an adhùc apprehenſi volucres
fiant capientis, licèt is injuriarū actione coer-
ceri valeat, proùt vel lepidè, vel acutè ſub-
nectunt, & diſputant *Accurſ. in §. Feræ inſtit.
tit. de rer. diviſ. verb. ingrediatur, & in dict.
L. Divus, ff. de Servit. Ruſtic, & in L. 3. verb.
ingrediatur, ff. de acquir. rer. domin. Bart. in d.
§. Feræ, & in L. 1. ff. eod. cum aliis relat. per
Piccard. Harprec. in ſæpè dicto §. Feræ, Gut-
tier. Canonic. quæſtion. lib. 2. cap. 28. nu. 31.
& 39. Cæpoll. de Servit. Ruſtic. cap. 21. & nu. 3.
Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 28. nu. 35. & 36. Ca-
piblanc. de Baron. fol. 2. cap. 87. nu. 12. 16. & 17.
per Borell. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 3. nu. 4. cum
ſeqq., Franc. Marc. deciſ. Delphinat. 530. ex num.
14. & deciſ. 533. ex num. 3. Rynald. ad Banni-
ment. gener. Bonon. fol. 2. cap. 15. ex nu. 12. &
nu. 40. & ſeqq. & nu. 87. & ſeqq.* & in indi-
dividuo *Gall. de fruct. diſp. 3. art. 8. nu. 86.* nec-
non ad finem perſequendi feras, ſeù volucres
lethali vulnere, aut viſco affectos hujuſmodi
ingreſſum admittentes *Oynot. in §. Feræ nu. 4.
verſ. Et ita ext. &c. inſtit. de acquir. rer. Domin.
Bart. in L. Quod ait Lex 23. §. fin. ff. ad L. Jul. de
Adulter. Falin. in cap. fin. ſub nu. 16. verſ. Item
limita Extra. de for. compet. Alex. conſ. 75. nu.
6. & 7. lib. 3. Gobb. conſult. deciſ. 128. nu. 38.
juncto nu. 40. & 41. Farinacc. quæſt. Crimin.
7. ſub nu. 45. verſ. Contrarium*, & in fortiori
caſu perquirendi Servum fugitivum habetur
in L. Divus, ff. de Serv. fugitiv., vel ſi via pu-
blica deſtructa eſt per alterum Textum *in L.
ſi locus, ff. quemadmodùm ſervit amittat.*

Ratio proindè magis præciſa fundata eſt in eo,
quod cùm piſces, ut diximus, naturaliter
nullius recognoſcant dominium, ſed tam-
quam muta animalia habeant rudiorem na-
turam cujuslibet dominii intollerantem, &
12 incapacem * in tantum ſunt noſtri, in quan-
tum eos inter anguſtias, & cancellos natu-
ralem eorum libertatem coarctamus, quod
paſſim exēplificare ſolent Doctores, quando
Piſces per aliquod opus manufactum deti-
nentur, atque conſervantur in aliquo Viva-
rio, ſeù Piſcina, ſecùs autem ubi Piſces non
in opere manufacto, ſed in Flumine, ſeu La-
cu verſantur, in quibus poſtremis terminis
adhuc ſervare dicuntur nativam liberta-
tem, & non cenſentur amplius pars fundi,
neque res immobiles, neque demum inter
fructus fixos, ac determinatos illius Lacus,
illus Fluminis, proùt ſatis diſertè, & lucu-
lentèr materiam examinando concludit *Mo-
dernus Spoletinus ad Conſtitutiones Ducatus
Vrbini Decret. 103. ex nu. 122.* & antè eum
*Coru. conſ. 211. nu. 1. & ſeqq. tom. 4. Covarr.
ſelect. par 2. §. 8. nu. 15. Scheffer. Medull. Bac-
covian. lib. 2. tit. 1. de rer. diviſ. & aquir. ear.
domin. in §. Flumina fol. mihi 182. Vaſquez de
reſtit. cap. 5. §. 2. dubit. 8. nu. 33. Antunez de
Reg. Donat. lib. 3. cap. 9. ex nu. 20. cum ſeqq.
Lagunenz de fructib. par. 1. cap. 12. ex num. 84.
& in præcedenti nu. 63. cum ſeqq. Gall. eodem
Tract. diſp. 3. artic. 8. nu. 91. Cardin. de Lugo de
Juſt. & Jur. tom. 1. tit. de Venat. diſp. 6.
ex num. 71.*

Et quamvis naturalitèr etiam accidere poſſit,
quod loco poſitivi operis manufacti, ſeù Vi-
varii, & Piſcinæ Lacus ſignanter ſit ſuis limi-
tibus interclusus, & ſic in parte induat ratio-
nem operis manufacti, non tamen indè gene-
raliter ſequitur, quod Piſces non dicantur
poſiti, ſeu repoſiti in naturali libertate, dum
poſſunt etiam Domini Lacus retia aufugere
& induſtriam irridere, ſe ſe conſervantes ad
propagationem ſpeciei, propriæque vitæ, &
libertatis incolumitatem *Card. de Luc. diſc. 2.
de Feud. nu. 2. propè fin. Modern. Spoletin. ad
conſtit. Ducat. Vrbin. Decret. 103. ex nu. 182.
Card. de Lugo de Jur. tom. 1. tit. de Venat. diſp.
6. ſect. 7. nu. 72. & 73.* & congruunt, atque

rein-

reincidunt ea,quæ ſupra diximus de Lacubus magnis, & de vaſtis nemoribus *ſub §. Verum redeundo ad præmiſſa*.

Neque ex eo, quod foveæ vicinæ, in quibus per excreſcentiam Lacus, & abundantiam aquarum quandoque Piſces ingrediuntur, aridæ per anteà exiſtant, & deinceps areſiant, unde Piſces proprium aquæ alimentum, & elementum ſectantes remeare ſoleant ad Lacum, intrat conſequentia, quod redeant ad ſervitutem, quam priùs non agnoſcebant, unde ſolum redeuntibus Piſcibus poterit Dominus Lacus generica ſua utens facultate prohibere, ne alter in proprio Solo, vel Lacu, in quo ſolent vel exiſtere, vel remeare valeat piſcari, quemadmodum citra Contradictorem conſentiunt *per Text.in L.Quod enim 3.verſ.planè ibique Gloſ.verb.prohiberi, ff. de acquir.rer. domin. & in L. Divus 16. ff. de Servit.Ruſtic.Capiblanc. de Baron.lib.2. cap.86.nu. 18.& ſeq.Sot.de Juſt.& Jur.lib.4. quæſt.6.art. 4.verſ.Sed tertio, Medin.de reſtit.quæſt.12.verſ. quibus præmiſſis Lagun. de fruct. par.1. cap.12. ex nu.51. cum aliis per Raynald. Obſervat. Crimin.lib.2.cap.15.nu.52.& ſeqq. & num.61.& ſeqq.& per Autun. de donat.Reg.lib.3. cap.9.ex nu.10. Franc. Marc. deciſ. Delphinat.deciſ.529. num. 14.*

Quodque ariditas antè, vel poſteà Fovearum ſatis de per ſe forſan demonſtret, quod piſces egreſſi eſſent de Lacu limitropho, non ob id ex mox inſinuata ratione perdurantis libertatis ob difficilem illorum apprehenſionem evadebant, ſeù fiebant de dominio Domini ejuſdem Lacus, ac propterea fortior potiùs in contrarium per ſubſequutam excreſcentiam augebatur ratio Domino Fovea-
13 tum*, cum & ipſa aqua proſiliens in fundum Vicini efficiatur de dominio ipſius Domini Soli, & conſequenter ſecum trahat acceſſorium piſcium, ut reſpectu aquæ dixerunt *Amendol.in addit.ad deciſ.Franc.183., Panimol. deciſ.16.annot.2.n.2. deciſ.425.ferè per tot.par. 4.tom.2.Recent., Modern.Spoletin.ad conſtit.Ducat. Urbin.lib.1.decret.89.ex nu.69., & nu.79. Gloſ. in l.ex meo 24. verb. poſſim., ff. de ſervit. Urb.Præd., Roland.con.22.nu.2., & 3.Carpan.ad Statut.Mediolan.par.2. cap.247. nu.4. Urſill.ad Afflict.deciſ.388.nu.1., Autonell. de tempor.legal.lib.2.cap.81.ex n. 21.*, & quoàd piſces acceſſorios de natura eſt ejuſdem acceſſionis, quod nequit metiri differenter, quam ſuum principale ad *Text. in cap. Acceſſorium de regul.Jur.in ſexto, Soccin.Sen.in reg.5., Surd.de Alim.tit.9.quæſt.31.nu.8., & ſeqq., Rot. deciſ. 680.nu.12.par.4.tom.3., & deciſ.330.num.32. par.5.recent.*

Differentibus dumtaxàt *Scribentibus*, an valeat Dominus Lacus impedire, ne aqua ſuccreſcens divertat in fundum Vicinum, poſſitque repagula, & aggeres ad hunc effectum apponere, & certè, quod ſic inferunt, & tuentur *Bald.in l.aquam in princ.Cod.de ſervit., Bart.in l.quo minus quæſt.12., Dec.conſ.244. num.3., & conſ.373.ſub n.2.*, & ita in individuo deciſum teſtatur per *Rot.Lucen.8.Martii 1684.*, favore Conductorum Lacus Macciucculi contra Communitatem, & Homines Loci Bozzani, *Modern. Campell.in dd.collectan.ad ſtatut., ſive conſtit.Ducat.Urbin.decret.103.ex nu.186.cum ſeqq.*, & comprobat. *Rota deciſ.261.nu.6., & 7.coram Merlin.*

E converſo autem, quotiès natura non patiatur, vel intereſſe Domini Lacus minimè ſupportet, quod aqua de proprio Solo non exeat ob majus fortaſſe detrimentum, quod ab excreſcentia aquarum vi detentarum in propriis Agris ſentiret, poſſe Dominum Fovearum, in quas aquæ non coercitæ intrant de trita Juris Cenſura, ſi natura pariter id patiatur impedire aquarum regreſſum tenent, & affirmant ex regula deducta per *Tex. in l.1.§.Illud quæritur, verſ.Præterea labeo, ff. de aqu.quot., & æſtiv., Paul.de Caſtr.in l.aquam 4.nu.2.cod.de ſervit., & aqu.*, & proſequitur *Modern.Spoletin.inCollectan.ad conſt.Ducat.Urbin.decret. 103.ex.n.190.*

Hæc itaque fuit generica ratio, cui *Domini* innitebantur, ſed non erat ſola, neque potentior, quoniam cum Lacus, de quo agebatur, non haberet ſaltem penitùs originem à proprio Solo, ſub quo aquarum venæ erumperent, & conſiſterent, ſed efformaretur à decidentia pro majori parte aquarum Fluminis, quod nuncupant *Sanctæ Suſannæ*, à quo & ſimilem nativitatem agnoſcit proximus Lacus pertinens ad dominium Civitatis Reatis, quodque plùs eſt, aquas à prædicto Flumine Sanctæ Suſannæ mutatas per Canale appellatum *Fiumarone* publico uſui, & utilitati reſtitueret per ſuccedaneum ingreſſum in alterum Velini Flumen propè celebrem ab alto caſu aquarum in Narem vernaculo nomine dictum — *Caduta delle Marmore*, & de quo *Tacitus, Cicero, Plinius*, aliique paſſim meminere: Quamobrem cum certò ſciri nequiret, an piſces temporaliter in Lacu commorantes, & per ipſum recto, ſeù inverſo ordine juxtà peculiarem eorum naturam ab alterutro, vel ab utroque Flumine intrarent, & exirent eò magis urgebat vis eorum retentæ nativæ libertatis, dicique merebantur in his terminis potiùs hoſpites, ut ita dicamus, quam Cives utpotè per merum tranſitum in eodem Lacu exiſtentes; Undè demonſtrari ampliùs non poterat eorum certa nativitas vel in ipſo Lacu, vel in altero ex Fluminibus Sanctæ Suſannæ, & Velini, & conſequenter, neque præciſa identitas ſemper, ut diximus, in hoc propoſito illorum recuperationis requiſita, ut præter relatos *in §.Potiſſimè*, animadvertunt *Sebaſt. Medic. de Venat. Piſcat., & Aucup.quæſt.27.nu.1., & 2.*, benè *Lagun. de fructib.par.1.cap.9.ſub n.86.*

Atque ex his collabeſcere prorsùs ex aſſueto defectu applicationis viſum eſt exemplum à *Vulpiano relatum in l. unica de gland.legend.*; Quercus etenim, à quibus glandes producuntur,

cuntur, ſemper fixas habent radices in aliquo Solo, cujus Dominus infrà triduum valet eas recolligere in ſequelam dominii Plantæ
14 eas producentis,* quæ de cætero tamquam faſtidioſa Vicinis, & continuò gravans poteſt in ſuis caſibus ad conquæſtionem ejuſdem læſi Vicini ſuccidi, cum ſimiles ſervitutes nequeant quocumque lapſu temporis veluti de momento ad momentum gravativæ preſcribi *juxtà deciſ. Florentin. Magon. la 6. per tot., & ſignanter n. 3. in fin.*

Formidantes fortaſſe defenſores Dominorum de Vecchiarellis in puncto Juris jacturam, corroborare cæperunt eorum prætenſionem mediante oppoſita obſervantia, ſed neque ſuper hac *Domini* potuerunt immorari, quoniam reſiſtente, ut ſupra, ejuſdem Juris Cenſura, ea erat allegauda, probandaque obſervantia, quæ hoc Jus privativum piſcandi in Solo alieno ſibi vindicaret illam potentiam, quam ſecumfert probatio temporis immemorabilis, vel ſaltem in ſuis caſibus quadragenaria cum titulo, cum ut diximus, ſimiles privativæ requirant Principis conceſſionem, quæ propriè quandò abeſt privilegium in charta, nonniſi ab eadem immemorabili præſumptivè reſultat, & efformatur ex collectis penès *Antunez de donat. Reg. lib. 3. cap. 9. ſub. nu. 34. juncto nu. 35. & ſeqq.*, ubi concordan. *Thesaur. deciſ. 16. ex. nn. 7.*, cum aliis adductis *in tract. de commerc. & mercat. diſc. 58. n. 18. & 19.*

Hunc itaque probationis gradum nullo modo attingere viſum eſt illas, quæ per eoſdem DD. de Vecchiarellis proponebantur, cumque ad geminam claſſem reducerentur, Teſtium videlicet, necnon nonnullarum lo-
15 cationum,* quatenùs ſpectabat ad Teſtes, exuberabat pro nunc reſponſio, quod iidem Teſtes non fuerant formali Interrogatorium torturæ ſuppoſiti, & per conſequens nullam ſibi fidem poterant promereri reſte *Surd. conſ. 129. nu. 33., Menoch. de Arbitr. caſ. 109. nu. 1., Rot. deciſ. 206. nn. 17. coràm Duran. deciſ. 864. nu. 12. coràm Dunozett. Jun.*, aliiſque adductis *in Addit. ad deciſ. 44. nu. 29. intèr meas hactenùs impreſſ., & in Romana Emphytheuſis 7. Junii 1706. §. Ex quibus, coràm R. P. D. meo Kaunitz*, potiſſimè cum iidem Teſtes pluſquam ipſi piſces apparerent pendente lite expiſcati, ut ſubdit *Rota deciſ. 611. nu. 5., & ſeqq. coràm Buratt. deciſ. 10. num. 5., & ſeqq., & deciſ. 160. nn. 15. coràm Ottbobon. deciſ. 894. nu. 7. coràm Emerix Jun., & deciſ. 8. nu. 17. par. 18. & deciſ. 316. n. 20. par. 19. recent.*

Quo verò ad locationes, eæ quidem incipiebant ab anno 1600., & progrediebantur ad annum 1616. una cum altera locatione celebrata de anno 1673., ideoque vix æquiparari potuiſſent aliquo modo immemorabili, quoties nulla interruptione in contrarium demonſtrata complevißent centena-
16 riam,* quæ, ut præmiſſimus, ad aliquos effectus, & ſignanter præſumendi titulum ab habente poteſtatem æquiparatur, ut tradunt *Card. de Luca de Regal. diſc. 47. n. 8., & n. 9. & de Jurepatron. diſc. 65. num. 4., Rota deciſ. 318. ex num. 16. cum ſeqq., & num. 27., & 28. coràm Priolo deciſ. 218. nu. 21. 51., & ſeqq. par. 6. & deciſ. 290. n. 20. par. 18. recent., in Gerunden. Parochialis, ſeù Rectoriæ de Vilobi 6. Iunii 1698. coràm Me inter hactenùs impreſſ. deciſ. 47. num. 8.*, & in individuo *Dec. conſ. 269. nu. 5., & 6., Natt. conſ. 522. num. 16. cum ſeqq. uſque ad 25.*

Verùm nihil penitùs concludebant, quia ſolum in iiſdem locationibus, & affictibus generaliter dicebatur, quod Lacus, & in eo Jus piſcandi concedebatur -- *Conductoribus cum omnibus Puteis, Formis, Foveis, & Appendicibus*, ſed præcisè non dicebatur quænam forent iſtæ Foveæ, nam circa circumdarium ejuſdem Lacus adiacebant plures plurium Dominorum Tenutæ, ſeu Bona, & ſignanter illa Dominorum de Vecchiarellis, unde cum excreſcentia Lacus alios Vicinos, & eoſdem DD. de Vecchiarellis obligaret ad præparandum hujuſmodi receptaculum aquarum, ſemper idcircò reddebantur vagæ, & æquivocæ, & ſic ineptæ ad efformandam ullam probationem, ex adductis per *Rot. deciſ. 26. nn. 25. coràm Sanct. mem. Alexandr. VIII. deciſ. 104. nu. 7. coràm Emerix Iun., & in recent. deciſ. 268. num. 14. par. 11., & deciſ. 181. nu. 13. par. 19., & in Romana Capellaniæ S. Nicolai 28. Iunii 1708. ſub §. Quapropter, coràm me.*

Certiùs demum, ex quo neque ſufficiunt
17 ſolæ locationes, quæ ad normam emptionis iniri poſſunt etiam ſuper re aliena, niſi inſimul comprobentur effectum ſortitæ per ſpatium ſufficiens ad deſtruendam præfatam Juris reſiſtentiam, quemadmodum rectè in propoſito arguunt relati per *Alden. ad deciſ. 131. ex num. 53., & num. 78. par. 8., Rota deciſ. 181. in fin. coràm Caputaqu. par. 1. deciſ. 269. nn. 1., & ſeqq. coràm Cavaler.*, & plenè *coràm Emerix Iun. deciſ. 115. nu. 2., & ſeq. deciſ. 164. nn. 13., & ſeqq. par. 6., & deciſ. 76. nu. 10. par. 12., & deciſ. 548. ex nu. 20. cum ſeqq. par. 19. tom. 2. recent.*

Et ita non minus ex mente Juris, quam ex ipſo non probato facto *Domini* reſponderunt utraque &c.

De Pœna laborantium in Aggeribus Fluminum, & Circlæ, vel deſtruentium eos.

RUBRICA TRIGESIMA OCTAVA.

Ordinamus, & decernimus, quod nullus audeat, vel præſumat laborare, vel laborari facere in aliquo ex Aggeribus Fluminum Hamonis, Martiani, Senni, vel Montorii

ex latere Comitatus, ſeu Diſtrictus Faventiæ, vet etiam in Aggeribus, ſeu juribus, & finibus Circlæ, ſeu Foveæ nuncupatæ Communis Faventiæ, nec etiam illos deſtruere, vel deſtrui facere, nec in vel ſuper eis plantare, ſeu plantari facere, aut aliquid innovare, vel attentare ſine expreſſa licentia Dominorum Antianorum dictæ Civitatis in ſcriptis, & ſub ſigillo manu unius ex Scribis Communis Faventiæ concedenda, & quod nullus etiam poſſit radicitùs extirpare, vel incidere aliquas arbores in dictis Aggeribus, vel aliquo eorum plantas, ſeù plantandas (etiam in futurum) abſque licentia prædicta ſimiliter concedenda, ſub pęna librarum decem bononenorum in ſingulis caſibus prædictis, & pro qualibet vice qua contrafactum fuerit exigenda de facto, & abſque aliqua exceptione, ſeù ordine judicii (conſtito tamen de delicto.) Et quia per ſuperiora tempora Ripæ, et Aggeres, ac fines dictæ Foveæ Circlæ noncupatæ erant valdè latiores quam nunc reperiantur, ex quo à vicinis, et habentlbus agros juxta dictam Foveam fuerunt pro majori parte cultæ, et occupatæ; Idcircò volentes providete indemnitati dictæ Foveæ, et Communis Faventiæ, decernimus, et declatamus Aggeres, jura, et fines dictæ Foveæ ab utraque parte Riparum ejuſdem fuiſſe, et eſſe juxta agros vicinos ibidem circum circa latitudinis in parte ſuperiori verſus vicinos hujuſmodi pedum ſaltem decem perticæ ad menſuram Faventiæ, et in parte inferiori, ſeù in fundo dictæ Foveæ ſaltem pedum trium ad dictam menſuram. Decernentes, quod citra dictam latirudinem, et menſuram verſus dictam Foveam ab utraque parte Ripæ ejuſdem. De cætero non liceat cuiquam ampliùs colere, laborare, vel aliquid ſeminare, vel plantare, aut quovis modo innovare ibidem, ſub pęna librarum decem bononenorum pro quolibet conttafaciente, et qualibet vice, ſolvenda, et exigenda, quoties contrafactum fuerit, et quilibet in caſibus prædictis, et quolibet eorum poſſit denunciare, et accuſare, et habeat tertiam partem pęnę, ſeù pęnarum hujuſmodi; Et quod atbores exiſtenter nùnc, et in futurum circà dictos Aggeres, et fines Foveæ Circlæ prædictæ verſus dictam Foveam non poſſint à quoquam radicitùs evelli, nec etiam in totum, vel pro parte incidi ;ſine expreſſa licentia Dominorum Antianorum pro tempore dictæ Civitatis, quæ ſint, et intelligantur eſſe Communis Faventiæ, et de juribus dictæ Foveæ, et de illis Agentes dicti Communis diſponere poſſint pro dicto Communi, prout de aliis rebus, et juribus ipſius Communitatis auctoritate pręſentis Statuti, et abſque alia cognitione, vel auctoritate, ſeù licentia alicujus Magiſtratus, vel luſdicentis, et hoc maximè quia notoriè conſtat citra dictos fines verſus dictam Foveam uſurpatum fuiſſe, ac injuſtè occupatum jus, et terrenum dictæ Foveæ per vicinos agtos ibidem poſſidentes. Et præſens ſtatutum ſit, et intelligatur pręciſum in qualibet ſui parte.

SUMMARIUM.

1 Aggeres dicuntur muniriones, quæ fiunt juxtà Ripam Fluminis, ne illud excreſcens fluat per limites, & agros occupet.

Aggeres differunt à Ripa Fluminis n.1.

2 Aggeres ſunt lapidum, terræque coacervatio fixis palis, vel ingentibus jactatis lapidibus vi undarum cohibendæ oppoſita.

3 Aggeres vtiliſſimi, & neceſſariſſimi ſunt, & num.4.

5 Flumina munienda ſunt validis aggeribus.

6 Aggeres fieri ita debent, ut curſus Fluminis non immuterur, & navigario non impediatur, ac damnum Vicinis non inferatur.

7 Facere licet aggerem Flumini agri, vel prædii proprii muniendi cauſa etiàm cum incommodo Vicinorum. Decl.nu.8. Vide num.9.

9 Sed præſtanda eſt cautio de damno futuro per annos decem duratura.

10 Ad impenſam tàm conſtructionis, quàm refectionis, & reparationis Aggerum Fluminis publici omnes etiam Eccleſiaſtici indiſtinctè, non obſtante eorum exemptione, concurrere debent.

11 Et nedùm Vicini, ſed omnes integræ Univerſitatis habitatores tenentur concurrere.

Ac ipſemet Principes n. 11.

12 Pro reparatione Aggerum Fluminis imponenda eſt collecta pro quantitate bonorum repartienda per æs, & libram.

Onus muniendi reſtaurandi, & repartiendi Aggeres reale eſt n.12.

13 Rumpentibus Aggeres Fluminum, quænam pœna infligenda ſit remiſſivè.

OBSERVATIO.

Aggeres dicuntur munitiones, quæ fiunt juxtà Ripam Fluminis, ne illud exere-
1 ſcens fluat per limites, & agros occupet, ut explicat *Bart.in l.per Bithyniam n.1. C. de Immunit.nemin.conced.lib.10. Brugiott.in Epitom. viar.cap.2.num.234.* ubi *num. ſeqq.* diſtinguit Aggeres à Ripa *Stypman.de Jure maritim., & nautic.par.2.cap.5.nu.396.* Ac ſunt lapidum,
2 terræque coacervatio fixis palis, vel ingentibus jactatis lapidibus vi undarum cohibendæ oppoſita, ut tradit *Amaya obſervat. Jur. lib.3.cap.4.nu.20.Brugiott.ubi ſupra n.242.cum ſeq.D.Gobb.de Aquis quaſt.21.n.25.*& ait *Statius lib.9.Thebai.de Iſmene fluvio.*

Inſiluere vadis magnoque fragore locutus.
Agger, & adverſæ latuerunt pulvere Ripæ.

Et paulò poſt.

Jamque

Jamque ſuper Ripas vtroque extenſior ibut
Aggere.

Hujuſmodi Aggeres nedum ſunt utiliſſimi
3 per *Text.in l. unic. §. Ripas ff. de Ripa munien. Stypman.ubi ſupra nu.395. Arias de Meſa Var. reſol. lib.2.cap.49.nu.1. Franc. Marc.deciſ.112. num.2.par.2.*

Verùm etiam neceſſariiſſimi, tanquam
4 tendentes ad perpetuam agrorum conſervationem *l. Impenſæ 14.de Impenſis, Menoch.de Recuper.poſſeſſ.remed.15.num.500.Stypman.ubi ſupra n.407.*

Ideoque munienda ſunt Flumina validis
5 Aggeribus, ut docet *Kochen. de Iure viciniæ par.2. n.12*

Advertendo quod ità fiant, ſeù muniantur, ut curſus Fluminis publici non immutetur,
6 navigatio non impediatur, & damnum Vicinis non inferatur *l.unic.§. ſed & ſi in fine* ibi: *Oportet enim in hujuſmodi rebus utilitatem, & tutelam facientis ſpectari ſine injuria utique accolarum ff. Ne quid in flumin.public.l.Prætor ait §. ſi quis quod* ibi: *Nàm quotiès aliquid in publico fieri permittitur, ità oportet permitti, ut ſine injuria cujuſque fiat ff. Ne quid in loco publico,* ut advertit *Stypman loc.cit nu.402.* & comprobat *Arias de Meſa, ubi ſupra num. 7. cum ſeq., & n. 9. Franc.Marc.deciſ.111.nu.20. deciſ.*

Et quamvis liceat facere Aggerem Flumi-
7 ni, agri, vel prædii ſui muniendi gratia, etiam cum incommodo Vicinorum, ut tenet *Beſold. Theſaur. pract. adauct. litt. V. num. 17. verſ.utrum conceſſum pag.991.*, & concordantes allegat.

Attamen id poteſt procedere quotieſcunque indè reſultaret magnum commodum publicum, vel facientis, & leve damnum
8 Vicinorum; Secùs verò ſi concurreret levis utilitas publica, & tenue commodum facientis, ſed maximum incommodum incolarum, ut declarat *Gloſſ. in dicta l. unic. eod. §. ſed & ſi verbo ſine injuria ff. Ne quid in Flumin. public.*, & latiùs reſpondit *Pariſ.conſ. 105. nu. 15. cum ſeqq. vol. primo, Arias de Meſa loc.cit.n.3.*

Ad evitandum, ſeù reparandum verò damno Incolarum, & Vicinorum, & eorum qui trans Flumen prædia poſſident, ac ne
9 navigationi impedimento ſit per fabricantes, ſeù munientes Aggeres, Prætor præſtari mandat cautionem per annos decem duraturam de damno futuro juxtà *Text. in l. unic. ff. de Rip. munien.* docet *Stypman. dicto cap.5. num. 402. cum duobus ſeqq. Arias de Meſa cit. pag. 49. num. 2.* ubi *num. 6.* ſubdit, quod ſi aliquod damnum Vicinis fuerit allatum, erit emendandum, & ſarciendum, vel actione ex ſtipulatu, ſi ex Edicto Prætoris damni infecti nomine cautum ſit, vel actione Legis Aquiliæ, ſi nulla interpoſita fuerit ſtipulatio, quod etiam firmatur in *d.l. unic.ff.de Rip.munien.*

Ad impenſam verò tàm conſtructionis, quàm refectionis, & reparationis Aggerum
10 Fluminis publici omnes etiam Eccleſiaſtici indiſtinctè, non oſtante eorum immunitate, & exemptione concurrere debent tanquam neceſſariam, & primariò privatam utilitatem agrorum, tàm Laicorum, quàm Eccleſiaſticorum reſpicientem juxtà ſententiam *Anchar. in cap. non minùs nu.8. ibique Abb.nu.18. de Immunit.Eccleſ.* docent *Amaya in l.per Bithyniam 2.num.primo cum ſeq. C. de Immunit.nem. conced. lib.10. Ladcrch. conſ.145.num.4. Surd. conſ.490.per tot. Pigant.ad Statut.Ferrariæ lib. 4. Rub.2.num.5.pag.mihi 223. tom.2.*plenè *Del Bene de Immunit.Eccleſ. tom.primo cap. 5. dub. 16.per tot. D.Senator Antonius Gobb.de Aquis quæſt.29.num.primo cum pluribus ſeqq.Card. de Luca de Regalib. diſc.59. num.5,* qui ſcripſit in Cauſa *Ravennaten. Collectæ,* in qua contrà Eccleſiaſticos reſpondit *Rot. coram Priolo deciſ. 248.& 26.Februarii 1666. coram Eminentiſſimo Carpineo,* ubi etiam examinatur, an omnes terræ minus fructiferæ ſint collectandæ, quod negat *Panimol. in annot. prima nu. 29. ad deciſ.13., & Rota in eadem Ravennaten. coram Cardinali Taya de anno 1669., & 1670. ut in recent.deciſ.72., & deciſ.274. par.16.*, & quo modo nedùm Vicini, ſed omnes integræ
11 Univerſitatis habitatores tenentur, ut firmat *Kochen. de Iure viciniæ par. 2. cap. 2. num.22. Pigant. ubi ſupra num.4. verſ. Illud,* ubi teſtatur de anno 1640., & 1646. Ruptam Aggerum Padi reparatam fuiſſe expenſis Communis. Imò ipſummet Principem teneri reſcriptum fuit ab *Honorio in l. Dudum 4. de Itiner.muniend. in C.Theodoſian.Klok.de Contribut.cap.9.num.67.cum ſeq.& D.Gobb.ubi ſupra ſub num.9.*

Et quidem imponendo collectam pro
12 quantitate bonorum repartienda per æs, & libram, eo modo, quo exigitur ſubſidium triennale, cujus non datur magis proportionabilis exactio *Amaya loc.cit.num.5.Roland.à Valle conſ.66. num.15. vol.primo Coſt. de Quot. & rat.quæſt.27. num.3.*, & reſpondit *Rota in dicta Ravennaten.coram Eminentiſſimo Carpineo in fine princ.* quia onus muniendi, reſtaurandi, & reparandi Aggeres reale eſt *Stypman. alleg.cap.5.nu.406.*

Quæ autem pœna infligenda ſit rumpenti-
13 bus Aggeres vide infra in *Obſervat. ad rubr. 27.lib.5.*

ADDIT. AD RUBR. XXXVIII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Eccleſiaſtici, & Princeps tenentur ad reparationem Aggerum Fluminis.

2 Reverend. Camera tenetur ad reparationem Aggeris Fluminis ad ratam commodi.

Num. 10., *&* 11, Et quod teneantur etiam Eccleſiaſtici, ac Princeps ad reparationem Aggerum Fluminis* reſolvit *Congregatio Aquarum in Cauſa* clanarum 22.Julii 1710.ſequenti reſcripto -- *Procedatur ad refectionem Aggerum, & ad excavationem Fluminis Treſæ juxta relationem Architecti Bardoni prævia affexione Edictorum, & imponatur Collecta omnibus poſſibentibus etiam Eccleſiaſticis* comprehenſa Rev. Camera ad ratam commodi &c. & Rota in Benonien, Aggerum* 14. *Decembris* 1699. *coram Rev. P. D. Anſaldo*.

1 2

De Quæſtionibus, & Tormentis.

RUBRICA TRIGESIMA NONA.

CUm in torquendis Reis modus ſervari debeat, ideò hac edictali lege, ſancimus, volumus, & declaramus quod nullus Civis, & Diſtrictualis Faventiæ in cauſis criminalibus quovis genere tormenti torqueri poſſit, aut debeat per Dominum Poteſtatem Civitatis Foventiæ, aut per aliquem ex Iuſdicentibus in dicta Civitate, niſi legitima præcedant indicia, & eorum data copia, & maximè publica voce, & fama præcedente legitimè in actis probata, & niſi in, & pro maleficiis, pro quibus pœna ſanguinis, ſeù corporis afflictiva, aut pœna pecuniaria excedens libras centum bononenorum veniat, & ſit imponenda, cui torturæ intereſſe volumus Syndicum Communis Faventiæ, ſeù unum ex Scribis magnificæ Communitatis prædictæ, in quorum, ſeù alteriùs eorum præſentia ralis tortura inferri debeat, & ſemèl tortus denuò pro eodemmet delicto torqueri non poſſit, nec debeat, niſi nova, & legitima ſuperveniant indicia, vel niſi prima indicia fuerint multum urgentia, quibus caſibus tortura repeti poſſit ſecundum qualitatem cauſæ, & indiciorum arbitrio gravis, & boni viri, & ſi aliter in prædictis, ſeu aliquo prædictorum fieri contigerit, omnis confeſſio emanata in tormentis, & omnes Proceſſus, & Sententia ſuperindè facti, & lata ſint ipſo jure nulla, nullius roboris, & momenti, nec ex dicta confeſſione Reus damnari poſſit, & valeat; Qui Syndicus, ſeu Scriba prædictus teneatur in notam aſſumere dicti Rei torquendi confeſſionem, ſeu negationem, & quicquid in ipſa fieri contigerir, & dictæ torturæ modum, & qualitatem, & quantitatem; In aliis autem dilictis, pro quibus imponenda eſſet pœna pecuniaria minoris quantitatis librarum centum bononenorum quis torqueri non poſſit, nec debear, etiam ſi legitima indicia extarent, & apparerent; Excipimus autem à dicta quæſtione, & tortura omnes, & ſingulos, quibus de jure indultum eſt torqueri non poſſe, quorum privilegiis per prædicta derogare nolumus, & minores 17 & majores 70. annorum, quos torqueri nolumus niſi in, & ſuper crimine leſæ Majeſtatis; dictæ autem torturæ modum, & formam ſervari mandamus in omnibus, & ſingulis cauſis criminalibus pro quibuſcunque delictis, præterquam in dicto crimine leſæ Majeſtatis, ſuper quo procedi volumus abſque dictorum Sindici, & Scribæ præſentia, dummodò legitima præcedant indicia; Nulluſque torqueri poſſit, aut debeat, niſi in Palatio Communis, ſeu Populi Faventiæ ad id deputato, & non alibi, Er ſi tortus in tormentis ſibi illatis dicta forma non ſervata mortuus fuerit, talis Iuſdicens capitis pœna plectarur, ſi verò membri debilitatio ex tali tortura ſecuta fuerit, pariter idem Iudex membri debilitationem patiatur, et ſi tortus non fuerit ex tali tortura mortuus, nec aliter debilitatus, tunc pro tali tortura, & injuria pœnam librarum quingentarum bonenorum idem Iudex incurrat, cujus dimidia dicto Reo applicetur.

SUMMARIUM.

1 TOrmenta inventa ſunt ad eruendam veritatem.
Delinquentes tarò, & de plano fatentur delictum n.1.
2 Delicta mulra adeò clàm, & occultè committuntur, ut copia teſtium haberi non valeat.
Tormentorum mos ab Athenienſibus, & Rhodiis deſumptus eſt n.2.
3 Tormentorum varia genera adinvenia ſunt.
Tortura, Stanghetta, Sibilli, & Vigilia ſunt tormenta magis uſitata n.3.
4 Tormentorum negotium eſt graviſſimum, & periculoſiſſimum eſt, & quare.
Circumſpectione, de qua ibi remiſſivè uti debet Judex in tormentis n.4.& n.7.
5 Tormenta lacerant honorem.
Virginitas ſemel corrupta, aut caſtitas ſemel ammiſſa re vera reſtitui non poteſt n.5.
6 Nihil tàm crudele, & inhumanum eſt, quàm hominem ad Imaginem Dei creatum tormentis lacerare.
7 Judex in dandis tormentis examinare tenetur ſtatum, & conditionem Rei, ut ibi, necnon qualitatem, & relenantiam indiciorum, & qualitatem delicti n.8.& 9.
Torqueri regulariter non poſſunt Infans, Minor, Mulier prægnans, vel intrà quadraginta dies poſt partum, Senex, Decrepitus, Valetudinarius, Infirmus, Decurio, Nobilis, & ſimiles n.7.
10 Delictū debet eſſe tale, pro quo imponenda ſit pœna ſanguinis, vel alia corporis afflictiva,

Digitized by Google

ctiva, ut locus ſit torturæ; ſecùs verò ſi agatur de delicto levi, pro quo imponenda ſit pœna pecuniaria, vel exilii.

11 Torturæ, aliorumque tormentorum materiam vide.

12 Rei utuntur magicis artibus, de quibus ibi remiſſivè, ne delicta fateantur.

OBSERVATIO.

TOrmenta inventa ſunt ad eruendam veritatem, cùm delinquentes raro, & de pla-
1 no fateantur delictum, ac multa crimina, adeò clàm, & occultè committantur, ut copia teſtium haberi non va-
2 leat, ut inquit *Cicer.in part.orat.* ubi *num.*51. ſubdit, hunc morem ab Athenienſibus, & Rhodiis deſumptum fuiſſe, & tradunt *Matth. Vveſemb.in Parat.ff.de Quæſt.nu.*2.*& Carpzov. Prax.crim.par.*3.*qu.*117.*nu.*2.& quandoque cum aliqua qualitate confiteantur.

Varia verò ſunt tormentorum genera, ſed magis conſueta, & practicata ſunt Tortura,
3 Stanghetta, Sibilli, & Vigilia examinata à *Farinac.q.*38.*n.*60.*cum ſeqq.* & cùm tormen-
4 torum negotium ſit graviſſimum, & periculoſiſſimum, vel quia ea corporibus humanis ſunt noxia, & quandoque lethalia, vel quia honorem lacerant, cùm nunquàm hæc ma-
5 cula tollatur, quemadmodum nec Virginitas ſemel corrupta, aut caſtitas amiſſa re vera reſtitui poteſt; vel demùm quia nihil tàm crudele, & inhumanum eſt, quàm hominem ad Imaginem DEI creatum tormen-
6 tis lacerare, & quaſi excarnificare, ut animadverrit *Carpzov.loc.cit.n.*2. proindè Iudex uti debet circumſpectione, de qua *Scanarol.de Viſit.carcerat.lib.*2.§.6.*cap.*2.

Et potiſſimè examinare tenetur ſtatum, &
7 conditionem Rei, nempè an ſit Infans, Minor, Mulier prægnans, vel intrà 40. dies poſt partum, Senex, Decrepitus, Valetudinarius, Infirmus, Decurio, Nobilis præclara nobilitate, & ſimiles, qui regulariter non poſſunt torqueri, ut latè omiſſis aliis diſcutiunt cum ſuis limitationibus, & declarationibus *Farinac.q.*41.*Conciol.Reſol.crim.in verbo Tortura reſol.*1.*& Carpzov.prax.par.*3.*qu.*118. *Matthæù,& Sanz de Reg.Regn.Valen.c.*8.§.9.*n.*104. *cum ſeq.* necnon qualitatem, & relevantiam indiciorum, ſuper quibus conſulendi ſunt
8 *Farinac.qu.*37.*& Conciol.loc.cit.reſolut.*3.*&* 9. *Carpzov.d.p.*3.*q.*120.*cum ſeqq.Guaz.ad defenſ. Reor.defenſ.*30.*c.*4.*n.*3.*cum ſeqq.*Ac etiam qualitatem delicti, nàm tunc eſt locus torturæ,
9 quando delictum eſt tale, pro quo imponenda ſit pœna ſanguinis, vel alia corporis affli-
10 ctiva; ſecùs verò ſi agatur de delicto levi, pro quo imponenda ſit pœna pecuniaria, vel exilii, ne modus probandi delictum habeat plus acerbitatis, & vindictæ, quàm ipſa pęna principalis, & ne medium ſit acrius, quàm finis, ut tradunt *Gomez Var.reſol.to.*3. *cap.*13.*n.*2.*Clar.prax.crim.q.*64.*Verſ.Prætereà debet, Guazzin.ad defenſ.Reorum defenſ.*30.*c.*3. *n.*1.*&* 3. latè *Carpzov.prax.crim.par.*3.*q.*119. *Conciol.loc.cit.reſol.*11. *Matthæù, & Sanz de Regim.Regni Valen.cap.*8.§.4.*n.*13.*cum ſeq.*

Cætera circa torturam, aliaque tormen-
11 ta, vide *Farinac.q.*36.*cum ſeqq. Carpzov.dicta par.*3.*q.*117.*cum ſeqq.*ubi in *q.*125.*n.*65.*& ſeq. cum Hypp.deMarſil., Parid.de Puteo, Girland., & Dambouder.poſt Berlich.Concluſ.par.*4.*concluſ.*4. *nu.*164.*cum pluribus ſeqq.* refert magicas artes, quibus utuntur Rei, ne in tormentis fateantur delicta *Scanarol. de Viſit. carcerat.*
12 *lib.*2.§.6.*cap.*3.*&* 4.*Conciol.in d.verbo Tortura Guazzin.d.defenſ.*30. *Matthæù, & Sanz d.*§.9. *n.*93.*cum ſeqq.*

ADDIT. AD RVBR. XXXIX. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 REus, qui in tormento Vigiliæ faſſus fuit delictum, ſed poſteà noluit ratificare poteſt puniri in pœnam mortis, quando præcedunt indicia indubitata, & quarè. Præſertim quando Princeps conſultus ita mandat, vel quando Reus ſuam confeſſionem circumſtantiaverit aliquo non ſcito priùs per Iudicem n.3.

2 Reus gravatus inditiis indubitatis in Supremis Tribunalibus damnatur ad mortem.

4 Maximè ſi Reus ſimilia delicta commiſiſſet.

5 Reo, qui in tormento confeſſus eſt, ſed non ratificavit an debeat dari copia ſuæ confeſſionis, & non ratificationis cum termino ad ſe defendendum.

6 De tortura Reo, & teſtibus inferenda remiſſivè.

7 Iudex an poſſit deſiſtere à tortura decretata ad hoc ut Reus condemnetur in pœnam extraordinariam, & quid in Vigilia decreta per decem horas, an poſſit ceſſare per tertiam, aut quartam horam.

*Num.*3. Occaſione tormenti Vigiliæ, quòd inferri ſoler in atrociſſimis delictis ſæpè contingit delinquentes in hujuſmodi tormento confiteri delictum, ſed poſteà agnoſcentes evidens periculum condemnationis in pœnam mortis non ratificant confeſſionem, an nihilominùs condemnari poſſint in pœnam ordinariam ultimi ſupplicii, vidi; in manuſcripto *bo: me: Canonici Raynaldi diſcuſſionem* articuli tenoris ſequentis: *Quid dicendum, ſi Iudex velit condemnare Reum confeſſum in tormento Vigiliæ, ſed nolentem ratificare, an ſcilicèt poſſit illum punire in pœnam mortis:*
1 *Affirmant Angelus * Scialoya de torquen. Reis cap.*11.*n.*12. *Cenſal.deciſ.Rotæ Ianuen.*18.*n.*34. & *R.P.D. de Rubeis in duobus Iuris reſponſis manuſcriptis, in quibus doctiſſimè oſtendit procedere quotiès quis torquetur inditiis indubitatis ob rationem, quia tunc Reus condemnatur non propter confeſſionem, ſed propter ſigna ex confeſſione reſultantia, quòd idem eſt, ac dicere Reum tunc condemnari non tanquàm confeſſum, ſed tanquàm convictum ex inditiis indubitatis*

ad

Digitized by Google

*ad Text.in l final.C.de probat.& in l.2.ibi argu-
mentis convinctum C.quor. appellat. & in l.qui
ſententiam C. de pæn. ubi gloſs. verbo ſufficiat.
Nec eſt novum, quòd inditiis indubitatis gra-*
2 *vatus * condemnetur ad mortem in Tribunali-
bus Supremis, nàm Franciſcus Hieronymus Leo
dec.125.n.33. multas deciſiones refert ad oſten-
dendum Tribunalia habentia ſupremam Poteſta-
tem poſſe condemnare in pœnam ordinariam ex
inditiis indubitatis, & hoc idem dicit Dexart.
decis. Sardiniæ 39.n.3. Imò in facti contingentia
fuiſſe executum Neapoli contra mulierem impu-
tatam de nece Viri teſtatur Taſſonus de Antefa-
to verſ.12.obſer.2.n.2. Et in Senatu Dolano con-
tra Reum imputatum de homicidio, & latroci-
nio teſtatur Grivell.dec.93. in Senatu Mediolani
contra homicidam teſtatur Garon.& Bellon. re-
lati à Larea dec. par.2.tit.12.§.32.nu.263. &
idem practicari in Regno Aragonæ refert Por-
tulas ad Molin.ſuper Ritibus, & obſervat.Regn.
Arag.t.3.§.Inditium n.7.in Foro Valent. refert
Morla empor.Juris par.1.tit.12.n.15.& in Re-
gno Portugalliæ Souſa quæſt. de teſt. ſingul. poſt
aphor.in quæſit.ſect.2.nu.22.& hac idem teſtan-
tur Xamar, & alii decem, & ſeptem DD. relati
à Cortiada dec.93.nu.34. Et quidem ſi pœna or-
dinaria poteſt imponi, quando extant inditia
ſola indubitata ex obſervantia prædictorum Tri-
bunalium multò magis poterit imponi, quando
ultra inditia adeſt etiam confeſſio in tormentis
extorta, quæ ex communi DD. placito præceden-
tia inditia corroborat, & fortificat, & in his
terminis ſcripſit Dominus de Rubeis in dd. dua-
bus allegationibus, fuiſſe per binas vices Romæ
executum teſtari poſſum ego, qui tunc eram
Procurator pauperum, & in terminis firmat
Gloſs.in d.l.qui ſententiam verbo ſufficiat; Præ-
ſertim verò ſi alterum eorum concurrat, nempè,*
3 *vel quòd Princeps conſultus * ita mandet, ut do-
cet Hieronymus Baſilico dec.crimin 1. n.8.& D.
de Rubeis, qui ſubdit, quòd Princeps debet ita
mandare quàm licèt jura transgredi ratione pu-
blicæ utilitatis, ut unius exemplo multorum ſalus
procuretur ſecundùm Bald. & Gram. relatos ab
eodem D.de Rubeis; Vel quòd Reus ſuam confeſ-
ſionem circumſtantiaverit aliquo non ſcito priùs
per Judicem, nec ipſi Reo conteſtato, cùm hoc
magis indicet, talem confeſſionem emanaſſe ex
fonte veritatis cognitæ Reo, nullatenùs ei ſuge-
ſtæ, & in iſto caſu, ut ait D. de Rubeis loc. cit.
tenenda eſt opinio Baldi in l.final.n.3. Verſ.Et eſt
exemplum C. de probat. exiſtimans, non eſſe ne-
ceſſariam ratificationem extra tormenta in con-
feſſione ita adminiculata, ut à Judice habenda
ſit pro vera, cujus dictum probarunt etiam Alex.
ad Bart.in l.1. §.Divus Severus litera A. Verſ.
Et nota ff.de quæſt.Pariſ.de Puteo de ſyndic.ver-
bo Tortura n.5.Guazzin.de defenſ.Reor.30.c.34.
n.7. Et ita fuit executum Bononiæ tempore mei
Auditoratus Turroni in quodam Jacomino, qui
pro homicidio ſui Conſobrini, præſertim cum iſte
fuiſſet Inquiſitus aliàs de homicidio quatuor ho-
minum, quarum duo erant Religioſi, nàm ob fre-*
4 *quentationem delictorum conſimilium * poſſe con-
trà eum deveniri ex inditiis indubitatis ad pœ-
nam ordinariam vult Thor. compend. dec.par.3.
ſect.3.Verbo Tortura circà finem, & Voto 21.&
poſt hæc ſcripta fuit Romæ executum de menſe
Julii 1703. contra famulum, qui occidit Dami-
num de Zeccadoris ejus Dominum. Sed an iſto
caſu debeat Reo dari copia ſuæ confeſſionis, &*
5 *non ratificationis, * & dari terminus ad ſe de-
fendendum dixi in d.cauſa Jacomini, quòd non;
quia condemnatus ex inditiis indubitatis ſuper
quibus fuerat pluries auditus in facto, & in
Jure, & poteſt eſſe ratio, quia confeſſio non
ratificata ſervit Fiſco tantùm ad ſignificandum
inditia, quæ extabant contra Reum eſſe; Eò ma-
gis attendenda, ut in ſimili advertit Zuff.de legi-
tim proceſs.qu.151.nu.6. meliùs tamen cogitans
contrarium eſſe verius exiſtimo ex iis, quæ dixi
in meis obſer.crim.cap.34.§.12.n.64.*

Nu.11. De Tortura tàm Reo, quam Teſtibus,
6 vel criminis ſociis inferenda * vide adductos
per *Bouſin.Nepotem ad Bannimen.Generalia in
ſupple.cap.18.n.56.*

Quid reſolvendum, quando eſt incæpta
tortura, an Judex poſſit ab ea ceſſare ad hoc,
7 ut Reus poſſit condemnari * in pœnam ex-
traordinariam examinatur à *Raynald. in ob-
ſer.ad cap.34.ſupplet.6.n.117.cum ſeq.to.4.* ubi
in fine ſubdit, in ejus additione poſthuma
manu propria ſcripta per ſequentia verba,
Et non procedit, quando indicia eſſent talia,
quæ non poſſent in totum purgari per tor-
turam, nam tunc Judex non poteſt ceſſare
prout in vigilia decretata per decem horas
deſiſtere poſt quartam, vel tertiam horam
ad hoc ut in pœnam extraordinariam con-
demnetur duriorem.

De Pœna ſagittantis, & balliſtantis.

RUBRICA QUADRAGESIMA.

STatuimus, & ordinamus, quòd nullus poſſit, aùt debeat arcum, ſeù balliſtam tenſam, aùt ſcopletum oneratum, à tenſum deferre, aùt cum illis ſagittare per Civitatem, et Suburbia pena librarum decem bononenor. in quolibet caſuum prædictorum; deferenti verò clàm, ſeù occultè pœna duplicetur: liceat tamen in aliquo decenti loco extra Civitatem, & cum Rectoris licentia, & non aliter cum dictis inſtrumentis ad ſignum ordinatum inter volentes ſagittare, ita tamen quòd nulli nocere valeant: Nullique etiam liceat cum dictis inſtrumentis, vel aliis Columbos in Civitate, et Suburbiis occidere, nec ad illos ſagittare, ſeù quoquo modo projicere, nec aliter capere ſub pena ſolidorum viginti bononenor. pro qualibet vice. Si verò aliquis in dicta Civitate, ſeù ejus Comitatu, vel Districtu

ſagit-

Digitized by Google

ſagittaverit, ſeù traxerit cum aliquo dictorum inſtrumentorum contra aliquem, ſive percuſſerit, ſive non, puniatur prout in Statuto de pœnis augendis. In Comitatu verò, ſeù Diſtrictu nulli liceat ſimiliter cum dictis inſtrumentis, vel aliis ſagittare, ſeù projicere, offendere, vel occidere, quoad Columbos exiſtentes ad columbarias ſub pœna ſolidorum decem pro quolibet, & qualibet vice.

SVMMARIVM.

1 VEnationis variæ ſpecies, de quibus ibi remiſſive.

2 Laudes, & contemptus venationis remiſſive.

Venatio Clericis aliiſque Eccleſiaſticis an, & quando ſit permiſſa remiſſivè n. 2.

3 Venatione Clericis permiſſa, cenſetur etiam data facultas habendi, & alendi Canes, & ſimilia.

4 Venatio communis eſt de Jure naturali, & gentium, ac eſt permiſſa de Jure Divino. Ampl. n. 6. Lim. n. 9. Vide n. 17.

5 Cuilibet liberum eſt venari.

Feræ, & volucres ſunt in nullius bonis, ſed omnibus communes n. 5.

Feræ occupantis fiunt n. 5.

7 Ingreſſus in fundo alieno non poteſt prohiberi ne venetur.

8 Dominus fundi poteſt prævenire ne Venator fundum ſuum ingrediatur.

10 Baro prohibere poteſt Exteris, ne ingrediantur ejus Territorium.

11 Baro prohibere poteſt Vicinis, ne ſuum Territorium, & fundum ingrediantur venationis cauſa.

12 Venatio prohiberi non poteſt per Barones, ſeu Principes Superiorem recognoſcentes. Limit. nu. 19. 21. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 32. 33. Vide n. 17. 18. & 19.

13 Venationes conceſſæ Baroni in inveſtitura non cenſentur conceſſæ cum Jure prohibendi venationem aliis.

14 Contrarium ſi in inveſtitura expreſſa conceſſum fuiſſet Ius prohibendi venationem.

15 Facultas prohibendi venationem concedi debet per Supremum Principem.

Princeps Supremus habet Ius prohibendi venationem n. 15.

Princeps Superiorem recognoſcens non poteſt ſtatuere contra jus n. 16.

17 Barones de facto faciunt Edicta venationis prohibitoria. Vide n. 19.

18 Jus venationis inter Regalia recenſetur de jure noviſſimo.

20 Principes conſtituuntur in quaſi poſſeſſione prohibendi venationem, quando Vaſſalli obediunt Bannimento illam prohibenti.

21 Ad quem effectum unicus actus prohibitionis ſufficit.

22 Princeps conſtituitur in quaſi poſſeſſione prohibendi venationem, ſi Bannimenta pœnalia publicari mandaverit per ſeriem multorum annorum, eaque effectum ſortita fuerint abſque reclamatione, aut aliquo reclamante condemnatio ſubſequuta fuerit.

23 Subditi appellare debent à Bannimento venationem prohibente ſtatim, ac eis innoreſcit.

27 *Novar. de Grauam. Vaſſal. lib. 1. grauam. 71. n. 7. cum ſeq. ac n. 15.* reprobatur, & n. 31.

34 Venatio eſt propriè Illuſtrium Virorum.

35 Venationis materiam tractantes remiſſivè.

36 Columbæ habent inter cæteras Aves plura ſingularia, & qualitates.

Columbaria quales eſſe debeant remiſſivè num. 37.

37 Columbæ vivunt, & cubant uſque ad quindecim annos, & ſecundùm alios uſque ad octo.

Columbarum natura, victus &c. remiſſivè num. 37.

Columbæ ſanguinem habent medicinalem pro oculis, & quomodo applicetur n. 37.

37 Columbi domeſtici alii ſunt, alii verò ſilveſtres.

Columbi Silveſtres appellantur Palumbi n. 38.

39 Columbi domeſtici ſunt in patrimonio, & dominio noſtro, ac veniunt in judicio familiæ erciſcundæ.

40 Occidi non poſſunt Columbi domeſtici, & num. 46.

41 Archibuſiatis non poſſunt perterreri Columbi domeſtici, & n. 46.

Comino, aut aliis herbis odoriferis quis non poteſt uti ad effectum deducendi Columbos domeſticos à proprio Columbario, aliàs ultra peccatum tenetur ad reſtitutionem, & poteſt puniri; Secùs tamen ſi ſpargantur principaliter ad effectum paſcendi, & retinendi proprios, & ſine fraude n. 41. & 45.

42 Capiens, aut occidens Columbos domeſticos tenetur pœna furti, & aliis pœnis, de quibus n. 46.

43 Et in foro conſcientiæ tenetur ad reſtitutionem.

44 Falconem domeſticum occidens furtum committit, & pœna furti puniendus eſt.

47 Birrruariis atteſtantibus ipſos in fragranti carceraſſe occidentem ſclopo Columbos non creditur.

48 Columbi ſtercore, quod mittunt in agris, compenſant damnum, quod inferunt, & num. 49.

49 Stercus Columbarum agris eſt utiliſſimum.

50 Columbi eruunt vermes, noxiorumque fructuum baccas avidius vorant.

Numerus exceſſivus Columbarum poteſt à Judice prohiberi n. 51.

51 Columbi nocere ſolent ſatis, maximè tempore ſementationis. Vide n. 52.

Columbaria illicita ſunt, & quarè n. 51. Decl. num. 52.

52 Habentes columbaria tenentur ad reſtitutio-

Digitized by Google

tionem damnorum datorum in agris alie-
nis, & quandò.
52 Columbarium, ſymbolum in Neuſtria præ-
nobilis feudi eſt.
54 Jus viſitandi columbaria in Germania, &
ne ullus ultra numerum præfixum Colum-
bos retineat ad jus ſuperioritatis pertinet.
55 Columbaria utilitatem maximam antiqui-
tùs afferebant.
Columbi vendebantur antiquitùs ſextertiis
pro ſingulo pari n.55.
56 Conductor columbariæ, ſtante pacto de
reſtituendo eam Columbis frequentem,
an teneatur ad damna, & intereſſe, ſi pro-
baverit ſe diligentem fuiſſe in ea cuſto-
dienda, itaut abſque ejus culpa fuerit de-
ſtituta.

OBSERVATIO.

VEnationis variæ ſunt ſpecies recenſitæ
per *Gonzalez Tellez in cap.1.nu.5.de*
1 *Clerico Venatore*, *Amaya in l.unic.C.de Venat.*
ferarum lib.10. latè *Antunez Portugal. de Do-*
nat.Reg.to.2.par.3.cap.9.n.1.cum ſeqq.Menoch.
de arbitr.lib.2.centur.5.caſ.413.n.3.

Et illius laudes ratione utilitatis, & con-
temptus ratione damnorum reſultantium
2 pariter adducuntur, præcipuè ad dignoſcen-
dum an, & quandò Clericis, aliiſque Eccle-
ſiaſticis ſit permiſſa latè referunt, *Amaya*
ubi ſuprà n.65.cum ſeqq. Antunez loc.cit.n.62.
cum ſeqq. Panimoll.in dec.41. nu.26. cum ſeqq.
qui animadvertunt, quod ſi ſit permiſſa ve-
natio Clericis, cenſetur etiam eis data fa-
3 cultas habendi, & alendi Canes, Accipitres,
Equos, & ſimilia ex bonis Eccleſiæ deſtina-
tis in propriam, & Pauperum ſubſtentatio-
nem.

Ea de Iure naturali, & gentium omnibus
eſt communis, & de jure etiam Divino per-
4 miſſa, cum Deus univerſo hominum generi
ferarum dominium ab initio ſubjecerit, &
rerum omnium uſum omnibus communem
eſſe voluit, ut in *Geneſ.cap.1.n.26.* ibi: *Facia-*
mus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem
noſtram, ut præſit piſcibus maris, & volatili-
bus Cæli, & beſtiis univerſis terræ &c. juncto
n.28. ibi: *Dominamini piſcibus maris, & vo-*
latilibus Cæli, & univerſis animantibus, quæ
moventur ſuper terram &c.

Atque ideò apud omnes Nationes jure
gentium receptum fuit cuilibet liberum eſſe
5 venari, nàm cùm Feræ, & Volucres ſint in
nullius bonis, ſed omnibus communes de
Jure gentium, fiunt occupantis *§. Feræ Inſtit.*
de Rer.diviſ. l.In laqueum, l.Pomponius, l.Quo-
rumdam ff.de Acquir.rerum domin. Cujac.lib.4.
Obſer.cap.2. Tiraq.de Nobilit.cap.37.num.150.
Verſ.igitur, Maſtrill.de Magiſtrat. lib.4.cap.18.
n.45.Leſſ.de Iuſt.& jure lib.2.c.5.dub.7. Marta
de Juriſdict.par.4.centur.1.caſ.57.nu.10.Antu-
nez Portugal.cit.cap.9.n.8.cum ſeqq.Tondut.Re-
ſolut.civil.par.2.cap.105.n.1. Grammat.dec.67.
n.9. doctiſſimus Gobb.conſult.128.n.1.cum ſeqq.
& Panim.in Annot.ad ejus dec.25.n.26.

Quod procedit etiam in fundo alieno, *l.*
6 *Quod enim 3.ff.de Acquir.rer.domin. §.Feræ In-*
ſtit.eod.tit.Gobb.ubi ſup.n.2. in quo poſtquàm
venator ingreſſus eſt, non poteſt prohiberi
7 à Domino, ne venetur ut proſequitur *Antu-*
nez ubi ſuprà n.11.

Poteſt benè prævenire prohibendo, ne
Venator fundum ſuum ingrediatur *d. §. Feræ*
8 *Inſtit.de Rerum diviſ.* & advertit *Antunez eod.*
nu.11.Grammat.loc.cit. ubi rationem adducit
Tondut.d.cap.105.n.2. ubi *n.4.* cum *Medices de*
Venation. ait id non habere locum, quoad ve-
9 nationem animalium nocivorum, qualia ſunt
Lupi, Leones, Panteræ, & ſimilia *Theſaur.*
Quæſt.forenſ.q.22.n.6.& de Barone prohiben-
te mediante banno Exteris, ne ingrediantur
10 ejus Territorium firmat *Capiblanch.de Baron.*
lib.2.cap.87.n.17.Verſ.Sed ex parte Marchionis
cum ſeqq. ubi teſtatur fuiſſe reſolutum pro
confirmatione banni.

Et hinc eò magis Baro, tanquàm Domi-
nus ſui Territorii poteſt Vicinis prohibere,
ne ſuum Territorium, & fundum venationis
11 cauſa ingrediantur, ut plenè conſuluit *Surd.*
conſ.390. quem ſequitur *Theſaur. loc.cit.nu.6.*
Verſ.Quinimò ubi teſtatur ita judicatum fuiſſe
à Senatu.

Cum autem libertas venandi competat de
jure naturali, & gentium non poteſt per Feu-
12 datarios, ſivè Barones Superiorem reco-
gnoſcentes prohiberi, alioquin violentiam
facere dicuntur, ut cumularis concordanti-
bus tenet *Theſaur.QQ.forenſ. lib.2.qu.12.nu.2.*
Maſtrill.de Magiſtrat.lib.3.cap.10.n.176. Petra
de poteſt.Princip. cap.7.nu.5. verſ.Contrarium
cum ſeq. ubi dicit hanc opinionem veriorem
Novar.de Gravam.Vaſſall.lib.1.gravam.72.n.2.
cum ſeq.Franch.dec.158.n.1.

Addi etiam poteſt, quòd licèt venationes
13 ſint conceſſæ Baroni in inveſtitura, attamen
non cenſentur conceſſæ cum jure prohibendi
venationem aliis *Mart.d.caſ.57.n.4.* & alis re-
latis firmat *Gobb.loc.cit.n.3.cum ſeq.*

Et tunc poſſet prohibere, ſi in inveſtitura
expreſsè conceſſum fuiſſet jus prohibendi ve-
14 nationem Subditis, ut limitat *Theſaur. dicta*
qu.22.nu.4.Gobb.loc.cit.nu.10.verſ.Quod igitur
cum ſeq. quæ facultas concedi valet per Su-
premum Principem, qui tale jus prohibendi
15 venationem habet aliis relatis firmat *Gobb.*
loc.cit.n.21.verſ.Quemadmodum.

Accedit quòd non poteſt ſtatuere contra
16 regulas juris communis *Roland. conſ.22.nu.6.*
& 7. volum. 2. & proſequitur *Marta ubi*
ſuprà n.8.

Nihilominùs videmus de facto contrarium
per Barones, & Feudatarios ſervari, cùm
ad libitum fiant Edicta, & Bannimenta pœ-
17 nalia prohibitoria venationum, & advertit
Marta d.caſ.57.n.10.verſ.Videmus Theſaur.QQ.
forenſ.lib.2.q.22.n.1,verſ.praxis tamen,& Gob.
loc.cit.nu.4. verſ.Hodiè cum ſeqq. ubi ſubdit,
quòd Leges, Statuta, & Bannimenta hujuſ-
modi ſi non de jure, ſaltem de facto valent,
& ſic

Digitized by Google

& ſic jure noviſſimo jus venationis prohibi-
18 tivum inter Regalia recenſetur, & idem
firmat *Carpzov.dec.287.n.1.cum ſeq.*

Et talis prohibitio poteſt ſubſtineri con-
19 currente juſta,& legitima cauſa ut proſequi-
tur *Marta ibidem nu.11. Capiblanch. de Baron.
lib.2.cap.87.n.1.verſ. Hanc cum ſeq.* quæ con-
currere dicitur, quando ſolo Principi com-
petit, utpotè quia illi, quorum intereſt pro-
hibitioni acquieverunt: Undè pro cautela
traditur, quòd Principes prohibeant vena-
20 tionem mediante Bannimento, ſeu Edicto
pœnali, nam tunc ſi Subditi non contradi-
cant, & Bannimento obediant abſtinendo ſe
à venatione, Principes conſtituuntur in quaſi
poſſeſſione prohibendi, *Novar. de Gravam.
Vaſſall. gravam.71.n.16.* advertit *Gramatic.d.
dec.67.n.13. & Petra loc.cit.n.12.verſ.Quintus
cum ſeq.*

Ad quem effectum unicus actus prohibi-
21 tionis ſufficit ſecundùm *Theſaur.cit.q.22.n.8.*

Sed magis tutum erit, ſi hujuſmodi pro-
hibitiones, & Bannimenta fecerint per ſe-
riem multorum annorum, eaque effectum
22 ſortita fuerint abſque reclamatione, aut ali-
quo reclamante condemnatio ſubſequuta fue-
rit, ut tenet *Tondut.cit.cap.105.n.7.*

Et ne Subditi acquieſcere dicantur, debent
ab hujuſmodi Bannimento appellare, & re-
23 clamare ſtatim ac eis innoteſcit, ut docet
Gramatic.d.dec.67.n.14.

Vel quando id publica utilitas ſuadet, utpo-
tè quia venatio prohibeatur in certis anni
24 temporibus, in quibus animalia ſolent eſſe
prægnantia, aut nutrientia fœtum, aut tem-
pore nivis, & glaciei immoderatæ, ut tradit
*Anton.de Padilla in l.Per agrum n.8. C. de Ser-
vit.& acqua, Marta ubi ſuprà nu.14.Petra loc.
cit.n.15.Theſaur.d.q.22.ſub n.10. Tondut.citat.
cap.105.n.8.Antunez Portug.d.cap.9.ſub.n.38.
Gobb.d.conſult.128.n.14.verſ.Secundò cum ſeq.*
Seù circa modum venandi, vid. nè venatio-
nes fiant cum retibus, laqueis, fermento ve-
25 nenato, ac cum armis prohibitis, & ſimili-
bus, ut firmat *Theſaur.cit.q.22.ſub n.10.Franc.
dec.158.n.6. Gobb.ubi ſuprà nu.18.in fine cum
ſeq.Capiblanch.loc.cit.n.2.cum ſeq.*

Prout quando venatio redderetur exceſſi-
26 va circa quandam ſpeciem animalium, quæ
omninò extingueretur puta Perdices, Pha-
ſianos, & hujuſmodi, quæ Nobilibus, & Ma-
gnatibus, ac Principibus maximè conve-
niunt, ut limitat *Petra d.cap.7.nu.12.* proſe-
quitur *Marta ſub eodem n.14. & Gobb. loc.cit.
nu.16.verſ.Tertiò cum ſeq.* quicquid in prædi-
ctis duobus caſibus in contrarium dicat *No-
27 var.de Gravam.Vaſſall. lib.1.gravam.71.nu.7.
cum ſeq.*

Item ſi prohibitio fieret ad conſervandam
pacem, circa quam Princeps invigilare tene-
28 tur, nam ſicuti Dominus poteſt prohibere nè
quis ingrediatur ejus fundum, ità multò ma-
gis permiſſa eſſe debet Principi pro bono pa-
cis prohibitio ne quis ingrediatur alienum
fundum venandi cauſa §. *Nemo retia de pace
tenenda in conſuet.feudor.* (circa cujus intelle-
ctum, & interpretationem videndus *Petra de
poteſt.Princip.cap.7.nu.1. verſ.Nec obſtat cum
ſeqq.*) optimè *Marta loc.cit.ſub eod. n.14.verſ.
Aut ſi prohiberetur.*

Pariter ſi Baro ſolitus fuiſſet per plures
annos in certa Sylva, ſeu parte Territorii
29 venari, & in ea nullus alius venari ſoleat,
nàm tunc jus prohibendi acquititur *leg.Quiſ-
quam ff.de diverſ.& temporal.præſcript.* limitat
Theſaur.d.q.22.n.4.verſ.Fallit 2.

Sicuti quoque poterit prohibere tàm Sub-
ditis, quàm Vaſſallis venationem in loco ſui
30 Feudi conſtructo ad uſum Gatenæ, ſeu Par-
chi pro uſu propriæ venationis, nàm ſi quili-
bet privatus poteſt prohibere ne alius ingre-
diatur in ejus fundum venandi cauſa, multò
magis id permiſſum eſſe debet Baroni, & Prin-
cipi in loco particulari ad id deſtinato *Gu-
glielm.de Benedict.in cap.Rayunccius §.Et Uxo-
rem n.869.Caſſan.in Catalog.glor.Mundi par.11.
conſid.50.Theſaur.alleg.q.22.nu.9.Tondut.citat.
cap.107.n.10.Cnpiblanch.de Baron.lib.2.d.c.87.
31 n.9.cum ſeq. Novar.d.gravam.71.n.13.* ubi ta-
men *n.15.* adducit declarationem mei judicio
non amplectendam.

Imò quod Principibus conceſſum ſit, ve-
nationem Subditis prohibere in aliquibus
terris, & locis ad hoc, ut pro ſuæ dignita-
32 tis faſtigio recreandi animi gratia venatio-
nem habeant paratam tenet *Antunez Portug.
cit.cap.9.n.43.Gobb.d.conſult.128.n.14.Petra
d.cap.7.num.10.verſ.tertius cum ſeq.* ubi tenet
prohiberi poſſe venationem in prædiis, &
poſſeſſionibus ipſius Principis *juncto n.16.*

Faciliùs permittenda, ſeu admittenda eſt
per Iudices prohibitio venationis, quando
33 contentio verſatur inter Baronem, & Sub-
ditos Mercatores, Artifices, ſeu Ruſticos
bobus, & aratro terram colentes, cùm ve-
natio propriè ſit Illuſtrium Virorum; Artifi-
34 ces verò, & Mercatores incumbere debeant
eorum exercitio, & Ruſtici culturæ agrorum,
à qua mediante venatione diſtraherentur in
præjudicium publicæ utilitatis, ut advertit
*Theſaur.allegat.q.22.n.11. Tondut.cit.cap.105.
n.9.Gobb.loc.cit.n.17.verſ.Quartò cum ſeq.* ple-
nè *Antunez Portug.cit.cap.9.n.40.& Lagunez*
poſt hæc ſcripta viſus in *tract.de fruct.par.1.
cap.12.n.119.*

Ommiſſis aliis circa venationem, de qui-
35 bus *Gugliel.de Bened.in cap.Rıynuecius 35. in
verbo,& Uxorem nomine Adelaſiam in quinta
deciſione nu.315.cum ſeqq.Fachin.lib.1.contr.1.
Covar.in relect.reg.Peccatum de Regul.jur.in 6.
par.3.§.8.nu.14.cum ſeqq.Addentes ad Guidop.
dec.218.Antunez.Portug.cit.cap.9.Georg.Moro
de Jure venat.Gobb.cit.conſultat.128.Gutierez
Canonic.qq. lib.2. cap.28.noviſſimè Lagunez de
fruct.p.1.c.12.* Et propiùs accedendo ad ma-
teriam præſentis *Rubricæ*, notandum eſt, quòd
Columbæ habent plura inter cæteras aves,
36 ſingularia, & qualitates latè recenſitas per

Gugliel. de Benedict.loc.cit.n.309.cum ſeqq. ubi
n.310.inter alia docet,quod Columbę vivunt,
37 & cubant uſque ad quindecim annos ſecun-
dum Ariſtot.Creſcent.verò de agticultur.lib.9.
cap.90.circà finem ſubdit item moriuntur ex ſe-
nectute, nam ultrà octo annos non inveniuntur
in Columbariis durare, ut dicunt experti proſe-
quitur etiam Guglielm. de Benedict.ubi ſupra.
Sanguinem habent Medicinalem, nam ſan-
guis ſub ala dextera deſumptus, & calidus
oculis impoſitus, & inſtillatus dolorem miti-
gat, & ſanat ob caliviam oculorum, & circa
naturam Columbæ videndus Archid. in cap.
Qui Eccleſiaſticis in fin.36.diſt.& pleniùs Creſcen.
d.cap.90. cum ſeq. ubi plura, & præſertim de
eorum victu,& eodem lib.9.cap.87.de colum-
bariis qualia eſſe debeant.

Columbi ſunt duplicis ſpeciei; alii enim
38 ſunt domeſtici, & alii ſilveſtres, qui appel-
lantur Palumbi, ſeu Palumbellæ, ut docet
Carpan.ad Statut.Mediol.to.2.cap.442.n.1.

Quoad domeſticos, cum illi dicantur eſſe
in patrimonio, & dominio noſtro,& veniant
39 in judicio familiæ erciſcundæ quando con-
ſuetudinem revertendi habent ad columba-
rium l. Pomponius §. Idem Pomponius l. Colum-
bos, ff. Famil. erciſc. Conciol. ad Statut. Eugub.
lib.6.rub.16.n.1. Proindè noſtra intereſt, ne
capiantur, aut occidantur,prout prohibitum
40 eſt illos occidere d. l. Pomponius, §. Idem
Pompon. Carpan.d.cap.442.n.2.Cepol.de Servit.
in cap. de Columbario, & de venatione, ubi in
verſ.Quartò, refert prohibitum eſſe balliſtis,
ſimilibuſque inſtrumentis uti ad occidendas
Columbas domeſticas, & ne archibuſiatis
41 perterriti conſuetudinem revertendi deſe-
rant,aut ſpargendo certum ſemen Cominum
nuncupatum, ac alias herbas odoriferas de-
ducantur à proprio Columbario, & ad aliud
attrahantur, quod prohibitum eſt Capiblanc.
de Baron.l.2.cap.87.n.12.

Si enim capiantur,aut occidantur capiens,
vel occidens tenetur pœna furti per Text. in
42 d.l.Pomponius. §. Idem Pomponius, ibique Flo-
rian.de Sancto Petro, Dyn. & alii Scribentes,&
præſertim Oinotim. in §. Pavonum Inſtit. de
Rer.diviſ. num.3.Caſſan. in Conſuetud. Burgund.
rubric.13.§.9.num.5.Farinacc.qu.174. num.91.
Capiblanch.de Baronib.lib.1.pragm.14.num.39.
Conciol. loc. cit., & in foro conſcientiæ tene-
43 tur ad reſtitutionem, ut proſequitur Conciol.
num.2.

Prout etiam Falconem domeſticum occi-
44 dens furtum committit, & pœna furti pu-
niendus eſt,ut reſpondit Poſſent. ſingular.201.
centur.3. Et doloſè, ac artificioſè attrahens,
mediante cumino, aut aliis herbis odorife-
ris alienos Columbos, ultra peccatum tene-
45 tur ad reſtitutionem, & poteſt puniri, ſecùs
ſi principaliter ſpargatur ad effectum pa-
ſcendi, & retinendi proprios, & ſine fraude
Cepoll. de servit. ruſtic. præd. in cap.de Colum-
bario, Gutt ierr. Canonic. qq. lib.2.cap.28.num.
53. cum ſeq. ut ſequendo Leſſ. & Layman.
firmat Conciol.loc.cit.nu.4. Capiblanch.dicto cap.
87.num.22.Lagunez de Fructib. p.1.cap.12.nu.
98. cum ſeqq.

Hinc in Bannimentis generalibus Status Ec-
cleſiaſtici publicatis de anno 1674. in cap. 73.
46 -- Probibiſce in oltre S. E. tirare à Palombi
domeſtici, ò di palombara, tanto nelle Città, e
Caſtelli, quanto nelle muraglie di qualſivoglia
luogo, caſe fuori in campagna con archibugio di
qualſivoglia ſorte, baleſtre, e altri ſimili inſtro-
menti, nè à quelli uccellare con reti, o in altro
modo, ſotto pena di ſcudi dieci per ciaſcuno, e
ciaſcuna volta, e di trè tratti di corda in publi-
co. E chi ſparará archibugio vicino à palomba-
ra, ancorche non ammazzaſſe, ò tiraſſe à pa-
lombi per due tiri d'archibugio, incorra in pena
di ſcudi cinque per ciaſcuno, e ciaſcuna volta --
& priùs in Conſtitutione Ægidiana lib. 4. cap.
89. ibi, & inſuper, quod nullus præſumat Co-
lumbos alicujus ad aliquod ingenium capere, nec
præparare ingenium ad Columbos capiendos, &
qui contrafecerit, pœna viginti florenorum auri
ſe noverit ſubiiciendum. Sequitur de Comitibus
deciſ.Senen.deciſ.4.nu.51.tom.1.

Non poteſt tamen quis condemnari ex de-
poſitionibus Birruariorum atteſtantium,
47 ipſos in fragranti carceraſſe occidentem
ſclopo Pipiones,ut reſpondit Poſſent.ſingular.
204. centur.3.

Si excipiendo prætendatur, quod Colum-
bi tanquam publici latrones poſſint occidi, &
ſint extirpandi, advertendum eſt pro eorum
defenſione militare ſententiam latam, in qua
48 dictum fuit, eos mittere ſtercora in agros,
qua ratione compenſare damnum, ſi quod
inferunt, ut latè exornando ratiocinatur
Ciampolus in ejus Opere inſcripto Il Zoroaſtro
cap.10. impreſ. Romæ de anno 1667. pag. mihi
83. cum ſeqq. ibi -- Ti voglio dire un'Apolo-
go garbato, che non è trà le Favole d'Eſopo.
Nella terra non vive innocenza ſuperiore a
quella delle Colombe, pure fu à loro data una
querela di furto avanti al Tribunale d'un certo
Paludano in 4. ſentent. diſtinct. 25. quæſt. 2. ſi
pretendeva dalla parte, che le Colombaje, ò ſi
ſpopolaſſero, ò ſi demoliſſero. Eſclamavano, che
quelle non dovevano computarſi nel buon gover-
no, come franchigie di ladri, perche le Colombe
uſcivano da quelle buche à ſaccheggiare i campi
ſeminati, e beccando i granelli diminuivano le
raccolte. Valſero aſſai queſti motivi appreſſo
quel Giudice, & inſieme con altri Aſſeſſori ſcru-
puloſi intimò ad eſſe il bando, e precettò la de-
molitione à i loro alberghi. Le Colombe con
un'humiltà da Colombe interpoſero l'appellatio-
ne, e preteſero, che la cauſa ſi riduceſſe in Soria,
dove regna venerabile.

Alba Paleſtino Sancta Columba ſuo;

Depoſero i teſtimonii loro prodotti in diſeſa,
d'eſſerſi certificati col ſenſo degl'occhi, e nella
prattica della campagna, che le Colombe non
razzolavano il terreno per divorar la ſemenza,
non ſgravavano le ſpighe per decimar le rac-
colte, ma che con eſemplare aſtinenza ſi conten-
tava-

tavano ſolamente di quel granelli diſutili, che trovavano caduti ſopra il pavimento. Soggiungevano, che non ſolo davevano comportarſi come innocenti, ma tingratiarſi, come beneſattrici, mentre liberavano i ſolchi ſeminati da veccie, & altri legumi infruttuoſi, i quali con avidità impertinente uſurparebbono gl'alimenti alle ſpighe. Fu rilaſſato in ſavor loro il mandato de manutenendo. Il motivo di quel Giudice regiſtrato in un certo Scrittore Molin. de Iuſt. & Iur. tom. 1. tract. 2. diſp. 48. fu queſto *Columbas mittere ſtercora in agros, eaque ratione compenſare etiam damnum ſi quod infertur. Fù approvata queſta bella compoſitione, perche ſe pigliano il grano vi laſciano l'eſcremento; però fù dato loro dalla Giuſtizia governante un ſalvocondotto perpetuo, acciache ancora ne i poderi altrui poteſſero haver la prattica, e provedere il cibo con ſicurezza della vita, e della libertà.*

Et quod ſtercus Columbarum agris ſit
49 utiliſſimum, ideoque non damnificent, cum
damnum cum utilitate compenſetur, tradunt
Feltman. de Incluſione animalium cap. 21. ſect. 10. Creſcent. de Agricultur. lib. 9. cap. 91. verſ. item ipſorum fimus eſt optimus omnibus plantis, & *ſervilis*, ſubdens *& nota, quod tria paria Columbarum in anno faciunt corbem fimi, ſi Columbaria nidas intrinſecos habeant*, Knicken *de Jure territorii cap. 4. n.* 325. ubi etiam ſubdit,
50 quod eruunt vermes noxiorumque Fructi-
cum baccas avidiùs votant.

Veritas tamen eſt, quod Columbi multùm
nocere ſolent Satis, præcipuè tempore ſe-
mentationis, & ideò Columbaria ſunt illici-
51 ta, ut relatis *Silveſt. Sot. D. Antonin. Cajetan., & Palud.* firmat *Novar. de Gravam. Vaſſall. tom. 2. Gravam. 182. num. 1. Balmaſeda de Collectis quæſt.* 53. *num.* 17., ubi firmat, quod ſi ità Columbaria augeantur, ut nocere per multitudinem incipiant, poſſunt Domini cogi ad eos includendum per duos menſes, in quibus Satis magis nocent, & quod Judex poſſit limitare exceſſivum numerum Columbarum Vicini, ſi magnum detrimentum agris inferant tradit *Tondat. QQ. & reſol. civil. p. 2. cap.* 140. *num. 7. cum ſeqq.*, & quod habentes
Columbaria teneantur ad reſtitutionem
52 damnorum datorum in agris alienis, quan-
dò Domini Columbariarum eos non paſcant, vel non habent tot bona circumcirca, in quibus veriſimiliter pro majori parte poſſint paſci, cibari, & vivere, tradit *Carpan. ad Statut. Mediolanenſ. dicto cap. 442. num.* 8. Quotiès enim Dominus præbet cibaria, quibus pro majori parte aluntur Columbi, vel adeſt quantitas bonorum Domini circa Columbaria, ex quibus ſibi victum parare poſſunt, tunc Columbaria ſunt licita, ut tenet *Novar. ubi ſupra num. 2. verſ. Movebar, cum ſeqq.* declarando tradit *Lagunez. de Fructibus par. 1. cap. 12. num.* 101., ubi ſubdit, multos convenire nihil terris frumentariis Columbas nocere, quia tempore, quo ſeminantur, eas pro deducendo, ſive patefaciendo ſemine, non ſcalpere dicuntur; creſcentibus autem ſegetibus eas ervilis, aliiſque vitioſis herbis purgant, quin triticum, vel hordeum natum tangant.

Notandum, quod in Neuſtria Columba-
53 rium eſt ſymbolum prænobilis Feudi, ut
tradit *Knipſchild. de Juribus, & privil. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 5. num. 212. & cap. 22. num. 63. in fin.* Et in Germania ad Jus ſuperioritatis pertinet Jus viſitandi Columbaria, & ne
54 ullus ultrà numerum præfixum Columbos
retineat, ut per *Knipſchild. ubi ſupra d. n. 212. & Knicken de Jure territorii cit. cap. 4. n. 316. cum ſeqq.*

Notandum etiam, quod antiquitùs Co-
lumbaria erant maximæ utilitatis, cum ſin-
gula paria Columborum venderentur ducen-
55 tis ſextertiis, ut tradit *Marc. Varro de Re ruſtic. lib. 3. cap. 7., & Columell. lib. 9. cap. 8.* Hodie verò non ſunt tantæ, ſed tamen non modicæ utilitatis ſecundum *Ciriac. contr.* 229. *num.* 41., ubi à *num.* 23. uſque *ad* 41. reſpondit
56 pro Locatore Columbariæ, quod nempè
conductor ſtante pacto de reſtituendo eam Columbis frequentem tenebatur ad damna, & intereſſe, etiam ſi probaverit ſe diligentem fuiſſe in ea cuſtodienda, itaut abſque ejus culpa fuerit deſtituta, ſed illius opinionem dicit periculoſam *D. Pacion. de Locat. cap. 29. num.* 54. Ego tamen, qui per multos annos retinui in Urbe decem, & ultrà paria Columbarum, raro expertus fui aliam utilitatem præter eam, quam conſequebar ex recreatione in illis viſitandis, & eorum actiones, & geſta obſervandis,

ADDIT. AD RUB. XL. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Venatio de Iure naturæ, & Gentium eſt permiſſa.
2 Venatio à Domino in proprio fundo indirectè prohiberi poteſt, impediendo ingreſſum in ejus fundum.
3 Amplia adeout liceat armata manu reſiſtere.
4 Jus prohibendi venationem inter Regalia Principis receſetur.
5 Prohibitio venationis facta à Barone ex juſta causa ſuſtinetur.
6 Baro prohibere poteſt venationem in certis anni temporibus.
7 Prout etiam ſi verſaretur prohibitio circa cærtam ſpeciem Animalium nobilium.
8 Item ſi prohibitio reſtringeretur ad locum ſibi electum recreationis cauſa.
9 Venationis materiam tractantes remiſivè Edictum Baronis circa prohibitionem

venationis non comprehendit Eccleſiaſticos num. 10.

11 Columbi domeſtici occidi non poſſunt.

12 Amplia etiamſi damnificent, & quare num. 15.

13 Cymini, & aliarum herbarum odoriferarum appoſitio pro attrahendis Columbis domeſticis eſt prohibita, & eſt punibilis.

14 Occidens Columbos domeſticos tenetur pœna furti.

Num. 4., *&* 5. Venatio de Jure naturæ, & Gen-
1 tium eſt permiſſa ut optimè firmant * *Raynald. obſerv. crim. cap.* 15. §. 8. *num.* 10. *cum ſeqq.*, qui *ibi*, & latiùs *in ſupplemento ad idem cap.* 15. *ſupplet.* 2. qui hanc materiam doctiſſime de more examinat *Rot. in Leodien. Iuris venandi* 13. *Ian.* 1713. §. *Hae ſanè coram Rpd. Falconerio*.

Num. 8. Venatio à Domino in proprio fundo licet directè non poſſit prohiberi, poteſt
2 tamen indirectè prohiberi * impediendo catione ſui Dominii ingreſſum in proprio fundo juxta *Tex. in* §. *Fera* ibi *Planè qui in alienum fundum ingreditur venandi, aucupandive gratia, poteſt à Domino ſi is praviderit Iure probiberi, ne ingrediatur Inſtit. de rer. diviſ. l. injuriarum* §. *Final. verſ. ſed nec aucupari ff. de injur. Raynald. ubi ſupra nu.* 16. *&* 17. *juncto nu.* 36. *cum ſeqq. D. Franciſcus Antonius Bonſin. ad Bannimenta Generalia cap.* 74. *&* 75. *nu.* 18., & comprobavit *Rot. in d. Leodien.* 13. *Ian.* §. *Aut enim In Ferrarien. venationis ſuper Bono Iure* 27. *Iunii* 1714. §. *Stetit coram Emo Scotto*.

Adeò ut liceat ei armata manu etiam reſi-
3 ſtere ut proſequitur * *Raynald. nu.* 19. *& Rot. in d. Leodien.* 13. *Ian.* §. *Quinimò* ubi concordantes cumulantur.

Num. 18. Jus prohibendi venationem inter Re-
4 galia Principis recenſetur * *Antunez de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 53. *Rot. in dicta Ferrarien. venationis* 27. *Iunii* 1714. §. *Verum etiam coram Eminentiſs. Scotto*.

Num. 19. Prohibitio venationis facta à Barone
5 Superiorem recognoſcente * ex juſta, & legitima cauſa ſuſtinetur ut tradit *Raynald. loc. cit. nu.* 25. *cum ſeq. & Rot. in d. Leodien.* 13. *Jan.* §. *Aut venatio*.

Num. 24. Venatio prohiberi poteſt à Barone
6 in certis anni temporibus * videlicèt tempore Nivis &c. & ſimile poteſt à Barone etiam Superiorem recognoſcente, ut proſequitur cum *Raynaldo Rot. in d. Leodien.* §. *Aut venatio*.

Num. 26. Prout etiam valeret prohibitio ſi ver-
7 ſaretur * circa certam ſpeciem Animalium nobilium, ut proſequitur *Rot. in d. Leodien. ſub eodem* §. *Aut venatio*.

Num. 32. Prout prohiberi poteſt in loco à Ba-
8 rone ſibi electo recreationis* cauſa ut dixit *Rot. in d. Leodien.* 13. *Jan. ſub* §. *Aut venatio*.

Num. 35. Venationis materiam tractant *Her-*
9 *man. Hermes in faſcicul. Juris publici cap.* 35. *num.* 52. *cum ſeq. &* 56. ubi de aucupio *Rot. in cit. Leodien. Juris venandi* 13. *Ian.* 1613. ubi latiſſime materia examinatur, & præſer-
10 tim diſcutitur Articulus * An Edictum prohibitivum Baronis valeat comprehendere Eccleſiaſticos, & reſolutum fuit negativè, quæ reſolutio confirmata fuit *in eadem cauſa prima Iulii* 1715. *coram Rpd. Criſpio D. Advocatus Campell. ad Conſtitutiones Ducatus Urbini* Decret. 100. *lib.* 2. *ibiq. Annot. Decret.* 103.

Num. 39. *& ſeq.* Columbi domeſtici cum ſint in Dominio, & Patrimonio noſtro non poſſunt
11 occidi * prætextu damni ut etiam firmat *D. Franciſcus Antonius Bonſin. ad Banniment. General. cap.* 75. *nu.* 5. *&* 7.

Num. 40. Columbi damnificantes occidi non
12 poſſunt a Domino fundi * ut cum Novar., Boer., & Caſſan. firmat *Cortiad. deciſ.* 215. *nu.* 20. *parte* 3.

Num. 41. Cymini, aut aliarum herbarum odo-
13 riferarum appoſitio * ad extrahendum alienos Columbos eſt prohibita, & doloſe atrahentes pœna afficiuntur ut hic me allegato firmat *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiolæ obſerv.* 18. *nu.* 22. *cum ſeq. & Bonſin. ubi ſupra num.* 6.

Num. 42. Occidens Columbos domeſticos te-
14 netur pœna furti * *Bonſin. loc. cit. eodem num.* 5.

Num. 48. Stercore Columborum compenſatur
15 damnum * *Bonſin. loc. cit. nu.* 12.

De Frumento, & aliis Bladis non extrahendis.

RUBRICA QUADRAGESIMA PRIMA.

DEcernimus, volumus, & mandamus, ut Civitas, & Diſtrictus conſerventur in abundantia, & Populus in pace permaneat, quod Frumentum, & omnia alia Blada per omnes, & quoſcumque recolligentes ea in Comitatu, ſeu Diſtrictu Faventiæ debeant ea integrè conducere, ſeu conduci facere in Civitatem Faventiæ, videlicet quæ ſunt, vel colliguntur in Comitatu Faventiæ ad Civitatem prædictam; quæ verò colliguntur in territoriis Caſtrorum dictæ Civitatis conducantur in ipſa Caſtra, ſeu ad ipſam Civitatem, & non intelligatur de Caſtro Granaroli cum ſit mera ſcola Comitatus Faventiæ, & hoc per totum menſem Auguſti ſub pœna ſolidorum viginti pro qualibet corbe, nulli autem perſonæ Civi, vel Foreſti cujuſcunque conditionis exiſtat, liceat quomodolibet frumenta, & alia blada (ut ſupra) exportare, aut extrahi facere per ſe, vel alium extra Civitatem, Comitatum, vel Diſtrictum abſque expreſſa licentia Dominorum Gubet-

Gubernatoris, & Antianorum dictæ Civitatis, de qua licentia appareat in ſcriptis manu Officialium Gabellæ ipſius Civitatis, & ſolutione facta ipſis Officialibus pro dicta extracta juxta formam Statutorum dictæ Gabellæ, ſub pœnis in dictis Statutis ipſius Gabellę contentis.

SUMMARIUM.

1 JUſtitia, & Pruvidentia abundantiæ Annonæ in Populo reddere poſſunt Principem glorioſum, & amabilem.

2 Mediante Juſtitia tribuitur unicuique quod ſuum eſt, nec non puniuntur mali, aut præmiantur boni.

3 Providentia Principis redduntur Subditi, læti, contenti, & pacifici.

4 In omnibus bene conſtituris Rebuſpublicis magna ſemper cura adhibita fuit ut Populus omni genere victus, & præcipuè frumento abundet.

5 Annonæ caritas gignit famem.

Fame nihil Populo horribilius, vel miſerabilius, ac pernicioſius num. 5.

6 Fames peſtis teterrima dicitur.

7 Fames major eſt peſtilentia.

8 Fames ultimum ſupplicium humanorum malorum eſt.

9 Fames aſſimilatur Igni, cui nemo reſiſtere poſſit.

10 Populus tumultuat magis Annonæ penuria, quam ex alia cauſa.

Nil ſeditioſius jejuno, & famelico Populo num. 10.

11 Populum famelicum Magiſtratus, Leges, Arma, & Pudor coercere non valent.

12 Fames, Bellum, & Peſtis ſunt flagella, quibus Divina Juſtitia mortalium peccata caſtigat, eaque *Omnipotens Deus* ſæpè minatur.

13 Originis, & ethimologię Annonæ variæ ſunt opiniones, de quibus ibi.

14 Annona eſt prudens æconomica adminiſtratio demandata Magiſtratibus pro conſervanda in Civitate abundantia victualium.

15 Annona comprehendit quoſvis fructus in genere ad victum pertinentes ſecundùm latiorem ſignificatum.

16 Secundùm verò ſtrictiſſimam ſignificationem pro Panibus accipitur.

17 Inopia creſcit ex inordinata adminiſtratione, ac negligenti regimine Annonæ.

Civitas depauperatur, vel malis contagioſis deſtruitur ex inordinata adminiſtratione Annonæ num. 17.

18 Ædiles duo creati ſunt poſt expulſos Reges, & creatos Conſules, quibus Annonæ cura demandata erat.

Romani in gerenda Reipublicæ cura fuerunt diſertiſſimi, & ſolertiſſimi num. 19.

Romani Præfectos ad curandam Annonam ſemper habuerunt num. 19.

Præfecti Annonæ apud Romanos *Epiſcopi* dicebantur num. 19.

Præfecti, qui apud Romanos diſtribuebant Annonam *Parochi* dicebantur num. 19.

20 Præfecti Annonæ appellati ſunt ii, quibus cura Annonæ incumbit.

21 Annonæ Præfectura in Urbe uſque ab antiquo tempore exercetur ab uno ex Cameræ Apoſtolicæ Clericis.

22 *Eminentiſſimus D. Cardinalis de Cavaleriis*, qui adeptus eſt Prælaturam die 26. Aprilis 1668. inter Cameræ Apoſtolicæ Clericos cooptatus die 20. Maii 1673. Præfectus Annonæ renunciatus die 15. Septembris 1681., & ad ſacram Purpuram evectus die 2. Septembris 1686. obiit de anno 1690. laudatur.

23 Facultates, & juriſdictio Præfecti Annonę Urbis quæ ſint.

Boves aratorii mactari non poſſunt num. 23.

24 Præfectus horreorum publicorum olim conſtituebatur, ut frumentum colligeret, conderet, & conſervaret.

25 Romani horrea publica conſtituerunt, in quibus reponebatur frumentum tàm Populo quàm Militibus diſtribuendum, ac pro largitione frumentaria ad conciliandam plebem deſtinatum.

26 Horrea publica conſtituenda prçcipuè sūt, ut copia frumenti tempore ubertatis illic reponenda conſervetur pro neceſſitatibus.

27 Horrea publica neceſſaria ſunt, & quarè.

28 Subditi tàm divites, quàm pauperes collectari poſſunt pro illis conſtituendis.

29 Horrea nomen ſumpſerunt ab horrore, & quarè.

Foſſa, ſeù horrea ſubterranea pro conſervando frumento uſitantur in variis Mundi partibus num. 29.

30 Magiſtratus, Præfecti Annonæ à Romanis extrà ordinem, juxtà rei frumentariæ contingentem anguſtiam creari ſolebat, ne panis abundantia deficeret.

31 Officium Annonæ Præfecti inter primatia Urbis munera habitum fuit.

Præfectus Annonæ Conſules ſtatim ſubſequebatur num. 31.

32 Præfecti Annonæ magna fuit auctoritas, & poteſtas.

33 Præfectus Annonæ jus dicebat inter Piſtores, Nautas, Menſores frumentarios, & frumenti Negotiatores, & in concernentibus Annonam poterat delinquentes plectere, pœnam infligere, & tranſgreſſores ordinum, & Bannimentorum pœnis aſtringere, aliaque facere, prout Præfectus Urbis.

34 Præfectus Annonæ Miniſtros, & Lictores habebat pro exercitio, & adminiſtratione ejus Officii.

35 Præfectus Annonæ Miniſtros, & Officiales, aliaſque perſonas ſibi beneviſas deſtinare poteſt ad emptionem frumentorum, aliorumque frugum.

36 Præ-

Digitized by Google

36 Præfectus Annonæ cogere poteſt Dominos animalium, & Navium, ut animalia vehant, & Naves conducant pro frumento, & frugibus traducendis, ſeù utrumque capere poteſt pro iis tranſportandis.

37 Naves, ſuper quibus tranſportatur frumentum Annonæ non poſſunt onerari privatorum mercibus, & ſi aliter fieret puniretur Magiſter Navis.

38 Animalia portantia frumentum Annonæ, ſeù Civitatis ſi detrimentum patiantur tenetur Civitas ad refectionem.

Navis, ſuper qua defertur frumentum Annonæ, ſeù Civitatis ſi detrimentum patiatur, aut deperdatur, tenetur Civitas ad refectionem damni num. 38.

39 Deferentes frumenta, & bladas, aliaque Annonam concernentia ad Urbem ſunt exempti ab omni Pedagio, Gabella, & onere.

40 Mercatores conducentes frumentum ab exteris Regionibus debent favoribus proſequi, non autem angariis moleſtari.

41 Annona Urbis conducens à Provinciis Status Eccleſiaſtici, vel à Principatibus exteris frumentum ad Urbem non tenetur ad Gabellas paſſus.

Annona Urbis an poſſit dici Camera Principis, ita ut privilegiis fiſcalibus gaudeat remiſſivè num. 41.

42 Portantes ſeù conducentes frumenta, aliaque Annonam concernentia ad Urbem non poſſunt moleſtari pro debitis etiam Cameralibus, tàm in acceſſu, quàm in receſſu in perſona, re, & animalibus, alioquin moleſtantes poſſunt puniri.

43 Barones, aliique Domini Terrarum, Univerſitatum, cæterique tàm mediatè, quàm immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjecti cujuſcunque Status Subditos ſuos frumenta, aliaque ad vitam neceſſaria ad Urbem deferentes directè, vel indirectè impedire nequeunt ſub pœnis, de quibus ibi.

Annona pro ſemine mutuato, vel pro pecuniis creditis ad illud emendum præferri valet quibuſcunque creditoribus privilegiatis, ac etiam Locatori prædiorum, quamvis deficeret probatio verſionis ſi taliter diſponatur in Chirographo Pontificis num. 44.

44 Frumentum eſt nervus totius Reipublicæ.

45 Publica utilitas in frumento eſt.

Publica utilitas ſuprema lex dicitur num. 45.

46 Fame urgente, ac Annonæ caritate, recedi debet à regulis Juris.

Neceſſitatis imperio tota mortalium majeſtas paret, ac ad inopinata, & inſolita actus reducere ſolet num. 46.

47 Publica utilitas prævalere debet privatæ.

48 Præfectus Annonæ cogere poteſt Ruſticos ad deferendum frumentum, aliaque ad victum neceſſaria in Civitatem, ut ibi vendatur.

49 Præfectus Annonæ compellere poteſt habentes frumenta ad ſuperfluam quantitatem vendendam, non obſtante quovis privilegio, & num. 53.

Dohanerius, ſeu Conductor bonorum fiſcalium obligatus tradere frumentum recollectum pro uſu Annonæ poteſt retinere quantitatem neceſſariam pro ſemine, & pro victu num. 50.

50 Diſtrahi poteſt aurum, & ſuppellectilia Eccleſiæ pro ſubſtentatione Pauperum tempore penuriæ.

51 Pretium juſtum frumenti ſolvi debet ei, qui ad illius venditionem cogitur, & quarè nu. 58. Contrarium nu. 57. Decl. nu. 59.

52 Taxatio pretii frumenti ſpectat ad Annonæ Præfectum.

53 Occultantes frumentum, ut illud carius vendant maledicuntur in Populo.

54 Edictum, ſeu Ordo vendendi frumentum ſuperfluum debet eſſe generale, non autem reſtrictum ad certas particulares perſonas, alioquin ab eo liceret appellare.

55 Eccleſiaſticæ perſonæ cogi non poſſunt à Magiſtratibus ſecularibus ad venditionem frumenti ſuperfluvi, ſed cogendæ ſunt ab earum Superiore, ſeu Judice Eccleſiaſtico, Limita num. 56.

60 Subditi cogi poſſunt ad tradendam notulam juratam frumenti, quod retinent, ut poſſit Reſpublica ſuis indigentiis providere.

61 Edictum de tradenda notula frumenti non poteſt promulgari à Judice inferiori Principe inconſulto, niſi militet conſuetudo in contrarium.

62 Edictum de tradenda notula frumenti non comprehendit frumentum Molituræ.

63 Edictum de tradenda notula frumenti non ligat Forenſes abſentes, necnon infirmos.

Ignorantia excuſat à pœna num. 63.

64 Præfectus Annonæ ſecretò ſe informare debet de locis abundantibus, & de indigentibus frumento, tranſmittendo ad hunc effectum Viros confidentes.

65 Mercatores beneficium publicum non reſpiciunt, & ut plurimum intereſſati excæcantur.

66 Deſcriptio Subditorum, & quantitatis frumenti diligenter facienda eſt ad effectum formandi judicium circà proviſionem faciendam, quod cum tali notitia facilè fieri poteſt, & nu. 68.

67 Diligenter invigilandum eſt, ne frumenta per poſſeſſores ſubducantur, & abſcondantur.

69 Taxatio pretii frumenti facienda eſt conſideratis circumſtantiis, de quibus ibi n. 59. & nu. 73. & poſt diem *Nativitatis B.* MARIÆ VIRGINIS, & num. 79.

Taxatio pretii frumenti fieri poteſt per Magiſtratum tempore caritatis, & ſi Subditi taxam obſervare recuſant extraordinariè poſſunt puniri num. 70.

70 Recollectio frumenti terminata eſſe ſolet de

de tempore *Feſtivitatis Nativitatis B.* VIRGINIS MARIÆ.

71 Injuſta taxatio pretii multoties operatur augmentum penuriæ, & quarè,& n.315.

72 Pretium vile frumento impoſitum Subditos molles, & otioſos reddit,ac agrorum cultura deſeritur.

74 Pretium frumenti non eſt taxandum, vel eſt augendum quandò viget penuria, ad hoc ut exteri imitentur ad illud conducendum.

Taxatio pretii frumenti non poteſt eſſe perpetua, ſed quolibet anno eſt facienda ob varietatem recollectionis, quæ ſolet in ſingulis annis contingere num.75.

75 Pretium alterandum eſt tempore careſtiæ, cum non conveniat,quod res vendatur illo tempore, eo modo, quo tempore abundantiæ. Limita num.59.,& 76.

76 Pretium frumenti taxari poteſt valdè minoris, quam communiter venditur, quandò populus eſt pauper, & non ſolvendo,& quarè.

77 Subditi cogi poſſunt tempore careſtiæ ad emendum frumentum, & alia victualia tempeſtivè etiam à locis remotis, illaque in Civitate vendendum. Amplia, & ibi.

78 Subditi cogi poſſunt tempore careſtiæ ad mutuandam pecuniam, ut frumentum, & alia victualia emi valeant.

79 Pecunia mutuata à Subditis tempore careſtię pro emptione frumenti, & victualium paulatim reſtituenda eſt prævia impoſitione Collectæ.

80 Divites compelli poſſunt ad dandam eleemoſynam egentibus tempore magnæ famis, & neceſſitatis.

81 Idque maximè incumbit Sacerdotibus.

82 Aurum, & argentum Principis diſtrahi, & liquefieri debet ad effectum emendi frumentum, & alia victualia pro alimonia Subditorum, urgente neceſſitate.

83 Miniſtri Principi conſulere debent, quod neceſſitatibus Subditorum ſuccurratur.

84 Reipublicæ integritas non ſervatur meliùs, quàm ſi ſit talis pecuniarum uſus, quale eſt in humano corpore commercium ſanguinis.

Sanguinis circulatione omnes corporis partes fruuntur num.84.

Sanguinis circulatio probatur num.84.

85 Agricultores, & Ruſtici cogi poſſunt ad portandum Granum ad Civitatem tempore penuriæ.

86 Subditi gravantur,dùm tempore abundantiæ coguntur deferre Granum ad Civitatem, & quarè.

87 Præfecto Annonæ incumbit cura coercendi crimen fraudatæ Annonæ.

88 Occultans, & ſupprimens frumentum, & alia victualia donec uſque carius vendendi occaſio ſe offerat punitur pœna, de qua ibi,& num.89.

89 Barones occultantes frumentum, & alia victualia donec occaſio carius vendendi ſe offerat puniuntur pęna priuationis feudorum cum confiſcatione bonorum.

90 Retinens frumentum in loco ſacro, & exempto ad effectum illud occultandi, & evitandi pœnas Bannimentorum fraudem committit, & poteſt puniri, & tunc per Judicem Eccleſiaſticum debet extrahi, & conſignari Magiſtratui ſæculari nu.95.

91 Statutum laicale diſponens circa ſolemnitates ſervandas in teſtamentis condendis non habet locum in teſtamento condito in loco ſacro. Decl.num.92.

94 Debitores fraudolenti confugientes ad Eccleſiam cum bonis non debent eiici.

95 Debitores aſportare non poſſunt bona ad Eccleſiam, & loca ſacra in prȩjudicium creditorum,& aſportata de mandato Epiſcopi conſignanda ſunt Judici ſæculari, ut adjudicentur cui de jure.

96 Exportatione frumenti prohibita cenſetur etiam prohibita exportatio Farinæ, & Panis.

97 Prohibita emptione frumenti certo generi perſonarum committitur fraus, ſi occultè, & clàm per interpoſitam perſonam ſuppreſſo illius nomine ematur.

98 Vermicellariis, Paſticeriis, Albergatoribus, ac aliis prohibitum eſt emere frumentum, ordeum,& blada in Foro Campi Floræ Urbis, aut in Navi.

99 Prohibitus emere non poteſt acceptare rem titulo donationis, occultando verum contractum.

Incepta ſonat idem,ac Monopolium nu.100.

100 Emptione, & incepta frumenti prohibita non cenſetur prohibita datio in ſol utum. Decl.ut ibi. Limita numer.101.

101 Impreſtantiæ, & incepta frumenti, bladarum, & leguminum eſt prohibita etiam pro uſu proprio ex diſpoſitione Bannimentorum Annonæ Urbis. Vide ibi.

102 Bannimentum prohibens impreſtantias, inceptationes,& incapparationes frumenti, bladarum, & leguminum ultrà uſum proprium valet.

103 Mutuans Granum tempore fertilitatis Ruſticis, & Agricultoribus, & ſtudioſè illius reſtitutionem protrahens blandis verbis in tempus penuriæ fraudem committit.

104 Emens ſi frumentum, & aliam rem emptam recipiat in majore, & vendendo minore menſura fraudolenter utatur pęnam falſi incurrit.

105 Abuſus modi menſurandi frumentum venditum Annonæ in præjudicium venditorum ſublatus fuit ab *Eminentiſſimo D. Cardinali de Cavaleriis*.

106 Menſuratio frumenti facta cum quarta *battuta*,ſeù Rubbiatella valdè difert ab illa facta cum quarta *leggiera*, ſeù menſura Campi Floræ.

107 Miſcens frumentum corruptum cum bono,

bono, & incorrupto, illudque vendens dicitur mercimonii falſator, & poteſt puniri, & in foro conſcientiæ committit peccatum, ac tenetur reſarcire damnum nu. 109, Decl.num.111. num.114., & 113. Limita num.114.

108 Bona fides in contractu venditionis concurrere debet.

110 Annonę Præfectus ordinare poteſt frumentum corruptum proiici, & publicè concremari.

Præfectus Annonæ cogere poteſt eos, qui panem pro Communitate conficiunt ad emendum frumentum publicum, licèt vitiatum, ſecus ſi ſit privati nu.114.

Præfectus Annonæ gratificari poteſt Amico habenti frumentum de præſenti quidem ſine vitio, ſed cujus corruptio timetur, illudque diſtribuere conficienti panem pro Communitate num. 114.

114 Frumentum corruptum Fiſci, vel Publici poteſt miſceri cum non corrupto, & taliter vendi. Vide num.115. & 116.

115 *Text. in l.1. C. de. condit. in borreis publicis lib.*10. in quibus terminis procedat.

117 Pretium juſtum, & naturale eſt arbitrarium habens latitudinem juſtitiæ conſiſtentis in tribus, videlicet in uno extremo rigido, altero pio, & medio moderato.

Pretium juſtum in decem judicatur etiam juſtum in novem, & undecim n.117.

118 Pretium juſtum dicitur, quod currit.

119 Pretium juſtum dicitur, quod eſt taxatum à lege, vel à Principe, vel à Judice.

120 Pretium taxatum attendendum eſt, abſque eo quod poſſit excedi.

121 Amplia 1. etiamſi ſit vilius dum facta fuit taxatio tempore neceſſitatis.

122 Amplia 2. quamvis majus pretium ab exteris inveniatur.

123 Vendens rem ultra pretium taxatum à Principe, Statuto, ſeu Magiſtratu mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionem, ac poteſt tanquam violator pacis Judicis arbitrio puniri n.124. Decl.n.125.

126 Sciens publicatutam Legem taxantem, ſeu reducentem pretium, ſi præveniendo vendat cariori pretio ignoranti omne damnum reſarcire tenetur emptori.

127 Annona occaſione decoctionis Piſtorum non debet occupare frumentum debitoris pro pretio minori, quàm fuerit illi diſtributum.

128 Frumentum commixtum cum alio an poſſint vindicari remiſſivè.

Frumenti dominium per commixtionem cum alio, an ammittatur remiſſivè. num.128.

129 Exponens frumentum venale in ſummitate ſacchi bonum, in media, & in infima verò parte corruptum fraudem committit, & punitur pœnis, de quibus n.130.

130 Commiſcens Granum corruptum cum incorrupto, vel terram, aut alias res, quas pœnas incurrat.

131 Offerentes in foro majus pretium frumenti, quàm revera tunc ſit juſtum, ad hoc ut totum Granum cumulatum plus juſto pretio vendant plecti poſſunt.

132 Ementes carò frumentum, ut poſtea aliis carius vendant puniri poſſunt.

133 Prohibita emptione Annonæ in foro ante certam horam certis perſonis ii egreſſi ab Urbe eunt obviam illam adferentibus, ac emunt poſſunt puniri.

134 Ementes frumentum, aliaque ad Annonam, & victum pertinentia ultra proprium, & ſuarum familiarum uſum incurrunt pœnas, de quibus ibi remiſſivè.

135 Emptio frumenti ultra uſum proprium poteſt prohiberi. Vide ibi.

136 Emens frumentum pro uſu proprio ſi illud poſtea non comſumpſerit, poteſt vendere abſque incurſu pœnæ.

Emens bonum pro uſu proprio, & vendens aliud inferioris conditionis in propriis bonis recollectum, & è contra an incurrat pœnam n.136.

137 Ementes magnam quantitatem frumenti vili pretio, illudque cumulantes, ut Pauperes neceſſitate ducti cogantur emere prætio rigoroſo, quibus pœnis puniantur, remiſſivè.

138 Barones frumenta, & blada Subditorum ultra uſum proprium ementes, quibus pœnis puniantur, remiſſivè.

139 Societatem, & Conſilium inientes, ut Annona carior fiat poſſunt puniri.

Impedientes abundantiam, & quominùs victualia juſto pretio vendantur poſſunt puniri n.139.

140 Annona Monopoliis flagellatur cum nihil ſit illorum iniquius.

141 Dardanarii quinam dicuntur, & unde nomen ſumpſerint.

142 Dardanarii nuncupantur hodiè Scpharia-rii, Flagellatores, & Monopolæ.

143 Dardanariorum Granaria poſſunt aperiri.

144 Dardanarii puniri poſſunt pœna extraordinaria Judicis arbitrio.

145 Princeps Monopolia aliquando inſtituere poteſt exigente publica utilitate, vel neceſſitate.

146 Licentia emendi frumentum ad effectum illud conſervandi pro indigentiis Annonæ danda eſt, ſi timeatur penuria,

147 Prrinceps legibus non ligatur.

Princeps emere poteſt frumentum, ut Subditis vendat n.147.

148 Princeps vendere poteſt Subditis frumentum, non quidem pro eodem, vel minori pretio, quo emit, ſed pro majori percipiendo ex eo aliquod honeſtum lucrum reſervandum tanquam præſidium pro tempore penuriæ, vel ad effectum cum eo extinguendi debita ex eadem cauſa contracta,

An-

Annona poteſt in venditione frumenti Piſtoribus, aut aliis aliquid lucrari n.148.

149 Diſtributio, ſeu venditio frumenti Principis, & Annonæ practicari poteſt quatuor modis, de quibus ibi, & n.150. cum ſeqq.

Piſtoribus quomodo, in qua quantitate, & pro quo pretio, ab Annona Urbis diſtribuatur, & vendatur frumentum nu.149. 150.151.152.

150 Piſtoribus à Romanis olim vendebatur frumentum cum obligatione illud redigendi in panem coctum per ipſos vendendum pro certo taxato pretio.

152 Diſtributio frumenti per Annonam Urbis Piſtoribus aliquando fit per liſtam, & aliquando extra liſtam, & quomodo uterque modus practicetur, & n.154.

Tariffa pro determinando pretio frumenti habita ratione ponderis panis n.152.

Farinæ quantitas ex Rubro frumenti. Vide num.152.

Panis quantitas ex Rubro frumenti. Vide num.152.

Rubrum frumenti in Urbe conſtituitur librarum 640. n.152.

Tariffa, ſeu Tabella PAULI V. circa pondus panis, & pretium frumenti diſtribuendi per Annonam Piſtoribus Bajoccantibus num.152.

Piſtoribus Bajoccantibus ſolùm, non autem Decinantibus olim per Annonam Urbis diſtribuebatur frumentum n.152.

153 Diſtributio frumenti Annonæ Urbis Piſtoribus Decinantibus, quomodo fuerit introducta.

155 *Patriarcha* JOSEPH ad effectum ſuccurrendi neceſſitati Ægyptiorum aperuerit horrea, ut omnes emere poſſent frumentum, non autem gratis acciperent, ne cultum terrarum desererent.

156 Princeps diſtribuere ſolet in Pauperes, & egenos gratis, & eleemoſynaliter frumentum ex pecunia, ſive publica, ſive collectata emptum, prout olim etiam practicabatur.

157 Frumentum in horreis publicis repoſitum mutuari debet pauperibus, & præſertim Agricultoribus, cum obligatione reſtituendi tantundem in proxima recollectione, qui mos eſt antiquiſſimus, & in Republica Romana vigebat.

Haſta ſalutis quænam appellabatur in Republica Romana n.157.

158 Montes Frumentarii inſervientes pro occurrendis neceſſitatibus pauperum, undè originem traxerint.

159 Montes Frumentarii introducti fuerunt in variis Civitatibus, & locis Status Eccleſiaſtici.

Montes Frumentarii utiles ſunt n.159.

Montes Frumentarii introduci debent in Provincia Romandiolæ n.159.

160 Mons Frumentarius inſtitutus, & fundatus fuit in Civitate Reatis de Anno 1489. ſuaſionibus *Patris Andreæ Faventini*.

161 Emptio, & venditio frumenti facienda eſt à Principe pro mera publica utilitate non autem pro mercimonio, & n.162.

Peter Andreas Faventinus Ordinis Minoris Obſervantiæ laudatur n.160.

Mercimonium in Principe eſt deteſtabile, & multò magis in Pontifice n.161.& 162.

162 *Theophilus Imperator* comburi mandavit navem frumento Imperatricis oneratam, & quarè.

Mercatura exerceri debet per privatos, non per Principem, & quarè n.162.

164 Mercatura frumenti à Principe, ita exerceri debet, ut non reſultet præjudicium Mercatoribus, & Agricultoribus, alioquin contra eum militarent verba S.AMBROSII, de quibus ibi.

165 Princeps invigilare debet, ut ejus Annonæ Præfectus emat frumenta juſto, non autem vili pretio, & poſtea vendat Piſtoribus rigoroſo pretio.

166 Annonæ Præfectus diſtribuere, & vendere debet frumentum cum tali moderatione quantitatis, & pretii, ut Populus non gravetur, & Piſtores damnum non patiantur, imò lucrum faciant.

162 Frumentum exterum emi non valet, quando in proprio Principatu reperitur venale, etiamſi cariori pretio, & quarè.

168 Frumentum externum navigatum ſolet eſſe peſſimæ qualitatis, & difficilius conſervatur, quàm illud, quod per terram conducitur, & quarè.

169 Pretium, & lucrum retractum ex frumento Annonæ aliundè non debet converti, quando in beneficium ejuſdem Annonæ, & ſubſidio Subditorum in caſum penuriæ.

170 Introductio Annonæ an ſit laudabilis nec ne pendet à bona, vel mala adminiſtratione.

171 Pro conſervanda ubertate neceſſarium eſt certum præſidium deſtinatum ad emptionem frumenti, quo ſuccurri valeat futuræ penuriæ.

172 SIXTUS V. Annonæ Urbis aſſignavit ſcuta ducenta millia, quæ poſtea fuerunt conſumpta.

173 Debitum Annonæ Urbis ad quam ſummam adhuc aſcendat.

Debitum Annonæ Urbis pro parte extinctum fuit ab *Illuſtriſſ.D. de Cavaleriis* ejuſdem Annonæ Præfecto n.173.

174 Quicquid ſupereſt in fine anni deductis expenſis in Tabella Civitatum, & locorum Status Eccleſiaſtici deſcriptis, in extinctionem æris alieni, aut ſi æs alienum non adſit, in Annonam ſublevandam converti debet.

175 Annona in Civitatibus, & Locis Status Eccleſiaſtici exercetur, vel mediante appaltu quod eſt magis utile, vel illi præfi-

ciendo perſonas integras, & fideles Abundantiarios appellatos, & n.176.

Appaltus panis venalis eſt utilis n.175. Vide ibi.

176 Sitonæ appellantur vulgariter Abundantiarii.

Abundatiarii nomen deſumunt ab effectu, non à cauſa nu.176.

177 Abundantiarii ſimiles ſunt antiquis Curatoribus Annonæ.

Abundantiarii Bannimenta, ſeu edicta pœnalia facere non poſſunt, ſed recurrendum eſt ad Magiſtratum habentem juriſdictionem n.77.

Curatores antiqui Annonę pecuniam ad Annonam deſtinatam exigebant, & ex proventibus publicam Annonam comparabant, & aſſervabant n.177.

178 Abundantiarii jurare debent in principio ſuſcepti Officii ſe omni dolo, ac fraude remotis injunctam ſibi ſollicitudinem peracturos.

179 Abundantiarii ſe obligare debent juxta formulam, de qua ibi remiſſivè.

80 Abundantiarii Civitatis Faventiæ, quomodo ſe gerere debeant remiſſivè.

181 Inopia creſcit ex inordinata adminiſtratione Annonæ.

182 Abundantiariis ſalarium competens conſtituendum eſt.

Nemo tenetur propriis ſtipendiis militare num.182.

183 Agricultores, Cives, & Incolæ ad effectum providendi Annonam maximè tempore penutiæ compellendi ſunt ad tradendum pro minori pretio, quàm communiter venditur, certam quotam, ſeu quantitatem frumenti recollecti. Decl. ut ibi.

Amplia etiamſi ſint Eccleſiaſtici, & alioqnin exempti dummodò compellantur à Judice competenti n.184.

Pretium frumenti quolibet anno in certis locis Status Eccleſiaſtici taxatur, quod vocant Calmerium n.183,

185 Calmerium ut conſtituatur, ſeu taxetur pretium frumenti eligendi ſunt tàm ditiores, quàm alii mediocris fortunæ, ac etiam pauperes.

Calmerium pauperes magis quàm divites reſpicit n.185.

186 Frumentum emendum eſt ex pecunia Communitatis, quatenùs habeat, ſin minùs imponendi ſunt cenſus cum licentia *Sacræ Congregationis boni Regiminis* facta obligatione per Abundantiarios ſolvendi fructus, & intra limitatum tempus extinguendi ſortem, ac Communitatem indemnem relevandi.

187 Frumentum, quod inconſumptum remanſit poteſt Civitas inter Cives dividere, & ab unoquoque pretium recipere abſque eo quod valeat excuſari.

188 Frumentum durare non cenſetur ultra triennium, & quarè. Lim.n.189.

190 Debitor moroſus in tradendo frumentum an, & quando teneatur ad intereſſe quanſi plurimi, tàm intra, quàm ultra triennium remiſſivè.

191 In explanatione frumenti Communitatis per Abundantiarios facienda ita determinari debet Tariffa Panis, habito reſpectu ad pretium, quo emptum fuit frumentum ad intereſſe pecuniæ, & ad expenſas, ut nullum damnum patiatur, aut lucrum faciat.

192 Abundantiarii tenentur diſtrahere vetus, & conſervare novum frumentum.

193 Abundantiarii exigere tenentur pecunias à Furnariis pro pretio frumenti traditi.

194 Etſi non exegerunt tenentur de inexactis.

Maximè ſi concurrat eorum poſitiva negligentia n.195.

196 Debitores Reipublicæ, Principis, vel Univerſitatis ex cauſa frumentaria præcisè ſolvere tenentur abſque eo, quod exceptionem compenſationis opponere valeant.

197 Debitor Annonæ liberari non poteſt ab ejus ſolutione, ſeu præſtatione etiam ex reſcripto Principis.

198 Univerſitati competit tacita hypotheca ſuper rebus, & bonis ejus debitoris ex cauſa frumentaria.

199 Pecunia frumentaria moram ſolutionis non patitur.

200 Appellatio à mandato relaxato, ſeu ſententia lata contra Debitorem Principis, vel Univerſitatis ex cauſa frumentaria non admittitur.

Debitor ex cauſa Annonæ non dicitur is, qui condemnatus fuit ad pœnam ob negligentiam commiſſam in Officio Annonæ n.200.

201 Abundantiarii tenentur ad refectionem damni, ſi frumentum conditum in horreis ex eorum incuria pluvia corruptum fuerit.

202 Abundantiarii tenentur ad refectionem damni, quod evenit ex eorum mala adminiſtratione.

203 Abundantiarii condemnari poſſunt in pœnam deportationis, & confiſcationis bonorum, ſi frumentum in horreis pro ſervitio publico conditum in uſum proprium converterint.

204 Annonæ Præfectus ſpecies frumentarias publico deſtinatas uſui ſub maximis pœnis ſibi applicare, aliis vendere, mutuare, aut in alias neceſſitates convertere non poteſt. Amplia ut ibi.

205 Pecuniæ ad uſum rei frumentariæ deſtinatæ non poſſunt à Depoſitario, ſeu Adminiſtratore Communitatis in proprium, ſeu alium uſum converti, aliàs poteſt carcerari, aliiſque pœnis mulctari.

206 Abundantiarii non tenentur de decremento frumenti abſque eorum culpa ſecuto.

Abun-

Abundantiarii panizare curantes frumentum proprium, relicto in horreis frumento publicæ Annonæ privandi ſunt exercitio, & in futurum inhabilitari. num.205.

207 Incrementi, & decrementi frumenti non poteſt dari certa regula.

208 Augumentum, & decrementum frumenti pendet à variis circumſtantiis, de quibus ibi.

209 Frumentum ſiccum repoſitum decreſcit in horreo duobus, vel tribus pro centenario.

Frumentum humidum repoſitum in horreo decreſcit in quatuor,& quinque pro centenario n.209.

210 Frumentum de ſui natura non creſcit niſi per accidens, vel per fraudem.

Frumentum generat gurguglionem, & alia animalia n.210.

Præfectus Annonæ eligens Depoſitarium frumenti virum bonæ conditionis, & famæ, & aliàs eligi ſolitum ad quidquam pro eo non tenetur n.210. in fine.

211 Mutuans frumenti certam quantitatem reſtituendam determinato,ac limitato tempore, ut vulgariter dicitur *darlo à rinovare*, ſi tempore reſtitutionis auctum fuerit pretium committit uſuram. Contrarium n.213. Decl.n.214.215.216.

212 *Bonac.de contract.diſp.3.qu.3.punct.3.n.21. in fine* reprobatur.

218 Mutuans frumentum tempore penuriæ ſi ſperatur ubertas tempore reſtitutionis poteſt æſtimari frumentum mutuandum, & conveniri, quod juxta æſtimationem faciendam tempore reſtitutionis tradatur tanta quantitas frumenti,quæ æquet pretium frumenti mutuati.

219 Vendens carius frumentum ob dilatam ſolutionem pretii committit uſuram. Limita n.225.227.& 229. Sublim.n.228.

Declara procedere in foro conſcientiæ, ita ut taliter vendens mortaliter peccet, & teneatur ad reſtitutionem; ſecùs verò in foro contentioſo. Subdecl.n.223. Vide n.224.& n.230.

220 Pretium rerum triplex conſideratur, nempè infimum, ſeu pium, medium, ſeu mediocre, & rigoroſum.

Vendens frumentum duodecim cum dilatione non poteſt judicari uſurarius, dum illud eſt pretium rigoroſum, licet præſente pecunia vendidiſſet ſolùm decem, vel undecim n.221.

Vendens frumentum pro certo pretio dilata ſolutione ad certum tempus, non poteſt exigere immoderatum pretium, quod valet de tempore ſolutionis n.226.

225 Vendens frumentum dilata ſolutione pro pretio à Principe, ſeu Magiſtratu taxato non committit uſuram, quamvis in Foro minori pretio vendatur, & n.301. cum ſeqq.ac n.320.

226 Vendens frumentum pro pretio majore, quo illud valebit à die contractus uſque ad terminum conventum ad ſolvendum committit uſuram.

Secùs ſi convenerit vendere pro medio pretio, quod curret n.226.

230 Res carius vendi an, & quando poſſit dilata ſolutione pretii remiſſivè.

Piſtor alterans qualitatem, vel pondus Panis quomodo puniatur, & n.232.

233 Alteratio Panis non poteſt dignoſci, niſi præexiſtat lex determinans certam qualitatem, & pondus illius.

234 Panis malæ qualitatis, vel non juſti ponderis in Urbe de ordine Conſervatorum Urbis, vel Annonæ Præfecti diſtribuitur locis piis, & pauperibus.

Annonæ Præfectus procedit contra Piſtores Urbis vigore Bannimentorum DD. Conſervatorum, quoties delinquunt circa qualitatem, & pondus Panis in eis præſcriptum n.233.

Conſervatores Urbis procedunt contra Piſtores conficientes Panem malæ qualitatis, vel non juſti ponderis n.233.

235 Panis albus vulgariter nuncupatus *à decina* debet eſſe unciarum decem, & Panis vulgariter nuncupatus *à bajocche* in Urbe regulariter debet eſſe unciarum octo.

236 Panis in diſtrictu Urbis debet eſſe ejuſdem qualitatis, bonitatis, & ponderis ſicut fabricatur in Urbe.

237 Pondus, & pretium Panis venalis in Civitate Faventiæ determinatur ſingulis annis ab Abundantiariis, & Gubernatore prævio ſcandalio tàm pretii frumenti empti, quàm expenſarum.

238 Extractio, ſeu tranſportatio frumenti ab una Provincia ad aliam, ſeu ab uno Principatu ad alium poteſt prohiberi.

Bannimentum, ſeu Edictum pœnale prohibens tranſportationem frumenti ab una Provincia ad aliam, ſeu ab uno Principatu ad alium judicatur favorabile n,238.

239 Tranſportatio Annonæ ad barbaras, & infideles Nationes eſt prohibita.

240 Tranſportatio Annonæ extra Statum Eccleſiaſticum eſt prohibita ſub graviſſimis pœnis.

241 Commercia de Jure Gentium ſunt libera, & reſultant in magnam utilitatem Subditorum, & n.247.

Prohibitio à Barone facta tempore Meſſium,ne aliqua Grana abſque eius licentia extrahantur à Territorio valet n.241.

Bannimentum prohibens tranſportationem frumenti, & bladarum de tempore recollectionis de uno Territorio ad aliud eſt validum, & juſtum n.242.

242 Privari non debet Provincia ea Annona, quæ inibi fuit recollecta, & qua indigere poteſt.

Prohibitio extractionis frumenti facta ab inferiore ea intentione, ut pro licentia

exrrahendi aliquid exigeret, ſapit novi vectigalis inſtiturionem n.243.

243 Penuria Annonæ mendicari aliquandò ſolet, & quarè.

244 Prohibitio extractionis Annonæ non eſt facienda ad commodum ſolius Principis, ad effectum ſcilicet extorquendi aliquod emolumentum pro licentia, & facta eſt irrationabilis.

245 Tranſportatio Annonæ de uno loco, ſeu Territorio ad alium locum, ſeu Territorium intra eundem Sratum, ſeu Principatum non eſt prohibenda, & quarè, & num.49.

246 Commercium liberum frumenti, bladarum, & minutorum in Statu Eccleſiaſtico ſervari voluit Clemens IX.

248 Prohibitio traſportarionis frumenti, & bladarum de uno loco, ſeu Territorio ad alium locum, vel Territorium intra eundem Principarum, de qua in *Bulla* Urbani, in *Bannimentis* Gubernatorum Præſidum, Legarorum à Latere, & Annonæ Vrbis abſqne utilitate, vel neceſſitare publica inſert varia damna, de quibus ibi.

Et ideò non eſt facienda n.250.

249 Aſporratio frumenti, & victualium per Regnum, & Principatum, ejuſque Civitates, & loca de Jure permiſſa eſt.

Vna Civitas, & Provincia affinens Annona debet alteri egenti ſubvenire n.249.

251 Prohibitio tranſportarionis frumenti ad loca vicina confinibus, vel Mari ob periculum extractionis extra ſtatum valet, & eſt facienda.

252 Lex, Conſtiturio, Sratutum, ſeu Bannimentum prohibens rranſporrarionem frumenti non comprehendit rranſporrantem de loco ad locum in eadem Provincia, ſeu Principatu.

253 Prout non comprehendit Forenſes dominos terrarum, vel Agricultores tranſportanres ad domos proprias pro ſui, & familiarum ſuarum ſubſtentatione frumentum, quod recollexerunt. Ampl.n.262.

254 Extrahens frumentum emptum pro uſu proprio, & familiæ non ſubjacet prohibitioni generali.

255 Agricultores forenſes poſſunt partem ſuam frumenti recollecti impunè tranſportare ad propriam domum. Amplia num.261.

256 Vberras magis conſervatur ſi non impediantur Laboratores ad tranſporrandam eorum porrionem extra Territorium ad domos proprias, cùm taliter incitentur ad culturam.

257 Vberras reſulrat ex cultura.

258 Agriculrores, ſeu Laborarores forenſes compelli poſſunt ad jurandum quantum frumenri egeanr, ut taurundem permirratur tranſporrari.

259 Statutum prohibens extractionem frumenti ex aliquo loco intelligendum eſt prӕterquam quoad proprium uſum. Amplia num.261.

260 Extractio frumenti pro uſu proprio probatur juramento extraheutis.

262 Excommunicatio impoſita in *Conſtitutione* Gregorii XV. *la* 30. aſportantibus Annonam à Statu Eccleſiaſtico immediatè ſubjecto ad Statum mediatè ſubjectum non incurritur ab extrahenribus pro neceſſaria ſubſtentatione propria, & familiarum ſuarum uſque ad novam meſſem.

263 Nec à pauperibus, qui faſciculos ſpicarum in Agris relictarum unius diei labore collectos pro victu, & neceſſitate tantùm ſua diurna extrahunt.

264 Similiter nec à Religioſis Mendicantibus, qui Granum, & alia ſimilia pro eleemoſyna data pro victu Conventuum ſuorum colligunt.

265 Item nec à Ruſticis, & Pauperibus operariis, qui mercedem diurnam nonniſi in Grano, aur aliis Annonæ generibus conſequi poſſunt.

266 Et tandem nec ab iis, qui ad Mercatus pullos, ova, fructus, vel alia ſimilia in parva quantitare ferunt, ad effectum ex prerio emendi Panem, Farinam &c. pro ſuo, & familiarum victu.

267 Extrahere incipiens frumentum tempore licito non poteſt puniri, ſi antequam exiret de Territorio, ſeu Principatu ſupervenit Lex prohibitiva.

Initium licitum, & prævenrio prævalet executioni, & fini prohibito n.267.

268 Prohibitio extractionis frumenri &c. an, & quando comprehendat repertum in via, & in eodem loco, ſeu Territorio extrahentem.

Prohibita extractione rei abſque ſolutione an, & quando res reperta in via, ſed adhuc non extracta extra locum, ſeu Territorium ceciderit in commiſſum, & n.268.

269 Extrahens frumentum extra ſtatum, ſeu Territorium excuſatur à pœna, ſi poſteà pœnitendo recedat, & in receſſu ſit deprehenſus. Decl.n.270.

271 Extrahens frumentum pro uſu proprio, ſi poſteà mutato propoſito illud vendidit, an inciderit in pęnam Bannimenti prohibentis extractionem.

272 Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ an, & quando comprehendantur ſub Lege, Statuto, vel Bannimento Principis, ſeu Magiſtratus ſæcularis prohibente frumentum, aliaque victualia extrahi extra Territorium, vel Principatum.

273 Conceſſio tractæ, & extractæ ſpectat ad Principem tanquàm de Regalibus.

274 Tracta, & Extracta frumenti, & bladarum concedenda eſt à Principe, & quarè.

275 Declara procedere poſt ſecutam uberem recollectionem, non antè.

276 Et facta priùs abundanti proviſione pro ſubſtentatione Subditorum. Vide n.277.

Digitized by Google

278 Ad quem effectum perſcrutanda eſt quantitas frumentorum, & frugum in loco exiſtentium, una cum ſumma neceſſaria pro alimonia Subditorum.

279 Tracta, & Extracta frumenti, & frugum deneganda eſt urgente, vel imminente penuria. Ampl.n.281.282.& 283.

280 Etſi concedatur, Princeps meretur nomen Tyranni,

282 ConceſſioExtractionis frumenti cum privilegio, quod non poſſit illi derogari pro quacunque urgentiſſima neceſſitate quomodo intelligatur.

283 Privilegium extrahendi certam quantitatem frumenti intelligendum eſt, dummodò uſui habitantium ſuperſit.

284 Conceſſio Tractarum an, & quando poſſit revocari.

285 Ftumentum inſervire primùm debet pro alendis propriis Civibus, qui agros coluerunt, onera ſubeunt, & Civitatem defendunt. Ampl. ut ibi.

Frumentum retinere licet tempore penuriæ pro alendis propriis Civibus, etiamſi Exteris fuerit venditum n.286.

286 Prælatio in emptione frumenti Exteris venditi competit propriis Civibus, & Communitati tempore penuriæ. Decl.ut ibi.

287 Agrum Romanum eſt fertiliſſimum.

Numa Pompilius culturam agri Romani curavit, & quomodò n.287.

Agricultura agri Romani derelicta eſt, quomodò autem poſſit reintegrari. Vide n.287.cum ſeqq.

288 Tractarum conceſſio pro reintegratione Agriculturæ agri Romani facienda eſt, &,quomodò, & num. 294.cum ſeq.

289 Territorium, & Diſtrictus Urbis conſiſtit in bonis, & Tenutis partim ſpectantibus ad loca pia, & partim ad Magnates, alioſque Viros Nobiles.

290 Coloni partiarii non vigent in agro Romano.

Agrum Romanum inhabitabile eſt ob aeris inſalubritatem num. 290.

291 Agrum Romanum à quibus colatur, & in qua quantitate terreni.

292 Territorium Cornetanum, & Tuſcanellæ quomodò olim colebatur, & quomodò hodiè.

Cives compelli poſſunt, ut vites, & oliveta plantent, & agros colant num.293.

293 Principis cura particulariter verſari debet circa magnam copiam Agricultorum, & quod terræ ferantur.

294 Pretium, ſeù emolumentum pro tracta frumenti recollecti in Agro Romano quanti eſſe debeat.

295 Tracta conceſſa pro uno anno non poteſt inſervire pro anno ſequenti.

296 Licentia, ſeù Tracta conceſſa pro certa quantitate frumenti, vel bladarum non extenditur ultrà numerum dierum ſeptem.

297 Terminus extractionis faciendæ præfigi debet in Tracta.

Annona Urbis non diſtribuit frumentum ampliùs Piſtoribus num.297.

Annona Urbis quam quantitatem frumenti retinere debeat in horreis, & quomodo illud renovare debeat quolibet anno num.297.

Salarium Miniſtrorum Annonæ & expenſæ neceſſariæ ex quibus ſint ſolvendæ num.297.

298 Calmerium, ſeù pretium frumenti in Civitate Faventiæ quolibet anno de menſe Auguſti conſtituitur.

299 Pretium legitimum frumenti quotieſcunque excedit notabiliter vulgare rigoroſum eſt injuſtum. Contrarium num. 304.

300 Vendere rem pluris, quam valet ob temporis expectationem uſura eſt.

302 Pretium conſtitutum à Lege præſumitur juſtum, donec de injuſtitia evidenter conſtet.

303 Injuſtitia pretii à Lege taxati probatur, quando conſtat taxatores pretio corruptos fuiſſe, vel odio motos, vel craſſa ignorantia deceptos, vel quando notabiliter varientur circumſtantiæ à principio ignotæ. Vide num. 312.

305 Pretium naturale eſt illud, quod deducitur ex ipſiſmet rebus, ſecundum quod ad humanum uſum conferunt.

306 Pretium legitimum ad hoc ut ſit juſtum naturale ſupponere debet, ac infra ejus latitudinem contineri.

307 Pretia rerum ex circumſtantiis creſcunt, & decreſcunt.

308 Pretium, quod in frumento ſtatuitur, idem cenſetur ſtatutum in Pane.

309 Duo pretia juſta ejuſdem rei dari poſſunt,

310 Pretium rerum comeſtibilium regulariter fit in gratiam emptorum, & ideò conſiſtit in indiviſibili quoad exceſſum, non quò ad defectum.

Venditores carnis, piſcis &c. poſſunt vendere minori pretio, quàm fuerit taxatum, non maiori num. 301.

311 Non licet vendere rem carius expectata pecunia, quàm numerata valeat.

313 In taxando pretio potius infimum, quàm medium, aut ſummum ſervandum eſt.

314 Privato non licet perquirere cauſas, ex quibus motus fuerit Princeps ad aliquid ſtatuendum, ſed tenetur ſervare ejus mandata. Limita ut ibi.

315 Extractio frumenti nulla lege, vel pœnarum timore impediri poſſunt, quandò aliquid lucri reſultat, & num. 71.

316 Pretium frumenti taxandum eſt habita ratione ſumptuum, & laboris Agricolarum.

317 Tempore penuriæ, & ſterilitatis pro victu ſubminiſtrando depauperantur familiæ, tempore verò abundantiæ paucæ ſufficiunt.

Taxa-

318 Taxatio pretii frumenti tempore ſterili-
tatis facta ſervanda eſt, licec vulgariter
majori pretio vendatur.
319 Cap. in Civitate de Uſur. *in quibus termi-
nis procedat*.
Cap- conſulvit de Uſur. *in quibus termi-
nis procedat num.319.*

OBSERVATIO.

PRincipaliores virtutes, quæ reddere poſ-
ſunt Principem glorioſum, & amabilem
reputantur Juſtitia, & providentia abun-
dantiæ Annonæ in Populo, nam mediante
Juſtitia tribuitur unicuique, quod ſuum eſt,
2 necnon puniuntur mali, & præmiantur bo-
ni; mediante verò providentia Subditi red-
duntur læti, contenti, & pacifici, ut ad-
3 vertit *Carolus de Tapia de Abundantia in pro-
hæm. Cobell. ad Bullam Boni Regim. c.21. utro-
bique nu. 1.*

Undè in omnibus benè conſtitutis Rebus
publicis ad effectum conſervandi, & pro-
pagandi pacificum Statum, magna ſempec
cura adhibita fuit, ut Populus omni gene-
4 re victus, & præcipuè frumento abundec
ex Ariſtot. lib.1. Politic. cap.8. & l.7. cap. 8.
notat *Oterus de Officialibus p.2. c.13. ſub n.1.
Struvius in ejus Diſſertat. Juridic. de Anno-
na in princ. Schoockius de Seditionibus ſeù de
Reip. diſcordiis domeſticis c. 17. in princ. lib.3.
Borell. de Magiſt. Aedict. lib.3. cap.14. nu.1. cum
ſeq. Didacus Collantes, de Avellane ad Com-
mentar. in Pragm. in ſavorem rei frumentar. &
agricolar. lib.3. cap. 13. ſub num.1. Maſſin. de
Confiſc. bon. q.18. num.1. cum ſeq. Mattheu, &
Sanz. de Regim. Regn. Valentiæ c.4. §.3. n.6. So-
lorzan de Jure Indiar. l.1. c.7. nu.34. tom.2. A'
Ponte de Poteſt Proreg. in tit. de Abundantia
Civitatis tit.2. n.1. verſ. ad hoc ut.*

Alioquin Annonæ caritas gignens fa-
mem, qua populo nil horribilius, nil miſe-
5 rabilus, & perniciosùs contingere po-
teſt, ut ſcripſit *Homer. in Odiſſea*, ibi.

*Bona quidem miſeris mors eſt mortalibus
omnis.*

At periiſſe ſame res una miſerrima lõga eſt.
Sixtus V. *in ejus Bulla la 78. circa princip.
Bullar. nov. tom.2. cap.2. de Obſerv. jejun. Cen-
ſal. in l. unic. §.14. n.1. C. Si quis Imperator. ma-
ledix, Mexia in Pragmat. taxæ panis in prima
concluſ. nu.57. Ramirez. ad Leges Regias §.32.
n.3.* qui etiam cum *Tit. Liu. Appiano Alexan.
de Bello Hiſpano, Caſſan. in Conſuet. Burgund.
& Alex. Dier. genial.* refert qualiter mulri
ex plebe tempore, quo maxima Annonæ
inopia Urbem invaſit, ne diutina fame cru-
ciatentur capitibus obvolutis ſeſe in Tybe-
rim præcipitarunt, & Saguntinos voluiſſe
ferro potiùs perire, quàm fame mori, ac
dicitur teterrima peſtis, juxta dictum *Ovid.
l.8. Metamorph.* ibi.

Peſtifera lacerare ſame &c. Imò major pe-
ſtilentia, ut auctoritate *David Regis, lib. 3.
7 Reg. cap.24.* qui peſtilentiam magis quam fa-
mem elegit, firmat *Sola ad Conſtit. Sabaud.
tit. de Aedictis Annonæ gloſſ. 1. nu. 6. cum ſeq.*
ubi recenſet turpia ad quæ cogit, & ulti-
8 mum ſupplicium humanorum malorum ap-
pellat *Plin.* quem cum aliis ſequitur *Cenſal.
9 loc. cit. num. 2.* ac aſſimilatur igni, cui nemo
reſiſtere poſſit *Knipſchildt. de Jurib. & pri-
vil. Civit. Imperial. lib.5. cap.21. n.5.* potiſſima
cauſa eſſe ſolet præ cæteris malis, peſtis,
ſeditionis, belli, & ſimilium, ut advertit
*Ariſtot. lib.2. Politic. cap.7. Cornel. Tacit. An-
nal. lib.6.* & tradit *Knipſchildt d. lib.5. cap. 21.
nu. 1.* ubi *nu. 2.* advertit, quod ſi quis om-
nium ætatum hiſtorias voluerit, cognoſcet
nulla alia de cauſa magis tumultuaſſe Popu-
los quam ob Annonæ penuriam, & notat
10 etiam *Georgius Palear. Obſeru. in Annal. Ta-
citi obſerv.6. Oterus de Officialib. p.2. cap. 12.
n.1. à Pont. loc. cit.* ubi quod multa incommo-
da, & diſcrimina Reip. contingere poſſunt
ex penuria, & nil ſeditioſius jejuno, & fa-
melico Populo *Amaya Obſerv. jur. lib.3. ca-
pit.4. n.29. Borell. de Magiſtrat. Aedict. lib.3. d.
cap. 14. n. 3. cum ſeq. Amoſtazz. de Cauſ. piis
lib 7. cap.10. nu.36.* abſque eò quòd Populum
famelicum Magiſtratus, Leges, arma, &
11 pudor coercere valeant ut notat *Hyppolitus
à Collibus Incrementa Urbium, ſivè de Cauſis
magnitudinis Urbium cap.21.*

Et prædicta tria nempè fames, bellum,
& peſtis ſunt flagella, quibus Divina Juſti-
12 tia mortalium peccata caſtigat, eaquè
Omnipotens Deus ſæpè minatur, ut *in ſa-
cris paginis in Levit. cap.16. n.16. & 28. Hie-
rem. cap.24. nu.8.10 & 27.* proſequitur *Kni-
pſchild. loc. cit. n.4.*

Variant *Scriptores*, circa originem, &
ethymologiam Annonæ; nàm aliqui tenent
eam taliter appellari quia poſt Nonas apud
13 Romanos fuerit data; *Alii* originem tra-
here à nona hora, qua Romani veteres ad
Cibos advocaverint; Alii ita dictam ex eo,
quod ad annum victum requiratur, ut ple-
nè per *Struvium in d. ejus diſert. de Annon.
aphor. 2.* Alii originem ducere ab anno, vel
quòd in annum cuſtodiatur, vel quod ex
anni proventibus ſumatur *Bulenger. de
Imper. Roman. lib. 6. cap.* 8. quem cum aliis
refert, & ſequitur *Amaya in Comment. ad tit.
Cod. de Annon. & tribut. n.1. lib.10.* vel tan-
quàm fertilitas, ſivè ſterilitas anni deducto
nomine ab anno, & vulgo dicitur *annate*,
ut docet *Caput. de Regim. Reip. cap. 7. §. v. 14.
nu.20.* Et tandèm quia ſit, quæ ſingulis an-
nis renovatur, ut tradit *Afflict. de Pace te-
nen. & ejus violat. in uſibus ſeudorum, §. poſt
Natale n.8.*

Annona verò eſt quædam prudens æco-
nomica adminiſtratio demandata Magiſtra-
ſtratibus pro conſervanda in Civitate abun-
14 dantia victualium emendorum à Civibus
volentibus, eoſque liberandi ab inedia,
ſivè à dardanica oppreſſione, ut tradunt
*Didacus Collantes in Comment. Pragmaticæ in
favorem rei frumentariæ, & agricolarum l.1.*

c.1.

*c.1.nu.8. Card. de Luca de Regalib. diſcurſ.44. nu.4.*cum aliis cumulatis per *Roccham Epiſcopum Iſclanum Diſp.Juris ſelectarum c.72.n.39.*
Latiori ſignificatu ſumpta comprehendit quoſuis fructus in genere ad victum perti-
15 nentes, ut frumentum, vinum, carnem, ligna, fænum, paleam, & alia omnia, quæ ad uſum humanum, ac pro ipſius ſubſtentatione ſunt neceſſaria *l.1.cum ſeq.& l.Provincialium 8.C. de Erog.milit. ann. lib.12. Afflict. de Pac.tenen. & ejus violat. in uſib. feudor. §. poſt Natale nu.8.cum ſeq. Amaya loc.cit.nu. 3. cum duobus ſeq.Caſtr.conſ.40.n.3. vol.1. Struu. ubi ſuprà aphoriſm.3. Knipſchild, de Jurib. & privil.Civit. Imperial.l.5.cap.21.n.6.Fritſchius Exercitat. Juris publici p.1. exercitat. 11. & in appendice ad ejus Exercit. var. p.3. exercitat.5.n.54. Pech.de Aqueduct.cap.7.q.3. n.19. l.1.Maſſin.de Confiſcat. q.18. n.19. Vrſell. Concluſ.in verbo Annona concluſ.111.n.1.cum ſeq. juncto nu.21.Amoſtazz.de Cauſ.piis lib.7. cap. 10. nu. 35.* ſtrictiſſima verò ſignificatione pro panibus accipitur ut docet *Amay. ubi ſupra n.4.Fritſchius d.exercitat.11.*

Ut autem plebeorum impetus, qui ex Annonæ defectu facilè erumpit cohiberetur, & ne ex inordinata adminiſtratione, ac ne-
17 gligenti regimine Civitas depauperaretur, cum tunc creſcat inopia *l. 1. C. de Frument. Vrbis Conſtantinop. lib. 11.* vel malis contagioſis deſtrueretur, prout regulariter utrumque contingere ſolet, ut præter ſupracitatos notat *Kochen de Jure Vicinia p.2.c.4.n.2.* & comprobat *Card.Gaſtald.de Avert.& profig.peſte c. 250. nu.9. cum ſeqq.* Poſt expulſos Reges, & creatos Conſules anno 260. ab Urbe condita, 490. annis ante adventum *Domini Noſtri* JESU CHRISTI duo Ædiles creati fuerunt iuxta *tex. in l. Neceſſarium 2. §. iſdem temporibus cum plebs, ff. de Origine juris, Liu. decad. 1. lib.6. in fine, & lib. 7. in princ. Alex. ab Alexandr. Dierum genial. lib. 4.cap.4.Sadarin.reſponſ.24.n.4.* quibus Annonæ cura demandata erat *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 6. circa finem, Alciat.in l. Pupillus n.30. ff.de Verb.ſignif. Duaren. Diſp. anniverſ. lib.1. cap.26. verſ. non negaverim tamen, & Antolin. in Annot. ad Breve* VRBANI VIII. *Piſtoribus Vrbis conceſſum n.27. cum ſeq.* ubi cum *Budeo in Commentar.ad Pandect. cit. l. Neceſſarium*, notat id etiam injunctum fuiſſe ex diſpoſitione *legum 12.tabul.* ibi. *Sunto Ædiles curatores Vrbis Annonæ, Schook de Seditionib.ſeù de Reip.diſcordiis l.3.c.17.in princ.*

Eos quoque elegit *Julius Cæſar* ſub nomi-
19 ne Ædilium Cerealium, juxtà *text. in cit.l. Neceſſarium, deinde, ibi.deinde Caius Julius Cæſar duos Pretores, & duos Ædiles, qui frumento præeſſent à Cerere Cereales conſtituit ff. de Orig.Juris, Renat.Choppin.in Legib. Andeg. in tit. de Juriſdict. Andeg. c.79. ſub n.3. Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur.p.3.l.47. tit. 31. ſub.n.4.Antolin.ubi ſupra n.35. Struu.cit. diſſertat.aphor 7.& Card. de Luca de Regal.di-ſcurſ.44.nu.8.* qui erroneè ſecundùm aliquos ſubdit *Julium Cæſarem* primum omnium inſtituiſſe hos Ædiles, dùm valde ante vigebat hujuſmodi Officium ſub nomine Ædilium, ut probat *Antolin. loc. cit. n. 33. cum duob. ſeqq.* & firmat *Amoſtazz. de Cauſis piis l.7. c.10.n.33.cum ſeq.* ubi etiam animadvertit Romanos, qui in gerenda Reip. cura diſertiſſimi, & ſolertiſſimi extiterunt, ad curandam Annonam ſemper habuiſſe Præfectos, qui *Epiſcopi* dicebantur, nec non erant quidam Præfecti, *Paruuli* dicti, quibus Annonæ diſtributio competebat.

Poſtmodum appellati ſunt Præfecti An-
20 nonæ, qui tale munus exercebant, ut proſequitur *Antolin.loc.cit. nu.36.Knipſchild.cit. cap.21.n.5.Struu.in allegat.diſſert.Juridica de Annona aphoriſm.4.cum ſeq.* ubi refert varias Conſtitutiones, & Leges tam Populi Romani, quàm Imperatorum, *& Hippolit. à Collib.citat.cap.21.*

Continuavit tale Officium in Urbe ſub eodem nomine Præfecti Annonæ, cui juxtà antiquam obſervatam conſuetudinem præ-
21 ficitur unus ex Reu. Cameræ Apoſtolicæ Clericis, ut teſtatur GREGOR. XIII. *in ejus Bulla in ordine la 35.§.1. Bullar.non.tom.2.* licet à tempore Pontificatus GREGOR. XIII. citra tantùm illud demādari conſueviſſe uni ex Cameræ Clericis aſſerat *Eminentiſſimus de Luca de Regalibus diſcurſ. 44. nu. 10. & in relat. Romanæ Curiæ diſcurſ.40. n.1. cum ſeqq.* prout injunctum fuit ſub die 15. Septembris 1681. *à Summo Pontifice ſan. mem.* INNOCENTIO XI. *R.P.D.de Cavaleriis* qui poſtquam
22 uſque à die 26. Aprilis 1668. inter utriuſque Signaturæ Referendarios, & à die 20. Maii 1673. inter Cameræ Apoſtolicæ Clericos jam cooptatus fuerat, tàm in aliis, quàm etiam in eo munere Præfecturæ Annonæ incredibili de ſua virtute expectationi plenè reſpondit, juſtitiam cum charitate, humanitate, & ſuavitate erga omnes cujuſuis ordinis adeò conjungendo, ut omnium plauſum, & benevolentiam meruerit, & apud Summum Pontificem talis exiſtimationis, & gratiæ locum tenuerit, ut unà cum viginti ſex aliis Viris de Apoſtolica Sede præclarè meritis ad Cardinalatum evectus fuerit ſub die 2. Septembris anni 1686. quo hæc ſcribebam. Addendo poſt hæc ſcripta, quod de anno ſequenti ad Archiepiſcopatum Capuanum promotus fuit, ubi cum acclamatione ſuſceptus; dùm ejus juſtitiæ, integritatis Eccleſiaſtici zeli, & pietatis ſpecimen dabat, omnium, & maximè mei incredibili animi dolore immaturâ, & nimis acerbâ morte præreptus fuit in Urbe hora quinta noctis diei 17. menſis Auguſti anni 1690. ætatis ſuæ annorum 42. menſium 10. & dierum 26. & Cardinalatus annorum quatuor circiter.

Ampliſſimæ autem competunt facultates, & iuriſdictio eidem Annonæ Præfecto conceſſa

ceſſa

23 ceſſa à GREGORIO XIII. *ut in d. Bulla* 35. ſpecialiter verò circa cognitionem cauſarum Piſtorum Urbis pro pretio panis, & rerum ad eorum artem ſpectantium à SIXTO V. *ut in ejus Bulla* 36. *Bullar. novo vol.* 2. & ab URBANO VIII. *in ejus motu proprio emanato ſub die* 20. *Decembris* 1634. & typis mandato de anno 1635. cum *Annot. bo. mem. Advocati Petri Auguſtini Antolini*, & in cauſis inter Dominos furnorum, & domorum inhabitatarum à Piſtoribus ſuper evacatione, vel augmento penſionis privative quòad omnes à PAULO V. ut ex ejus *Chirographo emanato ſub die* 3. *Novembris* 1615. *& impreſſo infra in Obſervat. ad Rubr. XI lib.* 7. nec non in cauſis Molendinariorum, Menſuratorum, Ciambellariorum, & Vermicellariorum, ac Ordearolorum, & eorum artes concernentibus, ut notat *Antolin. ubi ſupra num.* 61.

Ac circà obſervantiam diverſorum Capitulorum, & Ordinationum tam factarum quam faciendarum concernentium augmentum agriculturæ in territorio Cornetano cum juriſdictione pariter privative quòad omnes à PAULO V. *in ejus Brevi emanato die* 6. *Octobris* 1608. ubi inſerta ſunt eadem Capitula, quæ poſteà vigore facultatis conceſſæ in dicto *Brevi a* PAULO V. pro tempore Annonæ Præfecto, moderandi, declarandi, & revocandi, capitula, & ordinationes factas, & alias de novo ſtatuendi ſub *die* 24. *Novembris ſequentis* declarata, moderata, & innovata fuerunt à *bon. mem. Jacobo Serra tunc Annonæ Præfecto*; & circa concernentia damnum datum declarata, & moderata quoque fuerunt *die* 3. *Martii* 1616. *per Epiſcopum Montis Faliſci, & Cornett* tanquam Subdelgatum à *bon. mem. Biſcia Annonæ Præfecto* & iſta confirmata ſub *die* 14. *Januarii* 1633. *à Cardin. Octaviano Raggio* ſimiliter tunc Annonæ Præfecto; ſed prædictæ *declarationes Biſciæ* concedentes juriſdictionem Caput Rectori Corneti circa damna data non fuerunt obſervata, cum ſempèr etiam in illis cauſis proceſſerit Officialis deputatus in dicta Civitate Corneti cum nomine Superintendentis ab Annonæ Præfecto; Idque vigore expreſſi ordinis *R. P. D. Manfroni ſub die* 25. *Septembris* 1674. *& Eminentiſſ. Cardina. Negroni ſub die.* 25. *Decembris* 1680. qui Præfecturam Annonæ Urbis tunc exercebant.

Necnon circà punitionem eorum, qui pro macello emunt, & vendunt boves aratorios, aut aptos ad arandum vigore *Motus proprii* PAULI V. *emanati ſub die* 19. *Octobris* 1611. ſuper conceſſione privilegiorum Agriculturam exercentibus, id ſub certis pœnis prohibentis, cujus diſpoſitionem pluries Eminentiſſimi pro tempore Camerarii obſervari mandarunt, & præſertim *Eminentiſſimus Cardinalis Alterius* mediante ejus *Edicto publicato die* 4. *Julii* 1674. Imò ad evitandum periculum mactationis hujuſmodi Bobum deputatur ab eodem Annonæ Præfecto vigore d. motus proprii Miniſter qui aſſiſtere, & invigilare tenetur in diebus, in quibus fit Mercatus in Foro Boario, quod eſt conforme *Legi Atticæ* à Romanis olim publicatæ, qua mediante prohibitum erat, ne boves aratorii mactarentur, & cum quidam bovem aratorium macellari juſſiſſet, exiliatus fuit, ut refert *Gait. de Credit. cap.* 4. *quæſit.* 7. *nu.* 56 *a. cum ſeq.* aliaſque leges ſub graviſſimis pœnis id prohibentes adducit *Solorzan. de Jure Indiar. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 22. *cum ſeqq. tom.* 2. *Gryphiandr. in ejus Œconom. legal. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 155. *cum ſeq.* Pariter etiam tam circa excarcerationem, & revocationem executionis factæ in perſona, re, & animalibus, quàm circa punitionem eorum, qui taliter moleſtant non ſolum in acceſſu, ſed etiam in receſſu frumentum, bladas, & legumina ad Urbem deferentes, vel actualiter conducentes frumentum Annonæ, ac circa illud laborantes, ut ex diſpoſitione *Bannimenti*, de quo *infra nu.* 42. Sicuti etiam circa cognitionem cauſarum damnorum datorum ab equis triturantibus, & ab animalibus conducentibus frumentum, bladas, & legumina ad Urbem ex diſpoſitione *Bannimenti Eminentiſſimi Camerarii* publicati *die* 15 *Junii* 1642. ibi: *Ordiniamo, e proibiamo alli Signori Duchi, Marcheſi, Baroni, e Signori, o altra perſona di qualſivoglia ſtato, ordine, condizione, preeminenza Eccleſiaſtica, ò ſecolare, loro Governatori, Poteſtà Vicarj, Offiziali di danni dati, Guardiani, & Eſſecutori, ed altri, che occorendo, che le cavalle, bovi, ed altri animali, che ſaranno condotti tanto a tritare, quanto per condurre grani, biade, e legumi a Roma ſiano trovati a far danno tanto nelli Campi, quanto nelle poſſeſſioni non poſſino eſſere in modo alcuno repreſagliati, ne condotti alla Corte, ne meno carcerati li Padroni, Conduttori, ò famegli, mà ſiano contenti dd. Offiziali di pigliare il pegno, che le ſarà dato con obligo in forma Camera del Padrone, o garzone, che conduceſſe gl'animali predetti di ſtare a ragione con quello, che haverà ricevuto il danno avanti Monſignor Perfetto dell'Annona per rogito del qual obligo, o ſigurtà il Cancelliero dovrà eſſere contento ſolo di bajocchi cinque di moneta*; Et tandem circa cognitionem omnium contentorum in *Bannimento generali Abundantiæ*.

Apud priſcos maxima cura quoque fuit horreorum publicorum conſtituendo illis
24 Præfectum, & alios, qui frumentum colligerent, conderent, & conſervationem curarent, proùt habetur in *Geneſ. cap.* 41. ibi: *Provideat Rex virum ſapientem, & induſtrium, & præficiat eum terræ Ægypti, qui conſtituat præpoſitos per cunctas Regiones, & quintam partem fructuum congreget in horrea*, & concordantibùs adductis notat. *Oter. de Officia-*

Digitized by Google

*Officialib.par.2. cap.12.nu.3. Knipſchild de Ju-
rib. & privil.Civit. Imperial. l. 5. c. 21.n.10.*
Romani quoque horrea publica conſti-
tuerunt *Oter.ubi ſupra num.4.* in quibus re-
ponebatur frumentum tàm Populo, quàm
Militibus diſtribuendum, ac pro largitione
25 frumentaria ad conciliandam plebem deſti-
natum, ut latè docet *Amaya in l.1.n.3. jun-
cto n. 22. C.de Conditis in public. horr.lib.10.*
Quæ horrea publica præcipuè conſtituen-
26 da ſunt, ut copia frumenti tempore uber-
tatis illic reponenda conſervetur pro neceſ-
ſitatibus, ut probat *Knipſtbild de Jurib. &
privil.Civit.Imperial.lib.5.capit.21.n.8.*Prout
illis uſi fuerunt *Joſeph.* ut in *Geneneſ. cap.41.
nu. 47. cum ſeq. Reboamus Salomonis* Filius in
Paralipomenon lib.2. c.11. nu.11. & Ezechias
pariter in *Poralipom.lib.2.c.31.n.11.cum ſeq.*
Et adeò ſunt neceſſaria horrea publica ad
effectum promptè ſuccurrendi neceſſitati
27 Civium ut Subditi tàm divites, quàm pau-
peres pro illis conſtruendis collectari poſ-
28 ſint, *Cenſal. in l.unic.nu.41.cum ſeq.C.Si quis
Imperator. maledix. Joan.Franc. de Ponte de
de Abundantia Civitat.titul.2. pag.49.nu.9.&
27.Franc.Marc.deciſ.40.par.2.*
Non prætermittendo horrea ab horrore
nomen ſumpſiſſe, eò quia tanquàm plerum-
29 que defoſſa, & ſubterranea horroris ple-
na ſint ſecundùm *Varr.lib.1. de Re ruſtic. cap.
57.Columell. lib.1.capit.6. Plin.lib.18. cap.38.
Caſſiod.lib.11.var.epiſt.12.* quos refert, & ſe-
quitur *Amaya in tit. Cod. de Condit. in public.
horreis nu. 1. lib. 10.* ubi teſtatur hujuſmodi
horrea ſubterranea uſitari in omni ferè tra-
ctu Cordubenſi; & notum eſt ea practicari
in variis aliis Mundi partibus, & præcipuè
in Statu Eccleſiaſtico, ac ſignanter in Pro-
vinciis Marchiæ, & Romandiolæ.
Reaſſumendo officium, munus auctorita-
tem, & juriſdictionem Præfecti Annonæ,
qui Magiſtratus à Romanis extra ordinem
30 juxta rei frumentariæ contingentem an-
guſtiam creari ſolebat, ne panis abundan-
tia deficeret, & Popolum Annonæ penuria
urgeret, ut docent *Amaya in l. final.cap. 2.
num. 29.C. de Decurion. lib. 10. Antonius Pe-
rez in tit.C.de Apparit. Præfect.Annon. nu.1.
lib.12.Feneſtella, ſeù Andreas Dominicus Floc-
cius de Poteſtat. Romanor. lib.2.cap.15.* quem
refert, & ſequitur *Sadarin. reſponſ. 24. nu.3.
juncto nu.6.Sanfelic. deciſ.290. ſub n.1. Strau.
in ejus Diſſertat.de Annona aphoriſm.8.*
Notandum eſt inter primaria Urbis mu-
nera habitum ſuiſſe illud Annonæ Præfecti,
31 qui adeò ſtatim Conſules ſubſequutus eſt,
ut tradit *Knipſchild.d.cap.21.ſub.nu.5.*ac ejus
auctoritatem, & poteſtatem magnam fuiſ-
ſe teſtatur *Caſſiodor.Var. lib.6. formul.18.* ubi
32 latè de excellentia Præfecturæ Annonæ
Urbis, & admonendo ſubdit ſequentia ver-
ba *Conſidera nunc quia non licet aliquid ſurari
de populo: nam quod in Civitatis damna com-
mittitur ſilentio non celatur. Neſcit plebs tace-
re quandò interdùm, & hoc loquitur, quod à
nemine perpetratur Boet. de Conſolat.lib.3.proſ.
4.Bulenger. de imper.libr.6.capit.2. Amay. d.
c.2.eodem.n.29. Sadarin reſponſ.23.n.18.in fine
cum ſeq. Sanfelic. d. deciſ. 290. n.1. cum ſeq.*
Nàm jus dicebat inter Piſtores, Nautas,
Menſores frumentarios, & frumenti nego-
33 tiatores ut per *l.final. ff. Quod cum eo qui in
alien. poteſt.*tradit *Struu. dict. aphor.8.in fine.*
Et in concernentibus Annonam poterat
delinquentes plectere, pœnas infligere, &
trangreſſores ordinum, & bannimentorum
pœnis aſtringere, aliaque facere prout po-
terat Præfectus Urbis *Caſſiodor. in formula
Præfecti Annonæ var. lib.7.cap.18. Petr. Gre-
gor.Syntagm.Jur.univ.par.3.c.31.nu.10. verſ.
cui etiam dignitas, Decian. Tract.crim. lib.7.
c.22. n.7.Rocch.de Officiis tit.de Annonæ Præ-
fect. §.7.nu.7.cum ſeqq.Strui.d.aphor.8.in fine.*
Ad quem effectum pro exercitio, & ad-
miniſtratione ejus Officii Lictores, & Mini-
34 ſtros ſubordinatos habebat *tot.tit.C.de Ap-
paritor.Præfect.Annon.lib.12. Rocch.ubi ſupra
nu. 60. in fine Strun. in d.diſſertat. de Annona
aphoriſm.3.in fine Sanfelic.cit. deciſ.290. nu.2.*
quos Miniſtros, & Officiales, aliaſque per-
ſonas ſibi beneviſas deſtinare etiam hodie
poteſt ad emptionem frumentorum, alio-
35 runique frugum ubertati Civitatis, & Po-
puli neceſſariorum ad *tex.in l.1. ubi gloſſ. &
Jo:de Platea C. de Frumento Alexandrino lib.
11.Rocch.loc.cit.n.89.* Et pro hujuſmodi fru-
mento, & frugibus traducendis poteſt co-
gere Dominos animalium, ac navium, ut
36 animalia vehant, & naves conducant, ſeù
utrumque capere pro iis tranſportandis ju-
xtà doctrinam *Bart. in l.Jubem.nullam n.1. C.
de Sacroſ.Eccl.*& notant *a Ponte d.tit.2.nu.16.
Rocch.cit.§.7. nu.93.*ubi: *nu.ſeq.*ſubdit, quod
37 tùnc ſuper illis navibus privatorum merces
non poſſunt onerari, *Eminen.Card. D. mens
Corrad.de Prelat.Jure quæſt.49.n.27.*& ſi ali-
ter fieret, puniretur Magiſter navis *Maſtrill.
de Magiſtr. l. 3. c.10. n. 297.* ubi loquitur in
terminis Civitatitis, ſeu Communitatis, &
38 *n.298.*ſubdit,quod tunc ſi animalia,ſeu na-
ves detrimentum paterentur, aut deperde-
rentur, teneretùr Civitas ad refectionem
damni,& *Cohell.ad Bull Boni Reg. c.21.n.26.
cum ſeq.Conciol.ad Statut.Eugub.lib.1.cap.30.
n.6.Urſell.Concluſ.in verbo Annona n.19.*
Advertendo, quod adeò eſt favorabilis
tranſportatio Annonæ ad Urbem, ut defe-
39 rentes frumenta, & Bladas non ſolùm ſint
exempti ab omni pedagio, gabella, & ono-
re juxtà Conſtitutionem *Conſtantini Impera-
toris in l.1.C.de Navic.libr.11. & B.* Pii V. *la*
19.§. 4. & quod Mercatores tanquàm neceſ-
ſarii ad conſervandam ubertatem condu-
40 centes frumentum ab exteris Regionibus
debeant favoribus proſequi non autèm an-
gariis moleſtari admonet *Capnt. de Regim
Reip.cap.7.§.14.nu.25.* Nec ipſa Annona Ur-
bis conducens à Provinciis Status Eccleſia-

ſtici, vel à Principatibus exteris frumentum
41 ad Urbem tenetur ad gabellas paſſus ſeù
tranſitus, ut reſoluit *Congregatio Computorum die 28. Septembris 1684.* contra Doha-
nerios Ferrariæ, qui prætendebant ſibi à
Rev. Camera debere bonificari gabellam
tranſirus pro modiis 830. frumenti empti
in Ducatu Mantuæ, nulla habita ratione in-
genioſæ diſtinctionis *Cardinalis de Luca de
Regal. diſc. 44. & Roccha Epiſcopi Iſclani di-
ſput. Juris ſelect. cap. 72.nu.38. cum ſeqq.* te-
nentium Annonam frumentariam Urbis
non eſſe Cameram Principis, & ſic fiſcali-
bus privilegiis non gaudere,

Verùm etiam non poſſunt moleſtari pro
debitis etiam Cameralibus tàm in acceſſu,
42 quàm in receſſu in perſona, re, & anima-
libus, alioquin moleſtantes poſſunt puniri
juxtà *Text. in l.C. de Navicular. ſeù Naucler.
&c.lib.11.* & quidem ab Annonæ Præfecto,
ut diſponitur in dicta *Bulla B.* Pii V. *la 19.
§.6. & in Bannimento Generali Abbund. Urbis
cap.2.*ibi.*Concede a tutti quelli, che portaranno
grani, biade, ed altre robbe a Roma, che per de-
bita alcuno in vigore di qualſivoglia mandato,
o rapreſaglia etiam per qualſivoglia cauſa
etiam per intereſſe della Rev. Camera conceduta,
o da concederſi non poſſano eſſere moleſtati
nè nelle perſone, e loro famiglia, come nelle det-
te robbe, e nelle beſtie, che le portaranno,
ancorche foſſero obligati nella forma della Rev.
Camera Apoſtolica, mà poſſino liberamente, e
ſicuramente venire a Roma con dette robbe, e
trattenervìſi quanto biſognerà per tal conto, e
d'indi partirſi per tornare d'onde ſaranno ve-
nuti ſenza impedimento alcuno, ed il medeſimo
privilegio ſi concede alli Portatori, Carrettieri,
e loro beſtie, che condurranno il grano della
Camera nel giorno, ed atto, che lo lavoraran-
no. E percio ſi comanda ad ogni Eſecutore di
qualſivoglia Tribunale, & ad ogni altra per-
ſona, che non ardiſchi di contravenire al pre-
ſente Bando ſotto pena di trè tratti di corda da
darſeli de facto, e di riſare tutti i danni, ſpe-
ſe, & intereſſi a quelli, che contro la forma
del preſente Bando impediranno, carceraranno,
ò altrimenti moleſtaranno, e d'altre pene ad
arbitrio noſtro, e di Monſig. Prefetto dell'An-
nona. Dichiarando ogni cattura, & eſecuzia-
ne fatta in contraria nulla, & invalida, che
eſſo Monſignor Prefetto poſſa far ſcarcerare, e
reſtituire l'eſecutioni a ſuo arbitrio ſenz'altra
participazione de' Giudici, o Superiori, da'qua-
li foſſero ſtati rilaſſati li mandati, o dati gl'or-
dini ſenza alcuna citatione, nè intimazione
degl'intereſſati; E li guardiani delle Carceri,
& Eſecutori di qualſivoglia Tribunale ſiano
obligati, e debbano effettivamente rilaſſarli
con li ſemplici mandati come ſopra di Monſi-
gnor Prefetto ſotto pena di trè tratti di corda
da darſeli ſubita, oltre il riſare tutti li danni,
ſpeſe, & intereſſi, che patiſſero, ò foſſero per
patire li Catturati, e non rilaſſati per qualſi-
voglia loro trattenimento, & de ſimili Conſti-
tutione à Ponte de poteſt. Pror. tit.2. de Abun-
dantia num.27. ſequitur D. de Comitibus deciſ.
Florent. tom.2. deciſ.10. nu.13. & nu.23. cum
ſeq.*

Quinimò Barones, aliique Domini ter-
rarum, Univerſitatum, cæterique tam me-
diatè, quàm immediatè Sedi Apoſtolicæ
43 ſubjecti cujuſcunque ſtatus, & conditionis
etiamſi Epiſcopali, Metropolitana, Patriar-
chali, & Cardinalatus Dignitate ſuffulti
Subditos ſuos frumenta, aliaque ad victum
neceſſaria ad Urbem deferentes directè vel
indirectè impedire nequeunt, alioquin in-
currunt pœnam privationis feudorum, ſu-
ſpenſionis, excommunicationis, & inter-
dicti ut in *Bulla Cenæ Domini* Urbani VIII.
la 62. §.8. & in Bulla Beati Pii V. *la 19. §.1.
in fine, & ſub* §.3. quàm innovavit Grego-
rius XIII. in ejus *Bulla incipiente Inter mul-
tiplices inſerta in Bull. in ordine la 50.§.2. Bul-
lar. nov. tom.2. & Bannimento Annonæ* inno-
vato, ſeù iterùm publicato *die 22. Auguſti*
1686.

Cùm enim frumentum ſit nervus totius
Reip. nihilque eo ſit ad vitam conſervan-
44 dam convenientiùs ut ex *Ariſtotil. Politic.
lib.6.cap.8. Amay. in l.unic.nu.9.C. Ut nemini
liceat &c. lib.10. Rev. Roccha Diſput. Juris ſe-
lect.cap.72.nu.15.cum ſeqq* ubi reſpondit pro
juſtitia Chirographi Summi Pontificis, in
quo conſulendo indemnitati Annonæ man-
davit eam pro ſemine mutuato, vel pro
pecuniis creditis ad illud emendum eſſe
præferendam quibuſcunque creditoribus
privilegiatis, ac etiam locatori prædio-
rum, quamvis deficeret probatio verſionis;
Non verò quoad conductores Fiſcales,
& in eo publica utilitas, quæ ſuprema
lex dicitur conſtituta ſit *l. Mulierem.
45 13. ff. de Accuſat. l. 3. in fine ff. ad Leg.
Jul. de Annona.* Proinde urgente fame, &
46 Annonæ caritate, recedi debet à regulis
Juris, cum neceſſitatis imperio tota morta-
lium majeſtas pareat, ac ad inopinata, &
inſolita actus reducere ſoleat, ut ait *Horat.
ode 37. lib. 1.* & in noſtris terminis *Ripol. de
Regal.c.46.nu.2.* & publica utilitas prævalere
47 debeat privatæ, ut proſequitur *Amaya
mox allegatus eod.nu.9.in fine Pegner. dec.88.
nu.3. cum ſeq.* Annonæ Præfectus cogere po-
teſt Ruſticos ad deferendam Annonam in
48 Civitatem, ut ibi vendatur *l. 2. ff. de Nun-
din. Luc. de Penn. in l. prima C. Ut ruſtic. ad nul-
lum obſeq. vocen. lib. 11. Petr. de Ravenn. ſingu-
lar. 607. Amoſtazz. de Cauſ. piis lib.7. cap.10.
nu.58.* & generaliter quod compellere poſſit
habentes frumentum ad ſuperfluam quanti-
tatem vendendam, abſque eo quod quis ali-
49 cujus privilegii prærogativa excuſari va-
leat *ad text. in l.1. juncta l.final.C. de Quibus
muner. vel præſtat.&c.lib.10.& l. In fraudem
C. de Annon. & tribut. lib.10.* tradit *Amaya in
allegat. l. unic. nu. 8. cum ſeq. ac nu.11. cum ſeq.
ac nu.22. Cenſal. in l. unic. nu.11. cum ſeq.* juncto
nu.16.

n.16.C.Si quis Imperat. maledix. Menoch.conſ.
137.Novar.Quæſt.forenſ.17. in fine p.1.Collan-
tes Commentar.in pragmat.in favorem. rei fru-
mentar.lib.3.cap. 15.ſub nu.3. ubi etiam ſub-
dit, quod pro ſubſtentatione pauperum
tempore penuriæ diſtrahi poteſt aurum, &
ſupellectilia Eccleſiæ Fragoſ. de Regim. Reip.
par.1.lib.7.diſput.19. §.2.nu.52. cum ſeq. de
Ponte de Poteſt. Proreg. tit. 2. de Abundantia
Civitatis nu.4. Erodius Rerum judic. lib.9. tit.
4.cap.5.Rocch.cit.§.7.nu.96. Struvius in citat.
diſert. de Annona aphoriſm. 24. Knipſchild. de
Jurib.& privil. Civit. Imperial. lib.5. cap.21.
nu.30.Maſſin.de Confiſcat.q.18.nu.22. Gratian.
diſcept. 149. nu. 41. cum ſeqq. ubi advertit,
quod ſi non habeat ultra uſum proprium
non tenetur vendere Sola ad Conſtit. Sabaud.
tit. de edict. Ann. gloſſ.8.nu.3. Pegu.deciſ.88.
nu.4.Maſtrill.deciſ.17.nu.30. & per tot. & de
Magiſtr. lib.3. cap.4. nu.76. cum ſeqq. Roccha
Diſput.Juris ſelect. cap. 73. ubi examinando
capitulum initum inter Cameram, & Do-
hanerium, in quo conventum fuit, quod
ipſe Dohanerius teneatur denunciare Illu-
ſtriſs. Annonæ Præfecto quantitatem fru-
menti recollecti, & requirere, an illud velit
pro Annonæ uſu, reſpondit teneri tradere
eam quantitatem,quę exuberat pro ſemine,
& victu Amoſtazz. de Cauſ.piis lib.7. cap.10.
n. 53. & Eminen.Card.Dominus meus Corradi-
nus in ejus doctiſſimo tractatu de Prelation.
Jure poſt hæc ſcripta impreſſo qu. 49. nu.1.
ubi n.4. firmat hujuſmodi coactionem com-
petere, non ſolum Præſidi Provinciæ, ſed
etiam Judicibus Ordinariis, aliiſque Magi-
ſtratibus, quibus competit facultas taxan-
di pretium, Cabed.dec.92.n.7.p.2.

Soluto tamen juſto, & æquo pretio, ut
firmant Knipſchind.Amaya, Fragoſ. à Ponte,
51 Peguer. & Maſtrill. in locis mox citatis Con-
ciol.ad Statut.Eugub.lib.1.cap.30. nu.5. Ripol.
de Regal.cap.46.n.9.cum ſeqq. Franc.Marc.de-
ciſ. 540. ſub nu.43. Cujus taxatio ſpectat ad
52 Annonæ Præfectum, ut tenet Borell.de Ma-
giſtrat.edict.lib.3.cap.14.nu.116.

Eradicando mediante prædicta coactio-
ne, & prævia ſolutione juſti pretii nequi-
53 tiam eorum, qui quidèm frumentum em-
ptum vendere non recuſant, ſed juſto pre-
tio vendere renuunt, injuſti lucri captandi
cauſa, ut admonet Konchen. de Jure vicinia
par.2.cap.4.nu.28. Et hac ratione illud ſæpè
occultant, ut cariùs vendant ſpernendo
Omnipotentis Dei abominationem, de qua
in Proverb.Eccleſ.cap.11.nu.26.ibi;qui abſcon-
dit frumentum maledicetur in populo, benedi-
ctio autem ſuper caput vendentium.

Advertendo mandatum, edictum, ſeù
ordinem vendendi debere eſſe generale,non
reſtrictum ad certas particulares perſonas
54 nè videatur in eorum odium tantum pro-
mulgatum, ut firmat Gratian. diſcept. 149.
nu.37. cum ſeq. ubi ſubdit quod alioquin ab
hujuſmodi iniquitate liceret appellare Ma-

ſtril.de Magiſt.lib.3.c.4.n.85.Sola ad Conſtit.Sa-
baud.tit.de Edict.Annon.Gloſſ.6.ſub n.16.

Et reſpectu Eccleſiaſticorum Lex Magi-
ſtratus laicalis eos quidèm non comprehen-
dit ſecundùm vim coactivam, ſed ad ſum-
mum ſecundùm vim directivam, undè pro-
55 curandum eſt, quod à Judice, & Superio-
re Eccleſiaſtico promulgetur ſimilis Lex,
ſeù ordo, vel demandetur Eccleſiaſticis ob-
ſervantia Legis latæ à Magiſtratu ſæculari,
ut firmant Cenſal.in l.unic.n.10.C. Si quis Im-
per.maledix.Caball.Reſol.crim.caſ.9.nu.11.An-
tunez. Portugal. de Donat..reg. tom. 1. par. 2.
lib.1.cap.10.nu.17.Gratian.diſcept.149.nu.43.
cum duobus ſeqq. Aufrer. ad Capell. Tholoſan.
deciſ.447.ſub n.3.Fragoſ.de Regim.Reip. par.1.
lib.7.diſp.19.§.2. & 3.Fermoſin.in cap. Eccle-
ſia S. Mariæ quæſt.6.nu.4.cum ſeqq. de Conſtit.
Del Bene de Immunit.Eccleſ.tom.2. cap.9. dub.
14.tom.1.Giurb. obſervat.1.n.21. cum ſeq. Ca-
put.de Regim.Reip.cap.7.§.14. nu.6. Cened.Ca-
nonit.qq.quæſt.33.n.11.Amoſtazz. de Cauſ.piis
lib.7.cap.1.nu.18. in Urbe recurritur ad San-
ctiſſimum, vel ad Sacr.Congregationem Immu-
nitatis pro opportuna licentia.

Si verò famis urgeret neceſſitas,& Superior
Eccleſiaſticus, requiſitus inſordeſceret impiè
56 non providendo; vel ſi Superior Eccleſiaſti-
cus adiri non poſſet, & interim magnum pe-
riculum eſſet in mora, tunc Annonæ Præfe-
ctus vel aliusJudex ſæcularispoteſt extraor-
dinaria poteſtate utendo frumentum Cleri-
corum,& Eccleſiaſticorum ſequeſtrare,& ab
eorum horreis extrahi facere,ac juſto pretio
vendi curare, non quidem per viam juriſdi-
ctionis,qua caret,ſed quia utitur naturali de-
fenſione adversùs eos, qui neceſſaria ſubtra-
hendo Civium, ac Reip. interitum moliun-
tur,ut limitando tenet Del Bene ubi ſup.dicto
dub.14.n.2.cum ſeq. quem ſequitur Ybanez de
Far.ad Covar.var.reſol.lib.2.c.3. nu.45.verſ.In
qua controverſia,& Cened.loc.cit.ſub eod.n.11.

Non deſunt tamen tenentes, quod tem-
pore penuriæ habentes frumentum, & alia
57 victualia cogi poſſint ad venditionem mi-
nus juſto pretio, cujus opinionis Anteſigna-
nus eſt Bart.in l.1.§.cura carnis n.1.ff.deOffic.
Præf. Urbis quam ſequuntur Lucas de Penn.
in l.unic.C.;Ut nemini liceat &c. lib.10. & in
l.1.C.de Quibus muner.eodem lib.10. Maſſin. de
Confiſcat.quæſt.18.nu.22. & nu.157. cum ſeqq.
Marta de Juriſdict. par.4.centur.1. caſ.2.nu.5.
cum.ſeq.Caball.Reſol.crim.d. caſ.9.nu.5. Amen-
dol.ad Franch. deciſ.9.nu.7. Gratian.d. diſcept.
149.nu.40.Giurb.d.obſervat.1. nu.20. Aufer.
ad Cappell.Tholoſan.dec.447.nu. 3. Carlo di Ta-
pia dell'Abbondanza par.3.rimed.1.nu.fin.An-
tunez.Portugal.d.cap.1.nu.13. Cabed.deciſ.92.
n.3. cum ſeq. par. 2. ubi firmat etiam quod
Princeps poteſt cogere ad venditionem vi-
liori pretio, quàm fuerit comparatum.

Sed prima opinio tanquàm longè verior
ſequenda eſt, nàm ſi Subditi, & Cives co-
gerentur vendere frumentum viliori pretio

58 reſultaret maxima injuſtitia, & dupliciter
gravarentur, nempè cogendo ad venditio-
nem, & taxando rem vili pretio, & tamen
non ſunt multiplicanda ſpecialia in dam-
num venditoris, ut rejecta contraria opi-
nione in his terminis tenet *Amaya in d. l.
unic.nu.54. cum ſeqq. C.Ut nemini liceat &c.
lib.*10. ubi *nu.*56. ſubdit, juſtum pretium
cenſeri illud, pro quo vendi poteſt in Foro
*Covar.var.reſ.lib.3.c.14.n.3.Gutier.Pract.qq.
lib.4.q.49.n.3.Bobadil.in ſua Politic.lib.3.c.3.
n.21.cum aliis supracit.Hermoſ. ad Lop.gloſ.4.
leg.3.tit.5.p.5.n.10.cum ſeq.* ubi poſt relatos
contrariam opinionem tenentes hanc ſequi-
tur 2.*impreſ.Lugduni pag.mihi* 410. *Amoſtaz.
de Cauſ.piis lib.7.c.1.nu.15.Cabed.dec.105.n.6.
&* 8. ubi reprobat Bart. *par.*1.

Comprobatur gravamen reflectendo,
quòd tantummodo Cives coacti vendere
frumentum viliori pretio ſubirent onus ſub-
levandi penuriam Annonæ, & tamen iſtud
repartiendum eſt inter omnes Cives impo-
nendo collectam pro modo, ſeu rata patri-
monii cujuslibet, ut admonet *Maſtr.de Magiſt.
lib.3.c.4.n.81.cum ſeq.Sola ad Conſt.Saband.tit.
de Edictis Annona gloſs.6.n.4.cum duob.ſeqq.*

Eò magis ſi Cives, ſeu Agricolæ, nàm
ut facilius, & commodius continuare poſ-
ſint agriculturam ſublevandi ſunt gratiis,
& favoribus, non autem gravandi.

Et tunc prima opinio *Bartoli* poſſet pro-
cedere, quotieſcunque cum publica neceſſi-
tate frumenti, & victualium concurrit pe-
59 nuria pecuniæ pro ſolutione juſti pretii, ut
declarant *Hermoſ.ad Lopez loc.cit.n.*11. *Amo-
ſtaz.loc.cit.n.50.& Cabed.dec.105.n.9.par.1.*

Vel locum habet reſpectu pauperum, qui
non habent undè ſolvant juſtum pretium,
ſecus reſpectu divitum, ut declarando pro-
ſequitur *Hermoſil. ubi ſupra num.13. cum
aliis infra allegandis n.76.*

Vel demùm procedere poteſt contra Dar-
danarios, ideſt contra eos, qui ſoli eme-
rant frumentum, ut carius venderent in
quibus terminis loquitur *Borel.de Magiſtrat.
edict.lib.3.cap.14.nu.100. Gutierez Pract.qq.
lib.4.q.61.nu.36.cum ſeq.* ubi reſpectu Agri-
colarum tradit quod de eis non eſt habenda
in moderatione pretii conſideratio in illo
penuriæ caſu raro contingenti, quando eo-
rum ars in præteritum fuit ipſis utiliſſima.

Ut autem ad certam cognitionem quan-
titatis frumenti tàm generaliter, quam
60 particulariter deveniri valeat, cogi poſſunt
Subditi mediante pœnali Edicto ad tradi-
tionem notulæ juratæ, ut docet *Erod.rer.ju-
dic.lib.9.tit.4.cap.5.Sola ad Conſtit.Saband.ſub
Rubr.de Edict.Annon.gloſs.2. & 3.* ubi ponit
formulam Edicti *Carlo di Tapia dell'Abbon-
danza remed.6. Caput.de Regim.Reip.c.7.§.14.
n.*15. ubi ſubdit, quod in domibus ſuſpectis
manu militari horrea perſcrutantur, *Roccha
Diſput.juris ſelect.cap.73.n.4.& 5.*

Hocque Edictum eſſe valdè rationabile
pro notitia quantitatis frumentorum, ut
poſſit Reſp. ſuis indigentiis providere firmat
Maſſin.de Confiſcat.q.18.n.33.& nu.ſeq. ſubdit
illud non poſſe promulgari à Judice infe-
61 riori Principe inconſulto, niſi militet con-
ſuetudo in contrarium.

Non tamen comprehendit frumentum
molituræ, cùm jam fuerit à Domino aſſi-
gnatum antequam àd molendum fuerit de-
62 latum *Bertazzol.conſ.crim.166.per tot.*quem
ſequuntur *Rovit. de Annon.pragm.9.n.3.Maſ-
ſin.de Confiſc.d.q.18.n.50.*

Minuſque ligat Forenſes abſentes, nec
non infirmos, quia iſti præſumuntur illud
63 ignorare, & ignorantia excuſat à pœna *Ber-
tazz.conſ.crim.141. & 263.n.9. Rovit.d.prag-
mat.9.n.2.Maſſin.d.q.18.n.51.cum duob.ſeqq.*

Cumque nimium facile ſit in d. traditio-
ne Notulę fraudes committi, ideò debet pro-
vidus Annonę Præfectus ſecretò ſe informa-
64 re de locis abundantibus, & de indigentibus
frumento, tranſmittendo ad hunc effectum
Viros confidentes; Nàm Mercatores bene-
65 ficium publicum non reſpiciunt, & quia ſo-
lent eſſe intereſſati, ut plurimùm excæcàtur.

Et quod facienda ſit ſcrutatio, & diligens
deſcriptio tàm perſonarum, quàm frumen-
66 ti juxta modum traditum per *Ripam de Pe-
ſte par.2.§.6.n.*158. quem refert, & ſequitur
*Caput.de Regim.Reip.cap.7.§.14.n.8. Koken de
Jure viciniæ par.2.cap.4.nu.*31. & admonet
Card. Gaſtald. poſt hæc ſcripta impreſs. *de
avertend.& proflig.peſte cap.259.n.5.*

Necnon adhiberi debet omnis cura, &
diligentia, ne frumenta per poſſeſſores ſub-
67 ducantur, & abſcondantur, ut admonet
Christin.dec.68.n.5.vol.3.

Habita autem certa notitia numeri per-
ſonarum, & quantitatis frumenti exiſtentis
68 in Provincia, ſeu Principatu, tunc facilè
judicatur an tantum inibi adſit, quantùm
ſingulorum neceſſitati ſufficiat, & quę quan-
titas aliundè debeat provideri, ut advertit
Sola d.gloſs.3.n.6.

Deſeruit ulteriùs talis notitia pro uni-
verſali taxatione pretii frumenti, quo ven-
69 di debeat, & ſit ſolvendum, ad quem effe-
ctum ne pretium tempore careſtiæ in im-
menſum creſcat maturo conſilio pruden-
tium virorum ponderanda eſt indigentia,
vel abundantia frumenti, & pecuniæ tàm
inibi, quàm in locis circonvicinis, necnon
numerus, copia, & qualitas loci vendito-
rum, & emptorum, necnon tempus, ut cum
*Medina advertit Gutierez Pract. qq. lib. 4.
q.61.n.7.Maſtril.de Magiſtrat.lib.3.cap.4.n.91.
cum ſeq. Fragoſ.de Regim.Reip.par.1.lib.7.diſ-
put.19.§.2.n.56.verſ.Ut autem, Koken de Ju-
re vicinia par.2.cap.4.n.29.* ubi etiam ſubdit
quod habenda eſt ratio quanti emptum, ſi
in propriis agris non fuit recollectum *Knip-
ſchild.de Jurib. & privil.Civit.Imperial.lib.5.
cap.21.n.31.Maſſin.de Confiſcat.q.18.n.17.No-
var.de Gravam.Vaſſal.gravam.121.per tot.l.1.*

Kloch.

Digitized by Google

Kloch.de contribut.cap.1.nu.367.cum ſeq. Ripol. de Regal.cap.46.n.37.cum ſeqq.Franch.dec.9.

Et proindè ſequuta recollectione, quæ in diſtrictu Urbis regulariter terminata eſſe ſolet de tempore Feſtivitatis NATIVITATIS
70 B. VIRGINIS MARIÆ, poſt illam diem conſtituendum eſt pretium, quo toto anni tempore debet vendi, habito reſpectu ad ſterilitatem, & ad ubertatem, ut admonet *Afflict. in tit. de Pace tenen.& ejus violat.in uſib.feud.§.Poſt Naſale in princip.ac nu.1.cum ſeq.Jo:Gryphiandr.d. Oeconom.legal.lib.1.cap.24.n.269.* ubi quod Magiſtratus tempore caritatis ſtatuere poteſt pretium frumento, & ſi Subditi taxam obſervare recuſant extraordinariè puniri poſſunt, *Larrea dec.11.n.45.vol.1.*

Reflectendum eſt, quòd injuſta taxatio pretii frumenti multoties operatur, quod augea-
71 tur penuria, nàm non obſtantibus pœnalibus, & rigoroſis Bannimentis publicari ſolitis contra traſportantes, & extrahentes frumentum, adhuc Subditi freti ſpe majoris pretii illud Exteris in confinio Status exiſtentibus vendunt, & aliundè traducunt, prout contigit de anno 1678.in quo cum in Urbe taxatum fuiſſet pretium frumenti in ſcutis ſex, & ſeptem re-
72 ſpectivè, totum frumentum alibi tranſportabatur, ubi cariùs vendebatur, itaut, neceſſe fuerit mediante alio Edicto augere pretium,& animadvertit *Amoſtaz.deCauſ.piis l.7.c.10.n.50.*

Operatur etiam, ſi vile,& modicum conſtituatur, quod Subditos molles, & otioſos red-
73 dat,& agrorum cultura deſeratur,& ſi exceſſivum illos in paupertatem, vel malos actus inducat,ut ponderat *Bor.deMagiſt.Edict.lib.3.c.14. n.131.Klocb.de contrib.c.1.n.368.cum duob.ſeqq.*

Hinc hujuſmodi taxatio facienda eſt cum grano prudentiæ, & judicii, nempè dumtaxat ſolum facta excuſſione, an in Patria, Provincia, ſeu Principatu frumentum, & alia victualia ſufficiant pro ſubſtentatione Subditorum, eo enim caſu cenſetur juſta, & ſancta, ſi arbitrata ſit juſto, & legitimo pretio, ut docet *Sola d. n.19.* Secùs autem ſi deficiant, nàm tunc, vel non eſt taxandum pretium, vel ta-
74 xatum circumſcribendum, & revocandum, vel augendum ad hoc ut Exteri invitentur ad conducendum frumentum ſpe majoris lucri, *Jo:de Platea in l.Modios in princip.C.deSuſcep.& arcar. lib.10. Petr.Greg.Sintag. jur.univ. par.3. lib.36.cap.30.n.4.Bobadil.Politic.l.3.cap.4.n.65.* quos refert, & ſequitur *Ybanez ad Covar. var. reſ.lib.2.c.3.n.46.in fin.Sola d.gloſ.6.ſub n.19.*ubi teſtatur,quod poſtquam in Sabaudia revocata fuerat præcedens taxatio tanta quantitas cibariorum ab Exteris inventa fuerit de an. 1588. quo vigebat penuria,ut egentibus,& emere volentibus non deficerent, & potiùs abundarent.

Cæterùm non convenit tempore penuriæ vendi res prout tempore abundantiæ, ſed tempore careſtiæ alteranda ſunt pretia, ut
75 cum *Bobadil.in Politic.l.3.cap.4.n.65. & Diana Reſol.moral.l.3.reſol.60.tit.6. miſcell.in fine*, advertit *Novar.deGravam.Vaſſal.t.1.gravam.118. nu.4.Larrea deciſ.11.nu.24.& 45.par.1.* ubi notat, quod ideò taxatio pretii non poteſt eſſe perpetua, ſed quolibet anno facienda, attenta varietate contingere ſolita in recollectione, & *Amoſtaz.de Cauſ.piis l.7.c.10.n.51.*

Niſi Populus ſit pauper, & non ſolvendo, nàm iſto caſu cum eundem effectum operetur defectus rei pro victu neceſſariæ,ac paupertas,
76 ſeu impotentia emptorum, proindè poterit taxari pretium in valdè minori quantitate, quàm communiter venditur *ad text. in l.1. §.Cura carnis ff. de Offic.Præfect.Urb.ibique DD. Tapia de Abundantia par.4. cap.1.remed.1.n.12.* & practicatum fuiſſe à *Tiberio*, teſtatur *Cornel. Tacit. annal. l.2. in fine*, ibi: *Sævitiam annonæ incuſante plebe ſtatuit frumento pretium, quod emptor penderet, binoſque nummos ſe adbibiturum negotiatoribus in ſingulos modios*. Quodque tàm Principi,quàm Univerſitatibus tunc competat hujuſmodi taxatio, duæ adducuntur rationes à *Tapia d.remed.1.n.13.*nempè una legalis, quod tempore neceſſitatis omnia efficiuntur communia, & altera œconomica, ſeu politica, quia ſi taliter non provideretur populus ſibi jus diceret propria auctoritate auferendo, & ſurripiendo per vim res ad victum neceſſarias,ex quo varia ſcandala facilè oriri poſſent. Quod tamen procedit,quando frumento extero non indigetur ex ratione ſuperius adducta.

Eadem ratione puplicę neceſſitatis compelli etiam poſſunt per Magiſtratum Cives, ſi facultates Annonæ non ſupperant, & imminente careſtia, ut unuſquiſque pro modo ſuarum facultatum tempeſtivè etiam à locis remotis
77 emat frumentum, & alia victualia, illaque in Civitate vendat ut firmant *Cenſal. in l. unic. n.26.C.Si quis Imperat.maledix. Knipſchil.de Jur. & privil.Civit.Imperial.lib.5.cap.21.n.26. Recc. de Officialib. tit.de Annonæ Præfecto §.7.nu.101. cum ſeq. Maſtril.de Magiſtrat. lib.3.cap.4.nu.96. cum ſeqq. A' Ponte de Poteſt. Proreg. tit.2. de Abundantia nu.6.juncto nu.9.cum ſeq.* ubi quod comprehenduntur tàm divites, quàm pauperes, & tàm magni, quàm infimi *Cobell. ad Bullam Boni Regim.cap.21.nu.26. Kloocb. de Ærar. lib.2.cap.81.n.19.Card.de Luca de Regal.diſc.44. n.16. Koppen dec.59.n.18.* ubi ſubdit, quod nec excuſantur ſub prætextu cujuſvis Privilegii *Urſell.concluſ.111.num.9. & Eminentiſs.D.meus Card. Corradinus de Prælationis Jure q.49. n.23.*

Vel ad mutuandam pecuniam, ut frumen-
78 tum, & victualia emi valeant, ut docent *Amaya in l.unic.nu.31.cum ſeqq. C.Ut nemini liceat lib.10.à Ponte d.tit.ſub eodem n.6.juncto n.9. cum ſeqq. Ripol.de Regal.cap.46.nu.5.cum duobus ſeqq. juncto nu.21. cum ſeq.* ubi quod deindè
79 paulatim Collecta impoſita, pecunia mutuata reſtituenda eſt *Rip. de Peſte tit. de Remed. præſervat.n.185.Amoſtaz.de cauſ.piis lib.7.c.10. nu.54.* ubi advertit, quòd pro ſolutione pretii frumenti priùs recurrendum eſt ad pecuniam publicam, & bona Civitatis, & in ſubſidium ad privatos eſt recurrendum pro pecunia mutuanda, & in primis ad Mercatores,

qui

Digitized by Google

qui ut plurimum totius pecuniæ burſas ha-
bent *Eminentiſs.Corradin.ubi ſuprà n.25*

Pariterque divites compelli poſſunt ad dan-
dam eleemoſynam egentibus tempore magnę
80 famis, & neceſſitatis, *Amaya in l.unic.nu.17.*
cum ſeq. C. Ut nemini liceat in emption. lib.10.
Cenſal.in l.unic.n.30. C.Si quis Imperator maled.
Sola in Conſtit.Saband.tit. de Edict.gloſs.9.nu.6.
Barboſ.de Offic. & poteſt.Epiſc.par.3. allegat.87.
a.4.*Maſtril.de Magiſtrat.lib.3.cap.4.n.95.* cum
aliis allegatis ſupra in *obſerv.ad Rubr.43.n.54.*
lib.3.cum ſeq.Jo:Gryphiand. in Oeconomia legal.
lib.1.cap.24.n.268.

Idque maximè incumbit Sacerdotibus juxta
81 diſpoſitionem *Concilii Cabylonenſis II.ſub* Leo-
NE III. *anno 813.can.8.apud Bimium to.6.Concil.*
pag.218. & apud *Philippum Labbejum Concil.*
to.7. pag.1274. ibi: *Oportet etiam ut ſi quando*
Sacerdotes fruges, vel quoſdam redditus terræ
congregant, & protelant, non ideò hoc faciant,
ut cariùs vendant, & theſauros congregent, ſed
ut pauperibus tempore neceſſitatis ſubveniant.
Faſtus de Ærario phraſe 1. ordin.9.

Deficiente verò tempore penuriæ ærario
tàm privato, quàm publico, tunc Princeps
tanquàm verus communis Pater conſulere
debet calamitati Subditorum, etiam median-
te diſtractione, ſeu liquefactione argenti, &
82 auri inſervientis propriæ munificentiæ, &
menſæ, convertendo illud in moneta, qua
mediante deindè ematur frumentum, aliaque
victualia, prout ſæpiùs practicatum fuit à Re-
ligioſis Principibus.

Et tàm Annonæ Præfectus, quàm omnes
alii boni Miniſtri, & Officiales ità Principi
83 conſulere debent, ut Subditorum neceſſitati-
bus occurratur, cùm experientia competrum
ſit, nunquam ſe ſe benè caput habere, cujus
cætera membra deſtituuntur, & nunquam
84 meliùs univerſæ Reip. integritatem ſervari,
quàm ſi talis ſit pecuniarum uſus, quale eſt in
humano corpore commercium ſanguinis, cu-
jus circulationis beneficio omnes fruuntur
partes, & aluntur, ut defendendo hujuſmodi
circulationem tenet *Riolanus in Exercit. Ana-*
tomic. de Circulatione ſanguinis, & priùs latiſſi-
mè *Gulielmus Harvæus* pariter *in ejùs Exercit.*
Anatomic.de Motu Cordis, & ſanguinis circulo,
qui *cap.14.* concludit, *cùm confirmatum ſit ra-*
tionibus, & ocularibus experimentis, quòd ſan-
guis per pulmones, & cor pulſu ventriculorum
pertranſeat, & in univerſum corpus impellatur,
& immittatur, atque in venas, & poroſitates
carnis obrepat, & per ipſas undique de circum-
ferentia ad centrum ab exiguis venis in majores
remeet; undè in venam cavam ad auriculam cor-
dis tandem veniat tanta copia, tanto fluxu, reflu-
xu hic per arterias, illuc, & illuc per venas huc
retrò, ut ab aſſumptis ſuppeditari non poſſit, at-
que multo quidem majori (quam conveniret nu-
tritioni) proventu neceſſarium eſt concludere,
circuiari quodam motu in circuitum agitari in
animalibus ſanguinem, & eſſe in perpetuo motu;
& hinc fieri actionem ſive functionem cordis,
qua pulſum peragit, & deniqne motus, & pulſus
cordis cauſam eſſe, & convincitur auctoritate
Hippocratis de venis n.17. ibi: *Venæ per corpus*
diffuſæ ſpiritum, & fluxum, ac motum exhibent,
ab una multæ geminantes, atque hæc una undè
oriatur, & ubi deſinet non ſcio; Circulo enim
facto principium non invenitur.

Poſſunt etiam compelli tempore penuriæ
Ruſtici, & Agricultores ad portandum gra-
85 num ad Civitatem *l. Pro locis C.de Annon. &*
*tribut.lib.10.*tradit *Ripol.de Regal.cap.46.a.17.*
Didacus Collantes de Avellaneda Commentar.
pragmat.in favorem rei frumentar.& agricolar.
lib.3.cap.13.ſub eodem a.1.circa med.Amoſtazz.
de Cauſ.piis lib.7.cap.10.n.57.& ſeq.

Secùs verò tempore abundantiæ videtur
ſervandum, cùm id tendat ſolùm ad gravan-
86 dum Subditos penſione horrei ultra alia
incommoda; vel ſi nolunt tranſportare ad
Civitatem tenentur reportare opportunam
licentiam, pro qua regulariter ſolvitur cer-
tum emolumentum, undè benè adaptatur,
quod iſto caſu Superiores mediante tali pro-
hibitione ligant, ut ſolvant.

Præcipuè etiam ad Annonæ Præfecti cu-
ram pertinet, ut crimen fraudatæ Annonæ
87 coerceatur, de quo eſt *tit.ff. ad Leg. Jul. de*
Annona.

Fraus autem in hac materia variis modis
committitur; & primò circa locum, nem-
pè ſupprimendo, & occultando frumentum,
88 & alia victualia, donec uſque cariùs illud
vendendi occaſio ſe ſe offerat *Menoch. de Arb.*
judic.lib.2.centur.4. caſ.384. nu.1.cum ſeq. ubi
quod taliter fraudantes puniuntur pœna ex-
traordinaria Judicis arbitrio *Maſſin. de Confiſc.*
q.18.nu.30.cum ſeq. juncto *n.154. verſ.Et ſi Ci-*
ves, ubi quòd poſſunt puniri etiam de jure
communi *Leotard.de uſur.q.24.n.39.cum ſeq.&*
Card.Gaſtal.de averten.& profligan.Peſte q.259.
n.7.cum ſeq. ubi admonet ſimiles Mercatores
eſſe inquirendos.

Et quod Barones priventur feudis cum
confiſcatione bonorum, alii verò ammiſſione
89 frumenti, & bladarum, ac ſolutione ſcuto-
rum quinque pro qualibet ſalma diſponitur
in *Bulla B.*PII V. *in 19.§.1.cum ſeq. &* CLEMEN-
TIS VIII. *in 49. §.2.* & advertit *Card. Gaſtald.*
ubi ſup.n.9.

Committitur etiam fraus circa locum, ſi
ad occultandum frumentum, & evitandam
pœnam impoſitam in Bannimentis publica-
90 tis de ordine Superioris, & Magiſtra-
tus ſæcularis retineatur, & vendatur in loco
ſacro, & exempto, nam idem eſt, ac ſi tra-
ductum eſſet extra Territorium, cum paria
ſint locum eſſe extra territorium, & in loco
territorii exempto, ut plenè comprobat *Sola*
ad Conſtit. Saband.tit.de alienat.bon.min.gloſs.2.
n.28. & in tit. de Edict.annonæ gloſs.8. ſub a.3.
cum ſeq.

Quod comprobatur à ſimili de Statuto
Laicali diſponente circà ſolemnitates ſervan-
das in teſtamentis, quòd non habeat locum
in

in teſtamento condito in loco ſacto firmant
91 *Rol.conſ.33.n.2. in fin.ver.Nec obſtat,ac nu.ſeqq.*
vol.2.Nat.conſ.643.n.1.cum ſeqq.to.4. quos ſe-
quuta eſt *Rot. in Rec.dec.9.n.11.cum ſeq.* juncta
dec.193.n.14.cum duob.ſeq. par.9. Quoties ta-
men agatur de Statuto odioſo requireute ma-
92 jores ſolemnitates,quàm jus commune; ſecùs
verò ſiStatutum ſit favorabi!e,utpotè quia mi-
nuantur per illius diſpoſitionem ſolemnitates
Juris,tunc condens teſtamentum in loco ſacro
juvatur ejus favorabili diſpoſitione per mo-
dum privilegii,ut declarando concordantibus
relatis, reſpondit *Rot. cor. Cerro dec.276. nu.4.*
cum ſeq.

Tunc verò recurrendum eſt ad Judicem Ec-
cleſiaſticum , qui debet frumentum à loco ſa-
cro extrahi , & conſignari facere Magiſtratui
93 laico, ut Annona provideatur *Novar.Pragm.*
*de Annona collectan.7.n.2.cum ſeqq.*quem ſequi-
tur *Maſſin.de confiſc.q.18.n.24.* ubi etiam *n.25.*
cum ſeqq. auctoritate *Sac.Congregationis Immu-*
nitatis firmat debitores fraudulentos ad Ec-
cleſiam confugientes cum bonis non debere
94 per multum tempus tolerari , ſed eſſe ab ea
ejiciendos ; necnon debitores in præjudicium
creditorum non poſſe aſportare bona ad Ec-
cleſiam , & loca ſacra , & aſportata de man-
95 dato Epiſcopi conſignanda eſſe Judici laico ,
ut adjudicentur cui de Jure,& utramque con-
cluſionem firmat *Panim.in annot.1.cum ſeq. ad*
deciſ.87.

Secundò committitur fraus de re ad rem ,
ut puta ſi prohibita exportatione frumenti
96 exportetur farina , vel panis tanquam res di-
verſæ , dùm ſecundum mentem Legislatoris
contineatur etiam farina, & panis, cum finis,
& effectus ſit inſpiciendus, non autem ſuperfi-
cialiter verba *Borel.de Magiſtrat.edict. l.3.c.14.*
n.53.cum duob.ſeqq.Ciriac.cont.468.n.26.& 28.
Cobell.ad Ballam Boni Regim. cap.21.nu.75.Sola
cit.gloſs.8.n.5. Farinac.fragment.par.1.in verbo
Bannimenta n.47. & 48.Boer.dec.177.n.2.& 5.
Guidop.ap.dec.373.& hanc opinionem tanquam
veriorem rejecta contraria , quam præceteris
tenet.*Antunez Portugal.de Donat.Reg.par.3.c.34.*
n.19.t.2.& par.2.lib.1.cap.10.n.70.to.1. diſtin-
guendo inter propriam , ac ſtrictam ſignifi-
cationem verbi , *frumenti* , & identitatem ra-
tionis, ſecundùm mentem Legislatoris docet
Lagunez de fruct.par.2. cap.1.§.3.n.63.cum ſeq.
ſequitur *Sperell.dec.13.n.15.verſ.Affirmativam*
autem .

Tertiò de perſona ad perſonam, ut ſi alicui
generi perſonarum prohibitum ſit emere gra-
97 num, illud occultè , & clàm per interpoſitam
perſonam ſuppreſſo illius nomine ematur *So-*
*la d.gloſ.8.n.6.*proue contigit in Vrbe ubi pro-
98 hibitum eſt diverſis emere in Foro Campi
Floræ,ut in *Bànnimento Generali Eminentiſſimi*
Camerarii ſuper Abundantia cap.13. ibi : *Neſſun*
Pizzicarolo, Orzarolo, Albergatore, Vettorino ,
Mulattieri, Treſtacavalli, o Rivenditore ardiſchi
di comprare , nè per sè , nè ad iſtanza di qualſi-
voglia perſona, orzi , fave, nè altra ſorte di bia-
de in Roma, cioè nella piazza di Campo di Fiore,
overo in barca, ma ſolo in Magazeni, purche non
ſia ſtato fatto in fraude per contravenzioni tra
di loro inanzi, nè fuori di Roma per ſpazio di 24.
miglia ſenza eſpreſſa licenza noſtra , o di Monſi-
gnor Prefetto dell'Annona ſotto pena di 25. ſcu-
di, e perdita della robba comprata, e tre tratti di
corda,& in cap.19. ibi : *Neſſun Miſuratore, Fac-*
chino , o portatore di grano poſſa comprare per ſe
ſteſſo,nè per altra interpoſta perſona alcuna quan-
tità di grano , fave, orzo, nè altre ſorti di biada
in Campo di Fiore, nè accoſtarſi alli ſacchi ſin tan-
to che ſarà convenuto del prezzo tra li contra-
*henti:*quę prohibitio præ cæteris innovata fuit
in Bannimento, ſeu ordinationibus Eminentiſſimi
Camerarii obſervandis in venditione , & em-
ptione frumenti , & bladarum in Campo Flo-
ræ Vrbis ſæpiùs publicatis, ibi : *Item ſi coman-*
da,che nella piazza di Campo di Fiore non ardiſca
alcun Fornaro , Ciambellaro , Vermicellaro , o
Paſticciero , nè altri per eſſi comprar grani ſotto
pena di ſcudi venticinque per rubbio,che ne com-
praſſero , & altre pene ad arbitrio di Monſignor
Prefetto , e della perdita del grano , nella qual
pena incorrano ancora quelli, cho lo compraranno
per accommodare detti Ciambellati,Vermicellari,
e Paſticcieri .

Quartò de contractu ad contractum , vide-
99 licèt , ſi prohibitus emere , acceptet titulo
donationis , occultando verum contractum
Sola d.gloſ.8.ſub n.6.verſ.Quartò .

Si tamen prohibita ſit emptio , & incepta ,
quæ ſonat idem , ac monopolium facere ut
ſentit *D. meus Raynaldus in ejus obſer. criminal.*
cap.5.§.4.n.45. tom.1. non cenſetur prohibita
datio in ſolutum dummodò debitum præce-
100 dat prohibitionem , nam tunc ſubſequens
datio in ſolutum tanquam neceſſaria alienatio
non comprehenditur ſicuti non comprehen-
deretur alienatio judicialis,mediante delibe-
ratione , ut latè comprobando tenet *Sola in d.*
tit. de Edictis Annonæ, gloſ.5.n.11. Verùm ad-
verte, quod tunc cenſebitur neceſſaria aliena-
tio,ad evitandam pœnam inflictam ementibus
granum ad effectum revendendi,quando datio
in ſolutum facta ſit à Judice pro executione rei
judicatæ,vel mandati, ſecùs autem quando eſt
voluntaria non impellente Judice,cum illo ca-
ſu vicem venditionis obtineat ut ſequendo
Mex.in pragm.pan.concluſ.1.n.128. declarat *Ce-*
ned.Canonic.qq.quaſi.33.n.14.verſ.Tamen .

Quod non procedit , quando in Edicto ,
ſeu Bannimento expreſsè prohibita legitur
101 etiam datio in ſolutum,prout in *Bannimento*
Eminentiſſimi Camerarii ſuper Annona Urbis
publicato die 12. Julii 1684. ibi , *Che per l'av-*
venire non poſſano , nè debbano incaparrare , in-
cettare,nè dar denari ſopra grano al prezzo della
Camera , nè à patto fermo avanti , che ſiano rac-
colti i grani , nè pigliarlo in pagamento da loro
Sudditi , o debitori in qualſivoglia tempo, ancor-
chè lo compraſſero,e pigliaſſero in pagamento per
uſo proprio , e vitto delle proprie perſone, e fami-
glie : Idemque diſponitur quoad ordeum, bla-
das ,

Digitized by Google

das, & legumina. Ibi, *Item proibiamo, che neſ-*
ſuna perſona di qualſivoglia Stato, come ſopra
ardiſca, o preſumi incettare, nè dar denari per
orzi, & altre ſorti di biade, e legumi al prezzo
della Camera, nè à patto fermo, nè quelli pigliare
in qualſivoglia tempo, e modo in pagamento, etiam
che foſſe per uſo loro ſenza licenza di Monſignor
Prefetto dell'Annona, quod quidem valet ad
evitandas fraudes contra cumulantes frumen-
102 tum ultra uſum proprium, ut dixit *Bertaz.*
conſ.crim.87.ſub nu.2. verſ.Et non tantum cum
ſeqq. quem in terminis ſimilis Bannimenti
Gubernatoris Marchiæ ſequitur *Maſſin.de con-*
fiſc.q.18.nu.82.cum ſeq. durum tamen videtur,
quando verè, & realiter prædicta inſerviunt
pro uſu proprio, abſque ulla mixtura nego-
tiationis, cùm exindè nullum præjudicium
reſultet, nec publico, nec privato, ſed potiùs
commodum, & utilitas.

Quintò de tempore ad tempus, prout de
eo, qui tempore fertilitatis mutuò dat Ruſti-
cis, & Agricultoribus granum, & ſtudiosè
103 illius reſtitutionem protrahit blandis verbis
in tempus penuriæ *ad Text.in l.Nulli ubi gloſs.*
C.de Erogat.milit.Annon.lib.12.Sola d.gloſ.8.n.6.
verſ.Quintò.

Sextò de menſura ad menſuram, ut ſi emendo
recipiat in maiore, & vendendo minore men-
104 ſura fraudulenter utatur, nam tunc incurrit
pœnam falſi, *l.penult.ff.de falſis, Sola cit.gloſs.8.*
n.7.Franch.Marc.dec.279.n.1.cum ſeq.

Notandum in propoſito, abuſus quod in-
105 troductus à quibuſdam Miniſtris Annonæ
Vrbis occaſione menſurationis frumenti em-
pti in præjudicium venditorum uſque ad ſum-
mam rubrorum decem circiter pro centena-
rio ſublatus fuit à *cl.mem.Card.de Cavaleriis*,
dùm Annonæ Præfecturam exercebat, & re-
dactus modus menſurandi ad ſuam juſtitiam,
106 quamvis regulariter valdè differat menſu-
ratio facta cum menſura vulgariter nuncupa-
ta *Quarta battuta*, ſeu *Rubbiatella*, qua utitur
Annona emendo ab illa menſura nuncupata
Quarta leggiera, ſeu menſura Campi Floræ,
ut etiam animadvertit *Rot. coram bo:me:Bichio*
dec.37.ſub n.20.par.1.

Septimò de ſpecie ad ſpeciem, nempè ſi mi-
ſceatur frumentum corruptum cum bono, &
107 incorrupto, nam taliter vendens dicitur
Mercimonii falſator, & poteſt puniri cùm ſit
nocivum humanæ ſaluti, & id tendat in maxi-
mum Reip. damnum, ex quo Emptores gra-
vantur, & falluntur contra regulas bonæ fidei
in hoc contractu intervenire debentis *dicta l.*
penult.ff.de Falſis tenet *Amaya in l.1. nu.4.cum*
ſeqq.C.de condit.in hor.public.lib.10. Rocc.de Of-
ficial.tit.de Annona Præfecto §.7.n.113.cum ſeq.
Vrſel.concluſ.in verbo Annona concluſ.111.n.15.
ubi quod poteſt puniri arbitrio Judicis *Menoc.*
de arbitr.judic.caſ.382.n.1.cum ſeq. lib.2.cent.4.
Sola d.gloſ.11.n.3.Maſſin.de confiſc.cit.q.18.n.27.
A Ponte de poteſt. Proreg.tit.2.de Abundantia
n.21.Franch.dec.540.n.16.

Offenditur enim illa bona fides, quæ in con-
tractu venditionis concurrere debet, & ope-
108 ratur contra Jus naturale, dùm quis cùm
alterius damno locupletatur, ac contra Juſti-
tiam commutativam, quæ æqualitatem in re,
& pretio exigit, undè cùm hujuſmodi dece-
ptio contineat peccatum etiam in foro Con-
ſcientiæ, venditor tenetur, reſarcire damnum,
ut pleniſſimè comprobando firmat *Amaya in*
d.l.1.n.9.cum pluribus ſeqq.juncto n.17.

Vndè Annonæ Præfectus ordinare poteſt,
quod projiciatur, & publicè concremetur, ut
docet *Rocc.ubi ſup.n.112.& ſub n.114.*

Declarata 1. procedere, quando ita commi-
ſcetur, incorporatur, & confunditur, ut fraus
109 diſcerni non valeat; ſecùs ſi mixtura pateat,
& dignoſci valeat, cum iſto caſu ſcienter con-
trahens dolum, & fraudem allegare nequeat,
ut declarat *Amaya in d. l. 1.nu.15. cum ſeq.Sola*
allegat.gloſſ.8.nu.9.

Declara 2. quando commixtio eſt talis, ut
non poſſit dari ſeparatio corrupti ab incorru-
pto, & apparet factam cum dolo, alioquin
110 non intrat pœna *Vermigliol. conſ.335. nu.13.*
cum ſeqq.Maſſin.de Confiſcat. dicta quaſt.18. n.19.
verſ. credo.

Declara 3, quandò quantitas corrupta eſſet
magna, ſecus ſi modica; adeò ut humanis cor-
poribus non poſſet afferre nocumentum, ut
111 declarat *Guazzin. ad Defenſ. Reorum defenſ.*
33.c.9.nu.5.verſ.Ac etiam quandò.

Limita in frumento Publici, ſeù Fiſci, cui ex
ſpeciali privilegio permiſſum eſt illud vetuſta-
112 te corruptum, quod citrà magnum dam-
num vendere de per ſe non poſſet, aliis ſpecie-
bus frumenti immiſcere, & taliter immixtum
vendere, ut *per text.in l.1.C. de Condit. in horr.*
public. lib.10. firmant *à Ponte de poteſt Proreg.*
d. tit.2.de Abundantia Civitatis.nu.17.cum ſeqq.
Sola cit.gloſſ.8.nu.8. Knipſchild. de Jurib. & pri-
vil. Civit. imperial. lib.5.c.21. nu.23.in fine cum
ſeq. & quòd Annonæ Præfectus cogere valeat
eos, qui panem pro Communitate conficiunt
ad emendum frumentum publicum licèt vitia-
tum, dummodò tamen non ſit ita vitiatum,
ut nociturum ſit ſaluti comedentium, quia
publicè expedit, quòd explanetur vetus ne
novum poſſit ad utilitatem publicam reponi;
ſecus autem procedit in frumento privato-
rum, in quo ceſſat publica utilitas, & concur-
rit damnum publicum tàm ratione pretii,
quàm malæ qualitatis, ut reſpondit *Paſqua-*
lig.QQ.moral.canon.cent.4 q.314.nu.1.cum ſeqq.
ubi *in fine* ſubdit, quod poterit tamen Præfe-
ctus Annonæ gratificari Amico habenti fru-
mentum de præſenti quidem ſine vitio, ſed
cujus corruptio timetur, ſi citò non conſuma-
tur, ac tale frumentum diſtribuere juſto pre-
tio conficientibus panem pro Communitate,
nam in hoc ita gratificatur Amico, ut tamen
nulli præjudicetur; ſi quidem ementes nullum
damnum patiuntur, nec fiunt obnoxii peri-
culo, quod frumentum corrumpatur, dum ſta-
tim ab ipſis conſumendum eſt.

Verùm advertendum eſt diſpoſitionem *d.*

leg.

leg. primæ , C.de Conditis in horreis publicis non
loqui de venditione frumenti Publici , Princi-
115 pis , ſeù Fiſci , ſed de frumento in horreis
publicis repoſitò ex collatione Provincialium
tanquàm Cannnem frumentarium tradito ad
effectum illud juxta ſolitum in eadem ſpecie
populo dandi , vel in pane coſto diſtribuendi,
prout gratuitò , & ex munificentia , ac libe-
rali largitione *Imperatoris* etiam ante Impe-
rium *Valentiniani* , & *Valentis* Conditorum *d.
legis primæ* practicabatur , & proindè non mi-
rum ſi ſtatutum fuerat , quòd prius expende-
rentur vetera , & deinde nova frumenta , & ſi
fortè vetera corrupta fuiſſent novorum com-
mixtione tale vitium corrigeretur , nàm cum
Imperatores populo tale beneficium munifi-
centes exhiberent , liberum eis erat deman-
dare hujuſmodi commixtionem abſque eo
quod populus conqueri valeret , cum poſſent
ſe abſtinere à traditione , & conſequenter di-
ſpoſitio prædictæ *leg. primæ* non eſt trahenda
ad contractum venditionis , & ad alios ex-
traneos actus , in quibus neceſſitas , & obli-
gatio cadit , ut examinato articulo doctiſſimè
firmavit *Amaya loc. mox citato n.22. cum ſeqq.*

Cæterùm ſive vendatur , ſivè donetur talis
commixtio eſt prohibenda , ne detur materia
116 delinquendi Miniſtris habentibus curam
publicorum horreorum nam ipſi ſpe lucri alle-
cti, poſſent ad eorum privatam utilitatem ta-
lem commixtionem facere , ac etiam ne ſalus
humana detrimentum patiatur , quæ ex cor-
rupta Annona probabiliter timeri valet , ut
optime advertit *Urſell.concluſ. in verb. Anno-
na nu.*17. ubi admonet tempore penuriæ me-
lius eſſe tàm divites , quàm paupetes ad ſub-
veniendum neceſſitati pro modo facultatum
collectare , quàm bona cum corruptis immi-
ſceri , & concordantes adducit .

Octavo in pretio , circa quod eſt advertten-
dum pretium juſtum , & naturale eſſe arbitra-
rium , utpotè nulla lege coarctatum, ſed quod
117 habet latitudinem juſtitiæ , quæ in tribus
conſiſtit, videlicet in uno extremo rigido, alte-
ro pio , medio verò moderato , adeout res ,
quæ juſte venditur pro decem , juſte quoque
venditur prò novem , & undecim ut in ſpecie
docet *Ripol.de Regal.cap.46.nu.39. cum ſeqq.*

118 Et juſtum dicitur, quod currit *Sola ad Con-
ſtit.Sabaud.tit. de Edict. Annon. gloſſ.9. ſub nu.3.*
119 vel quod eſt taxatum à Principe, à Lege, vel
à Judice , *l. 1. §. cura carnis , ubi Bart. & DD.
ff. de Off. Præfect. Urb.* & plena manu cumula-
tis concordantibus firmat , *Giurb. obſeru. 1.
n.15.verſ.juſtum* .

Taliter enim taxatum pretium omninò eſt
attendendum abſque eo quod poſſit excedi
120 *Rip. de Remed.contra peſtem ſub nu.*198. cum
aliis quos , refert , & ſequitur *Maſſin.de Confi-
ſcat.quæſt.18. n.157. in fine cum ſeq.* licet vilius
121 ſit , dùm taxatio facta fuit tempore neceſ-
ſitatis , ut firmat *Giurb. dicta obſeru. 1. nu. 22.
verſ. quiſquis* .

Etiam ſi majus pretium ab Exteris inveni-
retur , ut tradit *Maſſin.d.quæſt.18.nu.156. cum*
122 *duobus ſeqq.* Vendentes enim ultra pretium
taxatum à Principe , Statuto , ſeù Magiſtratu
ultra quod mortaliter peccant , & tenentur ad
123 reſtitutionem, *Maſſin.de Confiſcat, cit. quæſt.18.
nu. 174. cum ſeq.* & cumulatis concordantibus
firmat *Sperell.deciſ.13.nu.10.verſ.undè.* Poſſunt
extraordinariè Judicis arbitrio tanquàm vio-
124 latores pacis puniri *à Ponte de Poteſtat.Pror.
tit.2.de Abundantia nu.18.Menoch.de Arbitrar.
jud.lib.2.centur.4.caſ.384.nu.4. Borell. de Magi-
ſtrat.edict.lib.3.cap.14. nu.128.*

Declara prædicta procedere ſi ignoranti
taxationem pretii frumenti pluris vendatur
125 cum tunc fraus committatur *Sola in d. gloſſ.
8.nu.10.verſ.octavo* : ſi vero vendatur ſcienti ,
tunc non intrat pœna Juris communis , ſed
pœna Edicti , quatenus in eo adiecta legatur,
ut declarat *Sola ubi ſupra nu.11.verſ.ſi vero* .

Eadem fraus committitur ab eo, qui quam-
vis ſciret determinatam fuiſſe legem taxatio-
nis , & brevi publicaturam , prævenit ven-
126 dendo ignoranti hujuſmodi futuram legem ,
nam dolo alium inducere videtur ad contra-
hendum , & proinde omne damnum reſarcire
tenetur emptori , ut docet *Sola eadem gloſſ. 8.
nu.10.verſ. octavo* pleniſſime *Giurb. obſervat.1.
nu.23.cum ſeqq.Franch. deciſ.399. nu.20. Larrea
deciſ.11.nu.55.cum ſeq.*

In propoſito circa pretium admonendos eſſe
cenſeo Miniſtros Annonæ , ne frumentum ,
quod in diſtributione taxatum fuit Piſtoribus
127 cariori pretio , nempè Bajoccaoribus ad ra-
tionem ſcut.ſeptem cum dimidio, & Decinan-
tibus ad rationem ſcut. novem , prout in Ur-
be practicatur in caſu deeotionis occupetur
idem frumentum pro pretio currenti valdè
minori in computum crediti Annonæ , cum
id redundet in grave damnum , tàm Piſtoris
debitoris , quam ejus creditorum , & adver-
ſetur æquitati conſtituendo, quaſi eodem tem-
pore diverſum pretium eidem rei inter eaſdē
perſonas , & locupletando Annonam cum
aliena jactura, dùm idem frumentum, quod oc-
cupatum fuit viliori pretio, iterum diſtribuat
Piſtoribus priori pretio rigoroſo , quamvis de
rigore Juris videatur poſſe ſuſtineri , utpotè
quia per taxationem pretii , & traditionem
perfectus fuerit contractus , & translatum do-
minium in Piſtorem , & conſequenter idem
Piſtor effectus fuerit debitor pretii taxati , ad
cujus ſolutionem non tenetur Annona recipe-
re frumentum repertum in horreo debitoris
pro majori pretio currentis ,

Si verò concurrat alius , qui tradidit fru-
mentum Piſtori abſquè conventione pretii ,
an poſſit vendicare ſuum frumentum quàmvis
128 cum alio commixtum , an potiùs amiſerit
per commixtionem illius dominium vide *tex.
in l.Idem Pomponius 5.ff. de Rei vendic.§.Si duo-
rum Inſtit.de Rer.diviſ.Leotard.de Uſur.p.95.n.9.*

Nonò committitur fraus , ſi exponentes
frumentum venale in ſummitate ſacci bonum,
129 in media , & in infima parte verò corru-

ptum ponant, à quo ſe abſtinere debent, ut
advertit *Kocben. de Jure vicinia par. 2. cap. 4.*
num. 10.

Hinc Agricolæ, aliique deferentes frumen-
tum, & blada in Foro Campi Floræ Urbis, ſi
130 taliter deliquant puniuntur juxta diſpoſi-
tionem *Bannimenti Eminentiſſimi Camerarii ſu-
per Abundantia Urbis*, ibi: *E ſe neſſuno ardirà
miſtirare grano marcio, ò in modo alcuno guaſto,
e puzzolente, ò le conciature, terra, pula, ò al-
tre immonditie nel grano buono, ò uſarà fraude
in metterlo in fondo, ò in mezzo del ſacco, ò muc-
chio, incorra nella perdita del grano, fruſta, ber-
lina, galera ſecondo la qualità delle perſone*, &
juxtà Ordinationea ejuſdem EminentiſſimiCa-
merarii ſervandas in emptione, & venditione
grani, & bladarum in Campo Floræ, ibi: *Che
neſſuno ardiſca portare à vendere in detta piazza
grano, ò biade, che non ſiano della medema qua-
lità nel fondo del ſacco, come nella bocca ſotto
pena della perdita d'eſſo, e di ſcudi cinque per
ciaſcun ſacco.*

Decimò committitur fraus ab iis, qui ad
forum accedunt offerentes majus pretium An-
131 nonæ, quam revera illius, tùnc ſit juſtum,
& commune pretium, ut ipſi granum cumu-
latum, quod habent plus juſto pretio vendant,
nam illi dicuntur ponere ignem in pretio, vel
impoſturam facere, & tanquàm Authores
arctioris Annonæ plecti poſſunt pœnâ ſtellio
narus. *Bart.in l.1. §. item ſi quis ff.de Crim.ſtel-
lion. Sola d.gloſſ.8.nu.13. Franc.Marc. decif.540.
num.44.*

Ejuſmodi ſunt carò ementes frumentum,
ut poſteà aliis carius vendant, contrà quos
132 traſmittendos eſſe Commiſſarios docet *Cen-
ſal.in l.unic. nu.18.cum ſeqq. C. Si quis imperat.
maledix. Urſel. Concluſ. in verbo Annona con-
cluſ.111.nu.24.*ubi ſubdit, quod hoc delictum
eſt punibile, & adrò grave, ut ſervi, mulie-
res, & familiares ad accuſandum admittan-
tur juncto *nu.42.*

Undecimò fit fraus, ſi prohibiti emere in
Foro Annonam antè certam boram, egreſſi
133 ab Urbe eunt obviam illam adferentibus
extrinſecus empturi, quod ſibi intrinſecus
interdicitur, ut tradit *Sola dict.gloſſ.8. in fine*,

Duodecimò committitur fraus emendo
triticum, ordeum, legumina, & omne genus
frumentorum, & frugum ultra proprium, &
134 ſuarum familiarum unius anni uſum, &
ideò incurrunt pœnas, de quibus in *Bulla* Gre-
gorii XIII. *incipiente Inter multiplices inſer-
ta inter ejus Bulla 49.§.4.in fine*, ac in *Bannimen-
to Annonæ Urbis* ſæpe publicato, & præſer-
tim *die 12. Julii* 1686. §.4. & tradit *Maſſin. de
Confiſcat.d.qu.18.nu.86.*

Et licet contractus emptionis non ſit de ge-
nere prohibitorum, attamen ex cauſa poteſt
135 prohiberi emptio frumenti, ultra uſum
proprium, ne aliis carius, & difficilius fiat
late *Cnnd.Canonic.qq.quæſt.33.in princ.& nu.1.
cum ſeqq.* ubi cumulatis concordantibus *ſub
nu.3.*firmat Legem, & Statuta id prohibentia,
non ſolum Laicos, ſed etiam Eccleſiaſticos
ligare in foro conſcientiæ, & reſpondit *Sacr.
Conſilium.Neapolitanum* penes *Revert.dec. 217.
ibique Donat. Anton. de Mariis.par. 1.* unde
emens frumentum in tanta quantitate, quæ
veriſimiliter ſuæ domus victui neceſſaria non
ſit, & ex qua careſtia in Rep. ſucceſſura ſpe-
ratur incurrit pœnam impoſitam contra
ementes frumentum ultra uſum proprium ad
effectum revendendi, etiamſi revenditio con-
ſumata non ſit ut tenet *Cnnd. Can.qq.quæſt.33.
nu.7.*ubi etiam ac *nu.ſeq.*firmat, quòd pœnam
incurrit quamvis emeret non animo reven-
dendi, ſed intentione ea elargiendi Pauperi-
bus, quoties emptio, & coacervatio magna
eſſet, & penuriam induceret, tanquam à re
illicita abſtinendum ſit, licet ex cauſa ſubve-
niendi Pauperibus.

Notandum, quòd ſi quis emerit frumen-
tum pro uſu proprio, & illud poſteà non con-
136 ſumpſerit, utpotè quia ex accidenti muta-
vit propoſitum, poterit hujuſmodi frumen-
tum vendere abſque eo quod contraveniſſe
dicatur Statuto, Legi, vel Conſtitutioni pro-
hibenti emptionem frumenti ad effectum re-
vendendi, cum attendatur deſtinatio, non
autem quod ex accidenti evenit, juxta *doctri-
nam Bart.in l.Cætera §.ſed ſi ſeparavit. ff. de Le-
gat.1.* reſpondit *Ruit. conſ.73. nu. 5. verſ. pri-
mum cum duobus ſeqq. vol. 2. Gutierez. Pract.
qq.lib.2.qu.181.nu.15.Cnnd.d. quæſt.33. nu.13.*
ubi ſubdit procedere, dummodo conſtet de
primo propoſito, quod ſcilicet uſus ſui cauſa
emerit.

Prout etiam poteſt quis triticum bonum
pro ſuo victu emere, & vendere aliud inferio-
ris conditionis in propriis prædiis recolle-
ctum, & è contra, ſi magis expediat, poteſt
bonum vendere pro majori pretio, & emere
pro ſuo victu aliud non æque bonum, ſicuti
facere ſolent pauperes Ruſtici, cum iſtis caſi-
bus ceſſet animus fraudandi legem, & cupidi-
tas lucri non concurrat, ſecus ſi ob ſolam cu-
piditatem lucrandi id fieret ut tenet *Cnnd.
Canonic.qq.quæſt.33.nu.10.verſ.huic tamen, &
nu.11.verſ.ex quibus infert.*

Decimotertiò committitur fraus emendo
tantam quantitatem frumenti vili pretio, il-
ludque cumulando, ut Pauperes, qui aliundè
137 frumentum venale non reperiunt, neceſſitate
ducti ab iiſdem divitibus eo pretio emere co-
gantur, quod venditorum ipſorum avaritia
affectaverit; Iſti enim puniuntur pœna am-
miſſionis frumenti, aliiſque pœnis ex *adductis
ſupra nu.* 88. Barones verò quacumque digni-
tate etiam Epiſcopatus, & Cardinalatus fun-
138 gentes, qui ad hunc effectum ultra uſum
proprium Subditorum ſuorum frumenta,
aliaque blada emunt privatione feudorum,
aliiſque pœnis puniuntur à B. Pio V. *in ejus
Bulla la 19. §. 1. cum duobus ſeq.* innovata per
Clementem VIII. *in Bulla in ordine la 49. §. 1.
cum ſeq.* ut tradit *Maſſin. de Confiſcat. quæſt. 18.
nu.85.cum ſeq*, & dictum fuit ſupra *nu.*88.& de
inicu-

ineuntibus Societatem, & Conſilium, ut An-
nona carior fiat, nàm crimen fraudatæ An-
139 nonæ committunt qui contra eam faciunt
doloſè impediendo abundantiam, & quo mi-
nus juſto pretio victualia vendantur ex *text.*
in l.Lege julia, ff.ad Leg Jul.de Annon.l.Anno-
nam.ff. de Extraord. crim. Rocch. de Offic. tit. de
Annonæ Præfecto §.7.nu.74.Struvius in ſua diſ-
*ſert.de Annona aphoriſ.26.*ubi refert caſus, *&*
*aphoriſ.28.*ponit pœnam impoſitam hujuſmo-
di fraudatoribus, *Borell.de Magiſtrat. Edict.l.3.*
c.14.nu.95. in fine cum ſeq.

In flagellanda enim Annona nihil fraudu-
lentius, nihil iniquius iſtorum Monopoliorum
per *text.in l.unic.C.de Monopol.* ut in ſpecie ad-
140 monet *Hippolitus à Collibus Increment. Urbis*
cap.21.verſ.cæterum Carpzov.lib.1.reſponſ.41.&
dictum fuit ſuprà in *Obſerv.ad Rubr.30. nu.22.*
cum ſeq. hoc eodem lib. 4. ubi etiam de variis
modis, quibus ea committuntur.

Tales fraudulenti homines *Dardanarii* no-
mine appellabantur à *Vulpiano in l. Annonam*
141 *ff. de Var. & extraordin. cognit. Menoch. de*
*Arbitr.Judic.lib.2.centur.4.caſ.384.*nomen de-
ſumendo à *Dardano* quodam profligatiſſimo
Mago, qui maleficis artibus Annonam in
granaria ſua avertere, menſuras in admetien-
do minuere ſolitus erat, ut docet *Martin.Nau-*
rath.in Addit.ad Hippol.à Collib.Increm.Urbium
ſeu de cauſis magn.Urbium c. 21.verſ.Dard.Card.
Gaſtald. de Averten. & profligan. peſte qu. 259.
nu. 13. ubi admonet fraudes Dardanariorum
ſolertium inquiſitione eſſe detegendas, &
mox graviter puniendas *Jo: Gryphiandr. Oeco-*
nom.legal.lib.1.cap.24.nu.254. Kloch. de Contri-
but.cap.1.ſub nu.358. cum ſeqq. Vel à Dardano
quodam, qui ſolus omnia emebat dando an-
tè denarios, ut carius venderet *Borell.de Ma-*
giſtrat. Edict.lib.3. cap.14. nu.96. & Kloch. ubi
ſupra.

Hodiè verò nuncupantur Seplaſiarii, Fla-
gellatores, & Monopolæ, qui Annonam at-
tentant, & vexant coempta victualia ſuppri-
142 mendo, ac juſto pretio vendere recuſando,
minus uberes proventus expectando, ut notat
Naurath.loc. mox.cit. Jacobus de Collantes Com-
mentar.pragm. in favorem rei frumentariæ lib.3.
*cap.14.nu.1.*ubi etiam agit de pœna, qua ple-
cti debent pleniſſime *Mancipia de Fame, Anno-*
na, & Dardanariis cap.3.impreſſ. penes Henrig.
*de Molend.*ubi de eorum origine, delictis, &
pœnis, quibus debent puniri *Leotard. de Uſur.*
quæſt. 24. nu. 39. qui cum *Binsfeld* illos vocat
Lupos, & à Republica, & templo eiiciendos
Kloch.de Contribut.cap.1. ſub.nu.360. ubi quod
coercentur crimine Stellionatus, & ſubdit,
quod hæc flagellatio Annonæ eſt ſpecies tyra-
143 nidis; unde eorum granaria poſſunt aperiri
ut docet *Cenſal. in l. unic. nu.18. cum ſeqq. C. Si*
*quis Imperator.maledix.*ac pœna extraordinaria
144 Judicis arbitrio plectendi ut per *tex.in l.An-*
nonam ubi Bart.& Angel.ff.de Extraordin.crim.
*& Menoch.de Arbitr.Judic.caſ.384.nu.1.*firmat
Cobell.ad Bullam Boni Regim.cap.21.nu.60.

Concurrente tamen juſta cauſa, utpotè exi-
gente publica utilitate, vel neceſſitate, ali-
145 quando Princeps Monopolia inſtituere po-
teſt, vel aliis concedere, ut in ſpecie notat
Strun.in ejus Diſſertat. juridica de Annona apho-
riſm. 29.verſ. juſta, Jo:Gryphiandr.Oeconom. le-
gal.lib.1. cap.24. nu.281.verſ. quod licet in ſe ſit
iniquum, ubi pro publica utilitate enumerat
ſolutionem æris alieni, niſi Cives exinde ma-
gnam rerum ſuarum jacturam ſentiant; Et
quod ſi timeatur penuria danda ſit aliquibus
licentia frumentum emendi ad effectum illud
146 conſervandi pro indigentiis Annonæ docet
Kochen de Jure Viciniæ part.2. capit.4.ſub n.40.

Hujuſmodi legibus non ligatur Princeps
qui proinde poteſt emere frumentum, ut Sub-
147 ditis vendat, non quidem pro eodemmet,
vel minori pretio, quo emit, ne Ærarium pu-
148 blicum detrimentum patiatur juxta *text. in*
l.Nondebere, ibi, *Non debere cogi Decuriones*
vilius præſtare frumenta Civibus ſuis, quam An-
nona exigit Divi fratres reſcripſerunt, ff.ad Mu-
nicip.l.Imperatores.ff. ad Leg.Jul. de Annon.Ro-
vit.conſ.73.nu.11.volum.2.Rocch. de Offic.d. §.7.
nu. 78. Carolus Tapia in d. ejus tract. de Abun-
dantiæ part.5. remed. 3. nu.2. verſ. E per queſto
cum ſeq.

Sed pro majori pretio percipiendo ex eo
aliquod honeſtum lucrum, quo mediante va-
leat tempore penuriæ tanquàm præſidii cauſa
reſervato ſuccurri neceſſitati Subditorum; Vel
extingui debita jam pro eadem cauſa contra-
cta *Azeved.in Coment.ad ll.recop.de novo addit.*
*cap.6.nu.9.*quem refert, & ſequitur *Rovit conſ.*
73.nu.13. vol.2. & admonet *Tapia eod.remed.3:*
nu.3.Card.de Luca de Principe cap.40.nu.17.ibi.
Queſta introduzzione deve ſtimarſi buona, e de-
gna di lode, cioè che l'Annona nei tempi dell'ab-
bondanza provedendo il grano à dolce prezzo,
faccia qualche notabile guadagno con lo ſpiano,
e con la vendita del pane al ſolito prezzo, e peſo
taſſato, acciò quel guadagno ſi cumuli per com-
penſare il danno grande, che conviene patire ne-
gl'anni della Careſtia, quando biſogna comprare
il grano à caro prezzo, e ſpianarlo con perdita
notabile al ſolito peſo, e prezzo del pane, & Mar-
tinus Scobockius de Seditionib. ſeù de Relp. di-
ſcordiis domeſticis lib.3. cap.17. verſ. ne unquàm
pag.916.

Quatuor autem modis practicari ſolet di-
ſtributio frumenti Principis, & Annonæ in
149 publicis horreis repoſiti, nempè, vel tra-
dendo Piſtoribus ad illud redigendum in pa-
nem coctum, qui poſtea vendatur per Mini-
ſtrum ad hunc effectum deputatum *Rovit. ſu-*
per Pragmatic.Regni ſub Rubr. de Annona prag.
16. num. 9. ubi teſtatur de praxi Civitatis
Neapolis; Vel illud eiſdem Piſtoribus venden-
do certo pretio taxato, ut ipſi Piſtores poſteà
eorum expenſis, & periculo vendant in
pane cocto juxta qualitatem, pondus, & pre-
tium taxatum docet *Rovit. d. conſ.73.nu.1.cum*
ſeq.vol.2.& in allegat. Pragm.16. nu.9. ubi te-
ſtatur de ſtylo Civitatis Neapolis; Et iſte ſe-

eundus modus ſicuti olim practicabatur à
150 Romanis per *text. in l. 2. §. quod de frumentaria cum §§. ſeqq. & in l. final. §. item reſcripſerunt pecuniam ff. de Adminiſtr. rer. ad Civit. pertin.* advertit *Rovit. cit. conſ. 13. nu. 1.* Ita etiam longò tempore practicatum fuit in Urbe, cùm frumentum per Annonam emptum, & in propriis horreis repoſitum regulariter diſtribuebatur de ordine Annonæ Præfecti die Jovis cujuslibet hebdomadæ Piſtoribus, regulando hujuſ-
151 modi diſtributionem à quantitate frumenti in antecedenti hebdomada, per quemlibet Piſtorem moliti, videlicet diſtribuendo Piſtoribus vulgariter nuncupatis *Decinanti* tertiam partem ad rationem ſcutorum novem, & Piſtoribus nuncupatis *Bajoccanti* duas ex tribus partibus ad rationem ſcutorum ſeptem cum dimidio pro quolibet Rubro juxta formam liſtæ quæ per Ratiocinatorem Annonæ conficiebatur, & per Annonæ Præfectum revidebatur & ſubſcribebatur, & talis diſtributio di-
152 citur per *Liſta*, & tunc pretium frumenti a Piſtoribus recepti non ſolvebatur in contanti tempore traditionis, ſed cum aliqua honeſta dilatione arbitrio Annonæ Præfecti; Pretium autem frumenti reſpectu Bajoccantium regulari deberet à ſequenti Tabella, ſeù Tariffa prævia reſolutione Congregationis Annonæ approbata de anno 1606. *à ſa: me:* Paulo V. mediante ejus motu proprio; Cujus Tariffæ obſervantia poſtquam hanc Obſervationem compoſueram demandata fuit etiam ab *Eminentiſſimo Domino Cardinali Alterio Camerario* in ejus Ædicto vigore Chirographi *Summi Pontificis* Alexandri VIII. emanato ſub die 17. Decembris 1689. ibi. *Comandiamo in oltre, che li Fornari Bajoccanti debbano in avvenire oſſervare la Tariffa di* Papa Paolo V. *ſecondo, che di tempo in tempo della Congregazione dell'Annona verrà ſtabilito il peſo del pane.*

Peſo di pane à bajocco.	*Prezzo del grano, che devono pagare i Fornari per ciaſcun Rubbio.*
Per oncie trè ———	*Scudi venti.*
Per oncie quatro ———	*Scudi quindici*
Per oncie cinque ———	*Scudi dodici*
Per oncie ſei ———	*Scudi dieci*
Per oncie ſette ———	*Scudi otto, e bajoc. 57.*
Per oncie otto ———	*Scudi ſette, e bajoc. 50.*
Per oncie nove ———	*Scudi ſei, e bajoc. 67.*
Per oncie dieci ———	*Scudi ſei*
Per oncie undici ———	*Scudi cinque, e bajoc. 45.*
Per oncie dodici ———	*Scudi cinque*
Per oncie tredici ———	*Scudi quattro, e ba. 62.*
Per oncie quatordici ———	*Scudi quattro, e ba. 29.*
Per oncie quindici ———	*Scudi quattro*

In propoſito ſciendum eſt, quod *Petrus Paulus Pontatus in ejus Opuſculo inſcripto Tariffa economica, & Agricola pag. 17. cum ſequenti* conſtituendo in Urbe pondus unius Rubri frumenti in libris 640. tenet, quod ex tot libris frumenti conficiuntur totidem libræ panis nuncupati *à bajocco*, quamvis ſolvantur libræ quindecim pro molitura, & ad hoc probandum experientia comprobaſſe aſſerit, quod in cernendo unam libram farinæ remanent unciæ decem farinæ pro conficiendo pane, & pro ſubigandis, ſeù impaſtandis dictis decem unciis farinæ neceſſariæ ſunt quatuor unciæ aquæ, & ſic conſtituuntur in totum unciæ decem, & quatuor paſtæ, ex qua formato pane, illoque cocto, diminuitur in uncia una cum dimidia, itaut remaneant unciæ duodecim cum dimidia panis.

Pro conficiendo verò pane albo in qualibet libra farinæ incernitæ abſque tritello pro illa ſubiganda ſunt neceſſariæ unciæ quatuor cum dimidia aquæ, ideoque unitim conſtituuntur unciæ ſexdecim cum dimidia paſtæ, ex qua pane compoſito, eoque cocto remanet panis ponderis decem, & quatuor unciarum, & tribus quartis partibus alterius unciæ. Et ad effectum ſubigandi unam libram tritelli neceſſariæ ſunt ſex unciæ aquæ, eoque cocto remanebit ponderis unius libræ, & trium unciarum cũ dimidia: Deinde ſubdit ſequentem Tariffam

Oncia	1 ———	ſc.	76	80
	2 ———	ſc.	38	40
	3 ———	ſc.	25	60
	4 ———	ſc.	19	50
	5 ———	ſc.	15	36
	6 ———	ſc.	12	80
	7 ———	ſc.	10	97
	8 ———	ſc.	9	60
	9 ———	ſc.	8	53
	10 ———	ſc.	7	68
	11 ———	ſc.	6	99
	12 ———	ſc.	6	40
	13 ———	ſc.	5	91
	14 ———	ſc.	5	54

Ex prædicto tamen pretio retracto detrahendæ poſtmodum ſunt expenſæ conſiſtentes in gabella macinæ, penſione furni, lignis, Operariis &c. quæ expenſæ non poſſunt determinari in certa quantitate in omni loco, cùm juxtà diverſitatem locorum recipiant augmentum, & diminutionem.

Advertendum, quod eatenus facta fuit dicta Tariffa tempore ſa: me: Pauli V. pro Bajoccantibus dumtaxat, quia illis ſolummodò, non autem Decinantibus diſtribuebatur frumentum, Introducta tamen poſtea etiam fuit diſtributio Decinantibus; nam cùm ipſi deſiderarent licentiam vendendi minutatim
153 panem, prout Bajoccantes, quod priùs illis erat prohibitum, cùm ſolum poſſent tradere panem loco frumenti eis ad hujuſmodi effectum conſignati, obtulerunt recipere ab Annona aliqualem quantitatem frumenti, cujus pretium regulariter calculari ſolet ad rationem ſcutorum novem, ſicuti calculatur pretium decenarum quadraginta quinque panis Particularibus tradi ſolitarum, nempè ad rationem Juliorum duorum pro qualibet decena, ſed poſtmodum Piſtores Decinantes pænituerunt, ex quo diſtributio aucta fuerat uſque ad dictam tertiam partem.

Diſtri-

Digitized by Google

Diſtribùtio verò, quæ dicitur extrà liſtam,
154 fieri ſolet tempore penuriæ, dùm Piſtores
non invenientes unde emant frumentum, il-
lud recipiunt ab Annona, & tunc ſtatim, &
incontinenti per ipſos ſolvitur pretium, &
iſte modus aſſimilatur illi practicato à *Pa-
triarcha Joſeph*, qui ad effectum ſuccurrendi
neceſſitati Ægyptiorum aperuit horrea, ut
155 omnes emere poſſent, non autem gratis ac-
ciperent, nè cultum terrarum desererent ju-
xtà verba *Sancti Ambroſii lib.2.Officior. cap.16.*
ibi: *Potuit donare Joſeph totas opes Ægypti,
& effundere theſauros Regios, noluit tamen de
alieno effuſus videri: maluit frumenta vendere,
quàm donare eſurientibus, quia ſi paucis donaſſet
pluribus defuiſſet. Eam liberalitatem probavit,
quæ abundaret omnibus: Patefecit horrea, ut
omnes emerent ſubſidium frumentarium, nè gra-
tis accipiendo cultus terrarum relinquerent,
quoniàm qui alieno utitur, ſuum negligit.*

Vel tertio modo diſtribuendo in ægenos,
156 & pauperes gratis, & eleemoſynaliter abſ-
que receptione pretii frumentum de pecunia,
ſivè publica, ſivè collectata emptum juxta
modum introductum per *Imperatorem Valen-
tinianum*, ut conſtat *ex l. Cives de Annon. Civi-
lib. & pane gradili in Cod.Theodoſian.* cujus me-
minit *Azeved. in prohem. Comentar. ad ll. recol-
lect. de novo additas nu.9.verſ. ſed enim panis ſor-
didus*, & refert *Rovit.cit.conſ.37.nu.4.verſ.alio
verò modo*.

Vel tandem quarto modo mutuando ex
horreis publicis frumentum pauperibus, &
præſertim Agricultoribus cum obligatione
157 reſtituendi tantundem in proxima recolle-
ctione, qui mos eſt antiquiſſimus, & in Rep.
Romana vigebat appellando *haſtam ſalutis
Alex.ab Alex.Dier.genial. lib.3.cap.16.ad finem
ibique Tiraquel. Aſynius de Excuſat. §.6. cap.1.
nu.14.* quos ſequitur *Cobell.ad Bull.Boni Regim.
cap.21.nu.52.*

Et hinc facilè inolevit introductio Mon-
tium frumentariorum inſervientium pro oc-
158 currendis neceſſitatibus pauperum, dùm
illis in Autumno, in quo ſeritur, vèl in Hye-
me, in quo major vigere ſolet indigentia,
mutuatur frumentum tempore recollectionis
in eadem quantitate, & qualitate reſtituen-
dum, quorum Montium frumentariorum me-
minit *Munnoz. de Ratioc. cap.7.nu.53. cum ſeq.
& Cabell. dicto cap.21. nu.52. & cap.ſeq.nu.10.
juncto nu.24.* Et cum experimento compertum
ſit in Civitatibus Reatis, & Nepi, ac in Ter-
ris Neptunii, & Caſtri Novi Portuen. Diœ-
ceſis, aliiſque Civitatibus Status Eccleſiaſti-
159 ci, ac in pluribus Terris noſtræ Diœceſis
Verulanæ tales Montes Pietatis frumenta-
rios, ſeù Abundantiæ utiliſſimos eſſe pro ſu-
blevamine pauperum Agricultorum, & aug-
mento Agriculturæ, proinde totis viribus
procuranda eſſet introductio, ſeù fundatio in
Provincia Romandiolæ, & præſertim in no-
ſtra Civitate, prout opera, & ſuaſionibus
Patris Andreæ Faventini Ordinis Sancti Fran-
160 *ciſci Minoris Obſervantiæ* Sanctitate, & Mi-
raculis clari, cujus meminit *Tondut.in Præ-
lud.Hiſtoriæ Faventinæ pag.mihi 39.* inſtitutus,
& fundatus fuit de anno 1489. ſimilis Mons
in dicta Civitate Reatina, ſicuti recognovi-
mus ex Capitulis ejuſdem Montis Reatis,
quæ ut incitamento ſint imprimi curavi-
mus in Appendice *pag.*130. cum aliis capitu-
lis *pag.* 130. & pro faciliori probatione, &
exactione crediti, & pro conſervatione, ac
augmento facile à Summo Pontifice ob tine-
ri poſſent, quod libris illius legaliter tentis
plena fides eſſet præſtanda, & manu Regia
poſſet procedi; ac etiam exigi aliquid valeat
ultra ſortem pro mercede Miniſtrorum, &
indemnitate ejuſdem Montis juxta diſpoſitio-
nem *Bullæ* Leonis X. *in Bullar.nov. la 11.vol.1.*

In propoſito tria principaliter ſunt anima-
dvertenda, videlicet. Primò quod emptio,
& venditio frumenti à Principe fiat pro mera
161 & publica utilitate, non autem pro merci-
monio, cùm alioquin id in eo ſit deteſtabile,
ut tradit *Ludovicus Caraceiolus in Specula Prin-
cipum lib.7.cap.9.tit.de Annonæ Præfecto* ibi: *In-
ter alia ſummopere caveat Princeps, nè in ſce-
nam prodeat Mercatoris perſonam gerens &c.* &
comprobatur exemplo *Theophili Imperatoris*,
qui videns navem ad Portum Conſtantinopo-
162 lis appulentem, & certioratus oneratam
eam frumento, quod à Regionibus Syriæ Im-
peratrix Mercimonii causa conducere fecerat,
mandavit ſtatim ibi comburi contra Impe-
ratricem invehens dicendo *Cùm Deus me Im-
peratorem fecerit tù me Nauclerum facere con-
tendis, ſcito autem mercaturam privatis homi-
nibus eſſe attributam, ut eam tolerandæ vitæ oc-
caſionem habeant; Quod ſi nos præter Imperii
opes etiam mercaturæ emolumenta interceperi-
mus unde nam fortunæ tenuiores homines victum
comparabunt?* Prout pulſis indè Nautis, &
græco igne injecto navis cum tota mercatura
cremata eſt, ut referunt *Zonaras Hiſtor. tom.
3. Joannes Curopolata hiſtor.pag.14. à tergo cum
ſeq. Knipſchild.de Jurib.& privil.Civit.Imperial.
lib.5.cap.22. nu.12. & Joannes Hieronymus de
Philippo Diſſertat: fiſcal.30.nu.46. Jo: Gryphian.
Oeconom.legal.lib.1.cap.24.de Mercatura nu.25.
verſ. certè cum duobus ſeqq.* & comprobatur
exemplo B. Pii V. qui inſtigatus à quodam
ejus Miniſtro in procuranda indemnitate æra-
rii publici reſpondit, quod *Reip. utilitati,
commodoque eſſe id non damni, ſed lucri loco
ponendum, præſtareque Populum rerum ad vi-
ctum neceſſariorum copia lætantem, quàm arcas
otioſæ pecuniæ plenas intueri; Indignum enim
163 Principe, atque eo magis Summo Pontifice
quæſtum ex omni occaſione adorari, & lucellum
in publico negotio inquirere*, ut teſtatur *Bzovius
Annal.Eccleſiaſt.anni 1572.col.1079.*

Secundò, quod taliter exerceatur, ut non
164 reſultet præjudicium Mercatoribus, &
Agricultoribus, nec valeant adaptari verba
S. Ambroſii lib.3.Officior.cap.6. ibi: *Cur ad frau-
dem convertis naturæ induſtriam, & indulgen-
tiam?*

Digitized by Google

tiam? cur invides uſibus hominum publicos peatus? Car popalis minais abundantiam? Cur affectas inopiam? Car optari facis à pauperibas ſterilitatem? Cum enim non ſentiant beneficia fæcunditatis te auctionante pretium, te condente framentam, optant potiùs nihil naſci, quàm te de fame pablica negociari, ambis frumentorum indigentiam, alimentorum peuuriam, uberis ſoli partus ingemiſcis: fles publicam fertilitatem, horrea frugam plena deploras: exploras quando ſterilior proventus ſit qaando exilior pactis, votis tais gaudes arriſiſſe maledictum, ut nihil uſque naſceretar tanc meſſem tuam veniſſe lataris, tunc tibi de omnium miſeria congeris opes, & hanc tu induſtriam vocas, haac diligentiam nominas, quæ calliditatis verſutia, quæ aſtutia fraudis eſt. Et hoc tu remedium vocas, qaod eſt commentum nequitiæ. Latrociniam hoc, an fænas appellem? Captantur taaqaàm latrociaii tempora quibus in viſcera hominam darus inſidiator obrepas. Augetur pretium tanquàm forte camulatum fænoris, quo periculam capitis acervatur. Tibi condita frugis maltiplicatur uſara, ia frameatam quaſi fænerator occultas, quaſi venditor auctionaris. Quid imprecaris male omnibus, quia major futara ſit fames, quaſi nihil frugum ſaperſit quaſi infæcundior annas ſequatur, lacrum tuum damnum publicam eſt, & quod mercatura non aliter Principi permittatur, quam ſi levandorum Subditorum cauſa inſtituatur, neque quæſtus Subditis preripiatur, ut declarat *Jo: Gryphiandr. in Oeconom. legal. lib.1.cap.24. de Mercatura nu.25. verſ. certè non aliter.*

Quapropter Princeps invigilare debet, quod ejus Annonæ Præfectus emat frumenta
165 juſto pretio *Molin.de Contract. diſputat. 364. nu.6.* Non autem quod emat vili, & poſteà vendat Piſtoribus rigoroſo pretio, cum id ſit contrà juſtitiam ob damnum reſultans Dominis tritici, & Agricolis, qui ultra periculum, plures ſumptus in eo recolligendo fecerunt, ut firmat *Caſtropal. tom. 4. diſput. 5. punct.4.nu.1.in fine.*

Ac cum tali moderatione quantitatis, & pretii vendatur, & diſtribuatur, ut populus
166 non gravetur, & Piſtores non ſolùm detrimentum non patiantur, ſed aliquid lucrifaciant, ut eorum artem proſequi valeant, & ſi cum aliquali, & mediocri lucro mercatura per Annonam exerceretur, utilius etiam eſſet Agriculis, & Mercatoribus, nam præ cæteris prompte exigerent pretium eorum frumenti illi venditi, quod non ſine difficultate, & dilatione, ac cum periculo decoctionis practicari valet cum Piſtoribus ut plurimum debitis involutis.

Animadvertendo præcipuè, ne frumentum exterum ematur, quando in proprio Prin-
167 cipatu reperitur venale, etiam ſi cariori pretio, nàm taliter extrahitur pecunia, & ad extraneas Nationes, ut plurimum inimicas, & hereticas non ſine ſcandalo, & damno tranſmittitur, depauperando Principatum, & Subditos, ut admonet, *Card.de Luca d.tract.de Principe capit 40.nu.11.* ibi: *Richiedendo le Regale del buon governo di non eſtrarre dal proprio Principato il denaro per quelle coſe, che in eſſo poſſonſi havere, ſi che più eſpediente ſia il comprare da proprii Sudditi, anche a qualche prezzo più caro, perche il denaro, che rimane nel Principato può dirſi del Principe.*

Ultra quod frumentum exterum, quod mediante navigatione à longinquis partibus conducitur regulariter eſt peſſimæ qualitatis, & difficilius conſervatur, quàm illud, quod
168 per terram traducitur, ut experientia ſæpè docuit in grave detrimentum crumenæ, & ſalutis Subditorum, & notat *Tobia de Abundantia par.5.cap.1. remed.1.ſub nu.9. & 10. & in tract.de Jure Regni lib. 7.tit.4.* ubi adducit rationem, quia cùm tranſvehatur per mare multum capit humiditatis, quem ſequitur *Caſar.Pereg.quæſt.lib.1.q.16.n.6.*

Tertio, quod pretium, ac lucrum retractum ex frumento, in aliud non convertatur, quàm
169 in beneficium Annonæ ad hoc ut inſervire debeat pro præſidio, & ſubſidio Subditorum in caſum penuriæ juxta *Text. in l.2. §. Ad frumenti, ff.de Adminiſt.rer.ad Civit.pertin. & l.2. C. de Frument.Urb.Conſtantinopolit. lib.11.* ibi: *Auri ſtatuta quantitas ad coemptionem frumentariam perpetuò ſit dedicata, nec liceat cuiquam poſt adminiſtrationem Urbicariæ Poteſtatis perceptam aliquid ex eadem ſumma minuere, vel ad quoſcunque alios uſus convertere, Rovit.conſ.73. n.1.in fine vol.2.* & comprobat *Bobadil.Politic. lib.3.cap.3.nu.30.* Quòd multoties non practicatur.

Undè redditur problematicum, an introductio Annonæ ſit laudabilis, necne cum id
170 totum pendeat à bona, vel mala adminiſtratione, ut advertit *Card. de Luca de Principe cap.40.nu.17.* ibi: *Quanto all'altra inſpezione del governo dell'Annona ne'tempi buoni, e non calamitoſi per oviare alle calamità in alcuni paeſi coll'eſempio della Sagra Scrittura negl' atti di Giuſeppe ammonito dal ſogno delle ſette Vacche graſſe, e delle ſette magre, ſi coſtuma l'Annona publica in tutti i tempi, con la quale da'Magiſtrati, & Offiziali a quelli deputati ſi ſtabiliſce un certo prezzo, & un certo peſo uniforme al pane in tutti i tempi anche dell' abondanza particolarmente nelle Città grandi. E quando l'amminiſtrazione ſia ben regolata, queſta introduzione deve ſtimarſi buona, e degna di lode, cioè che l'Annona ne'tempi dell'abondanza provedendo il grano a dolce prezzo faccia qualche notabil guadagno con lo ſpiano, e con la vendita del pane al ſolito prezzo, e peſo taſſato, acciò quel guadagno ſi cumuli per compenſare il danno grande, che conviene patire negl'anni della careſtia, quando biſogna comprare il grano a caro prezzo, e ſpianarlo con perdita notabile al ſolito peſo, e prezzo del pane; ſicchè il Popolo non ſenta diſagio della careſtia, & in tal modo rimanga ſollevato da quel danno, che patiſce negl'anni dell'abondanza di rimaner privo del beneſizio di queſta. Che*

però

Digitized by Google

*però la teorica è ottima, e degna di molta lode,
ma la difficoltà conſiſte nella prattica, la quale
alle volte inſegna, che queſt'uſo rieſce pernicioſo,
perloche molti profeſſori della politica lo biaſima-
no per la men fedele amminiſtrazione, la quale
cagiona, che l'utile, & il guadagno, che ſi fa ne-
gli anni dell'abondanza ſia di alcuni particolari,
e che il danno, che ſegue nel tempo della careſtia
ſia de' Popoli, overo del Prencipe, e dell'errario
publico, che in ſoſtanza vuol dire il medeſimo;
poiche i danni, & i mancamenti dell'Erario pu-
blico vanno ſuppliti con le gabelle, e gravezze
de' Popoli, e per conſeguenza rimane problemati-
ca la queſtione, ſe queſt'uſo ſia degno di lode, ove-
ro di biaſimo, e la deciſione dipende dalla qualità
dell'amminiſtrazione, e queſta dipende dall'inte-
grità, e diligenza del Prencipe, al quale perciò
tutto il bene, e reſpettivamente il male ſi deve
attribuire.*

Illud tamen certum eſt pro conſervanda
ubertate neceſſarium eſſe certum præſidium
deſtinatum ad emptionem frumenti, quo ſuc-
171 curri valeat futuræ penuriæ abſque eo, quod
aliundè divertatur, prout ſancitum fuit per
*Imperatores Theod. & Valent. in l. Auri ſtatuta,
C. de Frument. Urbis Conſtantinop. lib. 11.* & pra-
cticatum fuit a Sixto V. qui ſcuta ducenta
millia ad hujuſmodi effectum pro uſu Annonæ
172 Urbis aſſignavit, ut in ejus *Conſtitutione la
78. Bullar. nov. to. 2.* quæ tamen ſucceſſivis tem-
poribus occaſione penuriarum nedùm fuerunt
conſumpta, ſed ulteriùs dicta Annona grava-
ta ingenti ſumma æris alieni, quod pro ſum-
ma ſcutorum bis centum mille, & ultra ſolu-
tum fuit intra quinquennium Præfecturæ An-
173 nonæ exercitæ à cl. me. *Eminentiſſimo Domino
Cardinali de Cavaleriis*.

Clemens VIII. etiam in ejus *Bulla Boni Re-
giminis* nuncupata in ordine *la* 10. §. 7. *Bullar.
174 nov. vol. 3.* providè proſpiciens ubertati Ci-
vitatum, & locorum Status Eccleſiaſtici man-
davit, quòd quicquid in fine anni deductis ex-
penſis in Tabella deſcriptis ſupererit, in extin-
ctionem æris alieni, aut ſi æs alienum non ad-
ſit in Annonam ſublevandam convertatur, ut
notavit *Cobel. ad eandem Bullam Boni Regiminis
cap. 21. n. 4. cum ſeq.*

In propoſito Annonæ locorum Status Ec-
cleſiaſtici notandum eſt, illam duobus modis
175 exerceri, nempè vel mediante appaltu obli-
gando Appaltatorem ad manutentionem panis
pro Civibus juxta pondus, & qualitates illi
præſcriptas durante tempore Appaltus, & iſto
modo magis conſulitur publicæ utilitati, quo-
ties à Gubernatore, & aliis Superioribus ta-
liter invigiletur, ut Appaltator ad unguem
ſuam obligationem adimpleat, cùm tollatur
occaſio fraudibus, quæ quandoque variis mo-
dis committuntur ab Abundantiariis in grave
damnum Communitatis, & provideatur pu-
blico. Vel deficiente Appaltatore præficiendo
perſonas integritatis, fidelitatis, & prudentiæ,
176 ac rerum gerendarum plenariæ experientiæ
de jure *Sitonas*, ut *l. Imperatores, §. Item reſcri-
pſerunt Sitonas ibique gloſſ. magna in verbo re-
ſcripſerunt, & gloſſ. parva in verbo frumentato-
res, ff. de Adminiſtrat. rer. ad Civit. pertin.* & vul-
gariter *Abbondantieri* appellatos, deſumendo
eorum denominationem ad effectu, videlicet ut
careſtia allevietur, & ubertas conſervetur, non
autem à cauſa, nempè à careſtia, cùm tunc
potiùs appellari deberet Magiſtratus careſtiæ,
ut notat *Sola ad Conſtit. Saband. tit. de Edict. An-
non. gloſſ. alt. n. 3.* ſimiles ſunt antiquis Curato-
ribus Annonæ, ut advertit *Amaya in tit. Cod.
Ut nemini liceat in emption. ſpec. &c. nu. 6. lib. 10.*
177 qui pecuniam ad Annonam deſtinatam exi-
gebant, & ex proventibus publicam Annonam
comparabant, & aſſervabant, ut tradit *Struv.
in ſua diſſertat. de Annona aphoriſm. 9.* ſed non
habent auctoritatem faciendi Bannimenta,
ſeu proclamata pœnalia, quia hoc eſt juriſdi-
ctionis, & ideò ad Officialem, ſeu Magiſtra-
tum habentem juriſdictionem recurrendum
eſt, ut docet *Petra de Poteſt. Princip. cap. 15.
num. 49.*

Iſti Abundantiarii ad hoc ut vigilantiores
evadant in principio ſuſcepti Officii jurare
debent ſe omni dolo, ac fraude remotis, in-
178 junctam ſibi ſollicitudinem peracturos, ut
per *Text. in l. 1. C. de Condit. in horr. public. lib. 10.
& l. Per hanc C. de Erogat. milit. Annon.* tradit
*Kochen. de Jure viciniæ par. 2. cap. 4. nu. 17. cum
Card. Gaſtal. de Averten. & propigan. peſte q. 259.
n. 12.* ubi notat, quòd Princeps ad Annonæ
adminiſtrationem eligere debet probos, &
idoneos Miniſtros, ac ſe obligare debent juxta
formulam regiſtratam à *Cobel. ad Bul. Boni Reg.
179 cap. 21. n. 7.* Illi verò deputati à noſtra Civi-
tate Faventiæ ſe gerere debent, ac tenentur
juxta regulas eis præſcriptas, & confirmatas
180 à cl. me. *Card. Roggio olim de Latere Legato im-
preſſas infrà in Appendice pag. 11. & ſeqq.* quæ
ad unguem ſunt ſervandæ, alioquin ex inor-
dinata adminiſtratione creſcit inopia *l. 1. C. de
181 Frument. Urbis Conſtantinop. lib. 11.*

Conſtituendo ipſis competens ſalarium,
quia nemo tenetur propriis ſtipendiis militare
182 *Jo. de Plat. in l. 1. n. 1. C. de Frument. Alex. lib. 11.*
quem ſequitur *Cobell. d. cap. 21. n. 25. Contiol. ad
Statut. Eugub. lib. 1. cap. 30. n. 9.*

Iſto autem caſu, ut provideatur congrua
quantitas frumenti compellendi ſunt Agricul-
183 tores, Cives, & incolæ, maximè tempore pe-
nuriæ ad tradendam certam quotam, ſeu
quantitatem frumenti recollecti, & per ipſos
aſſignati pro minori pretio, quàm communi-
ter venditur, quod practicabatur etiam à Ro-
manis, qui, ut horrea publica creſcerent,
cogebant Vicinos, ut certam partem tritici
viliori pretio ipſis venderent, & ita eſſe intel-
ligendum *Text. in l. Si pendentes, §. Quid in fine,
verſ. Nam ſolent, ff. de Uſufruct.* ibi: *Nam ſolent
poſſeſſores certam partem fructuum municipio vi-
liori pretio addicere* docet *Oterus de Officialib.
par. 2. cap. 12. n. 4.* Vel pro pretio taxato, quòd
Faventiæ vocant Calmerium ad tradita per
*Amaya in l. 1. n. 22. C. de Condit. in horreis public.
lib. 10.*

*lib.*10. & tradit *Cobell.alleg.cap.*11.*n.*20.*Maſſin.*
*de Confiſc.q.*18.*n.*130.*in fine cum ſeqq.* ubi quòd
tenentur omnes exempti, ac etiam Eccleſia-
184 ſtici, qui tamen ſunt compellendi per Ju-
dices Eccleſiaſticos, vel alios habentes oppor-
tunas facultates ſervato moderamine, nempè
quòd eis remaneat tanta quantitas frumenti,
quæ ſufficiat tàm pro propria ſubſtentatione,
quàm pro ſemine, ut animadvertunt *Bobadill.*
in Politic. to. 2.*lib.*3. *cap.*3.*n.*12.*cum ſeqq. Ripol.*
*de Regalib. cap.*46. *num.*24. quos ſequitur *Emi-*
nentiſſimus Dominus meus Coradin. de Prælation.
*Jure d.q.*49.*n.*18.

Advertendo quòd ad conſtituendum Cal-
metium, ſeu taxandum pretium eligendi ſunt
tam ditiores, quàm alii mediocris fortunæ,
185 ac etiam pauperes, quia ita eſt idoneus pau-
per ad modicum, ſicut dives ad multum, &
hæc nedùm divites, ſed etiam Pauperes, imò
magis Pauperes reſpiciunt, & tangunt *Deciam.*
*in Tract.crim.lib.*7.*cap.*22.*n.*21. quem refert, &
ſequitur *Cobel.ubi ſup.n.*21.*cum ſeq.*

Et ſi non ſufficiat, emendum erit ex pecu-
186 nia Communitatis, quatenùs habeat, ſin
minus imponendi erunt cenſus, ad quem effe-
ctum concedi ſolet per *Sacram Congregationem*
Boni Regiminis opportuna licentia cum expreſ-
ſa obligatione tamen Abundantiariorum ſol-
vendi fructus, & intra limitatum tempus ex-
tinguendi ſortem, ac Communitatem penitus
indemnem relevandi juxta dictam formulam
traditam à *Cobel.cit.cap.*21.*n.*6.*&* 7.

Si verò proviſio pro occurrendo imminenti
penuriæ adeò abundans fuerit facta, ut certa
quantitas remanſerit inconſumpta, tunc ne
187 ſuperfluum corrumpatur, poteſt Civitas illud
inter Cives dividere, & ab unoquoque pretium
recipere abſque eo quod nemo valeat excuſari
juxta doctrinam *Bart.in l.*1.*n.*3. *in fine cum ſeq.*
C.Ut nemini liceat in emption.ſpec.ſe excuſ.& de
*munere Sitoniæ lib.*10. quem ſequitur *Borell.de*
*Magiſtrat.Edict.lib.*3.*cap.*14.*n.*134.*Knipſchild.de*
*Jurib.& privil.Civ.Imperial. lib.*5.*cap.*21.*n.*32.

Horum occaſione notandum eſt, quod fru-
mentum regulariter durare non cenſetur ultra
188 triennium *Mandell.conſ.*181.*nu.*27. *Ciroch.di-*
*ſcept.*77.*nu.*24.*verſ.Sed ratio D.Pacion.de Locat.*
*cap.*37.*n.*69. *Caſar.QQ.Peregr.lib.*1.*q.*16.*num.*7.
*cum ſeq. Surd.deciſ.*81.*n.*1.*Rota coram Coccin.de-*
*ciſ.*1006.*n.*4.*dec.*1101.*n.*1. *& dec.*1121.*nu.*4.*&*
*coram Arguelles dec.*38.*n.*7. Nam generat gur-
gulionem, & alia animalia, quia ſpiſſitate
ſua concaleſcit, & furfure craſſo veſtitur ſe-
cundum *Plin. lib.*18. *Hiſt. cap.* 30. relat. per
*Caſar.ubi ſupra n.*2. Quod non procedit, quan-
do non teritur, ſed conditur cum paleis, &
189 ſpicis in manipulis, iſto enim caſu frumen-
tum conſervari poteſt ſpatio annorum quin-
quaginta ſecundùm opinionem *Marci Varron.*
*de Re ruſtic.lib.*1.*cap.*58. & ſcripſit *Plin.loc.cit.*
ac ſequitur *Caſar.d.q.*16.*n.*18.*& D.Carolus An-*
tonius de Luca in Animadverſ. ad Gratian. diſce-
*ptat.*243.*n.*8.*in fine*, ubi etiam advertit ex irre-
fragabili teſtimonio *Sacræ Geneſis cap.*41. ha-
beri frumentum per *Patriarcham Joſeph* re-
conditum in horreis Ægypti ſeptem annis fuiſ-
ſe conſervatum.

Conſtitutus verò in mora illud tradendi,
an, & quando teneatur ad intereſſe quanti
plurimi tàm intra, quàm ultra triennium vi-
190 de *Ciroch loc.cit.nu.*18.*verſ.Circa tertium cum*
*ſeqq.& D.Pacion.ubi ſupr.n.*68.*pariter cum ſeqq.*
*Surd. d.dec.*81. *ibique Hodiern. Leotard. de uſur.*
*q.*90. *nu.*43.

Animadvertendum eſt in explanatione fru-
menti facienda per Abundantiarios ita debere
191 determinari tariffam panis habito reſpectu
ad pretium, quo emptum fuit frumentum, ad
intereſſe pecuniæ, quatenùs illi Communitas
ſuccumbat, & ad expenſas, ut nullum dam-
num patiatur, aut lucrum faciat, ut referen-
do literas *Sacræ Congregationis Boni Regiminis*
tradit *Cobell. ad Bullam Boni Regim.cit.cap.*21.
*num.*13.

Abundantiarii autem quorum providentia,
rectitudo, & diligentia exuberare debet, te-
nentur ex debito eorum Officii diſtrahere ve-
tus, & conſervare novum frumentum *l.*1.*C.de*
192 *Condit.in hor.public.lib.*10.*ibique Jo:de Platea*
*n.*3.*Rot.coram Merlin.dec.*820.*n.*4. Necnon exi-
gere pecunias debitas à Furnariis pro pretio
193 frumenti ipſis traditi *l.final. §.Item reſcripſe-*
runt, ff.de Adminiſt.rer.ad Civit.pertin.Gratian.
*diſcept.*626.*n.*1.*cum ſeqq.Cyriac.contr.*433.*nu.*1.
quos ſequitur *Maſſin.de Confiſc.d.q.*18.*n.*96.

Etſi non exegerunt, tenentur de proprio de
194 inexactis ex *mox allegatis*. Eò magis ſi con-
currat eorum poſitiva negligentia, ut firmat
*Gratian.d.diſcept.*626.*nu.*7.*cum ſeqq.* ubi ad ef-
195 fectum probandi negligentiam advertit,
quòd ſingulis diebus Adminiſtratores Anno-
næ non exegerant à Piſtoribus pecunias quo-
tidiè retracta ex venditione panis.

Notando quòd debitores Reipublicæ, Prin-
cipis, vel Univerſitatis ex cauſa frumentaria
præcisè ſolvere tenentur abſque eo quod ex-
196 ceptionem compenſationis opponere va-
leant, ut cum *Luc.de Penn.in tit:Cod.de Annon.*
*& Tribut.lib.*10. notat *Struv.in ſua diſſert.de*
*Annon.aphoriſm.*19.*verſ.Notabis, Rovit.conſ.*73.
*n.*2.*vol.*2.*Emanuel Mendez de Caſtro in Rub.de*
*Annonis Civil.n.*17. *& n.*18. ampliat hoc adeò
eſſe verum, ut debitor Annonæ, nec ex
reſcripto Principis poſſit ab ejus præſtatione
197 liberari, & *Cobell.ad Bull.Boni Regim.cap.*21.
*n.*18.*Tapia de Abundantia par.*2. *remed.*3.*n.*24.
*& n.*26. ſubdit, quòd Univerſitati competit
198 tacita hypotheca ſuper rebus, & bonis ejus
debitoris ex cauſa frumentaria. Nam pecunia
frumentaria moram ſolutionis non patitur
l.Non utique.§.Frumentariæ ff.de Adminiſtr.rer.
*ad Civit.pertin.Urſell.concluſ.*111.*n.*50.*Rota cor.*
199 *Ludoviſ.dec.*106.*nu.*7. Nec appellatio in hu-
juſmodi cauſa admittitur ad *Text.in l.ultima ff.*
de Appellat.recip.vel non proſequitur *Struv.loc.*
200 *cit.aphor.*19.*in fine*. Non dicitur tamen de-
bitor ex cauſa Annonæ is, qui condemnatus
fuit ad pœnam ex negligentia commiſſa in

Offi-

cio Annonæ *Merlin. de Pign.lib.2.q.57.ſub n.1.*
Tenentur etiam Abundantiatii ad refectio-
nem damni, ſi ftumentum conditum in hor-
reis ex eorum incutia pluvia cottuptum fue-
201 rit juxta *Text.in l.1.C.de Condit. in horr.publ.*
lib.10. Cobel.ad Bullam Boni Regim.cap.21.n.10.
& Conciol.ad Stat.Eugnb.lib.1.cap.30.n.1.
Vel quòd ex eotum mala adminiſtratione
202 evenerit, ut Proſequitur *Conriol.ubi ſup.n.2.*
Prout poſſunt condemnari in pœnam de-
portationis,& confiſcationis bonorum, ſi fru-
203 mentum in horreis pro ſervitio publico
conditum in uſum proprium coovetterint ju-
xta *Text. in l.final. C. de Condit. in horr. public.*
lib.10.ibique Amaya, Cobel.ubi ſuprà ſub eodem
n.10.& Conciol.loc.cit.n.3.& quòd Annonę Præ-
fectus non poſſit ſub maximis pœnis ſpecies
frumentarias publico uſui deſtinatas ſibi ap-
204 plicare, aliis vendere, mutuare, aut in alias
neceſſitates convertere firmat *Emanuel Mendes*
*de Caſtro de AnnonisCivil.notab.3.n.8.*ubi etiam
tradit, non excuſari, ſi dicat palàm, & bona
fide frumentum mutuaſſe, quia cùm non ha-
beat auctoritatem, & opportunam licentiam
cenſetur facere occultè, etiamſi in publico
fiat. Et quòd pecuniæ ad uſum rei frumenta-
riæ deſtinatæ non poſſint à Depoſitario, ſeu
Adminiſtratore Communitatis in ptoptium,
205 ſeu alium uſum converti, aliàs poſſit carce-
rari, aliiſque pœnis mulctari convettens fir-
mat *Cobell.ad Bullam Boni Regim.cap.22.nu.24.*
& Rot.cor.Ludoviſ.dec.106.per tot. & quòd te-
neatur duplum reſtituere eſt*Text.in l.Aurì fla-*
tuta,C.de Frumen.Vrb.Conſtan,lib.11.& in Auth.
de Collation.§.Civitatum, ac etiam corporaliter
puniri *l.Sciant Judices C.de His, quæ ex public.*
*collat.lib.*10. pœna deportationis juxta *Text.in*
*l.Neminem C.de Canon.frument.lib.11.*cùm mox
allegaris,Sicuti ſi panizare curaverint frumeu-
tum ptoptium relicto in horreis frumento
publicæ Annonæ privati debent exercitio, &
in futurum inhabilitari juxta *Text. in l. Si ali-*
quid C.de ſuſcept.& Arear.lib.10.& in l.Judices
Cod.de Dignit.lib.12.
Non tenentur tamen de decremento fru-
menti abſque eorum culpa ſequuto *Cavalcan.*
dec.37.ſub n.26,verſ.Si ergo par.1. Circa quod
206 advertendum eſt in hac materia augmenti,
& decrementi tritici non poſſe dari certam
207 regulam, licèt vulgariter quandoque dici
ſoleat *l'orzo manca, & il grano creſce*, etenim
totum id pendet à variis circumſtantiis, nem-
pè à qualitate frumenti, ſcilicèt an ſit ſiccum,
an humidum, an nitidum, an verò impurum,
208 à tempore, quo reponitur; à loco ubi re-
ponitur; à quo menſuretur, & cum qua men-
ſura, ut experientia docemur ponderavit *Ca-*
valcan. d. dec.37. ſub n.20. Quoties enim gra-
num ſiccum reponitur in horreo decreſcit in
209 duobus, vel tribus pro centenario, & quan-
dò eſt humidum in quatuor, & quinque, ut
ſequendo depoſitionem teſtium taliter atte-
ſtantium dixit *Cavalcan. ubi ſuprà ſub num.20.*
quem ſequitur *Cæſar.Peregr. quæſt.lib.1.qu.16.*
n.3. cùm triticum de ſui natura non creſcat,
210 niſi per accidens, vel per fraudem, utpotè
quando vehitur cum ſaccis,& in quolibet ſac-
co ponitur vas aceto plenum, quòd poſt unam
diem reperitur vacuum, & acetum à tritico
abſortum, vel quando aqua madefactum eſt,
de quibus fraudibus tradit P. *Vincentius Tan-*
*credi QQ mor.n.4.q.16.cum ſeq.*ubi tractat ma-
teriam ad effectum cognoſcendi, quando iſti
poſſint abſolvi, quem refert *Cæſar.ubi ſup.n.6.*
& latè prędicta comprobando cum*Plin.lib.18.*
Hiſt. qui dicit, quòd generat gurgulionem, &
alia animalia *Gargiar. conſ.46. n.30. Alba con-*
ſil.182.n.28.& conſ.627.per tot.*Giovag.conſ.43.*
n.57.Gutierez Canonic.qq.lib.3.cap.7.nu.47. fir-
mat *D. Carolus Antonius de Luca in ejus Ani-*
madverſ.ad Gratian.diſcept.243.n.8.& Andreol.
controv.311.per tot. qui reſpondit pro Præfe-
ctis Annonæ, illos defendendo à prætenſo
augmento unius menſuræ pro quolibet cen-
tenario, maximè quia frumentum conſerva-
tum fuerat penès Depoſitarium frumentorum
Virum bonæ conditionis, & famæ, & ſolitum
ab aliis Præfectis eligi, undè in omnem caſum
ipſe ſolus tenebatur, non autem Præfecti An-
nonæ ut firmat *n.4.*
Decimoquartò committitur fraus median-
te uſura, ſi mutuetur certa quantitas frumen-
211 ti reſtituenda determinato, ac limitato
tempore, ut vulgariter dicitur *darlo à rinnova-*
re ſi tempore reſtitutionis auctum fuerit illius
pretium, attenta inæqualitate inter contra-
hentes, quæ intercederet, undè non poteſt
mutuans recipere in reſtitutione niſi tantam
quantitatem frumenti, cujus pretium æquet
illud, quod valebat de tempore contracti
mutui, ut tenent *Petr. Navar. de Reſtit. lib.3.*
cap.2.n.252. Rebel.lib.8.q.8.nu.4.Bonac.de Con-
*tract.diſp.3.q.3.punct.3.n.21.*ubi *in fine* adducit
212 limitationem meo judicio contrariam ejus
propoſitioni, cùm de natura mutui teneatur
mutuatarius reſtituere rem ſimilem in ſpecie,
& bonitate,ut *ipſe* docet *eadem q.3.punct.1.n.1.*
Contrariam tamen opinionem uti magis
receptam communiter tenent tàm *Theologi*,
quàm *Juriſconſulti*, quos latè reprobatis con-
213 trariis refert, & ſequitur *Leotard. de uſur.*
q.17.n.3.cum ſeqq.
Maximè ſi datur frumentum ad renovan-
dum cum bona intentione, ne ſcilicet illud
pereat, aut deterioraretur, idque recipientis
214 gratia fiat, ut concordantibus relatis decla-
rando docet *Gutierez Canonic. qq.lib.1.cap.39.*
num.50.
Vel probabiliter dubitari poteſt, an plus,
vel minùs valiturum ſit vetus tempore reſti-
215 tutionis, ut docet *Sola ad Conſtit.Saband.tit.*
de Edictis Annonæ gloſs.ult.n.18. verſ.Si emiſſe,
Gutierez d. cap.39.nu.55.in fine. Secùs vero ſi
ſciatur novum melius, & pretioſius futurum,
216 aut veriſimiliter credatur frumentum re-
turum plus tempore reſtitutionis,quia aliquid
ex mutuo lucratur, ut declarat *Gutierez citat.*
cap.39.n.54.

Prout etiam ſi granum, quod mutuatur jam
eſt putrefactum, vel corruptioni proximum,
quia tunc frumentum quod mutuatur nihil,
217 aut parum valet, & conſequenter intenditur
reportare utilitatem ex mutuo, ut declarando
proſequitur *Gutierez alleg. cap. 39. n. 56.*

Si verò contingat egeſtas tempore mutui,
& ſperetur ubertas tempore reſtitutionis, juſtè
poterit æſtimari frumentum mutuandum, &
218 conveniri, quòd juxta æſtimationem facien-
dam tempore reſtitutionis tradatur tanta
quantitas frumenti, quæ æquet pretium illius,
quod fuit mutuatum, ut tradit *Gutierez dicto
cap. 39. n. 51. juncto n. 58.*

Decimoquintò committitur fraus mediante
uſura, ſi frumentum carius vendatur ob dila-
tam ſolutionem pretii, cùm indè reſultet mu-
219 tuũ interpretativum, in quo cadit uſura, nam
per occultationem actuum fingitur juſtum
pretium ab emptore ſolutum, & deindè à
venditore ei mutuatum, aucto lucro illius
quantitatis, in qua pretium conventum juſtum
valorem excedebat per *Text. in cap. in Civitate,
ubi Fagnan. n. 6. Gonzalez Tellez de uſur. Leotar.
pariter de uſur. q. 24. n. 2. cum ſeq.* & alios cumu-
lat *Cyriac. contr. 169. n. 5.*

Ad quem effectum advertendum eſt, quòd
pretia rerum in indiviſibili non conſiſtunt, ſed
220 latitudinem quandam habent, intra quam
juſtitia conſiſtere poteſt, ut præ cæteris docet
Leotard. ubi ſuprà n. 8.

Nam triplex conſideratur à *DD.* pretium
rei, nempè infimum, quod etiam plum dici-
221 tur, medium, ſeu mediocre, & rigoroſum,
quorum unumquodque judicatur juſtum,
itaut frumentum, vel alia res, ſi ſecundùm
pretium infimum valet decem, ſecundùm me-
dium undecim, & ſecundùm rigoroſum duo-
decim, non poterit redargui de labe uſuraria
is, qui vendiderit frumentum duodecim ſe-
cundùm pretium rigoroſum dilata ſolutione,
licet præſente pecunia illud eſſet venditurus
infimo pretio, nempè decem, vel mediocri
undecim, ut concordantibus cumulatis firmat
*Ciriac. d. contr. 169. n. 15. verſ. Triplex cum duob.
ſeqq. Molina de Contract. tr. 2. diſp. 355. n. 1.*

Declara tamen prædictam principalem
concluſionem procedere, in foro conſcientiæ,
ut taliter vendens mortaliter peccat, & te-
222 neatur ad reſtitutionem, in quibus termi-
nis plenè loquitur *Gonzalez Tellez in d. cap. in
Civitate, Molin. d. diſp. 355, Gutierez Canonic. qq.
lib. 1. cap. 39. nu. 1. cum ſeqq. uſque ad n. 14.* Secùs
verò in foro contentioſo, ut venditor titulo
uſuræ conveniri, & puniri valeat, ut doctiſſi-
mè examinando diſpoſitionem *Text. in d. cap.
in Civitate 6. & in cap. conſuluit 10. de uſur.* re-
ſpondit *Fagnan. in eodem cap. in Civitate num. 3.
cum ſeqq. Bertazzol. conſ. crim. 238. lib. 1.* Niſi de
prava intentione venditoris fœnerandi con-
ſtet, nam ea probata etiam in judicio conten-
223 tioſo poteſt puniri, ut declarat *Hoſtienſ. in
d. cap. conſuluit n. 4. verſ. Quid ſi in judicio conten-
tioſo, ubi etiam Butr. n. 6.* & ſequitur *Fagnan. in
d. cap. in Civitate nu. 7.* ubi teſtatur hanc eſſe
communem opinionem *cum ſeqq. Gutierez dict.
cap. 39. n. 14.* Sed de tali prava intentione de-
bet aliundè legitimè conſtare quàm ex pretii
exceſſu, & dilatione data, ut reſpondit *Fagnan.*
224 *loc. cit. nu. 8. verſ. Reſpondetur cum ſeq. Leotard.
de uſur. q. 24. n. 18.*

Eò minus committitur uſura ſi vendatur
frumentum dilata ſolutione pro pretio à Prin-
cipe, ſeu Magiſtratu, vel Senatu taxato, quam-
225 vis in Foro minori pretio vendatur, ut con-
tra *Gaſparinum de pretio legitimo, & naturali
cap. 2. concluſ. 2.* doctiſſimè de anno 1640. re-
ſpondit *bo: me: Marcus Antonius Taurellus con-
civis meus in ejus Voto in fine hujus Obſervatio-
nis impreſſo.*

Illicitus verò, & uſurarius erit contractus ſi
venditio facta fuerit pro pretio majore, quo
frumentum valebit à die conventionis uſque
226 ad terminum conventum ad ſolvendum, quia
tunc venditor redditur tutus majoris pretii,
ut firmat *Sola ad Conſtit. Saband. tit. de Edict.
Annonæ gloſſ. ult. n. 17. verſ. Si quis, & Gutierez
cit. cap. 39. n. 9. cum ſeq.* ubi cum *Navar.* ſubdit
non eſſe uſuram, ſi conventum fuerit de ſol-
vendo medium pretium, quòd curret juxta
hujuſmodi tempus.

Similiter ſi ematur frumentum pro pretio
ſcutorum decem pro quolibet Rubro ſolven-
do certo futuro tempore, ſi tempore ſolutio-
nis vendatur ſcuta triginta, iſtud pretium
abſque labe uſuræ non poterit venditor exi-
gere, cùm emptor non teneatur hujuſmodi
exceſſivum pretium ſolvere, ut relatis *Becc.
conſ. 82. n. 11. verſ. Hinc dicit, Rip. de peſte par. 2.
n. 97.* reſpondit *Contr. Diſcept. forenſ. cauſ. 42. n. 3.*

Notandum quòd nec in Foro conſcientiæ
erit uſura, ſi incertum eſſet an frumentum de
tempore ſolutionis plùs, vel minùs valiturum
227 foret, & certum eſſet, quòd de tempore
contractus venditor non eſſet venditurus, quæ
duæ circumſtantiæ copulativè requiruntur,
ut rejecto *Cajetano* quem ſequitur *Fagnan. in
d. cap. in Civitate nu. 12. verſ. Primò enim tenent
Gonzalez Tellez cit. cap. in Civitate n. 5. Gutierez
d. cap. 39. n. 2. cum ſeqq. Leotard. de uſur. d. qu. 24.
n. 29.* Dummodò tamen non excedat quanti-
tatem juſti pretii rigoroſi, vel ſupremi, ut
228 declarat *Gonzalez Tellez ubi ſuprà ſub nu. 5.
verſ. Hoc autem,*

Prout etiam excuſabitur in Foro conſcien-
tiæ, ſi malitiam, aut inopiam debitoris pro-
ſpiciens, ideò carius vendidit, quia verebatur,
ne in pecunia exigenda laborem, impenſam,
229 & difficultatem ſubiret *S. Jo: de Capiſtr. de
uſur. quæſt. An vendens ad tempus &c. n. 46. Rip.
reſponſ. 116. n. 4.* quos refert, & ſequitur *Fagnan.
loc. cit. n. 12. circa finem verſ. ſecundò,* & compro-
bat, *Ciriac. contr. 169. n. 20. verſ. Certum eſt cum
ſequentibus,*

An autem ratione intereſſe lucri ceſſantis,
vel damni emergentis poſſit res carius vendi
230 dilata ſolutione pretii examinant *Theologi
Morales, & Canoniſtæ,* & pro affirmativa tenent

Gon-

Digitized by Google

Gonzalez Tellez in d.cap.in Civitate n.7. & Fagnan.ibidem n.12.in fine, & Leotar.de uſur.q.24. n.13. Molina de Contract. d.diſp.355. nn.5.cum ſeq. ſed vide *Gutierez cit.cap.39.n.23.cum ſeqq.*

Decimoſextò committitur fraus, quando
pondus, & qualitas panis alteratur, quo caſu
231 rigoroſè procedendum eſt contra fraudantes
juxta diſpoſitionem particularium Bannimentorum,
& iſtis deficientibus infligenda
eſt pœna impoſita *à Bannimentis Generalibus
Status Eccleſiaſtici publicatis de anno 1674.c.16.*
ibi: *E ſimilmente ordina, e comanda S. E. che tutti li Mercanti, Artiſti, Bottegari, Venderoli, Pizzicaroli, Tavernieri, Hoſti, Fornari, e Peſcivendoli, o di qualſivoglia altro eſercizio, o trafico debbano vendere, e dare il giuſto peſo tanto con peſo, e miſura, quanto con altri inſtromenti atti à vendere, e ſpacciare le mercanzie, e robbe loro à ciaſcuno con quel prezzo, e con quell'ordine, che li Capitoli, Statuti, Riforme, o altre proviſioni ſopra di ciò tanto fatte; quanto da farſi, diſpongono ſotto pena di ſcudi dieci, e perdita delle robbe, e di trè tratti di corda in publico per ciaſcuno, e ciaſcuna volta, che ſi contraviene,*

Volendo, che li Fornari, Venditori di pane, che ſtudioſamente non faranno pane di buona paſta, e ben cotto come ſi conviene, cadino in pena di trè tratti di corda, e di ſcudi dieci per volta d'applicarſi à Luoghi pii per la metà, e l'altra all'Accuſatore, & Eſecutore, & altre pene ad arbitrio del Giudice per ciaſcuno, alle quali pene, e del capitolo antecedente, come che ſi tratta di mancamento commeſſo per ragione del Miniſtero, & eſercizio dovrà procedere il Superiore del luogo ſenza attendere alcuna patente di privilegia, o d'altro, che ſi deduceſſe per parte del delinquente per declinare la ſua giuriſdiziane.

Non intendendo S.E. mai di derogare nel reſto agl'altri Bandi, Ordini, Capitoli, e Proviſiani ſopra ciò fatte, quali commanda, che s'habbino da aſſervare intieramente, e però ordina à tutti gli Offiziali ſopra ciò deputati, che ſiano vigilanti, e ſalleciti ſapra queſte frandi.

In Urbe proceditur contra Piſtores nedùm
à Conſervatoribus, ſed etiam ab Annonæ
Præfecto vigore Bannimentorum eorumdem
233 DD. Conſervatorum Urbis ſuper qualitate,
& pondere panis fabricandi editorum, cùm
quilibet Judex ordinarius, vel delegatus ad
univerſitatem cauſarum ſit Executor Bannimentorum:
Nec ſe excuſare poterit Piſtor
onerando famulos, niſi probet illorum dolum,
& excludatur ejus culpa, nam iſto dumtaxat
caſu erit immunis à pœna, maximè ſi ſit
bonæ famæ, nec ſit ſolitus talia operari, ut
concludit *Novar.ſuper pragm.Regn.tit.de Piſtor.
collect.unic.n.2.cum ſeqq.*

Er quotiès invenitur panis malæ qualitatis, vel non juſti ponderis, de ordine Conſervatorum, & reſpectivè Annonæ Præfecti præter alias pœnas diſtribui ſolet Locis piis, & Pauperibus, idemque ſervari Neapolim teſtatur *Adden. ad Sanfelic. dec.329. verſ. Pœna contra Aſſiſiam, & Novar.d.tit.de Piſtor.in princ.*

Alteratio autem non poteſt dignoſci, niſi
præexiſtat Lex determinans certam qualita-
234 tem, & pondus panis; undè in Urbe, niſi
vigeat gravis penuria regulariter panis albus
vulgariter nuncupatus à *decina* debet eſſe un-
ciarum decem panis verò vulgariter nuncu-
235 patus à *batocco* debet eſſe unciarum octo.

Et in diſtrictu idem ſervandum eſt attenta
diſpoſitione Chirographi CLEMENTIS IX. *ema-
nati die 6.Julii 1667.* vigore cujus publicatum
136 fuit *die ſequenti Edictum, ſeu Bannimentum ab
Eminentiſſimo Camerario,* quòd etiam *ſub die 17.
Maij 1680.* ab eodem innovatum fuit tenoris
ſequentis, videlicèt. *Che in qualſivoglia Terre, Caſtelli, e luoghi tanto mediatamente, quanto immediatamente ſoggetti alla Sede Apoſtalica del Diſtretto di Roma il pane à bajocco venale per l'avenire ſia, & eſſere debba della qualità, bontà, e peſo, che ſi ſpaccia, vende, e ſmaltiſce in Roma, e non meno prohibendo à qualunque perſana di qualſivoglia ſtato, condiziane, e dignità tanto laicale, quanto Eccleſiaſtica, Secolare, e Regolare, che nan poſſa reſpettivamente ſpianare, nè vendere, e ſmaltire per ſe, o col mezzo d'altri, a minor peſo, bontà, e qualità per ciaſcheduu bajocco di quello, che ſi facci in Rama, altrimenti trovandoſi alcuno, che contravenga s'intenderà incorſo ipſo Jure, & ipſo facto nelle pene infraſcritte, cioè li Fornari nella perdita del pane, è di ſcudi cinquanta, e d'altre corporali ad arbitrio di Monſignor Prefetto dell'Annona per ciaſcheduna volta, che cantraverranno, e li Signori Baroni, & altri nella perdita di ſcudi dieci mila d'applicarſi ciaſcuna delle ſudette pene non corporali, parte alla Reverenda Camera, parte all'Accuſatore, che ſarà tenuta ſegreto, e ſi preſtarà piena fede alla relazione giurata d'eſſa Accuſatore con la depoſizione di due teſtimoni eſaminati ſammariamente, & anche ſi procederà per inquiſiziane, e le pene ſi eſeguiranno irremiſſibilmente ſenza ammettere ſcuſa, o eccezione alcuna.*

In noſtra verò Civitate Faventiæ quolibet
anno de menſe Novembris à DD. Abundan-
tiariis cum interventu Illuſtriſſimi Guberna-
toris formatur ſcandalium tàm pretii fru-
237 menti empti, quàm expenſarum, & deindè
determinatur pondus, & pretium panis ve-
nalis, quod propterea quotannis ſtatuitur, &
variatur ſecundùm varietatem valoris fru-
menti, & expenſarum.

Decimoſeptimò committitur fraus me-
diante extractione, ſeu tranſportatione fru-
menti ab una Provincia ad aliam, ſeu ab uno
238 Principatu ad alium, undè Edicto, ſeu Ban-
nimento pœnali poteſt prohiberi, illudque
judicatur favorabile, cùm taliter conſervetur
ubertas, vel ſaltem minuatur imminens penu-
ria ad *Text. in l.1. §.Cura carnis, ff. de Off.Præ-
fect. Urb.tot.tit. Cod.Quæ res exportari non deb.
Cenſal.in l.unic.n.5.C.Si quis Imperat.maled.Bur-
ſact.conſ.138.nu.8.cum ſeqq.Surd.conſ.210.nu.9.
Menoch.conſ.800. Farinac. in Fragm.par.1.verb.*

Bannimento n.44.Cabal.reſol.14.Farinac.conſ.85. ſub n.75.vol.1. Kloch.conſ.29.n.1008.juncto conſil.48.nu.45. & de Contrib.cap.1.n.354.cum ſeq. Ciriac.contr.578.n.2. Struv.in ejus Diſſert.jurid. de Annona aphoriſm. 22. Urceol. in Append. ad Conſult.forenſ.cap.42.n.1.vol.2.Solorzan.de Jur. Indiar. l.1.cap.7.nn.47.cum ſeq.vol.2. Borell.de Magiſtrat.Edict.lib.3.cap.14.n.4.verſ.jactis cum ſeq. Sola ad Conſuetud.Sabaud.tit.de Edictis Annonæ gloſ.4.n.1. Kloch.de Contrib.cap.1.nn.354. cum ſeq.ac n.371. Knipſchild.de Jur.& privileg. Civit.Imperiol.lib.5.cap.21.n.22.Kochen de Jure vicinia par.2. cap.4. ſub nn.32. Jo:Gryphiandr. Oeconom.legal.lib.1.cap.24.nn.201.cum ſeq. ubi ſubdit, quod ſaltem debet prohiberi extractio niſi poſt certum tempus, ad hoc ut frumentum potius Oppidanis, quàm Peregrinis vendatur, *Guidopap.dec.373.nu.1. Fontanell. dec.302. cum ſeq.Theſaur.dec.152.*

Eòque magis prohibita eſt transportatio Annonæ ſi fiat ad barbaras, & infideles Na-
239 tiones, *l.1.C.Quæ res exportari non deb.l.1.& 2.C.Quæ res vendi non poſſint, l.unic.C. de Liter, & itinerum cuſtodio lib.12.* aliis relatis firmat *Solorz.de Jure Indiar.lib.1.cap.7.n.47.cum ſeqq. vol.2.* Vel etiam ſolummodò extra Statum Eccleſiaſticum ſub graviſſimis pœnis inflictis *in Conſtitutionibus Summorum Pontificum* PII IV.
240 B. PII V. GREGORII XIII. CLEMENTIS VIII. quas omnes enumeravit, & innovavit PAULUS V. *in ejus Bul.la 12.vol.3.* & URBANUS VIII. *in Bulla 28.§.16.vol.3.*

Nec talis prohibitio contrariatur *Juri Gentium*, ex cujus diſpoſitione commercia dicuntur libera, ut de proclamate pœnali à Barone
241 facto tempore meſſium ne aliqua grana abſque ejus licentia extrahantur à Territorio firmat *Cancer.var, reſol.par.3.cap.13.n.255.cum ſeq.* nam ſecundùm ipſum Jus Gentium ea ſunt reſtringenda conſulendo neceſſitati, & publicæ utilitati Subditorum, & Incolarum, nam durum, & iniquum eſſet privare pro-
242 priam Provinciam, & Principatum ea annona inibi recollecta, & qua indigere poteſt *Ad Text. in l.Præſes, C.de Servit. & aqua,* ibi: *Cum ſit durum, & crudelitati proximum ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum uſum vicinorum propagari* limitat *Cancer.d.c.13.n.259.* ubi concordantes *Kochen loc.cit.ſub n.33.Loſæus de Jure unico par.3.c.15. nn.23.Struv.d.aphoriſm.22. Chriſtin.deciſ.Belgic. vol.3.dec.60.nn.2.& 5.cum aliis mox allegatis*, & de Bannimento Eminentiſſimi Cardinalis Legati Provinciæ Romandiolæ de non transportando frumentum, & bladas de tempore recollectionis de uno Territorio ad aliud, quod ſit validum, & juſtum, cùm rendat ad conſervandam abundantiam in Civitate cumulatis concordantibus firmat *D.Urceol.conſult.42.nu.1.* qui tamen defendidit à prætenſo contrabanno pauperes Ruſticos, qui reperti fuerant cum curribus, ſeu plauſtris oneratis frumento, bladis, ac pomis tranſire de Territorio Forolivii per Territorium Fori Pompili, eò quia excludebatur dolus.

Cavendum tamen à mendicata penuria, quæ quandoque affectari ſolet ad effectum reſtringendi commercium, & taliter cogendi
243 Subditos ad venditionem frumenti, & aliarum victualium viliori pretio favore Appaltatorum Cameralium, ſeù Theſaurariorum Provinciarum, qui artificioſè tentare ſolent Gubernatores, & Cardinales Legatos à Latere ad hoc, ut ad hujuſmodi Bannimenta pœnalia abſque neceſſitate deveniatur, quapropter Superiores valdè invigilare tenentur ne decipiantur, & ne unus, ut plurimum Forenſis, diteſcat cum damno omnium Subditorum Sedis Apoſtolicæ, quorum major pars redditúum regulariter conſiſtit in frumento, etſi inferior ea intentione Bannimentum pœnale, faceret ſuper extractione frumenti, ut pro licentia extrahendi aliquid exigeret, dicendum eſt, prohibitionem ſapere novi vectigalis inſtitutionem, ut cum *Brun.conſ.151.col.2. verſ.Nec eſt dicendum* advertit *Kloch.de Contrib. cap.1.nu.273.* Imò quòd prohibitio extractionis non ſit facienda ad commodum ſolius Prin-
244 cipis Regnantis ad effectum ſcilicet extorquendi aliquod emolumentum pro licentia, & facta irrationabilis ſit firmat *Sola cit.gloſ.4. n.3.Cancer.d.cap.13.n.257.*

Sicuti etiam abſque publica utilitate, vel neceſſitate non eſt prohibenda transportatio de uno loco, ſeù Territorio ad alium locum,
245 vel Territorium intra eundem Principatum, prout liberum commercium frumenti bladarum, & aliorum minutorum per totum Statum Eccleſiaſticum exceptis Bononia, Ferraria, Benevento, Viterbo, & Urbe, ejuſque diſtrictu ſervari voluit *fa:me:* CLEMENS IX. ut ex ejus ſpeciali *Chirographo ſignato ſub die 20. Auguſti* 1667. vigore cujus ſub die 1. Septem-
246 bris ſequentis publicatum fuit Bannimentum, idemque valdè poſt hæc ſcripta demandatum fuit ex paterno amore *Summi Pontificis* INNOCENTII XII. Nam ſicuti liberum commercium, quod *de Jure Gentium* cuilibet competit, ut in propoſito tradit *Lagunez de Fructib.*
247 *par.1.cap.28.n.117.D.Urceol.Conſul.Forenſ.42. num.32. cum ſeq.* reſultat in magnam utilitatem Subditorum, ita prohibitio tendit ſolùm ad augendum angarias, & onera, cùm
248 pauperes Agricultores cogantur deſerere propriam domum, & laboreria ad effectum ſe conferendi ad Urbem, ſeù ad Superiorem pro reportanda opportuna licentia, etſi pro parte totius quantitatis petitæ abſque cauſa denegetur, majus damnum Subditis reſultat, vel quia mediantibus Strenis corrumpant Miniſtros, quibus incumbit executio licentiæ, ut reiteratis vicibus ſinant uti eadem licentia, undè valdè exorbitans viſa fuit *Bulla ſan:men:* URBANI VIII. *la 30.§.15.Bullar.nov.vol.3.* necnon Bannimenta Gubernatorum, Præſidum, & Legatorum Provinciarum, ac Bannimentum Annonæ Urbis de ordine Eminentiſſimi Camerarii publicari ſolitum, indiſtinctè etiam

tem-

tempore ubertatis, in quo diſponitur, *Che non*
poſſano contro la forma della Bolla della ſanta
memoria di PAOLO V. *publicata li 26. Agoſto*
1606. dal Territorio d'un luogo tanto immedia-
to, quanto mediato tranſportare, ſe tranſmutare
all'altro immediato, o mediato grani, biade, &
altro ſe non per condurſi à Roma etiam raccolti
nelli terreni proprj, o lavorati da loro etiam per
uſo proprio, & in vigore di concordia, o capi-
tolazioni fatte fra le Communità de' luoghi, e
mandato de obſervando, o inhibizioni ottenute,
o da ottenerſi da Noi, o Monſignor Prefetto, e
per occaſione di fiera, o di mercato non preceden-
do la particolar licenza noſtra, o di Monſignor
Prefetto in ſcriptis, e quando anche foſſe neceſſa-
rio tramutarli non ſi poſſa fare ſenza detta licen-
za ſotto pena in ciaſcheduno di detti caſi della
perdita de' grani, e biade, & animali, & altre
pene pecuniarie à noſtro arbitrio, e di Monſignor
Prefetto, e quando li conduceſſero à luoghi vicini
à confini, o al Mare cinque miglia, oltre lo per-
dita di detti grani, biade, legumi, & altre
robbe come ſopra, e dell'animali, che li condur-
ranno, di ſcudi quattro per rubbio, nè li ſcuſarà
allegare, che habbino ottenuto, e ſiano per ot-
tenere licenza di cavarli fuori dello Stato Eccle-
ſiaſtico, ſe effettualmente non l'haurà ottenuta, e
ſpedita per primo, che comincia à moverli: cùm
aſportatio frumenti, & victualium per Re-
gnum, & Principatum, ejuſque Civitates, &
loca de Jure permiſſa ſit, utpotè quia una
Civitas, & Provincia affluens debet alteri
249 egenti ſubvenire, ut relatis *l. In nomine Do-*
mini §. Poſtquam C. de Offic. Præfect. Prætor l. Ge-
neralic. C. de Decur. lib. 10. l. Si quis in hoc C. de Epiſc.
& Cleric. tradit *Jacobus de Collontes, & Avel-*
laneda Commentar. pragmat. in frumen. & Agric.
lib. 3. cap. 13. ſub n. 1. poſt med. & quòd de Jure
communi nemo prohibeatur fructus extrahe-
re de uno Territorio, & traſportare in aliud,
relato *Panciro l. conſ. 106. nu. 19.* docet *Kloch. de*
Contrib. cap. 1. nu. 371. verſ. Quod planè. Itaque
prohibitorium, & pœnale Edictum paſſim, &
abſque neceſſitate non eſt faciendum, ut ſe-
250 quendo *Bald. in l. Cætera §. Sed ſi quis, ubi etiam*
Aretin. in 1. notab. ff. de Legat. 1. advertit *Sola*
alleg. gloſſ. 4. n. 2. Undè contra quoſdam Gu-
bernatores hujuſmodi Bannimentis abutentes
invenit *Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſ 80. n. 21.* Sed
ſolummodò juſtum, & æquum poteſt judicari
in ea parte, in qua vetatur tranſportatio ad
251 loca vicina Confinibus, vel Mari ob facili-
tatem, & periculum extractionis extra ſtatum,
ut advertit *Sola ad Conſuetud. Saband. tit. de*
Edict. Annonæ gloſ. 7. nu. 3. verſ. Sed redeundo cum
ſeq. Prædicta gravamina nequaquam timeri
valent à Comprovincialibus Romandiolæ in
gûberuio *Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Bar-*
berini ad Legationem ejuſdem Provinciæ poſt
compoſitam hanc *Obſervationem* promoto,
dum juſtitia, charitas, pietas, & morum
cum gravitate ſuavitas ſunt virtutes ipſi adeò
connaturales, ut ad populos regendos, & ad
ſupremos honores natus ſit.

Notandum, quod ſi Lex, Conſtitutio, Sta-
tutum, ſeu Bannimentum, id expreſſe non
252 prohibuerit, non ligabit tranſportantem
de loco ad locum in eadem Provincia, ſeu
Principatu *Bald. in l. Cætera §. ſi duobus ff. de Le-*
gat. 1. Sola ad Conſtit. Saband. tit. de Edict. An-
nonæ gloſſ. 7. nu. 1. & tenet *Maſſin. de Confiſcat.*
quæſt. 18. nu. 61. Prout etiam notandum, Fo-
renſes Dominos terrarum, vel Agricultores
poſſe non obſtante generali prohibitione fru-
253 mentum, quod in territorio recollexerunt
extra territorium ad domum propriam tran-
ſportare, ut reſpondit *Senatus Pedemontanus*
penes Theſaur. deciſ. 152. cujus opinionem tan-
quàm veriorem ſequitur *Cancer. Variar. reſo-*
lut. par. 3. cap. 13. nu. 260. Cabal. reſolut. crim. caſ.
34. D. Urceol. Conſultat. forenſ. 42. nu. 32. cum
ſeq. Quod procedit ſaltem pro ſui, & familiæ
victu, ut tenet *Caball. Reſol. crim. centur. 1. caſ.*
15. Hermoſill. ad Lopez. gloſſ. 2. leg. 3. tit. 5 par. 5.
nu. 82. pag. 409. tom. 2. ſecundùm impreſſ. Lugdun.
Borell. de Magiſtrat. edict. lib. 3. cap. 14. num. 21.
254 *cum ſeqq.* qui loquitur de eo, qui emit, &
ſui uſus, ac propriæ neceſſitatis cauſa extrahit
Urſell. conſul. 111. nu. 26. Sola dicta gloſſ. 4. nu. 7.
Gutierez. Pract. qq. lib. 4. quæſt. 42. n. 1. ubi quod
Agricultores forenſes poſſunt partem ſuam
frumenti impune exportare ad domum ſuam
255 ea ratione, quia in eis ceſſat ratio Legis, ſivè
Statuti prohibitiva, quæ fuit cauſa conſervan-
dæ ubertatis cum magis conſervetur, ſi
non impediantur Laboratores exportare ſuam
portionem, nam mediante facili exportatio-
ne Forenſes incitantur ad culturam agrorum,
ex qua reſultat ubertas *Kochen. de Jure viciniæ*
par. 2. cap. 4. nu. 35. ubi ſubdit, quod compelli
poſſunt ad jurandum, quantum frumenti
258 egeant *Maſſin.* referendo *Solam* loquentem
de Meſſoribus in *tract. de Confiſcat. quæſt. 18.*
nu. 64. & temperando dictam opinionem *Sena-*
tus Pedemontani reſpondit *Theſaur. dicta de-*
ciſ. 152. verſ. Ego tamen, & quod Statutum
prohibens extractionem frumenti ex aliquo
loco ſit intelligendum præterquam quoad
proprium uſum, & pro ſubveniendo neceſ-
259 ſitati uſus proprii docet *Bart. in l. Cætera §.*
ſed, & ſi nu. 4. ff. de Legat. 1. Roland. conſ. 34. n. 18.
volum. 3. Cancer. Variar. reſolut. 1. cap. 14. nu. 14.
Farinac. Fragment. par. 1. in verbo Bannimént.
nu. 55. & nu. 57. ſubdit extractionem pro uſu
260 proprio probari juramento extrahentis.

Quod procedit etiam ſi prohibitio com-
261 prehendat exteros, ut tradit *Sola cit. gloſſ. 4.*
nu. 7. verſ. quinimò.

Hinc GREGORIUS XV. *in ejus Conſtitutione*
30. §. 3. Bulla. nov. volum. 3. declaravit pœnam
excommunicationis, & cenſurarum Eccleſia-
ſticarum ab ejus Prædeceſſoribus impoſitam
262 Annonam à Statu Eccleſiaſtico immediate
ſubjecto ad Statum mediatè ſubjectum aſpor-
tantibus non incurrere extrahentes pro ne-
ceſſaria ſubſtentatione eorum, & familiarum
ſuarum uſque ad novam Meſſem; nec non
263 Pauperes, qui faſciculos ſpicarum in agris
reli-

telictarum unius diei labote collectos pro vi-
ctu, & neceſſitate tantum ſua diurna, ſimili-
264 ter Religioſi Mendicantes, qui granum, &
alia ſimilia pro elæmoſyna data pro victu
Conventuum ſuorum communi, ac Ruſtici, &
pauperes Operatii, qui mercedem diurnam,
non niſi in gtauo, aut aliis Annonæ geneti-
265 bus hujuſmodi conſequi poſſunt. Et tan-
dem, qui ad Mercatus pullos, ova, fructus,
266 vel alia ſimilia in parva quantitate ferunt,
& ex ptetio rerum prædictarum, panem, fa-
rinam, & ſimilia pro ſuo, & familiarum ſua-
rum uſu, & neceſſitate dumtaxat ex locis Sta-
tus prædicti immediatè ſubjectis ad loca Sta-
tus Eccleſiaſtici mediate ſubjecti, aut etiam
extra Statum Eccleſiaſticum exttaxerint,
dummodo omnis dolus, & fraus abſit, &
Mercatura, quæ Conſtitutio, quòad Pau-
peres pro faſciculis ſpicarum, nec non quò
ad Religioſos pro elæmoſyna; ac quò ad
Ruſticos, qui eorum mercedem, non niſi in
gtano aſſequi potuetunt non cenſetur ſublata
per prædictam *Conſtitutionem* Urbani VIII.
la 28. §. 15. & ſucceſſivè aliorum Pontificum,
qui ſimilem Conſtitutionem ediderunt tenet
Maſſin. de Confiſcat. dicta quæſt. 18. *num.* 65. *cum
ſeq. Bonac. de excomunic. in partic. extra Bull.
Cana diſp.* 21 *q.* 2. *punct.* 42. *propoſit.* 2. ubi etiam
alia de hac mareria.

Paritèt is, qui tempore licito cæpit extra-
here, ſi antequam exiret de Territorio, ſeu
267 Principatu ſupervenit Lex prohibitiva,
non poteſt puniri, nam initium licitum, &
præventio prævet al executioni, & fini prohibi-
to ad *Text. in cap. gratum* 20. *de Offic. delegat.
cap. propoſuiſti* 19. *de Foro compet.* & in puncto
late reſpondit *Ciriac. controverſ.* 418. *per tot.
Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom.* 2. *par.* 3.
cap. 35. *nu.* 20. *Capyc. Galeott. Controverſ. lib.* 1.
controverſ. 46. *nu.* 28. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 88.
num. 23.

Prout etiam ſi prohibitio utatur vetbis per-
fecti, ſeù pluſquàm perfecti tempotis videli-
cet *Si quis exportaverit, vel extraxerit*, nam
268 tunc non comptehenditur repertus in via,
cum verba actum conſumatum requirant; ſe-
cus ſi dicat *Si quis extrabat, ſeù exportabit*,
quod rem cæptam deſignat, ut de Statuto
prohibente extractionem bladi ſequendo di-
ſtinctionem *Jac. Butr.* docet *Bald. in l. Si quis
non dicam* 5. *nu.* 5. *C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi
etiam ſubdit, quod ſi Statutum dicat, ſi quis
fuerit inventus portare bladam extta diſtri-
ctum, tunc aut invenitur in loco ſuſpecto, &
punitur, aut non invenitur in loco ſuſpecto,
& tunc non punitur, ſed datur ſibi juramen-
tum, quod non portet contra dectetum, &
bannum, & declatat *Sola allegat. gloſſ.* 4. *nu.* 13.
Borell. de Magiſtr. ædict. lib. 3. *cap.* 14. *nu.* 40. *cum
ſeqq.* ubi *nu.* 40. limitat in caſu, quo repertus
ſit propè Confinia, vel in Ripa fluminis, aut
Maris littore *Fragoſ. de Regim. Reipubl. tom.* 1.
lib. 7. *diſput.* 19. *nu.* 36.

Eoque facilius evitabit pœnam, ſi dicat,
quod exportabat frumentum ad Molendinum
vicinum, vel ad domum, quam habet ultra
locum, ubi repertus fuit, dùm aliæ proba-
tiones, præſumptiones, & conjecturæ non
concurrant in contrarium, ut firmat *Borell.
dicto cap.* 14. *nu.* 45. *Urſell. Concluſ. in verbo An-
nona nu.* 11. vide nihilominus *Farinac. in Fragm.
par.* 1. *in verbo Bannimenta nu.* 50. *cum ſeqq.* ubi
late refert *DD.* examinantes, an Bannimenta
ſub certa pœna prohibentia extractionem fru-
menti, vel alterius rei extra territorium com-
prehændant eum, qui adhuc territorium non
exivit, ſed repertus in ipſo territorio *Maſſin.
de Confiſcat. quæſt.* 21. *nu.* 23. *cum ſeqq.* qui poſt
relatam diſtinctionem circa verba Statuti con-
cernentia, vel tempus præſens, vel imperfe-
ctum, & præteritum, & alia de hac ma-
teria ſubdit, quod extrahens debet arre-
ſtari antequàm egrediatur totum territo-
rium, nàm ſi expectaretur egreſſus nunquàm
eſſet locus pœnæ cum extra territorium Of-
ficiales Gabellæ non poſſint eos proſequi &
capere, & *Urſell. loc. cit. nu.* 12.

Excuſabitur etiam extrahens frumentum
extra Statum, ſi poſtea pœnitendo recedat,
& in receſſu ſit deprehenſus, dummodo ille
269 repertus fuerit in via; ſecus ſi in tugurio,
ſeù hoſpitio, in quo requieſcebat cum anima-
270 libus, & grano etiam ſi aſſerat pœnituiſſe,
quia ei non creditur niſi concurrant conjectu-
ræ, præſumptiones, vel aliæ probationes ve-
ritatem ejus aſſertionis ſuadentes cum *Joann.
And. & Bertachin.* docet *Cobell. ad Bullam Boni
Regim. cap.* 21. *nu.* 74.

Quid dicendum ſi is, extraxit frumentum
pro uſu ſuo, poſteà mutato propoſito illud
271 vendidit, an ſcilicèt incidat in pœnam Ban-
nimenti, ſeù Conſtitutionis vide *Farinacc. in
Fragmen. par.* 1. *in verbo Bannimenta n.* 58.

Cæterùm Clerici, aliæque Eccleſiaſticæ Per-
ſonæ non ligari in coercitiva à Lege, ſeu Sta-
tuto, vel Bannimento Principis, ſeù Magi-
272 ſtratus ſecularis prohibente frumentum,
aliaque victualia extra Territorium & Prin-
ciparum deſerti, ut abundantia conſervetur
attento defectu poteſtatis Legiſlatoris *Fermo-
ſin. in cap. Eccleſia* S. Mariæ *q.* 6. *nu.* 22. *cum ſeqq.
de Conſtit.* & hanc uti veriorem, communio-
rem, tutiorem, atque in praxi ſervandam
rejecto *Menoch. conſ.* 800. *vol.* 8. aliiſque contra-
riis latiſſimè comprobando tenet *Sperel. dec.* 12.
per tot. qui in *deciſione ſequenti* examinat, an
ſaltem quoad vim directivam ligentur, ita ut
contravenientes peccent *Panim. dec.* 32. *& de-
ciſ.* 96. *n.* 2. *cum ſeqq. vol.* 2. ubi *n.* 10. ſubdit, quod
hujuſmodi Lege, ſeù Bannimento utentes in-
cidunt in excommunicationem.

Atteuta autem prohibitione extractionis
recurrendum eſt ad Principem pro reportanda
273 conceſſione Tractæ, & Extractæ, quæ eſt de
Regalibus, ut firmat *Maſtril. de Magiſtrat. lib.* 5.
cap. 8. *nu.* 36. *Camil. de Curte in diverſ. Jur. feudal.
verbo redenndo igitur nu.* 56. *cum tribus ſeqq.* te-
latus per *Cancer. Var. reſolut. par.* 3. *cap.* 13. *n.* 264.

Ca-

Digitized by Google

Capyc. latrat. conſultat. 67. numero primo,
Eaque à Principe eſt concedenda tàm ad
effectum invitandi Subditos ad Agriculturam,
eiſque facilitandi diſtractionem introitum,
274 quàm introducendi in Principatu maximam
pecuniarum copiam advertit *Maſtril.cit.cap.9.
num.38.*
Non quidem antè recollectionem, cum
nulla ſecuritas dari valeat illius ubertatis ob
temporis intemperiem, & inſortunia, ſed poſt
275 ſequutam uberem recollectionem, ut admo-
net *Maſtril.de Magiſtrat.d.cap.9.n.55.* Ac facta
priùs abundanti proviſione frumenti pro ſub-
276 ſtentatione Subditorum *Maſtrill. alleg. cap.9.
n.4.cum ſeqq.Capyc.latr.conſult.67.n.9.*
Advertendo proviſionem debere eſſe abun-
dantem, addendo ſolitæ quantitati regulari-
ter neceſſariæ pro alimonia Subditorum aliam
277 ſummam ad effectum evitandi penuriam, &
conſulendi majori commoditati Subditorum,
prout aliam quantitatem pro majori ubertate
Civitatis Alexandriæ addiderunt *Imperatores
Theodoſius, & Valentinus, ut in l.2.C.de Frumen.
Alexandr.lib.11.* ac demandarunt *Imperatores
Honorius, Arcadius, & Theodoſius in l.2. C. de
Annon.Civil.lib.11.* Non tamen videtur neceſ-
ſarium relinquere duplicatum victum, prout
admonet *Borel.de Magiſtrat.Edict. lib.3.cap.14.
nu.30.in fine*,
Ad prędictum verò effectum diligenter per-
ſcrutanda eſt quantitas frumentorum, & fru-
gum in loco exiſtentium, unà cum ſumma
278 neceſſaria pro alimonia Subditorum, ut do-
cet *Borel.alleg.cap.14.n.94.verſ.Secundùm*; ſer-
vando praxim traditam pro habenda oppor-
tuna notitia per *Maſtril. de Magiſtrat. d. cap.9.
n.40.cum ſeq.& Rip.Caput.ac Kochen alleg.ſupra
n.66.cum ſeqq.*
E converſo verò deneganda eſt deficiente
ſufficienti, vel ſaltem non exuberante provi-
ſione frumenti pro ſubſtentatione Subdito-
279 rum, nàm nimis durum, & crudelitati pro-
ximum eſſet privare ſubditos alimentis ſubtra-
hendo fructus inibi recollectos, ut Forenſes
alantur ad *Text.in l.Præſes C.de Servit.& aqua
l.unic.C.Ut nemini lic.in empt.lib.10. Paſchal.de
Patr.poteſt.par.2.cap.3.n.70. Novar.de Gravam.
Vaſſal.gravam.100.n.3. Bonden.collect.50.n.156.
cum tribus ſeqq. Roccha Epiſcopus Iſclanus Diſp.
Juris ſelect.cap.73.n.9.cum ſeq. Afflict.dec.290.
n.9.Fontanel.dec.164.n.18.*
Eòque magis id erit deteſtabile, ſi extractio
permittatur à Principe ad hoc, ut ob cario-
280 rem venditionem ſuis lucris attenderet, quo
caſu non mereretur nomen Principis, ſed Ty-
ranni, ut notat *Borel.de Magiſtrat. Edict. lib.3.
cap.14.n.18.cum ſeq.*
Pariter deneganda eſt Extracta quotiès vi-
get immoderata penuria, quamvis comperat
281 privilegium extrahendi, etiam tempore ca-
reſtiæ, cum illud interpretandum ſit de mo-
derata, & ordinaria penuria, non de extraor-
dinaria, & immoderata, ut reſpondit *Senatus
Cathaloniæ penès Fontanell.d.dec.164. n.10.cum
ſeqq.Maſtril.dec.257.nu.27.* ubi quòd conceſſio
extractionis cum privilegio, quod non poſſit
illi derogari pro quacunque urgentiſſima ne-
ceſſitate non debet intelligi de illa, quæ natu-
ra, vel caſu provenit, veluti ſi fruges non
naſcerentur, vel minùs naſcerentur, ſed quan-
282 dò Rex, vel Princeps pro ſuis quibuſvis ne-
ceſſitatibus extractiones prohibuiſſet, & ſe-
quitur *Maſſin.de confiſc.q.18.n.70.cum ſeqq.Bon-
den.loc.cit.n.156.cum ſeq.*
Et quod privilegium extrahendi ex aliqua
Civitate, vel Provincia certam quantitatem
frumenti debeat intelligi, dummodò talia
283 quantitas ſuperſit uſui habitantium in ea-
dem Civitate, vel Provincia, cùm hujuſmodi
conceſſiones habeant in ſe tacitam conditio-
nem inopiæ, & ſterilitatis *Bonden.loc.cit.n.172.
Giranda de priv.n.332.cum ſeq. Maſtril.dec.257.
n.25.* & prius *de Magiſtr. lib.5.cap.9. nu.42.cum
ſeqq.juncto n.56.cum ſeqq.* ubi examinat, quan-
do liceat conceſſionem Tractarum revocare,
& quando Princeps concedens teneatur ad re-
284 fectionem, quod etiam examinavit in *dicta
deciſ.258.*
Eſtque adeò æquum, & rationi conſenta-
neum, quod frumentum ex unius Urbis, Ca-
ſtri, & Loci Territorio recollectum primùm
inſervire debeat pro alendis propriis Civibus,
qui agros coluerunt, onera ſubeunt, & Civi-
285 tatem defendunt, ut tempore penuriæ liceat
retinere granum, etiamſi Exteris jam fuerit
venditum tradit *Soia ad Conſtit.Sabaud. tit.de
Edict.Annon.gloſ.10.n.11.*
Competente eo caſu eiſdem Civibus, &
286 Communitati prælatione, ut docet *Covar.
Var.reſol.l.3.cap.14.nu.6.verſ.Tertiò mihi in fine
cum duobus ſeqq.* plenè *D.Maſſin.de Confiſc.q.18.
n.156 cum ſeqq.* & latè comprobat *D.Card.Cor-
radinus d.tract.de Prælationis Jure q.49.n.8.cum
ſeqq.Poſt hæc ſcripta impreſs.* ubi *n.10.* declarat
non procedere ceſſante publica utilitate.
Et quidem prælatio competit pro pretio
ab Exteris, recipiendo, cùm agatur de Iure
prælationis competente ratione publicę neceſ-
ſitatis, non de illa competente privatæ per-
ſonæ, nempè Domino occaſione venditionis
factæ à Colono, Vaſſallo, Emphyteuta, ut
diſtinguendo reſponderunt *Menoch. conſ.137.
per tot, Capiblanch.de Baron. to.2.cap.3.num.10.
verſ.Hanc contrarietatem* latè *D.Maſſin.cit.n.18.
n.157.cum ſeqq.Ripol.Var.reſ.cap.13.de Empt.&
vendit.n.89.cum ſeq.* & hanc opinionem ſequi-
tur *D.Card.Corradinus ubi ſupra n.16.* Adverten-
do illud pretium eſſe attendendum, quod cur-
rit tempore peritæ prælationis, itaut ſi de
tempore prælationis ex intervallo peritæ præ-
tium ſit auctum, illud eſt ſolvendum, ut do-
cet *Covar.d.cap.14.nu.6.verſ.Quartò præmiſſa in
fine, & verſ. Quod ſi ex intervallo, Mexic de
Taxa panis concl.5.num.113.* & advertit *D.Card.
Corradin.loc.cit.n.17.*
Colentibus tamen terrena Agri Romani,
& Urbis diſtrictus de ſui natura fertiliſſima
287 prout *Numa Pompilius* idem Agrum Ro-
ma-

Digitized by Google

manum in pagos diviſerat, cuſtodeſque, ſeù
inſpectores, qui Agrorum culturam, nè quid
per negligentiam admitteretur curarent adhi-
buit, ut notat *Zaſius in l. Neceſſarium §. & ita
Leges verſ. Civitas nu.25. ff. de Orig. Juris* Pro
faciliori reintegratione Artis agrariæ valde
diminutæ, perpetuo, vel ſaltem pro nunc ad
longum tempus annorum viginti mediante
ſpeciali Conſtitutione, ſtatuenda eſſet conceſ-
ſio Tractarum extra Statum Eccleſiaſticum
288 pro certa quota frumenti recolligendi, nem-
pe pro tertia parte abſque limitatione tempo-
ris, & loci, excluſis ſolum locis Infidelium;
Et ut hujuſmodi remedium utile, & neceſſa-
rium judicetur, ſupponendum eſt, diſtrictum,
& territorium Urbis conſiſtere in terrenis,
289 ſeu Tenutis, quæ cum partim ſpectent ad
loca Pia exercitio Agriculturæ incongrua, &
inhabilia, & partim ad Magnates, alioſque
Viros nobiles hodiernis temporibus ab illo
alienos, nec vigeat, nec vigere valeat uſus
Colonorum partiariorum, ex quo toto anni
290 tempore non ſine evidenti periculo morris
ob aeris inſalubritatem redditur inhabitabi-
le, proinde traditur terrenum colendum aliis,
quorum aliqui vulgariter nuncupantur *Moſcia-*
291 *roli* ſeù *Moſcetti*, quia parvam quantitatem
terreni colendi accipiunt; Alii verò Mercato-
res, qui facto ingenti inveſtimento pecunia-
rum, ut plurimum ſub uſuris acceptarum, in
bobus, in inſtrumentis Agriculturæ, horreis
&c. colendam conducunt magnam terreni
quantitatem, vel pro annuo affictu, vel cum
promiſſione reſponſionis certæ quotæ frumen-
ti pro quolibet rubro terreni Dominis Tenu-
tarum, & pro cultura utuntur opera Ruſtico-
rum ex Ducatu Urbini, ac à Provinciis Um-
briæ, Marchiæ, & Romandiolæ, qui certis
anni temporibus ad talem effectum illuc ſe
conferunt, poſtea terminatis laboreriis rever-
ſuri ad eorum Patriam reportata aliqua pe-
cuniarum ſumma, qua mediante ſuccurrunt
indigentiis propriarum familiarum. Ut autem
prædicti invitentur ad culturam, & ad neceſ-
ſarium inveſtimentum pecuniarum, ad ponen-
dam induſtriam, & ad ſubeundum pericu-
lum, vel ſterilis, vel nullius recollectionis ob
varia infortunia, quæ accidere ſæpè ſolent
poſt factas impenſas, & imminente recolle-
ctione, exhibenda eſt ſpes lucri retrahendi,
quæ quidem præcludenda non videtur ex de-
negatione Tractarum, prout experientia do-
cemur, cum hodie in Agro Romano non ſe-
rantur rubra decem millia, dum prius ſere-
bantur viginti quinque millia rubra terræ, &
in Territorio Cornetano olim vulgariter nun-
292 cupato *il granaro di Roma* redactus ſit nu-
merus aratruum à quatuor centum, & ultra
ad ſeptuaginta, in illoque Toſcanellæ ab
Aratris biſcentum ad ſeptuaginta ſeptem, &
quod magis timendum eſt, prout alias acci-
dit, poteſt dari urgens neceſſitas (quod *Deus
avertat*) tranſmitendi plura centena millia
ſcutorum Olandenſibus pro pretio frumenti,
ut plurimum peſſimæ qualitatis; E converſo
verò aperiretur, ſeù reviviſceret ſpes ex illa-
rum conceſſione, & reportarentur tàm publi-
ca, quàm privata lucra; Etenim ultra quod
Domini terrarum conſequerentur commo-
dum affictus, ſeù reſponſionis, & concurre-
rent tot milliaria hominum ex dictis Provin-
ciis, quorum mercedibus ſuccurrerent eorum
familiis, ac ſperari ſemper poſſet abundantia
ob optimam qualitatem terreni fertiliſſimi,
cura enim Principis particulariter eſſe debet
circa magnam copiam Agricultorum, &
293 quod terræ ſeri ſolitæ omninò ſerantur ju-
xta præceptum *Imperatoris Conſtantini in l. 1.
C. de Agricul. & cenſit. lib. 11.* & advertit *Tapia
d. tract. de Abundantia par. 2. remed. 3. nu. 1. cum
ſeq.* & quod Cives compelli poſſint, ut vineas,
& oliveta planteut, & agros colant, ut adſit
abundantia Annonæ ad communem utilira-
tem notat *Bart. in l. Quoties in fine ff. ad Munici-
pal. & Florian. in l. Ait Prætor §. ſicut ff. de His,
qui deject. & effud.* quos refert, & ſequitur *Aven-
dan. de Exeq. mand. par. 2. cap. 10. nu. 23.* Id reſul-
taret in evidentem utilitatem Dohanarum
Urbis, tum ob gabellas carnis, macinæ, ve-
ſtitus, & ſtiliorum, quibus ſuccumberent ſu-
pradicti Ruſtici, inibi confluentes pro cultu-
ra, tùm etiam ob emolumentum Tractarum,
quod tamen deberet eſſe moderatum ad ra-
tionem ſcilicet juliorum ſex pro rubro, vel
294 bononenorum decem pro ſingulo ſcuto
pretii frumenti, quo venderetur, quatenus
Tracta concedatur pro tertia, vel ſaltem pro
quarta parte, ſicuti practicari poteſt in prio-
ribus annis, donec uſque agricultura incre-
mentum acceperit; Si verò concederetur pro
medietate, tunc poſſet taxari emolumentum
in uno ſcuto, prout practicatum fuit in Pon-
tificatu PAULI V. in quo juxta antiquam tra-
ditionem ob extractionem rubrorum centum
mille frumenti quotannis Reverenda Camera
percepit totidem quantitatem ſcutorum, &
in Urbe pretium frumenti nunquàm exceſſe-
rat ſcuta quinque pro unoquoque rubro.

Addi tamen poſſet conditio in conceſſione
Tractarum, quatenus ſcilicet pretium fru-
menti in Urbe ejuſque diſtrictu, nec non Toſ-
canellæ, & Corneti non excedat ſcuta ſex pro
quolibet rubro, quod eſt pretium valde con-
gruum cuilibet generi perſonarum, firmis
ſemper remanentibus aliis privilegiis Agri-
cultoribus tàm de Jure, quàm ex Statuto
Agriculturæ Urbis, & Conſtitutionibus Apo-
ſtolicis competentibus

Operabitur autem expreſſa illimitatio
temporis in conceſſione Tractæ, quod quan-
docunque poſſit fieri extractio; alias ſi con-
ceſſa eſſet pro certo tempore, nempe in uno
295 anno, qui eam obtinuit uti non valet pro
anno ſequenti *Cancer. Var. reſol. par. 3. cap. 13.
nu. 265.* & reſolvit *Regia Camera, ut in Decre-
tis generalibus impreſſis penes Reverter. deciſ.
par. 2. deciſ. 497.* ubi de Tractis competentibus
Eminentiſſimis Cardinalibus pro extractione
vini

vini à Regno Neapolis : ſicuti etiamſi alicui
data ſit licentia extrahendi certum frumen-
tum , vel bladum extra Civitatem , vel Co-
mitatum non extenditur ultra numerum ſe-
296 ptem dierum , quorum duo habet ad acci-
piendum iter ; alios verò quinque pro itinere
perficiendo, ut notat *Bart. in l. unic. C. de Tract.
& Stat. l. b. 12. Roman. in Rubr. ff. de Arbit. col. 19.*
quos ſequitur *Corſet. Singular. in verbo Gabella
4. in fine , & Chriſtin. dec. Belgic. vol. 5. decif. 159.
nu. 9.* Unde ad evitandas controverſias ſolet
297 præfigi terminus extractionis faciendæ .

Advertendum tamen quòd ſolum reme-
dium conceſſionis Tractarum non ſuffragabi-
tur ad effectum reintegrandi artem agrariam,
& reparandi damno Agricultorum , & Domi-
norum agrorum Urbis , niſi frumentum per
Piſtores , favore quorum (poſtquàm prædi-
cta ſcripſeram) ſupervenit mediante Chiro-
grapho Summi Pontificis Alexandri VIII.
exemptio ab annua diſtributione rubrorum
32. m. circiter frumenti Annonæ antea practi-
cata ad effectum extinguendi ingens debitum
jam occaſione diverſarum penuriarum con-
tractum , ematur frumentum juſto , compe-
tenti , & rationabili pretio , quod etiam cum
maxima vigilantia Illuſtriſs. Annonæ Præfecti
conſequi non poterit , quoties Tractæ non
concedantur ; Nam Piſtores certi de abun-
dantia frumenti , quodque aliunde vendi ne-
quit , quaſi per quandam ſpeciem Monopolii
ſtrangulant Mercatores , & Agricultores ad
illud vendendum pretio ſibi ipſis beneviſo in
illorum graviſſimum damnum , & diminutio-
nem Agriculturæ .

Et ſine ſcrupulo cogi valent ad ſolutionem
pretii rationabilis , cùm hodie nullum aliud
ſentiant gravamen favore Annonæ , quàm ſo-
lutionis juliorum quinque pro quolibet rubro
frumenti , quod molitur à Piſtoribus Deci-
nantibus , ad effectum ſolvendi Salaria Mini-
ſtris , & expenſas neceſſarias Annonæ , &
reſiduum conſervandi una cum rubris 20. m.
frumenti tanquàm præſidium pro contingen-
tibus indigentiis ſemper retinendi in horreis
ejuſdem Annonæ juxta diſpoſitionem dicti
Chirographi Alexandri VIII. & ut nedum
conſervari , ſed etiam augeri valeat prædicta
quantitas frumenti diſtribuenda eſt quolibet
anno , ad renovandum Piſtoribus , quatenùs
detrimentum pati , & non poſſe ulterius con-
ſervari agnoſcatur .

V O T U M.

Perilluſtr. & Admod.

REV. D. MARCI ANTONII TAURELII I. V. D. FAVENTINI.

IN Civitate Faventiæ de menſe Auguſti
quolibet anno pretium frumento con-
ſtituitur à Senatu , addita Præſidis Provinciæ
298 confirmatione . hocque per annum regula-
titer durat , niſi contingat notabilis rerum
mutatio . Ante autem hujus pretii conſtitu-
tionem Senatus diligenti perquirit indagine,
quæ quantitas ſit collecti frumenti , quæ alia-
rum frugum , quomodò ſe habeant finitimæ
Civitates , & ob experimentum . quod habet,
optime noſcit quod prætium ſit pro frumen-
to conſtituendum . Nunc de anno 1639. taxa-
tum fuit frumentum ſex libris , ſolidis ſcilicet
120. cum conſenſu Præſidis : cum autem in
Foro vendatur ad ſummum ſolidis 90. quæri-
tur ; An qui dilata ſolutione vendit , poſſit
vendere ſolidis 120. ſequendo pretium taxa-
tum . Ad hanc difficultatem negative reſpon-
det *doctus Modernus in tract. de Pretio legiti-
mo , ac naturali cap. 2. concl. 2.* Movetur primò
quia pretium legitimum quotieſcumque ex-
299 cedit notabiliter vulgare rigoroſum, eſt inju-
ſtum , tanquam extra limites pretii naturalis,
ſed in caſu noſtro notabiliter excedit , cum
excedat ſolidis triginta ; ergo injuſtum , ad
hujus doctrinæ comprobationem quamplu-
rimos citat *Authores* . Secundò , docet hanc
venditionem uſuraria labe pollutam eſſe; quia
vendere rem pluris, quam valeat, ob temporis
300 expectationem , uſura eſt ; Quicquid enim
exigitur ultra juſtum pretium pro temporis
expectatione , eſt quaſi pretium mutui , quod
pertinet ad rationem uſuræ , deindè dictitat
hoc determinatum eſſe in *cap. in Civitate , &
in cap. conſuluit extrà de Uſuris.* Verum his non
obſtantibus , contrarium mihi probabiliter
301 videtur dicendum ; Nam licere vendere
frumentum pretio juſto , ſive expectata , ſive
numerata pecunia non eſt in dubium revocan-
dum ; Sed qui vendit pretio à lege taxato ,
vendit juſto pretio , ergo : Major evidens eſt
ex terminis, minor probatur, pretium conſti-
302 tutum , à lege eſt juſtum, vel ſemper præſu-
mitur juſtum , dummodò evidenter non ap-
pareat de injuſtitia ipſius *Molin. de Cont. di-
ſput. 364. nu. 8. Leſſ. lib. 2. cap. 21. dub. 2. nu. 7.* ex
*Juris Conſultis Menoch. conſ. 237. nu. 18. Maſtrill.
decif. 17. nu. 9.* ipſemet *D. Gaſp. in cit. tract. cap. 1.
fund. 6.* Tunc autem apparet de injuſtitia pre-
303 tii legalis , quando conſtat Taxatores pre-
tio corruptos fuiſſe , vel odio motos , vel
craſſa ignorantia deceptos , ita *Leſſ. loc. cit.* &
denique quando notabiliter variantur cir-
cumſtantiæ , quæ ſi ab initio fuiſſent , non ita
taxatum fuiſſet , & tamen Princeps, Senatus,
vel ad quem ſpectat , adhuc negligens eſt in
mutando legem , ac pretium *Megal. in 2. s.
part. Inſtit. lib. 2. cap. 6. quæſt. 3. num. 111. Molin.
diſp. 364. nu. 9.* Verùm in noſtro caſu nihil eo-
rum militat quod de injuſtitia arguere poſſit
taxationem ; Senatus enim nec odio motus ,
nec muneribus allectus nec ignorantia dece-
ptus conſtituit pretium neque etiam mutatæ
ſunt circumſtantiæ; Nam eædem, quæ ab ini-
tio, erant adhuc permanent. Reſtat ergo pre-
tium à Senatu conſtitutum juſtum eſſe ; reſtat
per conſequens licere vendere tali pretio ; re-
ſtat denique non eſſe uſurarium, qui expe-

ctata pecunia taliter vendit. Neque etiam deſunt *Doctores* pro hujus ſententiæ comprobatione: eam enim probabilem eſſe docet *Naldus in Summa verb. Pretium nu.4.* abſolutè veram tenet *Bonac. de Cont. diſp.3. quæſt.2. par.4. nu.7.* idem docet *Michael. de Palatio de Cont. lib. 2. fol. 64.* ubi ita licere vendere in diem pretio taxato, quando viget taxatio ſed nunc viget, imò denuo confirmata eſt taxatio, ergo ſecundum ipſum licet, & adeo verum eſt, quod *Michael.* ſit hujus opinionis, quòd in eodem *loco citato* aſſerit poſſe Panificas, vel piſtores non à Senatu conſtitutos, ſed ſe ingerentes vendere panem pretio taxationis, licet frumentum non ſtet ipſis tantum, quantum ſtat Piſtoribus à Senatu conſtitutis, qui ex publico frumento panes conficiunt, & hoc non alia ratione confirmat, quàm quòd ſoa non intereſt diſcutere, an taxatio ſit excedens, vel deficiens, tandem approbant hanc doctrinam *Petr. Nau. de Cont. lib.3. cap.2. nu.3. Arrag. in 2.2. D. Tho. quæſt.77. art.1. verſ. ſed. dubitabit aliquis* & pro hac ſententia eos citat *Nald. loc. cit.* verùm quia eos etiam pro ſe adducit *D. Gaſp.* ideo animadvertendum, quia eum concedant hi *Authores*, ſtandum ſemper eſſe pretio legitimo, etiam ſi excedat communem æſtimationem, prout apparet ex exemplo ab ipſis allato, ſcilicet ſi ſaneca tritici æſtimetur communiter 10. argenteis, pretium verò à Lege taxatum ſit quatuordecim, licitum eſt recipere quatuordecim. Subjungunt poſtea, quòd taxatio legis fieri poteſt duobus modis, uno modo abſolute determinando juſti pretii quantitatem. Secundo modo non taxando juſtum pretium rei, ſed ſtatuendo nè ultra certam quantitatem res vendatur, nihil curando, an taxatio ſit juſta, nec nè. Si primo modo facta ſit taxatio, concedunt licitum eſſe recipere totum, ac integrum pretium rei, etiam ſi res communi æſtimatione minoris vendatur. Si ſecundo modo negant, & quia ajunt, quod regulariter taxatur frumentum ſecundo modo, ideo pro ſua opinione eos adducet. Verum primo dico, hanc diſtinctionem taxationis diſplicere *Salonio in 2.2. D. Thomæ quæſt.77. art.1. contr.* 11. nam nulla eſt Lex, quæ cum determinat, ac aſſignat pretium rerum, non aſſignet illud tamquam juſtum, aliter fruſtra Senatores tanta diligentia perquirerent circumſtantias, & luci, & temporis, & copiæ, & inopiæ &c. quæ ad augendum, vel minuendum valorem rei conferunt, ſi poſteà non curarent de juſtitia taxationis. Secundò dico, quod in noſtra Civitate, admiſſa diſtinctione *Arragonii* non habet locum ſecundum membrum illius, quia pretium taxatum aſſignatur tanquam juſtum, quod ex hoc ſatis colligitur quòd Præfecti Annonæ à Senatu conſtituti emunt frumentum à Civibus pretio taxato. Rejecto ergo ſecundo diſtinctionis membro, remanet primum, quod apertè noſtram comprobat ſententiam.

Reſtat nunc reſpondere ad argumenta *D.*
Gaſparini. Ad 1. negatur, quod pretium le-
gitimum quotieſcumque excedit vulgare ri-
304 goroſum, ſit extra limites pretii natura-
lis, & quia tota difficultas in hoc verſatur,
ideo pro majori intelligentia ſciendum eſt,
305 quod pretium naturale propriè acceptum
eſt illud, quod deducitur ex ipſiſmet rebus
ſecundum quod ad humanum uſum confe-
runt, attentis circumſtantiis, quæ poſſunt
augere, vel diminuere valorem illarum, hoc
ſi à Principe, à Senatu, vel ab auctoritatem
habente determinetur, legitimum dicitur;
ſi ſecluſa lege poſitiva à communi hominum
æſtimatione, vulgare nuncupatur; Hinc col-
ligitur, quòd legitimum ad hoc, ut ſit juſtum,
naturale ſupponere debet, ac infrà ejus lati-
306 tudinem contineri, ità *Molin. cit. diſp.364.*
nu. 1. idem de vulgari dicendum eſse docet
Arragon. loc. cit. art.1. & Leſ. lib.2. cap.21. dub.2.
nu. 9. ex hoc patet, quòd vulgare pretium
non ſemper naturale dici debet, poteſt enim
contingere, quòd communis æſtimatio in
conſtituendo pretio decipiatur, imò faciliùs
communis æſtimatio decipi poteſt, quàm
publica; quia Superiores poſsunt melius cæ-
307 teris omnes noſcere circumſtantias, ex qui-
bus rerum æſtimatio creſcit, vel decreſcit
Leſs. loc. cit. nu.8. Regin. in Praxi lib.25. cap. 16.
nu. 270. qui ulterius addit, ob communem
æſtimationem non eſse facile judicandam ta-
xationem Legis injuſtam; quo ſtante appa-
ret, falſam eſse propoſitionem *D. Gaſp.* ſcili-
cet quòd pretiom legitimum quoties excedit
vulgare notabiliter, naturale excedat; conti-
net enim petitionem principii, quòd vulgare
ſemper ſit idem, ac naturale, quòd adeo à
veritate eſt alienum, quòd communis æſti-
matio locum non habet, quando a Lege ta-
cta eſt taxatio *Arragon. Leſs. ll. cc. Sot. de Juſt.*
lib.6. quæſt. 2. art. 3. ſpectat igitur ad ipſum
probare, quòd in noſtro caſu pretium vulga-
re ſit idem, ac naturale.

Ulteriùs ex doctrina *Gaſp. cit. cap. 1. fund.4.* habetur, quòd pretium naturale dicitur illud, quod communi hominum æſtimatione, arbitrio, & prudentia conſtituitur; ſed quia non explicat, quod per communem æſtimationem intelligat, ideò audiamus *Arrag. loc. cit.* nomine communis æſtimationis intelligo illam, quæ, & apud prudentes, & imprudentes Divites, & Pauperes eadem ſervatur, quod prius docuerat *Med. C. de Reſtit. quæſt.31.* nunc applicando ad caſum dico, communem æſtimationem in venditione frumenti hoc anno non fuiſse ſolidorum 90. Nam Eccleſiaſtici ferè omnes frumentum ſuum vendiderunt in pane redactum, detractis expenſis ad rationem ſolidorum 120. Cives quamplurimi eodem pretio expectata pecunia tradiderunt Annonæ. Mercatores non pauci eo pretio illud acceperunt, pro ſuis creditis: In contractibus, in quibus ſolutio partim ſit in frumento, partim, in pecuniis eodem pretio

tradi-

traditum fuit; ideò evidenter apparet illam
æſtimationem Fori 90. ſolidorum non eſſe
communem, & apud prudentes, & impru-
dentes, & Divites, & pauperes, ſed ſolùm
iis factam, qui neceſſitate adducti, ut ſibi,
vel rebus ſuis ſubvenirent, cogebantur ven-
dere eo pretio, quod recipere poterant; ergo
etiam ſecundum doctrinam ipſius vulgare
pretium in noſtro caſu naturale dici non de-
bet. Nec dicat aliquis, non eſſe enumerandos
eos, qui frumentum in pane cocto vendide-
runt, cum alia ſit habenda ratio de ipſis; nam
panem, non frumentum vendiderunt; Reſ-
pondetur enim cum *Salaſ. de Controv. tract.* 5.
*dub.*15. *nu.*2. quòd id, quod in frumento ſta-
308 tuitur, idem, & in pane ſtatutum cenſetur.

Sed poſſet aliquis objicere, ſi pretium ta-
xatum eſt juſtum, ergo pretium vulgare, ſeu
Fori erit injuſtum, & per conſequens, qui
emit pretio vulgari, tenebitur ad reſtitutio-
nem tanti, quanti pluris valet. Reſpondetur,
non eſſe abſurdum dari duo pretia diverſa
309 juſta ejuſdem; Nàm conſtat apud *Doctores* ali-
quando licere vendere pluris vel minoris eme-
re, quàm valeat. Videatur *Leſs.lib.*2.*cap.*21.
*dub.*4.*n.*24.& in ſpecie ratione modi vendendi
notant *DD.* Apparet hoc in venditione ſub
haſta, in qua aliquando minoris duplo, ali-
quando majoris duplo res venduntur, quàm
valeant *Diana par.*1.*tit.*8.*reſol.*55.

Modus vendendi in caſu noſtro eſt neceſ-
ſitas venditoris, quæ facit, ut venditor offe-
rat merces ultroneas, quæ viléſcunt non ſo-
lùm pro tertia parte, ſed etiam pro medietate
*Diana loc.cit.reſol.*23. Sed dices hoc procedere
in mercibus, quæ non habent pretium legiti-
mum; Nàm legitimum pretium, cùm in in-
diviſibili conſiſtat, nec augeri, nec minui
poteſt; Reſpondeo, quòd pretium rerum
comeſtibilium regulariter fit in gratiam em-
310 ptorum, & ideò conſiſtit in indiviſibili
quoad exceſſum, non quoad defectum *Megal.*
*loc.cit.n.*86. Hoc quotidiè videtur in æſtimatio-
ne Vini, Piſcium, Carnium &c. poſſunt enim
Venditores minori, ſi velint, vendere, ſed non
majori pretio. Modus vendendi etiam in caſu
noſtro eſt vendere non numerata, ſed expe-
ctata ſolutione, qui modus ob multitudinem
emptorum, & cupiditatem emendi auget pre-
tium etiam ultra rigidum currentis numerata
pecunia. Videatur *Sanch.Quæſt.mora.lib.*1.*c.*7.
*dub.*15.*num.*4. qui hanc ſuſtinet opinionem,
tanquàm probabiliorem pro ipſa adducens
quampluримos *Authores*, & apertè demon-
ſtrans non eſſe contra *Text.cap.in Civitate, con-
ſuluit, Naviganti, de Uſuris*; Verùm ſola ipſius
ſufficeret auctoritas, cui cedant omnes *Scripto-
res* rerum moralium; ſemper namque quòd
hujus tanti *Doctoris* curam in perquirendis
Authoribus, tàm Theologis, quàm Juriſpe-
ritis intueor, ait alter *Eruditiſſimus Sancius*,
& rerum examinatarum copiam, in admira-
tionem rapior, & contineri non poſſum, quin
cupiam omnia oſſa mea in linguas verti peri-

tas, quibus exactè, ſi poſſem, laudes dignas
tanto Viro manifeſtas univerſo Orbi trade-
rem, *Mirabilem Deum eſſe in Sanctis ſuis, Regius
Proph.Pſal.*67. eſt teſtatus; Mirabilem quo-
que in Doctis ſuis nullus dubitabit. Mira er-
gò Dei largitas, lucem, & ſapientiam com-
municantis huic Doctori oſtenditur; modò
dilectio excedens erga ſacratam Societatis
Jesu Religionem elucet, cùm tot, tantoſque
filios ſapientia, & literis præditos ei præſti-
terit, & inter illos hunc Thomam *Sanch.* Gi-
gantem exhibere fuerit dignatus. O' maximè
dilecta Deo Religio, intende, proſperè, proce-
de, & regna. Erubeſcant igitur, obmuteſcant, &
confundantur, qui tanti Authoris ſententiam
erroneam eſſe audent affirmare.

Auctoritates, quas pro corroboratione ſuæ
opinionis adducit *Gaſp.* majori egerent conſi-
deratione, pro nunc ſatis ſit, quòd inter *DD.*
quos adducit, nonnulli expreſsè contrarium
docent, ut *Nav.Arrag.Palat.Bonac.* Alii, ut
Tolet. Eman. Sà. Beja difficultatem non attin-
gunt, ſed ſolùm in genere docent non licere
vendere rem cariùs expectata pecunia, quàm
311 numerata valeat, quòd, & nos fatemur cum
Sanch.loc.cit. præciſè ratione ſolius dilationis;
Sed in caſu noſtro dicimus numerata pecunia
frumentum tanti valere, quanti à Lege eſt ta-
xatum. Alii denique, ut *Salon. Megal. Homob.*
docent facta rerum notabili mutatione, non
312 licere vendere pretio taxato, & exemplifi-
cant de tempore ſterilitatis ad tempus abun-
dantiæ, quod utique etiam nos ultrò concedi-
mus; Nàm ſi Princeps, vel Senatus vellet, ut
tempore abundantiæ ſervaretur pretium tem-
pore ſterilitatis conſtitutum, eſſet manifeſta
injuſtitia, & illud pretium naturale dici non
deberet, quia non eſſet naturali prudentia,
attentis circumſtantiis definitum, ſed loqui-
mur in pretio tempore abundantiæ conſtitu-
to, nulla facta rerum mutatione.

Verùm quæret aliquis, undè motus ſit Ma-
giſtratus, Senatus, vel Princeps ad conſti-
tuendum pretium frumento pluris, quàm in
Foro vendatur, cùm in taxando pretio potiùs
infimum, quàm medium, aut ſummum ſer-
313 vandum eſſe doceat ex doctrina multorum
*D.Gaſpar de pretio legitimo, & naturali cap.*1.
*fund.*9. Reſpondeo primò non licere viro pri-
vato perquirere cauſas, ex quibus movetur
314 Princeps ad aliquid ſtatuendum, ſed teneri
eas ſervare, dummodò de injuſtitia apertè
non conſtet *cap.Erit, cap.In iſtis diſtinct.*4. Dico
ſecundò forſan motos fuiſſe ad hoc, ut fru-
mentum in Civitate conſervetur; nàm expe-
rimento edocti ſatis didicerunt, nulla lege,
vel pœnarum timore impediri poſſe frumenti
315 extractionem, quando aliquid lucri ex eo
percipitur; vel forſan quia ob rei publicæ
utilitatem expedit non ſolùm ſublevare æge-
norum miſeriam; verùm etiam Civium, ac
ac Agricolarum indemnitatem ſervare, ideò
frumenti pretium æſtimandum eſſe, habita
ratione ſumptuum, ac laboris, quem Agrico-

316 le in agris colendis impendunt docet *Laym. Theol.moral. lib.3. tractat.4. cap.17. §.1. num.2.* hinc *Reginal.in praxi lib.25.cap.16.nu.285.* ait licere Agricolis, etiam ultra taxatum vendere, quando ſumptus, quos fecerunt, excedunt ipſum pretium taxatum.

Sed inſtabit aliquis hanc noſtram opinionem videri contra pietatem Chriſtianam, qua ſemper Pauperibus conſulendum videtur. Ad hoc dico noſtram ſententiam magis favere Pauperibus quàm oppoſitam; nam certum eſt quia gravius eſt Pauperibus emere frumentum 30. vel 40. ſolidis ultra pretium conſtitutum tempore ſterilitatis à Principe, eò quia ſic vulgari pretio venditur quàm tempore abundantiæ taxatum ſolvere pretium, licèt minori vulgariter vendatur, ratio eſt manife-
317 ſta, quia tempore abundantiæ pro victu pauca ſufficiunt, tempore ſterilitatis nec multa ſatis ſunt, undè coguntur, & domum, & ſuppellectilem, & ſeipſos, ut ità dicam vendere pro victu, hæc inconvenientia eorum admittit doctrina, quam tuetur *D. Gaſpar d. tract.cap.2.* Nos verò cum comm. *Doctorum* apertè ſuſtinemus, etiam tempore ſterilitatis
318 taxam ſervandam eſſe, licèt vulgariter majori pretio vendatur, dummodò apertè non conſtet de injuſtitia taxationis, ita *Salon. de juſt.to.2.q.77.art.1. Salaſ.de Cont. tract.1.dub.7. n.3.Baſil.Pon.Var.diſp.par.1.q.2. Scholaſtica c.7.*

Ad ſecundum principale *D. Gaſp.* argumentum patet ex dictis reſponſio, nàm abſolutè negamus, ut probatum eſt frumentum vendi pluris, quàm valeat, & cùm juſto vendatur pretio, non intrat uſura.

Ad *Textus*, quos adducit, ſcilicèt *cap. In Civitate, & cap.Conſuluit de uſuris*, Reſpondeo
319 quòd loquuntur in mercibus, quæ non habent pretium à lege taxatum, in quibus ex neceſſitate verum, ac juſtum pretium eſt pretium currens, quando verò adeſt pretium legitimum, illud nos appellamus juſtum, & ità locum non habent, aliter non eſſet cur Principes taxarent pretia rerum, ſi ſemper ex neceſſitate vulgari ſtandum eſſet, quòd eſt contra communiſſimam DD. ſententiam.

Et ità probabiliter judico, ſalvo ſemper &c.

Ego Marcus Antonius Taurellius I. V. D.

Ego libenter ſubſcribo huic eruditi Viri *D. Taurellii* ſententiæ. In Collegio S. Iſidori de Urbe Ord.Min.Strict.Obſer.27.Aug.1640.

Fr.Lucas Wardingus.

Ad tot Claſſicorum vallatam auctoritate Doctorum, præclariſque firmatam rationibus, ſententiam Eruditiſs.*I.V.D.Marci Antonii Taurellii* non poſſum planè non accedere.

Ego D. Vincentius Riccardus Cler. Regul.S.Andreæ de Urbe.

Quæ diſſeruntur à doctiſſimo Viro *I.V.D.* pro taxa, quæ fit quotannis in Civitate Faventiæ ad venditionem frumenti &c. videntur veriſſima, & ideò licitè poteſt ipſa Civitas, & quicunque alius frumentum vendere taxato
320 pretio, ſive vendant præſente pecunia, ſive credita, neque eſt, quòd timeat de injuſtitia, aut de uſura; nàm taxatio, cùm ſit maximè in gratiam; & in bonum emptorum, maximè obligat, ne pretium excedatur, ut etiam patet ex verbis Bannimenti, quæ clarè exprimunt, ne frumentum vendatur pluris, ac proindè venditio tùnc ſolùm poteſt eſſe injuſta ex parte venditoris, & injurioſa emptori, quando exceditur pretium, non autem quando attingitur, & adæquatur, & quia eadem taxatio non fit à Venditore pro dilatione ſolutionis quàm fortè facit emptori, ſed ab ipſa Civitate pro veris circumſtantiis, quæ faciunt ad verum valorem, & idem pretium ſemper exigitur, ſive differatur ſolutio, ſive non, non eſt, quòd poſſit facere ſuſpicionem uſuræ.

Neque ex eo, quòd fortè aliqui in Foro propter privatas neceſſitates, & propter paucitatem emptorum vendant minoris, dici debet inducere pretium vulgare, diverſum, & diſcrepans à legitimo; nàm vulgare, non inducitur niſi per communem exiſtimationem, quam habet multitudo, attentis pro ſua naturali prudentia generalibus circumſtantiis ipſius rei, qua etiam de cauſa dicitur pretium naturale, & quaſi inductum ex naturali dictamine, non autem inducitur per exiſtimationem paucorum, qui fortè expendunt privatas, & proprias indigentias, & eas tantummodò circumſtantias, quæ ad rem ipſam, & ad rei valorem non ſe habent niſi per accidens, ut dicitur contingere in caſu præſenti. Et certum eſt, quòd manente taxa, & Bannimento in ſuo robore, & per conſequens etiam pretio legitimo perdurante in ſua juſtitia, adhùc poteſt ex aliquo accidente pro aliquo caſu particulari contingere variatio, ut v.g. Si quis cogatur vendere ſub haſta, & voce præconis, ſi ipſemet quærat emptores, iique ſint pauci, ſi non poſſit expectare tempus vendendi &c. & ideò multum diminuat de pretio, alioquin taxato, & juſto, ut notat *Cajet.22.q.77.nu.1. Sot.lib.6.de Juſt.q.2.à 3.Covar.lib.2.Var.cap.3.n.5.Leſs.lib.2.cap.21.nu.34. Azor.par.3.lib.8.cap.21.qu.6. Mol.diſp.*348. & alii apud ipſum; undè ſimiliter ſi hoc totum dicatur contingere in caſu præſenti, nihil facit contra juſtitiam taxæ, & pretii legitimi, de quo quæritur. Atque ità ſentio, ſalvo &c.

Nicolaus Baldellus Soc.Jeſu.

ADDIT. AD RUB. XLI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Annonæ appellatione, quæ continentur Annonæ Præfecti juriſdictio, & facultates remiſſive nu.1.

2 Iuſtitia, & Providentia gubernantur ſubditi.

3 Judex ſæcularis frumentum Eccleſiaſticorum ſequeſtrare, & ab eorum horreis extrahere an, & quando poſſit.

4 Præ-

4 Præſts Provinciæ neceſſitatis tempore poteſt taxare pretium Annonæ. Vide ibi.
5 Divites compelli poſſunt ad dandam eleemoſynam egentibus tempore magnæ neceſſitatis.
6 Epiſcopus compellere poteſt ad hoſpitalitatem, & dandam eleemoſynam.
7 Reivindicatio competit Domino frumenti cum alio Comixti, ſeù etiam Creditori hypothecam ſpecialem habenti.
8 Dominium frumenti per comixtionem, quando amittatur.
9 Dardanarii quinam dicantur, & eorum delicta in damnum Annonæ, & pœna.
10 Montis frumentarii erectionis formula, & quæ ſtatuenda ſint, & an poſſit aliquid recipi ultra ſortem.
11 Epiſcopus viſitare poteſt Montem frumentarium quamvis erectum abſque auctoritate Eccleſiaſtica.
Debitoribus Piſtorum pro pretio panis non poteſt dari dilatio, vel admittere ad ceſſionem bonorum n. 12.
12 Calmerii nonnulli vide ibi remiſſivè.
13 Piſtores non excuſantur refundendo contraventiones in eorum famulos. Lim. ut ibi.
14 Piſtores diſtrictus Urbis ſubjiciuntur Præfecto Annonæ.
15 Extractio frumenti recollecti ex propriis laboribus in alieno Territorio permittitur pro ſubſtentanda ejus familia.
16 Extractio frumenti à Statu Eccleſiaſtico non cenſetur prohibita pro neceſſaria ſubſtentatione propriæ familiæ.
17 Idemque procedit quoad pauperes faſciculos ſpicarum tranſportantes.

Num. 15. Annonæ appellatione continentur pa-
nis, farina, vinum, acetum, lardum, carnes,
1 ligna, * paleæ, fœnum, & omnia uſualia, quæ
ad pondus, vel menſuram venduntur, ut relatis *Text. in l. 1. C. de erogat. milit. Annon. lib. 12. Decian. in tract. crim. par. 2. lib. 7. cap. 22. tit. de fraud. Annon. Urſcl. Concl. in verb. Annona concl. 111. n. 21. & aliis* tradit *Calder. dec. 55. n. 7. c. 2.*

Num. 23. Juriſdictionis, & facultatum Præfecti Annonæ materiam latè tractat *Cohel. de notitia Card. cap. 51.*

Nu. 48. Sequitur *Urſaya* hic me allegato *in ejus*
2 *Inſtit. crim.* * *lib. 3. tit. 4. n. 31.*

Num. 51. Si fames, & neceſſitas urgeat, & pe-
riculum eſſet in mora, nec de facili adiri poſ-
3 ſet Epiſcopus * vel Superior Eccleſiaſticus im-
piè ſordeſceret, tùnc Judex Sæcularis poteſt extraordinaria poteſtate utendo frumentum Clericorum, & Eccleſiaſticorum ſequeſtrare, & ab eorum horreis extrahi facere, ac juſto pretio vendi curare non per viam juriſdictionis, qua caret, ſed quia utitur naturali defenſione adversùs eos, qui neceſſaria ſubtrahendo Civium, & Reip. interitum, moliuntur, ut etiam aliis relatis firmant *Set. de offic. Locumten. c. 25. n. 14. Amoſt. de Cauſ. piis lib. 7. c. 1. n. 19.*

Num. 69. Tempore neceſſitatis Præſes Provinciæ
4 habet facultatem conſtituendi, * & taxandi
pretium Annonæ moderatè, ut firmat *Campel. ad Conſtit. Ducatus Urbini Decret. 36. n. 314.* qui *nu. ſeq.* tradit regulariter tamen non videri expedire hoc fieri ex ratione ibi adducta.

Num. 80. Divites officio Judicis poſſunt compelli
5 ad dandam eleemoſynam egentibus * tempo-
re magnæ famis, vel neceſſitatis, ut firmat *Antonel. de Jur. Cler. lib. 2. par. 6. cap. 17. n. 58.*

Et quòd Epiſcopus poſſit compellere ad
6 hoſpitalitatem, & ad dandam eleemoſynam *
concordantibus relatis tradit *Genuen. Prax. Cur. Archiep. cap. 41. n. 25. ſecundum ultimam impreſſ.*

Nu. 128. Competit reivindicatio frumenti com-
mixti Domino, ſeu Creditori ſpecialem hy-
7 pothecam * ſuper eo habenti pro quantitate
comixta, ut reſpondit *Rot. in Romana Grani 27. Januarii 1696. coram R. P. D. Emerix §. Neque ſecundum cum ſeq.*

Tunc autem dominium frumenti cum alio
commixti amittitur, quando in commiſcen-
8 te concurrit * titulus habilis, & bona fides re-
cipientis, ſeu commiſcentis ſecùs ſi concurrat mala fides, ut diſtinguendo reſpondit *Rot. in d. Romana Greni 27. Jan. §. Et quamvis.*

Nu. 141. Dardanarii dicuntur illi, qui Annonæ,
9 ut Propolæ omnia præemunt, * ut ea poſteà
carius vendant, ut cum *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. caſ. 384. n. 1.* tradit *Calder. dec. 55. n. 10. c. 2.*

Annonamque incendunt, & excandefaciunt, ut cum *Sanfelic. deciſ. 329. verſ. Habent etiam Cicerone ad Atticum lib. 5.* & aliis proſequitur *Caldero dec. 55. eod. n. 10.*

Et dicuntur, qui Annonam, merceſque coemptas tantiſper ſupprimunt dùm cariùs ea vendendi ſe offerat occaſio *Gonzalez Tellez in cap. Significante n. 6. de appellat.* & proſequitur *Caldero loc. cit. n. 11.*

De hoc unum prodigium referendum ex *Tuano Hiſtor. lib. 50. pag. mihi* 801. ad deterrendum alios operepretium duxi ait enim: *In Saxonia Leoburgi ad Albim, quæ Saxoniæ inferioris Principum Sedes eſt à Luneburgo undecim ab Hamburgo ſex milliaribus diſſita duo ſordidi, & inhumaniter avari inſtitores aliquot millibus frumenti modiis coemptis, dùm illud Hamburgum deferri quo carius divenderent, curant, horrei foribus reſeratis frumentum iis in oculos ſpontè obviam fertur, atque per feneſtras evolare, ut ne granum quidem in tabulato reliquum fuit magna popularium admiratione: quo caſu unus ex Dardanariis attonitus concidit, at mox expiravit. Alter ex horreo deſiliens cùm ad Albim ſe ſuffocaturus tenderet à bajulis ægrè retractus, ac vinctus eſt; Princeps verò qui Ratteburgi erat, re ad eum perſcripta Leoburgum venit, ut totam de re omni certius cognoſceret cumque miſer ex deſperatione rejecto omni ſalutari conſilio tandem à malo ſpiritu diù vexatam Animam efflaret, Princeps Cadaver ejus publicè cremari juſſit pœna Capitis, & bonorum omnium in eos ſancita quicunque ex ſuis Subditis ad Annonam flagellandam, & gravandos pauperes frumentum premeret, aut interverteret.*

Nu. 148.

Digitized by Google

*Num.*158. Erectionis Montis frumentarii formu-
10 la traditur à *Monacell.* * *in ſuo formular. legal. prout.to.3.formula* 25.

Et ut erectio validè, & licitè fiat, ſtatuendæ ſunt leges, & Statuta obſervanda pro illius conſervatione, & augmento in pauperum ſublevamen, prout numero decem ponit idem *Monacel.ubi ſup.n.5.cum ſeqq.*

An aliquid poſſit recipi ultra ſortem, & ſi exactum fuerit ex tali exactione erigi Mons novus vide *eumdem ubi ſuprà.*

Non ommittendo, quòd etſi abſque auctoritate Eccleſiaſtica erectus fuiſſet Mons ex
11 ærario publico pro beneficio * Abundantiæ, & à publicis repræſentantibus adminiſtratus adhùc poteſt viſitari ab Epiſcopo, qui Statuta examinare etiam poteſt, & libros inſpicere ad effectum cognoſcendi, an in diſtributione, & mutuatione frumenti, ejuſque receptione adſit labes uſuraria juxta *reſolutiones Sac. Congregationis relatas ab eodem Monacell.ubi ſuprà num.* 8.

Montis Pietatis plura vide penès *Paſqualig. dec.*183.*cum ſeqq.*

*Num.*185. Calmerii nonnulla practicabilia, vide
12 penès *Bonfinum Nepotem* * *ad Banniment.General.in ſupplet.cap.*18.*n.*27.*cum ſeqq.*

Debitoribus Piſtorum ex cauſa panis dilatio dari non poteſt, nec admittere ad ceſſionem bonorum, ut ex diſpoſitione *Conſtitutionis* Julii III. tradit *Cohel.de notitia Card.cap.*51. *pag.mihi* 289.*litt.A.*

*Num.*233. Piſtores non excuſantur à contraventione refundendo in eorum famulos, niſi pro-
13 bent * iſtorum dolum, & malitiam, & excludant propriam culpam, maximè ſi ſint bonæ famæ, nec ſint ſoliti talia operare, ut etiam ſequitur *Bonfin. Nepos ad Banniment.General.in ſupplet.cap.*18.*n.*41.

Verſ.Et quoties idemque practicatur Faventiæ, & quidem vigore facultatis competentis Graſſeriis ex diſpoſitione *Capitulorum Officii Graſſiæ, & Graſſeriorum n.*132.de quibus in *Appendice.*

Nu. 236. Piſtores diſtrictus Urbis ſubjiciuntur
14 Præfecto Annonæ, ut etiam reſpondit * *Rota in Romana Cambii, ſeu relevationis à Moleſtiis 27. Junii 1710. coram Reverendiſſimo Molines* 6.*In eumdem impreſſ.infra in Addit.ad Rubr.*11. *lib.* 7.

*Num.*253. Extractio frumenti recollecti ex propriis laboribus in alieno Territorio pro ſua
15 familia ſubſtentanda eſt permittenda * *Seta de Officio Locumtenentis cap.*25.*n.*18.*verſ.Forenſibus.*

Num. 262. Extractionis frumenti prohibitio à Statu Eccleſiaſtico ex diſpoſitione Conſtitu-
16 tionis Apoſtolicæ * Gregorii XIII. non comprehendit extractionem factam pro neceſſaria ſubſtentatione ſui, & familiæ propriæ *Seta de Officio Locumtenentis cap.*25.*n.*18.

*Num.*263. Idemque procedere quoad pauperes faſciculos ſpicarum tranſportantes, ut proſe-
17 quitur * idem *Seta ubi ſuprà.*

De Pœna Ludi.

RUBRICA QUADRAGESIMASECUNDA.

STatuimus, & ordinamus, quòd nullus in Civitate, Comitatu, vel Diſtrictu Faventiæ audeat, vel præſumat tenere aliquem ludum per præſens Statutum prohibitum, ſeu (ut ajunt) baratariam in Domo propria, vel in alio quocunque loco, & qui ſcienter contrafecerit, qualibet vice incidat in pœnam xxv. librarum, etſi captus fuerit relaxari non poſſit donec, & quouſque pœnam prædictam ſolverit cum effectu, ſi autem perſonaliter haberi non poterit banniatur à dicta Civitate, Comitatu, & Diſtrictu, de quo banno exire non poſſit, donec pœnam prædictam ſolverit. Qui verò ad aliquem ludum taxillorum, vel cartarum prohibitum ludere præſumpſerit, qualiber vice, qua luſerit pœna quinque librarum puniatur, quo caſu credatur accuſatori, ſeu militi cum juramento aſſerenti ſe hujuſmodi ludentes reperiſſe cum uno teſte idoneo; ludi autem prohibiti intelligantur omnes Ludi cum taxillis, præterquam cum tabulis; ludi etiam cartarum prohibiti cenſeantur, qui vulgariter nuncupantur, la Baſſetta, & fluxo; cæteri autem ludi cartarum intelligantur permiſſi, dummodò ludentes in ludendo non excedant ſolidos viginti bononenorum qualibet die. Si autem quis luſerit cum taxillis, vel cartis quomodolibet falſis, & adulterinis, vel eos, ſeu falſas fecerit pœna centum librarum bononenorum plectatur, quas ſi non ſolverit infra decem dies à die factæ condemnationis fuſtigetur, & ſpatio quinquennii banniatur ſub pœna dupli dictæ quantitatis, & credatur accuſatori juranti cum duobus Teſtibus idoneis etiam jurantibus. Statuimus item, & ordinamus, quòd liceat etiam tàm ludenti, qui pecuniam amiſerit, ſeu perdiderit in aliquo ludo prohibito, quàm etiam Patri, Filio, & ejus Conſanguineis uſque ad quartum gradum incluſivè, ac etiam ejus Uxori, petere, exigere à vincente dictas pecunias, ſic per dictum ludentem perditas, vel amiſſas cujuſcunque quantitatis ſint, & cujuſcunque ætatis ſint, & eſſe cenſeantur tales repetentes pecunias hujuſmodi etiam inhabiles ad comparendum in Judicio, & quilibet Juſdicens in Civitate, & Diſtrictu Faventiæ teneatur ſola facti veritate inſpecta, & nulla ſervata juris forma cogere dictum vincentem pecuniam (ut infrà) perditam, ſeu amiſſam reſtituere, & de quantitate pecuniæ perditæ, & loco, & tempore ſtetur, & credatur juramento petentis, ſeu repetentis cum dicto unius Teſtis idonei ſimiliter jurantis, & dicta Cauſa

ludi

ludi omni tempore etiam ferlato, dummodò non ſit feriatum in honorem Dei, poſſit tractari, & decidi (parte tamen citata,) ac etiam quilibet Iuſdicens (ut ſuprà) poſſit ex mero ſuo Officio prædicta cognoſcere, punire, & terminare, & hoc Statutum ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 Ludi Græcorum, & Romanorum belli gratia facti, nempè haſta certando, currendo, ſaliendo, luctando, pugnando &c. neceſſarii, liciti, & honeſti judicati fuerunt, & repnantur, & quarè n.2.& 3.

4 Amplia quamvis in pecunia ludatur.
Ludus *delle boccie* eſt licitus, & honeſtus, quamvis in pecunia ludatur n.4.

5 Introducti fuerunt ludi nonniſi vitium, & malitiam involventes.

6 Mala varia proveniunt ex ludo, de quibus, ibi remiſſivè.

7 Ludi ſunt ad inſtar tineæ, quæ veſtem novam corrodit, & tigna arida conſumit.

8 Ludus Aleæ omnes ludos in fortunæ varietate conſiſtentes complectitur.

9 Militibus ludus Aleæ ſolùm olim concedebatur.

10 Ludus Aleæ apud omnes Nationes introductus eſt.

11 Prohibitus fuit ab *Imperatore Juſtiniano* omnis ludus Aleæ.

12 Inſpicere ludentes vetavit *Imperator Juſtinianus*.

13 Clericis prohibitum eſt nedùm ludere, ſed etiam inſpicere ludentes.
Collatio Beneficii facta Clerico publico luſori eſt ipſo jure nulla n.14.
Collatio Beneficii facta Clerico occulto luſori eſt irritanda n.14.

14 Clericus luſor privari poteſt Beneficio obtento, niſi deſiſtat, præcedentibus tribus monitionibus.

15 Ludus prohibitus eſt in *Bannimentis Generalibus Status Eccleſiaſtici*, ut ibi.

16 Rigurosè procedi voluit *Summus Pontifex* INNOCENTIUS XI. contra luſores, & ludos, ac biſcacias tenentes.
Lotto ponere, & quoquo modo participare, & pecuniam pro eo recipere prohibitum fuit in Urbe n.16.

17 Ludus Aleæ, in quo ſors, & fortuna dominatur, quarè ſit prohibitus.
Fortuna eſt DEUS n.17.

18 Sors Divino Numini tribuitur.

19 Perdens in ludo Aleæ contra Divinum Numen, quaſi ſibi adverſum impiè iraſcitur, & iratus ad convicia, & blaſphemias inſanè prorumpit.

20 Ludus, in quo ars, & ingenium regunt, & dominantur, eſt permiſſus, & quare.

21 Ludens, peccatum an, & quandò committat, & quando teneatur ad reſtitutionem.

22 Pœnæ contra ludentes, ludo aſſiſtentes, commoditatem ludenti dantes, biſcaciam tenentes &c. quæ, & quandò locum habeant.

23 Vincens in ludo prohibito credita, & abſente pecunia nullam habet actionem pro conſequendo ejus credito.

24 Contra debitores ex cauſa ludi prohibiti denegatur actio.

25 Contractus initi inter luſores occaſione ludi prohibiti non valent. Ampl. & declara, ut ibi remiſſivè.

26 Pactum inter ludentes, quòd unus non poſſit à ludo diſcedere, donec alter perdiderit certam ſummam non valet.

27 Repetitio ſoluti in ludo prohibito competit.
Amplia quamvis ſolviſſet vigore promiſſionis juratæ, & promiſiſſet non repetere ſolutum num.30.&31.

28 Fiſco devolvitur actio pro repetitione ſoluti in ludo, quando is, qui ſolvit, vel ad quem ſpectat talis actio pro repetitione eſt negligens.
Patri competit actio furti contra eos, qui ſcienter ludunt cum filio familiæ n.28. Limita ibi.
Patri licet repetere amiſſa in ludo per Filium n.28. Lim.ibid.

29 Repetitio ſoluti in ludo competit intra ſpatium quinquaginta annorum.

31 Debitor ex cauſa ludi vigore promiſſionis juratæ non tenetur ſolvere, dùm abſolutionem à juramento obtinuit.

32 Ludi ſunt in triplici differentia, ut ibi.
Ludi in quibus ſors, & fortuna ſimpliciter dominatur, ut taxillorum, talorum, & ſimiles ſunt prohibiti n.32.

33 Ludi, in quibus tàm ſors, & fortuna, quàm ars, & induſtria, ac ingenium ſimul, & mixtim gubernant prout vulgò nuncupatum *Toccatiglio, Ombre, Trionfino, Pichetto, Tre ſette, Minchiate &c.* ſunt prohibiti, & quarè.

34 Sors non habet locum in ludo, in quo induſtria commiſcetur. Vide ibi.
Cardan. in ejus Opere vol.1. tit. de Ludo Aleæ cap.23. in fine reprobatur n.34.

35 Ludi, in quibus vires, ingenium, & ars tantummodò dominatur, prout ludi Pilæ, Paleſtræ Scaccorum, Damæ, & ſimiles ſunt permiſſi.

36 Ludi illiciti, & prohibiti poſſunt effici liciti, & honeſti, quoties ludatur quid modicum, non ratione quæſtus, ſed ad meram animi recreationem, vel honoris cauſa.

37 Ludus *Ombre* eſt permiſſus etiam Religioſis. Declar ibi.

38 Abſtinentes omninò à ludis in verbis, & factis vitioſi ſunt, & dicuntur duri, & agreſtes.

39 Homo ad laborem natus eſt.
Homo vivere non poteſt in labore cùm corruptibilis ſit, niſi aliquando recreatio laborem interpollat, ſudoremque abſtergat num.39.

40 Requies, & jocus in vita hominis ſunt neceſſarii.

41 Homo recreatus mediante joco, & requie redit ad ſetia, & ad labores promptiot, alacrior, & vegetior.

42 Ludi liciti, & honeſti ſi lucri, & quæſtus cauſa principaliter exerceantur, vel ſi dolus, & traus interveniat, vel ſi frequentia ludendi in habitum, & conſuetudinem tranſeat efficiuntur illiciti, & inhoneſti.

43 Allegante uno ex ludentibus *Primiera*, quam verè non habebat ſi alter punctum habens projecerit cartas, abſque eo quod ptiùs illas oſtenderit, conſtito de mendacio illius, qui primeriam allegavit, quiſnam vincere debeat.

44 Minùs reſtans habens ſi vincat non poteſt lucrari niſi quantitatem ejus reſtantis.

45 Si verò ignoretur quantitas reſtantis cujuſlibet ludentis, & uterque exponat fortunæ ſuum reſtans, ſive majus, ſive minùs, tunc qui vincit, totum lucratur.

Æqualitas eſt ſervanda in ludo n.44.

46 *Primaria* inter ludos Aleæ primum locum obtinet, & hac ratione taliter nuncupatur.

47 Partito inito inter ludentes ad Primariam unus invito altero ex ludentibus recedere non valet, ſed tenetur illud obſervare.

48 Pattitum eſt detractio quædam denariorum in unum collectorum ſecundùm communem uſum, & conſuetudinem loci, & ludentium.

49 Ludentes ſi in principio ludi Primariæ convenerunt ſemper facere pacta, & partita ſolita non poſſunt recedere, niſi de communi conſenſu, ſed tenentur ſervare.

50 Partita varia, ſeu pacta in ludo Primariæ, vide ibi.

51 Ludens alla *Baſſetta* ſi dixerit pono iſtam poſtam, quæ eſt ſcutorum centum, comperto poſtquam perdiderit, eam eſſe minorem, non tenetur ſupplere. Decl.n.52.

53 Ludi materiam tractantes, remiſſivè.

54 Scomiſſatum, & ſponſionum materiam tractantes, remiſſivè.

55 Venditionis rei pro pretio ſolvendo per Emptorem *à tempo à Moglie*, remiſſivè.

OBSERVATIO.

GRæcorum, & Romanorum ludi belgratia facti, nempe haſta certando, pili
la jaciendo, currendo, ſaliendo, luctando,
1 pugnando, & ſimilia neceſſarii judicati fuerunt utpote ab eis adinuenti tanquam belli
apparatus, & ad exercitationem corporum
conſerentes, nam Pueri, & Adoleſcentes ita
ex eis aſſueſcebant, ut imitarentur ea, quæ
2 poſtea ſerio erant exercenda, ad tradita per
Ariſtotil. Politic. lib.7. cap.17. latè, & erudite
*Borell. de Magiſtrat. edict. lib.3. cap.11. nu.1. cum
tribus ſeqq. ac nu.14. cum ſeqq.* & hujuſmodi ludi
virtutis, & exercitii corporis gratia exerciti,
ac in ſola arte, viribus, & ingenio conſiſten-
3 tes liciti, & honeſti etiam hodie reputantur,
ut tradit *Gryphiandr. Æconom legal. lib.2. c.13.
nu.30. Pater Andreas Mendò de Jure Accadem.
lib.3. quæſt.45. §. unic. nu.531. cum ſeq.* ubi pilæ
uſus antiquiſſimus laudatur, quamvis in pecu-
4 niâ ludatur *l. Solent ff. de Aleatorib.* & traduut
*Barboſ in l. final. nu.30. C. de Religioſ. & ſumpt. funer. Farinac. quæſt.109. nu.106. Freudemberg. de
Reſcript. mor. it. tit. 19. concluſ.68. nu.49. Thomat.
deciſ. 20. nu.7. cum ſeqq.* ubi de ludo vulgo nuncupato *delle boccie*.

Sed exceſcente hominum malitia honeſta-
tem ludorum ad iniquum traxerunt, introdu-
5 cendo alia genera eorum nonniſi vitium, &
malitiam involventium, & ex quibus Reipublicæ proveniunt multa mala recenſita per
*Imperatorem Juſtinianum in l. Alearum 15. C.
de Relig. & ſumpt. funer. Gonzalez in Comentar.*
6 *ad Canon.69. Concilii Illiberitani, Archidiac. in
cap. Epiſcopus 35. diſtinct. Hoſtienſ. in Summa tit.
de Exceſſ. Prælat. §. Clerici, Alvarus Pelag. de
Planctu Eccleſiæ lib.2. cap.28. circa princ. verſ.
ſunt autem tales ludi noxii, Borell. ubi ſupra n.8.
cum duobus ſeqq. Pilaja ad Franc. de Proteſtat.
conſiderat.44. ſub. nu.1.* ubi tres adducit rationes, nempe prima, quia ſolent ludi excitare
ad blaſphemiam, ſecunda quia ex eis oriuntur
rixæ, ac lites, & tertia quia facilè per illos
tota ſubſtantia ludentis exhauritur *Menoch. de
Arbitr. judic. lib.2. centur.4. caſ.399. nu.1. Maſſin.
de Confiſcat. quæſt.13. nu.1. cum ſeqq. Gutierez
Prax. crim. quæſt.92. n.6. cum ſeqq. Prat. Diſcept.
forens cap.1. nu.9. cum ſeqq. volum.3. Gryphiandr.
Æconom. legal. lib.2. cap.13. nu.41. cum ſeqq. Cardan. Opera volum.1. tit. de Ludo Aleæ cap.4. Scac.
de Comerc. & Camb. §.1. quæſt.1. n.85. & 95. Novar. ſuper Pragmatic. Regn. tit. de Aleator. collectan.1. nu.3. cum ſeqq. Seſſe deciſ.144. n.8. par.12.
cum ſeq. par.2.* ac etiam de illis cecinit *Ovid. lib.
3. Epiſt. penult. ad Mæcenatem*, ibi.

Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram;
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

& latius *lib.3. de Arte amandi*, ibi.

Nunc ſumus incauti, ſtudioque aperimur in ipſo,
Nudaque per luſus pectora noſtra patent
Ira ſubit, deforme malum, lucrique cupido;
Jurgiaque & rixæ, ſollicituſque dolor.
Crimina dicuntur, reſonat clamoribus Æther.
Invocat iratos, & ſibi quiſque Deos.
Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur.
Et lacbrymis vidi ſæpè madere genas.

Et ſunt ad inſtar tineæ, quæ & veſtem no-
7 vam corrodit, & tigna arida conſumit, ut
cum *Antonio de Guevara lib.3. Horolog. Princip.14. num.499. ſub verſ. bonum eſt Principem*
advertit *Freudemberg. loc. cit n.45. Gryphiandr.
Æconomia legal. lib.2. cap.13. nu.42.*

Præſertim verò ludus Aleæ, qui omnem
fortunæ luſum, omneſque ludos in fortunæ
8 varietate conſiſtens, abſque mixtura ingenii,
& artis complectitur, ut ſcribit *Cujac. in lib.4.
Cod. tit.43. relat. à Borell. loc. cit. n.11. Gryphiand.
d. cap.13. nu.46. Hurtad. de Congrua lib.3. reſolut.3. ſub reſolut.2. n.129. Novar. dicta collect.1.
nu.1. Seſſ. dicta deciſ.144. nu.9. cum ſeq.* cujus

uſus

Digitized by Google

uſus antiquitus militibus dumtaxat jam con-
9 ceſſus erat, ut inquit *Imperator Juſtinianus in dicta l.Alearum Gonzalez in Commentar ad Canon. 69. Concilii Illiberitani Farinac. dicta quæſt. 109. num. 8.* & poſtea generaliter apud
10 omnes Nationes introductus, ut proſequitur *Juſtinianus in dicta l.Alearum*, ibi: *Verum pro tempore prodiit in lacrymas multa millia extranearum Nationum ſuſcipiens.*

Hinc ad hujuſmodi mala evitanda *Impera-*
11 *tor Juſtinianus* omnem ludum Aleæ prohibuit tam in publica, quàm in privatis domibus, & locis in *dicta l. Alearum §. commodis Farinac.quæſt.109. nu.7.Gryphiandr. Œconom. legal. lib.2. cap.13. nu.40. Scacc. de Comerc. & Camb.§.1. quæſt.1. num. 85. Pilaja in Addit. ad Franc. de Proteſt. conſiderat.44. nu.1.* ubi quod ultra unum Solidum ludere non eſt permiſſum etiam diviti, & Victo competit repetitio. *Pater Andreas Mendo de Jure Academic. lib.3.quæſt.45.§.unic. nu.533. Rota in recent.deciſ.95.nu.1.par.5.*

12 Ac etiam inſpicere vetavit, ut in eadem *l. Alearum d. §. commodis, Farinacc. d. q. 109. n.34.Scanarol. de Viſit.Carcerat. lib.1.§.13. c.4. n.34.Navar. ſuper Pragm. Regn.tit. de Aleator. pragm.6.collectan.7.nu.12.* ubi quod inſpicientes ludere in ludis prohibitis incidunt in pœnam *Pilaja, & Mendo, ubi ſupra.*

Et utrumque Innocentius III. prohibuit Clericis *in cap. Clerici ii 2.* ibi: *Ad aleas, &*
13 *taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint.de vita, & honeſt.Cleric. Farinac. d.q. 109. nu.7.* & generaliter renovatum fuit *à Sac.Concil.Trid. de Reform. ſeſſ.22.cap.1. ibique Barboſ. nu.5. & ſeſſ.24. cap. 12. circa finem. Maſſin. de Confiſcat. q. 13. nu. 29. cum ſeqq.* ubi plura *Gutierrez. Prax.crim.q.92. & 95.Novar. d.tit. de Aleator.collect.1.n.12..cum ſeq.*ubi firmat, quod præcedentibus tribus monitionibus Clericus
14 poteſt privari Beneficio obtento, niſi deſiſtat: Facilius verò excluditur ab aſſecutione Beneficii cum Clericus Aleator indignus ſit collatione Beneficii, imò ſi eſt publicus, collatio eſt ipſo jure nulla; ſi occultus irritanda *cap.inter dilectos, ubi Abbas, & alii Scribentes, de Exceſſ. Prælat.* & reſpondit *Rot. diverſ. deciſ.426.nu.2.cum ſeq.p.1.*

Statutum quoque fuit *in Bannimentis Gene-*
15 *ralibus Status Eccleſiaſtici publicatis de anno 1674 cap.8.* ibi: *Neſsuno giochi a giochi proibiti, nè tenga alcuna ſorte di barattaria, giochi, e biſcazze publiche, ò ſecrete in qualſivoglia luogo, nè giochi a carte nell'hoſtarie, piazze, e ſtrade publiche ſotto pena di trè tratti di corda per ciaſcuno, e della perdita di denari, e robbe, che ſi trovaſsero nel gioco, ed alli Biſcazzieri della galera per cinque anni, e perdita della Caſa, dove ſi giocarà, ſe ſarà ſua, & eſsendo d'altra perſona, il Padrone d'eſsa ſapendo, che vi ſi teneva biſcazza, incorra nell'iſteſsa pena della perdita della Caſa, ſe non lo denunciarà ſubito al Giudice, e non ſapendo il Padrone, che vi ſi teneva biſcazza, ò barattarie, come ſopra, ſia condannato il Biſcazziere nel prezzo, e valore di detta Caſa oltre la detta pena corporale, e quelli, che ſtaranno a vedere, ancorche poteſsero allegare, che foſsero ſemplici ſpettatori a caſo arrivati in detti giochi incorrino nella pena di trè tratti di corda, riſervandoſi S. E. l'arbitrio di dichiarare, quale s'intenda eſsere biſchazza, o barattaria, conſiderata, la qualità delle perſone, luogo, e modo di giocare, determinando, che ne in giudicio, nè fuori di giudicio ſi tenghi conto alcuno de denari dati, impreſtati, promeſſi, e permeſſi in detti giochi proibiti;* Et in cap. 10. ibi: *E quelli, che con giochi fallaci, e con arte cavano, & in un certo modo rapiſcono danari dalle mani d'altri giocando a dadi, carte, o altri giochi, ne quali pongono inganno, e quelli, che venderanno artificioſamente le coſe vili, e di poco valore per coſe di valore, che volgarmente ſi dicono Barri, ſiano caſtigati in pena della fruſta, ò galera ad arbitrio di S. E. come anco quelli, che gli daranno in queſto ajuto, ò conſeglio, e gl'accommoderanno di caſa a queſt'effetto.* Et ſolito zelo extirpandi abuſus, & occaſione dilapidationis bonorum, ac criminum *ſanct. me.* Innocentius XI. rigoroſe procedi voluit,
16 tam contra hujuſmodi luſores, & ludos, ac biſcacias tenentes, quàm etiam contra ludentes, vel quoquomodo participantes, & pecuniam recipientes pro ludo, ſeù ut vulgariter dicitur *Lotto* Januæ, & Mediolani.

Prohibitionis autem ludi Aleæ, in quo ſors,
17 & fortuna dominatur duæ rationes aſſignantur, nempè prima, quia cum fortuna ſit Deus, ut tradit *Medin.in ſuis tractat.tom.2.tit. de Rub.reſtit.quæſt.22.col.3.verſ.quintò illa*, vel
18 cum ſors Divino Numini attribuatur, ut concordantibus relatis firmat *Scacc.de Appellat.quæſt.16.limit.6.nu.1. & in tract.de Comerc. & camb.§.1.q.1.n.106.* qui perdit, contra Divinum numen, quaſi ſibi adverſum, & ab eo luſus impiè iraſcitur, & iratus ad convicia,
19 & per blaſphemias inſanè prorumpit, ut advertit *Medina loc. cit.* quem ſequitur *Scacc. de Comerc.ubi ſupra.* Secunda quia dum fallaci fortunæ ſpe ludendo luditur omnia non ſo-
20 brius perdit, quod non procedit in ludo, in quo ars, & ingenium regunt, & dominantur, nam, iſto caſu propriæ ignorantiæ, & nimiæ ſcientiæ, & ingenio adverſarii, non autem ſorti totum attribuit, & abſque eo quod iraſcatur, ac ludo exutus, ut plurimum deſiſtit, ut docet *Scacc.de Comerc. ſub eodem nu.106.*

Quo ad forum animæ nempe an; & quando ludentes committant peccatum, & tenean-
21 tur ad reſtitutionem, vide *Barboſ. in l.Alearum C. de Religioſ. & ſumpt.fun. Sanchez. dicto conſil. moral. lib.1.cap.8. Gutierez Prax.crimin. quæſt.92. 94. 101. & in tract.de Juram. confir. par.1.cap.53.Scacc.de Comer.& camb.§.1.quæſt. 1.num.117. cum ſeqq.Bordon.Oper. moral.tom.2. reſol.33. ubi de Religioſis ludentibus Dian. Reſolut. moral. par. 7. tract. 9. Molina de Juſtit. & Jure tract. 2. diſputat. 510. cum ſeqq. Gutierez. Prax.crimin. quæſt.92. Franc. de Proteſt.* con-

conſider.44.ibique Pilaja , Pater Andreas Men-
do de Jure Accademiæ lib.3. quæſt. 19. ubi late
examinat quam quantitatem poſſint Scolaſti-
ci exponere ludo, quàm lucrari abſque onere
reſtitutionis , & à quibus.

Quoad criminalitatem , & pœnam contra
ludentes , ludo aſſiſtentes , commoditatem
22 ludenti dantes , Biſcaciam tenentes &c. vi-
dendus *Farin.cit. q.*109.qui doctiſſime & latiſ-
ſime materiam examinat *Menoch.de Arbitr. ju-*
dic.l. 2.*centur.* 4.*caſ.* 400. *Gutierez Prax. crim.*
*quæſt.*95. *&* 97. *cum ſeq.Rovit. in Pragm.Regn.*
*tit.de Aleator. ubi in pragm.*5. *collect.*6. *num.*6.
meminit Bannimenti Urbis circa retinentes
Barattarias , & Bannimentorum Generalium
Status Eccleſiaſtici *Maſſin. de Confiſcat. cap.*13.
*Mierez.ſuper Conſtit. Cathaloniæ collat.*9. *cap.*2.
*cum ſeq.Scanarol. de Viſitat.Carcerat.lib.*1.§.13.
*cap.*4.

Quo verò ad judicium civile , & forum
contentioſum vincenti in ludo prohibito cre-
dita , & abſente pecunia nulla competit actio
pro conſequendo ejus credito , quia licet de
23 Jure naturali victus fidem datam de ſolven-
do ſervare teneatur , nihilominus de Jure Ci-
vili non tenetur per *Text. in dicta l. Alearum*
§.*commodis* ibi: *Nulla ſequatur condemnatio* ibi-
que *Barboſ.nu.* 13. *Farinac.* alios referens *dicta*
*quæſt.*109.*par.*5.*nu.*176.*Maſſin. de Confiſc.quæſt.*
13.*nu.*13. *Rot. in recent.deciſ.*95. *nn.*2.*par.*5. *&*
*deciſ.*283.*nu.*3. *&* 4.*par.*5. Et quòd contra de-
24 bitores ex cauſa ludi prohibiti denegetur
actio firmant *Theſaur. QQ.forenſ.l.*4. *quæſt.*19.
*nu.*2.juncto *nn.*8.*Navar.ſuper Pragmatic.Regn.*
tit. de Aleatorib. pragmat. 1. *collectan.* 2. *nn.*2.
cum ſeqq.Thomat.deciſ. 20.*nu.*3. *&* 9.*ac.*10.ubi
contrarium tenet in ludo permiſſo *Scacc.de*
Commerc. & camb.§.1. *quæſt.*1.*nu.*111.*Rot. in re-*
*cent.dicta deciſ.*95.*&* 283.*in locis allegatis , &*
*coram Ludoviſ.deciſ.*47.*nn.*2.

Nec valere contractus initos inter luſores
25 occaſione ludi prohibiti firmant *Franc. Are-*
*tin.conſ.*81. *Rub. de Validit. legali Guſman. de*
*Evict.quæſt.*60.*nu.*2.*cum ſeqq.*ubi etiam plures
ampliationes adducit *Maſſin. de Confiſcat.dicta*
*quæſt.*13.*nu.*14.*cum ſeqq.Pilaja ad Franc.de pro-*
*teſtat. conſiderat.*44. *nu.*4.*prat. diſceptat. forenſ.*
*vol.*3. *cap.*1. *num.*34. *cum ſeq.Mangil. de Evict.*
quæſt. 191. *nu.*1. *cum ſeqq.* ubi adducit varias
declarationes *Rot.in recent.dicta deciſ.*95.*nu.*3.

Unde multo minus valet pactum inter lu-
dentes , ut unus non poſſit à ludo diſcedere ,
donec alter perdiderit certam ſummam *Flo-*
26 *rian. de Sancto* PATRO *in l.Solent. in princ.de*
*Aleatorib.Farinac.quæſt.*109. *nu.*73. *cum ſeq.&*
Doring. in ejus Bibliotheca Juriſconſult. in ver-
*bo Alea , & Aleator nu.*94.

Immò competere repetitionem ſoluti in ludo
prohibito decrevit *Juſtinianus in dicta l. Alea-*
27 *rum* §.*commodis C. de Religioſ.& ſumpt. funer.*
ibi: *ſed ſolutum reddatur , & actoribus compe-*
tentibus repetatur , *ibique Barboſ. nu.*19. *Pilaja*
*ad Franc.de Proteſtat.conſiderat.*44. *num.*1. *The-*
ſau. dicta quæſt. 19. *dicta numer.* 2. *Maſſin. de*
*Confiſcat. cap.*13.*nu.*51. ubi *nn.*56. ſubdit quod
ſi is , qui amiſit in ludo , vel alter , ad quem
jus ſpectat repetendi eſt negligens , actio de-
28 volvitur ad Fiſcum *Thomat. dicta dec.*20. *n.*4.
ubi diſtinguit inter ludos prohibitos , & non
prohibitos *Scacc.de Commerc.& camb.*§.1.*quæſt.*
1.*nn.*111. *Rot. in recent. dicta deciſ.*95.*nn.*4. *&*
*deciſ.*283. *nn.*4. *par.*5. Et quod etiam Patri li-
ceat repetere ammiſſa in ludo per filium tra-
dit *Paſchal.de Patri poteſt.par.*1.*cap.*6.*ſub.n.*84.
quod procedit tam in ludo prohibito , quàm
permiſſo , ut cum *Farinac. quæſt.* 109. *nu.*177.
cum ſeq. firmat *Paſchal loc.cit. num.*86. ubi *ſub*
*nn.*84. *verſ.immò* docet quod iſto caſu competit
Patri actio furti contra eos , qui ſcienter lu-
dunt cum filiofamilias , Non tamen habet
locum ſi filiusfamilias Clericus perdiderit in
ludo fructus beneficiorum , qui tanquam bo-
na quaſi caſtrenſia ſicuti poſſint ab eo valide
alienari , ita & in ludo dominium trasferri ,
ut firmat *Pater Andreas Mendò de Jure Ac-*
*cadem.lib.*3.*quæſt.*19.*nn.*213.

Et quidem intra ſpatium quinquaginta an-
29 norum *dicto* §. *commodis Farinac. dicta quæſt.*
109.*par.*5. *nn.*193.*Rot. in recent. dicta deciſ.*95.
*numer.*5.

Quamvis ludens ſoluiſſet vigore promiſſio-
nis juratæ , quia adimpleto juramento me-
30 diante ſolutione , quam in eo caſu evitare
non poteſt , cum juramentum tanquam con-
firmans actum, aliàs à lege Civili improbatum
ſervandum ſit , dum non vergit in diſpen-
dium ſalutis æternæ , ut tenent *Gutirez de*
*Juram. par.*1. *cap.* 53. *num.* 6. *Guſman.de Evict.*
quæſt. 60. *num.* 14. remanet cauſa in terminis
communibus ac ſi non juraſſet , quo caſu , qui
ſoluit pecuniam amiſſam in ludo , ac promiſ-
ſam tenetur reſtituere ſecundum verio-
rem , & tutiorem opinionem , quam tenet
*Gutierez de Jurament. p.*1.*cap.*53.*nn.*7. *verſ.ſed*
his non obſtantibus quem ſequitur *Theſaur. d.*
*quæſt.*19.*nn.*2.

Si tamen obtinuit abſolutionem à jura-
mento , tunc non tenetur ſolvere non obſtan-
31 te promiſſione jurata , ut ſequendo *Navar.*
cap. 28. *additionum ad addit. cap. Manualis* 19.
*nu.*15.firmat *Gutierez dicto cap.*53.*nu.*8.*& n.*9.
ampliat etiamſi cum juramento promiſiſſet
non repetere ſolutum , dum ab utroque jura-
mento abſolutionem reportavit.

Ad dignoſcendum autem quinam ludi ſint
prohibiti , ſciendum eſt eos eſſe in triplici
differentia ; Alii enim ſunt , in quibus ſors ,
32 & fortuna ſimpliciter dominatur , ut illi ta-
xillorum, ſeu talorum , ac ſimiles , & iſti ſunt
prohibiti , ut tradunt *Aretin. de Malefic. in*
*verbo Metodo de malis dadi n.*2.*Clar.Recept.ſent.*
*lib.*5.*in* §.*Ludus nu.*2.*Scacc.de Commerc. & camb.*
§.1.*quæſt.*1.*nn.*105.*Mangil. de Evict.q.*191. *n.*9.
*cum ſeq.Gutierez. in ejus Prax crim.q.*92. *nu.*2.
ex rationibus adductis ſupra *nu.*17.*cum ſeq.*

Alii ſunt in quibus tam ſors , & fortuna ,
quàm ars , & induſtria , ac ingenium ſimul ,
33 & mixtim , gubernant , prout ſunt illi tabu-
larum

Digitized by Google

larum vulgò nuncupati *Toccatiglio*, ac quo-
rumdam ludorum cattarum, prout ſunt *Om-
bre*, *Trionfino*, *Picchetto*, *Trè ſette*, *Minchia-
te &c.*& iſti quoque ſunt prohibiti,ut firmant
Aretin.Clar.Gutierez, *& Mangil. in locis alle-
gatis, ac Scacc.de Comerc. & camb. §.1.q.t.ſub
nu.*106. Tum quia ubi concurrit cauſa prohi-
bitiva, & cauſa permiſſiva attenditur, & pre-
valet prohibitiva, ut in terminis tenet *Scacc.d.
q.1.nu.46.cum ſeq.* juncto *nu.106. circa finem*;
Tum etiam quia quoties quis huic ludo mixto
perdit, cùm ut plurimum unuſquiſque abun-
det in ſenſu ſuo, & ſe doctum, & ingenioſum
judicet, id non propriæ ignorantiæ, ſed for-
ti attribuere ſolet, unde ad iram, & blasphe-
mias inſane prorumpit, ac ſi totum à ſorte
penderet, nec à ludo deſiſlit, ut cum *Soc.&
Paride de Putco in tract.de Ludo ſub.nu.40.verſ.
tamen adverte inter tractat. magn. pag.*t53. tra-
dit *Scacc.de Comerc.d.n.106.verſ.& ratio quare*:
Quamvis *Cardanus in ejus opere vol.primo tit.de
Ludo Aleæ cap.23.in fine* tradat ſortem non ha-
34 bere locum ubi ludo induſtria commiſcetur,
cum experientia contrarium doceat, dum
ſæpe ſapientiores, & magis docti perdunt.

Alii verò in quibus vires, ingenium, & ars
dumtaxat regnat, & dominatur, prout ſunt
35 ludi Pilæ, Paleſtræ, Schaccorum, Dama,
ac ſimilium, & iſti ſunt permiſſi, ut firmant
*Aretin.Clar.Scacc.Mangil.& Gutierez mox alle-
gati, & Thomat.deciſ.20.nu.13.cum ſeqq.*

Advertendum eſt etiam quod ſicuti ludi
alioquin illiciti, & prohibiti poſſunt effici li-
36 citi, & honeſti, quoties ludatur, quid mo-
dicum, & non ratione quæſtus, ſed ad me-
ram animi recreationem, vel honoris cauſa,
ut contingit in Conviviis, Aulis, & Legatio-
nibus prout notat *Griphyandr. Æconom. legal.
lib.2.cap.13.nu.31.Scacc. de Comerc. & Camb.§.
1.quæſt.1.nu.109.Hurtad.de Congrua lib.3. reſol.
3.ſubreſolut.2.nu.*t29.*cum ſeqq.*ubi de ludo ho-
37 minis vulgo *Ombre*, quem judicat permiſſum
etiam Religioſis, quoties ludatur ad me-
ram recreationem, exponendo aliquam
moderatam quantitatem pecuniæ pro ſtimu-
lo ad bene ludendum, non autem principa-
liter propter lucrum, & cum *Diu.Thoma 2.2.
quæſt.168.artic.*4.ſubdit, quod qui omnino à
ludis ſe abſtinent in verbis, & factis vitioſi
38 ſunt, & dicuntur duri, & agreſtes *Gutierez.in
Prax.crim.quæſt.92.nu.29.*

Nam & ſi homo ad laborem natus ſit, ta-
men cum corruptibilis ſit, in labore durare
39 non poteſt, niſi aliquando recreatio labo-
rem interpollat, ſudoremque abſtergat, ut
tradunt *Boreli. de Magiſtrat.edict. lib.3. cap.11.
nu.65.Mangil.de Evict.quæſt.*t91. *nu.12. & fin.*
40 *Scacc.loc.cit. nu.*12t.cùm requies, & jocus in
vita neceſſarii ſint ſecundum *Ariſtotil. Moral.
Nichomachior.lib.4.cap.9.& Cicer.in lib.Offic.1.*
quos ſequitur *Boreli.dicto nu.65.*adeo ut taliter
recreatus ad ſeria promptior, & alacrior, ac
41 vegetior ad labores redeat, animadvertunt
Cardan.opera volum. 1.tit. de Ludo Aleæ cap. 4.

in princ.& cum *Ariſtotil.Div.Thoma*, *Soto*, *&
Salon.* tradit *Gutierez Prax. crimin. quæſt. 92.
nu.80.Pariador.Rer.quotid.lib.2.cap.7. in princ.
Doring. in ejus Bibliotheca Juris Conſultor. in
verbo Alea nu.*108.& late, ac egregie compro-
bat *Lagunez.de Fruct.lib.par.1.cap.34.nu.*t. *cum
pluribus ſeqq.* ubi refert varios licitos modos
recreandi animum, juxta diverſitatem ap-
petitus hominum.

Ita ludi liciti, & honeſti ſi in abuſum tra-
hantur, veluti ſi lucri, & quæſtus cauſa prin-
42 cipaliter exerceantur, vel ſi dolus, & fraus
interveniat, vel ſi frequentia ludendi in habi-
tum, & conſuetudinem tranſeat efficiuntur il-
liciti, & inhoneſti, ut docet *Gryphiandr. loc.
cit.nu.83.cum ſeq.*

Variæ controverſiæ contigunt inter luden-
tes, & præſertim frequenter contendere ſo-
lent ſuper eo quod cum unus eorum dixerit
habere *primiera*, quàm vere non habebat, al-
43 ter id audiens projecit cartas ſuas tanquàm
victus, licèt haberet triginta novem puncta,
ſed poſtea comperta veritate quod primiera
non aderat, qui projecit chartas prætendere
ſolet, quod quamvis ipſe puncta ſua non de-
monſtraverit, illi tamen in odium mendacii
adverſarii credendum ſit, & debeatur victo-
ria, alter verò inculcare ſolet, quod per pro-
jectionem chartarum abſque patefactione,
omne jus ammiſſum fuerit.

Pro reſolutione videtur, quod aut conſtat
doloſe dixiſſe habere *primiera* ad hoc, ut col-
luſor proiceret chartas, & tunc ne dolus pro-
prius ei patrocinetur, perdere teneatur, niſi
obſtet lex inter Luſores recepta, quod ipſis
aliquid aſſerentibus non ſit credendum, niſi
oſtendatur punctus, ſeu chartæ, unde ſibi im-
putet,qui nimis credule chartas ſuas projecit,
abſque prævia oſtenſione; Si verò per erro-
rem, prout cenſetur, cum dolus non præſu-
matur, & eo caſu ſecus dicendum ſit.

Nihilominus crederem, quod ſi de melio-
ribus pūctis projicientis chartas aliunde con-
ſtiterit, quàm ex aſſertione proiicientis, ipſe
ratione mendacii Colluſoris vincere debeat,
ſi autem non doceatur, æquius, & ſecurius
videtur, quod inter contendentes fiat diviſio,
& hanc opinionem tenet etiam *Gutierez Prax.
crim.queſt.92.nu.79.in fine*,

Prout diſputari ſolet, an qui habet minus
reſtans lucrari valeat integrum reſtans alte-
rius, quamvis majus, ſeù potius quantum
44 erat ſuum reſtans; Et ſine dubio ratione
æqualitatis ſervandæ in ludo, ſicut in contra-
ctibus, & judiciis, non poteſt vincens lucrari
niſi tantumdem, prout ſuum reſtans, non
autem majus, ut relatis concordantibus reſ-
pondit *Sanchez conſil.moral. lib.1.cap.8.dub.18.
num.1.*

Verùm ſi ignoretur, quodnam reſtans ſit
majus, & uterque exponat fortunæ ſuum re-
45 ſtans ſiue majus, ſiue minùs, eo caſu nulla
habita ratione majoris, vel minoris quantita-
tis reſtantis, qui vincit totum lucratur, cùm

contractus ſit æqualis ratione periculi lucri, & jacturæ, cui ludentes ſe expoſuerunt, ut tenet *Sanchez ubi ſuprà n.2.*

Prædictis caſibus addi poteſt ille, qui evenit Piſis inter duo Scholares ludentes ad primeriam, taliter nuncupatam, eò quia inter ludos Aleæ primum obtinet locum, ut docet *Cardan.*
46 *oper. tom.1. tit. de Ludo Aleæ cap.1.* Inter eos enim Scholares, ut vulgariter dicitur, *eſſendo andato il reſto*, & comperto, quod qui habebat manum, & ſic debebat priùs videre, ibat ad
47 primeriam, alter verò ad fluxum, inter ſe tranſigerunt, ac fecerunt pactum, ponendo omnes pecunias in unum, & quod ille, qui ibat ad fluxum priùs videret, & ſi fluxum non feciſſet, tunc iret partitum; Viſis cartis, & fluxu non facto, deindè diſputabatur circà qualitatem, & conditionem partiti, quod poſtquam tertius liquidaverat is, qui ibat ad primeriam pœnitentia ductus, renuebat ampliùs partitum obſervare, & dùm de facto viſis chartis, primeriaque congeſta prætendebat totam pecuniam ſuperlucratam, illamque ad ſe trahere, colluſor ſe oppoſuit, excipiendo partitum locum habere debere; hinc dubitato quid juris, deciſum fuit pro obſervantia partiti ex rationibus, & fundamentis latè adductis per *Cavalcan.dec.34.par.2.*

Partitum verò nihil aliud eſt, quàm detractio quædam denariorum in unum collectorum ſecundùm communem uſum, & conſuetudinem loci, & ludentium, ut firmat *Cavalcan.ubi ſupr.n.12.verſ.Nam partitum.*

Aliqui ſunt, qui ad pacta, & partita facilè deſcendunt ob incertitudinem eventus, ad quem effectum in principio ludi conveniunt, durante ludo ſemper facere pacta, & partita ſolita, & juſta, quo caſu ſtandum eſt conventioni, abſque eo quod unquam recuſari valeat partitum, cum pacta ſint ſervanda *ex vulgatis*; Alii verò, qui in propria fortuna confiſi, vel ab eorum ignorantia obcæcati abhorrent devenire ad partitum; Ne autem ludentes ad primariam in partito, ſeù pacto decipiantur, notandum eſt, id regulandum eſſe à contingentia caſuum, qui varii eſſe poſſunt, prout hac occaſione indagare volui à peritiſſimo, & juſtiſſimo Viro nempè.

Primus, quando unus habet punctum, non tamen aſcendentem ad quinquagintaquinque, adverſarius verò, viſis tribus cartis, tendit ad
50 primeriam, tùnc juſtum partitum eſt, ut vulgariter dicitur *la metà è niente*, hoc eſt, ſi vadens ad primeriam illam non perficit, perdit medietatem tantùm, ſi verò eam perficit, neuter vincit.

Secundus, quando unus in tribus chartis habet punctum in num.v.g.quadraginta ſeptem, alter verò triginta ſeptem, ſi viſis à majore chartis non fecerit fluxum, tùnc intrat partitũ *tutte à monte*, perficiente verò fluxum, repoſitum eſt in ejus arbitrio facere partitum, ſed volente illud facere, tùnc qui habet dictum minorem punctum debet videre tertiam chartam, quæ ſi erit uniformis primis duabus, & ut vulgò dicitur *interzata*, intrat partitum *la metà è niente*.

Si verò unus haberet quadraginta octo, & alter triginta ſeptem, tunc ſi habens majorem numerum non perficiat fluxum, intrat idem partitum *la metà è niente*.

Tertius, quando unus habet tres uniformes chartas, ut vulgò dicitur *d'affronto*, & alter pariter habet tres chartas inferioris numeri, remanente tamen ipſi videnda quarta charta, & tunc pariter currit dictum partitum *la metà è niente* videlicèt neuter vicerit ſi vadens ad fluxum illum perficiet, ſi autem illum non perficiet, perdet medietatem.

Quartus, quando unus habet punctum v.g. triginta novem, alter verò triginta quatuor, aut alium inferiorem numerum, remanentibus huic videndis duabus chartis, tunc non intrat aliud partitum, quàm *tutte à monte*. Sed ſi una tantùm charta videnda ſit, tunc intrat partitum *la metà è niente*.

Idemque erit practicandum in quinto caſu ſi unus ſcilicèt haberet triginta tres, adverſarius verò tenderet ad primeriam, nàm tunc ponendæ ſunt omnes in monte; Sicuti ponendæ etiam ſunt *tutte à monte*, quando habens inferiorem numerum videre debet duas chartas, in quibus ſi ſuperveniret figura favorabilis vinceret, aut æquaret.

Sextus, quandò unus in tribus chartis habeat quinquaginta quinque, alter verò tendat ad primeriam, nullum admittitur partitum, quia dictus punctus vincit, quamcunque primeriam, & ſic victoria eſt certa.

Septimus, quando uterque tendit ad fluxum, & primus videns chartas habear fluxum majorem, tunc pariter nullum intrat partitum, quia adverſarius etiamſi perficiat fluxum non poteſt victoriam reportare, ſed ad ſummum impactare.

Octavus, quando ludentes ſunt numero tres, quorum unus habeat in tribus chartis v.g. quadraginta octo, alter verò in duabus chartis triginta novem, & tertius tendat ad primeriam, priùs à ſuperiore inſpicienda eſt quarta charta, etſi fluxum fecerit, non intrat partitum; Si verò fluxum non fecerit, partitum erit *tutte à monte*, quia habens numerum triginta novem, cùm poſſit mediante figura excedere alium ſalvaret tendentem ad primeriam; Si verò haberet in tribus chartis numerum triginta novem, vel alium punctum minorem quadraginta octo, tunc intrat partitum *la metà è niente*.

Nonus, ſi duo habeant numerum quadraginta octo, aut alium æqualem numerum; tertius verò tendat ad primeriam, vel habeat punctum minorem tunc intret partitum *tutte à monte*.

Decimus, quando ludentes ſunt numero quatuor, quorum unus habeat punctum majorem, & duo minorem, quartus verò tendat ad primeriam, tunc unius victoria ex habentibus nu-

Digitized by Google

numerum inſeriorem aſſignatur habenti ſupe-
riorem, firma remanente controverſia ſuper
victoria alterius habentis inferiorem pun-
ctum; Itaut ſi quartus perficiat primariam
illum vincet; Secùs verò ſi eam non perficiat,
nàm iſto caſu victoria pariter ſpectabit ad ha-
bentem ſuperiorem numerum. Alia pacta
communia ludi primeriæ vide penès *Cardan.
Oper.to.1.tit.de Ludo Aleæ pag.269.*

Non omittendo, quòd quotiès in partito
requiritur charra quadrata, videlicèt repreſen-
tans numerum quatuor ad effectum ſuperandi
adverſarium, tunc repoſitum eſt in arbitrio
habentis majorem punctum faciendi, vel de-
negandi partitum, quamvis à principio con-
ventum fuiſſet illud quandocunque facere.

In ludo etiam vulgariter nuncupato *Baſſetta*
51 ſi is, qui invitat dixerit, pono illam poſtam,
quæ eſt ſcutorum centum, & poſtquam perdi-
derit reperiatur minor prædictæ ſummæ ex-
preſſæ, perdens non tenetur ſupplere, ut notat
Muta ad Conſuetud.Panormitan.cap.72.n.25. ubi
declarat, id verum eſſe, ſi ſpecialiter actum
52 fuiſſet, quòd conditionalis eſſet, ut tanta ſum-
ma eſſet in ea; Secùs verò ſi non fuiſſet ex-
preſsè actum, nàm illud quod eſt etſi minùs de-
beretur.

Cætera de ludo, vide *Petrum Pantojam de
Ajala Commentar.in tit.&c. Cod.de Aleator.ſive*
53 *de Ludorum univerſ.antiquit. Caccialup.Pariſ.de
Put. Stephan. Coſta, Joannem de Sales in eorum
tract.de Ludo impreſſ.inter tract.magn.to.7.Tho-
mam Actium de Ludo Scaccorum impreſſ.pariter
in d.to.7. Stephanum Bauny de Contract. Bordon.
oper.moral.to.2.reſol.33.* ubi de ludo Religioſis
interdicto *Cardan.Opera vol.1.tit. de Ludo Aleæ
pag.162.cum ſeqq. Farinac.q.109.Molina de Ju-
ſtitia, & jure tract.2.diſp.510.cum ſeqq.Guſman.
de Evict.qu.60.* ubi *n.1.* refert materiam tra-
ctantes *Maſſin. de Confiſc. q.13. Gutierez Prax.
crim.q.92. cum ſeqq. Scanarol. de de Viſit.Carcer.
lib.1.§.13.cap.4. Rub.de Validitate legal.cap.28.
cum ſeqq. Riſciul.de Perſon. quæ in ſtatu reprobo
lib.19.per tot. Prat.Diſcept.vol.3.cap.1.cum ſeq.*
ubi de Ludo Scaccorum *Maſſin.de Confiſc. c.13.
Doring. Bibliotheca Juris Conſultorum in verbo
Alea, & Aleator, Sanchez conſil. moral. lib.1.
cap.8. Sabell.in Summa diverſ.tract.tom.3.verbo
Ludus, Diana Reſolut.moral.par.7.tract.9.de Lu-
do, & Sponſionibus, Giballin. de univerſ. rerum
humana. negotiat. Rub. de Validiate legali, Pa-
ter Andreas Mendo de Jure Accademico lib. 3.
qu.19.& q.45.§.unic.* ubi de ludis, qui decent
Scholares, *Card. de Luca de alien. & Contract.
probibit.diſcurſ.49.* ubi de ludo nuncupato *Om-
bre*, quem etiam deſcripſit, ac alias quæſtio-
nes addidit in particulari *tractatu materno*
idiomate compoſito, ac inſcripto *Giuoco dell'
Ombre, Hermoſill. ad Lopez gloſſ.1. leg.5. tit.1.
par.5.pag.61.tom.1.ſecundùm impreſſ.Lugdunen.
Seſſ.deciſ.44.par.2. Chriſtin.deciſ. Belg.volum.2.
dec.198.cum ſeq.*

De Scomiſſis verò, & Sponſionibus, vide
Bullam GREGORII XIV.*la 4.Bertazzol.conſ.379.
Sanchez conſil.moral. lib.1.cap.8. Dec. conſ.115.*
54 *Diana Reſolut.moral. par.8.reſolut.61.cum ſeqq.
Sempronius Aſſia determinat.115. Giballin. de
univerſ.rer.human.negotiat. Treudemberg.de Re-
ſcript.morator.tit.10.concluſ.68.n.56. Novar.in
Collectan.ad pragmat.de Sponſion.Scac.de comerc.
& Camb.§.1.q.1.n.124. Paſchal.de Viribus patr.
poteſt.par.1.cap.6.n.92.cum ſeqq.Sabel.inSumma
diverſ.tract.to.3.in verbo Ludus, Pater Mendo de
Jure Accadem.lib.3.qu.18.* ubi an, & quando
liceant Scholaſticis Sponſiones circa eum, qui
obtenturus eſt Cathedram *Leotar.de uſur.q.23.
numer.47.cum ſeqq. Ricc. collectan.534. Gobb.
conſultat. 143.* ubi de emptione, & vendi-
55 tione facta inter Hebræum, & Chriſtianum
cum pacto ſolvendi pretium, *quandò verrà il
Meſsia, Card.de Luc.de alien.& contract.prohibit.
diſcurſ.47.cum ſeq.* ubi de ſcomiſſa ſuper expu-
gnatione Civitatis obſeſſæ, *& in ſupplement.
par.2. de emptione, & venditione diſcurſ.53. &
de uſur.diſcurſ.36.* ubi in utroque agitur de
venditione equi pro certo pretio ſolvendo *à
tempo à Moglie, Chriſtin. deciſ.Belgic.197. cum
ſeq.Crivell.dec.57.Magon.deciſ.Florent.8.Franch.
dec.113.ibique Adden.& præſertim de Luca.*

ADDIT. AD RUB. XLII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Ludus Alearum eſt prohibitus.
2 Ampl. ut etiam Clericis ſit prohibitus.
3 Ludentes lotto Januæ, & Mediolani rigoroſè puniuntur vigore Edicti emanati, & n.5.
Biſcaccias tenentes rigoroſè puniuntur n.3.
4 Ludi *Lotto* nuncupati materiam tractantes.
6 Ludus *Lotti* introductus fuit in Urbe pro ſublevamine locorum piorum, & ne pecunia ſubditorum ad extraneas regiones tranſmittatur.
7 Nulla actio competit pro conſequenda pecunia in ludo. Limita in ludo nuncupato *delle Boccie* n.21.
8 Contractus occaſione ludi facti ſunt nulli.
9 Quid ſi fuerint juramento vallati remiſſivè.
10 Actio pro uno ſcuto aureo competit in ludo licito, & non ultra, & n.14. Contrarium num.13.
11 Ludus in magna quantitate quarè ſit prohibitus.
12 Clericis prohibitum eſt ludere.
15 Repetitio datur pro reſtitutione ſoluti in ludo prohibito.
16 Patri competit repetio ejus, quod filiusfam. luſit, & è contra n.18.
17 Filiusfam. an bona adventitia, vel illorum partem ludere poſſit.
19 Repetitio competit intra quinquaginta annos pro ſolutis in ludo.
20 Ludus *Picchetto* nuncupatus eſt prohibitus.
22 Ludus *dell'Ombre* eſt prohibitus. Lim.n.23.

24 Lu-

Digitized by Google

24 Ludorum matetiam tractantes,
25 Luſoribus conſuetudinariis interdicenda eſt adminiſtratio bonorum.

Num. 11. Ludus alearum eſt prohibitus *Rot. in*
1 *rec.dec.95.n.1.par.5.* * *to.1.*

Num. 13. & 14. Sequitur *Urſaya Inſtit.crim.lib.3.*
2 *tit.10.* * *nu.15.* ubi hic me allegat *Rot.in rec.d. dec.95.n.1.*]

Num. 16. Contra luſotes, & ludos, & biſcaeias
3 tenentes, vel dantes * pecuniam, ut dicitur, *per il lotto di Genova, ò di Milano* rigoroſè procedi juſſit *ſa:me:* INNOCENTIUS XI. ut me hic allegato teſtatur *Seta de Officio Locumtenentis cap.6. ſub num.13.*

De Ludo vulgò *Lotto* vide *Cyriac.contr.422.*
4 *n.1.cum ſeqq.vol.3.* * *Delrio diſquiſ.Magic.lib.4. cap.4. par.2. tom.2. Caramuel.in ejus Theologia fundam.to.4.fol.24.& in Matheſ.nov.to.2.tit.de concert.Coſmopolit.*

Edictum ptohibitivum lotti emanavit ſub
5 *ſa:me:* INNOCENTIO XI. *ſub die 3. Decembr. 1685.* & innovatum fuit ſub *ſa:me:* INNOCENTIO XII, *die 24. Martii 1696.* ut in *Edicto impreſs. inter ejus Conſtitutiones la 96.* ubi ut faciliùs detegantur delinquentes conceditur impunitas, & venia revelantibus contravenientes quoties ſubminiſtrent inditia ſufficientia ſaltem ad torturam.

Ad evitanda majora mala, & pro ſubleva-
6 mine Locorum Piorum ad quorum * utilitatem per Summum Pontificem erogatur lucrum, ac ne pecunia Subditorum ad exraneas Regiones tranſmittatur introductus fuit ludus lotti de anno 1712. in Urbe, & quidem regulatur, & adminiſtratur eum omni integritate, & juſtitia.

Ad nu. 23. Nulla competit actio pto conſe-
7 quenda pecunia in ludo prohibito * lucrata reſpondit *Bertachin. vot.11. n.1,* ubi *n.6.* tenet procedere etiam in ludo nuncupato *all'Ombre Rot.in rec.dec.96.n.2.cum ſeqq.par.5.t.1.& 553. par.18.Seta de Offic.Locumtenentis cap.6.n.14.*

Omnes contractus occaſione ludi facti ſunt
8 nulli *Rot.coram Ludov.* * *dec.47.n.2.& 3. ibique Adden.*

Quid ſi fuerint jutamento vallati vide *Criſ-*
9 *pold.conſ.* * *milit.50.*

Num. 24. In ludo licito, & permiſſo competit
10 actio pro uno ſolido tantùm * ut definitum fuit in *l.Alearum uſus C.de Relig.& ſumpt.fun.l. ſolent ff.de Aleæ uſu,* & pluribus cumulatis firmat *Urſaya Inſtit.crim.lib.3.tit.10.in fine Bertachin.vot.11.n.8.& ſeqq.* ubi quod ſolidum interpretatur unum ſcutum aureum.

Ratio autem quarè non liceat ludere in
11 magna quantitate ea eſt, * quia eo caſu præſumitur ludere ex avaritia, & animo ſpoliandi proximum *Farinac.q.109.n.130.*

Idque maximè procedit quoad Clericos non
12 obſtante conſuetudine * ludendi, quæ quoad eos cenſenda eſt corruptela *Farinac. quæſt.109. num.47.*

Contrarium, quod imò ex contraria con-
13 ſuetudine competat actio pro majori ſumma* in ludo permiſſo tenent *Caſtald.conſul.30.nu.6. Grivel.dec.57.ſub n.22.*

Sed hæc opinio reprobatur *à Bertachin.dict.*
14 *vot.11.n.10.* ea ratione quia * difficile eſt probare hanc conſuetudinem in judicio canonizatam, & quatenùs probaretur non relevaret tanquam abuſiva, & contra bonos mores, nàm data libertate ludendi magnam quantitatem efficietur illicitus.

Ad nu. 27. Repetitio datur pro reſtitutione ſoluti
15 in ludo prohibito, * ut reſpondit *Bertachin. vot.11.n.1.verſ.Imò cum ſeq.*

Et quando Patri competat repetitio ejus,
16 quod filiusfam. luſit * vide *Michalor.de fratrib. par.1.cap.3.n.59.cum ſeq.*

Num. 28. Filiusfam. an bona adventitia, vel illo-
17 rum partem ludere poſſit * vide *Michalor. d. cap.3.n.59.*

Filiis competit repetitio contra eum, qui vi-
18 cerat Patri * *Rot.in rec.dec.95.n.4.par.5.t.1.*

Num. 29. Competit repetitio intra 50.annos *Rot.*
19 *d.dec.95.* * *n.5.*

Num. 32. Ludus Alearum nuncupatus *Picchetto* eſt
20 prohibitus, ut probat *Theſaur.* * *qq.forenſ.lib.4. qu.19.per tot.* quem ſequitur *Bertachin.vot.11. num.7.*

Cùm ludus *delle Boccie* ſit licitus propterea
21 vincenti competit actio * pro conſequenda pecunia, quam lucratus eſt in hujuſmodi ludo, ut reſpondit *Thomat.dec.20.* quem ſequitur *Caſtald.conſul.30.nu.1.* ubi *nu.ſeqq.* firmat procedere etiam contra filiumfam. publicum negotiatorem.

Num. 37. Quod ludus nuncupatus *dell' Ombre*,
22 proùt omnes alii alearum * ſit prohibitus tenet *Bertachin.vot.11.ſub n.6.& 7.*

Quotiès tamen luditur ad meram recreatio-
23 tionem, & exponitur moderatæ pecuniæ * quantitas eſt permiſſus *Urſaya Inſt.crim.lib.3.tit.10. ſub n.9.* ubi hic me ſequitur.

Num. 53. De ludorum materia vide *Urſayam In-*
24 *ſtit.crim.lib.3.tit.10.* * *per tot.* ubi *n.9.* commendat me, & *nu.51.cum ſeqq.* plenè de ludo *Lotti.Diana in ejus ſumma verbo ludus Michalor. de frat.par.1.cap.4.n.59.cum ſeqq. Bonacin.oper. moral.tit.de reſtit.diſp.2.qu.3.to.2. Criſpold.Conſ. militar.conſ.50. Azeved. Comentor. Juris Civilis lib.8.tit.7.to.5.*

Cæterùm Conſuetudinariis luſoribus tan-
quàm prodigis interdicenda eſt adminiſtra-
25 tio bonorum, * ut relatis *Bald.in l.ea lege C.de condit.ob cauſ. & Dec.in cap.Paſtoralis in fine de judic.* tradit *Azeved. in Comentor. Juris Civilis in Rubr.tit.7.n.27.lib.8.to.5.*

De

De Pœna contrahentium cum ludente, & ludo aſſiſtentium.

RUBRICA QUADRAGESIMATERTIA.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus audeat mutuare (A) alicui ludenti occaſione ludi prohibiti aliquam pecuniæ quantitatem, & qui contra fecerit, pecuniam mutuatam perdat, etſi pignus acceperit reſtituere teneatur etiam ſine pecunia taliter mutuata, & nihilominùs puniatur in decem libris bononenorum qualibet vice; ſimili pœna teneatur, qui alium contractum fecerit cum ludente in fraudem mutui dicta occaſione, ſive concipiatur in perſonam ipſius mutuantis, vel alteriùs pro eo, vel aliquam Scripturam fecerit tàm publicam, quàm privatam, & nihilominùs talis contractus, obligatio, vel Scriptura ſit ipſo jure nulla, & talis contractus poſſit etiam probari per Teſtes etiam ludentes, & quicunque de prædictis fuerit legitimè citatus, præcedentibus tamen contra eum legitimis deſuper indiciis per aliquem ex Iuſdicentibus in Civitate, vel Diſtrictu Faventiæ occaſionibus prædictis, vel aliqua earum, & non comparuerit habeatur pro confeſſo, ac ſi comparuiſſet, & confeſſus fuiſſet. Si quis verò ſteterit ſuprà ludentes ad proſpiciendum (B) ipſos ludentes ad faciendum eis ludi prohibiti computum puniatur qualibet vice in ſolidis xx. bononenorum.

SUMMARIUM.

1 MUtuum Luſori, vel à Colluſore, vel à retinente ludum, vel à tertio, vel aliter occaſione ludi factum an, & quando valeat.

2 Mutuans luſori an, & quando puniatur ſtante Conſtitutione, ſeu Statuto imponente pœnam ludenti.

3 Aſſiſtens ludo, ſeù ludere videns an, & quando puniatur.

OBSERVATIO.

A MUtuum factum Luſori, vel à Colluſore, vel à retinente ludum, vel à tertio, vel
1 aliter occaſione ludi, an, & quando valeat latè examinatur à *Farinac. q. 109. num. 214. cum ſeq. Hermoſil. ad Lopez gloſ. 1. leg. 2. par. 5. n. 13. to. 1. pag. 30. ſecundùm impreſ. Lugdun.*

Et an mutuans puniatur ſtante Conſtitutione, ſeù Statuto imponente pœnam ludenti,
2 vide *Guſman. de Evict. q. 60. n. 20.* qui tenet pro affirmativa, ſed ſubdit nunquam audiviſſe hanc opinionem in practica ſervari.

B Aſſiſtens, ludo, ſeù videns ludere an, & quando puniatur vide *Text. in l. Alearum §. Commodis, C. de Relig. & ſump. funer. Farinac. q. 109. n. 34.*
3 *Guttierez prax. crim. q. 97. n. 7. cum duob. ſeqq. ubi in fine* ſubdit in practica non infligi pœnam, nec uſquam vidiſſe de hoc actum, cum aliis allegatis ſupra *in obſerv. antecedenti nu. 12. 13. & 14.*

De Maleficiis, in quibus non eſt pœna determinata per Statuta Civitatis Faventiæ.

RUBRICA QUADRAGESIMAQUARTA.

ORdinamus, & ſtatuimus, quòd quicunque commiſerit aliquod Maleficium in Civitate, Comitatu, vel Diſtrictu Faventiæ, de quo per Statuta, vel ordinamenta dictæ Civitatis non ſit pœna determinata, (A) tunc in punitione talis Maleficii procedatur, & pœna imponatur prout reperitur pœna determinata per aliquod Statutum in alio conſimili delicto. Si autem non reperiretur aliquod Statutum puniens conſimile delictum, tunc imponatur pœna Conſtitutionum in hoc Volumine inſertarum (B) diſponentium ſpecialiter de tali, ſeù conſimili Maleficio. Si verò non repetiatur etiam aliqua Conſtitutio puniens tale, vel conſimile Maleficium, tunc procedatur arbitrio Iuſdicentis, non excedens tamen pœnam impoſitam à Statutrs noſtris in graviotibus delictis.

SUMMARIUM.

1 POenæ variæ inventæ ſunt pro punitione delictorum.

2 Singulis maleficiis non poteſt, ſtatui certa pœna.

Delinquentes impuniti remanere non debent, quando non reperitùr ſtatuta certa pœna, ſed extraordinaria pœna Judicis arbitrio puniuntur n. 2.

Pœna extraordinaria Judicis arbitrio puniuntur delinquentes, quando certa pœna non reperitur ſtatuta n. 2. & 3.

4 Judex ſicut judicat homines, ita ipſe judicabitur à Deo.

5 Judex injuſtitiam faciens expectare debet flagitium.

Judex parcens delictis flagitium expectare debet n. 5.

Judex peccat non minùs in exceſſu, quàm in defectu n. 5.

6 Conſtitutiones, de quibus ſæpè fit mentio in Statuto ſunt Conſtitutiones Ægidianæ.

OBSERVATIO.

A POenæ variæ inventæ ſunt pro punitione Reorum, de quibus latiſſimè *Borel. de Ma-*
1 *giſtrat. edict. lib. 2. cap. 8. Farinac. qu. 17. cum ſeq. Carpzov. Prax. crim. par. 3. q. 128. cum ſeq.*

Et quamvis ſingulis maleficiis non potuerit

2 tit ſtatui certa pœna, ut notavit *Carpzov. Prax.crim.par.3.q.133.nu.2.* non tamen delin-
quentes remanere debent impuniti, ſed ex-
traordinaria pœna Judicis arbitrio, & diſcre-
tione diligeuter cauſa cognita, criminiſque
qualitate benè examinata, ac omnibus circum-
ſtantiis facti exactè perpenſis, infligenda, ut
proſequitur *Carpzov.d.q.128.n.2.cum ſeqq.* jun-
cto *n.11.cum ſeq.* & quòd quando pœna à Le-
3 ge, vel Statuto non eſt expreſſa, Judicis arbi-
trio imponenda ſit pluribus concordantibus
adductis firmat *Conciol.Reſol.crim.in verb.Pœna reſol.12.nu.2.* Animadvertendo, quòd Judex
4 ſicuti judicat homines, ita ipſe judicabitur à
Deo, ut admonet *Imperator Juſtinianus in l. Rem non novam*, ibi, *ſcituri, quòd non magis alios judicant, quàm ipſi judicantur, cùm etiam ipſis magis quàm partibus terribile judicium eſt, ibique gloſ. in verbo judicantur, C. de Judic.* ac
priùs *Lege Evangelica* diffinitum fuit, *qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*. Et non
ſolùm is, qui injuſtitiam facit flagitium expe-
5 ctare debet, verùm etiam, qui delictis parcit,
cū non minùs in exceſſu, quàm in defectu pec-
cetur, ut docet *Carpzov.loc.cit.n.7.verſ.Neque cum ſeq.*

Conſtitutiones, de quibus his, & in variis
6 *Rubricis* noſtri *Statuti* nempè *in Rubr.6. lib.1.*
B *Rubr.9.lib.3.* ac alibi fit mentio, ſunt illæmet,
quæ *Ægidianæ* appellantur, ut dictum fuit ſu-
pra in *Obſerv.ad d.Rubr.9.n.2.*

Quod de Maleficiis non poſſit cognoſci poſt tempus, de quo, & prout infrà.

RUBRICA QUADRAGESIMAQUINTA.

Firmamus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus Rector Iuſdicens in Civitate Faventiæ, ejuſque Diſtrictu poſſit per Inquiſitionem, vel aliter quovis modo cognoſcere de, & ſuper aliquo Maleficio perpetrato, vel quod diceretur eſſe commiſſum per annum unum antè introitum ſui regiminis computandum à tempore commiſſi Maleficii, de quo Maleficio imponenda eſſet pœna pecuniaria, nec pœnam aliquam pro dicto delicto imponere, vel exigere poſſit. Valeat tamen omni tempore (etiam poſt annum prædictum) cognoſcere de, & ſuper quibuſcunque delictis, pro quibus pœna ſanguinis eſſet imponenda, principaliter, vel in defectum ex forma alicujus Statuti noſtri, & habeat lacum in præſentibus, præteritis, & futuris.

SUMMARIUM.

1 Præſcriptio in criminalibus variè inducitur de jure communi ſecundum qualitatem delictorum.

2 In præſcriptione delictorum attenditur potiùs diſpoſitio Statuti, quàm Juris communis.

3 Statuto tollente inſtantiam in delictis poſt lapſum certi temporis, adhuc durat actio, Statuto præſcribente jus inquirendi in delictis, non durat inſtantia n.3.

4 Statutum diſponens, quòd Judex non poſſit cognoſcere de maleficiis commiſſis ultra ſex menſes antè adeptam poſſeſſionem officii, quomodò ſit intelligendum.

OBSERVATIO.

Præſcriptio in criminalibus de jure com-
muni variè inducitur ſecundùm qualita-
1 tem delictorum, ut diffusè materiam exami-
nant *Farinac.qu.10. Guazzin.ad defenſ.Reorum deſtnſ.2.cap.2. & Clar.l.5. §.fin.q.51.ibique* latè *Bajard.Carpzov.Prax.crim.par.3.q.141.*

Sed prævalere debet diſpoſitio *Statuti* præ-
ſcribentis delicta minori tempore, quàm diſ-
2 ponat *Jus commune*, cùm illud valeat, & ſit
attendendum *Pariſ.conſ.169.n.6.vol.4.Farinac. d.q.10.n.25. Caball.QQ.crim.caſ.5.n.1.Guazzin. ubi ſup.nu.25.cum ſeq.* ubi etiam ampliat pon-
derando tamen diligenter verba *Statuti*, an
3 ſcilicèt tollat inſtantiam, an potiùs præſcri-
bat jus inquirendi, nàm primo caſu adhùc du-
rat actio; ſecùs in ſecundo, ut declarant *Scarlatt.inter conſil.crim.to.1.conſ.112.n.21. Bajard. ad Clar.d.qu.51.nu.14.in fine*, quos refert, & ſe-
quitur *Guazzin.cit.cap.2.n.30.*

Sicuti etiamſi diſponat *Statutum*, quòd Ju-
dex non poſſit cognoſcere de Maleficiis com-
4 miſſis ultra ſex menſes, antè adeptam poſſeſ-
ſionem Officii, intelligendum eſt de delictis, quæ non durant, ſed momento fuerunt expedita, ut ſunt homicidia; ſecùs ſi delicta durant, prout ſunt furta, falſitates, & ſimilia nàm in iſtis Judex poterit inquirere etiamſi furtum, falſitas &c. commiſſa fuerit antè ſemeſtre, ut declarando tenent *Gargiar. inter Conſ.crim.diverſ.vol.1.conſ.124.n.17. Bajard.ubi ſup.n.17.& Guazzin.loc.cit.n.32.*

ADDIT. AD RUBR. XLV LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Delicta carnis præſcribuntur quinquennio in Foro exteriori. Limit.n.2.

3 Contra Hæreticos procedi poteſt ſemper, & quandocunque, etiam poſt mortem.

Nu.1. Delicta carnis in foro exteriori quinquen-
1 nio præſcribuntur * *Lotter. de re benef. lib.3. q.33.n.154.*

Limita in pluribus caſibus relatis per *Farinacc.*
2 *q.10.* * *n.16.cum ſeqq.Guazzin.de defenſ.reorum*
de-

defenſ.2. capit.2. numer.47. cum ſequentibus.
Contra Hæreticos tamen poteſt ſemper, &
2 quandocunque procedi ac^tàm in vita,quàm
poſt mortem, ut tradit *Carena de Offic.S.Inquiſ. par.3.tit.9.§.5.n.17.*

De Notario, ſeù Scriba maleficiorum.

RUBRICA QUADRAGESIMASEXTA.

STatuimus, & declaramus, quòd Notarii, ſeu Scribæ maleficiotum in Civitato Faventiæ ſint, & eſſe debeant omninò Forenſes, & teneantur ex debito eorum officii ſcribere omnes, & ſingulas inquiſitiones, accuſationes, & denunciationes faciendas pto quibuſcunque maleficiis, teſtiumque dicta, & atteſtationes, tàm pro informatione Curiæ, quàm etiam pro habendis indiciis, & probationibus, necnon in actis redigete quaſcunque citationes fiendas, earumque relationes, & actus omnes faciendos contra quoſcunque Reos, & maximè ipſorum Reorum reſponſiones, defenſiones, ſatiſdationes, & probationes quaſcunque, & dictarum denunciationum, inquiſitionum, & accuſationum infrà biduum à die earum formationis, ſeù porrectionis copiam mittere Cameræ communis Faventiæ, ſeù uni ex Scribis dictæ Communitatis, ſub infraſcripta pœna. Er pro reſponſione cujuslibet Rei accipere poſsit, & valeat ſolidos duos bonon. & totidem pro qualibet ſatiſdatione præſtanda in hujuſmodi cauſis, & non ultra, & pro examine cujuslibet teſtis examinandi pro tutela, & defenſione dicti Rei alios ſolidos quatuor bonon. & totidem Iudici examinanti, teneanturque dicti Notarii, & Scribæ ſtatim lectis ſententiis in hujuſmodi cauſis eas ſive condemnatorias, ſive abſolutorias in cartis hędinis ſcriptas,& legitimè publicatas abſque alia mercede,& ſalario infrà decem dies immediate ſecuturos poſt dictas latas ſententias in publicam formam redigere, eaſque mox, & ſine mora aſsignare Scribis Communitatis Faventiæ, ſeù alteri eorum ſub pœna librarum vigintiquinque bonon. ipſo facto pro qualibet vice incurrenda, qua contrafactum fuerit in prædictis, ſeù aliquo prædictorum, & ſit præciſum in qualibet ſui parte.

SVMMARIVM.

1 NOtarius Miniſter eſſe debet veritatis, non paſſionum.

2 Notarius ſcribere, & in actis redigere debet diligenter, candidè, & ingenuè depoſitionem Rei, & teſtium tàm pro, quàm contrà Fiſcum.

3 Notarius adnotare debet pallorem, & trepicationem,alioſque geſtus,& ſigna Rei, quę occaſione examinis facit.

4 Notarius pandere non poteſt, quæ in proceſſu criminali ſcripta ſunt antè ejuſdem proceſſus publicationem.

5 Copia proceſſus tradenda eſt per Notarium Reo, ſequuta illius publicatione, ut poſſit ſe defendere.

6 Notarii integerrimi multi ſunt, ſed non pauci reperiuntur, qui in exercitio Officii peccare frequenter ſolent.

7 Iudices invigilare, & cauti eſſe debent circà electionem Notariorum, ac etiam circa commiſſionem examinis tàmReorum,quàm teſtium illis faciendam.

8 Commiſſio examinis Notario in Cauſis criminalibus, quando ſit facienda remiſſivè.

9 Notario aſſerenti examinaſſe teſtes pro informatione Curiæ non creditur abſque ſpeciali Commiſſione in ſcriptis redacta, & à Judice ſubſcripta. Decl.nu.10.11. Subdecl. n.12. Vide ibi.

OBSERVATIO.

NOtarius debet eſſe Miniſter veritatis,
1 nnn paſſionum alicujus,ut advertit *Ambroſin. de Proceſs.informativ. lib.1.cap.2.num.6.*
tàm diligenter, candidè, & ingenuè ſcriben-
2 do, & in actis redigendo depoſitionem Rei,
& teſtium, ſive pro, ſive contra Fiſcum *Foller.*
in Pract.crim.in verbo Capiat informationes ſub
n.54.& in verbo Etſi comparent n.4.Cavalcan.de
Teſtib.par.5.n.1.juncto a.129.& ſub n.222. ubi
ſubdit, quòd ſi ad unguem non ſcribat dicta
teſtium, tenetur parti *Ambroſin.ubi ſupra n.7.*
cum ſeqq.Guazzin.ad defenſ.Reor.defenſ.20.c.14.
nu.1.cum ſeqq.
Quàm adnotando pallorem,trepidationem,
3 aliſque geſtus, & ſigna Rei, ut proſequitur
Guazzin.d.cap.14.n.2.
Et quæ in proceſſu ſcripta ſunt non poteſt
pandere antè publicationem ejuſdem proceſ-
4 ſus ſub pœna falſi,& punitur pœna extraordi-
naria, ut firmat *Guazzin.defenſ.24.cap.1.n.12.*
Sequuta verò publicatione, decernenda per
Judicem, & tradenda per Notarium eſt copia
proceſſus Reo, ut poſſit ſe defendere, circa
5 quam materiam vide *Guazzin.d.cap.1.cum ſeq.*
& Zuff.de Legitimatione proceſs.
Cæterùm licèt plurimi Notarii integerri-
mi ſint, nihilominùs,quia non pauci reperiun-
6 tur, qui in exercitio Officii peccare frequen-
ter ſolent, ut advertit *Matthæù, & Sanz de Re*
*crim.cont.28.n.80.*proindè Judices particulari-
7 ter invigilare, & cauti eſſe debent circa eorum
electionem, ac etiam circa commiſſionem
examinis tàm teſtium, quàm Reorum, quòd
8 quando eis committi valeat, & debeat vide
Farin.qu.77.nu.175.cum ſeqq. Guazzin. d.cap.1.
Matthæù, & Sanz de Regim Regn.Valent. cap.8.
§.2.n.35.cum ſeqq.
Eis tamen aſſerentibus examinaſſe teſtes
pro informatione Curiæ non creditur abſque
ſpeciali commiſſione in ſcriptis redacta, & à

9 Judice ſubſcripta ſecundùm veriorem, magis receptam opinionem *Baldi in l. Judices nu.2. C. de Fide inſtrum.* quàm reprobara contraria Bartoli concordantibus relatis tenet *Farinac. de Teſt. q.77. n.185.* ubi *in fine* ſubdit, *& ab hac opinione non video quomodò tuto poſſit recedi* ſequitur *Carpius de Execut. teſtam. lib.1. cap.10. n.16. cum ſeq. Guazzin. ad defenſ. Reor. defenſ.32. cap.27. n.2.* ſibi contrarius *in defenſ.1. c.6. n.3.*

Nulla habita ratione diſtinctionis adductæ per *Salycet. in auth. apud nu.2. verſ. Iſta opinio C.*
10 *de inſtrum.* inter Notarium Actuarium, & alium extraneum, ut eo reprobato reſpondit *Farinacc. loc. citat. num.189.*

Et quamvis de ſtylo, & conſuetudine ſervetur, quòd credatur Notario in principio
11 examinis aſſerenti, ſe examinare de mandato Judicis, ut teſtantur *Farinac. d. q.77. nu.191. in fine, & Zuff. de Legitim. proceſs. lib.1. qu.13. cum ſeq. utrobique in fine.* Attamen iſte ſtylus,
12 & conſuetudo abrogata fuit à *Sac. Conſulta*, dùm ſub *die 5. Septembris 1687.* diſcuſſo particulariter articulo, mandavit hujuſmodi ſtylum ſuffragari quidem in præteritum, non autem in futurum, quæ reſolutio mediantibus literis circularibus notificanda erat Gubernatoribus, & Officialibus Status Eccleſiaſtici, ſed an habuerit effectum ignoramus.

De Pœna dicentis injurioſa verba contra Patrocinantes.

RUBRICA QUADRAGESIMASEPTIMA.

Quia officium dicentium alienas cauſas admodum utile, & neceſſarium judicari debet, & ne injuriis, & contumeliis affici eos contingat, propterea hac præſenti lege in perpetuum duratura, Sancimus, quòd nullus cujuſvis generis, & conditionis audeat, ſeù præſumat alicui Advocato, aut cauſarum Patrono, cauſa, & occaſione eorum officii verba injurioſa, aut contumelioſa dicere, & in eos proferre, & quicunque contrafecerit librarum decem bonon. pro qualibet vice pœna plectatur, etſi dicta verba coram aliquo Juſdicente protulerit librarum viginti pœnam incurrat, non derogando per hoc alicui Statuto specialiter de injuriis, & verbis injurioſis diſponenti. Et in prædictis ſufficiat pro plena probatione juramentum accuſatoris cum uno teſte fide digno, & præſentis Statuti diſpoſitio non vendicet ſibi locum in verbis injurioſis prolatis inter Advocatos, & Procuratores ſe ad invicem injurioſis, & contumelioſis verbis afficientes, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 Occidentes, vel quoquo modo percutientes, vel bonis ſpoliantes ad Romanam Curiam pro eorum negociis recurrentes, illaque proſequentes, aut procurantes, necnon Advocatos, Procuratores, & Agentes, ac Judices occaſione hujuſmodi cauſarum tàm per ſe, quàm per alios excommunicantur in *Bulla Cœnæ* Domini.

2 Gravitas pœnarum pluſquàm Dei timor arcere ſolet à voluntate peccandi.

3 Occidentes, offendentes, vel percutientes pro cauſis in Curia pendentibus Adverſarios, vel illas pro eis patrocinantes, nempè Advocatos, Procuratores, Sollicitatores, nec non Judices, Teſtes, & Notarios, quas pœnas incurrant ex diſpoſitione *Bullæ II.* Alexandri VI. & quid ex diſpoſitione *Bannimenti Gubernatoris Urbis, & Bannimentorum Status Eccleſiaſtici num.6. & 7.*

4 Ampl1a procedere etiamſi offenſio ſequuta fuerit extra Curiam, ac extra Statum Eccleſiaſticum.

5 Adverte, quòd offendens amittit quidem jus ſuum, ſed non quæritur Adverſario.

8 *Bulla* Alexandri VI. *la* 2. ut locum habeat tria copulativè requiruntur, de quibus ibi.

9 Diſpoſitio *Bullæ II.* Alexandri VI, non habet locum, ſi non concurrat dolus, nempè quòd appenſatè, & præmeditatè ſequuta fuerit offenſio.

Offenſione ſequuta in ſubitanea, & improviſa rixa calore iracundiæ non intrat diſpoſitio *Bullæ II,* Alexandri VI. nu.9.

10 Prout ſi offenſio ſequuta non fuerit ex cauſa litis, ſed ex nova cauſa. Vide num.11. & 12.

11 Nova cauſa offenſionis præter illam litis in dubio præſumitur. Decl. n.12.

OBSERVATIO.

In *Bulla Cœna* Domini excommunicantur, & anathematizantur *omnes illi, qui per*
1 *ſe, vel per alios perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque vel ſæculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negociis recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negociorumque geſtores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, ſeu etiam Auditores, vel Judices ſuper dictis cauſis, vel negociis deputatos occaſione cauſarum, vel negociorum hujuſmodi occidunt, ſeù quoque modo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeù qui per ſe, vel per alios directè, vel indirectè delicta hujuſmodi committere, exequi vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium vel favorem præſtare non verentur, cujuſcunque præeminentiæ & dignitatis fuerint* juxta præciſa verba recenſita à *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. par.3. allegat.50. nu.69.*

Sed animadvertens Alexander VI.
2 quod plus pœnarum gravitas, quàm Dei timor arcere ſolet à voluntate peccandi, proinde decrevit, quod omnes cujuſcumque ſtatus, & præeminentiæ exiſtentes pro cauſis in Curia pro tempore pendentibus
3 adverſarios, vel illas pro eis procurantes, & proſequentes, ſive Advocatus, aut Pro-

Procuratores ipſorum,aut Auditores, & alios
Judices quoſcunque, Teſtes, & Notarios
minis afficere, verberare, mutilare, & occi-
dere, ſeù per alios talia procurare, & exequi
quomodolibet præſumpſerint,quamquam mu-
tilatio, vel mors non ſequatur,aut tales ſcien-
ter receptaverint, defenderint, ſeù occultave
rint eiſque conſilium, auxilium, vel favorem
publice, vel occulte, directe vel indirecte præ-
ſtiterint, ſive qui premiſſa etiam pro aliis
quomodolibet commiſerint ultra cenſuras, &
pœnas Eccleſiaſticas ſi ex collitigantibus,
cauſam ipſam, & omne jus tam in petitorio,
quàm poſſeſſorio, ac in re, vel ad rem cauſa,
vel occaſione bujuſmodi quomodolibet com-
petens eo ipſo perdant penitus, & amittant:
Si verò alii fuerint ab ipſa Curia, & omnibus
ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Terris perpetui
exilii; Et ſi mutilatio membri, vel mors ſub-
ſequatur ultra cauſæ, & juris ammiſſionem,
ac exilii pœnam hujuſmodi tam ipſi, quam
pro eis præmiſſa exequentes, & omnes alii
ſupradicti depoſitionis, à Dignitate, honore,
ordine, officio, & beneficio, ac leſæ Majeſta-
tis criminis ſententias incurrant ipſo facto,
& ut latius in ejùs *Bulla in ordine la II.in Bulla-
rio novo vol.1.*cujus diſpoſitionem refert *Guaz-
zin.de Confiſcat. bonor. concluſ. 13. ampliat.87.
nu.1.* Et quod incurratur crimen leſæ Majeſta-
tis, & privatio Officiorum, & Beneficiorum
ipſo jure tradunt *Lotter. de Re benef. lib. 3.
quæſt.30.nu.123. Barboſ.de Offic.Epiſcop. par.3.
allegat.57.nu.250.*

Etiamſi offenſio ſequuta fuerit extra Cu-
4 riam, imo extra Statum Eccleſiaſticum dum-
modo occaſione litis pendentis in Curia ut
tenet *Lotter.d.quæſt.30.nu.123.in fine Guazzin.
loc.cit.nu.2.Gratian. deciſ.Marchiæ 84.nu. 4.ibi-
que late Scoppa*, & reſpondit *Put. deciſ. 104.
lib.1.in nov.*

Adverte tamen, quòd offendens ammittit
quidem jus ſuum, ſed non quæritur adverſa-
5 rio *Pappazon.in annot.& addit.ad deciſ.2.in fine
de Reſcript. in nov.* quæ *annotationes* ſunt im-
preſſæ poſt *deciſiones antiquas* ubi refert ita
deciſum fuiſse à *Rota in Tarviſiana fendi coram
Tolomeo*. Itaut ſi offeuſus non probet ſuam
intentionem non reportat victoriam, cùm
offendens amittat ſolum jus ſe defendi, non
autem id, quod litigatur ut firmat *D. meus
Raynald.* poſt hæc ſcripta impreſſ. *in ejus Ob-
ſervat.crimin.cap.10.§.12.nu.20. cum ſeq.vol.1.*
ubi etiam examinat alia utilia dubia in hac
materia.

Diſpoſitio prædictæ *Bullæ Alexandrinæ* ne-
dum innovata, ſed etiam ampliata fuit me-
6 diante *Bannimento Gubernatoris Urbis*, publi-
cato ſub *die 22.Auguſti 1675. §.5.* ibi: *Proibi-
ſce, e comanda di più S. S. Illuſtriſs. che non ſia
perſona etiam Eccleſiaſtica come ſopra, che of-
fenda alcuno con ferite, o altre percoſſe con ba-
ſtone, ò altro per cauſa, & occaſione di liti civi-
li, ò criminali, ò per altre controverſie, ò diffe-
renze pendenti, ò terminate avanti qualſivoglia
Giudice, Tribunale, ò Congregazione di Roma;
& in qualſivoglia modo introdotte, ò proſeguite
tanto dagl'habitanti, e commoranti in Roma,
quanto de' foraſtieri ſudditi, ò non ſudditi della
S. Sede, Principali, Avocati, Procuratori,
Notarj, Teſtimonj, Sollicitatori, ò altri che
foſſero intervenuti, ò aveſſero in qualſivoglia
modo cooperato nelle dd. liti, e cauſe, ne dare a
ſimili delinquenti ajuto, conſeglio, ò favore ſot-
to le pene non ſolamente impoſte ne' ſuoi caſi dalla
Bolla Aleſſandrina ſopra ſimili materie, quale
s'intende per tutto il Diſtretto di Roma, e vuole
s'oſſervi anco ne' caſi d'offeſe fatte come ſopra per
cauſa di lite introdotta in qualunque Tribunale
de' luoghi d'eſſo anco Baronali, mentre l' offeſe
ſudette venghino conoſciute nel Tribunale di S.S.
Illuſtriſſima, mà anco della galera per dieci anni.
e di ſcudi cento d'oro qualunque ſia l'offeſa, ben-
che ſenza morte, o mutilazione, purche tocchi
la perſona d'alcuno de' ſudditi, e ſeguendone morte,
ò mutilazione, avranno luogo le pene impoſte in d.
Bolla. E quando l'offeſe ſudette foſſero fatte da al-
cuno con mandato d'altri a compiacenza, o per im-
pulſo, amicizia, che paſſaſſe con alcuna delle parti
litiganti, la pena ſarà anco della vita tanto
contro il mandante, come contro il Mandatario,
ò in altro modo delinquente come ſopra ad arbi-
trio di S.S. Illuſtriſſima ſecondo la qualità de' caſi,
offeſe, e perſone, e baſterà ad effetto d'incorrere
in ciaſcuna delle pene contenute nel preſente Ca-
pitolo, che ſia preceduto in qualſivoglia atto giu-
diciale, anco la ſemplice citazione, benche poi
non ſia ſtata prodotta.*

Ac etiam in *Bannimentis Generalibus Status
7 Eccleſiaſtici cap. 38.* extenſa per totum Statum
Eccleſiaſticum ibi: *Deſiderando S. E. rimediare
agl'inconvenienti, e ſcandali, che poſſano naſcere
alla giornata per il patrocinar delle cauſe tanto
civili, quanto criminali, ordina, che neſſuna
perſona offenda, ò facci offendere Avocati, Pro-
curatori, Sollicitatori, Notari, Teſtimonj, ò al-
tri per cauſa di lite civile, ò criminale introdot-
ta, ò da introdurſi in qualſivoglia luogo dello Sta-
to Eccleſiaſtico tanto immediatamente, quanto
mediatamente ſoggetto alla Santa Sede. E ſimil-
mente la parte contraria ſotto pena oltre quello,
che ne diſpone ne' ſuoi caſi la Bolla Aleſſandrina,
che s'eſtende per tutto lo Stato Eccleſiaſtico ſudet-
to della galera per diec'anni, e di ſcudi cento d'
oro qualunque ſia l'offeſa, benche ſenza morte, ò
mutilazione, purche tocchi qualſivoglia de' ſu-
detti, e baſti ad effetto delle ſudette pene, che
ſia preceduto qualſivoglia atto giudiciale, anco
la ſemplice citazione, benche poi non ſia ſtata ri-
prodotta; E le medeme pene habbino luogo anco
quando l'offeſa ſeguiſſe doppo finita la lite, e con-
ſumata l'eſecuzione*, & advertit *Guazzin. ubi
ſupra nu.3. Conciol. Reſolut. crim. in verbo Bulla
reſol.5.nu.4.*

Ad hoc autem ut *Bulla Alexandrina* locum
8 habeat tria copulative requiruntur, nempe
Primo, quod in offenſione, ſeù minis, & in-
juriis dolus intervenerit: Secundò, quod ea-
dem offenſio, ſeù injuriarum illatio ex cauſa

Digitized by Google

litis proceſſerit: Et tertiò, quod ex parte offenſi, ſeù injuriati nulla interceſſerit provocatio, ut reſpondit *Farinac.conſ.67.nu.1. vol.1. Lotter.de Re benefic.lib.3. qu.30. nu.124. Guazzin.loc.cit.nu.5.Conciol.Reſolut.crimin. in d.reſolut.5. nu.1. & Rot. coram Blanchetto ut in deciſ. impreſſa in fine d. conſil.Farinac.*

Unde ſi non concurrat dolus, utpote, quia
9 non appenſatè, aut præmeditatè, ſed in ſubitanea, & improviſa rixa calore iracundiæ ſecuta fuerit offenſio non habet locum diſpoſitio ejuſdem *Bullæ Alexandrine*, ut reſpondit *Farinacc.dict.conſ.67.nu.2.cum ſeq.& Rot.in cit. deciſ.coram Blanchetto*.

Prout etiam ſi offenſio non fuerit ſecuta ex
10 cauſa litis, ſed ex nova cauſa non intrat diſpoſitio ejuſdem *Bullæ*, ut tradit *Guazzin. ubi ſupra nu.3.*

Et in dubio offenſio præſumitur facta ex
11 nova cauſa, ut reſpondit *Farinac.loc.cit.n.3. & Rot.d.deciſ.coram.Blanchetto nu.9.*

Quod intellige procedere, quando alia cau-
12 ſa probatur, & concurrit lis, nam ad effectum evitandi penas inflictas in *Bulla Alexandrina* præſumitur offenſionem ſequutam fuiſſe potius ex alia cauſa probata, quam litis vertentis, ut declarat *Guazzin de Confiſcat.loc.cit. numer. 4. verſ. Sed ſi appareat Conciol. d. reſol.5. nu.2. Lotter. de Re benefic. lib.3. quæſt.30. numer. 125. Rot. coram Put. deciſ. 102. cum ſeq.lib.1. in nov.* Secus autem ſi nulla alia cauſa probetur, ut firmant *mox allegati, & Scopp. in obſervat. ad Grazian. deciſ. 84. nu.11. cum ſeqq.*

ADDIT. AD RUB. XLVII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Diſpoſitio *Bullæ* ALEXANDRI VI. ut locum habeat quæ ſint probanda & num.2.
3 Habet locum etiam lite terminata,

Num.1. Diſpoſitio *Bullæ* ALEXANDRI VI. ut locum habeat probanda eſt qualitas perſonæ offen-
1 ſæ * quòd ſit principalis, vel defenſor, vel Notarius, vel Teſtis ut tradit *Bonſin. Nepos in ſupplem.ad Banniment.General.43.nu.13.*

Et debet conſtare offenſio aliunde quàm ex
2 dicto offenſi * 16. *idem nu.15.*

Num. 7. Diſpoſitio *Bullæ Alexandrinæ* habet lo-
3 cum etiam lite terminata * *Bonſin.ubi ſupra nu.11.& 15.*

De Oſtiis noctis tempore claudendis.
RUBRICA XLVIII.

SAncimus, & firmamus nulli in Civitate Faventiæ, vel ejus Suburbiis licere tenere oſtium ejus domus, ſeu a ſe conductæ apertum, & non clauſum poſt ſonum campanellæ Turris communis Faventiæ uſque ad pulſationem campanæ dictæ Turris ſolitæ in ortu diei pulſare ſub pœna ſolidorum quinque bonon.pro qualibet vice. Id tamen permittatur impune Piſtoribus, dum eorum exercitium exequuntur.

SUMMARIUM.

1 POrtæ domorum tertiâ horâ noctis claudi debent.
2 Portas tempore belli non licet aperire.
3 De iis, quæ nocturno tempore geruntur remiſſive.

OBSERVATIO.

QUia ut plurimum nocturno tempore committuntur furta, aliaque delicta,
1 proinde non eſt mirum, ſi cauti ſtatuentes conſulendo indemnitati populi decreverunt, nulli in Civitate, & Suburbiis licere tenere oſtium domus apertum à tertia hora noctis, qua juxta ſolitum pulſatur campanula uſque ad ortum diei, ſicuti jam ſimili lege cautum
2 erat tempore belli non licere portas aperire tradit *Senec.controverſ. lib.5.contr.7.* De aliis,
3 quæ nocturno tempore geruntur vide *Ripa de nocturno tempor.*

De Pœna non reſtituentis rem conductam.
RUBRICA XLIX.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque conduxerit domum, apothecam, agrum, vel aliam quamlibet rem immobilem ad certum tempus, conductor ipſe teneatur, ac ejus hæredes ad libitum locatoris, ſeu ejus hæredum ſecundum pacta, & conventiones initas inter eos rem, ut ſupra conductam finito tempore locationis, ſeu conductionis liberè reſtituere, ac relaxare locatori, ſeu ejus heredibus, nulla exceptione obſtante ſub pœna librarum vigintiquinque bonon. incurrenda poſt interpellationem ſibi factam, non derogando per hæc pœnis conventionalibus. Et nihilominus rem ut ſupra conductam reſtituere, & relaxare teneatur, & cogatur. Conducens verò rem mobilem, ſeu ſe moventem ad certum tempus, vel ſub certa mercede teneatur tam ipſe conducens, quàm ejus ſucceſſor finito tempore rem ut ſupra conductam liberè reſtituere omni exceptione remota, tam locatori, quam ejus ſucceſſori ſub pœna librarum decem bonon. incurrenda poſt interpellationem deſuper factam,

& ni-

Digitized by Google

& nihilominns rem ut ſupra conductam reſtituere compellatur. Similiter quicunque rem tam mobilem, quàm immobilem precario ab aliquo conduxerit, tam ipſe, quàm ejus ſucceſſor ad libitum concedentis, ſeu ſucceſſoris liberè reſtituere, & relaxare teneatur, omni exceptione remota, ſub pœnis prædictis, ſingula ſingulis congruè referendo,

SUMMARIUM,

1 Conductor non poteſt, reſricare quæſtionem dominii locatoris.

Materiam *leg. Si quis conductionis C. de Locat. & conduct.* tractantes remiſſive num. 1.

OBSERVATIO.

Diſpoſita *per Imperatores Diocletianum, & Maximianum in l. ſi quis conductionis, C.*
1 *de Locat. & conduct.* adaptantur præſenti *Rubricæ*, & quia materia ejuſdem *Legis* late examinata fuit ibidem à *Scribentibus*, ac à *Donat. Anton. de Marin. Reſol. quotid. lib. 2. cap. 15. Merlin. Pignatell. Cont. forenſ. centur. 1. cap. 90. Adden. ad Rot. in rec. dec. 420. nu. 42. cum plurib. ſeqq. p. 4. tom. 2. D. Pacion. de Locat. cap. 65. Rot. in Rec. dec. 57. juncta dec. 89. p. 9. præter deducta per nos in Annot. ad recol. me Coccin. dec. 55.* Deo dante imprimenda proinde ad evitandam ſuperfluam repetitionem, & tranſcriptionem in caſus contingentia adeundi erunt *mox citati DD. ac alii ab eis allegati*.

De Contumacibus pignorandis, & pœna vetantis Pignus.
RUBRICA QUINQUAGESIMA

Omnis contumax legitimè citatus ſecundùm formam Statutorum Faventiæ pignorari poſſit pro debito petito, & expenſis. Qui verò per ſe, vel familiam ſuam, vel aliquem de ſui familia non ſe permiſerit pignorari, aut ipſi Officiali pignus non dederit, vel modo aliquo vetuerit pignus pœnam ſolidorum X. bononenorum vice qualibet incurrat cujus pœnæ tertia pars Officiali applicetur, ultra ejus debitam mercedem pro eundo ad pignorandum, & credatur ipſi Officiali cum Nuncio Communis de ipſo pignore vetito, & Officialis ſemper Nuncium Communitatis ſecum habere debeat, & Nuncius habere debeat pro ſua mercede pro quolibet pignorato denarios quatuor expenſis pignorati, & pro quolibet pignus vetante expenſis ipſius vetantis denarios ſex.

SUMMARIUM.

1 Recuſans tradere pignus Executoribus, quaspœnas incurrat.

2 Auferens pignus Executoribus, ſeù tollens rem executatam Executoribus, quas pœnas incurrat.

Gubernatorem offendens inſultans, vel percutiens, quibus pœnis puniatur num. 2.

Judicem offendens, inſultans, vel percutiens quibus pœnis puniatur num. 2.

Depoſitarium offendens, inſultans, vel percutiens ratione officii, quibus pœnis Puniatur num. 2.

Fiſcalem offendens, inſultans, vel percutiens quibus pœnis puniatur num. 2.

Cancellarium offendens, inſultans, vel percutiens quibus pœnis puniatur num. 2.

Birruarios offendens, inſultans, vel percutiens, quibus pœnis puniatur nu. 2. & n. 16.

Cuſtodem Carcerum offendens, inſultans, vel percutiens, quibus pœnis puniatur.

3 Birruariis credatur an, & quandò num. 3.

Birruarii viles, & infames ſunt.

4 Occidens, vel offendens Birruarios, vel alios Miſtros Curiæ Eccleſiaſticæ ratione Officii puniri debet ab eadem Curia privative, & num. 8. & 19.

Contrarium, quod ſpectet ad utramque juriſdictionem cumulative, & cauſa ſit mixti Fori num. 6. 9. 10. 12. & 14.

5 Laicus delinquens ſubjectus eſt Juriſdictioni ſæculari, & ab ea puniri debet.

7 Laicus committens homicidium in loco immuni, utraque Curia procedit.

Reſiſtentia facta Executori in actu Eaecutionis eſt cauſa mixti fori *num. 9.*

10 *Farinac. conſ. 124. reprobatur*

11 Birruarium Curiæ Epiſcopalis offendens debet ab eadem Curia privative puniri.

12 Juriſdictio privativa Curiæ Eccleſiaſticæ non eſt permittenda, quandò pœna condigna delinquenti per ipſam imponi non valet.

13 Judex Eccleſiaſticus pœnam ſanguinis inferre nequit.

14 Judex Laicus cumulative procedit in atrocibus delictis pro ſupplenda pœna condigna, quando Judex Eccleſiaſticus eam imponere nequit; Secus ſi Judex Eccleſiaſticus condignam pœnam imponere valet num. 16.

15 Declaratio Judicis Eccleſiaſtici ſuper impoſitione ſufficientis pœnæ attenditur ſolum, quando pœnam condignam imponere valet.

17 In delictis mixti fori eſt locus præventioni.

18 Carceratione præventio inducitur.

OBSERVATIO.

Conſonant circa prohibitionem cum diſpoſitione noſtri ſtatuti *Bannimenta Generalia Status Eccleſiaſtici c. 36. ibi: Item, che non ſia*
1 *perſona alcuna, come ſopra che ardiſca victare, o ricuſare di dar pegni, che li ſaranno domandati dalli Eſecutori, Sbirri, Ballivi, Vicarj, Guardiani de Campi, Officiali, ò Miniſtri del danno dato, & altri Officiali per qualſivoglia cauſa, ancorche ſi pretendeſſe l'eſecutione, o pegno eſſer ingiuſto ſotto pena di tre tratti di corda, & altre pene corporali, e pecuniarie ad arbitrio del Giudice,*

dice, ſecondo la qualità de caſi, e delle perſone,
e ſe al.uno doppo fatta l'eſecuzione, e tolto il pe-
gno ſotto qualſivoglia preteſto di propria autorità
2 *lo levaſſe di mano dalli Eſecutori, ò Depoſitarj, ò*
dal luogo deſtinato per la cuſtodia, ò altronde,
tanto per ſervitio proprio, quanto d'altri, incor-
ra in pena della galera per cinque anni In *cap.*40.
verò contra occidentes, vulnerantes, perſe-
quentes, accipientes retinentes, vel quoquo
modo percutientes, offendentes aut inſultan-
tes Gubernatores, Judices, Depoſitarium,
Fiſcalem, Cancellarium, Birruarios, Cuſto-
dem Carcerum, Mandatarium tam Curiæ ſæ-
cularis, quàm Eccleſiaſticæ ad effectum impe-
diendi juſtitiæ aut cujuslibet ex prædictis pro-
prii Officii exercitium etiam in cauſis civili-
bus imponitur pœna mortis, confiſcationis
bonorum, rebellionis, cum aliis pœnis infli-
ctis vigore *Bullæ* Sixti V. In Urbe etiam vi-
gent rigoroſa Bannimenta, quorum vigore
proceditur.

Multoties tota difficultas in hac materia
verſatur circa probationem delicti, quæ quo-
ties reſtringitur ad depoſitionem Birruario-
rum controverti poteſt illius relevantia ob eo-
3 rum notoriam vilitatem, & infamiam, quod
late in propoſitum examinavit *Conciol. Reſol.*
*crimin. in verbo Birruarius reſol.*4.

In propoſito hujus materiæ utile exiſtima-
vi adnotare controverſiam juriſdictionalem,
cui cauſam dedit homicidium commiſſum à
Joanne Antonio Barone in perſonam Birruarii
Curiæ Epiſcopalis Verulanæ. Cum de anno
1686. Dominicus Fortinus, & Antonius Cala-
breſius Birruarii Curiæ Epiſcopalis Verulanæ
vigore mandati executivi ejuſdem Tribunalis
Eccleſiaſtici executionem feciſſent ſuper non-
nullis bonis mobilibus dicti Joannis Antonii
dum pignora aſportabant idem Joannes Anto-
nius exoneravit archibuſiatam, ex qua vulne-
ratus fuit dictus Dominicus, & obiit, unde
fabricato proceſſu in Tribunali Epiſcopali
emanavit ſub die 27. Auguſti 1687. Sententia,
in qua à meo Anteceſſore condemnatus fuit
in pœnam Triremium in perpetuum, & ſcu-
torum centum; proceſſit quoque Curia ſæcu-
laris Fruſinonis, & ad carcerationem devenit,
ſed cum Joannes Antonius in nocte 27. Ju-
lii 1687. fracto carcere aufugiſſet, condemna-
tus fuit in pœnam ultimi ſupplicii, & de an-
no 1691. quia contumax vagabat abſque bol-
lettino ſanitatis carceratus fuit à Baroncello
Curiæ Epiſcopalis, qui etiam fungebatur Of-
ficio Executoris *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi*
D. Patritii Cameræ Apoſtolicæ Clerici digniſſimi,
& Commiſſarii ſuper Sanitate vigilantiſſimi, at-
que condemnatus in pœnam triremium in
perpetuum, & poſtmodum, conſignatus Curiæ
Fruſinonis cum conditione reſtitutionis, caſu
quo inibi non exequeretur pœna ultimi ſup-
plicii. In hoc rerum ſtatu Joannes Antonius
recurſum habuit *ad Sac. Congregationem Immu-*
nitat. Eccleſiaſticæ, prætendens cognitionem
prædictæ cauſæ homicidii ſpectare debere pri-
vativè ad Tribunal Eccleſiaſticum, & cum
eadem *Sac. Congregatio*, mihi injunxiſſet, quod
illam inſtructam redderem, & deinde ut meam
ſententiam proferrem; Unde illi prædictam
facti ſeriem expoſui, & juriſdictionem privati-
vam meæ Curiæ Epiſcopalis in dubium revo-
cavi, expectans ab Eminentiſs. Cardinalibus
reſolutionem, quæ ſub die 22. Aprilis 1692.
emanavit favorabilis Jo: Antonio, & ſub die 8.
Julii ſequen. fuit confirmata in fine adnotanda
non obſtante ſequenti reſponſo *Illuſtriſſimi D.*
Marchionis Jo: Baptiſtæ Bottinii S. Conſiſtorialis
Aulæ, & Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Advoca-
ti, & Viri prudentia, doctrina, & integritate
inſignis.

Verulana Homicidii.

Eminentiſſime, & Rev. D. Jure merito dubitavit
Reverendiſſimus Epiſcopus Verulanus, cauſam
Homicidii patrati per Jo: Antonium Baro-
4 num ſpectare ad curiam ſæcularem Gubernii
Provinciæ Maritimæ, & Campaneæ, quam-
vis enim fuerit per eumdem occiſus Executor
Curiæ Epiſcopalis ex cauſa officii in odium,
ſcilicet executionis mandati contra ipſum Jo:
Antonium relaxati; propter quod crimen
utraque Curia proceſſit in contumaciam, Ec-
cleſiaſtica quidem ad pœnam triremium per-
petuarum, & ſecularis ad pœnam ultimi ſup-
plicii, non tamen exinde prætendi valet, de-
lictum non eſſe mixti fori, ejuſque cognitio-
nem privativè ad Curiam Epiſcopalem læſam
ſpectare, ac proinde à reſolutione capta pro
remiſſione ad eamdem inaudito Fiſco rece-
dendum omnino videtur.

Habet quippe Curia Sæcularis fundatam
intentionem in qualitate Laicali, quæ Reum
5 ejuſdem Juriſdictioni ſubiicit ut per *Text. in*
cap. ex tenore de For. compet. tradunt *Innocent. in*
*cap. cum ſit generale, eod. tit. Surd. conſ.*286. *n.*9.
*& conſ.*449. *nu.*35. *Vermig. conſil.*166. *nu.*6. *Fa-*
*rinacc. q.*8. *n.*125. *Mart. de Juriſd. p.*2. *c.*11. *nu.*24.
*Raynal. Obſer. crim. tom.*2. *cap.*25. *§.*1. *nu.*74.

Qualitas verò perſonæ offenſæ, inſervien-
tis ſcilicet Curiæ Eccleſiaſticæ in officio Exe-
cutoris, eſt quidem apta reddere competen-
tem etiam Judicem Eccleſiaſticum ob ſpre-
tam in perſonam Officialis ejus Majeſtatem
6 ex vulgato *textu in l. Nullum C. de Teſtib.* ſed non
valet tribuere juriſdictionem privativam, cum
tantum in eadem cumulativa competat, ut
monet *Bald. in d. l. nullum, C. de Teſtib. Boſſ. tit.*
*de Falſit n.*107. *Clar. in Prax. §. final. q.*38. *verſic.*
*quæro nunc, Scacc. de Judic. lib.*1. *cap.*12. *nu.*13.
*Farin. quæſt.*8. *nu.*27. *& q.*77. *nu.*29. *& ſeq. Cabal.*
*Reſol. crim. caſ.*117. *n.*3. *& caſ.*261. *nu.*10. *Afflict.*
*deciſ.*219. *Franc. deciſ.*147. *nu.*2. *&* 3. *ibique Ca-*
*rol. Anton. de Luc. Sperell. dec.*86. *nu.*7. *verſ. cre-*
*derem, Cartar. deciſ.*96. *nu.*35. *del Bene de Imm.*
*tom.*2. *cap.*10. *dub.*13. *nu.*3. *Raynald. Obſer. crim.*
*tom.*1. *cap.* 7. *§.*6. *nu.*14. & declaravit hæc *Sac.*
Congregatio in una Aſſiſien. 27. *Februarii* 1674.
referente Reverendiſs. Bottinio, & in terminis
Homicidii commiſſi à Laico in loco immuni,
7 quòd utraque procedat, reſponſum fuit *in Fe-*
retra-

Digitized by Google

retrana 14. Decembris 1677. ac fuit reſolutum
utraque. Curia procedat coram eodem .

Nec qualitas tributiva privativæ Juriſdi-
ctionis deſumi valet , ex quo ultra qualitatem
perſonæ concurrat etiam in caſu noſtro ratio
8 offenſæ ex cauſa officii ſcilicet executionis
mandati Curiæ Epiſcopalis , quo caſu cogni-
tionem ad Curiam Eccleſiaſticam ſpectare fir-
mat *Farinac. conſ.* 134. *nu.* 3. *Sperell. deciſ.* 86. *n.* 6.
& declaravit *Sac. Congregatio in Recanaten.* 16.
Julii 1641. *proponente clar. me. Card. Pauluccio* ,

Quoniam hæc circumſtantia offenſionis ex
cauſa officii poteſt quidem exaſperare pœ-
9 nam , ſed non efficit , quod cauſa privative
ſpectet ad Judicem Eccleſiaſticum , alterando
Juriſdictionem , ut conſiderat *del Bene de Im-
mun. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 13. *nu.* 5. *verſ. etiamſi in
hoc caſu* . Et in terminis offenſionis ex cauſa
Officii procedunt auctoritates ſupra relatæ
firmantes cauſam eſſe mixti fori, ejuſque cogni-
tionem cumulativam , & præ aliis *Franc. citat.
deciſ.* 147. *nu.* 2. *& ſeq.* qui loquitur de reſiſten-
tia facta Executori in actu executionis contra
quamdam Meretricem , *Cabal. dicto cap.* 117.
loquens in iiſdem terminis, *del Bene dicto c.* 10.
dub. 13. *n.* 5. ubi firmata competentia cumula-
tivæ Juriſdictionis ſic eam ampliat ; *Et hoc ve-
rum eſt , non ſolùm ſi offendens clericum , vel
Judicis Eccleſiaſtici Miniſtrum offendat illum ut
perſonam privatam , ſcilicet ex odio , vel inimi-
citia privata , ſed etiamſi offendat , ut Miniſtrum
ſcilicet intuitu officii , quod gerit* reddens ra-
tionem *nu.* 9. *Quia utrobique eſt ſacrilegium , &
utrobique tractatur de punitione ſacrilegii , quæ
cum ſit quæſtio facti , & non Juris , eſt mixti fo-
ri* , *Certar. citat. deciſ.* 96. *n.* 30. 35. *&* 36. *Rayn.
dec.* 7. §. 6. *nu.* 13. *& ſeq.* qui plures alios adducit.

Ac propterea cum hujuſmodi ſententia ma-
jori auctoritatum calculo ſuffulta ſit , curandæ
non ſunt contrariæ auctoritates, & præſertim
10 *Farin. dicto conſ.* 134. quem reprobat *Cart. cit.
dec.* 96. *n.* 30. *& Rayn. dic. c.* 7. §. 6. *n.* 15. Et licet *Sac.
Congr. in d. Recanaten. de anno* 1641. contrariam
ſententiam tenuerit, tamen ab ea receſſit in *Aſ-
ſiſien. de anno* 1674. & prima reſolutio forſan
emanavit , inhærendo alteri præcedendi reſo-
lutioni in quadã *Firmana* 25. *Junii* 1638. pro-
ponente *eod. Card. Pauluccio*, in cujus caſu Bir-
11 ruarius Curiæ Epiſcopalis non erat offenſus,
ſed offenſor, & ita procul dubio cognitio pri-
vative ad illam ſpectabat , dictaque reſolutio
de anno 1641. inaudito Fiſco emanavit , ma-
gnaque fuit inter *eundem Pauluccium , & Mer-
linum Sac. Rotæ Auditorem* contentio , ut refert
Dian. coordinat. Oper. moral. tom. 9. *tract.* 2. *re-
ſol.* 187. *nu.* 1.

Quinimo ratio offenſionis ex cauſa officii
potius confirmat cumulativam Juriſdictio-
nem , quàm illam excludat; Cum enim augeat
12 pœnam , eam uſque ad ultimum ſupplicium
extollendo , quæ in caſu noſtro eroganda eſt,
etiam propter homicidium deliberatum , ut
agnovit ipſamet Curia Epiſcopalis , quæ pœ-
nam Triremium perpetuarum, adeoque eidem
ordinariam impoſuit , nimis abſonum eſſet ,
& publicæ vindictæ prejudiciale , ſi cognitio
privativè ſpectaret ad Curiam Eccleſiaſticam ,
quæ propter lenitatem Canonicam pœnam
13 ſanguinis inferre nequit , ut per *text. in cap.
in Archiepiſcopatu de Raptor.* & in *cap. ſenten-
tiam ſanguinis Nè clerici , vel Monaci* , tradunt
Decian. Tract. crim. l. 4. *cap.* 27. *nu.* 7. *verſ. quinta
eſt regula , & lib.* 9. *cap.* 30. *nu.* 8. *Raynald. Obſerv.
crim. tom.* 1. *cap.* 3. §. 2. *ad* 6. *nu.* 14. *& c.* 7. §. 1. *nu-
14 mer.* 181. Atque ideo in his atrocibus delictis,
pro quibus pœna condigna per Judicem Ec-
cleſiaſticum imponi non valet , privativa dici
non poteſt ejus Iuriſdictio , ſed Iudex Laicus
cumulativè procedere debet pro ſupplenda
pœna ad publicæ vindictæ complementum ut
per *text. in cap. fælicis* , §. *Per hoc. de Pæn. in* 6.
& in can. ſunt quædam 23. *q.* 5. tradunt *Boſſ. d.
tit. de Falſ. nu.* 107. *Cabal. cit. caſ.* 261. *nu.* 10. *Scac.
de Judic. l.* 1. *cap.* 12. *nu.* 13. ubi quod ita ſervavit
dum erat Iudex *Farin. q.* 4. *num.* 11. *Gomez Var.
reſol. tom.* 3. *cap.* 1. *nu.* 40. *verſ. quarta concluſio* ,
ubi reſidet in opinione Fiſco Sæculari favora-
bili , eamque communem appellat *Sperell. in
contrarium alleg. dec.* 86. *nu.* 7. *verſ. crederem ta-
men* , ubi ſequendo *Scac*, vel potiùs ejus au-
ctoritatem declarando , ſic ait , *Crederem ta-
men in omnibus his caſibus in odium delinquentis
accumulari Forum Foro, & ſic Reum poſſe etiam
per Judicem laicum puniri*, quòd repetit *nu.* 24.
ibi : *Circa quam poſteà Judex laicus ſi maluerit
ſupplere poterit* , quam facultatem ſupplendi
pœnam confirmat *dec.* 92. *nu.* 4. *Panim. dec.* 17.
adnot. 5. *n.* 6. *&* 7. *Raynald. obſer. crim. to.* 1. *cap.* 1.
§. 10. *nu.* 44. *verſ. Quintus tandem* , ubi quod ſi
Judex Eccleſiaſticus totam pœnam , quam in-
ferre poterat, impoſuit , non Impeditur Judex
laicus illam ſupplere , quoties delictum majo-
rem pœnam mæreretur , & quòd non obſtat
15 declaratio facta per Judicem Eccleſiaſticum
ſuper ſufficientia pœnæ , quia hæc ſolùm pro-
cedit , quando ipſe pœnam condignam impo-
nere valet .

Et cum hac conditione conciliari poſſunt
differentes opiniones, & evitari valet *Reſolutio
Sac. Congregat. in d. Recanaten. de anno* 1641. in
16 cujus caſu agebatur de ſimplicibus vulneri-
bus illatis Executoribus Curiæ Epiſcopalis ,
pro quibus irrogari non poterat pœna ultimi
ſupplicii cum *Bannimenta Sac. Conſultæ* , de illo
tempore emanata non comprehendant offen-
ſas factas Executoribus Curiæ Eccleſiaſticæ, nec
pœnam pro illis , uſque ad ultimum ſuppli-
cium extollant.

Cùm itaque agatur de delicto mixti Fori ,
vel eſt locus præventioni , ut tradunt *Scacc. de
17 Judic. lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 17. *&* 77. *Guazzin. defenſ.* 1.
cap. 8. *n.* 1. *Sperell. dec.* 4. *n.* 4. *& dec.* 86. *nu.* 8. quæ
in caſu noſtro indubitata redditur per carce-
18 rationem , ut probant *Boſſ. tit. de For. compet.
n.* 97. *Cancer. Var. reſol. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 228. *Mart.
vot. deciſiv.* 153. *n.* 7. *Maſtrill. dec.* 210. *nu.* 8. *Farin.
q.* 7. *n.* 53. *Vermigl. conſ.* 212. *nu.* 1. *Tondut. de Præ-
vent. par.* 2. *cap.* 54. *nu.* 6. §. *Si autem* , vel ob con-
tu-

tumaciam potuit utraque Curia procedere, & ita cùm Curia ſæcularis condemnavit in pœnam capitalem, & Reus in ejus poſſe devenerit, impediri non poteſt ejuſdem ſententiæ executio ſervata legitima forma.

Quòd ſi adhùc ſubſiſteret prætenſa privativa, nec ea impedire poſſet Curiam ſæcularem in ſupplenda pœna ex ſupra firmatia.

Quarè &c.

Jo:Baptiſta Bottin.Fiſcl, & C.A.Adv.

Illuſtre, e Molto Reverendo Monſignor come Fratello. Avendo queſta Sagra Congregazione dell'Immunità Eccleſiaſtica &c. riſoluto ſotto li 22. Aprile proſſimo paſſato, che ſpetti privativamente alla Corte Veſcovale di V. S. la cauſa dell'omicidio commeſſo da Gio:Antonio Baroni in perſona di Domenico Fortini sbirro di detta Curia Veſcovale à titolo d'avere queſti eſegnito un mandato della medema contro eſſo Baroni, e che perciò ella procuraſſe di farſelo conſegnare dalla Corte Laica di Froſinone, nelle di cui carceri viene preſentemente ritenuto, & eſſendo ſtato conſtantemente confermato talDecreto da queſti Eminentiſſimi miei Signori nella Congregazione tenutaſi hoggi, ſi ne dà à V.S. queſta notizia, perche ſi conformi al ſentimento dell'EE. loro nel farſi conſegnare detto carcerato, E Dio la proſperi. Roma 8. Luglio 1692.

Di V.S. *come Fratello*

G, Cardinale Carpegna.

N.Grimaldi Secret.

Monſig.Veſcovo di Veroli,

ADDIT. AD RVBRICAM L. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 LAicus offendens, vel interſiciena Miniſtrum, vel familiarem Curiæ Epiſcopalis an puniendus ſit privativè, an cumulativè ab eadem Curia.

2 Et an pœna excommunicationis.

Num.4.& ſeqq. Laicus percutiens, offendens, vel
1 interficiens Miniſtrum, * vel familiarem Curiæ Epiſcopalis an puniri debeat privativè à Tribunali, an verò cumulativè cum Tribunali laico vide *Pignatell, conſult.52. vol.2.* & an in-
2 tret pœna excommunicationis * vigore *Bullæ in Cœna* Domini, *aut cap.Quoniam de Immunit. Ecleſiaſt.in 6.*vide *Pignat.conſul.18.n.1.cum ſeqq. vol.6.* & vide ſupra *ad Rub.5.n.20.lib.1.*

De Becariis.

RUBRICA QUINQUAGESIMAPRIMA.

QUoniam difficilè eſt malitiis eorum, qui exercent Macellum in Civitate Faventiæ obviare, ea propter matura deliberatione providere cupientes. Statuimus, & ordinamus, quòd omnes Becarii Civitatis Faventiæ excoriare debeant omnia animalia bovina in Macello Communis, & non alibi, nec eis liceat vendere unum genus carnium pro alio, nec malum pro bono, aut tenere in eadem banca carnes unius beſtiæ cum carnibus alterius beſtiæ ſimul, vel carnes bovinas cum carnibus montoni, hirci, capræ, pecudis, vel agni unius anni, & hoc ſub pœna viginti bononenorum in quolibet caſuum prædictorum, & qualibet vice. Ordinamus inſuper quòd Antiani, qui pro tempore fuerint, poſſint, & debeant ſingulo anno quandocunque eis videbitur ſaltem bis in anno eligere quatuor bonos viros, videlicèt unum pro qualibet porta, qui deliberare debeant quo pretio Macellarii vendere debeant carnes cujuſcunque conditionis conſiderato pretio, quo venduntur in Civitatibus circumſtantibus, & ultrà pretium deſignatum vendere non poſſint ſub pęna viginti ſolidorum pro qualibet vice, ſed debeant eas tenere ſeparatas ab invicem, ita quod cognoſcantur, ut earum Emptores non decipiantur ſub dicta pœna. Non poſſint etiam circa renes aliquam pinguedinem apponere ultra id, quod habeant naturaliter, ſub pœna prædicta, quam Officiales Domini Poteſtatis exigere valeant ſine aliqua condemnatione. Nulluſque Civis, vel Forenſis poſſit exercere dictam artem, vel vendere carnes in dicto Macello, vel alibi in dicta Civitate, niſi fuerit matriculatus, ſub prædicta pœna, & qualibet vice. Non poſſint etiam, neque valeant Becarii occidere, aut excoriare aliquod animal bovinum, niſi priùs oſtenderint illud vivum Officiali ſuper hoc deputato, ſeu militi Domini Poteſtatis pœna XL. ſolidorum pro qualibet vice, & dicti Officiales quandocunque fuerint requiſiti teneantur eas videre, & ire ad Macellum ſerò, manè antequam Becarii incipiant incidere, quam inciſionem facere non poſſint ante ſonum campanæ diei, ex poſt autem liceat eis incidere, etiamſi carnes non viderit. Teneantur etiam Becarii dare unicuique eam quantitatem carnium, quam petierit ſine aliqua adjunctione pedum, vel capitis illius animalis, vel alterius, pœna ſolidorum decem pro qualibet vice, & credatur juramento accuſatoris, nec liceat ipſis Becariis dicere petentibus car-

nes

nes ab eis, quòd carnes ibi exiſtentes ſint aliis venditæ ſub pœna prædicta, niſi dixerint nomen Emptoris id non diffidentis. Teneantur etiam Becarii dicere nomen animalis ementi, & non exprimens, vel falsò explicans, in pœnam viginti ſolidorum incidat.

Item ſtatuimus, quòd quilibet Becarius teneatur dare ementibus juſta pondera pena ſolidorum decem pro qualibet vice, & credatur Officiali. Non valeant tamen inſufflare aliquod animal ſub pœna prædicta, & qualibet vice. Occidere autem animalia, & excoriare teneantur publicè, & de die hora completorii, & non noctis tempore præſertim bovina in Macello Communis, & ſimilia.

Inſuper ordinamus, quòd nulli Becario liceat vendere carnes ſuillas non caſtratas, nec pecudes prægnantes pœna viginti ſolidorum, Lardum verò, & Graſſiam, & Sepum pretio carnium non comprehendi, ſed majori pretio, juxta tamen æſtimationem Officialium vendi poſſe ſtatuimus, carnes autem inciſas die præcedenti alio die vendere non poſſit, à Paſcha uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum, niſi priùs Emptori notificaverint, & in omnibus caſibus prædictis, & quolibet prædictorum D. Poteſtas, & ejus Officiales habeant plenum, & liberum arbitrium inquirendi, & pœnas exigendi de facto ſine aliqua condemnatione fienda, & credatur Officiali referenti.

SUMMARIUM.

1 MAcellarii dicti ſunt à mactandis pecoribus, & quadrupedibus.

2 Laniones à laniendo appellati ſunt, & quarè.

3 Laniones, Macellarii, & Becarii pro Sinonymis judicantur.

4 Macellatiorum ars eſt vilis, & fætoſa, & n.5.

5 Clericis, aliiſque Eccleſiaſticis Perſonis prohibita eſt ars Macellariorum.

6 Macellarii cogi poſſunt ad exercendam eorum artem in extremis Civitatum, & locorum Regionibus, & quare.

7 Pelles accomodantes cogi poſſunt ad exercendam eorum artem in extremis Civitatum, & locorum Regionibus.

8 Macellarii vendere non poſſunt carnes niſi in locis deſtinatis.

9 Macellarii cogi poſſunt ad exercendam eorum artem.

Macellarii mactare non tenentur niſi illa animalia, quæ pro tempore ſunt deſtinata ad mactandum n.9.

10 Macellarii obligati mactare animalia pro uſu Civium per totum annum non tenentur mactare, niſi ea animalia, quæ juxta Regionis, & temporis ſtatum macellari ſolent.

Interpretatio contractus ſit à loci conſuetudine.

11 Macellarii obligati mactare carnes pro hominibus certi loci cum verbis particularibus non tenentur pro hominibus additis; ſecùs ſi per verba collectiva.

12 Macellarii fraudes, & varia delicta committunt, de quibus ibi remiſſivè.

13 Macellarii carnes animalium ex infirmitate mortuorum, ac putridas, & fætidas vendere, quandoque audent.

Graſſerii invigilare debent, ne Macellarii carnes putridas, & fætidas, ac ex animalibus ex infirmitate mortuis vendant n.13.

Sanguis, & ſtomachus hominum corrumpitur & turbatur ex uſu carnium putridarum & fœtidarum num.13.

14 Macellarii inflantes animalia mortua, ut carnes graviores, & pinguiores efficiantur puniendi ſunt.

16 Maximè ſi inter ſe conſtituerint certam legem inflandi.

17 Giuntam dare an, & quando prohibitum ſit Macellariis.

18 Macellarii pondus juſtum non tradentes, vel utentes injuſtis ponderibus, qua pœna puniantur.

19 Macellarii Monopolium committunt, quando conjunctis crumenis omnia animalia circumveniunt, ſervant, & certam tantum quantitatem ad Macellum deferunt, ut carius vendant.

20 Pretium carnium per Macellarios vendendarum taxari ſolet.

Graſſerii taxant pretium carnium per Macellarios vendendarum n.20.

21 Graſſeriorum electio ſpectat ad Univerſitatem Graſſerii eliguntur a Conſilio Generali num.20.

22 Graſſeriorum Officium conſiſtit in imponendo pretium rebus comeſtibilibus.

23 Graſſerii concordare non poſſunt cum Fructarolis, & Tabernariis circa impoſitionem pretii.

24 Ad taxationem pretii rerum comeſtibilium faciendam, quæ ſint attendenda.

25 Alterari non poſſunt rerum pretia taxata.

Graſſerii invigilare debent, ne rerum pretia taxata alterentur n.25.

26 Graſſeriorum Officium conſiſtit in curando, quòd res ad Graſſiam pertinentes undique fluant.

27 Graſſiam ad Urbem conducentes variis privilegiis decorari ſunt.

Deferentes Graſſiam ad Civitatem, & eorum animalia non poſſunt moleſtari n.27. Ampl. ut ibi.

28 Deferentes Graſſiam ad Urbem non tenentur ad ſolutionem Gabellæ paſſus. Lim. n.29.

30 Macellarii ſolvere promptè tenentur pretium ani-

animalium emptorum.

Macellariis dilationes ad ſolvendum pretium animalium emptotum non dantur num.30. Vide n.34.

31 Staturum, ſen Conſtitutio prohibens Macellariis dari dilationes ad ſolvendum pretium animalium emptorum eſt ſavorabilis.

Statutum Feraria lib.1. Rubr.33. præfigit Macellariis certum tempus ad ſolvendum pretium animalium emptorum n.31.

32 Pœnæ graves etiam corporales, & ignominioſæ impoſitæ fuerunt Macellariis non ſolventibus debita civilia contracta pro pretio animalium.

33 Dilationes datę Macellariis non extenduntur ad Creditores forenſes pro pretio animalium moram in Urbe non trahentes.

Deferentibus Graſſiam ad Vrbem ſemper eſt favendum n.33.

35 Erectum fuit Bancum Graſſiæ in Vrbe pro facili ſolutione pretii auimalium venditorum Macellariis.

Banchi Graſſiæ Vrbis emolumenta, & privilegia quænam ſint n.35.

36 Debitores Macellariorum cogendi ſunt ad ſolutionem ſummarie.

37 Graſſetli projicere poſſunt carnes animalium ex infirmitate mortuorum.

38 Graſſerii invigilare debent, quòd res cum debito pondere, & menſura vendautur.

39 Et quod tàm Cives, quàm Exteri non graventur, vel vendendo carius, vel utendo falſis ponderibus.

40 Graſſerii ponderum, & menſurarum, quibus utuntur venditores comeſtibilium, cognitionem habent.

Graſſerii frangere poſſunt pondera, & menſuras falſas n.40.

Graſſerii punire poſſunt utentes falſis ponderibus,& menſuris n.40.

41 Delicta Macellariorum Vrbis cognoſcuntur tàm à Conſervatoribus, quàm à Graſciæ Præſide.

Jnriſdictionis, & auctoritatis Graſciæ Præſidis, remiſſivè n.41.

42 Præſes Graſciæ Vaccinarios privativè cogit ad recipiendum pellea à Macellariis, & pretium taxandum.

A taxatione pretii pellium Macellariorum facta à Præſide Graſciæ non admittitur appellatio ſuſpenſiva n.42.

43 Cauſa fraudum contra vendentes comeſtibilia breviter, & ſummariè debent expediri etiam in diebus feriatis.

OBSERVATIO.

MAcellarii à mactandis pecoribus, & quadrupedibus dicti ſunt juxta *gloſs.in*
1 *Clement.1. verbo Macellariorum de Vita, & honeſt.Cleric.* quam ſequitur *Ancar.in eadem Clement.ſub n.3.* Laniones verò à laniando taliter appellati ſunt, quia dilaniant, ideſt per fru-
2 ſtra incidunt carnes, & vendunt, ut docet *gloſs. in l.Cùm de lanionis 18.verbo cum de lanionis ff.de Fundo inſtruct.* & reſpondit *Rot.coram Ludoviſ.deciſ.123.nu.3.* ubi, & in *dec.45.* loquitur *de Statuto Macellariorum Bononiæ.*

Pro ſynonimis tamenq; communiter judi-
3 cantur Laniones, Macellarii,& Becarii, nt patet ex *d.gloſs.in l.Cùm de lanionis loc.citat.*

Eorum ars eſt vilis, ut tradit *Romaguer. in*
4 *addit.ad Conciol.ad Statut.Engub.libr.5.Rub.10. n.1.* Ideòque prohibita Clericis, aliiſque Ec-
5 cleſiaſticis Perſonis, ut in *cap.1. ibique gloſs. Ancharan.n.10.& cæteri Scribentes de Vita, & honeſt.Cleric.* Ac etiam fætoſa,quapropter poſſunt cogi ad illam exercendam in extremis
6 Civitatum,& locorum Regionibus ad conſervandam aeris ſerenitatem, & ſalubre Cœlum, ut concordantibus relatis firmat *Fragoſ. de Regim.Reip.par.1.lib.7. diſp.21.n.9. verſ.Idcircò Naurath.de Vita, & morte hominis theorem.14. in fine*, ubi firmant id procedere etiam in ac-
7 comodantibus pelles, ac aliis ſimilibus *Baldaxar. de Angelis in addition. ad Gizzar.deciſ.54. numer.11.* præſertim quoad mactationem animalium.

Nec poſſunt vendere carnes,niſi in locis de-
8 ſtinatis, ut cum *Pegas de Ordinat.Regn.Portug. tom.2.gloſs.171.ſub §.111.* notat *Romag.ubi ſuprà num.2.*

Et quamvis compelli poſſint ad exercendam eorum artem,tamen non tenentur macta-
9 re niſi illa animalia, quæ pro tempore ſunt deſtinata ad mactandum *Novar. de Gravam.Vaſſalor.vol.2.gravam.34.n.1.* Undè ſi Macellarii ex particulari conventione inita teneantur
10 macellare animalia pro uſu Civium per totum annum, intelligenda eſt obligatio de illis animalibus, quæ juxta Regionis, & temporis ſtatum macellari ſolent, cùm contractus interpretatio regulariter fiat à loci conſuetudine,ut proſequendo comprobat *Novar.in loco mox allegato num.4. cum ſeqq.*

Pariter etiamſi factum fuerit partitum, quod Macellarii faciant carnes pro hominibus
11 certi loci per verba particularia, non tenentur pro hominibus additis; ſecùs ſi per verba collectiva, ut declarat aliis relatis *Gait. de Credit.cap.4. quæſit.7. num.566. cum ſeq.*

Varia delicta, & fraudes committunt, quos receuſent *Avendan. de Exequen.mandat. par.1.*
12 *cap.19.ſub n.30.Pegas ad Ordinat.Regn.Portug. to.3.tit.18.gloſs.25.ad §.29.& gloſs.40.ad §.44. & Statutum Vrbis lib.3. Rubric.6.*

Et præſertim vendere quandoque audent carnes animalium ex infirmitate mortuorum,
13 ac putridas, & fætidas, ex quibus hominum ſanguis, ac ſtomachus corrumpitur,ac turbatur, undè Graſſerii, ac alii ſimiles Officiales
14 invigilare debent, nè hujuſmodi carnes vendantur,vt ex *l.1.§.Cura carnis ff.deOffic.Præfect. Vrb.* admonet *Kocben. de Jure viciniæ par.2. cap.4.n.11.verſ.Nec vendantur cum ſeq.& Gait. de Credit.cap.4.quæſit.7.n.564.verſ.Infertur cum ſeq.Rip.de Peſte par.3. de remed.præſerv.nu.158. Adden.ad Sanfelic.deciſ.329. verſ.habent etiam cognitionem illis.*

Pro-

Digitized by Google

Necnon inflant animalia mortua, ut carnes
15 graviores efficiantur,& pinguiores,ac elegan-
tiores appareant, qua ratione puniendi ſunt,
ut tradunt *Cobel. ad Bullam Boni Regim.cap.21.*
n.45.Borel.de Magiſtrat.Edict.lib.3.cap.8.nu.27.
& Oterus de Official.par.2.cap.7.ſub n.6. Eòque
magis ſi Macellarii inter ſe conſtituerint cer-
16 tam legem inflandi omnem carnem *Menoch.*
de arbit.Judic.in addit,ad lib.2.centur.9.caſ.569.
num.11.

Gravant etiam ſæpè in tradenda, ut vulgò
dicitur *la giouta*, vel in quantitate, vel in qua-
litate; Si tamen à Statuto, vel Bannimento
17 eis prohibitum ſit dare *per gionta teſte, e piedi*
d'animali non cenſetur vetitum tradere *un*
pezzo di gambone ſpolpato,e ſenza carne, ut latè
reſpondit *Zuccar.dec.criminal.17.per tot.*

Et ſæpiùs in non tradendo juſto pondere,
vel utendo minùs juſtis ponderibus, quo caſu
contra eos proceditur ad pœnas quoad Ma-
18 cellarios Urbis comminatas in *Bannimentis*
Conſervatorum ejuſdem Urbis, & quoad Macel-
larios aliorum locorum, & Civitatem proce-
ditur juxta diſpoſitione *Statutorum*, *& Banni-*
mentorum particularium, *vel Bannimentorum*
Generalium Status Eccleſiaſtici cap.16. impreſſ.
in Obſerv.ad Rub.41.n.232.hoc.libro.

Committunt etiam monopolium, quando
conjunctis crumenis omnia animalia circum
19 emunt, ſervant, & certam tantùm quantita-
tem ad Macellum deferunt, ut cariùs vendant
Menoch.loc.cit.eodem n.11.

Sed hoc evitatur in omnibus Civitatibus,
& locis Status Eccleſiaſtici,& præſertim in no-
20 ſtra Civitate, dùm taxatur pretium, quo car-
nea vendendæ ſunt, ad quem effectum eligun-
tur tres pro quolibet ſemeſtri à Conſilio Ge-
nerali cum titulo Graſſeriorum, prout eorum
electionem ad Univerſitatem ſpectare firmant
21 *Adden. ad Sanfelic. dec.329. verſ. Et electionem*
par.3. & dictum fuit ſupra in *Obſer. ad Rub.16.*
libri 1. quorum juriſdictio, & auctoritas vide
in Capitulis ſuper Officio Graſſiæ inſertis in Ap-
pendice pag.75.cum ſeqq. & præſertim in pro-
poſito noſtro *n.14.cum ſeqq.*

Officium enim Graſſerii primò, & princi-
paliter conſiſtit in imponendo pretium rebus
22 comeſtilibus *Amendol.ad Franch. dec.56.nu.8.*
cum ſeq. Caput.de Regim.Reip.cap.7.§.14.nu.49.
ubi notat, quod non poſſunt concordare cum
23 Fructarolis, & Tabernariis circa impoſitio-
nem pretii *Adden.ad Sanfelic. d.decis.329. verſ.*
Hoc Catapani par.3. Ad cujus taxationem fa-
ciendam debent attendi neceſſitas rei, copia,
24 inopia, labor, cura, induſtria, pericula navi-
gationis, bona intrinſeca, & Emptorum fre-
quentia, & alia ſimilia, ut admonet *Hermoſil.*
ad Lopez par.5.leg.3.gloſſ.4.n.3. Et facta taxa-
tione, pretia non poſſunt alterari, ſuper quo
25 invigilare debent Graſſerii *Adden.ad Sanfelic.*
loc.cit.verſ.Debent etiam.

Secundò conſiſtit in curando, quòd res ad
Graſciam pertinentes undiq;fluant, ut tradit
26 *Adden. ad Sanfel. ubi proximè eqd. verſ. Debent*
etiam, ſicuti in propoſito ad alliciendum, ut
Graſſia ad Urbem feratur variis privilegiis de-
27 corati ſunt illam conducentes, & præcipuè,
quòd nec ipſi, nec eorum animalia ad talem
effectum actualiter inſervientia poſſint mole-
ſtari, quòd procedit tàm ex diſpoſitione *Juris*
Communis, ut tradunt *Jo:de Lignan.de Repræſal.*
par.2.qu.2.Coler.de Proceſſ.execut.par.2.cap.3.
n.183.verſ.Quòd tamen, *& Manſon.de Cauſ.exe-*
cut.limit.20.n.11. quos refert, & ſequitur *Sca-*
narol.de Viſit.Carcer.lib.3.§.1.cap.5.n.55. quam
Bannimentorum à Graſſiæ Præſide emanatorum
Scannarol.d.c.5.n.54. & lib.3. §.10.cap.4.n.12.
ubi teſtatur de excarceratione portantis Gra-
ſciam ad Urbem quamvis carcerati pro re-
præſaliis, & reſtitutione animalium ordinata
à *Sacra Viſita*, & de ſimili privilegio vigente
Barchinonæ *Raphael de Villoſa de Debit. ſuſpect.*
& fug.cap.19.§.3.n.70.cum ſeqq. Ac quod non
poſſint cogi à Communitatibus ad ſolutio-
28 nem gabellæ paſſus, etſi allegantibus con-
ſuetudinem pro ſe, ſtante publicatione *Bullæ*
in Cœna Domini, quæ quotannis fit, id vetan-
tis, eùm inducat malam fidem, & tollat, ac
inficiat quamcunque contrariam conſuetudi-
nem *Cobell.ad Bul. Boni Regim.cap.47. n.12.cum*
duobus ſeq. ubi tamen *nu.15.* limitat, quando
29 Univerſitas habet titulum ex conceſſione Pa-
pæ exigendi gabellam etiam à conducenti-
bus graſciam ad Urbem, & teſtatur in caſus
contingentia obtinuiſſe favore Civitatis Ur-
bis veteris, & Civitatis Caſtellanæ manuten-
tionem in quaſi poſſeſſione exigendi gabellam
paſſus.

Tertiò, quòd Macellarii promptè ſolvant
pretium animalium emptorum, ne Vendito-
30 res, ut plurimum exteri defatigentur in exa-
ctione, qua ratione prohibitę fuerunt quæcun-
que dilationes per Pium IV. *in ejus Conſtitutio-*
ne relata per *Scanarol. de Viſit. Carceratorum*
lib.3.§.1.cap.5.nu.46. quæ cenſetur potiùs fa-
31 vorabilis pro faciliori comercio, quàm odio-
ſa, ut de *Statuto Ferrariæ*, præfigente Macel-
lario certum tempus ad ſolvendum *in Rub.33.*
lib.1. tradit *ibidem Pigaut.n.2.* Quinimò *Sacra*
Viſita retroactis temporibus rigoroſè ſe geſſit
contra Macellarios imponendo illis pro debi-
tis civilibus graves pœnas etiam corporales,
32 & ignominioſas, ut latè referendo illius de-
creta teſtatur *Scanarol. d.cap.5.nu.47.cum ſeqq.*
Etſi aliquandò datæ fuerunt illis dilationes,
demandatum fuit non extendi ad creditores
33 foreníes moram in Urbe non trahentes, cum
deferentibus graſciam ad Urbem ſit faven-
dum, ut proſequitur *Scanarol.loco proximè ci-*
tato n.63. ſubdit tamen *n.66.cum ſeq.* quòd ho-
diernis temporibus, non ita rigoroſè proce-
ditur contra Macellarios, ſed à *Sacra Viſita* ea-
34 dem ferè remedia illis conceduntur, quæ aliis
debitoribus concedi ſolent.

Pro faciliori comercio, & ne ii, qui condu-
cunt graſciam ad Urbem defatigentur à Ma-
cellariis, Norcinis, & Pizzicarolibus in exa-
ctione pretii animalium eis venditorum in

35 Foro Boario, & in Campanea Urbis ad effectum mactandi, ad inſtar Banni Peſcariæ, & cum eiſdem privilegiis, prærogativis, & facultatibus conceſſa fuit facultas D. Marchioni Cæſari Baldinotto pro ſe, & perſona nominanda, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum tàm maſculis, quàm fœminis erigendi, & tenendi Bancum in Campo; ad effectum ſtatim in contanti ſolvendi pretium illis Venditoribus, qui uti voluerint beneficio ejuſdem Banchi; Ratione verò exactionis faciendæ per eundem Baldinottum ab emptoribus ejus riſico, & periculo, & pro expenſis neceſſariis pro manutentione Banchi, ac pro implicatione pecuniæ, *poſſa ritenerſi un mezzo groſſo per ſcudo di tutta la quantità, che pagherà prontamente alli Venditori nel modo, e forma, che ſi prattica nel Banco di Peſcaria: E per ſua cautela di tutto quello, e quanta avrà da riſcuotere vi ordiniamo, che li diate, e concediate agni, e qualunque facoltà neceſſaria, & opportuna di procedere contro de' medemi compratari, loro ſigurtà, e qualunque altre parſone per loro ſi abligaſſero à favore di detto Banco, manu regia, more Camerali, con tutti, e qualſivoglia privilegj conceſſi dalla ſa:me: di* Alessandro VII. *noſtro Predeceſſore, e dalla noſtra Camera al medemo Baldinotti contro li debitori delle Dogane di Roma, e loro beni in conformità del Capitolo 128. e 129. dell'inſtromento dell'Appalto Generale di dette Dogane, & anco l'ipoteca ſpeciale ſopra tutti li ſtigli ad uſo dell'arti delli ſudetti compratori, e ſopra li beſtiami, e carne tanto freſca, quanta ſalata, e ſopra tutti li crediti, & effetti loro procedenti da carni, beſtiami, ſeghi, mazzi di budelle, interiori, teſte, piedi, & altra, che averanno venduto in credenza, & inoltre per facilitarli le dette riſcaſſioni, e per oviare alle liti, e cavillazioni, vogliamo, ordiniamo, e ſtatuimo, che alli libri di detto Banco, & alle partite ſi debba dare piena fede in giudizio, e fuori &c.* ut ex *Chirographo à ſa:me:* Clemente X. *ſubſcripto ſub die 6. Aprilis 1672. & ba: me: Salviato tunc Præſide* directo, Deindè pro majori cautela, & ſecuritate ejuſdem Banchi mediante *Edicto publicato ſub die 8. Martii 1673. Si proibiſce alli Vaccinari, Pelapiedi, Cordari, e Candelottari dare preſtanze a'ſudetti Artiſti (ideſt Macellariis, Pizzicarolibus, & Nurcinis) e nè meno pagare, nè anticipatamente, nè pallicipatamente il prezza de'pellami, teſte, interiari, piedi, che alla giornata riceveranno da eſſi Artiſti; quali valute però dovranno detti Vaccinari, Pelapiedi, Cardari, e Candelottari di ſettimana in ſettimana, o in che altra tempa ſaranno con eſſi Artiſti convenuti pagarle nel detto Banco a credita d'eſſi Artiſti, overo doveranno pagare tali valute à detti Artiſti, quando non foſſero debitori del Banco, con ordine però in ſcriptis del Computiſta d'eſſo Banco, e non altrimenti ſotto pena di dovere di nuovo pagare le valute ad eſſo Banco, al quale Banco contro tutti li ſuoi debitori, e loro ſigurtà, e contro li Vaccinari, Pelapiedi, Cardari, e Candelottari, & altri, che di tempo in tempa foſſero debitori delli debitori d'eſſo Banco per prezzo degl'animali canto vivi, quanto morti, carne, pelami, teſte, piedi, ſeghi, mazzi, interiori, ſtigli di macelli, e per ogn'altra coſa anneſſa, conneſſa, provenIente, e dependente dall'eſercitio dell'arte de'Macellari, Pizzicarali, e Noreini ſi preſerva la mano regia, e tutti, e ſingoli privilegj conceſſeli da Noſtro Signore ne' Chirografo dell'erezione d'eſſo Banco per il quale effetto ſi proibiſce eſpreſſamente ad agni Eſecutore fare eſecuzione di ſorte alcuna ad iſtanza di qualſivoglia Creditare, e con qualunque mandato ſopra gl'animali tanto vivi, quanto morti, carne, pelami, teſte, piedi, ſeghi, interiari, ſtigli da Macello, & altre coſe ſudette ſpettanti alli debitori d'eſſo Banco, ſtante che in vigore delli dd. privilegj tutte le coſe predette ſono ſpecialmente ipotecate à favore del medemo Banco, ſopra le quali eſſo Banca hà la potiorità, & ogn'altra privilegio ſotto pena alli Eſecutori di trè tratti di carda, e di privazione dell'Uffizio, & altre pene, etiam maggiori ad arbitrio di Monſig Preſidente della Graſcia, oltre la nullità di tal eſecuzione &c.* Et prædictum *Edictum* confirmatum fuit ab eodem *ſa:me:* Clemente X. mediante ejus ſpeciali *Chirographo* emanato *ſub die 21. Junii anno 1673.*

Eadem tamen facilitate, & brevitate, qua Macellarii tenentur ſolvere pretium anima-
36 lium emptorum, conſulendum eſt etiam exactioni eorum creditorum, prout ſervaſſe *Sacram Viſitam*, quæ mandavit compelli debitores Macellariorum ad illis ſatisfaciendum ſummariè etiam auctoritate ejuſdem Viſitæ, ut teſtatur *Scanarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 1. cap. 5. n. 53.*

Quartò quod non vendantur carnes ex animalibus ex infirmitate mortuis; vel fœtidis, ac corruptis *ex allegatis ſuprà nu. 13.* Eo enim
37 caſu hujuſmodi carnes projicere poſſunt *leg. Cætera §. Mala ff. Fam. erciſc. l. Item quæritur §. Si quis menſuras ff. Locat. Oter. de Official. par. 2. c. 7. nu. 6.* & vendentes punire, ut proſequitur *Oterus eodem nu. 6.*

Quintò quòd res cum debito pondere, &
38 menſura vendantur, ut notat *Fragoſ. de Regim. Reip. par. 1. lib. 7. diſp. 21. n. 8. Knipſchild. de Jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 23. n. 17.* & ſic quòd tàm Cives, quàm Exteri non graventur, vel vendendo cariùs, vel utendo falſis ponde-
39 ribus *Muta ad Conſuetud. Panormit. cap. 60. in princ. & ſuper Pragm. Regn. Sicil. tit. 32. de Offic. Ædil. n. 13. cum ſeq. Addit. ad Sanſel. loc. cit. verſ. Debent.*

Habent enim Graſſerii cognitionem ponderum, & menſurarum, quibus utuntur ven-
40 ditores comeſtibilium, itaut ſi illa, vel illas inveniant falſa, ſeu falſas poſſint, frangere, & illis utentes graviter punire, *l. Item quæritur §. Si quis menſuras ff. Locat. Caſtr. conſ. 40. ſub n. 3. vol. 1. Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. rub. 13. n. 3. Oter. de Official. par. 2. cap. 7. ſub nu. 6. Addit. ad Sanſel. ubi ſupra verſ. Habent enim, Knipſchild. cap. 23. nu. 15.* & diſponitur in

Ban-

Bannimentis Generalibus Status Ecleſiaſtici publitatis de anno 1674.cap.16.Inſerto inObſer.41, n.232.hoc eodem libro.

In Urbe verò prædicta delicta Macellario-
rum cognoſcuntur cumulativè tàm à Conſer-
vatoribus, quàm à Graſciæ Præſide, de cujus
41 ampla, & majori auctoritate, & juriſdictinne
in materia Graſciæ vide *Pauzirol. de Magiſtr. municip.cap.13.Cobel.de notitia Cardinalat.c.50. Card.de Luca in relat.Romanæ Curiæ diſt.40.n.6.*
Et inter cætera habet privativam auctorita-
tem cogendi Vaccinarios ad recipiendum pel-
42 les à Macellariis, pretiumque taxandi diſcor-
dantibus inter ſe Vaccinariis, & Macellariis
abſque eo quod ab ejus taxatione admitti va-
leat appellatio in ſuſpenſivo ad Tribunal Ca-
meræ ex diſpoſitione ſpecialis *Chirographi ſanctæ mem:*CLEMENTIS X. emanati *die 12. Aprilis* 1673. & directi *bo:me:*SALVIATO *tunc Graſciæ Præſidi*, prout etiam reſolvit idem *Tribunal Cameræ in Romana Pellium proponente Eminentiſſimo Sacchetto jam Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Decano ſub die 9.Maii 1678.*reſcribendo *Ad D.Graſciæ Præſidem, & ſub die 5.Septembris ſequentis* reſcribendo *Ad D. Decanum, qui admittat appellationem in devolutivo,*non obſtantibus præcedentibus *Bannimentis Generalibus Dohanarum, & Graſtiæ* in quibus ſupponebatur hujuſmodi taxationem ſpectare ad plenam *Cameram*; Nec non *Statuto Vaccinariorum cap.13.* generaliter confirmato à Pontifice de anno 1676. abſque derogatione facultatum Graſciæ Præſidis reſultantium ex d.Chirographo clauſula *ſublata, & decreto irritanti* munito, ac etiam non obſtante, quod ſub *die 9. Aprilis* 1674.in alia cauſa diſputato in Camera ſuper taxatione reſcriptum fuiſſet *Imponi pretium ad rationem bouoenorum 26.27. & 28. arbitrio D. Graſciæ Præſidis*; nàm id evenit, quia tunc non fuerat deductum taxationem privativè ſpectare ad Graſciæ Præſidem, nec impugnata juriſdictio *Tribunalis Cameræ*.

Adverrendo, proceſſus, & cauſas, quæ con-
tra fraudulenter vendentes comeſtibilia fiunt,
breviter, & ſummariè debere expediri etiam
43 in diebus feriatis ad *Text.in l.1.ubi Jo:de Pla-
tea C.de Prætor.lib.11.Oter.d.cap.7.in fine.*

ADDIT. AD RUBRICAM LI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 MAcellarii carnes putridas, vel morboſas, vel morticinas vendere non poſſunt.
2 Aliàs puniuntur pœna extraordinaria, & qua.
3 Graſſerii invigilare debent ne carnes putridæ, vel morboſæ vendantur.
4 Macellarii non utentes juſtis ponderibus poſſunt puniri.
5 Conducentes Graſciam ad Urbem, an poſſint carcerari vigore mandati ſuſpicionis fugæ.
6 Exactores Banchi Graſciæ Urbis non poſſunt quidquam ultra ſortem exigere ab emptoribus, eorumque fidejuſſoribus, & exactum imputandum in ſortem, etſi quid ultra reſtituendum.
7 Et quoad venditores ſervare tenentur *Chirographum* CLEMENTIS X.
8 Præſidis Graſciæ materiam tractantem.

Nu.13. Macellarii carnes putridas vendere non
1 poſſunt, ut relatis concordantibus * firmat
Cortiad.dec.214.n.1.to.3.

Nec morboſas, vel morticinas *Cortiad. ubi ſuprà n.2.*

Aliàs puniri poſſunt pœna exttaordinarla
2 *Cortiad. * loc.cit.n.3.& 4.*& qua pœna punian-
tur vide *Nepotem Bonſini ad Bannimenta Generalia in ſuppletione cap.17.n.16.*

Num.14. Graſſerii ſolicitè invigilare, & provi-
3 dere debent * ne hujuſmodi carnes vendantur
proſequitur *Cortiad.loc.cit.n.5.& 6.*

Num.18. Macellarii utentes non juſtis ponderi-
4 bus poſſunt puniri, * & per Graſſerium de-
bent frangi menſuræ *Bonſin.ubi ſup.n.20.*

Num.27. Conducentes Graſciam ad Urbem, an
poſſint carcerari vigore mandati ſuſpicionis
5 fugæ * vide in terminis ſimilis privilegii con-
ceſſi Civitati Barcinonæ *Ramon.conſ.11. & 12.*
qui reſpondit pro nullitate carcerationis *ibi-
que Balduc.vol.1.*

Num.35. Cùm Exactores Banchi Graſciæ non ſe
continerent intra limites Chirographi CLE-
MENTIS X. exigendo dumtaxat à venditoribus
6 belluarum * quartam partem unius julii pro
quolibet ſcuto pretii earumdem belluarum,
ſed valdè excedendo exigerent etiam à Ma-
cellariis exorbitantes uſuras, proindè habito
recurſu ad *SS.D.N.*CLEMENTEM XI. deputata
fuit Congregatio particularis, nempè *Illuſtriſ-
ſimorum, & RR. DD. Nuptii Sac.Congregationis
Epiſcoporum, & Regularium Secretarii Petræ
Sac.Congregationis Concilii Secretarii, & Corra-
dini Auditoris Sanctitatis Suæ, ac Patris Joan-
nis Damaſceni Bragaldi Min. Conv. Conſultoris
S.Officii, & Patris Alfari Societatis* JESU, quæ
ſub *die 28.Auguſti* 1706. reſolvit: *Non licuiſſe,
Nec licere quidquam ultra ſortem exigere ab
emptoribus, eorumque fidejuſſoribus, & omne
exactum eſſe in eamdem ſortem imputandum, etſi
quid ultra reſtituendum. Quo verò ad exactum,
7 & exigendum à Venditoribus * ſervandum eſſe
Chirographum ſa:me:*CLEMENTIS X.

Num.41. De Præſide Graſciæ vide *Pax Jordan.*
8 *lucubr.to.3. * lib.13.tit.3.n.38.cum ſeqq.*

Digitized by Google

De Piſcatoribus,

RUBRICA QUINQUAGESIMATERTIA.

STatuimus, & ordinamus, quod Piſcatores, & omnes alii vendentes, ſeu portantes piſces, tàm de Civitate Faventiæ, quàm Forenſes, teneantur eos vendere in platea communis Faventiæ in loco ſolito, ſeu in loco ad id deputando per Officialem per Dominos Antianos, & adjunctos deputandum, & non alibi, niſi fuerint piſces fluviales, ſeu de foveis, quos vendere poſſint ubilibet dummodò in platea Communis eos vendant, ſub pœna ſolidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice, nec etiam vendere poſſint piſces non bonos, neque marcidos, nec eos teneant ad vendendum. Nec aliquis piſcator tàm forenſis, quàm de Civitate poſſit piſces aliquos vendere, niſi priùs habita licentia à dicto Officiali, ut ſupra per Dominos Antianos deputando, ſub eadem pœna pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerit, & intelligantur tenere piſces ad vendendum, ſi eos habeant, & teneant in loco ubi piſces vendi ſolent, licèt eos non vendant, & credatur juramento emptoris piſcium ſi juraverit piſces emptos fuiſſe eoſdem, quos præſentet, & quibus præſentatis, an ſint fœtidi, & non boni ſtari debeat judicio Officialis, ſeu Officialis ſuper hoc additi, & piſcator, ſeu alius vendens piſces puniatur in decem ſolidis pro qualibet vice, & piſcator, & alii, ut ſupra piſces vendentes non poſſint tempore, quo vendunt piſces aliquam artem exercere, ſub pœna ſolidorum viginti bononenorum pro quolibet, & qualibet vice. Nullus etiam piſcator, ſeu alius quilibet piſces vendens poſſit, aut debeat emere piſces cujuſcunque conditionis, & generis, cauſa eos revendendi, ſub pœna librarum quinque bononenorum pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerit, & credatur juramento Accuſatoris aſſerentis inveniſſe aliquem contrafacientem, ſi aliàs dictus Accuſator fuerit bonæ conditionis, & famæ, aliàs cum uno teſte fide digno, & non liceat alicui Forenſi in diebus jejunii de præcepto emere piſces in Civitate Faventiæ in groſſum (ut ajunt) ſub pœna ſolidorum XX. pro quolibet, & qualibet vice. In groſſum autem intelligatur à ſolidis XX. ſupra: Teneatur etiam quilibet vendens piſces dare ementibus juſto pondere ſub pœna ſolidorum decem pro qualibet vice, & credatur emptori cum juramento, & liceat etiam omnibus Forenſibus deferre piſces ad vendendum in Civitate Faventiæ: Teneantur tamen vendere ſecundum formam præſentis Statuti, dummodò ipſi forenſes ſolvant Gabellam debitam Gabellariis Civitatis Faventiæ, & nullus Caupo, ſeu Tabernarius, ſeu Stabularius per ſe, vel interpoſitam perſonam emere poſſit, ſeu emi facere piſces fluviales, vel marinos niſi pro decem ſolidis pro qualibet vice ſub pœna ſolidorum XX. pro qualibet vice, & pro quolibet contrafaciente, & credatur juramento Accuſatoris, & habeat medietatem dictæ pœnæ: Et liceat piſcatoribus, & aliis piſces vendentibus projicere piſces marcidos, & piſcium immunditias in flumine Hamonis à Ponte portæ Pontis infra, non obſtante aliquo contrario Statuto. Statuentes tamen, quod nullus piſcator, ſeu alius vendens piſces, tam Civis, quam forenſis emat, vel accipiat ad vendendum piſces aliquos cujuſcunque generis ab aliquo, qui deferret eos ad vendendum ad Civitatem Faventiæ, vel Diſtrictum ſub pœna librarum quinque bononenorum, & quilibet poſſit accuſare, & denunciare, & habeat medietatem pœnæ, & credatur ejus juramento, ſi fuerit bonæ conditionis, & famæ, aliàs cum uno teſte fide digno. Nulli etiam piſcatori, ſeu alteri cuilibet de Civitate Faventiæ liceat inire, ſen contrahere ſocietatem cnm aliquo Forenſe in arte piſcatoria, ſeu in piſcibus vendendis, ſub pœna librarum quinqne bononenorum pro quolibet, & qnalibet vice. Et omnes portantes piſces ad Civitatem Faventiæ canſa illos vendendi, teneantur eos in platea Communis in loco, ubi vendi debent deponere, & non in alio loco, pœna ſolidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice: Et ſingulis diebus jejunii de præcepto teneantur vendere piſces eadem die, qua eos portaverit, vel portari fecerint ad Civitatem Faventiæ, & quos non vendiderint teneantur eos oſtendere Officiali Communis, ut ſupra deputato, ſeu deputando ſub pœna ſolidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice. Et ſingulo anno Domini Antiani, unà cum quatuor Civibus Conſiliariis adjunctis ſaltem quatuor pro qua libet porta provideant de modo, & forma ha-

bendo-

bendorum, & vendendorum Piſcium, ac Officialem eligant, ſeu deputent ſuper dictis Piſcatoribus, & eorum exercitio, ac piſcibus vendendis, cum facultate, & poteſtate ipſis Dominis Antianis, & Adjunctis Conſiliariis, ut ſupra faciendi omnes, & quaſcunque ordinationes, & proviſiones ſuper prædictis, & circa ea neceſſaria, & opportuna, ſervata tamen forma præſentis Statuti.

Poſſint tamen Domini Antiani pro tempore (etiam ſine adjunctis) vigore præſentis Statuti pretia piſcium cujuſcunque generis conſtituere, ſeu declarare,

SUMMARIUM.

1 CAro, & piſcis requiruntur pro commodiori victu.
2 Graſſerii piſcium qualitatis, quantitatis, & pretii curam habere debent.
3 Graſſeriorum juriſdictio, & auctoritas, remiſſivè.
4 Magiſtratus municipales juriſdictionem habent circa ees in Foro venales, earumque pretia taxare poſſunt.
5 Graſſerii invigilare debent, ne piſces corrupti vendantur.
Vendens piſces fœtidos, qua pœna puniatur n,5.
6 Piſcatores calcem ponentes in piſcibus ad effectum illos præſervandi à corruptione puniendi ſunt.
7 Piſcibus juſtum pretium Graſſerii imponere debent privative quoad Gubernatorem.
8 Juriſdictio privativè acquiritur antiquiſſima conſuetudine, & præſcriptione.
9 Gubernator Civitatis cumulativè procedit in cauſis Graſciam concernentibus, & rerum comeſtibilium, & eſt locus inter eos præventioni, quandò favore Graſſeriorum deficit juriſdictio privativè.
10 Graſſerii contra fraudantes rigoroſè procedere debent.
Magiſtratus Antianorum eſt Judex Ordinarius Officii Graſciæ num.19.
11 Ædilibus incumbit, ut res comeſtibiles, cum debito pondere, & menſura vendantur.
12 Epiſcopus Verulanus præfertur in emptione piſcis pro ſui, & familiæ ſervitio, ut ibi.
Epiſcopus, Rector, & Magiſtratus perpetuus Civitatis eſt, ac locum Proconſulis retinet num.10.

OBSERVATIO.

ÆQualis vigilantia adhibenda eſt circà piſcem, quàm circà carnem, cùm
utrumque requiratur pro commodioris victu
1 Subditorum; Idcircò Graſſerii tanquàm boni
Patres familias curam habere debent tàm
quantitatis, quàm qualitatis, & pretii pi-
2 ſcium. Idque maximè procedit in noſtra Ci-
vitate Faventiæ, ubi magna eis competit au-
ctoritas, & juriſdictio præſertim vigore *Capi-
tulorum ſuper Officio Graſciæ tit.de Peſcatori, e
3 Peſcivendoli infrà in Appendice pag.82.cum ſeq.
n.30.cum ſeqq.* ac præſentis *Statuti*; Et quam-
vis Magiſtratus Municipales juriſdictionem
non habeant, tamen circà res in Foro venales,
earumque pretia ſtatuere, ordinare, & taxare
4 poſſunt, ut relato *Modeſtin.Piſtor.par.4.qu.134.*
docet *Martin.Naurath. in Addit.ad Hyppolitum
à Collibus Incrementa Urbium, ſive de Cauſis magnitudinis Urbium cap.21.verſ.Magiſtratus, Romaguer.in Addit.ad Conciol.ad Stat.Engub.lib.5. Rubric.13.num.4.*

Præcipuè autem invigilare debent, ne ven-
5 dantur piſces corrupti *Kochen.de Jure Viciniæ
par.2.cap.4.num.11.verſ.Nec vendantur, Janus
Langlæus Semeſtr.lib.8.cap.14.* qui teſtatur vi-
diſſe animadverti in quemdam Venaliſiarium,
qui cùm fœtidos piſces venditioni expoſuiſſet,
ſtatim convictus gravem Fiſco mulctam ſol-
vere damnatus eſt, & ulteriùs hujuſmodi fœ-
tentes piſces Prætoris imperio in ejus igno-
miniam palàm à Carnifice reſtulati fuerunt.

Etſi Piſcatores ad effectum præſervandi pi-
ſces à corruptione in eorum ventre ponant
6 calcem puniendi ſunt *Cobell. ad Bullam Boni
Regim.cap.21.n.44.verſ.Et diebus retroactis.*

Particularis cura etiam verſari debet circà
impoſitionem juſti pretii, quo piſces vendi
7 debeant, ne tàm vendentes, quàm ementes
graventur vigore præſentis *Statuti*, prædicto-
rum *Capitulorum*, & quidem privativè quoad
Illuſtriſſimum D. Gubernatorem, attenta anti-
quiſſima conſuetudine, & præſcriptione favo-
8 re Graſſeriorum militante, quo caſu privativè
acquiſita cenſetur *Felin. in cap.Paſtoralis nu.5.
verſ.Limita octavò de Offic.Ordinar. Menoch.de
Præſumpt. l.2.præſumpt.18.nu.24. Joan.Baptiſta
Ferret.conſ.142.n.13.Rot.cor.Bich.dec.474.n.14.*

Ubi verò deficit conceſſio Juriſdictionis pri-
vativæ, vel illius præſcriptio, poteſt Guber-
nator, vel alius Judex Ordinarius cumulativè
9 procedere in cauſis fraudum, maximè ad que-
relam vendentium, vel Procuratoris Populi,
ut firmat *Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap.21.
n.55.cum duobus ſeqq.Cancer.Var.reſol.par.2.c.2.
num.220,cum ſeqq.* Ideòque inter eos eſt locus
præventioni, ut firmat *D.meus Raynald.poſt hæc
ſcripta viſus in ejus Obſervat. crim.cap.18. §.29.
num.49.tom.2.*

Poſtquàm verò impoſitum fuit pretium,
Graſſerii attentè ſtudere debent ne emptores
fraudentur rigoroſè procedendo inſimul cum
MagiſtratuDD.Antianorum Judice Ordinario
10 Officii Graſciæ contra fraudantes vigore par-
ticularium *Bannimentorum*, & in eorum defe-
ctum vigore *Bannimentorum Generalium Status
Eccleſiaſtici cap.16.impreſſ.suprà in Obſervat.41.
n.232.hoc eodem libro.* Nàm Ædilibus incum-
bit, ut res cum debito, pondere, & menſura
vendantur, ſicuti notant *Fragoſ. & Knipſchild.
in antecedenti Obſervat.allegati.*

Notandum quòd in Civitate Verulana poſt
impoſitum per Graſſerios pretium piſcibus
ab

ab immemorabili Epiſcopus adeò prætertur
11 omnibus aliis in emptione, ut non poſſiut vendi piſces priuſquam Præfectus domus, ſeu Coquus certioratus à piſcium venditore emetit pro pretio impoſito quantitatem neceſſariam pro ſervitio ejuſdem Epiſcopi, & familiæ ſuæ, & ſumma quidem ratione, cùm ipſe nedùm ſit primus Civis, ſed Prætor, & Magiſtratus perpetuus Civitatis, ac Proconſulis locum obtinet, ut adductis concordantibus tradunt *Gratian.diſcept.forenſ.298.n.4. & Spe-rell.dec.128.n.64.*

ADDIT. AD RVBRICAM LII. LIB. IV.

S V M M A R I V M.

1 GRaſſetii invigilare debent ne piſces corrupti vendantur, & vendentes puniantur.

2 Piſcatores piſces corruptos vendere non poſſunt.

3 Epiſcopus Civis primus ipſo facto efficitur per adeptionem Epiſcopatus.

4 Et domicilium originale amittit.

Num.5. Graſſerii invigilare debent, ne piſces corrupti, & fætidi vendantur, & tales piſces
1 vendentes * puniuntur & etiam tradit *Seta de Officio Locumtenentis cap.25.n.52.*

Nàm Piſcatores piſces corruptos vendere
2 non poſſunt * *Cortiad.dec.214.n.1.to.3.*

Num.11. Epiſcopus per adeptionem Epiſcopatus ipſo facto efficitur Civis, ut aliis relatis fir-
3 mat * *Cortiad.dec.212.n.19.to.3.* Et quòd Epiſcopus ſit primus Civis, & Prætor illius Civitatis, cui præficitur, ac Proconſulis locum obtineat, & etiam firmavit *Rot. in Romana, ſeu Aſculana Cambii 12.Decembris 1710.cor.R.P.D. Criſpio §. Non deeſt &c.* uti ulteriùs * firmatur eum amiſiſſe domicilium originale.

De Pœna extrahentis ligna, gipſum, lapides, vel tegulas.

RVBRICA QVINQVAGESIMATERTIA.

STatuimus, & ordinamus, quòd nullus extrahere poſſit ligna pro opere, vel exercitio idonea, tabulas, gipſum, lapides, vel tegulas extra Diſtrictum Faventiæ ſub pœna ſolidorum XL. bononenorum pro qualibet vice, quorum medietas applicetur Accuſatori. Nemo etiam poſſit emere gipſum ante horam nonæ, cauſa revendendi ſub pœna ſolidorum quinque pro qualibet vice. Poſſit tamen quilibet Civis Faventinus habens bona immobilia extra Diſtrictum Faventiæ, volenſque ædificare domum ſuper dictis ejus bonis exportare ligna, tabulas, gipſum, & lapides, ut ſupra impunè

S V M M A R I V M.

1 PRohibitio extrahendi certa bona, & res à Principatu, Regno, Civitate, vel Territorio judicatur ſavorabilis, & fieri valet.

2 Extractionis animalium auri, argenti, armorum &c. materiam tractantes remiſſivè.

3 Ædicti prohibentis extractionem auri, & argenti ab Urbe, & locis Status Eccleſiaſtici tenor.

OBSERVATIO.

PRohibitio extrahendi certa bona, & res à Principatu, Regno, & Civitate, vel Terri-
1 torio tanquàm reſpiciens abundantiam, & communem utilitatem Subditorum, & Civium judicatur favorabilis, & de Jure fieri valet, ut firmat *Novar.ſuper Pragmat.Regn. tit.de Extractione &c. collectan.1.num.1.cum ſeq.*

Alia de extractione animalium, auri, argenti, armorum &c. vide *Novar. d. tit. de Extract. Rovit.eod.tit. Jo:Baptiſta Thoro Compend.*
2 *deciſ.par.1.in verbo Extractio,* Edictum Eminentiſſimi Camerarii publicorum de anno 1679. die 19.*Septembris per tot.*& præ cæteris, ibi. *Prohibimo, che neſſuna perſona dell'uno, e dell'altro ſeſſo di qualſivoglia ſtato, ancorchè Teſoriere delle Provincie Appaltatore, e Depoſitario Generale, grado, condizione, e preeminenza ſi ſia, tanto ſecolare, quanto Eccleſiaſtica, e Regolare benchè privilegiata, e privilegiatiſſima, e meritaſſe ſpeciale menzione neſſuno eccettuato, poſſa ſenza licenza di Monſignor Preſidente della Zecca pro tempore &c. cavare per ſe, o per altra interpoſta perſona ſotto qualſivoglia preteſto, cauſa, o colore da Roma, o altre Città, Terre, e Luoghi, mediatamente, o immediatamente ſoggetti alla Santa Sede Apoſtolica alcuna quantità di moneta, sì d'oro, come d'argento, tanto Papale, quanto d'ogn'altro Cugno, nè quantità alcuna d'oro, argento, ottone, rame, o altra ſorte di metallo fuſo in pani, o in verghe, nè meno lavorato, purchè il lavorato, o la moneta non ecceda la valuta di ſcudi venticinque moneta ſotto la pena della perdita di quello, che ſi cavarà, ò ſi tentarà cavare, e della galera, e confiſcazione de'beni da incorrerſi ipſo facto ſenz'altra dichiarazione, & altre pene ancora ad arbitrio di Monſignor Preſidente della Zecca, nelle quali pene incorreranno non ſolo quelli, che eſtraeranno, mà anco quello, o quelli, che averanno fatto eſtraere, e non s'intendi eccettuato altro, che gl'anelli, quali la perſona portarà in dito per uſo proprio ſolamente,* quod Bannimentum fuit confirmatum, & publicatum ſub die 13.Novemb.1688. poſt hæc ſcripta ad incutiendum timorem extrahentibus, qui ad evitandas pœnas in illo comminatas dùm extrahere volunt notabilem quantitatem auri, vel argenti, tanquàm cauti Patres familias reportant opportunam licentiam.

De

Digitized by Google

De Cautione de non offendendo præſtanda.

RVBRICA QVINQVAGESIMAQVARTA.

QUicunque dubitanti ab alio offendi, ſi petierit idoneam Cautionem de non offendendo ſibi præſtari, ſi de ſuſpicione per probationes, ſeu per legitima inditia conſtet, juſdicentis arbitrio inſpecta perſonarum, & inimicitiæ qualitate, is, de quo dubitatur hujuſmodi Cautionem præſtare cogatur. Qui tamen in alteriùs perſonam maleficium commiſerit, feceritve committi, niſi priùs maleficio punito, & pœna effectualiter ſoluta, præmiſſam nullatenùs cautionem exigere poſſit, aut valeat.

SVMMARIVM.

1 CAutio de non offendendo eſt legitimum præſidium, quod præſtari ſolet, ut quies publica, & privatorum concordia conſervetur.

2 Cautio de non offendendo, quando ob paupertatem inveniri non poteſt, fit præceptum à Iudice, ne ad certos fines accedat.

3 Cautionis de non offendendo materiam tractantes remiſſivè.

4 Cautio de non offendendo extinguitur morte fidejuſſoris promittentis, nec tranſit ad illius hæredes pœna conventionalis adjecta. Limita num. 8. 9. & 10.

5 Promiſſio facti alieni negativi eſt perſonalis, nec tranſit ad hæredes; ſecùs in promiſſione facti proprii negativi, & n. 6.

7 Obligatio, & promiſſio perſonalis ad hæredes non tranſit.

11 Morte fidejuſſoris de non offendendo ſequuta ad novam cautionem præſtandam Fiſcus cogere debet.

12 Cautio de non offendendo aliquem præſtita per Patremfamil. pro filiis ſuis non comprehendit filium in Religione profeſſum.

OBSERVATIO.

CAutio de non offendendo eſt legitimum
præſidium, quod juſtè timenti injuriam
1 ſibi inferri ad ipſius inſtantiam, vel ex officio
Præſidis, ne partes ad arma, & rixam procedant, & ut quies publica, & privatorum concordia conſervetur præſtari ſolet, ut concordantibus relatis docet *Guazzin. de caution. de non offenden. qu. 1. nu. 1. cum ſeqq.* & quoties ob paupertatem, vel ob aliam cauſam inveniri
2 non poteſt, fit ei præceptum à Iudice, ne ad
certos fines accedat, ut tradit *Borell. de Magiſt. lib. 3. cap. 7. n. 11 1.*

A quo, vel quibus autem, quando, ad cujus
3 inſtantiam ſit præſtanda, & alia de hac mate-
ria vide *Guazzin. d. tract. Scanarol. de Viſit. Carcerat. lib. 2. §. 11. cap. 3. & Conciol. Reſol. crimin. in verbo Cautio de non offendendo.*

Notando ſolùm, quòd ſi promiſit, & convenit ità, & taliter agere, & curare cum omni
4 operis, & facti complemento, quod allegando
poſſibilia, impoſſibilia feciſſe, factumque alienum promiſiſſe nullatenùs excuſet, quòd ſecus, nec ejus Conſanguinei, Affines non offendent, nec offendi facient facto tamen, & in perſonam Sempronium, nec ejus Conſanguineos, Affines, & Attinentes uſque in tertium gradum incluſivè ſecundùm Ius Canonicum computandum ſub pœna ſcutorum mille monetæ Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ applican. in caſu &c. Pro quibus omnibus, & ſingulis obſervandis obligavit ſe, ejuſque hæredes &c. bona &c. jura &c. in ampliori forma Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, contingente, quòd poſt mortem promittentis Sejus offendat Sempronium non tenentur illius hæredes ad dictam pœnam conventionalem ſcut. mille, cùm obligatio fidejuſſoris ejus morte fuerit extincta, ut firmant *Maur. de fidejuſſor. par. 1. cap. 4. de Cautign. de non offend. n. 174. Herculan. de Caut. cap. 40. n. 17. erga finem verſ. Et an morte finiatur cautio, Maſſin. de Confiſcat. q. 15. n. 59.* & reſpondit *Sac. Conſulta in Camerinen. fidejuſſionis de non offendendo die 23. Martii* 1688. Ea ratione quia
promiſſio facti alieni negativi, prout eſt præ-
5 dicta cautio eſt perſonalis, nec ad hæredes
tranſitoria, ut optimè tradit *Cyn. in l. Veteris poſt princ. C. de Contrahen. & commit. ſtipul. Alciat. in l. 4. §. Cato n. 163. ff. de Verb. oblig. ibique Gaglian. n. 122. verſ. Sed tu adverte, Soc. jun. ſub n. 153. verſ. Sed circà duo, Farinac. q. 107. nu. 354.*
& diſtinguendo inter promiſſionem facti pro-
6 prii, & illam facti alieni docet *Bart. in l. Qui in*
futurum §. Si ex altera n. 2. ff. de Pact. Undè tan-
quàm perſonalis cum morte promittentis ex-
7 tinguitur, nec ad hæredes tranſit, ut genera-
liter firmavit *Rot. in rec. dec. 302. nu. 1. cum ſeq. par. 16.*

Tunc autem hæredes tenentur ad pœnam conventionalem, quando de illis in promiſſione, & obligatione facta fuit expreſſa mentio, ut firmant *Alex. in l. In quartam n. 52. ff. de Verb. oblig. Bart. in l. Qui in futurum 58. §. Si ex altera nu. 1. ff. de Pact.* quæ tamen mentio, & obligatio hæredum fieri debet in parte diſpo-
9 ſitiva, non autem in parte executiva, & pro
obſervantia promiſſorum adjecta prout in prædicta formula obligationis; Nàm iſto caſu, in quo facta eſt mentio hæredum in parte executiva carends tenentur hæredes ad ſolutionem pœnæ conventionalis, quatenùs in vita fidejuſſoris purificata ſit conditio, ſub
10 qua adjecta fuit pœna conventionalis, nem-
pè ſequuta offenſio, ut diſtinguendo docet *Farinac. q. 107. n. 358. & Maſſin. d. q. 15. n. 42. cum ſeq. juncto n. 59. cum ſeq.* Ideò cauti Iudices ſta-
11 tim ſequuta morte fidejuſſoris, debent coge-
re ad novam fidejuſſionem præſtandam.

Addendo etiam in propoſito talis cautionis de non offendendo, quòd ſi præſtita fuerit

Digitized by Google

11 per Patremfamilias pro filiis ſuis non comprehendit filium in Religione profeſſum, itaut non dicatur rupta, ſi ille filius profeſſus offenderit eum, pro quo Pater cautionem præſtitit, ut egregiè reſpondit *D. Joſeph Vrceolus Conſult. farenſ. to. 1. conſult. 41. per tot.* ubi teſtatur deciſum fuiſſe favore Patris.

ADDIT. AD RUBRICAM LIV. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Pauper admittitur ad cautionem juratoriam de non offendendo.

2 Cautionis de non offendendo materiam tractantem.

Num. 2. Pauper, qui invenire non potuit cautio-
1 nem, ſeù fidejuſſorem de non offendendo * admittitur ad juratoriam cautionem dummodò ſit bonæ famæ, & conditionis, nec ſit rixoſus; Si autem ſit natura rixoſus, & Iudex dubitare valeat, quòd non obſtante cautione juratoria habeat malum animum offendendi, interim vel eſt exiliandus, vel carcerandus donec cautionem idoneam præſtet, ut cumulatis concordantibus firmat *Sylveſter Bonſin. ad Bannim. General. cap. 68. n. 7.*

Plura de cautione de non offendendo vide pe-
2 nès * eumdem *Sylveſtrum Bonſin. loc. cit. ibique D. Franciſcum Antonium Nepotem in ſuppletione.*

Quod Capellani, Capitularii, & Tabernarii teneantur denunciare maleficia.

RUBRICA QUINQUAGESIMAQUINTA.

STatuimus, & ordinamus, quòd Capellani Capellarum, & Capitularii Scholarum vigore eorum officii teneantur, & obligati ſint denunciare omnia maleficia in eorum Capellis, & Scholis commiſſa, videlicet Capellani intra tres, & Capitularii infra ſex dies poſtquam fuerit commiſſum maleficium, etſi non denunciaverint puniantur dicti Capitularii, & Capellani illius Capellæ, ſeu Scolæ, in qua homicidium commiſſum fuerit in libris vigintiquinque bononenorum, etſi fuerit aliud maleficium in libri, decem bononenorum, & non intelligatur maleficium quoad prædicta, rixa verborum vel factorum ſine percuſſione, vel delicta domeſticorum, & aliorum prout ſupra in Rubrica XX. de Delictis domeſticorum. Et ſimiliter Hoſpites, & Tabernarii Civitatis, Comitatus, & Diſtrictus Faventiæ teneantur infra triduum ſimili pœna denunciare maleficia in eorum Tabernis, ſeu Hoſpitiis commiſſa, & prædicta vendicent ſibi locum in Civitate, Comitatu, & Diſtrictu Faventiæ.

SUMMARIUM.

1 Capitularii, ſeù Maſſarii, vel Sindici ſunt publici delatores criminum in Villis, & locis commiſſorum, & ad id ex neceſſitate officii tenentur, & num. 3. & 4.

2 Capitularii, Maſſarii, & Sindici ſunt ad inſtar Irenarchorum.

Irenarchi præficiebantur diſciplinæ publicæ, & moribus corrigendis num. 2.

3 Stationarii, & Curioſi crimina Iudicibus nunciabant.

4 Capitularii referentes maleficium, ſi vel odio, vel premio, vel ad alterius inſtantiam aggravant, vel diminuunt qualitatem delicti pena falſi tenentur.

5 Secus ſi ex juſta cauſa, & ex rationabili credulitate diminuerint.

6 Capitularii tacentes probationes veras delicti puniuntur pœna extraordinaria.

7 Capitularii delicta levia, & non punibilia non denunciantes an excuſentur.

8 Capitularii, ſeù Maſſarii, & Sindici materiam tractantes remiſſivè.

OBSERVATIO.

CApitularii, ſeù Maſſarii, vel Sindici ſunt publici delatores ſpecialiter deputati ad hoc, ut denuncient crimina in Villis, &
1 locis commiſſa, undè ex neceſſitate officii ad id ſunt adſtricti *Carpzov. Prax. crimin. par. 3. q. 104. nu. 4. cum ſeq. D. Carolus Antonius de Luca animadverſ. ad Gratian. diſcept. 163. n. 1. Romagn. in Addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. Rub. 3. nu. 8. Chriſtin. ad Leg. municipal. Melchlinianen. tit. 1. artic. 35. num. 1. cum ſeqq.*

Et ſunt quaſi ad inſtar Irenarcharum, qui
2 olim diſciplinæ publicæ, & moribus corrigendis præficiebantur, ac facinoroſos homines conquirebant, & denunciabant *l. ult. §. Irenarcha 7. ff. de muner. & honor. l. unic. C. de Irenarch. lib. 10.* ibique latè *Amaya, ac in Rubr. C. de Delator. nu. 7. lib. 10.* & advertit *Carpzov. ubi ſuprà num. 5.*

Hujuſmodi eorum obligatio innixa eſt etiam diſpoſitioni *Juris communis*, ſecundùm quam Curioſi, & Stationarii, vel quicunque alii fungentes hoc munere crimina Iudicibus nunciaunda meminerint, ut in *l. 1. C. de Carioſ. & Stationar. lib. 12.* docet *Chriſtina ubi ſuprà.*

Nec non diſpoſitioni *Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici cap. 65.* ibi; *Comanda inoltre S. E. a tutti li Padeſtà, Vicarii, Maſ-
4 ſarii, Sindici, & altri Officiali, che per l'avvenire debbano, e ſiano obligati denunciare, e dare avviſo ſubito alla Corte di tutti li maleficj, ferite,*

rite, baſtonate, queſtiani, riſſe, & altri ſucceſſi, che per l'avvenire in qualunque modo, e via naſceranno, ſi faranno, e commetteranno ne'Caſtelli, e Territorii loro, dando minutamente ragguaglio in tutti li ſudetti caſi delle qualità del delitto, e delle perſone, che lo commetteranno, de'luoghi, tempi, teſtimonj, e perſone offeſe, con che armi, quantità, e qualità delle ferite, e percuſſioni, acciocchè ſi poſsino fare le dovute proviſioni, e rimedii ſotto pena della privazione dell'Offizio, di ſcudi 25. e più di trè tratti di corda, & altre pene ad arbitrio ſecondo la qualità de'caſi, che ſeguiranno, e delle perſone.

In relatione particulariter incumbere debent ingenuitati, & veritati, nam ſi referendo maleficium, vel odio, vel pretio, vel ad alterius inſtantiam aggravant, vel diminuunt qualitatem delicti, pœna falſi tenentur, ut firmant *Farinac.q.16.n.55.in fine Guazzin.ad Defenſ.Reor.defenſ.3.cap.13.ſub nu.31. & Conciol. Reſol.crim.in verb. Falſum reſolut.12.per tot.*

Secùs autem ſi ex juſta cauſa, & ex rationabili credulitate inducti in denunciatione, diminuerint maleficium, ut latè firmavit *Cenſal. dec.89. per tot.* in cujus caſu Sindicus liberatus fuit à pœna ordinaria, prout etiamſi veras probationes ſubjicerint tanquam prævaricatores puniendi ſunt pœna extraordinaria *Farinac.de Inquiſit.q.3.n.17.*

An autem excuſentur, ſi non denuncient
7 delicta levia, & non punibilia vide *Bart.in l.1. §.accuſatorem n.5.ff. ad S.C. Turpillan. Farinac. conſ.205.n.44.cum ſeqq.volum.3.*

Cætera de hac materia, vide *Alex.conſil.24. nu.9.vol.2. Guazzin.ad Defenſ.Rearum defenſ.3. cap.12. Conciol.in Annot.ad Statut.Eugub.lib.4. Rubr.3. ibique Romaguer.in Addit. De Philippo diſert.3.nu.35.cum ſeqq.Pegas in Ordinat.Regn. Portugal.tom.6. tit.73.gloſ.1. Fragoſ.de Regim. Reipubl.par.1.lib.5.diſput.12.§.3.D.meumRayn. Obſer.crimin.vol.3.cap.32.§.1.cum ſeqq.poſt hac ſcripta impreſſ.*

De Forenſibus infamibus, & malæ conditionis, & famæ expellendis.

RVBRICA QVINQVAGESIMASEXTA.

STſtuimus, & ordinamus, quòd forenſes, & venientes ad Civitatem Faventiæ, qui fuerint, & ſint infames, vel factioſi, aut malæ conditionis, & famæ, & maximè, qui perturbare poſſint pacem, & quietem Civitatis Faventiæ expellantur, & ejiciantur de dicta Civitate, & ejus Comitatu, & Diſtrictu. Et ſit in arbitrio Rectoris, ſeu Iuſdicentis dictæ Civitatis declarare, qui fuerint, & ſint tales ſic expellendi, & ejiciendi, & ſimiliter in arbitrio Dominotum Antianorum pro tempore præſidentium dictæ Civitatis. Et quod quicunque Rector, ſeu Iuſdicens in dicta Civitate quandocunque ei (etiam ſub ſecreto) per dictos Antianos pro tempore exiſtentes per majorem partem eorum fuerit intimatum, ſeu declaratum de hujuſmodi hominibus ſic ejiciendis, vel expellendis teneatur eos expellere ſub pœna, & banno imponendis illis expellendis ęris, & perſonæ ab eadem Civitate ejus Comitatu, & Diſtrictu ad ſolam intimationem, ſeu declarationem hujuſmodi.

SVMMARIVM.

OTioſos homines laboribus, & artificils vacare Principi incumbit.
tioſi ejiciendi ſunt, ne deſides fiant n.1.
gabundi, & otioſi compellendi ſunt, vel ad faciendam aliquam artem, vel ad laborandum in operibus publicis, vel in exilium mittendi ſunt, ac puniendi.
3 Magiſtratus contra otioſos, & vagabundos eſſet conſtituendus ad hoc, ut illos obſervet, mendicando non ſinat in Xenodochium deducat, ibique examinet, & Hoſpitium, ac victum per unam noctem ſuppeditet, matutino verò tempore ſtatim à Civitate educat.
4 Alere unum otioſum, in Republ. grave eſt. Vagabundi, & otioſi ponuntur in domibus diſciplinaribus, ad quid, & quarè n.4.
5 Vagabundis pœna impoſita, quæ ſit.
6 Vagabundi quinam dicantur, & ubi pro eorum delictis puniri valeant, & alia remiſſivè.

OBSERVATIO.

INcumbit Principi, ut homines ad otia dediri, labori, & artificils vacent, alio-
1 quin ejiciendi, ne deſides fiant, ut egregiè, & eruditè firmat *Borel.de Magiſtrat.Ædilit.lib.3. cap.16.* & quod vagabundi compellendi ſint,
2 vel ad laborandum in operibus publicis, vel in exilium mittendi, ac puniendi tradunt *Knipſchild.de Jurib. & privil.Civit.Imper.lib.5. cap.25.num.1.cum ſeqq. Kochen de Jur. Viciniæ par.2.cap.4.n.44.Conciol.in Annot.ad Statut.Eugub.lib.4.Rub.67.n.1.ibique Romaguer.in Addit. n.3.cum ſeq.juncta n.8. Cobel.ad Bullam Baui Regim.cap.41.nu.19. Solorzan.de Jure Indiar.to.2. lib.1.cap.4.nu.188.cum ſeqq.* & quod Principes cogere poſſint otioſos ad faciendam aliquam artem, ſeu honeſtum exercitium *§. Si verò liberi cum ſeq. Auth.de Quæſtor. Petra de Poteſt. Princip.cap.15.n.45. & Solorzan.ubi ſuprà.*

Ad iſtum effectum conſtituendus eſſet Magiſtratus certi generis Miniſtrorum, qui vagabundos ex aliis locis accedentes obſervent,
3 eoſque in Civitate ſtipem quærere mendican-

do non ſinant, ſed in Xenodochium dedu-
cant, ibique eos examinent, & hoſpitium, ac
victum per nnam noctem ſuppeditent, matu-
tino verò tempore ſtatim è Civitate educant
ut admonet *Kecbernan. in diſcurſ. Philoſ. diſp. 3., q. 13.* quem refert, & ſequitur *Knipſchild. de Jurib. & privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 24. n. 9.*
4 Nam unum otioſum in Republica alere gra-
ve eſt, ut notat *Knipſchild. d. lib. 5. cap. 25. nu. 2. & nu. 21. cum duobus ſeqq.* teſtatur, quod in
nonnullis Mundi partibus, & præſertim in
aliquibus Civitatibus Belgicis conſtitutę ſunt
domus diſciplinares, in quas otioſi, & vaga-
bundi culpatæ converſationis, & deſperatæ
penè emendationis cujuſvis ætatis, & ſexus,
& tàm inferioris, quàm ſuperioris, & nobi-
lioris conditionis homines detruduntur, &
ad labores cujuſque ingenio, ætati, ſexui, &
viribus convenientes arctantur, itaut ſi debi-
tum, & præſcriptum laboris onus præfixo
tempore non perficiant, non ſolùm cibatio-
rum tenuitate, ſed etiam fuſtibus, virgis, &
corporis cruciatu ad id compelluntur, & non
priùs hujuſmodi homines exindè dimitti
ſolent, quàm ſigna emendationis vitæ ex-
hibeant, & undè honeſtè vivere poſſint ad-
diſcant, & ità hoc modo otium omnium ma-
lorum fomes tollitur, virtutum ſemina ſub-
ſtituuntur, Reipublicæ conſulitur, dum tali
diſciplina ad ſaniorem frugem reducuntur.

Præter *Bannimenta Generalia Status Eccle-
ſiaſtici cap. 61.* imponentia vagabundis pęnam
5 fuſtigationis, & triremium, ut de ſimilibus
Edictis vigentibus in Regno Neapolitano *Bo-
rel. cit. cap. 16. nu. 21. cum duobus ſeqq.* in Urbe
quaſi quolibet anno publicatur Edictum pœ-
nale contra vagabundos, vigore cujus aliqui
carcerantur, & poſtmodùm ad laborandum
in reparationem portus Civitatis Vetulę tranſ-
mittuntur, ut teſtatur etiam *Cobel. loc. cit. eod. nu. 19.* Sed cùm continuò ad eandem Civita-
tem ſimiles perſonæ confluant, aſſidua vigi-
lantia requiritur ad illius purgationem ab
hujuſmodi peſtilentiali genere hominum.

Qui autem dicantur vagabundi, & ubi pro
6 eorum delictis valeant puniri, & alia vide
DD. adductos per *Romaguer. in Addit. ad dict. Rub. 67. nu. 1. juncto n. 5. cum duob. ſeqq.* latiſſimè
Riccinl. de Perſonis, quæ in ſtatu reprobo verſant, lib. 9. per tot.

ADDIT. AD RUBRICAM LVI. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 VAgabundi, & otioſi habent præſumptio-
nem contra ſe, & expellendi ſunt. Li-
mita num. 2.
3 Vagabundorum, Birborum, Zingarorum,
Ceretanorum materiam tractantes.
Filiifam. vagabundi, tàm per eorum Patres
quàm per ſe ipſos poſſunt obligare eorum
perſonas ad artem, & obligatio etiam à
Matre facta tenet n. 1.
Zingararum multa vide ibi remiſſivè n. 3.
4 Carolus V. à Germania, & Ferdinandus ab
Hiſpania exiliavit Zingaros.
5 *Sancta Inquiſitio* procedere poteſt contra Zin-
garos.

Num. 1. cum ſeqq. Vagabundi, & otioſi habent
præſumptionem contra ſe, & expellendi ſunt
1 à quavis * benè inſtituta Republica, vel ſal-
tem cogendi ſunt ad exercendam aliquam ar-
tem, ut plenè firmat *Raynald. obſerv. crimin. cap. 26. §. 1. nu. 1. cum ſeqq.* ubi alia de vagabun-
dis *vol. 3.*
Adeò ſunt exoſi vagabundi, ut filiifam. tàm
per eorum Parentes, quàm per ſe ipſos * poſ-
ſint obligari ad aliquam exercendam artem,
& obligatio etiam à Matre facta tenet, ut
concordantibus relatis docet *Caldero dec. 56. num. 31. tom. 2.*
Non omnes otioſi, & vagabundi poſſunt expelli,
2 nàm ſunt nonnulli * quos notat *Nepos Bonfini ad Bannimenta Generalia in ſuppletione cap. 62. n. 11. cum ſeqq.* qui non poſſunt expelli.
Num. 6. De Vagabundis, Birbonibus, Zingaris,
3 Ceretanis * vide etiam *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiolæ obſerv. 16. per tot. & Bonfin. loc. cit. c. 62. per tot.* ubi etiam multa de Zingaris notat
in praxi frequentia, & pleniſſimè *d. dec. 56.*
De Zingaris eruditè ſcripſit *Corduba in didaſcal. cap. 40. per tot.* ubi notat Carolum V. in Ger-
4 mania, & Ferdinandum Regem in Hiſpania *
juſſiſſe hanc viliſſimam gentem ab illis Re-
gnis abire; Et quod Inquiſitores poſſint Zin-
garos punire docet *Villadiego in Politic. cap. 5. §. 20. nu. 30.* ibi: *Los Inquiſidores caſtigan à las Gitanas, que dizen la buena ventura*, ut refert,
& ſequitur *Diana Reſol. par. 4. tract. 8. reſol. 128.* & vide ſuprà *in Addit. ad Rub. 11. n. 6. cum ſeqq. lib. 1. Campell. ad Conſtitutiones Ducatus Urbini Decret. 64. n. 6. cum ſeqq. to. 1.*

De Pœna Offendentium aliquem Faventinum extrà Diſtrictum Faventiæ.

RUBRICA QUINQUAGESIMASEPTIMA.

STatuimus, quod ſi quis Civis, vel Diſtrictualis, aut habitator Ciuitatis Faventiæ, vel ejus Diſtrictus commiſerit, vel committi fecerit aliquod homicidium, vel maleficium, aut offenſionem in perſona, vel in rebus alicujus Ciuis Diſtrictualis, vel habitatoris Faventiæ, vel Diſtrictus ejuſdem extra dictam Civitatem, & Diſtrictum, poſſit, & debeat procedi contra tales delinquentes per Dominum Poteſtatem dictæ Ciuita-

tatis, ſeu ejus Iudicem ad inquirendum, & ad puniendum tales delinquentes, quemadmodum poſſent ſi ipſum homicidium, ſeu maleficium in dicta Ciuitate, vel ejus Diſtrictu commiſſum fuiſſet, non obſtante præuentione aliqua, ſeu abſolutione alibi facta.

SVMMARIVM.

1 FOrum ſortitur ex delinquentis origine, ſeu domicilio.

2 Judex originis, ſive domicilii poteſt procedere contra ſuum Subditum pro delicto per eum commiſſo in alieno Territorio, & illum punire.

3 Iudex originis an poſſit procedere etiam ex officio, an ſolum ad quærelam partis, & per accuſationem.

Inter Judicem originis, & Judicem loci delicti an ſit locus præventioni, vel potiùs delinquens remittendus ſit ad Judicem loci delicti remiſſivè num. 3.

OBSERVATIO.

FOrum ſortitur ex delinquentis origine, ſeu domicilio, ut firmatum fuit ſupra in *Obſerv. ad Rub. 8. nu. 5. hoc eodem libro*, undè Ju-
1 dex originis, ſive domicilii poteſt procedere contra ſuum Subditum pro delicto per eum
2 commiſſo in alieno Territorio, & illum pro hujuſmodi delicto debitis pœnis afficere ſecundùm opinionem tutiorem, magis communem, & ad conſervandum pacificum ſtatum Reipublicæ magis conducibilem *Boſs. in Pract. tit. de Foro compet. n. 182. Farinac. de Inquiſit. q. 7. n. 20.* ubi relatis innumeris *DD.* teſtatur hanc opinionem magis à conſuetudine eſſe probatam, veriorem, & receptiorem, ac ab illa non eſſe recedendum *Conciol. Reſolut. crim. in verbo Forum reſol. 4. n. 1. Magon. dec. Lucenſ. 36. num. 1. cum ſeq.*

An autem poſſit procedere ex officio, an ſolùm ad quærelam partis, & per accuſatio-
3 nem; & an ſit locus præventioni, & an delinquens remittendus ſit ad Judicem loci delicti, vide *Farinac. de Inquiſit. q. 7. Scyaloja de Foro compet. c. 58. Clar. q. 38. cum ſeq. & Conciol. in cit. verbo Forum*, qui materiam ad partes examinant.

De Meretricibus.

RVBRICA QVINQVAGESIMAOCTAVA.

CUpientes Meretrices, & impudicas Mulieres cohibere, ſancimus, ac firmamus nulli publici Meretrici licere, ſtare, aut morari in Ciuitate Fauentiæ, niſi in loco poitribuli publici, nec alibi in ipſa Ciuitate, aut ejus ſuburbiis hujuſmodi Meretrices habitare valeant, niſi ipſis aliter indultum expreſsè fuit per officium Dominorum Antianorum dictæ Ciuitatis pro tempore Præſidentium, ſeu per officium cuſtodiæ ipſius Ciuitatis, ſub pœna librarum quinque bononenorum pro qualibet vice, qua contrafieri contigerit, & tales Meretrices in forum publicum, ſeu ad apothecas aliquas, vel alia loca dictæ Ciuitatis ſe conferentes velato capite, linteo, ſeu velamine, & cum honeſtate progredi teneantur, deferendo etiam in manibus ciſtellam, ſeu caniſtrum, ut ab aliis pro Meretricibus publicis agnoſcantur, & ſi contrafecerint pœnæ ſolidorum viginti bononenorum ſubjaceant pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum; Et ſi aliqua Mulier reperiatur in dicta Ciuitate, vel ſuburbiis, quæ inhoneſtam ducat vitam, de qua conuicini conquerantur, tunc ex dicto loco talis mulier expellatur, ſeque ad locum illum ad habitandum conferre teneatur, qui deſtinatus fuerit per dictum Officium Dominorum Antianorum, ſeu cuſtodiæ: Nullique impudicæ mulieri, aut lenoni, ſeu malæ conditionis, & famæ, aut inhoneſtæ vitæ liceat habitare propè ſacrata Templa, Hoſpitalia, aut Monaſteria Fratrum, aut Monialium aliquarum dictæ Civitatis, ſeu earum pertinentias etiam ſpatio XL. perticarum, nec juxta Palatium populi, & aliter ſtantes exindè remoueantur, per Dominum Poteſtatem dictæ Ciuitatis, ſeu alium Iuſdicentem in ea, & librarum decem bononenorum pœna plectantur, quam ſi non ſoluerint infra decem dies à die dictæ factæ condemnationis fuſtigentur per Ciuitatem; & deindè expellantur. Inhibentes etiam ne eis locari, aut gratis etiam concedi poſſint ad habitandum, & morandum per aliquem domus aliquæ infra dictum ſpatium, & contrafacientes pœnam librarum decem bononenorum qualibet vice incurrant. Et ad probandum aliquam, ſeu aliquas eſſe Meretrices, vel inhoneſtæ vitæ, aut aliquem eſſe lenonem, vel malæ famæ, ſufficiat duorum teſtium fide dignorum legitimè deponentium dictum, & atteſtatio, et ſit præciſum.

SVMMARIVM.

1 ORigo, & Inventor Meretricum quinam fuerit.

2 Meretrix dicitur ea fœmina, quæ pudori ſuo non parcendo impudicam vitam ducit, & publicè ſui corporis quæſtum facit.

Pellex quæ dicatur remiſſivè num. 2.

Amica quæ dicatur remiſſivè num. 2.

Scor-

Scortum quæ dicatur remiſſivè num. 2.

3 Fœmina quæ multorum libidini patet Meretrix dicitur.

4 Fœmina, quæ venalem paſſim formam ſuam exhibet, omnibuſque citra delectum mercedis, quæſtuſque gratia corporis ſui copiam fecit Meretrix dicitur.

5 Femina proſtituens ſe publicè ſine quæſtu Meretrix dicitur.

6 Meretricia turpitudo conſiſtit in alienis libidinibus proſtituendo, & ſui copiam pluribus exhibendo.

7 Publicæ Meretrices afficiuntur de Jure Civili duodecim pœnis, de quibus ibi remiſſiſſe.

8 Fœmina proſtituta dicitur, quoties ſe pluribus, quàm duobus dederit, & ſic quando ſaltem tres admiſit.

Fœmina una, vel duos homines admittens non comprehenditur ſub Lege, Statuto, vel Conſtitutione pœnali de Meretricibus diſponente. Amplia, ut ibi, ſed vide ibidem.

10 Fœmina amore capta alicui ſui copiam faciens, Meretrix dici non poteſt, ut intrent pœnæ inflictæ à Jure, vel à Legibus municipalibus, & Conſtitutionibus contra Meretrices.

11 Frater non poteſt impugnare teſtamentum fratris, in quo hæredem inſtituit Amaſiam.

13 Honeſtas fœminæ omnem turpitudinem excludit.

15 Meretrices permittendæ non ſunt in Republ. contrarium, & quarè n. 16.

Lupanaria tolerantur num. 17.

Concubinatus permiſſus erat de Iure antiquo Romanorum, dummodò Concubina eſſet unica domi retenta num. 16.

17 Mulleres nuptæ non ſunt tolerandæ ſi publicè proſtituantur tanquàm Meretrices.

18 Meretrices excludi, & expelli debent à locis honeſtis ad inſtantiam vicinorum. Amplia num. 21. & num. 25.

19 Oblatio Meretricis facta in ſubhaſtatione domus rejicienda eſt.

20 Fœmina inhoneſta unum tantum admittens Amaſium expelli debet à locis honeſtis, inſtantibus vicinis.

21 Penſio domus locatæ Meretrici, quæ poſtea ad inſtantiam vicinorum fuit expulſa cedit damno Locatoris à die expulſionis Declar. num. 23.

24 Sententia mandans expelli Meretricem à locis honeſtis exequitur non obſtante appellatione.

26 Meretrices expelli debent à propinquitate Eccleſiæ, Monaſterii, Monialium, & Oblatarum, prout expelluntur in Urbe.

27 Loca viliora, & remotiora Civitatis aſſignanda ſunt Meretricibus, vel aliter, providere num. 29.

Cloaca ponenda eſt in viliori parte Palatii, & ab oculis remotiori num. 27.

28 Meretrices diſtinguebantur loco à cæteris honeſtis fœminis.

Lupanaria erant antiquitùs in littoribus n. 28.

30 Lupanar appellatur locus, in quo Meretrices proſtituuntur.

Lupanaris nomen deſumptum fuit à Nutrice Romuli cognomine Lupa appellata n. 30.

Lupæ appellabantur illæ Fœminæ, quæ corpus ſuum vulgabant num. 30.

31 *B. Ludovicus Rex* mandavit non permitti Meretrices morari publicè in Civitatibus, & Villis, ſed morari debent in aliquo loco remoto non ſolitario, ſed publico ad hoc deputato, & quarè.

32 Lupanaria tolerantur ad evitanda mala.

33 Lupanar appellatur Bordellum.

Tributum ſolvunt Bononiæ Meretrices proſtitutæ num. 34. vide ibi.

34 Lupanaria tolerari non debent in Civitatibus.

35 Lupanaris inſtitutio, ſeù deſtinatio in populatis Civitatibus non ità facilè practicari valet.

36 B. Pius V. relegavit Meretrices in loco propè Mauſoleum, à quo neque diù, neque noctu exire poſſent, ſed poſtea non habuit effectum num. 38.

37 Meretricibus Urbis conſtitutus fuit locus nuncupatus le Vaſchette.

38 Meretrices Urbs habitare non poſſunt apud Eccleſias, & Monaſteria, necnon apud Cauponas, ac noctu per Urbem vagare, tàm ſolæ, quàm aſſociatæ, ſive cum propriis, ſive cum virilibus veſtimentis, Puellas tàm extraneas, quàm conſanguineas penes ſe retinere.

39 Florentiæ aſſignata fuerant Meretricibus certa loca, hodiè id non ſervatur, quarè.

40 Numerus Meretricium eſt taliter auctus, ut non poſſint ampliùs reſtringi in certo loco.

41 Cogi poſſunt Meretrices ad deferendum habitum, ſeu aliquod ſignum, quo ab honeſtis fœminis diſcernantur, & quarè.

Signum ſuæ profeſſionis quilibet deferre debet num. 41.

42 Prohiberi poteſt Meretricibus ne utantur veſtibus, quibus communiter utuntur honeſtæ feminæ, & quarè, contrarium n. 44.

43 Meretrices diſtinguebantur antiquitùs, in qualitate veſtium ab Ancillis, & Matronis.

45 Rheda, & lectica Meretrices in Vrbe uti non poſſunt, aliàs fuſtigantur, & in exilium mittuntur.

Curriculo vulgò *caleſſe* uti poſſunt meretrices, quando prohibitio loquitur de Rhedis, & Lecticis num. 45.

46 Justinianus Imperator pro mulieribus pœnitentibus Monaſterium Biſantii conſtruxit.

B. Maria Magdalena apparuit evaginato enſe, & adeò deterruit Milites, qui Monaſterium Convertitarum Vrbis invadere tentabant, ut iidē poſtea defenſores illius evaſerint. n. 47.

47 Monaſterium Convertitarum Vrbis ædificari mandavit Leo X.

48 Monaſterium Convertitarum Vrbis decoratum fuit variis privilegiis.

49 Eminentiſſimus Cardinalis Protector Monaſterii Convertitarum Vrbis, vel ejus Auditor, vel Judex ab eo deputatus cognoſcebat

Cau-

Cauſas illius privativè qnoad omnes.

59 Judex Monaſterii Convertitarum Urbis deputabatur Prælatus ab *Eminentiſſimo Cardinali Protectore*,

51 Deputati Monaſterij Convertitarum Urbis poſſunt vendere, permutare, in emphyteuſim concedere, & locare bona illius abſque Beneplacito Apoſtolico.

52 Moniales Monaſterii Convertitarum Urbis profitentur tria vota ſubſtantialia Religionis, etiam non expectato anni Novitiatus lapſu, ſed in ipſo ingreſſu, nec expectata ætate annorum ſexdecim.

53 Monaſterium Convertitarum Vrbis ſuccedit ab inteſtato Meretricibus,& inhoneſtis Mulieribus etiam decedentibus extra Vrbem num.59.& num.62. & 63.

54 Meretrices Curiales, & inhoneſtæ Mulieres volentes condere teſtamentum tenentur relinquere quartam, vel quintam, hodiè tertiam partem bonorum Monaſterio Convertitarum Vrbis, & num.57.61.62.& 63.

55 Deputati Monaſterij Convertitarum Urbis poſſunt capere poſſeſſionem propria auctoritate bonorum, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato curtalium, & inhoneſtarum Mulierum,

56 Inventaria duo bonorum Curialium, & inhoneſtarum Mulierum cum teſtamento, vel ab inteſtato decedentium conficere tenentur Deputati Monaſterii Convertitarum Urbis,

57 Meretrices, & aliæ inhoneſtæ Mulieres teſtamentum condere, & de eorum bonis ad libitum diſponere poſſunt, quoties relinquerint quartam, aut quintam, hodiè tertiam partem bonorum Monaſterio Convertitarum Urbis, & n.61.62.& 63.

58 Meretrices, & aliæ inhoneſtæ Mulieres teſtamenti factionem non habent, nec donationem tàm inter vivos, quàm cauſa mortis,aut aliam diſpoſitionem facere poſſunt non relicta quarta, aut quinta, & hodiè tertia parte bonorum Monaſterio Convertitarum Urbis, præterquamquod favore filiorum ſuorum ex legitimo matrimonio procreatorum, & n.61.62.& 63.

60 Portio debita per Meretrices, & alias inhoneſtas Mulieres Monaſterio Convertitarum Urbis relinqui debet liberè, & abſque illa clauſula præſervativa, *quatenùs de Jure teneantur, & non aliàs &c.* alioquin earum diſpoſitio non valet,

63 Meretrices, & aliæ inhoneſtæ Mulieres relinquentes minùs tertia parte ſuorum bonorum Monaſterio, earum teſtamentum non valebit, nec quoad legata pia, ſed ab inteſtato ſuccedet Monaſterium Convertitarum Vrbis.

Legata pia Meretricum, & inhoneſtarum Mulierum, quæ non reliquerunt Monaſterio Convertitarum Vrbis tertiam partem ſuorum bonorum non valent n.63.

64 Filii legitimi, & naturales Meretricum, & inhoneſtarum Mulierum ſuccedunt illis tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato excluſo Monaſterio Convertitarum Vrbis.

66 Declara procedere, quando concepti fuerunt in figura Matrimonii, ſecùs è converſo,

Filii legitimi, & naturales Meretricum Bononiæ ſuccedunt Matribus inſimul cum naturalibus tantùm n.65.

67 Filiis naturalibus, adulterinis, & ſpuriis Meretricium, & inhoneſtarum Mulierum quomodò ſubveniendum ſit per Monaſterium Convertitarum Vrbis.

68 Monaſterium Convertitarum Vrbis ſuccedit Meretricibus Curialibus, & inhoneſtis Mulieribus nedùm in bonis ex turpi quæſtu, ſed etiam in omnibus aliis patrimonialibus, & adventitiis, ac undecunque licitè, & honeſtè acquiſitis.

69 Feudum, & emphyteuſis Eccleſiaſtica concedi non ſolet, nec debet inhoneſtis Mulieribus tanquàm Eccleſiæ odioſis.

70 Monaſterio Convertitarum Melitæ conceſſa, & communicata fuerunt omnia privilegia competentia Monaſterio Convertitarum Vrbis,

71 Meretrices Urbis contractus vitalitios facere non poſſunt niſi obtenta licentia ab Eminentiſſimo Cardinali Protectore, & Deputatis Monaſterii Convertitarum, quàm concedere nequeunt niſi ut ibi.

Meretrices excludere poſſunt Monaſterium Convertitarum, & reddere earum teſtamentum validum inveſtiendo pecunias in locis Montis Fidei nu.72.

72 Meretrices Vrbis ſe componere ſolent cum Monaſterio Convertitarum, & compoſitio admittitur prævia ſolutione alicujus ſummæ, & cum conditione quatenùs in futurum honeſtè vivat aliàs inhoneſtè vivente non ſuffragatur,

73 Monaſterium Convertitarum Vrbis non litigat manibus vacuis,

Monaſterium Convertitarum Vrbis ſequuta morte Meretricis apprehendit poſſeſſionem bonorum ſtabilium, & quoad mobilia conficitur inventarium, & deponuntur.

74 Monaſterium Convertitarum prætendens ſucceſſionem Meretricis, & inhoneſtæ Mulieris cautè ſe gerere debet, ne alieno honori præjudicet,

75 Judex Monaſterii Convertitarum Vrbis debet eſſe cautus ne ſit Author ſcandali.

Opinio hominum circa honeſtatem Mulieris plus operatur, quàm veritas n.75.

76 Meretricatus probari debet plenè, & clarè à Monaſterio Convertitarum prætendente ſucceſſionem.

77 Fundans ſe in qualitate inhærente diſpoſitioni illam præcisè probare debet, alioquin ea uti non valet.

78 Teſtes ſingulares admittuntur ad probandam inhoneſtatem, & Meretricium Mulieris.

79 Sed

79 Sed debent deponere de actibus meretricarum neceſſariò inferentibus.

80 Meretricatus Mulieris ſive publicus, ſive non publicus ſuffragatur Monaſterio Convertitarum Vrbis pro ſucceſſione.

Monaſterium Convertitarum Vrbis ſuccedit Meretricibus tàm publicis, quàm non publicis num. 80.

81 Nec non inhoneſtis mulieribus, cùm ſufficiat conſtare de inhoneſtate: Amplia procedente etiamſi Mulieres ſit nobiles nu.84. Contrarium nu.86.

82 Lex loquens de muliere inhoneſta comprehendit eam, quæ verè inhoneſtè vivit; ſicèt non meretricio more ſe cuilibet proſtituat, ſed uni, quem amat.

83 Mulier inhoneſta intelligitur eſſe, ſi in vicinia, in qua inhabitat pro inhoneſta reputetur.

84 Mulieres illuſtres, & nobiles graviùs puniri debent ſi committant inhoneſtatem, cùm in illis major honeſtatis obſervatio requiratur.

87 Bonorum feudalium appellatione veniunt etiam bona feudalia ruſtica nullam juriſdictionem annexam habentia.

Juriſdictio non eſt de ſubſtantia feudi n.87.

88 Meretrix occulta verè eſt meretrix, licèt non ſtet in lupanari.

89 Inhoneſtas probatur duobus Teſtibus, etiamſi concurrant mille ſuper honeſtate, & quatè num.91. Decl.num.90.

Duo Teſtes ſuper inhoneſtate præferuntur mille ſuper honeſtate nu.89. Decl.num.90. & 91.

92 Teſtes in ſpecie deponentes præferuntur teſtibus in genere depoentibus.

93 Mulier committere poteſt diverſo tempore actus honeſtatis, & inhoneſtatis.

94 Meretricatus, & inhoneſtatis qualitas percutere debet tempus mortis mulieris, ad hoc, ut Monaſterium Convertitarum Vrbis, & Bononiæ poſſit ſuccedere mulieri.

95 Meretricatus ex actibus antecedentibus probatur.

96 Meretrix emendata adhuc appellari poteſt meretrix Contrariū n.101.Dec.n.102.103.

97 Amplia procedere etiam ad effectum annullandi teſtamentum, vel ſucceſſionis favore Monaſterii Convertitarum.

98 Donatio inter vivos etiam cauſa mortis, in qua adjecta ſit Clauſula, *quod nulla de cauſa revocari poſſit* non cenſetur comprehenſa, quando fuit prohibita diſpoſitio per teſtamentum, codicillum, donationem cauſa mortis, & quamlibet aliam ultimam voluntatem.

99 Meretrix emendata non admittitur ad habitandum in honeſta vicinia. Vide n.100.

103 Voluntas in maleficiis ſpectatur magis, quàm effectus.

104 Mulier meretrix emendata cenſetur, quando per triennium ante obitum ſtetit correcta, & pudica.

105 Mulier meretrix emendata cenſetur, quando ingreſſa eſt Monaſterium. Vide ibi.

106 Mulier meretrix emendata cenſetur quando pluries oblata fuit occaſio peccandi, & tamen abſtinuit.

107 Mulier meretrix emendata non cenſetur ex ſola ejus ætate ſenili, & infirmitate niſi alię conjecturę, & pręſumptiones concurrant.

108 Deputati *Congregationis S. Hieronymi Charitatis*, & Monaſterii Convertitarum Vrbis habent auctoritatem declarandi, & determinandi dubia emergentia ſuper ſucceſſione meretricum, & mulierum inhoneſtarum.

109 Meretrix emendata tunc ſolùm cenſetur ad excluſionem Monaſterii Convertitarum Vrbis quando in ſanitate conſtituta nupſerit, vel Religionem profitendo Monaſterium monialium ingreſſa ſit ſecùs ſi matrimonium contraxerit in articulo mortis, & num.112. ac 113.

110 *Rota cor. Seraph. dec.499.n.5.& 6.* declaratur.

111 Monaſterium Convertitarum Vrbis amittit jus ſucceſſionis in hęreditate meretricis, quæ ab Vrbe diſceſſit animo non revertendi, ſecùs ſi recreationis, vel viſitandi Conſanguineos, vel affines, aut vitandi malum aerem, aut alia ſimili cauſa.

113 Matrimonium contractum à meretrice in articulo mortis non ſuffragatur ad excluſionem Monaſterii Convertitarum Vrbis.

114 Cantatricibus ſuccedit Monaſterium Convertitarum Vrbis n.114.Vid.n.115.

Minutas artes vendentibus nuncupatis *Artegianche* ſuccedit Monaſterium Convertitarum Vrbis n.114. Vide n.115.

116 Copulam habens cum Domina cauponæ ſtuprum committit.

117 Copulam habens cum ancilla Dominę Cauponæ ſtuprum non committit.

Ancillæ Cauponum inhoneſtæ præſumuntur num.117.

118 Muſica ars nobilis eſt, & inter liberales comprehenſa.

119 Muſicæ effectus recenſentur.

120 Pro educatione liberorum neceſſaria eſt ſciplina gymnaſtica, & muſica.

121 Juvenes diſcere conſueverunt litteras gymnaſticam, muſicam, & figurandi peritiam.

122 Muſica pueris diſcenda.

Pueri nihil ferunt ſponte, quod non habeat in ſe jucunditatem n.122.

123 Muſica jucunda eſt.

124 Muſica tanquàm grata, amena, & delectabilis ſemper accepta fuit etiam à vetuſtioribus ſæculis ea utendo in Priſcorum ſacrificiis, & Deorum laudibus.

125 Muſicæ Inventores, ethimologia, definitio, diviſio, & regulæ remiſſivè.

126 Exercitium muſicæ particulari ſtudio amplexi fuit Viri ſanctitate, doctrina, & dignitate conſpicui, de quibus ibi.

127 Muſicæ materiam tractantes remiſſivè.

128 Ju-

Digitized by Google

128 Juvenes in ſeminario degentes inſtuendi ſunt in cantu.

129 Cantus more rheatrico prohiberue in Eccleſiis ranquàm averrens menres fidelium à Divina conremplatione & n.130.

131 Pattes S. Francisci Minorum Conventualium, qui opera muſicalia in lucem ediderunt, quibus prærogativis fruantur.

Caſtrare ſe ipſum pro acquirenda, & conſervanda voce an liceat n.131.

Patribus an, & quando liceat caſtrari facere filios pro addiſcenda Muſica, vel cuſtodiendis Regiis fœminis n.131.

132 Honeſtas mulieris detrimentum non patiłur proſirendo Muſicam. Vide n.137.

134 Delectario eeſultans ex ſuavitare Cantus præoccupat ſenſus, & abſtrahit à quacunque alia ſenſuali cogitatione. Vide n.137.

135 In mererricibus cantatrieicibus deletue memoria impudicitiæ. Vide n.137.

136 Occaſio peccandi eſt fugienda.

Vincitur in materia honeſtatis fugienda num.136.

138 Summarium depoſitionis teſtium ſuppreſſo eorum nomine, & cognomine datur in Tribunali Monaſterii Convertitarum Vrbis. Vide n.140. cum ſeqq. & ſub n.152.

139 Nomina, & cognomina teſtium in cauſa Hæreſis examinatorum non ſunt publicanda.

Nomina, & cognamina reſtium examinatorum in omnibus cauſis criminalibus, in quibus cadit idem metus, prour in cauſis Hæeſis, non ſunt publicanda n.139.

141 Nomina, & cognomina teſtium examinatorum in omnibus cauſis criminalibus ſunt publicanda ad hoc ut Reus poſſit tàm contra dicta, quàm contra eorum perſonas excipere, & ſe defendere, alioquin injuſtitia committitur, & num.142. Ampl.num.143. 144. & 145.

146 Supremus Princeps non poteſt tollere defenſiones in cauſa criminali.

147 Conſuerudo tollens defenſiones in cauſa ceiminali non valec.

148 Excepriones perſonales, & contra dicta competunt contra depoſitionem teſtium.

149 Exceptiones perſonales contra teſtes ſi non ſint permiſſæ, tunc taciré cenſentur denegatæ etiam exceptiones contra eorum dicta.

150 Nomina, & coguomina teſtium examinacorum in cauſa hæreſis non publicantur, & quarè. Limita n.151. Vide n.152.

152 Stylus non dandi nomina, & cognomina teſtium ad hoc ut poſſint confici interrogatoria, & reprobari eſt contra jus, & reprobandus.

153 Monaſterium Convertitarum Vrbis non ſuccedit meretricibus filiabusfam. Contrarium n.156. Vide n.159.

154 Conſtitutiones diſponenrcs circa ſucceſſionem meretricum, & inhoneſtarum mulierum ſavore Monaſterii Convertitarum Vrbis exorbitant à Jure communi, ſed ſunt favorabiles, & latæ interpretandæ n.157.

Meretrix turpiter agit, non autem turpiter recipit num.154.

Meretrix ad reſtitutionem recepti pro meretricatu non tenetur num.154.

Meretrix teſtari poteſt de bonis turpiter acquiſitis num.154.

Hæredes ab inteſtato ſuccedunt meretricibus in bonis turpiter quæſitis num.154.

155 Meretrix, vel alia mulier, quæ fingenda ſe Virginem doloſè extorſit aliquam conſiderabilem ſummam pro copula carnali, tenetur ad reſtitutionem ſummæ exceſſivæ. Vide ibi.

158 Statutum, Lex, ſeu Conſtitutio ſavorabilis diſponens de ſucceſſione defuncti ab inteſtato comprehendit etiam ſucceſſionem inteſtabilis.

159 Inteſtatorum appellatione non comprehenduntur inteſtabiles. Vide ibi.

160 Bona ex turpi quæſtu à filiaſam. acquiſita cenſenda ſunt quaſi Caſtrenſia, & poteſt de illis diſponere. Contrarium ibidem.

161 Patri debetur legitima in bonis filiæ meretricis, cui ſuccedit Monaſterium Convertitarum Vrbis.

OBSERVATIO.

Altera eſt Meretricum origo, cùm earum profeſſio introducta fuit à Venere, ut teſtatur *Q. Ennius in Fragmen. Sacr. Hiſtor.* ibi:
1 *Quæ prima ſcilicèt* Venus *artem Meretriciam inſtituit, auctorque mulieribus in Cypro fuit, ut vulgò corpore quæſtum facerent. Quod idcircò imperavit, ne ſola præter alias mulieres impudica, & virorum appetens videretur*, & refert *Garon. in Obſer. ad Conſtit. Mediolan. lib.4. tit.15. prælud.1. num.1.* Niſi veriùs dicatur, *Solonem Athenienſem* inventorem fuiſſe, ne juvenes petulantes fœminas honeſtas ſollicitarent, ut cum *Philomene* tradit *Alciat. in l. Maſurius 144. n.8. ff. de Verb. ſignificat*, quem ſequitur *Fragoſ. de Regim. Reip. par.1. lib.2. diſp.4. §.15. num.169.* & quòd *Solon*, ut ab adulteriis cohiberetur juventus, coemptas Meretriculas Athenis proſtituit primus, obviaſque in Venerem eſſe voluit, ne Matronæ contagio pollurentur, refert *Alex. ab Alex. Dier. genial. lib.4. c.1. verſ. Solon. Janus Langlæus Semeſtr. lib.8. ſub n.8. & Garon in Conſtit. Mediolan. lib.4. tit.15. artic.1. num.1.*

Meretrix autem dicitur ea Fœmina, quæ pudori ſuo non parcendo impudicam vitam
2 ducit, & publicè ſui Corporis quæſtum facit *cap. Meretrix 32. q.4. l. Si ea, quæ 2. C. ad Leg. Jul. de Adulter. l. Palàm in prin. ff. de Rit. nupt. Menoc. de Arbitr. Judic. lib.2. centur.3. caſ.328. n.4. Ricciull. de Perſon. quæ in ſtatu reprobo verſan. lib.2. cap.2. ſub n.1.* ubi etiam declarat, quænam dicatur *Pellex*, quæ *Amica*, quæ *Scortum*, & quæ *Concubina*, quorum nominibus appellantur Mulieres ſuorum Corporum copiam facientes *Sabell. Summa diverſ. tract. in verbo Meretrix nu.1.*

*t.3.Novar.inSummar.Bullar.commentar.*142.*n.*2,
3 vel quæ multorum libidini patet *cap.Vidua* 30.
*diſt.Novar.ubi ſuprà Farinac.conſ,*33.*nu.*30. ibi-
que *Adden.vol.*1.*& de Deliƈt.carn.q.*136.*nu.*76.
cum ſeq.Barboſ.de Verbor.appell.appel, 150.*nu.*1.
*Ceuciol.ad Statut.Engub. lib.*5.*rubr.*40.*nu.*3. vel
4 quæ venalem paſsim formam ſuam exhibet,
omnibuſque citrà delectum, mercedis, quæ-
ſtuſque gratia Corporis ſui copiam facit *cap.
Meretrices* 32. *q.*4. & deſcribit *Langlæus ſemeſt,
lib.*8.*cap.*8.*pag.mihi* 531.*lit.C.*

Imò quoties proſtitutio eſt publica dicitur
Meretrix, etiamſi ſe proſtituat ſine quæſtu *d.l.*
5 *Palàm §.Reƈtiſſimè*, ibi: *Reƈtiſſimè tamen Oƈta-
venus ait, etiam eam, quæ ſine quæſtu palàm ſe
proſtituerit, debuiſſe his connumerari,* & adver-
tit *Ricciul.d.cap.*2.*n.*2.*cum ſeq,Borell.de Magiſtr.
lib.*3.*cap.*13.*n.*12.*Farin.q.*136.*n.*81.*verſ.Verius*,
Cabal.Reſolut.crim.caſu 123.*n.*9.*Martellus Mega-
lius in ejus conſiliis, ſeu deciſ.diverſ.caſuum con-
ſil.*9.*nu.*4. *verſ.Sed contra prædiƈta cum ſeq.* qui
reſpondit in terminis *Bullæ* B. Pii V. emanatæ
favore Monaſterii Convertitarum Bononiæ *Sa-
bell.loc.cit.* Nàm Meretricia turpitudo conſiſtit
in alienis libidinibus proſtituendo, & ſui co-
piam pluribus exhibendo *Matthæu*, *& Sanz.de
6 Re crim.controv.*59.*n.*10.*verſ.Alienis,ubi nu.*13.
cum ſeqq. notat de Iure Civili duodecim pœnis
7 inter publicas Meretrices, & *Cened.in Collectan,
Decretal.Collectan.*140,

Et Mulier dicitur proſtituta, quoties ſe
pluribus, quàm duobus dederit, & ſic quan-
8 do, ſaltem tres admiſit per *Text.in d.l.Palàm*,
ibi: *Item, quæ cum uno, & altero ſe pecunia ac-
cepta commiſcuit, non videtur palàm Corpore
quæſtum facere*, *Alciat.in l.Maſurius* 144.*nu.*9.
ff.de Verbor.ſignificat, & hanc uti veriorem, &
communiorem ſententiam ſequitur *Farinac.d.
q.*136.*n.*85.*Carpan.ad Stat.Mediolan to.*2.*c.*472,
*n.*39.*Megal.loc.cit.ſub n.*6,

Idque eò magis procedit, ut locum habeant
Leges, Statuta, & Conſtitutiones pœnales de
9 Meretricibus diſponentes, quæ non procedunt
contra Mulierem, quæ unum, vel duos admiſit,
ut in terminis Conſtitutionum favore Mona-
ſterii Convertitarum Urbis relato *Buccaron.de
Differen.utriuſque for.differ.*50.*n.*3.*verſ.Pro qua*
tenet *Ricciull.d.lib.*2.*cap.*2.*nu.*9. Nàm Meretrix
non dicitur, quæ cum uno, vel altero etiam
pecunia accepta ſe comiſcet, ut tradit *Alciat,
in l.Maſurius* 144.*nu.*9.*ff.de Verbor.ſignificat.Fa-
rinac.q.*136.*n.*88. quòd, quando concurrit pre-
tii receptio controvertitur ab *Affliƈt.adConſtit.
Regn lib.*3.*tit.*43.& aliis quos ſequitur *Garon.ad
Conſtit.Medio.lib.*4.*tit.*15.*prælud.*1.*n.*12.*verſ.Ex
quo.*

Undè multò minùs ea, quæ amore capta
alicui ſui copiam facit, Meretrix propriè non
10 dicitur ad hoc, ut incurrent pœnæ inflictæ à Ju-
re, vel à municipalibus Legibus, & Conſtitu-
tionibus contra Meretrices, ut declarat *Menoc.
de Arbitr.judic. d.caſ.*328.*nu.*2.*cum ſeqq. junƈto
n.*13.*cum ſeqq. Barboſ.d.appellat.*150.*n.*2.*Aven-
dan.de metu lib.*2.*cap.*41.*nu.*30.*Sabel.Praƈt.uni-
verſal.in verbo Meretrici n.*27. Subdens *num.*28,
*E veramente troppo grave, e diſdicevole ſarebbe
vedere dar titolo di Meretrice per qualſivoglia
fallo, e fragilità, ne' quali poſſono cadere anco
perſone qualificate; e pur troppo è vero, che al-
trimenti ſarebbero più le meretrici, che le Donne
onorate, e ſtimate da bene. Ricciul.d.cap.*2.*n.*6.
*& n.*8, ubi extendit ad eam, quæ quæſtus gra-
11 tia duos tantùm admittit, idemque firmat
*Carpan.ad Statut,Mediolanen. to.*2.*cap.*472.*nu.*9.
*Sabell.loc.cit.n.*1.*verſ.Non tamen,Farin.d.q.*136.
*nu.*87.*cum ſeq.* ubi ampliat etiamſi unum tan-
tùm admiſerit quæſtus cauſa, pleniſſimè *Paci-
chell.de Diſtant.cap.*6.*memb.*9.*n.*14.*&* 15.*Trivi-
ſan.dec.*33.*n.*1.*lib.*2. latè *Caroc.dec.*124.

Nec turpis perſona judicatur, adeò ut ſi ab
12 ejus Amaſio inſtituta fuerit hæres, Fratres Te-
ſtatoris non poſſint illius Teſtamentum tan-
quàm inofficioſum impugnare *Faber.in §.Scor-
tis n.*1.*Inſtit.de Exhæredat.liber.* quem ſequitur
*Ricciul.d.cap.*2.*n.*5.*& cap.*15.*n.*13,

Licèt honeſta Mulier dici non valeat, ſed
inhoneſta, cùm honeſtas omnem turpitudinem
13 excludat, ut advertit *Ricciul.cit.cap.*2.*ſub n.*5.
Triviſan.loc.cit.Caroc.ubi ſuprà.

Poteſt tamen exhæredari à Parentibus Fi-
14 lia, quæ uni tantùm ſe proſtituit, attenta gra-
viſſima injuria illis illata *Bald. conſ.*253. *vol.*2.
*Theſaur. QQ. Forenſ. lib.*1. *q.*170. & reprobatis
contrarium ſentientibus latè tenet *Ricciull. d,
cap.*15.*per tot,*

Valdè controvertitur, an in Republica Me-
retrices ſint tolerandæ, necne, amplectente
notabili numero graviſſimorum, & Sanctiſſi-
morum *Patrum*, & *DD.* opinionem negativam
15 tanquàm conformem *Divinæ legi*, ut in *Eze-
chiel cap.*16.*Deuteronom.cap.*23.*nu.*17.*Proverb.
cap.*29.*Eccleſiaſt.cap.*7.*&* 19.*Geneſ.cap.*34.*junƈt.
cap.*38. & ex rationibus adductis per *Navar.in
Manual.cap.*17.*n.*195. quas reaſſumit, & alias
addit *Gutierez Canonic.quæſt. lib.*2.*cap.*7.*nu.*29.
ubi in fine concludit, quòd ipſe non permitte-
ret, neque conſuleret permittendas Meretri-
ces, & Lupanaria, pleniſſimè cumulat aucto-
ritates, & rationes hanc ſententiam compro-
bantes *Lezan.Opur.moral.vol.*4.*conſult.*46.*à n.*1,
*per tot.num.*36.

Affirmativam tamen opinionem ad evitan-
da majora, & graviora peccata nempè Ince-
ſtus, Stupra, Adulteria, Sodomiam, aliaque
16 ſimilia eam amplexi ſunt *D. Chriſoſtomus Ho-
mil.*32.*in cap.*19.*Matthæi*, ibi: *Permittimus er-
gò, quòd nolentes indulgemus, quia pravam ho-
minum voluntatem ad plenum cohibere non poſſu-
mus; permittitur ergò fieri mala, ne fiant pejora,
D.Auguſtinus lib.*2. *de Ordine cap.*4. ibi: *Auſer
Meretrices de rebus humanis, & turbaveris om-
nia libidinibus, D.Thomas* 32.*q.*10.*art.*1. *& de
Regim.Princip.lib.*4.*cap.*14.*Card.Pallavicinus in
Hiſtor. Concil.Trid. lib.*2.*cap.*8.*num.* ibi. *Eſſendo
falſo univerſalmente, che un male non ſi debba
tolerar mai per non incorrere in mal maggiore,
come ſi vede nella permiſſione delle Meretrici*,
Gonzalez, Tellez plures concordantes referens
in

Digitized by Google

in *cap.Inter cætera ſub n.4.deSponſal.& Matrim.*
Petra de Poteſt.Princip.cap.24.n.169.Ricciull.d.
lib.2.cap.6.à n.12.uſque in finem, Avendan.de
mem cap.41.n.1.cum ſeq. lib.2.Fragoſ.de Regim.
Reip.par.1.lib.2.diſp.4.§.15.n.169. ubi etiam
notat,quòd ob hanc cauſam, ut conſtat ex *tot.*
tit.de Concubin. permiſſus erat Concubitus in-
ter ſolutos, dummodò Concubina eſſet unica
domi retenta *Borell. de Magiſtrat.Ædict. lib.3.*
cap.13.nu.6.cum ſeqq. diſcuſſo articulo pleniſſi-
mè comprobando tenet *Lezan. allegata conſul-*
tat.46.n.36.verſ.Quamvis autem cum plurib.ſeq.
Capiblanch.de Baron.to.2.cap.32.n.8. Gibellin.de
Negotiat. lib.1. cap.4.art.3. P.Gregorius de Rap.
lib.10.cap.1. Carpan.ad Statutum Mediolan.to.2.
Ægid.de Priv.honeſt.art.9.n.3. Et in compro-
bationem conferunt tradita per *Cicer. in Orat.*
pro M. Cælio, ibi: *Vincat aliquando cupiditas,*
voluptaſque rationem,dummodò illa in hoc genere
præſcriptio, moderatioque teneatur: pareat ju-
ventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effun-
dat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incur-
rat in alterius domum,atque famam: ne probrum
caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat;
& paulò infrà, ibi: *Verum ſi quis eſt, qui etiam*
meretriciis amoribus interdictum juventuti pu-
tet, eſt ille quidem valdè ſeverus, negare non
poſſum, ſed abhorret non modò ab hujus ſæculi li-
centia, verùm etiam à majorum conſuetudine,
atque conceſſis, quando enim hoc non factum eſt?
quando reprehenſum? quandò non permiſſum?
quando denique fuit, ut quod licet non liceret?
hic ego tàm rem definiam: mulierem nullam no-
minabo, tantùm in medio relinquam, ſi qua non
nupta mulier domum ſuam patefecerit omnium
cupiditati, palàmque ſeſe in meretricia vita col-
locaverit, virorum alieniſſimorum conviviis uti
inſtituerit: ſi hoc in Vrbe, ſi in Hortis, ſi in Baja-
rum illa celebritate faciet: ſi denique ità ſeſe
geret non inceſſu ſolùm, ſed ornatu, atque comi-
tatu, non flagrantia oculorum, non libertate ſer-
monis, ſed etiam complexu, oſculatione, aquis,
navigatione, conviviis, ut non ſolùm Meretrix,
ſed etiam procax videatur, cum hac ſi quis adole-
ſcens fortè fuerit, vtrum hic tibi L.Herenni, adul-
ter, an amator? & *Quintilian. in declamat.14.*
pro juventute, ibi: *Non ego alicujus matrimonii*
corruptor invigilo, nec afferas cupiditates per
illicitos duco amplexus. Inventas credo Meretri-
ces, ut eſſet aliquid quod liceret amare pauperi-
bus. Nullam ego circa corpora iſta conſiſtere im-
patientiam puto. Diliguntur immodicè ſola, quæ
non licent. Vt in furorem charitas aliqua conva-
leſcat, opus eſt difficultatibus. Brevis de conceſ-
ſis, ſed ſtatim ſatietati vicinus affectus eſt. Non
fovet, non nutrit ardorem concupiſcendi, cui frui
licet. Et quæcumque in mentibus circa permiſſa
coaleſcunt, non ſunt deſiderii, ſed voluntatis.
Non tamen tolerandæ ſunt mulieres nu-
17 ptæ, quæ publicè meretricio more proſti-
tuuntur omnibus in maximum Sacramenti
matrimonii opprobrium, ut reſpondit *Pi-*
gnattel.conſult.to.7.conſult.81.
Vndè tolerantur Lupanaria *D. Auguſt. de*
Tom.I.
Civit. Dei lib.14.cap.1.D.Thomas.2.2.quæſt.10.
artic.11.in Reſolut.Gloſs.in cap.Inter opera ver-
bo renovare in fine de Sponſal. plenè *Ganzalez,*
Tellez, Borell.& Lezan.loc.cit. Ricciul.allegat.
cap.6.num.12.
Benè vetum eſt, quòd tanquàm cadavera
fœtida peſtilenti quadam contagione ſana
18 Corpora inficientia à locis honeſtis ad in-
ſtantiam vicinorum excludi,ac expelli debent
l.Non aliter ff. de uſu, & habitat. Mierez ſuper
Conſtit. Cathalon.Collat.6. cap.11.nu.1.cum ſeqq.
Kochen.de Jure vicin.cap.5.n.13. Poſt.de Subaſt.
inſpect.32.n.36.cum ſeqq. ubi firmat, quòd ſi-
cuti Meretrix poteſt expelli quando inhabi-
tat, ità multò magis poteſt rejci ejus oblatio
facta in ſubhaſtatione Domus, cùm turpiùs
19 ejciatur,quàm non admittatur hoſpes *Ægid.*
*de privileg.honeſtat.artic.9.n.6.cum ſeq.*ubi am-
pliat etiam in muliere non meretrice, ſed in-
20 honeſtè unum tantùm admittente Amaſium
Borell.d.cap.13.nu.9.cum ſeqq. ubi ampliat in
21 muliere nupta *Romagner. in addit. ad Conciol.*
ad Statut.Eugub.lib.5.Rubr.40.n.7.cum ſeq.jun-
cto nu.20. ubi ulteriùs firmat quòd penſiones
Domorum futuri temporis poſt expulſionem
22 earum cedunt in damnum Locatoris, non
illorum, ad quorum inſtantiam fuerunt eje-
ctæ *Muta in Conſuetud.Panormit.cap.33. Scana-*
rol.de Viſit.Carcer.lib.1.§.3.cap.4.n.42.cum duo-
bus ſeqq. ubi advertit, quòd tunc damnum
penſionum cedit damno Locatoris, quando
23 ſcienter indignis, & inhoneſtis locavit *Sabel.*
in Summ. diverſ. tractat.to.3. in verbo Meretrix
n.5. ubi pariter firmat damnum eſſe Locato-
ris ſcienter cum hujuſmodi perſonis contra-
hentis, ſecùs ſi probabiliter ignoravit *Carpan.*
ad Statut.Mediolan. to.2.cap.472.num.42.juncto
n.54. ubi ſubdit, quòd talis ſententia execu-
tioni mandatur non obſtante appellatione,
24 *Matthæu, & Sanz loc.cit.n.2. & 26.Lezan.ubi*
ſuprà nu.61.Ricciull.dicto tract.lib.2.cap.21.per
*tot.ubi n.5.*ſubdit expelli poſſe etiam à Domo
propria, quando meretricibus aſſignatus fuit
25 certus locus, ſecùs è converſo *Theſaur. QQ.*
forenſ.lib.1.q.33.n.1.Pegner.dec.12.n.6.& 8.
Et maximè à propinquitate Eccleſiæ, Mo-
naſterii Monialium, & Oblatarum *Ricciull. d.*
26 *cap.21. nu.8.* ubi teſtatur de obſervantia Vr-
bis longè arcendi à Monaſteriis Monialium
Mulieres inhoneſtè viventes *Scanarol. de Viſit.*
Carcer.lib.1.§.3.cap.4.n.8.
Eis aſſignando unum, vel plura loca vilio-
ra, & remotiora Civitatis, eo modo, quo
27 cloaca non in qualibet parte Palatii, ſed in
viliori, & ab oculis remotiori ponitur latè
Lezana loc.cit.nu.48.cum ſeq. Ricciul.dicto lib.2.
cap.22. Virginius Fortia de Jure novæ Vrbis
*condendæ cap.11.n.10.cum ſeqq.lib.3.*ſicuti olim
diſtinguebantur loco à cæteris honeſtis fœmi-
nis, nàm Lupanaria in littoribus fuiſſe con-
28 ſtat ex *Origene, Quintillian. Seneca, Avendan.*
& aliis probat *Gonzalez,Tellez.loc.cit.n.11.*
Vel aliter providere prout magis expedire
29 videbitur *Menoch. de Arbitr. Judic. caſ.535.*
num.26.

Digitized by Google

num.26. quem ſequitur Ricciull. dicto cap.22.
num. 5.

Et hujuſmodi locus, in quo Meretrices
proſtituuntur Lupanar appellatur,} deſumen-
do nomen à Romuli Nutrice nomine Larenti-
30 na, ſed cognomine Lupa appellata à paſto-
ribus, eo quod Meretrix eſſet, cùm Lupæ
cognominatentur illæ fœminæ, quæ corpus
ſuum vulgabant, ut docet Gonzalez Tellez
loc.cit.n.4. comprobat Giballin.dicto cap.4.Car-
pan.ad Statut.Mediolan.to.2.cap.472.n.55.

Prout B. Ludovicus Rex Galliæ de an-
no 1254. ordinavit, quòd Meretrices publi-
31 cè morari non permittantur in Civitatibus,
& Villis, ne ſuo exemplo Virgines alliciant,
vel Matronas ad meretricandum, nec etiam
in Campis propter concurſum plurium in
Meretrice, ne ſe interficiant, ſed morari de-
beant in aliquo loco remoto non ſolitario,
ſed publico ad hoc deputato, ubi nec malo
exemplo, nec ſcandalo turbari poſſit Reſpu-
blica, vel honeſtas, ut teſtatur Guglielm.de Be-
nedict.in cap.Raynuccius n.62.de Teſtamen. For-
tia de Jure novæ Urbis condendæ lib.3. cap.11.
nu.19. Garon.in Conſtitut.Mediolan. lib.4.tit.15.
artic.1.ſub num.2.

Hinc tolerantur Lupanaria ad evitanda
majora mala ſecundùm D. Auguſtinum de Ci-
32 vitate Dei lib.14. cap.17.D.Thomam 2.2.q.10.
artic.11.in reſolut. Gloſs.in cap.Inter opera verbo
renovare in fine de Sponſal. plenè Gonzalez,Tel-
lez, Borel. & Lezan.in locis ſuprà citat.& Ric-
ciul.lib.2.cap.6.n.12. Carpan.dicto cap.472.nu.1.
cum ſeq. ubi Lupanar appellatur Bordellum,
33 idemque teſtatur Garon. in Conſtitut.Mediolan.
lib.4.tit.15.artic.3.num.4.

Contrarium quòd Lupanaria publica non
ſint ferenda in Civitatibus tenent Langlæus
34 Semeſt.lib.8.cap.8. pag.mihi 535. littera B. in
fine cum ſeq. & pag.537.littera D. latè Claudius
Eſpencæus in Collectan. de Continentia lib.3. de
Statu Viduitatis cap.4. ubi deteſtatur tribu-
tum menſtruum, quod Bononiæ proſtitutæ
Meretrices Magiſtratibus, qui vulgò Præfecti
bullectarum dicuntur, ſolvunt Giballin.de Uni-
verſ.negotiat. lib.1.cap.4.conſectar.12. Salſed.in
Opuſcul.D.Thom.de Regim.Princip. lib.4.cap.14.
diſſert.49.per tot. ubi n.170. dicit graviſſimos
Auctores ſtare pro alia opinione, & Joann.
Stephanus Durant. qu.125. per tot. ubi acriter
invehit contra talem conſuetudinem.

Advertendum tamen, quòd in magnis, &
populatis Civitatibus non ità facilè practicari
valet inſtitutio, ſeu deſtinatio Lupanaris, ne
35 medicina efficiatur pejor morbo, prout tra-
ditum eſt eveniſſe in Urbe in Pontificatu Bea-
ti Pii V. qui cùm mandaſſet, proſcriptis ma-
gis impudentibus, alias, quas permiſerat
relegaſſet in locum deſtinatum propè Mau-
36 ſolæum, à quo neque diù, neque noctu exire
poſſent, ne vagarentur per Urbem Scanarol.
de Viſitat.Carcerat.lib.1.§.3.cap.4.n.8. & lib.3.
§.6.n.39.Ricciul.dicto lib.2.cap.22.n.6.Virginius
Fortia de Jure novæ Urbis condendæ lib.3.c.11.
nu.19. Pacirbell.de Diſtant.cap.6.memb.6.nu.18.
37 ubi dicit conſtitutum fuiſſe locum nuncupa-
tum *le Vaſchette*, ſed comperto id Reipubli-
cæ Chriſtianæ non expedire, Pontifices Suc-
ceſſores ſatiùs judicarunt dumtaxat prohibe-
38 re, ne habitarent apud Eccleſias, & Mona-
ſteria, necnon apud Cauponas, ac noctu per
Urbem vagarent tàm ſolæ, quàm aſſociatæ,
ſive cum propriis, ſive cum virilibus veſti-
mentis, puellas tàm extraneas, quàm con-
ſanguinitate conjunctas penès ſe retinere, &
aliis adhibitis remediis, ut teſtatur Scanarol.
cit.cap.4.eodem n.8.juncto n.27.cum ſeq. & Ric-
ciul.dicto cap.22.nu.6. & de ſimili prohibitio-
ne vigente Florentiæ teſtatur Sabel.Pract. uni-
39 verſal.verbo Meretrice n.1.cum ſeq.juncto n.10.
& 14. cum ſeq. juncto num.18. ubi deſignan-
tur loca deſtinata Florentiæ pro meretrici-
bus, & ſubdit rationem quare, id hodiè non
ſervetur: *Da che naſca poi, che in oggi non
ſiano riſtrette ad alcun luogo, credo ſi poſſa dire
ad eſempio di Roma, dove vivendoſi con ogni
modeſtia, non fa biſogno reſtringerle à tali luoghi
particolari, il che però io intenderei per ironia,
40 e che ſia tanto creſciuto il numero, che non ſi poſ-
ſano reſtringere.*

Poſſunt etiam Meretrices cogi ad deferen-
dum habitum, ſeu aliquod ſignum, quo ab
41 honeſtis fœminis diſcernantur; Tum quia
publici, & notorii peccatores aliis ſcandalum
præbentes peccandi ſunt digni tali nota; Tùm
etiam quia æquum eſt, & juſtum, ut quilibet
deferat habitum, ſeu ſignum ſuæ profeſſionis,
quam gerit, prout olim apud diverſas Natio-
nes practicatum fuit, ut probat Gonzalez,
Tellez loc.cit.nu.11. Ricciull.cit.lib.2.cap.30.Le-
zan.dicta conſultat.46.nu.74.cum ſeqq.Tholoſan.
Syntagm.Jur.univerſ.lib.10.cap.2.nu.38.Fr. Ga-
briel à S.Vincentio reſponſ.116. nu.3. Carpan.ad
Statut.Mediolan.to.2.cap.473.n.2. ubi præſcri-
ptum fuit portare Mantellum fuſtanei nigri
ſupra ſpatulas latitudinis tertiæ unius bra-
chii Sabell.Pract. univerſal. in verbo Meretrici
nu.25. ubi de ſimili Lege vigente Florentiæ,
& latè Garon. in Conſtit. Mediolan. lib.4. tit.15.
artic.2. Et quòd prohiberi poteſt ne utantur
veſtibus, quibus communiter utuntur hone-
42 ſtæ fœminæ, cùm debeant inter ſe diſtingui,
& ne inter utraſque detur confuſio ad Text. in
l.Minæ C.de Epiſc.audien.ubi Barboſ.n.5.Guglicl.
de Benedict. in cap.Raynuccius nu.61. de Teſtam.
Fragoſ.de Regim.Reip.par.1.lib.2.diſput.4. §.15.
num.163.verſ.Faciunt Alex.ab Alex. lib.5.dier.
genial.cap.18.ubi Tiraquel.Matthaù,& Sanz de
Re crim.controv.59.n.19. Narbon.ad LL.recom-
pilat.lib.7.tit.12.leg.18.gloſs.8.n.4.ubi teſtatur
de ſimili prohibitione ſub pœna excommuni-
cationis motu proprio facta à Julio III. Pau-
lo IV. & Pio IV. Summis Pontificibus.

Ac ne ab impudicis, & libidinoſis homi-
nibus, Matronis, & Virginibus quantumvis
pudicitia, & caſtitate inſignibus vis afficia-
tur, ut docet Langlæus Semeſtr. lib.8. cap.8. in
princip.

Prout

Pront antiquitùs Meretrices in qualitate
veſtium diſtinguebantur ab Ancillis, & Ma-
43 tronis, nam apud Lacedemones ſolis Mere-
tricibus veſtes floridas, & pictas aſportare
permittebatur, ut docet *Fortia de Jure nov.
condend.lib.1.cap.11.n.15. verſ.Antiquitùs cum
ſequentibus*.

Contrarium tamen quòd non poſſint cogi
ad deferendum habitum, quo mediante ab
aliis honeſtis mulieribus diſtinguantur, ſed
44 ſolùm prohiberi poſſint, ne portent habitum,
quo ntuntur Virgines Dεo dicatæ, in quibus
terminis loquitur *Text. in dicta l. Minæ* tenet
Ægid.de Privil.honeſt.art.9.ſub n.15.

Ad diſtinctionem honeſtarum fęminarum
prohiberi etiam debet, ne Meretrices lectica,
45 vel rhæda evehantur, prout in Vrbe attenta
diſpoſitione Bannimentorum rigoroſè præ-
dicatur *Ricciul.dicto cap.30.n.10.Scauarol.de
Viſit.Carcer.lib.1.§.3.cap.4.num.26. Pacichel.de
Diſtant.cap.6.memb.9.n.13.verſ.Excipitur*, cùm
ſæpè hac de cauſa viſæ fuerint Meretrices fu-
ſtigari, & in exilium mitti. & teſtatur *Lezau.
allegat.conſult.4.n.85.cum ſeq. Sabei.Pract.uni-
verſal.in verbo Meretrici n.11. & 13.* ubi de
ſimili lege Florentiæ vigente; An autem
prohibitio, quæ eſt pro rhedis, & lecticis ha-
beat locum in curriculo hodiè uſitato, vulgò
dicto *Sedia Rolante*. Vide *Paciehel.ibidem n.16.*
ubi pro negativa reſpondit.

Quemadmodùm verò Summi Pontifices
paſtorali cura invigilarunt varia remedia ad-
hibendo, ne infectæ pecudes ovile corrum-
pant, ita pro Meretricibus reſipiſcentibus, ne
putent ſibi clauſas eſſe fores pęnitentiæ, & ut
inhoneſtam vitam relinquant, & ad bonam
converſationem revocentur inter cætera pa-
rata ſubſidia ad imitationem *Juſtiniani Impe-
ratoris*, qui Byzantii pro Mulieribus pęniten-
46 tibus Monaſterium extruxit, ut teſtatur *Pro-
cop. in lib. de Ædific. Juſtiniani*, & latè tradit
*Claudius Eſpencæus in collectan. de Voto conti-
nentiæ lib.4.cap.13.poſt med.* & *Joan.Stephanus
Duran.q.125.n.11. verſic.Porrò Meretrices cum
ſeq.* Leo X. in Vrbe in Eccleſia S.Luciæ in Re-
gione Columnæ in via Curſus pro hujus ge-
neris mulieribus inſigne Monaſterium ædifi-
cavit, ſub titulo B. Mariæ Magdalenæ de
47 pęnitentia, quæ cum evaginato gladio ap-
paruerit, adeò deterruit Milites, qui in dire-
ptione Vrbis Duce Borbonio de anno 1527.
invadere tentabant idem Monaſterium, ut
poſteà defenſores illius evaſerint ad repellen-
dos alios Milites, qui idem invadere tenta-
bant, ut teſtatur *Pater Mannus Congregatio-
nis Oratorii ſelecta Hiſtor.cap.647. & Surius in
Comentar.rer.in Orbe geſtarum*. Præfatus Pon-
tifex illud etiam decoravit pluribus privile-
giis, ut in ejus *Conſtitutione in Bullar. nov. la
48 39.vol.1.* quæ poſteà etiam ampliata, & ex-
tenſa tunc per Clementem VII. *ut in ejus Con-
ſtit.la 14.ejuſdem vol.1.* & per PIVM IV. con-
ceſſa fuit juriſdictio Eminentiſſimo Cardina-
49 li Protectori ejuſdem Monaſterii, vel ejus Au-
ditori, ſeu alio Judici ab eo deputato cogno-
ſcendi cauſas tàm Civiles, quam Criminales
activas, & paſſivas, in quibus agatur de in-
tereſſe Monaſterii privativè quoad omnes Ju-
dices, & cum iiſdem facultatibus, quæ com-
petant Eminentiſſimo Vicario, Gubernatori
Vrbis, & A.C. ut in ejus *Bulla in Bullar. nov.
la 50. vol.2.* prout ante abolitionem per *San-
ctiſſimum Dominum Noſtrum* Innocentium XII.
Tribunalium Judicum particularium Urbis
50 poſt hæc ſcripta factam cognoſcebantur ab
Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Origbo Ju-
dice deputato ſingulari prudentia, doctrina,
integritate, & humanitate ornato poſteà ob
ejus digna merita à ſa:me: Clemente XI. ad
Purpuram evecto, & legatione Civitatis
Bononiæ decorato, in cujus Gubernio juſtè,
piè, & prudentiſſimè ſe geſſit cum univerſali
plauſu. Ac per Urbanum VIII. prævia con-
firmatione litterarum Apoſtolicarum Cle-
mentis VII. & Pauli III. mediante Brevi ex-
pedito ſub die 4. Auguſti 1628. conceſſa fuit
Deputatis facultas quæcumque bona ſtabilia
51 pro evidenti utilitate, & neceſſitate Mona-
ſterii vendere, & permutare, ac in emphy-
teuſim perpetuam, vel ad tempus locare, &
quocunque alio titulo alienare, abſque Sedis
Apoſtolicæ, vel cujuſvis alteriùs licentia de-
ſuper minimè requiſita,

In illo Monaſterio pęnitentes uti veræ Re-
ligioſæ profitentur tria vota ſubſtantialia
52 Religionis, ut diſponitur in dicta *Bulla* Leo-
nis X. §.4. etiam non expectato anni Novi-
tiatus lapſu, ſed etiam in ipſo ingreſſu ad
oſtendendam enixam voluntatem relinquen-
di turpem vitam tradit *Sanctarel. de Apoſtat.
cap.3.dub.1.n.4.in fine Ricciul.de Perſon. quæ in
Stat.reprobo verſantur lib.2. cap.38. nu.2.cum
ſeqq.* Minùſque expectata ætate annorum ſex-
decim; ut relata reſolutione *Sac.Congregatio-
nis in Cauſa Veneta* tradit *Nicol. in Floſcul. in
verbo Convertitæ n.10. & Barboſ.ad Concil.Tri-
dent.ſeſſ.25.cap.15.n.35.de Regular.*

Et pro ſupportatione onerum Monaſterii
53 idem Leo X. *in dicta Bulla* 39.§.7. applicavit,
& incorporavit *omnia, & ſingula bona, ac
Spolia Curialium Meretricum ex illicito quæſtu,
extra Matrimonii clauſtra, & pudorem viven-
tium in Vrbe pro tempore ab inteſtato, & abſ-
que condendi, ſeu faciendi teſtamenti facultate
decedentium* ſubdens. *Ac ipſis Curialibus, &
inhoneſtis mulieribus, quæ ad minus quartam,
54 vel quintam partem bonorum ſuorum quorum-
cunque mobilium, vel immobilium eidem Mo-
naſterio, & illius Conventui, & Monialibus piè
relinquere, vel donare voluerint, faciendi, &
condendi teſtamenti, & de reliquis bonis earum
tàm mobilibus, quàm immobilibus cujuſcunque
qualitatis, & quantitatis, & valoris liberè, &
licitè ex nunc prout ex tunc, & è contra diſpo-
nendi licentiam, & facultatem damus, & con-
cedimus. Volumus tamen quòd Rectores, & il-
55 lius Conventus Agentes eorumdem bonorum ſic
pro tempore legatorum, donatorum, ſeù derelicto-
rum,*

Digitized by Google

rum, & aliorum bonorum earumdem Curialium.
Meretricum ab inteſtato, ſeù ſine facultate te-
ſtandi decedentium, & propterea ad dictum
Monaſterium, utpotè incorporatorum pertinen-
tium, quandocunque caſus contigerit poſſeſſio-
nem realem, & actualem auctoritate propria,
capere, retinere, & aliàs de illis nomine, &
ad opus dicti Monaſterii, & illius Conventus diſ-
ponere poſſint, & valeant: Ità tamen, quod
56 *de illis duo inventaria coram authenticis, &*
probatis viris per Notarium publicum inconti-
nenti, & quantò citiùs poterunt facere tenean-
tur &c. Et *CLEMENS VII. in dicta Bulla* 14.
§.8. ità ſtatuit. *Quodque tàm Corteſana nun-*
cupatæ, quàm quæ palàm in proſtibulis quæſtum
57 *faciunt, & aliàs ex quocunque turpi quæſtu*
viventes, & quomodolibet etiam in domibus
propriis, vel alibi ad inſtantiam certarum Per-
ſonarum Sæcularium, vel Eccleſiaſticarum re-
tentæ vitam impudicam agentes mulieres, quæ
quartam, vel quintam partem bonorum ſuorum
eidem Monaſterio relinquerint, vel donaverint,
aut perpetuò conceſſerint, teſtamentum condere,
& de reliquis earum bonis, prout eis placuerit
diſponere liberè, & licitè valeant, earumque
teſtamenta, ac diſpoſitiones hujuſmodi plenum
conſequantur, & conſequi debeant, quoad omnia,
effectum. Quæ verò eis quartam, vel quintam
partem hujuſmodi eidem Monaſterio verè, &
cum effectu non reliquerint teſtamenti factione
58 *præterquam quoad earum prolem de legitimo*
Matrimonio habitam) careant, & ſive teſtamen-
tum, ſive donationem cauſa mortis, vel inter
vivos, aut aliam diſpoſitionem fecerint, ſive
non (niſi diſpoſitio hujuſmodi in favorem ſuæ
prolis de legitimo Matrimonio procreatæ facta
fuerit) earum bona mobilia, ac alia ædificia per
eas, aut ex earum bonis pro tempore conſtructa,
Immobilia, ſemoventia, necnon actiones, & jura
quæcunque etiam extra Urbem ubilibet exiſten-
tia, etiamſi ipſæ mulieres recreationis, ſeù vi-
59 *ſitandi conſanguineos, vel affines, aut vitandi*
malum aerem, ſive aliàs quacunque cauſa extra
dictam Urbem niſi animo ampliùs non redeundi
ad eam receſſerint, & ibi deceſſerint, etiamſi
bona emphyteutica, & feudalia etiam Eccleſia-
ſtica perpetuò, vel ad tempus exiſtant eidem
Monaſterio perpetuò applicata, & appropriata,
ac ejuſdem Monaſterii exiſtere &c. quæ portio,
60 ſeù quota debita Monaſterio relinqui debet
liberè, & abſque clauſula præſervativa, alio-
quin non ſuffragatur, juxta diſpoſitionem
Brevis GREGORII XV. emanati ſub die 18. *No-*
vembris 1621. ibi: *Cùm autem ſicut dilecti filii*
Gubernatores dicti Monaſterii nuper exponi fe-
cerunt pleræque ex meretricibus, & aliis mu-
lieribus hujuſmodi in earum teſtamentis &c.
Legatum, ſeù donationem quartæ, vel quin-
tæ partis hujuſmodi ſubterfugere nitentes
eandem quartam, vel quintam partem dicto
Monaſterio ſub hac conditione videlicet quate-
nùs de jure teneantur, & non aliàs &c. relin-
quant, conditionis autem hujuſmodi verificatio
eidem Monaſterio pro conſequenda parte ſibi ta-
liter relicta ſit neceſſariò facienda, & exindè
Monaſterium prædictum impenſas facere cogatur,
Nos pro noſtro paſtoralis officii debito ejuſdem
Monaſterii indemnitati proſpicere &c. volentes
&c. ſupplicationibus dictorum Gubernatorum
nomine ſuper hoc humiliter porrectis inclinati,
quòd de cætero perpetuis futuris temporibus
quæcunque diſpoſitiones, donationes, & legata
de quarta, vel quinta parte hujuſmodi per Cu-
riales, & inhoneſtas mulieres prædictas pro
tempore cum conditione hujuſmodi [quatenùs de
jure teneatur) facta minimè ſufficiat, neque mu-
lieribus hujuſmodi ullo modo ſuffragetur &c.
Poſtmodùm verò ſupradicta portio aucta fuit
61 ad tertiam partem ab *INNOCENTIO X. in*
ejus Conſtitutione edita ſub die 31. *Maii* 1649.
atque adeò juxta diſpoſitionem dictarum
Conſtitutionum Meretricibus ab inteſtato de-
cedentibus ſuccedit Monaſterium Converti-
62 tarum Urbis, ſi verò teſtatæ decedant olim
tenebantur relinquere quartam, vel quintam
partem omnium bonorum eidem Monaſterio,
hodiè verò tertiam, quotiès decedunt ſine
prole de legitimo Matrimonio, etſi tertiam
partem non reliquerint, aut minùs reliquerint,
teſtamentum non valebit, & in omnibus bonis
63 ſuccedet Monaſterium juxta diſpoſitionem
dd. Conſtitutionum ex firmatis per *Rot. in rec.*
decis. 445. *nu.* 13. *par.* 13. & in puncto reſpondit
Sac. Congregatio Epiſcopor. & Regularium in mox
allegandâ Melevitana ſucceſſionis, adeò ut nec
legata etiam pia ſuſtineantur, ut reſolvit *Sac.*
Congregatio Reverendæ Fabricæ Sancti Petri ſub
die 28. 1681. his ſequentibus verbis: *Lega-*
ta pia contenta in teſtamentis meretricum contra
formam Conſtitutionis CLEMENTIS VII. & alio-
rum Summorum Pontificum non ſubſtineri, nec
eſſe exequenda; Decedentibus verò cum hu-
juſmodi prole, ſive teſtentur ad ejus favorem,
64 ſive ab inteſtato decedant, nulla actio com-
petit prædicto Monaſterio tradit *Guazzin. de*
Confiſcat. bon. concluſ. 13. *limit.* 42. *n.* 3. *Maſtin. eo-*
dem tract. q. 16. *n.* 54. *Marta de Succeſ. legal. par.* 4.
q. 1. *art.* 5. *nu.* 32. *Scanarol. de Viſit. Carcerat. lib.* 1.
§. 3. *cap.* 4. *n.* 31. *cum ſeqq. Urſel. concluſ.* 159. *n.* 12.
de ſimili lege vigente Florentiæ teſtatur *Sa-*
bell. Pract. univerſal. verbo Meretrici n. 4. *& ſeq.*
juncto n. 40. ubi firmat id eſſe juſtum *Novar. in*
Summ. Bullar. comentar. 142. *nu.* 1. qui loquitur
de Bulla B. PII V. favore Convertitarum Bo-
noniæ, ubi *nu.* 6. firmat, quod ſi cum filiis
legitimis, & naturalibus decedant etiam cum
65 naturalibus tantùm, tunc omnes inſimul
ſuccedunt *Gilion. ad Statut. Peruſiæ* 6. *Meretrix*
in Adnot. n. 5. *cum ſeqq.*

Quod procedit, quando filii concepti ſunt
in figura Matrimonii, itaut ſecundùm præ-
66 ſumptionem *leg. Miles §. Defuncto ff. ad Leg. Jul.*
de adulter. præſumantur potiùs mariti, quàm
adulteri, & ſic legitimi, & naturales, ac de
legitimo matrimonio nati prout requiritur in
dictis *Conſtitutionibus*; Secùs verò quando na-
ti ſunt extra figuram matrimonii, utpotè quia
de tempore conceptionis non patebat Mari-
ro

Digitized by Google

to acceſſus ad mulierem, vel quia erat impo-
tens, vel quia mulier non erat nupta, iſtis
67 enim caſibus tanquàm filii adulteeini, vel
ſpurii non habentue in conſideratione ad ef-
fectum excludendi Monaſterium, ſed ſolùm
eis per Monaſterium ſubminiſtrantur alimen-
ta juxta diſpoſitionem dictæ *Bullæ CLEMEN-
TIS VII. la 14. §.11.* ibi; *Ex bonis applicatis
hujuſmodi filios, & filias ſi qui fuerint curia-
lium, & mulierum hujuſmodi ali, & moribus
imbui, & maſculos aliqua arte, qua honeſtè vi-
vere poſsint erudire facere; fœminas verò nuptui
tradere, vel in aliquo Monaſterio monialiam
collocare, curamque filiorum, & filiarum hu-
juſmodi piè, ac diligenter ſuſcipere, & gerere
in quantùm vires hæreditatis, & annorum ma-
trum ſuarum ſuppetant, & non ultra debere.*

Prædictæ Conſtitutiones ob generalitarem
eorum verborum comprehendunt, nedùm
68 bona ex turpi quæſtu, verùm etiam propria
patrimonialia, adventitia, & undecunque
licitè, & honeſtè quæſita, ut tradit *Scanarol.
de Viſit.Carcerat.lib.1.§.3.cap.4.n.31.cum duob.
ſeqq.* pleniſſimè rejecto reſponſo Anonimi Ad-
vocati relato per *Maſſin.de Confiſc.bonor.qu.16.
n.55.cum ſeqq.* comprobando reſpondit *Card.
de Luca in ſupplement.de Teſtament.lib.16.par.3.
diſcurſ.90.* ubi ultra amplitudinem verborum,
& alias rationes ponderavit, quod *LEO X.
in dicta Bulla 39.§.8. & CLEMENS VII. in Bul-
la 14. §.8.* dare voluerunt Monaſterium in ar-
rogationem iſtis mulieribus, adeò ut loco
filii legitimi ſuccedat, undè ſicuti filii ab in-
teſtato indiſtinctè ſuccedunt in omnibus bo-
nis hæreditariis, & quoties Pater decedat
cum teſtamento tenetur relinquere legitimam
in quota filiis, alioquin illud tanquàm inoffi-
cioſum corruat, ita judicandum ſit de hoc filio
ficto ſubdens etiam quod cùm in d.*Bulla CLE-
MENTIS VII. §.8.* exprimantur bona emphy-
teutica, & feudalia etiam Eccleſiaſtica, atque
ubi ad certas generationes conceſſa fuerint,
ſtatuitur, ut Monaſterium per annos viginti
fruitionem retineat, ex quo arguit, compre-
hendi etiam alia quæcunque bona, cùm feu-
dum, vel emphyteuſis præſertim Eccleſiaſti-
69 ca concedi non ſoleat, nec debeatur inhone-
ſtis mulieribus, tanquàm Eccleſiæ odioſis
Ægid.de Privil.honeſt.artic.16.nu.6.juncto n.9.
& reſpondit *Sacr. Congregatio Epiſcoporum, &
Regularium in Melevitana Succeſſionis die 14.
Novembris 1681.* favore Monaſterii Conver-
70 titarum illius Inſulæ, cui à CLEMENTE VIII.
ſub die 16. Decembris 1602. mediante ejus
Brevi conceſſa, & communicata fuerunt om-
nia privilegia competentia Monaſterio Con-
vertitarum Urbis.

Ad eludendam diſpoſitionem earumdem
Conſtitutionum tales mulieres inveſtiebant
ſuas pecunias in cenſibus vitalitiis, & aliis
contractibus cum earum vita perituris in
grave præjudicium Monaſterii ad quod evi-
71 tandum conſultus fuit *Cardinalis de Luca* tunc
Advocatus, qui reſpondit, ut in ejus *diſcurſ.37.
de Teſtament.* & poſtmodùm prævia matura
diſcuſſione CLEMENS X. decrevit, *in ejus
Conſtitutione la 22.Bullar.vol.5.* quod impoſte-
rum dictæ mulieres nullatenus facere valeant
hujuſmodi contractus, *niſi priùs obtenta in
ſcriptis licentia à Protectore unà cum aliis pro
tempore Deputatis ad regimen ipſius Monaſterii;
quàm quidem licentiam iidem Deputati imparti-
ri nequeant, niſi eodem contextu prædictæ mu-
lieres, vel tertiam partem, quæ illi ex pecunia
inveſtiendienda obventura eſſet, vel aliam cer-
tam ſummam per eoſdem Deputatos congruè at-
tribuendam Monaſterio prædicto tradiderint, aut
ſaltem pro dicta tertia parte ſpecialiter alia bo-
na hypotecaverint, aut venditor cenſus in forma
Juris valida ſe obligaverit ad eam eidem Mona-
ſterio ſolvendam, itaut ſtatim ſequuta illarum
morte Monaſterio acquiratur, aut alio modo pro
eorum arbitrio, & prudentia provideant, ut ex
hujuſmodi contractibus nullum præjudicium ei-
dem Monaſterio inferatur. Quatenùs verò ipſum
Monaſterium pecunia, ut præfertur inveſtienda
indigeat, vel quavis alia ratione, aut cauſa ipſi
expediret eandem pecuniam in proprios uſus
convertere, tunc Monaſterium in cenſibus, &
contractibus hujuſmodi celebrandis cum iiſdem
pactis, & conditionibus præferatur omnibus
aliis cujuſcunque ſint ſtatus, gradus, & condi-
tionis, etiamſi eſſet Eccleſia, vel alius locus pius,
& eo caſu dictæ mulieres ad traditionem, vel
aſſecurationem tertiæ partis, vel alteriùs ſummæ,
ut ſuprà minimè teneantur. Quod ſi cenſus, &
contractus hujuſmodi ſine dicta licentia fuerint
celebrati, Monaſterium prædictum poſt obitum
mulierum ſic contrahentium procedere poſſit, &
valeat, non quidem contrà alios contrahentes,
aut bona ipſorum, ſed contrà alia bona earumdem
mulierum defunctarum, perindè ac ſi tales cen-
ſus, & contractus cum eis initi non fuiſſet,* ut
in ejus *Bulla la 22.in Bullar.nov.nu.6.* vigore
cujus ſucceſſivè emanavit Edictum, quod fuit
publicatum in locis ſolitis Urbis.

Ad evitandam ſucceſſionem Monaſterii, &
ut poſſint mulieres hujuſmodi teſtari, & de
eorum bonis diſponere, ſe componere ſolent
72 cum eorum Monaſterio prævia ſolutione
alicujus congruæ ſummæ, ſed ad compoſitio-
nem admittuntur ſub conditione *quatenùs in
futurum honeſtè vivant*, ita ut inhoneſtè viven-
tibus compoſitio non ſuffragatur.

Alia etiam cautela practicari poteſt pro va-
liditate teſtamenti, nempè inveſtiendo pecu-
nias in emptionem locorum Montis Fidei,
cùm ex ſpeciali privilegio liceat mulieribus
impudicis liberè diſponere de hujuſmodi lo-
cis montium etiam non relicta portione alio-
quin debita Monaſterio Convertitarum, ut
diſponitur in *Bulla CLEMENTIS VII.* erectio-
nis ejuſdem montis in *Bullar. veteri in ordine
la 17.*

Circà intelligentiam, & interpretationem
prædictarum Conſtitutionum frequentes vi-
gent controverſiæ prout ſæpè caſus contin-
gunt, in quibus Monaſterium vigore faculta-
tis

Digitized by Google

73 tis capiendi poſſeſſionem bonorum manu Re-
gia tanquàm Fiſcus non litigat manibus va-
cuis, ſed quia quandòque ex nimia exube-
ranti vigilantia, & zelo mi ıſtrorum ad actum
poſſeſſionis bonorum ſtabilium, & ad confe-
ctionem inventarii, ac ad depoſitum bono-
rum mobilium proceditur etiam nunc quan-
do plenè probata non fuit meretricatio, &
caſum ſucceſſionis Monaſterii eveniſſe, quòd
74 ſummoperè detrahit honori tàm defunctæ,
quàm ejus familiæ, & conjunctorum, & præ-
ſertim conjunctarum honeſtarum puellarum,
proindè, cum hac materia plus operetur opi-
nio hominum, qui credunt mulierem hone-
75 ſtam, quàm veritas, Iudex, à cujus arbitrio
maximè pendet, ſi videt mulierem haberi pro
honeſta, non debet eſſe Author ſcandali, ut
ex ejus judicio inferatur mulieri ignominia,
ejuſque famæ præjudicetur, ſicuti ſequendo
Caroc.dec.124.n.8.in fine admonet *Pacichell. de
diſtant.cap.6.memb.9.ſub n.14.poſt princ*,ſed ma-
turiùs reſolvendum eſt.

Conſiderando præcipuè qualitatem proba-
tionis ſuper meretricatu, de qua clarè, & per-
76 ſpicuè conſtare debet, cùm agatur de mate-
ria objectiva, & præſeferente damnum irre-
parabile in honore, quæ probatio facienda
eſt à Monaſterio tanquam Actore, ut in ſpecie
reſpondit *Rot.cor.Seraph.in dec.999.in princip.*
Cautè igitur in hac materia eſt procedendum
ut etiam animadvertit *Campel. ad Conſt.Ducat.
Urbini Decret.110.n.374.cum ſeq.*

Nàm regulare eſt, quòd qualitas inhærens
diſpoſitioni per eum, qui in illa ſe fundat
77 præcisè verificanda eſt, alioquin ea uti non
valet *l.1. §.Quod ait Prætor ubi Bart.ff. Ne quid
in flum.public. Surd.conſil.130.n.1.Gratian.diſce-
ptat.745.n.56.Rot.coram Seraphin.dec.404.nu.6.
dec.670.n.1.& dec.738.n.8.cor. Buratt.dec.417.
n.1.& in recen.dec.307.n.10.par.6.*

Et licèt Teſtes ſingulares admittantur ad
probandum inhoneſtatem, & Meretricium
78 *Bald.conſil.465.antè na.9. verſic.in contrariam
lib.4.Surd.conſil.469.n.373.& Sola adConſtit.Sa-
baud.rub.de mulier. fornicar.n.25. Farinac.q.64.
n.223.& q.136.nu.29. Paſchal.de Patria poteſt.
par.2.cap.10.na.26. Caball.caſ.293.nu.30.verſic.
Nec nocet cum ſeq.centur.3.Joſeph Ludovic.con-
cluſ.64. verſic.Et ad probandam Carpan. ad Stat.
Mediolanen.dicto cap.472.nu.13.Bellet.Diſqaiſit.
Cleric.par.1.de Favor.Cleric.real. §.Quarto n.93.
Boer.dec.23.n.46. Rota Bononien.diverſ.dicta de-
ciſ.41.n.17.Rota Ferrarien.coram Leoncil.dec.87.
num.7. & Rota Romana in Calagaritana prætenſi
matrimonii 11. Februarii 1647. §.In primis cor.
bo:me:Meltio in recen.dec.502.n.9.par.6.* & rela-
to *Nepite ad Conſuetud. Catan. tit.68.conſuetud.
unic.nu.25.cum ſeqq.* tradit *D.meus Raynal.Ob-
ſerv.crim.vol.3.cap.28.§.1.n.97.*

Attamen debent deponere de actibus me-
retricarum neceſſariò inferentibus, de qui-
79 bus pleniſſime *Farinac. q.136.cap.3.nu.76.cum
pluribus ſeqq. Ricciull.de Perſonis, quæ in ſtatu
reprobo lib.2.cap.5. Adden. ad Rotam Bononien.
diverſ. dicta deciſ.41. & Garon.in Conſtitut.Me-
diolan.lib.4.tit.15.prælud.1.n.8.cum ſeqq.*

Sive deponat de meretricatu publico, ſive
80 non publico, attenta clara diſpoſitione alle-
gatæ *Bullæ* CLEMENTIS *VII.* ibi: *Quodque tàm
Corteſanæ nuncupatæ, quàm quæ palàm in pro-
ſtibalis quæſtum faciunt, & alias ex quocunque
turpi quæſtu viventes, & quomodolibet etiam
in domibus propriis, vel alibi ad inſtantiam cer-
tarum Perſonarum Sæcularium, vel Eccleſiaſti-
carum retentæ vitam impudicam agentes mulie-
res*, cùm tanquàm generaliter diſponentes
generaliter ſint intelligendæ, maximè cùm
mulier dici valeat Meretrix, etiamſi non ſit
publica, ut in ſpecie ſimilis *Bullæ B. PII V.* re-
ſpondit *Rota Bononien.cit.dec.41.n.22.verſ.Nec
eſt cum ſeqq.*

Præſertim cùm ſufficiat conſtare de inho-
neſtate, ut legitur in eiſdem *Conſtitutionibus*,
81 nempè in illa *LEONIS X.* & *CLEMENTIS VII.*
ac *Brevi GREGORII XV.* ibi: *Ac ipſis Curiali-
bus, & inboneſtis mulieribus*, & in dicto alio
Brevi INNOCENTII X. ibi: *Curiales, & inho-
neſtæ mulieres*, cùm lex loquens de muliere
82 inhoneſta comprehendat eam, quæ verè in-
honeſtè vivit, tametſi non meretricio more
ſe cuilibet proſtituat, ſed uni quem amat car-
naliter, & ejus amore capta, ut tenet *Ægid.
de Privileg.honeſt.artic.9.n.6.verſ.Cæterum.* Et
mulier inhoneſta eſſe intelligitur ſi communi-
ter præſertim in vicinia, in qua inhabitat
83 pro inhoneſta fuerit reputata juxta præciſa
verba *Statuti Urbis lib.2.cap.50.*

Nulla habita ratione qualitatis perſonæ
dummodò inhoneſtæ, attentis illis verbis ſu-
84 prà recenſitis dictæ Bullæ CLEMENTIS *VII.*ibi
*Etiamſi bona emphyteutica, & feudalia etiam Ec-
cleſiaſtica perpetuo, vel ad tempus exiſtant*, cùm
bona regulariter feudalia poſſideantur tantum-
modò à qualificatis, & nobilibus mulieribus,
quæ ſi committerent delictum carnis, uti-
que id ſequeretur, clàm, ſecretè, ac raró, &
cum aliquo Amaſio, non autem publicè, &
in poſtribulo. Imò gravius puniendæ ſunt
85 illuſtres, & nobiles fœminæ, cùm illis major
requiratur honeſtatis obſervatio, ut ait *Impe-
rator in l. Si qua Illuſtris C. ad S. C. Orfician.* &
advertit *Ægid. de Privil.honeſt.artic.13.num.3.*
Verum crederem veriſimilius eſſe, quod ille
Pontifex non cogitaverit de comprehenſione
86 nobilium, & qualificatarum fœminarum,
dubitando de illarum honeſtate, cùm prædi-
cta mox recenſita verba poſſint, etiam aptari
87 bonis feudalibus ruſticis nullam juriſdictio-
nem annexam habentibus poſſeſſis à mulieri-
bus humilis conditionis, quoniam juriſdictio
non eſt de ſubſtantia feudi, ut firmat *Card. de
Luca de feud.diſcurſ.11.n.10.& diſcurſ.34.n.6.*

Ultrà quod Meretrix, etiam occulta, verè
eſt Meretrix, licèt non ſtet in Lupanari, quia
88 dùm eſt venalis, parùm refert, an publicè,
vel occultè, ſive ſecretò concubitus vendat,
ut tradit *Sabell.Sum.diverſ.tract.in verbo Mere-
trix n.1.in fine, Rota in recent.dec.47.nu.15.cum
ſeqq.*

Digitized by Google

par.16. repetita penès *Torre de Pact. futur. ſucceſſion.dec.11.n.13.*

Inhoneſtas verò probatur duobus teſtibus de illa individualiter cum expreſſione actuum particularium deponentibus, quibus plùs de-
89 fertur, quàm mille ſuper honeſtate, juxta doctrinam *Innocent.in cap.Inquiſitionis, & cap. Cùm oportet de Accuſat.* quem ſequuntur *Roman. conſ.167.in fine*, & *Antonell.conſ.98.n.5.* Quoties tamen illi duo teſtes deponant de actibus in ſpecie, & ſint viri præſtantes, ac omni exceptione majores, attento quòd eorum depoſitio habet contrà ſe Juris præſumptionem
90 pro honeſtate militantem, quo caſu plenior requiritur probatio, quàm ordinaria, ut pluribus concordantibus relatis docet *Farinac. de Teſt.q.63.n.239.cum ſeq.*

Hujus concluſionis ea eſſe poteſt ratio, quia cùm honeſtas probetur ex Teſtibus de-
91 ponentibus, vel per publicam famam, & in genere, vel referentibus actus particulares eam ſuadentes, nec impoſſibile ſit, illos referre poſſe omnes, & ſingulos actus totius curſus vitæ mulieris, excludendo cæteros actus, ac coarctando negativam, cùm honeſtas regulariter directè non poſſit probari, ut tradit *D.Raynald.to.2.cap.22.§.1.nu.53.* & è converſo inhoneſtas probetur per aliquos actus in ſpecie, proindè teſtes in ſpecie deponentes præferuntur, etiamſi numero inferio-
92 res illis deponentibus in genere, ut generaliter tradit *Farinac.dicto tract.q.65.n.170.* Nec depoſitio Teſtium ſuper honeſtate infringit aliam depoſitionem ſuper inhoneſtate, cùm deponant de actibus diverſo tempore geſtis: Maximè cùm non ſit mirandum, quod mulier alioquin prudens, & ſapiens, ut plurimùm gerat actus modeſtiæ, devotionis, & virtutis
93 præſeferentes honeſtatem, & tamen committat etiam aliquandò actus laſcivos, carnales, & inhoneſtos.

Advertendum eſt probationem Meretricatus, & inhoneſtatis percutere debere tempus mortis, attento quòd meretricia qualitas participio *decedentium* in ſupra recenſitis *Conſti-*
94 *tionibus* adjecta ſecundum ipſius participii tempus intelligenda eſt *l.In delictis §.Si extraneus ff.de Noval.action.Gratian.diſcep.976.n.14. Ciriac.controverſ.511.nu.74.& controverſ.522. n.107.* & in puncto ſimilis *Conſtitutionis* Beati PII V. favore Monaſterii Convertitarum Bononiæ advertit *Rot.Bononien.diverſ.deciſ.41. num.13.cum ſeq.*

Dicetur tamen ſufficienter probatus meretricatus etiam de tempore obitus ex actibus
95 antecedentibus, cùm ſemel malus præſumatur malus in eodem genere mali, quòd ex præterito præſumatur in præſens, & quòd mutatio voluntatis non præſumatur ex vulgatis.

Hinc diſputant DD. an meretrix emendata appellari poſſit meretrix, & pro affirmativa opinione, quia adhuc durat infamia contra-
96 cta,& turpitudo militat *Text.in l.Palàm §.Non ſolùm*, ibi: *Non ſolùm ea, quæ facit, verùm ea quoque quæ fecit, & ſic facere deſiit lege notatur, neque enim aboletur turpitudo, quæ poſteà intermiſſa eſt ff. de Ritu nuptiarum ibique Bald. & Salyc.* & tenent *Aretin. in cap. Veniens col.3.de Teſt. Afflict.in Conſtit.Regn. lib.3.tit.43. ſub nu.2.verſ.Quid autem, & ſub nu.23.Sola in in Conſuetud. Saband.ſub rub.de mulier.fornicar. & meretrice ſub nu.23.cum ſeq.* & comprobando reſpondit *Megal.cit. conſil.9.nu.9. cum ſeqq.* ubi etiam omnia contraria rejicit *Novar. in Summ.Bullar.dicto commentar.142.nu.3. Caball. caſ.124.n.9.centur.1.* comprobando reſpondit *Rot.Bononien-diverſ. deciſ.41. num.39.cum ſeqq.* Quamvis agatur ad effectum annullandi teſtamentum, vel ſucceſſionis favore Monaſterii
97 Convertitarum prout in his terminis loquitur *dicta deciſ.Bononien.41.num.39.cum ſeqq. & Novar.loc.mox cit*, ubi etiam *nu.8.* notat, quòd ſi prohibita ſit diſpoſitio per teſtamentum,
98 codicillum, donationem cauſa mortis, & quamlibet aliam ultimam voluntatem, prout diſponit *Bulla* B. PII V. favore Convertitarum Bononiæ, non cenſetur prohibita donatio inter vivos, nec cauſa mortis, ſi in hac donatione cauſa mortis adjiciatur clauſula, *quod nulla de cauſa revocari poſſit*, quia tunc tranſit in donationem inter vivos.

Sicuti neque admittitur emendata meretrix ad habitandum in honeſta vicinia *Sola ſuper*
99 *Commentar.antiquar.Conſtit. tit.de mulier.fornicar.nu.6.12.cum ſeqq.* quem refert, & ſequitur *Bellet.Diſquiſit. clerical.par.1. tit.de Favor.Cler.*
100 *real.§.4.n.61.* Quod tamen dutum eſſet obtinere ex quo nullum ſcandalum concurrit advertit *Carpan.ad Statut.Mediolan. to.2. cap.472. num.53.*

Negativam verò quòd ampliùs appellari non valeat meretrix tenent *Joſeph Ludovic. in*
101 *ſuis Commun.concluſ. concluſ.64. verſ.Fallit ſecundò*, quem refert, & ſequitur *Carpan.ad Stat. Mediolan.to.2.cap.472.nu.40. Buccaron.de differ. inter judic.civil. & crimin.different.50.n.3.verſ. Pro qua limitatione. Sola* ſibi contrarius *tit. de meretric.public.n.5. Lancellot.Gall.ad Conſuetud.Alexand.verbo Maritus quæſt.3. nn.46.cum ſeq.* aliis relatis comprobat *Ricciull.dicto tract. lib.2.cap.4.n.3.cum ſeqq.* ubi teſtatur hanc opinionem eſſe receptiorem *Sabell. ſumm. diverſ. tract.to.3.in verbo Meretrix nu.10.in fine, & in Pract.univerſal. in verbo Meretrici num.6. & 8.* ubi tradit probationem faciendam,& praxim ſervandam Florentiæ in delendo à libris Honeſtatis meretrices emendatas, & reſpondit *Rot.cor.Seraphin.dec.999.n.5.cum ſeqq.*

Maximè ad effectum evitandi pœnam impoſitam in ſupra recenſitis *Conſtitutionibus Apoſtolicis* ſuper ſucceſſione Monaſterii Convertitarum, ut tenet *Scanarol.de viſitat.Carcerat.lib.1.§.3.cap.4.n.48.* & reſpondit *Rot.coram Seraphin.loc.cit.*

Et eò faciliùs ſi exemplariter viveret, cùm tunc magis ſpeciali nota eſſet digna, & radia Solis vitæ exemplaris offuſcarent tenebras an-

Digitized by Google

anteactæ vitæ diſſolutæ, & iſto caſu ſine diffi-
cultate crederem procedere opinionem nega-
tivam.

Cæterùm prima opinio affirmativa videtur
procedere in muliere, quæ meretricari de-
ſiit propter impotentiam, firma remanente
102 inhoneſtate, eo modo, quo poteſt, utpotè
quia adhùc degit in Lupanari, vel vitam du-
cit ſimul cum alia meretrice præſertim junio-
re, & tyrocinium artis ſactura, & in iſtis ter-
minis intelligendus eſt *Text. in dicta l. Palàm*
§. Non ſolùm, & declarandi ſunt *DD. ſupra al-
legati* eam opinionem ſequentes, cùm vo-
103 luntas, quæ in maleficiis magis ſpectatur,
quàm effectus *l. Divus ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.*
cenſeatur ſemper continuata, & permanere
in ſtatu meretricali, prout perſeverabat illa,
ſuper cujus ſucceſſione emanavit *deciſio 41. Bo-
nonien. diverſ.* quamvis ſenis, & infirma, ut
videre eſt ibi *nu. 30. cum ſeqq.* Negativa verò
procedat quando conſtat de emendatione, eò
quia etiamſi juvenis ab exercitio, & occaſio-
ne meretricandi ſe abſtineat, cùm tunc evi-
dens ſit ſignum pœnitentiæ, ut declarat *Ric-
ciul. cit. cap. 4. n. 9.*

Vita autem inhoneſta, & meretricia dere-
licta, ac in honeſtam commutata, & emendata
104 tunc cenſetur, quando per triennium antè
obitum ſteterit correcta, & pudica, ut pro-
bat *Text. in §. Sancimus Collat. 1.* ibi: *Attamen
ſufficit ad mediocrem purgationem peccatorum,
& ad virtutis augmentum triennalis temporis
teſtimonium Auth. de Monach. Roman. conſ. 256.
n. 5. cum ſeq. verſ. Tertiò ponderandum, Surd. de
Aliment. tit. 7. q. 4. n. 31. Gratian. diſcept. 31. n. 30.
Ricciull. de Perſon. qua in ſtatu reprob. lib. 3. c. 22.
n. 2. Rota Bononien. diverſ. d. deciſ. 41. n. 33. Cabed.
dec. 55. nu. 2. & 3. par. 1.* ubi putat triennium
computandum eſſe ab ultimo coitu *Rota cor.
Seraph. dec. 54. nu. 4.*

Vel quandò ingreſſa eſt Monaſterium, cùm
exindè manifeſtum reſultet pœnitentiæ ſignum
105 recedendi à malo, & operandi bonum, ut
firmat *Surd. de Aliment. dicta q. 4. ſub n. 27. circà
finem juncto n. 30. Rota Bononien. d. dec. 41. nu. 33.
cum ſeq.*

Præſertim ſi ingreſſa fuerit Monaſterium
mulierum pœnitentium, in quo in ipſo actu
ingreſſus profeſſio emittitur, cùm tunc ſta-
tim cenſeatur inducta mutatio vitæ; in aliis
verò Monaſteriis procedere poſtquàm emiſſa
fuerit profeſſio ſecundùm opinionem *Ricciull.
dicto cap. 22. n. 4. cum ſeqq.* quamvis etiam antè
profeſſionem per ſolum ingreſſum videatur
ſufficienter inducta mutatio vitæ, ut ex *Surd.
& Rot. Bononien. in locis mox allegatis*; Nàm ex
loco, in quo habitat, & ex habitu, quem de-
fert, agnoſcitur quòd mulier deſierit etiam
animum meretricari, ut aliis relatis docet *Fari-
nac. q. 145. n. 182.*

Vel quando pluriès oblata fuit occaſio pec-
106 candi, & tamen abſtinuit *Surd. de Aliment.
cit. q. 4. ſub n. 31. Rot. Bonon. dicta deciſ. 41. n. 34.*

Non refragante ad effectum probationis
mutationis, & emendationis vitæ ſola ætate
107 ſenili, aut infirmitate, cùm requiratur ne-
dum receſſus à malo, ſed operatio boni ad
effectum eliminandi illas juris præſumptio-
nes, quòd ſemel malus ſemper præſumatur
malus in eodem genere mali, & quòd ex præ-
terito præſumatur in præſens, ac denique
quòd mutatio voluntatis non præſumatur, ut
in terminis advertit *Rot. Bononien. dicta dec. 41.
nu. 30. cum duobus ſeqq.* ubi de ſene, & infirma,
quæ adhuc appetebat coitum, quapropter ta-
lis poſſibilis perſeverantia in voluntate pec-
candi non videtur in totum ſublata ex eo ſo-
lùm quòd quis non præſumatur immemor ſa-
lutis æternæ, prout voluit *Urſell. concluſ. 159.
nu. 11. cum ſeq.* niſi aliæ conjecturæ, & præ-
ſumptiones concurrant pro emendatione.

Notandum tamen circà hunc articulum
vitæ emendatæ, quòd cùm Deputati Congre-
gationis Sancti Hieronymi Charitatis, & Mo-
naſterii Convertitarum Urbis habeant aucto-
108 ritatem declarandi, & determinandi dubia
emergentia ex diſpoſitione dictæ *Bullæ CLE-
MENTIS VII. la 14. §. 14.* ibi: *Denique quod-
cumque dubium, quòd circà præmiſſa, vel eo-
rum aliquod quodcunque quomodolibet emerſerit
per Deputatos, & Gubernatores Societatis Cha-
ritatis, ac Monaſterii hujuſmodi, vel eorum
majorem partem declarari, decidi, ac determi-
nari liberè, & licitè poſſe, ac declarationi hu-
juſmodi tanquàm generali Legi à Romano Ponti-
fice edita ubique in omnibus ſtari debere, nec illi
quemquam ullatenus contravenire poſſe*, Proin-
dè decreverunt emendationem vitæ etiam per
quodcumque longum tempus non ſuffragari
109 ad excluſionem Monaſterii Convertitarum,
niſi eadem mulier in ſanitate conſtituta nu-
pſerit, vel Religionem profitendo Monaſte-
rium monialium ingreſſa ſit ibi: *Congregati
hodiè 19. Novembris 1562. in Palatio Reveren-
diſſimi Card. Moroni Protectoris coram d. Reveren-
diſſimo vid. R. P. D. Odeſcalcus Præſidens Cameræ
Apoſtolicæ, DD. Laurentius de Moris, Caſtelli-
nus Dorea, Cæſar Reynaldus, Alexander Ma-
rellus Deputati Charitatis, Rever. D. Bernardi-
nus Capillus DD. Conſtantius Taſſonus, Ferardus
Veroſpius, Franciſcus Deodatus, & Alphonſus
Dialo Deputati Convertitarum; Quia oriuntur
aliquandò dubia ſuper interpretatione Bullæ Mo-
naſterii Convertitarum dum procedi contingit per
obitum alicujus mulieris curialis, quæ fuit vitæ
inhoneſtæ, & in dictis Bullis per Papam decla-
ratum fuit, quòd pro tempore DD. Deputati Cha-
ritatis, & Convertitarum valeant, poſſint ad
dubia amovenda declarare dictas Bullas, ideò
ſuper hoc congregati declararunt, prout in folio
tenoris infraſcripti, præſentibus D. Suardino de
Suardis laico Bergomenſi, & Hieronymo Dar-
danoſino laico Laudenſi. Expoſito quod à nonnul-
lis ſit dubium, nunquid Bulla, & indulta Apo-
ſtolica Monaſterio ejuſdem Abbadiſſa, & monia-
libus Converſitis nuncupatis Sancta Maria Mag-
dalena de Urbe comprehendant illas mulieres,
quæ aliàs inhoneſtam vitam tenuerunt, tempore*

ta-

tamen earum obitus , ſeù teſtamenti à cætero
multo retroactis temporibus emendatæ vitæ fue-
runt,non tamen per matrimonium, vel ingreſſum
Religionis, ex quo ſæpè contigit, quod multæ cu-
riales , & aliæ inhoneſtæ mulieres in infirmitate
gravi, atque etiam in articulo mortis conſtitutæ,
& forſan Amicorum ſuggeſtionibus ſeductæ , ma-
trimonium contrahunt , hoc prætextu Bullam
evaſiſſe putantes , quòd nuptæ deceſſerint , quæ-
dam verò vitam meretriculam aſſiduè degerint ,
demùm potius à peccatoribus deſtitutæ , quàm
peccatum ab his deſeratur , nihilominus quia
ampliùs artem meretricariam non exerceant , ſed
veriùs non poſſunt , ſe à Bulla exemptæ inſiſtant ,
ſicque lites , & controverſiæ exoriuntur , &
verba Bullæ ad rigoroſum ſenſum diſtrahuntur ,
propterea ad tollendum hujuſmodi abſurditates ,
& controverſias , cùm prædicti RR. PP. habeant
Indultum declarandi quælibet dubia , quæ circà
hujuſmodi res, & materias occurrunt , & occur-
rere poſſunt juxtà tenorem dictarum Bullarum ,
& Indultorum Apoſtolicorum , & à pluribus
requiſiti quampluriès fuerint ut hoc declarare
dignarentur, & alia ordinare, & ſtatuere, prout
eis videbitur . Hinc eſt quod habita deſuper ma-
tura conſideratione , & facto diſcurſu ſuper ra-
tionibus hinc indè allegatis , & attenta maxima
conſuetudine circa intelligentiam dictæ Bullæ in
multis caſibus hujuſmodi hactenùs obſervata ,
quæ eſt optima legum interpres , & habito etiam
conſilio Juriſperitorum ; idcircò unanimiter ne-
mine diſcrepante ,declarando dictum dubium ſta-
tuerunt , atque ordinarunt , quamlibet mulie-
rem , quæ aliàs tenuit inhoneſtam vitam , ſed
tempore conditi teſtamenti , ſeù ejus obitus à
multo retroactis annis mutaverit vitam , & ve-
rè fuerit effecta vitæ emendatæ comprehendi ſub
Bulla , niſi prædicta in ſanitate conſtituta nupſe-
rit , vel aliquod Monaſterium monialium in eo
exiſtens Religionem profitendo intraverit , ejuſ-
que bona occurrente obitu dictæ mulieris dicto
Monaſterio Convertitarum reuſeri applicata , niſi
dicto Monaſterio Convertitarum partem ejus bo-
norum per eam relictorum quartam , vel quintam
partem reliquerit , ſicque per quoſcunque Judi-
ces præſentes , & futuros in quibuſcunque cauſis
coram ipſis introductis , & introducendis debere
judicari irritum , & inane quicquid in contra-
rium dictum , factum , decretum , & pronuncia-
tum fuerit decernentes , & auferentes ab eis fa-
cultatem aliter judicandi, ſeu interpretandi .

Hinc non obſtat *Rota coram Seraph.dec.999.*
n.5. & 6. firmans nullum jus competere Mo-
naſterio Convertitarum , quando mulier re-
110 diit ad meliorem frugem ; Quia id inciden-
ter dictum fuit, cum principale fundamentum
deciſionis conſiſteret in matrimonio jam cele-
brato,necnon in domicilio contracto Florentiæ
cum deſertione illius Urbis etiamſi aliquandò
per breve ſpatium temporis Romam reverte-
retur , cum Monaſterium in caſu diſceſſus ab
Urbe animo non revertendi amittat jus ſuc-
111 ceſſionis , ſecùs ſi diſceſſus ſequutus fuiſſet
ex cauſa recreationis , ſeu viſitandi conſan-
guineos , vel affines , aut vitandi malum aea
rem , vel alia ſimili cauſa , ut diſponitur in
dicta *Bulla CLEMENTIS VII, ſub* §.8.

Vltra quod non apparet , quòd tunc dedu-
ctum fuiſſet prædictum *Decretum Congregatio-*
nis Sancti Hieronymi Charitatis , & Monaſterii
Convertitarum reſtringens probationem emen-
dationis ad ingreſſum Monaſterii , & ad ma-
112 trimonium in ſanitate contractum , nam ſi
contrahatur in articulo mortis , tanquàm in
fraudem Monaſterii , non ſuffragatur , prout
113 ſententiarum fuit ſub die 24. *Januarii* 1642.
a bo:mem:R.P.D.Hieronymo Bonviſio tunc Judice
deputato , & poſtea S. R. E. Cardinali per acta
Mattarij Notarii Capitolini ad favorem Mo-
naſterii Convertitarum Vrbis contrà Franci-
ſcum Fiallam hæredem Caſſandræ Palladinæ .

Non ſolum autem Moniſterium Converti-
tarum Vrbis admittitur ad ſucceſſionem me-
retricum ; verum etiam Cantatricum , Colla-
114 tariarum, & minutas merces Vendentium ,
quæ nuncupantur *Arti bianche* , & hoc de ſty-
lo proprio marte teſtatur *Pacichel. de Diſtant.*
cap.6.memb.9.nu.15.verſ.Neque infringit , ea
forſan ratione , quia tales fœminæ ob facilli-
mam cum virili ſexu communicationem ali-
quam lapſus ſuſpicionem inducere videantur,
ut proſequitur *Pacichel.ubi ſuprà*, quod nimis
115 durum , & ſcandaloſum eſſet ſi practicare-
tur,quod facilis ſocietas fœminæ cum maſcu-
lis ſufficeret Monaſterio , nam hodiernis tem-
poribus nimis extenderetur ob ampliatam in
Vrbe hujuſmodi ſocietatem , & communica-
tionem etiam inter nobiles, ſed ſicuti benigna
capienda eſt interpretatio pro excluſione talis
ſuſpicionis , & præſumptionis , dùm alia cau-
ſa juſta , rationabilis , & legitima concurrit ,
ita prædictus ſtylus ſi adeſſet , quod non ſub-
ſiſtit , cenſeretur nimis exorbitans, & ſcanda-
loſus , cùm non ſufficiat occaſio , ſeu ſuſpi-
cio mali , quæ ſolùm deſervire valet pro ali-
quali conjectura , ſed requiritur ad iſtum
effectum concludens probatio actualis mere-
tricationis , ſeu inhoneſtatis vitæ præſeferentis
cognitionem carnalem , ut ſuprà probatum
fuit *nu.76.* undè quoad Collararias , & minu-
tas merces vendentes cum ipſæ publicè, & pa-
làm moram trahant in earum anguſtiis apote-
cis , non poteſt ex licito tractatu cum homi-
nibus ratione earum mercis , exercitii , & in-
duſtriæ deſumi argumentum inhoneſtatis , eo
modo , quo non evitatur pœna ſtupri ob eo-
116 pulam habitam cum Domina Cauponæ, quę
etſi vilis conditionis ſit , & exerceat taber-
nam , adhùc præſumptio virginitatis , &
honeſtatis ex tali ejus exercitio non tollitur ;
Secùs dicendum eſſet in ancilla Cauponæ,quæ
117 occaſione præbendi vinum , aliaque ſervitia
præſtandi Hoſpitibus perſæpè permittunt ab
eis deoſculari , manibus tangi , & alia inho-
neſta fieri , & ſic contrà eas militat præſum-
ptio inhoneſtatis , ultrà quod ut plurimùm
iſtæ ſunt Meretrices , & Hoſpitibus morem
gerunt , ut diſtinguendo decidit *Text. in leg.*

Quæ adulterium ibique gloſs. C. ad Leg. Jul. de
adulter. latiſſimè reſpondit Farinac. conſil.90.
vol.1.& Fontanel.de Pact.nuptial.clauſ.5.gloſs.5.
par.1.n.47.cum ſeqq.Berlich.concluſ.38.n.81.

Quò verò ad Cantatrices advertendum eſt,
quòd Muſica eſt ars nobilis inter liberales
118 comprehenſa, ut latè probat Pellegrin. in
ejus Muſeo Hiſtorico legal.de muſica par.1. cap.5.
Marant.reſponſ.53.n.39. Gregor.Toloſan.Syntag.
Jur.univ.lib.12.per tot. Caſtil.dec.140.n.16. quæ
triſtitiam noxiam jucundat, timidos furores ac-
119 tennat, cruentam ſævitiem efficit blandam,
excitat ignaviam, ſoporantemque languorem vi-
gilantibus reddit ſaluberrimam quietem, vitia-
tam turpi amore ad honeſtum ſtudium revocat ca-
ſtitatem, ſanat mentis tædium bonis cogitationi-
bus ſemper adverſum, pernicioſa odia convertit
ad auxiliatricem gratiam, & quod beatum genus
curationis eſt per dulciſſimas voluptates expellit
animi paſſiones, incorpoream animam corporali-
ter mulcet, & ſolo auditu, ad quod vult dedu-
cit, quam tenere non prævalet verbo tacito ma-
nibus clamat, ſine ore loquitur, & per inſenſibi-
lium obſequium prævalet ſenſuum exercere do-
minatum juxta precisa verba Caſſiodor.Var.lib.2.
epiſt.40. quem ſequitur Maranta loc.cit.nu.14.
Lagunez de Fructibus par.1.cap.34.§.unic.ſect.2.
nu.7.cum ſeqq.undè pro educatione Liberorum
120 Plato in Dialog.7.de Legibus ſubdit Diſcipli-
na verò duplici uti convenit, & corporis qui-
dem Gymnaſticam, animi muſicam vocari,
& Ariſtotil.in Politic.lib.8.cap.3. ſunt autem
121 ferè quatuor, quas diſcere Juvenes conſue-
verunt Litteras, Gymnaſticam, Muſicam,
addunt verò & quartum quidam figurandi
Peritiam, & in cap.5. ibi: Ex his igitur patet,
quòd Muſica poteſt animi morem aliquem facere,
quod ſi hoc poteſt Muſica, clarum eſt, quòd ad
puerorum diſciplinam eſt adhibenda, & in ea
122 pueri ſunt inſtituendi: congruit autem naturæ
hujuſmodi diſciplina, nàm pueri propter ætatem
nihil ferunt ſpontè, quod non habeat in ſe jucun-
123 ditatem; Muſica verò ex his eſt, quæ ſunt ju-
cunda ſecundùm naturam, & videtur cognatio
quædam eſſe nobis cum harmoniis, & rhytmis,
quopropter multi Sapientum dixere, alii quidem
animam eſſe harmoniam, alii verò habere har-
moniam.

Tanquàm autem grata, amæna, & delecta-
bilis ſemper accepta fuit etiam in vetuſtiori-
124 bus ſæculis, ea utendo in Priſcorum Sacri-
ficiis, & Deorum laudibus, ut ex Alex. ab
Alex.Dier.genial.lib.4.cap.17. tradit Caſtill. d.
dec.140.n.22.Riſicat.de ſtatu homin. tit. de muſi-
ca, & Muſicorum ſtatu pag.mihi 727.litt.A. &
ſeqq.to.2.ubi etiam latè de illius inventoribus,
125 etymologia, definitione, diviſione, & re-
gulis cum diſtincta impreſſione Notarum.

In eaque particulari ſtudio ſe exercuerunt
tàm Viri doctrina, & dignitate conſpicui nàm
126 Venerabilis Beda, qui nec morti proximus
hoc genus ſtudii prætermiſit, Socrates, qui
in ſenectute didicit Muſicam, Crates Thebanus
Philoſophus, Ariſtodemus pariter Philoſophus
Pytagoras, Ariſtotiles, Plato, Clinias Philoſo-
phus, Plutarchus, Solon, Alcidamas, Eleates
Philoſophus Hieronymus Fracaſtorius, Joannes
Picus Mirandulanus, Licurgus Laudemonio-
rum Rex, Hotberus Svetorum Rex, Beardus
Coltorum Rex, Cyniras Rex Cypri, Gilimer
Vandalorum Rex, Pipinus, & Ludovicus XIII.
Gallorum Reges, Jacobus I. & III. Scotorum
Reges, Sigismundus III. Poloniæ, & Svetiæ
Rex, necnon Imperatores C. Caligula, Nero,
Carolus Magnus, Alexander Mammea, Titus
Veſpaſianus, Alexander Severus, Adrianus,
Ludovicus, Maximilianus I. & Ferdinan-
dus III. ac etiam quamplures alii Sanctitate
præclari, nempè Sanctus Rex David, San-
ctus Ambroſius, Sanctus Auguſtinus, qui etiam
ſex libros de Muſica compoſuit, Sanctus Atha-
naſius, & Summi Pontifices Marcellus I. Da-
masus I. Vitalianus I. Nicolaus I. Grego-
rius Magnus, & Leo II., ut latè alios etiam
recenſendo probat Pellegr.dicto tractat. par.6.
cap.1.cum ſeqq. Gratioſ.Ubertus in ejus opuſculo
inſcripto Contraſto muſico par.2. pag. mihi 52.
cum ſeq. Pater Andreas Mendo de Jure Accade-
mic.lib.3.q.45.§.unic.nu.530.Lagunez de Fructi-
bus par.1.cap.34.§.unic.ſect.2.nu.27. ubi remiſ-
ſivè refert quamplures de muſica ipſiuſque
127 voluptate, & delectatione tractantes, & de
iis, qui in ea ſe exercuerunt Caſtil.cit.dec.140.
n.18.cum tribus ſeqq. ubi de D.Gregorio Magno,
Beda, & Socrate.

Et Sacrum Concilium Tridentinum agnoſcens
illius neceſſitatem pro majori cultu, Eccle-
ſiarum, & ad devotionem excitandam injun-
128 xit inſtrui in cantu Juvenes in Seminario de-
gentes, ut in Seſs.23. cap.18. de Reformat. ibi-
que Barboſ.ſub n.3. & advertit Pellegrin. dicto
tract.par.4.cap.1. verſ.Hac ratione pag.mihi 82.
non tamen ſtylo, & more theatrico, quia
129 talis cantatio prohibetur in Eccleſiis tan-
quàm avertens mentes fidelium à Divina con-
templatione Extravag.unic.de Vit. & honeſtat.
Cleric.inter Commun. & à Sacr.Concil.Tridentin.
ſeſs.22.in decreto de obſervandis, & evitandis
in celebratione Miſſæ, ibi ab Eccleſiis verò muſi-
cas eas ubi ſive Organo, ſive cantu laſcivum, aut
impurum aliquid miſcetur &c. arceant, Bulla
Alexandri VII. la 36. in Bullar. vol.6. in qua
prohibentur muſicæ indecentes in Eccleſiis, &
Oratoriis, & concordantibus relatis firmat
Lagunez de Fructibus dicta ſect.2.n.15.cum duo-
bus ſequentibus, ubi ſubdit, quòd in Eccleſia
130 reprobantur carmina licèt devota, quæ de-
cantantur ad ſonum, ſeù modulationem nimis
jocoſam.

Eademque ratione in Religione S. Franci-
ci Patrum Minorum Conventualium ex Con-
131 ſtitutione Urbana Magiſtri Muſices per Litteras
patentes à Generali Miniſtro declarati, qui quin-
que, vel quatuor annos ſaltem muſicalia opera
in lucem ediderint Vicarios non Præſidentes, &
Patres omnes ſimplices non graduatos præcedant
ut relatis prædictis verbis ejuſdem Conſtitu-
tionis tradit, Marant.cit. reſponſ.52.n.15. qui
ſu-

Digitized by Google

ſuper interpretatione dictæ Conſtitutionis oc-
caſione Controverſiæ præcedentiæ inter Pa-
tres ſcripſit. An autem liceat caſtrare ſe ip-
ſum prout etiam Parentibus filios ad acqui-
rendam, & conſervandam vocem, aut ut Re-
giarum Mulierum ſine Cuſtodes latè exami-
nat *Vericell, de Miſſion. Apoſtolic. tit.14. Miſcel-
lan. qu.197. ſect.1. cum ſeqq. & Paſqualig. quæſt,
canonic.100. & dec.498.*

Ex prædictis reſultat, quòd cùm nullum
detrimentum pariatur honeſtas Mulierum
muſicam profitentium, ſed potiùs exindè re-
132 ſultet erga eas major exiſtimatio, prout
ſemper ſimiles honeſtæ mulieres cernuntur in
Urbe, & de aliquibus hac virtute ornatis te-
ſtatur *Pellegrin. allegat. tract. par.6. cap.12.* qui
etiam in antecedenti *par.5. cap.1. verſ. Mulieri-
bus honeſtis* advertit admodùm neceſſarium
eſſe exercitium muſicę honeſtis mulieribus ad
evitandum otium, & permanentiam in ſene-
ſtris, & optimè advertit *Gratioſus Vbertus in
dicto ejus opuſculo par.2. pag. mihi 69. cum ſeqq.*
Eò magis detegitur abuſus introductus favore
133 Monaſterii Convertitarum ſuper ſucceſſione
Cantatricum, quoties tamen, uberiùs, plenè,
& concludenter non conſtet de inhoneſtate,
& quod cantus tanquàm inſtrumentum inſer-
viat ad alliciendos auditores ad ſenſualitatem
cum ipſis Cantatricibus; Regulariter enim
delectatio reſultans ex ſuavitate cantus tan-
134 quàm prævalens, & præoccupans ſenſus ab-
ſtrahit a quacunque alia ſenſuali cogitatione,
ſeù delectatione, ut comprobatur ex *lib. 1.
Regum c.16. n.23.* ibi, *Igitur quamdocumque Spiri-
tus Domini malus accipiebat Saul, David tolle-
bat citharam, & percutiebat manu ſua, & re-
focilabatur Saul, & levius habebat, recedebat
enim ab eo Spiritus malus.*

Idque eſt adeò verum, ut regulariter etiam
in meretricibus cantatricibus deleatur me-
135 moria impudicitiæ, ut advertit *Gratioſ. Vbert.
vbi ſuprà pag.72.* ibi *E' vero, che ſi devono fug-
gire le Donne impudiche, longè fac à meretrice
viam tuam, & ne appropinques foribus domus
eius, s'inſegna ne i Prouerbj cap.5. Mà non ſi
dice, che ſi debbiano fuggire per non ſentire il
loro canto, mà sì bene per non deſiderare la loro
bellezza, a per non acconſentire alle loro voglie
&c. anzi che la muſica in ſimili Donne è come
vna ſopraveſte, che copre ogni vergogna, ven-
gono nominate, e lodate ſimili Donne per la mu-
ſica, per ſuono, per lo canto, lungi ogni memo-
ria de laſcivi coſtumi, li quali altrimenti le ren-
derebbero eſoſe, e abominevoli.*

Advertendum tamen, quòd cùm proximæ
136 occaſiones peccandi ſint fugiendæ, ne qui
amat periculum pereat in eo, nec in materia
honeſtatis vincatur, niſi fugiendo, propterea
quoties laſciva carmina decantentur à pul-
137 cherrima fœmina modis, & camilenis pro-
vocativis, valdè pudicitia tentatur, & peri-
culoſa illaqueatio paratur, maximè attenta
noſtra naturali fragilitate, & ad malum pro-
penſione coadiuvante, ut aliis relatis optimè
admonet *Lagunez de Fruct. lib. cit. cap.34. §. unic.
ſect.2. n.19.*

Cùm ex diſpoſitione ſupradictarum *Conſti-
tutionum Apoſtolicarum* principale fundamen-
tum ſucceſſionis Monaſterii conſiſtat in
probatione meretricatus, vel inhoneſta-
tis, quæ ut plurimùm juſtificari ſolet, me-
diante depoſitione Teſtium examinatorum
coram Judice, & ab ipſo interrogatorum
cum interrogatoriis à parte in actis exhibitis,
ad hoc ut faciliùs indagari valeret veritas,
ſpecificanda eſſent nomina, & cognomina,
exercitium Teſtium, ut confici poſſent con-
grua interrogatoria, ſuper quibus eſſent exa-
minandi; verùm quia talis ſpecificatio non
fit, ac denegatur traditio integri proceſſus,
138 ſeù ſummarii cum expreſſione nominis, &
cognominis Teſtium, ac circumſtantiarum,
ex quibus deveniri valeat in cognitionem eo-
rum, ut poſſint reprobari, ſub prætextu ſtyli
in eo Tribunali introducti, ac fundati in diſ-
poſitione *cap. final. de Hæretic. in 6.* quod licèt
loquatur in cauſa hæreſis, in qua talis propa-
latio, & publicatio nominis, & cognominis
Teſtium denegatur, adhùc tamen ex identi-
tate rationis prætenditur habere locum etiam
in aliis cauſis, in quibus eadem metus cauſa
concurrat ex *Clar. in Pract. Crim. lib.5. quæſt.49.
n.3. in princ. & in fine* cum aliis allegatis à *Fa-
139 rinac. q.39. n.86.* Verùm crederem hujuſmodi
ſtylum, ſeù potiùs abuſum non eſſe attenden-
dum, ac ſervandum; Etenim nedùm depoſi-
140 tiones, ſed etiam nomina, & cognomina
Teſtium pro Curiæ, & Fiſci informatione
examinatorum tradenda, & publicanda ſunt,
141 ad hoc ut Reus tàm contra illorum dicta,
quàm contra eorum perſonas poſſit excipere,
& ſe defendendo, meliùs ſuam innocentiam
oſtendere, alioquin Judex contra juſtitiam
facit, cùm Rei excludat defenſiones, ut de-
ciditur in *cap. Qualiter, & quando il ſecondo §.
Debet igitur,* ibi, *vel facultatem habeat defen-
dendi ſeipſum, & non ſolùm dicta, ſed etiam
nomina ipſa Teſtium ſunt ei (ne quid, & à quo
ſit dictum appareat) publicanda, necnon exce-
ptiones, & replicationes legitimæ admittendæ,
ne per ſuppreſſionem nominum infamandi per ex-
ceptionem verò excluſionem deponendi falſum
audacia præbeatur de Accuſat.* Paulus III. *in
ejus Bulla la 44. §.6.* ibi; *captum verò quem-
cumque ante torturam, ſeù antequam torturæ
ſubjiciant ad purgandum judicia contra eum la-
borantia legitimè admittant data judiciorum co-
pia in forma boni extractus, & non regiſtri
cum expreſſione nominum Teſtium, ad hoc ut in-
quiſitus poſſit ſe defendere, præterquàm in crimi-
ne hæreſis, & aliis criminibus à jure exceptis
juxta tamen juris diſpoſitionem, in Bullario novo
to.1.* & docent *Gonzalez Tellez in cap. Inquiſi-
tionis nu.4. verſ. Vndè cùm non adſit eadem ratio
de accuſat. Pariſ. conſ.2. nu.154. cum ſeqq. juncto
nu.169. vol.4. Gutierez allegat.13. per tot.* ubi in
fine advertit, quod Judices diverſimodè pra-
cticantes operantur contra conſcientiam, ad-
mo-

monendo eos, ne velint ſe crudeliores, & ſe-
veriores legibus adhibere *Pater Aldrete de Re-
ligioſa diſciplina tuend. lib.1. cap.14. nu.3. cum
ſeq.* ubi teſtatur hanc eſſe omnium receptiſſi-
mam ſententiam *Farinac. d. quaſt.39. nu.85.*

Et quidem in omnibus cauſis, & delictis,
142 *cap. final. §. ceſſante* ibi: *proùt in aliis ſit ju-
diciis de Heretic. in 6.* & firmant *Aldrete ubi
ſuprà num.6. Gutierez dicta allegat.n.1. Farinac.
allegat. quaſt.39. num.87.* ubi teſtatur nunquàm
meminiſſe in Statu Eccleſiaſtico Reo inquiſito
quantumvis magnæ potentiæ pro alio delicto,
quàm hæreſis non fuiſſe publicata, & expreſſa
nomina Teſtium, & in *ejus Addit. ſub num.87.
impreſs. poſt 3. vol. ejus conſil. ac in tract. de
Hæreſi quaſt.188. §.1. num.9. circà med.* etiàm
143 graviſſimis, ut diſponitur in *Bulla* PAULI V.
*emanata ſuper Reformatione Tribunalium Urbis
la 71. §. 10. ſub titul. de Judicibus criminalibus
Urbis n.26.* ibi *& in quocumque crimine quan-
tumvis graviſſimo, Reos antequam torturæ ſubji-
ciant etiàm non petentes admittant ad purgan-
dum indicia, data eis indiciorum copia pro ea
tantùm parte proceſſus, quam ipſi petierunt in
forma boni extractus, & non regiſtri cum expreſ-
ſione nominum Teſtium, & competenti termino ad
faciendas defenſiones*, & de delicto nefandi cri-
144 minis contrà naturam *Angel. de Maleſic. ver-
bo Fama publica nu.37. cum ſeq. Gutierez dicta
allegat.13. nu.2.* Ideque procedit quamuis ju-
145 dicium ſummariè agitetur; ut reſpondit
Pariſ. d. conſ.2. n.158. vol.4.

Nàm defenſionem in cauſa criminali, nec
etiàm ſupremus Princeps tollere poteſt, ut in
146. his terminis firmat *Pariſ. dict. conſ.2. n.157.*
& generalitèr *Farinac. quaſt.125. nu.12. Guaz-
zin. ad defenſ. Reor. tom.2. defenſ.29. cap.4. n.3.
& Conciol. Reſolut. crim. verbo Defenſio reſolut.1.
nu.3.* Undè multò minùs per conſuetudinem,
147 quæ ſi adeſſet non valeret *Alex. de Nevo
conſ.80. Guazzin. loc. cit. num.10.* quem refert,
& ſequitur *Conciol. ubi ſupra ſub n.4.*

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd exindè non tol-
latur totalis defenſio, ſed ſolùm unicus modus
defenſionis, cùm exceptiones verſentur tàm
148 circà perſonas quàm circà dicta Teſtium:
Nàm quotiès præcluditur via opponendi ex-
149 ceptiones perſonales, nempè inimici, fal-
ſarii, ebrii, excommunicati, & ſimilium, quę
repellunt à præbendo teſtimonium, & ſtylus
non publicandi nomina, & cognomina Te-
ſtium, per quem tolluntur tales exceptiones
perſonales efficiatur notorius, indè ſequi fa-
cilè poteſt, quòd Teſtes, qui examinantur,
ut plurimum vilis conditionis, animoſiores
efficiantur, ac quandòque deponant falſa, quæ
aliàs difficiliùs deponerent, ſi eorum nomen,
& cognomen propalaretur, & conſequenter
tacitè influit, vel ſaltèm valdè timeri poteſt
quòd ex hoc per indirectum influat etiàm in
denegationem alterius exceptionis contrà di-
cta Teſtium, & cum *integerrimus, ac doctiſ-
ſimus D. meus Jo: Dominicus Raynaldus* occaſio-
ne muneris Procuratoris pauperum, expertus
fuerit exceſſus, & abſurda exindè reſultantia
in præjudicium honoris mulierum defuncta-
rum earumque familiarum abſque eo, quod
paupertatem Monaſterium evadat, deteſtatur
hujuſmodi ſtylum, ac ſuadet revocationem
prædictarum Conſtitutionum LEONIS X. &
CLEMENTIS VII. in ea parte, in qua mandant
applicari Monaſterio bona mulierum impudi-
carum ab inteſtato decedentium, ut *in ejus
Obſervat. crim. vol.3. cap.24. §. 33. num.47.
cum ſeq.*

Nec à cauſis hæreſis licet arguere ad alias
cauſas, cùm ſpeciale ſit in eo crimine quòd
Reo edi nequeant nomina, & cognomina te-
150 ſtium, ne in cognitionem eorum venire va-
leat. ut ſtatutum fuit ab INNOCENTIO IV. *in
ejus Bulla la 15. §.3.* ibi, *ſanè volumus ut no-
mina tàm accuſantium pravitatem hæreticam,
quàm teſtificantium ſuper ea nullatenùs publicen-
tur propter ſcandalum, vel periculum, quod ex
publicatione hujuſmodi ſequi poſſet, in Bullar. nov.
tom.1.* poſtmodùm à BONIFACIO VIII. *in cap.
final. §. jubemus de Hæretic. in 6.* & in dicta
Bulla PAULI III. *loco ſupracit.* ac tradunt *Gonzal.
Tellez. in dict. cap. inquiſitionis n.4. de Accuſat.
Caren. de Offic. Sanct. Inquiſit. tit.7. §.9. num.65.
Farinacc. quaſt.39. num.8.* & latiſſimè *de Hæreſi
quaſt. 188. §.1. num.7.* Eò magis in Civitate,
Statu, & Diœceſi Avenionenſi ex diſpoſitione
Bullæ PII IV. *la 40. in Bullar. nov. tom.2.*

Hujus prohibitionis una ratio aſſignatur,
quià periculum imminet teſtibus, ſed valdè
validior eſt altera, ut ſcilicèt in negotio Fidei
Catholicæ faciliùs ad deponendum alliciantur
favore Fidei, proùt deponerent, ſi certò ſciant
ſe non eſſe publicaturos, & ſic evitetur dam-
num Fidei contingens; ac additur tertia, quia
cum cogantur ex virtute Religionis, & extir-
patione hæreſum denunciare, & teſtificari in
cauſis Fidei, æquum eſt, ut hoc officium il-
los præſervet à periculo, quod poſſent incur-
rere, ut docet *Bordon. Oper. moral. tom.1. c.33.
num.30.* & cum *Caſtropal.* advertit *Caren. loc.
cit. ſub. eodem. nu.65. in fine Clar. Pract. crim.
lib.5. quaſt.49. num.3. in fine.* Minus etiàm in
hac materia reputatur damnum delinquentis,
quamvìs agatur de illius bonis, fama propria,
& honore ſuorum, quàm illud, quod ex pu-
blicatione nominum teſtium reſultat, nàm ceſ-
ſaret accuſatio Hæreticorum, quod eſſet
omnium malorum maximum, dùm tota Reſ-
publica Chriſtiana corrumperetur, & penitùs
deſtrueretur, ut advertit *Barboſ. in d. cap. final.
n.8. verſ. quibus tamen non obſtantibus.*

Et ceſſante gravi periculo teſtium nomina
eorum reticeri non debent etiàm in cauſa hæ-
reſis, ſed tunc ſicut in aliis delictis publican-
151 di ſunt, ut limitatur in d. *cap. final. §. ceſ-
ſante*, ibi: *ceſſante verò periculo ſupradicto Ac-
cuſatorum, & Teſtium nomina (proùt in aliis ſit
judiciis) publicentur Pariſ. conſ.2. n.161. vol.4.
Aldret. dict. cap.14. n.5.* & examinando verba
d. *Bullæ* PAULI III. docet *Farinacc. cit. quaſt.39.
n.89.* ubi tamèn ſe remittit ad id, quod ſerva-
tur

Digitized by Google

tur à prudentiſſimis Inquiſitoribus, quorum conſcientiæ circà hoc onerantur, ut proſequitur *Barboſ. in d. capit. final. §. cæterum de Hæretic. in 6.* Regulariter tamen in Supremo
152 Urbis, & totius Chriſtianæ Religionis generalis, & Sanctæ Inquiſitionis Tribunali indiſtinctè ſervatur denegatio publicationis nominis, & cognominis Teſtium, ut teſtatur *Farinacc. dict. quæſt.* 188. §. 1. *num.* 12. *in fine*, & ſic ex ſtylo, non autem ex diſpoſitione *Extravagantis* INNOCENTII VI. utpotè emanata poſt diſpoſitionem *dict. cap. final. §. ceſſante*, ut erroneè ſupponit *Barboſ. in dict. cap. final. num.* 10. cùm non fuerit à me reperta talis *Conſtitutio*, ſed tantummodò illa *INNOCENTII IV.* qui Pontificatum rexerat ante *BONIFACIUM VIII.* Conditorem *dict. cap. finalis §. ceſſante* moderantis eandem *Conſtitutionem INNOCENTII IV.* Verùm quia ex prohibita publicatione nominis, & cognominis Teſtium tollitur defenſio Reo, propterea incumbit Inquiſitoribus ex officio inquirere de eorum qualitate, etiam Reo nihil opponente, ut admonet *Diana Reſol. moral. par.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 124. ubi ſubdidit, quòd in quadam Congregatione, in qua onus erat inquiſitus de hæreſi formali, & habebat contra ſe dictum unius Teſtis, ex quo prætendebat Fiſcus deveniendum eſſe ad torturam, ipſum à tali tormento liberavit; quia petendo nomen Teſtis invenerat illum criminoſum, & relatis *Albertin. Campegg. & Garzia* ſequitur *Careu. dict. §.* 9. *num.* 66. *cum ſeq.* Vel danda eſt integra depoſitio Teſtium providis, & honeſtis Juriſperitis ſub præcepto ſilentii, & pœna excommunicationis in caſum publicationis eorum nominis & cognominis, ut docet *Farinacc. d. quæſt.* 188. §. 1. *num.* 13. Prout in Urbe practicatur tàm cum Procuratore particulariter deputato ad defenſionem pauperum Carceratorum Sancti Officii; quàm etiam cum alio Procuratore generali pauperum, quorum integritas mediante deputatione facta à *Sac. Congregatione Sancta Inquiſitionis*, & à *Summo Pontifice* adeò remanet comprobata, ut non ſit denegandum integrum teſtium examen; Quatenùs non obſtantibus ſupra adductis adhùc aliquibus videretur ſequendus prædictus ſtylus, ſeù praxis, præcipuè incumberet Judici ſupplere interrogatoria, ac indagare veritatem tam mediantibus extrajudicialibus informationibus, quàm diligenter perſcrutando nedum depoſitiones, verùm etiam perſonas, Teſtium, eorumque qualitatem ad evitandam diffamationem familiarum, quæ damnum irreparabile infert.

Cæterum conſtanter teneo, quòd prædictus ſtylus, ſeu potius abuſus, & corruptela tanquam contra diſpoſitionem allegati *tex. in cap. qualiter, & quando il 2. §. debes igitur de Accuſat.* ſit reprobandus *cap. final. de Conſuetud. Ruin. conſ.* 116. *num.* 9. *lib.* 4. *Cravet. conſ.* 643. *num.* 3. in puncto *Franciſc. Perſonal. de Judic. & tortur. inter tract. num.* 19. *fol. mihi* 188. *& Farinacc. quæſt.* 39. *num.* 88. *verſ. propterea*. Valde poſt hæc ſcripta ejuſdem opinionis fuit *Signatura Juſtitiæ* proponente *R. P. D. Porta* in *Romana* inter Monaſterium Carmelitarum Diſcalceatarum S. Ægidii, & Monaſterium Convertitatum, dum à decreto, in quo *R. P. D. V. Gerens* mandaverat examinari teſtes ad formam privilegiorum, & antiquæ conſuetudinis Monaſterii ſub *die* 3. *Septembris* 1593. reſcripſit *De appellatione ad Rotam, & amplius* doctiſſimè de more pro Carmelitis ſcribente *D. meo Camillo Spreto Sac. Conſiſtorialis Aulæ Advocato*.

Dubitari etiam poteſt, an ſub diſpoſitione prædictarum *Conſtitutionum LEONIS X. & CLEMENTIS VII.* comprehendantur Filiæfamil. meretrices, & inhoneſtæ, ſed cùm loquantur de mulieribus decedentibus cùm te-
153 ſtamento, vel ab inteſtato, & ſic ſupponant teſtabilitatem, planum videtur eaſdem non habere locum in Filiafamilias decedente uti inteſtabili, ut reſpondit in puncto *Gabriel conſ.* 17. *num.* 1. *cum quatuor ſeqq. vol.* 2. *Gilian. ad Statut. Peruſiæ §. Meretrix in Annot. num.* 5. *cum ſeqq. Maſſin. de Confiſcat. quæſt.* 16. *n.* 54.

Et hæc ſtricta interpretatio eò magis ſumenda ſit cum agatur de Conſtitutionibus
154 exorbitantibus a jure communi; nam cum Meretrix turpiter quidem agat, non autem turpiter recipiat, ſed licitè retineat dominium, proindè non tenetur ad reſtitutionem, ſed poteſt teſtari de bonis turpiter acquiſitis, illaque capiunt etiam hæredes ab inteſtato ſi non diſponat, *Bald. in l.* 1. *n.* 4. *C. de Condit. ob turp. cauſ.* firmant *Gabriel d. conſ.* 17. *num.* 5. *Surd. conſ.* 469. *num.* 1. *cum ſeq. Farinac. Fragment. crim. par.* 2. *in verbo Mulier num.* 387. *cum ſeqq. Scanarol. de Viſit. Carcer. lib.* 1. §. 3. *cap.* 4. *n.* 30. *Garon. in Conſtit. Mediolan. tit.* 15. *art.* 14. *nu.* 6. *&* 7. aliis relatis dixit *Rota Bononien. diverſ. deciſ.* 41. *num.* 6. *cum ſeqq. Antunez. Portugal. de Donat. Reg. libr.* 3. *cap.* 28. *num.* 25. ubi etiam tenet, quòd poteſt de illis diſponere in uſus pios *Urſell. concluſ.* 159. *num.* 7. ubi *n.* 6. tenet quod ſi Meretrix, vel alia mulier, quæ fingen-
155 do ſe Virginem dolosè extorſit aliquam conſiderabilem ſummam pro copula carnali, tenetur in conſcientia reſtituere non totam ſummam, ſed tantùm exceſſum, quod ab eo mediantibus illis blanditiis, & illecebris callidè recepit retento ſolùm eo, quod regulariter dari ſolet, vel ille dediſſet, quod ſubdit non procedere, ſi blanditiis, & illecebris cum omnibus ex conſueto uteretur, idemque firmat concordantibus cumulatis *Fragoſ. de Regim. Reip. par.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 4. §. 15. *n.* 166

Verùm advertendum eſt in facto, quòd prędictæ *Conſtitutiones* comprehendunt non ſolùm Mulieres ab inteſtato decedentes, ſed etiam
156 eas, quæ abſque facultate condendi teſtamentum decedunt, ut in dicta *Conſtitutione LEONIS X.* §. 8. ibi *ab inteſtato, & abſque condendi, ſeu faciendi teſtamenti facultate decedentium*, & pauló infra ibi *curialium Meretricum*

ab

ab inteſtato, ſeu ſine facultate teſtandi decedentium, quæ verba referuntur ad filias fam. non habentes facultatem teſtandi.

Eòque facilius quia cùm tales *Conſtitutiones* cenſeri valeant favorabiles, & ſic latè inter-
157 pretandæ tanquam tendentes ad ſalutem animarum, & ad conſervandam honeſtatem, quæ Reip. intereſt ex quo Mulieres ſi non amore virtutis, & honeſtatis ſaltem meruentes hanc infamiam, & pœnam ammiſſionis bonorum non meretricentur juxta illud *oderunt peccare mali formidine pœnæ*, vel poſtquam meretricatæ fuerint reſipiſcant, vel ut malè quæſita in Pauperes erogent, ut advertit *Megal. in ejus Conſil. ſeu deciſ. diverſ. caſuum conſ.9. ſub n.17. verſ. quia tum hæc Bulla Rot. Bononien. d. deciſ.41. num.29. & Card. de Luca in ſupplem. de Teſtam. lib.16 par.3. diſcurſ.90. ſub nu.7.* proindè illo caſu ſtatutum, lex, ſeu Conſtitutio diſponens
158 de ſucceſſione defuncti ab inteſtato comprehendit etiam ſucceſſionem inteſtabilis non quidem per viam extenſionis, ſed per viam incluſionis, & comprehenſionis, ut poſt relatos *Bart. & Bald.* inter ſe contendentes limitando reſpondit *Rot. coram Card. Celſo deciſ.125.n.14. & coram Verall. deciſ.212. part.3.* & quòd licet inteſtabiles ſub rigoroſa proprietate verbi
259 inteſtatorùm non comprehendantur, tamen pro inteſtatis accipiendi ſint, cum in variis legibus *Imperatores, & I. C.* impuberes, & alias inteſtabiles appellent inteſtatas, ut rejecta contraria opinione tenet *Antunez. Portugal. de Donat. Reg. tom.2. par.3. cap.15. num.7.*

Ultra quod Filiæfamil. ſaltem reſpectu bo-
160 norum ex turpi quæſtu acquiſitorum, quæ cenſenda ſunt quaſi caſtrenſia, poſſunt judicari teſtabiles *Inſtit. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. & l. final. C. eodem.* Verùm hoc non eſt tutum, cum Filiusfamilias turpitèr vivendo acquirat Patri, cui tenetur tradere acquiſita, ut tenet *Fragoſ. de Regim. Reip. par. prima lib.2. diſp.4. §.15. num.168.*

Advertendum tamen quòd ſuccedente Monaſterio Convertitarum, tunc Pater non eſſet privandus legitima ſibi de jure competente, ut in ſpecie reſpondit *Gabriel. tit. conſ.17. n.6.* cum in bonis tam caſtrenſibus, quam quaſi caſtrenſibus Filiorum Patribus debeatur legitima *§. juſtum autem Auth. Ut cum de appelat. cognoſ. auth. presbyteros in fine C. de Epiſcop. & Cleric. Merlin. de Legitim. lib.2. tit.1. quæſt.11. num.4. Antunez. Portugal. dicti cap.15. nu.39. verſ. ſed adverte tenere Filiumfam.*

ADDIT. AD RUBR. LVIII LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Meretrix dicitur ea, quæ ſui corporis quæſtum facit.
Meretrix alia eſt publica, alia non publica n.1.
2 Meretrix dicitur; quæ multorum libidini patet vide ibi.
3 Mulier Meretrix quæ dicatur ad hoc ut ſuccedat Monaſterium Convertitarum & n.39. & 77.
4 Mulieres nuptæ non debent tolerari ut meretricentur.
5 Meretrix expelli poteſt à domo propria, quæ ſita ſit penès Eccleſiam, vel Monaſterium ſi ſcandaloſè vivat.
6 Ab expulſione Meretricis non datur appellatio in ſuſpenſivo.
7 Pœnis undecim plectuntur Meretrices.
8 *V. Gerens Urbis* eſt Judex in omnibus cauſis tam Civilibus, quàm Criminalibus Monaſterii Convertitarum Urbis & n.56.
9 In Cauſis Monaſterii Convertitarum Urbis proceditur Manu Regia, appellatione remota, & ſublata facultate dicendi de nullitate & abſque ſolutione Propinæ.
10 Quod procedit etiam contra ipſas.
11 Parochi revelare tenentur ſpolia, & relicta Meretricum ſub Cenſuris, aliiſque pœnis.
12 Notarii revelare tenentur diſpoſitiones, & teſtamenta Meretricium.
13 Meretricum teſtamentum ad hoc ut valeat relinquere debent certam quantitatem, ſeù quotam Monaſterio Convertitarum Urbis.
14 Conſtitutiones Pontificiæ privantes Meretrices factione teſtamenti, ſi quartam partem bonorum non reliquerint Monaſterio Convertitarum ſunt favorabiles & num.44.
15 Maximè uti emanatæ motu proprio.
16 Prolis appellatione qui veniant.
17 Donatio oneroſa, & correſpectiva non cenſetur prohibita Meretrici.
18 Legatum factum per Mulierem Monaſterio Convertitarum, quatenùs ei aliquid de Jure debeatur, non debetur niſi oſtendatur mulierem eſſe de comprehenſis.
19 Meretrices teſtamentum condere poſſunt favore filiorum, non autèm ad favorem extraneorum.
20 Meretrices ſubſtituere non poſſunt extraneos earum filiis in teſtamento inſtitutis & n.45.
21 In teſtamento privilegiato inter liberos non poteſt ſubſtitui extraneus.
22 Fideicommiſſum apponi non poteſt doti ex Statuto filiæ debitæ.
23 Filii legitimi, & naturales ſuccedunt tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato Matribus Meretricibus abſque eo quod Monaſterium Convertitarum quidquam petere poſſit & num.32.
An autem ſufficiat legitimatio per ſubſequens Matrimonium vide ibi n.23.
24 Fœminæ præteriri poſſunt impunè ſtante Statuto earum excluſivo.
25 Fœminæ à Statuto excluſæ ſi hæreditas non deferatur maſculis, quorum favore ſunt excluſæ poſſunt de præteritione conqueri, & contratabulare.
26 Meretrix diſponere poteſt favore filiorum legitimorum, non autem favore alterius.

27 In-

Digitized by Google

27 Inſtitutio Maſculorum in ſola legirima non ſufficit pro excluſione fæminarum à Statuto proprer maſculos excluſarum, Contrarium num.33.

28 Legarum factum extraneo à muliere inhoneſta, inſtituta legitima prole non valet, ſed debetur Monaſterio Convertitarum.

Amplia atiamſi legatum factnm fuiſſet cauſæ piç, vel Eccleſiæ, vel favore Animæ nu.31., & nu.36. cum ſeqq. & nu.48. Contrarium num.32. cum ſeqq.

29 Dictio *preterquam* limitat, & reſtringit diſpoſitionem.

Dictio *Niſi* limitar, & reſtringit diſpoſitionem, & habet vim taxativæ, & privativæ num.29. & 30.

30 Modus limitatus excedi non poteſt, nec extendi.

32 Excluditur Monaſterium Convertitarum decedente Meretrice cum legitima prole, ſivè reſtata, ſivè inteſtata.

34 Starutum prohibens Mulieri reſtari niſi ad favorem filiorum ſi loqueretur de omnibus bonis, vèl de tota hæreditare redderet illam inteſtabilem, & meram uſufructuariam ſua vita duraure.

37 *Paulut. diſertat.*82. *num.*93. & 98. reprobatur.

*Nicol. lucubrat. tom.*1.*lib.*3. *tit.*1.*n.*99. *fol.*232. in quibus terminis ſit intelligendus n.37.

38 Stylus hodiernus Introductus ſcribendi Advocatorum, & Procuratorum Urbis damnatur, antiquus laudatur.

39 Conſtirutiones Ponrificiæ favore Monaſterii Converritarum Urbis comprehendunt non ſolum Meretrices publicas, ſed etiam mulieres vitam inhoneſtam ducenres, & n.77.

44 *Gabriel. conſ.*17. *lib.*2. reprobatur.

46 Faculras teſtandi promiſſa inter liberos in minns ſolemni ſcriptura operarur quoad ipſos, ſed non quoad fideicommiſſa, quæ concernnnt favorem aliorum.

47 Qui teſtari non poteſt, nec ſubſtituere poteſt.

Subſtitutus per fideicommiſſum ſuccedit Teſtatori non gravato.

50 Filii narurales ſuccedunt Matri Meretrici inſimul cum filiis legitimis.

51 Filii concepti in figura matrimonii cenſentur mariti.

52 Filii Adulterini, & ſpurii meretricum non excludunt Monaſterium Convertitarnm ſed ſolum eis debentur alimenta.

53 Sub ſpolio Meretricum favore Monaſterii Converritarum comprehendunrur bona acqniſita tàm ex turpi queſtu, qnam ex quocumque alio Titulo, ac etiam loca Montium & nu.55.

54 Loca Montium Fidei non ſubiacent ſpolio Mererricum favore Monaſterii Convertitarum.

55 Edificia Meretricum facta in Urbe propè Arcem Sancti Angeli non ſubiacent ſpolio favore Monaſterii Convertitarum ſed de eis poterunt teſtari, ac eriam de aliis acquiſitis ex turpi quæſtu num.43.

Et ſi inteſtatæ decedant non ſuccedit Monaſterium n.30.

56 Vita impudica, & inhoneſta ad effectum pænæ Corporalis debet plenè probari; ſecus ad effectnm perdendi bona & n.40.

57 Adulterium probari debet urgentibus probationibus quando agitur ad pænam, & n.41.

Adulterium ad effectum amittendi dotem, vèl ſeparationis Thori probatur præſumptionibus, & conjecturis nu.32.

58 Inhoneſtas ad efectum privationis uſusfructus probatur præſumptionibus, & Conjecturis, & num.42.

59 Copula probatur præſumptionibus, teſtibus inhabilibus, unius teſtimonio, & ſeqq.

62 Socia criminis ſemiplenè probat Copulam.

63 Lex, Statutum, ſeù Bannimentum loquens de Mererice, aut Muliere inhoneſta quomodo intelligarur.

64 Mulier inhoneſta non dicitur quæ ſemèl fornicata eſt.

65 Meretrix emendata an poſſit appellari Meretrix pro excluſione Monaſterii.

66 Meretrix vetula an poſſit dici emendata ex abſtinentia à Contubernio.

67 Matrimonio Meretricis laſciviæ turpitudo honeſtatur.

68 Matrimonium contrahens cum meretrice opus charitatis exercet.

69 Mulieres degentes in hoſpitiis dicuntur Meretrices.

70 Origo Muſicæ eſt celeſtis.

71 Muſica eſt ars liberalis, & inter Marematicas ſcienrias numeratur.

72 Manutentio Muſicæ Eccleſiæ tendit in Divini cultus augmentum, & Chriſti fidelium univerſale bonum.

73 Muſica pertinet ad bonum commune.

74 Muſica in Eccleſiis eſt permiſſa.

75 Nec poteſt ab Epiſcopo prohiberi.

76 Muſici inſervientes Eccleſiæ an gaudeant privilegio Fori.

77 Nomina, & cognomina teſtium nec circumſtantiæ, ex quibus ad illorum notitiam deveniri valeat non ſunt pandenda in Cauſis ſpoliorum Meretricum Urbis, & n.83.

80 *V.Gerens Urbis* cognoſcit Cauſas Monaſterii Convertitarum Urbis ſummarie, executive, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii, e *rimoſſa ogn'appellatione*, e *ricorſo* excepto *Cardinali Vicario*,

81 Sporrulæ, ſeù Propinæ non ſolvuntur in Cauſis Monaſterii Convertitarum Urbis.

82 Signatura Juſtitiæ non poteſt ſe inrromittere in Cauſis Monaſterii Convertitarum Urbis, & num.84.

85 Patri, vel Matri an, & quando debeatur legitima ex bonis filiæ ex turpi queſtu acquiſitis.

86 Caute procedendum in hac materia ſpoliorum ſub prætextu Meretricatus, vel inhoneſtatis, & quare.

*Num.*2. Meretrix dicitur ea, quæ ſui corporis
1 quæſtum facit, ut tradit * *D. Advocatus Urſaya Inſtit.crim.lib.2.tit.7.nu.17.verſ.Meretrix*,
ubi diſtinguit inter meretricem publicam, &
non publicam, & alia circa hanc materiam
adducit me etiam allegando,

Et quæ multorum libidini patet juxta ver-
2 ba *Can.Vidua diſt.35.* * *cap.16.* ubi *gloſſ.in verbo, quæ multorum* tradit dici eam, quæ admi-
ſit viginti tria millia hominum, quàm refert
Ciriac.controv.246.n.13.

Sed circa intellectum *dictæ gloſſæ* vide *Maſcard.de probat.concluſ.1066.nu.14. verſ.Sed hæ opiniones*,

Et quando Mulier dicatur meretrix ad hoc
3 ut ſuccedat Monaſterium Convertitarum * *vide Tartaglia de reſervat.Statut. art.37.n.87.cum ſeqq.* ubi repetit per nos dicta,

*Num.*17. Mulieres nuptæ non debent tolerari,
4 ut meretricentur, ut firmat * *Urſaya d. lib.2. tit.7.ſub n.18.* & me ſequitur *D.Advocatus Caleagnin.de Advocat. & remiſs.Cauſar.obſervat.9. num.final.*

*Num.*24. Meretrix expelli poteſt à Domo pro-
5 pria ſi penès Eccleſiam, * vel Monaſterium
ſita ſit, ſi inhoneſtè vivat, ut omnibus vicinis
ſcandalo ſit *Calvin.de æquit.lib.1.cap.33.num.6. verſ.De æquitate.*

Nec ab expulſione meretricis datur appel-
6 latio ſaltem in ſuſpenſivo * *Calvin. ubi ſupra num.13.*

*Num.*38. Pœnis undecim plectuntur meretrices,
7 quas enumerat * *Matthæu de re criminali controv.69.n.13.& ſeqq.*

*Num.*49. Judex Monaſterii Convertitarum Ur-
bis in omnibus cauſis tàm activis, quàm paſ-
8 ſivis * Civilibus, Criminalibus, & mixtis eſt
Viceſgerens vigore *motus proprii* INNOCENTII XII. emanati ſub *die 16.Septembris 1696.*
ubi recurſus conceditur ſolummodò Eminentiſſimo Cardinali Vicario.

Proceditur in ejus cauſis manu regia, ap-
9 pellatione remota, * & ſublata facultate di-
cendi de nullitate; CLAMANS VII. *in ejus Bulla 14.§.19.poſt med.in Bullar.novo.*

Intelligitur etiam contra ipſas *Rot. in Roma-*
10 *na Societatis coram Sacrato* * *penès Marchesan. de Commiſſion.par.2.fol.229.n.13.*

Parochi tenentur revelare ſpolia, & relicta
11 ſub Cenſuris * & aliis pœnis; LEO X. *in ejus Bulla 39.§.12.*

Item Notarii ſub pœna mille Ducatorum
12 intra decem dies * CLEMENS VII. *in ejus Bulla 14.§.13.*

*Num.*53. *& ſeqq.* Quantitas, ſeù quota relin-
quenda per meretricem in teſtamento favore
13 Monaſterii * Convertitarum ad hoc ut teſta-
mentum per eam conditum valeat tradit
etiam *Tartaglia de reſervat.Statutar,art.37.n.3. cum ſeqq.* ubi repetit hic ſcripta,

Alioquin Teſtamentum habetur pro non
teſtamento, & meretrix habetur, ac ſi ſine
teſtamento decederet, ſequitur *Tartaglia, ubi ſuprà num.33.*

Et *Conſtitutiones Summor.Pontificum* privan-
14 tes meretrices factione teſtamenti * ſi quartam
bonorum Monaſterio Convertitarum non reliquerint ſunt favorabiles, cùm inductæ ſint
ad effectum reducendi oves diſperſas ad meliorem frugem, non attento præjudicio aliquorum,

Præſertim quia emanarunt motu proprio,
15 quo caſu judicandæ ſunt * favorabiles *Cap.Si pluribus de præben. in 6. Gabriel de Clauſul. concluſ.2.n.61.& ſeqq.Natta conſ.340.nu.70.Rota coram Duran.dec.67.n.5.in rec.dec.12.n.22.*

*Num.*58. Prolis appellatione, qui veniant vide
16 *Barboſ. tract. var.de verb.* * *appellat.223.Rota coram Cavaler.dec.125.n.1.cum ſeq.*

*Num.*58. *Verſ.ſive donationem &c.* Donatio onе-
roſa, & correſpectiva non cenſetur prohibi-
17 ta * ut advertit *Card. de Luca de Teſtament.diſcurſ.37.n.6.*

*Num.*60. Legatum factum per mulierem Mona-
ſterio Convertitarum quatenùs aliquid ei de
18 jure debeatur, * non debetur niſi oſtendatur
mulierem teſtatricem eſſe de comprehenſis,
ut reſpondit *Rot.coram Ubald.dec.656.n.6.cum ſequentibus.*

*Num.*64. Meretrices habent teſtamenti factio-
19 nem ad favorem filiorum * non tamen habent
teſtamenti factionem activam ad favorem
extraneorum, ideòque non poſſunt eos ſubſti-
20 tuere, nec illi per ſubſtitutionem ab eis capere hereditatem *l.Si is,qui 6.ff.de vulgar.* Tùm
etiam quia filii tantùm ex diſpoſitione *Bullæ* CLEMENTIS VII. *la 14.§. 8.* vocantur præcisè,
& ad eorum ſolum favorem inductum eſt hoc
privilegium eos à ſpolio eximens, unde non
operatur ad favorem extranei ſubſtituti, ſicuti
dicimus de teſtamento privilegiato inter liberos, quod in eo non poteſt ſubſtitui extra-
21 neus, * qui non ſit de liberis *Peregr. conſ.61. n.6.& ſeqq.lib.1. Seraphin.dec.820.n.5.& ſeqq.*
Ultra quod filii veniunt ex propria perſona,
dùm eis relinquere bona coguntur matres meretrices, ideo fideicommiſſum apponere non
poteſt, ſicuti dicitur de Dote, quam eiſdem
22 filiis relinquere debent * ex *Statuto* particulari,ut tradunt *Franch.dec.486.per tot. Menoch. conſ.1021.n.2.in tertio dubio lib.11. Peregrin.d. conſ.68.nu.7.& ſeqq. Rot.dec.588.per tot.par.4. recentior,*

Exiſtentibus enim filiis legitimis, & natu-
23 ralibus ſuccedunt tàm ex teſtamento, * quàm
ab inteſtato abſque eo quod Monaſterium
quidquam prætendere valeat ſequitur *Tartaglia cit.art.37.n.46.*

Et ad effectum ſuccedendi ſufficit legitimatio per ſubſequens matrimonium, dùm de
filiatione conſtat, & quòd de tempore conceptionis filiorum matrimonium inter Parentes conſiſtere poſſet firmat *Tartaglia loc. citat. n.51.cum ſeqq.*

Quæ opinio non tranſit ſine difficultate,
cùm reſolutio pendeat ab examine verborum
Statuti, vel Conſtitutionis, ut videre eſt penès eumdem *Tartagl.loc.cit.n.61.cum ſeqq.*

Circa

Digitized by Google

Circa facultatem conceſſam hujuſmodi mu-
lieribus diſponendi favore filiorum acta fuit
controverſia coram me tunc uti Viceſgerente
Urbis, & Monaſterii Convertitarum Judici
Deputato *tenoris ſequentis*.

Catharina Jovanna Mulier de comprehen-
ſis in Conſtitutionibus ad favorem Monaſte-
rii Convertitarum emanatis, obiit cum te-
ſtamento, in quo eodem Monaſterio omninò
præterito Dominicum filium in legitima, &
Antoniam filiam hæredem univerſalem inſti-
tuerat, & Ven. Eccleſiæ S. Mariæ Liberatricis
legaverat loca ſex montium adjecto onere
duarum Miſſarum qualibet hebdomada in
perpetuum celebrandarum. Inſtetit Monaſte-
rium prædictum ſibi applicari eadem loca
ſex montium, eo quod de illis ipſo præterito
non potuerit Teſtatrix diſponere ad favorem
extranei ex *Conſtitutione* 14. Clementis VII.
ſuper cujus intelligentia acriter inter partium
defenſores certatum eſt, an ſcilicèt ad licitam
Monaſterii præteritionem requirat inſtitutio-
nem legitimæ Prolis omnia bona comprehen-
dere, vel ſatis ſit titulus hæreditarius, ſalva
facultate legandi aliis prout de jure.

Dicebant Scribentes pro Monaſterio Acto-
re, quòd ſicut in terminis Statuti excluſivi
propter maſculos licèt fœminæ poſſint impu-
24 nè præteriri * *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 14.
n. 18. Afflict. dec. 158. n. 6. Rot. dec. 37. n. 1. par. 11.
recen.* Si tamen hæreditas non deferatur ma-
25 ſculis, quorum favore tantùm excluſæ ſunt *
poſſunt de præteritione conqueri, & contra-
tabulare *Dec. conſ. 296. n. 3. to. 1. Craſt. in §. Teſta-
mentum q. 36. n. 8. Rot. dec. 770. nu. 45. par. 2.* cum
aliis relatis *dec. 277. nu. 6. & ſeqq. par. 16. recen.*
ita & à fortiori poteſt de tali legato Monaſte-
rium conqueri, quia cùm pro ejus excluſione
conſideratus ſit explicitè favor legitimæ Pro-
26 lis * non potuit diſponi favore alteriùs *Gabr.
conſ. 115. num. 11. & 12. lib. 1. Pereg. conſ. 41.
n. 8. lib. 3. Ruſtic. de liber. in Cond. poſit. lib. 6. tit. 5.
nu. 15. Altograd. Jun. contr. 37. num. 1. par. 1. Theſ.
dec. 96. n. 2. Capic. latro dec. 110. n. 23.*

Et ſicut ad prædictam fœminarum exclu-
ſionem non ſufficit Inſtitutio maſculorum in
27 ſola legitima * *Caſtan. conſ. 196. nu. 13. verſ. Qui-
dem mediam viam lib. 1. Monteren. ad Statut. Bo-
non. de ſucceſs. liber. §. Filiabus in verbo univerſa-
liter, Car. de Luc. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 22. n. 8. Rot.
dec. 770. nu. 5. par. 2. rec.* ubi quod eadem eſt ra-
tio non excludendi fœminas à parte prout à
toto, & *dec. 277. n. 8. & 9. par. 16. rec.* Sic etiam
28 inſtitutio legitimę Prolis erit inſufficiens * ad
excludendum Monaſterium à bonis extraneo
legatis, cùm militet utrobique par ratio.

Fortiùs quia Pontifex irritavit diſpoſitio-
nes hujuſmodi mulierum præterquàm quoad
Prolem legitimam, & niſi ad illius favorem
ſint factæ, quæ dictiones exceptivæ *præter-
29 quàm, & niſi* * coarctant, & reſtringunt, ut
pluribus relatis comprobat *Barboſ. dict. 215. &
281. Rot. dec. 96. n. 1. par. 1. recen. dec. 244. num. 1.
coram Coccin. & dec. 748. nu. 45. cor. Dunoz. Jun.*

unde extendi nequeunt ad diſpoſitiones in
aliorum favorem, modus enim limitatus ex-
30 cedi non poteſt, nec extendi * ut latè exor-
nat *Caſtill. lib. 4. contr. 46. nu. 45.* & dictio *niſi* li-
cèt adjecta poſt univerſalem prohibitionem
affirmet, habet tamen vim taxativæ, & pri-
vativæ, *Barboſ. dict. 217. num. 13. Ricciull. par. 7.
collect. 2788.* & alios caſus præter nominatum
excludit *Barboſ. ubi ſupra Actolin. reſol. 21. n. 17.
Surd. dec. 264. n. 17.* Ex quibus infertur noluiſſe
Pontificem in hac parte ſe conformare Juri
communi, ut exadverſo ſupponitur.

Nec attendendum eſſe quòd legatum ſit
pium, concernens favorem Animæ, & cum
31 onere Miſſarum, * quoniam nec iſta ſuſtinen-
tur in præjudicium Monaſterii *Tartaglia de
Reſervat. Statut. art. 37. n. 33. & extant Decreta
Sacræ Congregationis Fabricæ relata ſupra in
præſenti obſervatione n. 63.*

Pro parte verò Eccleſiæ legatariæ allega-
bantur *Paulut. diſſert. 82. nn. 93. & 98.* ubi in
32 terminis filiæ in parte * tantùm inſtitutæ, &
Nicol. lucubr. to. 1. lib. 3. tit. 1. nn. 99. fol. 232. qui
firmant ſimpliciter excludi Monaſterium, ſivè
teſtata, ſive inteſtata deceſſerit meretrix re-
licta legitima Prole. Quibus addebant argu-
menta ſequentia.

1. Sola legitimæ Prolis exiſtentia etiam ſine
Teſtamento ſufficit ad excluſionem Monaſte-
rii, ut non controvertitur, ergò multò ma-
gis ſufficere debet Teſtamentum cum inſtitu-
tione ejuſdem legitimæ Prolis in aliqua par-
te, ne melior ſit conditio inteſtati, quàm Te-
ſtati.

2. Legatum ad favorem extranei nihil de-
trahit Monaſterio, cui nihil ab inteſtato de-
bebatur, ſed tantùm detrahit ipſi Proli legi-
timæ, quæ aliàs in totum ſucceſſiſſet, ergò
non pertinet ad Monaſterium impugnare tale
legatum *Menoch. conſ. 206. n. 50. & ſeqq.*

3. *Conſtitutio Clementina* non induxit no-
vum modum ſuccedendi in tota hæreditate
materna, ſed tantùm reliquit matri faculta-
tem teſtandi favore filiorum illi de jure com-
petentem, abſque ulla dictione ſignificante
univerſalitatem, illamque ſuppoſuit eſſe Te-
ſtabilem *Gabr. conſ. 17. n. 1. lib. 2. Card. de Luca
de teſtam. diſc. 37. nu. 5. & in ſupl. diſc. 90. nu. 14.
Tartaglia de reſervat. Statut. art. 37. nu. 7.* Ergò
non eſt gravanda mater novo onere relin-
quendi filiis omnia bona, ſed iſtæ *Conſtitutio-
nes* interpretari debent, ut quantò minùs poſ-
ſint corrigant jus commune, & matri præju-
dicent *Gabr. conſ. 17. n. 5. lib. 2.*

4. Verba dictæ *Conſtitutionis* non ſunt di-
recta principaliter in filios, ſed ad excluſio-
nem Monaſterii per particulam exceptivam *niſi
diſpoſitio &c.* ideò ad excluſionem ſufficit inſti-
tutio filiorum in aliqua portione, & reliquum
hæreditatis remanet ſub diſpoſitione juris
33 communis, * ut in terminis Statuti excluſivi
diſtinguunt *Honded. conſ. 16. nu. 12. verſ. Non ta-
men lib. 2. Saminiat. controv. 193. nu. 16. Urceol.
conſult. 67. n. 4. Rot. dec. 653. n. 7. par. 2. rec.*

5. Retenta ſimilitudine *Statuti* fœminarum excluſivi propoſita per Monaſterium admittitur, quòd non ſufficiat inſtitutio maſculorum in ſola legitima, ſed additur ſatis eſſe quòd majorem partem hæreditatis conſequantur, nec requiritur, quod in totum ſint inſtituti hæredes *Argel. de acquir. poſſeſſ. qu. 3. art. 16. n. 917. Rot. dec. 112. n. 19. par. 7. & dec. 45. n. 10. par. 18. rec.* Undè cùm nec in caſu inſtitutio legitimæ Prolis fuerit reſtricta ad ſolam legitimam, benè inferri poteſt ad excluſionem Monaſterii,

6. Imò *Statutum* prohibens teſtari, niſi ad favorem filiorum ſi loqueretur de omnibus bonis, & de tota hæreditate, * redderet matrem
34 inteſtabilem, & meram uſufructuariam ſua vita durante *Spada conſ. 365. nu. 2. & 3. lib. 2. De Luca ad Franc. dec. 486. nu. 5. Theſ. q. for. 65. nu. 2. lib. 3. & dec. 269. n. 10. verſ. Ideò facienda Torr. de pact. futuræ ſucceſſ. lib. 2. cap. 38. nu. 2. lib. 1. Surd. dec. 279. n. 10. Manſ. conſult. 16. n. 14. et 15. Bottiglier. de ſucceſs. ab inteſt. cap. 1. Theor. 8. num. 15. Giurba ad conſuet. Meſſan. gloſſ. 9. n. 7. & 8. Palma dec. Luceu. 266. n. 11. & 12. Rot. dec. 588. n. 1. & 2. par. 4. rec. to. 1.* & jure non conſiſteret *Menoch. conſ. 456. nu. 20. & 21.* Idem dicendum videtur de *Conſtitutione Clementina*, quæ ſi de tota hæreditate filiis relinquenda intelligeretur, Mater nec obulum in ſuffragium Animæ relinquere poſſet, quod eſſet reprehenſione dignum, ut in puncto talium Statutorum conſiderant, *Tartaglia de reſerv. Statut. art. 2. n. 17. cum ſeqq. Pereg. dec. Patav. 68. n. 2. Palm. dec. 265. n. 3. & 4.*

7. Et tandem quandò etiam Mater per dictam *Conſtitutionem* prohiberetur teſtari, niſi ad favorem legitimæ Prolis in omnibus, &
35 per omnia in ſenſu * à Monaſterio intento, non indè reſultaret ſucceſſio ejuſdem Monaſterii in bonis alteri legatis, ſed tantùm quod poſſent filii contratabulare, & in totum ſuccedere non ex materno judicio, ſed proviſione legis, niſi proprio conſenſu ſibi præjudicaſſent, acceptando teſtamentum, & adeundo hæreditatem, ut in ſimili prohibitione per Statutum. *Giurba ad conſuetud. Meſſan. cap. 6. gloſſ. 9. n. 18. u. 12. & 13. f. 468.*

8. Quòd autem legata pia, non ſubſtineantur in præjudicium Monaſterii, verum eſſe dicebant in caſu non ſervatæ Conſtitutionis, ut loquuntur allegata Decreta, & authoritates, ſed replicabatur formam eſſe ſufficienter ſervatam per inſtitutionem filiorum licèt non ſit de tota, cùm totam nunquàm expreſſerint eædem Conſtitutiones.

His tamen non obſtantibus lata fuit ſententia à me *ſub die 29. Januarii* 1711. per acta Sfaſciamontis Notarii Eminentiſſimi D. Cardinalis Vicarii Monaſterio favorabilis, mandans eidem adjudicari controverſa loca ſex mon-
36 tium, & ſic decidendi ratio fuit, * quia ſatis clara viſa ſunt verba Clementis VII. *in Bul. 14.* §. 8. ubi de his, quæ quotam Monaſterio non relinquunt dicit: *Teſtamenti factione præterquàm (quoad earum prolem de legitimo matrimonio habitam) careant, & ſive teſtamentum, ſive donationem cauſa mortis, vel inter vivos, aut aliam diſpoſitionem fecerint, ſive non (niſi diſpoſitio hujuſmodi in favorem ſuæ Prolis de legitimo matrimonio procreatæ facta fuerit) earum bona &c. eidem Monaſterio perpetuò applicata, & appropriata, ac ejuſdem Monaſterii exiſtere &c.* Ex quibus perſpicuum redditur quòd Summus Pontifex non ſolùm mulieres prædictas fecit teſtabiles limitatè ad favorem legitimæ Prolis (in quo forſan cadere poſſunt inſpectiones à partibus ſupra deductæ ex Statutis fœminarum excluſivis, aut matris teſtamenta concernentibus,) ſed ulterius irritavit expreſsè quaſcunque alias ipſarum diſpoſitiones tam inter vivos, quàm per ultimam voluntatem factas in favorem extraneorum, & conſequenter etiam legata, voluitque applicari Monaſterio,

Nec tenet conſequentia quòd ſi teſtamentum corruit, ſuccedet filius in omnibus, quia reſpondetur quòd * teſtamentum ſuſtinetur quoad inſtitutionem legitimæ Prolis, & irritatur in particulari diſpoſitione legati ordinati ad favorem extranei, quòd tamen non accreſcit hæredi univerſali ſecundùm regulas Juris Communis, ſed applicatur Monaſterio, cujus intuitu ſolùm irritatur, ut ſonant verba *Conſtitutionis* ſupra relata,

Et hunc eſſe genuinum præfatæ *Conſtitutionis* ſenſum comprobatur etiam ex obſervantia Tribunalis Convetritarum, in quo paſſim ſalva tantùm diſpoſitione ad favorem filiorum, legata, & alia contenta in teſtamentis alienum favorem concernentia applicantur Monaſterio,

Hinc facilis eſt ſolutio argumentorum, quæ opponebantur pro parte Eccleſiæ legatariæ.

Ad primum enim negatur quòd ſola filiorum exiſtentia ſufficiat pro excluſione Monaſterii etiam ab inteſtato, ratio enim excluſionis non eſt illorum exiſtentia, ſed ſucceſſio eiſdem ab inteſtato delata, ut patet legenti *Conſtitutionem Clementinam*, undè ſi non poſſent, aut nollent ſuccedere non excluderent Monaſterium ab inteſtato, ideòque nec illud excludunt ex teſtamento quoad bona, in quibus non ſuccedunt.

Ad ſecundum dicitur, quòd Monaſterio licèt nihil deberetur ab inteſtato, debetur tamen ex teſtamento continente favorem alicujus extranei, & ſic per talem diſpoſitionem ei detrahitur,

Ad tertium ultrò conceditur matrem ex dicta Conſtitutione non teneri filios in tota hæreditate inſtituere, imò poſſe nihil eis relinquere ultra legitimam, ſed tenetur quotam Monaſterio aſſignare ſi aliis relinquat, & ab iſta obligatione eximitur in gratiam filiorum, quatenùs tamen ipſi ſuccedant, & non alii.

Ad quartum negatur quòd verba ſint directa ad excluſionem Monaſterii, ſunt enim directa principaliter ad illius incluſionem, excepto caſu ſucceſſionis filiorum, & quòd illi

non

non capiunt.remanet ſub regula incluſiva hujus Conſtitutionis, & non ſub diſpoſitione Juris Communis.

Ad quintum, ſextum, & ſeptimum aſſignatur ratio diſparitatis, quia in Statutis excluſio fœminarum, & prohibitio diſponendi, unicè reſpiciunt favorem maſculorum, & reſpectivè filiorum, at in hac *Conſtitutione* Extraneorum excluſio reſpicit favorem ſolius Monaſterii non autem filiorum, undè non applicantur illationes deductæ à ſimilitudine cum dictis Statutis. Et ulterius ad ſeptimum reſpondetur quòd nec filii, nec Monaſterium poſſunt contratabulare, cùm teſtamentum valeat, & ſubſiſtat quoad ipſos filios, & ſolùm corruat quoad extraneos quorum portio defertur Monaſterio.

Ad octavum liquet ex dictis quòd teſtamentum, de quo agitur eſt contra formam Conſtitutionum quoad legatum, licèt non quoad hæredis inſtitutionem, undè ex conceſſis idem legatum quantumvis pium applicari debet Monaſterio.

Tandem ad authoritates *Nicolii*, *& Panlutii*, ſat eſt dicere, quòd primus explicari
37 poteſt de diſpoſitione concernente * in totum favorem filiorum juxta *Conſtitutiones*, quas allegat; alter verò ſcripſit pro cliente, & ponit plures Concluſiones non receptas in praxi.

Ea, quæ dicuntur contra dictas *Conſtitutiones*, non ſunt præſentis Inſpectionis, debet enim Judex in judicando leges ſervare, non abrogare, quatenùs damnabiles ſint, quòd ad ſolum Principem ſpectat cognoſcere.

Poſt hæc ſcripta pervenit ad manus *Reſponſum* celeberrimi in Romana Curia *Advocati Herculis Ronconi*, quòd cùm valdè conferat ad comprobationem eorum, quæ dicta ſunt in præſenti Obſervatione, & Additione, ideóque inſerendum eſſe curavi. Præſertim cùm brevitas inſervire poſſit pro norma ſcribendi, prout olim in Urbe ab Advocatis, & Procuratoribus cum maxima laude, & publica utilitate ſervabatur: Cum autem hodiernis tem-
38 poribus adulteratus * fuerit hujuſmodi laudabilis ſtylus Curiæ Romanæ, & quidem cum ingenti damno litigantium ob exceſſivas, & inſupportabiles expenſas ex voluminibus Scripturarum provenientes, quarum major pars eſt inutilis ad deciſionem cauſarum, & non ſine laborioſiſſimo ſtudio Judicum, maximè Supremorum Tribunalium, qui brevi tempore eorum Votum tradere debent, proindè occurrendum eſt opportunis remediis, ad hoc ut reviviſcat norma ſcribendi cum plauſu, & beneficio publico.

ROMANA.

Rev.Pater Bullæ Convertitarum comprehendunt non ſolùm meretrices publicas, ſed etiam mulieres alias inhoneſtam vitam agentes, ut
39 in *Bulla* Leonis X. *in ordine la* 39. §.7. ibi: * *ac ipſis Curialibus, & inhoneſtis mulieribus*: & in alia Clementis VII. *in ordine* 14.§.8.ibi; *Vitam impudicam agentes mulieres*: & in alia etiam Gregorii XV. quæ non eſt impreſſa.

Impudica vita licèt ad effectum pœnæ corporalis ſit plenè probanda, ſecùs tamen eſt
40 ad effectum perdendi bona, * quia tunc ſufficiunt probationes leviores, & teſtes ſingulares, ut in puncto Convertitarum firmavit *Rota Bononien.diverſ.deciſ.*41. *& nu.*17. & de meretrice tradunt *Bal.conſ.*465.*n.*9.*lib.*4. *Angel. inter Conſil.matrim.diverſ.conſ.*44.*n.*43.*& ſeqq.& lib.*1.*Alex.conſ.*13,*nu.*24.*lib.*7.*Soc.Jun.conſ.*99.*n.*24.*& ſeqq.lib.*2.*Grammat.deciſ.*107.*nu.*9. ubi de communi *Maſcard. de probat. concluſ.*1067.*nu.*37.*Sola ad Statut. Sabandiæ Rubr. de mulier. fornican.n.*25.*Surd.conſ.*469.*nu.*38. *Trevisan.deciſ.*33.*n.*4.*lib.*2.

Sic enim videmus in adulterio probando, quia ſi agitur ad pœnam criminalem requiruntur urgentes probationes, ſed ſi ad amiſ-
41 ſionem dotis ſufficiunt præſumptiones * *Pariſ. conſ.*54.*n.*62.*lib.*4. *Menoch.conſ.*31.*nu.*18.*&* 25. ubi de veriori teſtatur *Aucar.q.*75.*nu.*8.*& per tot.lib.*3. *Phanuc.de lucro Dotis gloſſ.*14.*num.*6. *verſ.Nota quod ſufficit Faebin.conſ.*60.*num.*9. *& ſeqq.lib.*1.*Ciriac.contr.*171.*n.*11.

Pariter de privatione uſusfructus propter inhoneſtam vitam *Bald. conſ.*207. *lib.*4. *Cabal.*
42 *reſol.*293. * *n.*33. *Mandel.conſ.*25.*n.*1. *ubi Add. de magis communi teſtatur.*

Impudica vita jàm fuit probata, & ſuper hoc habemus rem judicatam, quia Monaſterium jam confiſcavit legata ab hac muliere facta, & filio ſuo reliquit reſiduum, tanquam filio nato ex legitimo matrimonio.

Quod *Bullæ* habeant locum in omnibus bonis meretricis, & non in ſolis quæſitis ex turpi quæſtu, eſt indubitatum, & quotidiè pra-
43 cticatur * in Tribunali ejuſdem Conventus, & alias pro Monaſterio ſcribendo confutavi tradita per *Urſellum in verbo Aſtrologia Concluſ.*159.*nu.*12. Tùm quia ipſe in Cauſa ab eo defenſa in Tribunali compoſitionem procuravit, tùm etiam quia falſiſſima eſt ejus doctrina, nàm *Bullæ* convincunt contrarium, & nec auctoritates deſunt, ità enim tradunt *Gregorius Toloſanus de Republ. lib.*13. *cap.*16. *nu.*11.*antè med. & Ricciull. de Perſonis in ſtatu reprobo lib.*2.*cap.*32.*n.*4.

Et verba *Bullarum* ſunt clariſſima, nàm illa Leonis X. *in ordine la* 39.§.7. ſpolio hujuſmodi ſubjicit omnia, & ſingula bona harum mulierum ab inteſtato, & abſque condendi, ſeu faciendi teſtamenti facultate decedentium, & dat privilegium teſtandi, ſi quartam, vel quintam Monaſterio reliquerint, ex quibus verbis patet nil penitùs excludi, cùm hæc ſit virtus illius Clauſulæ: *Omnia & ſingula* -- *Jaſ. in l.*1.*nu.*24.*ff.de legat.*1. *Surd.conſ.*412.*num.*27. *ad med.*

Præſertim quia ſubjungit -- *Quicumque, & qualiacumque fuerint* -- Quæ verba ſunt effrænata, & nullam reſtrictionem recipiunt ſecundùm *Archid.in cap.Si tibi nu.*4.*de Præben. in* 6.

Roman

Digitized by Google

*Roman.conſ.*31.*num.*2. ubi plena manu *Adden.* cumulat concordantes *Surd. conſ.*454. *num.*8. *Gregor.dec.*516.*n.*3.*& ſeqq.*

Pariter *Bulla* Clementis VII.*in ordine la* 14. generaliter loquitur de omnibus bonis, & in §.9. *&* 10. loquitur de hæreditate earundem mulierum,& ſic comprehendit pariter omnia omninò bona, cùm hæreditas ſit univerſum Jus Defuncti *l.nihil aliud* 24.*ff.de Verb.ſignif.l. hæreditatis* 63.*ff.de reg.juris*.

Licèt enim *Gabr. conſ.*17.*lib.*2. dixerit hujuſmodi *Bullas* eſſe odioſas, tamen Vir doctiſ-
44 ſimus in hoc puncto nimis leviter loquitur, * & contrarium de directo meliùs firmavit *Rota Bonon.diverſ.dec.*41.*n.*29. & fundatæ ſunt *Bullæ* in jure communi auferente facultatem ſuccedendi ſpuriis,qui non peccant *l.Si Spurius ff. undè Cognati*, & tribuente facultatem Conſanguineis,ut ſimilibus mulieribus Curatorem dari procurent, auferendo ab eis bonorum adminiſtrationem *l.Et mulieri* 15.*ff. de Curat.furioſi, ubi Doctores* communiter. Sic ex cauſa delicti juſtè Princeps poteſt tollere ſucceſſionem tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ut cavetur in *l.Is cui* 18.*ff.de teſtam.* & laudatus fuit *Domitianus Imperator*, qui prohibuit fœminas inhoneſtas capere hæreditates, & legata, ut refert *Tranquillus in ejus Vita cap.*8.*& ex noſtris, Alexan. ab Alexandro Dierum Genialium lib.*6. *cap.*15.*antè fin.& alii*.

Undè ſanctiùs,& æquiùs diſpoſuerunt Summi Pontifices pro reducendis ovibus diſperſis ad meliorem frugem, quòd non poſſint de Bonis diſponere, & ideò ex hujuſmodi cauſa finali redditur favorabilis diſpoſitio, non attento præjudicio aliquorum, ut benè explicat *Rota dec.*117.*n.*5.*&* 6.*par.*1.*diverſ.*

Præſertim quia emanarunt motu proprio, ideòque judicandæ ſunt favorabiles, ut cavetur in *C.Si pluribus de præb. in* 6.*Gabr.de Clauſ. concl.*2.*n.*61.*& ſeqq.Natta conſ.*340.*nu.*10.*Rota coram Duran.dec.*67.*nu.*5.*in recent.dec.*12.*n.*22. *par.*5. *in Sarſinaten. Feudi* 18. *Decembris* 1645. *coram Decano, & in Ferrarien. Penſionis* 2.*Martii* 1646.*coram eodem* §.*Prout quoque, quæ ſunt Dunoz.jun.dec.*760.*n.*5.*in fin.& dec.*768.*n.*14.

Non obſtat igitur,quòd Meretrices habeant facultatem diſponendi de jure communi, nàm hoc habent permiſſivè, ſed non indè ſequitur quod ſi auferatur hæc facultas diſpoſitio ſit odioſa, cùm imò favorabilis appareat ex prædictis, & multæ ſunt res de jure communi permiſſæ, & tamen earum prohibitiones ſunt favorabiles; ſignanter excluſio fœminarum à ſucceſſione damnatur in *l.Maximum vitium C. de liber.prater.* & tamen *Statuta* contraria uti favorabilia laudat totus Orbis.

Quòd *Bullæ* prædictæ tollant facultatem fideicommittendi etiam filiis probatur evidentiſſimè, quia ſimpliciter, & abſolutè ponunt regulam, quòd Meretricibus non liceat teſtari,vel aliter diſponere præterquàm quoad
45 earum Prolem legitimam, * & niſi in favorem ſuæ Prolis legitimæ facta fuerit &c. ut dicitur in *Bulla* Clementis VII. §.8. Ergò in his, quæ concernunt favorem alienum ſunt penitùs nullæ diſpoſitiones quæcumque, & ſic legitimè practicatur in Tribunali Convertitarum, ut ſalva diſpoſitione ad favorem filiorum, legata confiſcentur, prout factum fuit in teſtamento hujus mulieris, reſtitutis filio cæteris bonis, & retentis legatis pro Monaſterio, quia exceptio iſta limitata ad favorem filiorum non poteſt trahi ad eorum onus; ut fideicommiſſo graventur juxta *Reg. quòd ob gratiam* 61. *de Regul.jur.in* 6.

Sic videmus quòd facultas teſtandi permiſſa inter liberos in minùs ſolemni Scriptura operatur quoad ipſos, ſed non quoad fidei-
46 commiſſa, * quæ concernunt favorem aliorum, ut latè firmat *Pereg.conſ.*61.*n.*6. *& ſeqq. lib.*1.*Seraph.dec.*820.*n.*5.*& ſeqq.*

Et qui teſtari non poterit, nec poterit ſub-
47 ſtituere per fideicommiſſum *l.*2.*ff.de legat.*1. * *l.*1. §.1. *ff. de legat.*3. *l.Si is, qui* 6.*ff.de vulgari* cum aliis per *Peregr.de fideic.art.*1.*n.*7. & Statutum prohibens legare prohibere cenſetur etiam fideicommittere, ut per *Lancel.Galliam ad Conſuet.Alexandr.verbo legare qu.*1.*nu.*3. *& ſeqq.Peregr.d.art.*1.*n.*55.

Nec ad rem facit ſimile de *Statuto Vrbis*, quia non prohibet uxorem teſtari, ſed tantùm ne de Dote diſponat in præjudicium Viri, ideò non applicatur, ſed faceret quando Statutum privaret facultate teſtandi, ut reſpondit *Rota dec.*588.*n.*4.*par.*4.*rec.*

Non obſtat quod Eccleſia ſit ſubſtituta, quia *Bullæ* Convertitarum comprehendunt etiam diſpoſita ad pias Cauſas, nàm *Bulla*
48 *Clementis in* §.20. * derogat privilegiis aliarum Eccleſiarum, & Locorum Piorum, undè demonſtratur comprehenſio eorumdem *Seraphin.dec.*716.*n.*3.*Rot.diverſ.dec.*532.*nu.*7.*par.*1. *& in aliis*.

Et quia Sixtus V.*in Bulla* 60.§.10. ſpecialiter conceſſit Monaſterio Sancti Bernardi, ut hæc legata capere poſſet non obſtantibus Privilegiis Convertitarum. Specialitas autem denotat in contrarium eſſe regulam *l.*1. *ff. de Offic.ejus*.

Et quia hoc Monaſterium eſt magis pium quàm omnia alia Loca Pia Vrbis, ut ſtatuitur in principio *Clementinæ*, & latè exornat *Altograd.conſ.*65.*n.*85.*& ſeqq.lib.*2.

Supplico adverti, quòd non ſequitur ex hoc abſurdum quòd Proles legitima non poſſit diſponere de Bonis, quia imò poteſt, etſi mater ei non ſubſtituiſſet, Monaſterium nil poſſet prætendere, & quia ſubſtituit, & filius cogitur reſtituere ex ultima voluntate materna contra propriam, cùm gravatus ad hoc fuerit, ceſſat in fideicommiſſo favor filii, & intrat privilegium Convertitarum eo favore ceſſante.

Igitur non poteſt habere hæredem poſt mortem filius iſte, non ex privilegio Monaſterii, ſed ex fideicommiſſo à Matre diſpoſito, undè favor Monaſterii nil aufert a filio, ſed ab iis,

Digitized by Google

iis quos Mater ſubſtituit, nàm ſubſtitutua per
49 fideicommiſſum ſuccedit Teſtatori, * non
gravato, qui velit, nolit, cogitur, reſtitue-
re *l.Cohæredi §.Cum filio ff.de vulgari*, *Surd.con-
ſil.*120.*nu.*12. Et licèt habeat mediante grava-
to, tamen hoc eſt impropriè. *Fuſar.de ſubſtit.
q.*274.*n.*10. & aquam habemus à Fonte non à
Fiſtula.

Non obſtat quòd in teſtamento inter libe-
ros habeantur pro non ſcriptis, quæ diſpo-
nuntur ad favorem extranei, quia noſtrum
Privilegium diſponit ad favorem Monaſterii,
ut omnia ei acquirantur præter ea, quæ diſ-
ponuntur ad favorem filiorum legitimorum,

Et ita credo reſolutas doctiſſimas difficul-
tates à Reverendiſſimo Domino meo exci-
tatas.

H.Ronconius Advocatus,

*Num.*65. Filii naturales ſuccedunt matri mere-
50 trici unà cum filiis legitimis * ſecundùm *Jus
Commune* excluſo Monaſterio Convertitarum,
ut etiam tenet *Tartaglia dicto art.*37. *num.*64.
cum ſeq.

*Nu.*66. Filii concepti in figura Matrimonii cen-
51 ſentur Mariti * ſequitur *Tarragli.dicto art.*37.
*n.*49. & 50.

*Num.*67. Sequitur eamdem opinionem *Tartaglia*
52 *d.art.*37.*n:*67. *

*Num.*68. Comprehenduntur bona acquiſita tàm
ex turpi quæſtu, quàm ex quocumque alio ti-
53 tulo, * comprehendendo etiam Loca Mon-
tium expreſsè decrevit *fa:me:*INNOCENTIUS XII:
in ejus motu proprio emanato die 26. *Septembris*
1696. *infra regiſtrando*, & cujus verba refert
etiam *Tartaglia d.art.*37.*n.*74.*in fine*.

*Num.*71.*& ſeq.Vrſaya Inſtit.crim.lib.*2.*tit.*7.*nn.*19.
idem firmat hic me allegato,

*Nu.*72. Idem dicit *Tartaglia d.art.*37.*n.*71.

*Num.*72. *Verſ.Alia etiam &c.* Loca Montia fidei
54 empta à Meretricibus non ſubjacent ſpolio *
favore Monaſterii Convertitarum *Tholoſan. de
Republ.lib.*13.*cap.*16.*ſub n.*11. ſequitur *Tartagl,
ubi ſuprà n.*72.

Item Monaſterium Convertitarum non ſuc-
cedit Meretricibus, quæ ædificant in Urbe
55 propè Arcem Sancti Angeli, * nàm hæ Mere-
trices poterunt liberè teſtari tàm de iis ædifi-
ciis, quàm de aliis bonis quomodocumque
etiam ex turpi quæſtu quæſitis, etſi inteſtatæ
decedant, eis non ſuccedit Monaſterinm ex
diſpoſitione *Bulla* PII IV. *in Bullar.vet.la* 130,
*Ricciull,de Jure perſon.lib.*2.*cap.*32.*n.*7.

*Num.*78. Impudica vita licet ad effectum pœnæ
56 corporalis ſit plenè probanda; * ſecùs tamen
eſt ad effectum perdendi bona, nàm tunc ſuffi-
ciunt probationes leviores, & teſtes ſingu-
lares.

Sic enim videmus in adulterio probando,
quia ſi agitur ad pœnam Criminalem requi-
57 runtur * urgentes probationes, ſed ſi ad amiſ-
ſionem dotis ſufficiunt præſumptiones, & con-
jecturæ, & advertit *Pariſ.conſ.*54.*nu.*62.*lib.*4.
*Mrnoch.conſ.*31.*n.*18.& *n.*25. ubi de veriori te-
ſtatur *Aucaran.q.*75.*nu.*8. & *per tot.lib.*3.*Pha-
nur de lucr.dotis gloſ.*14.*n,*6. *verſ.Nota quod ſuffi-
rit Zacchin.conſ.*60.*nu.*9.& *ſeqq.lib.*1.*Ciriac.con-
trov.*171.*n.*11. & diſtinguendo inter pœnam
corporalem infligendam criminaliter, & ju-
dicium civile, ut de ſeparatione Thori, ſeù
amiſſionis dotis plenè *Rot.in rec. dec.*818.*nu.*3.
*par.*18.*to.*2,

Pariter de privatione uſusfructus propter
58 inhoneſtam vitam * *Bald.conſ.*207.*lib.*4.*Cabal.
reſol.*293.*n.*33.*Mandel.conſ.*25.*n.*1.*ubi Adden.de
magis communi teſtatur*,

Et quòd ad probandam copulam tanquàm
59 difficilis probationis * admittantur præſumptio-
nes firmavit *Rot.coram Argutll. deciſ.*8. *nu.*29.
& 56.

Ac etiam teſtes inhabilea, ut cenſuit *Rota*
60 *dicta dec.*8.*nu.*32.*cum ſeq.* * & *dicta deciſ.*818.
*nu.*21. ubi quod admittuutur ad probandum
copulam teſtes viles, impuberes, & fami-
liares.

Imò etiam unius teſtimonio propter ino-
61 piam probationum * *d.dec.*8.*n.*35.

Ac ſocia criminis licèt infamis facit ſemi-
62 plenam probationem, * & junctis plenè pro-
bat in Judicio Civili, ut reſpondit *Rot. in rec.
d.dec.*818.*n.*12.

*Num.*81. Lex, Statutum, ſeù Bannimen-
63 tum loquens de Meretrice, * aut Muliere in-
honeſta, intelligendum eſt de meretricia inho-
neſtate, ſcilicet quando vivit meretricio mo-
re, & facit publicas inhoneſtates, non autem
de ſimplici inhoneſtate ex firmatis per *D.Ray-
nald.in Obſerv.crim.cap.*28.§.2.*ſub n.*6.

Mulier quæ ſemel fornicata eſt non habetur
64 pro inhoneſta * *D.Raynald, Obſer.crim. in ejus
ſupplem.ad cap.*28.*ſuppl.*1.*n.*14.

*Num.*96. Meretrix emendata an poſſit appellari
65 Meretrix pro excluſione Monaſterii * Con-
vertitarum refert utramque opinionem *Tar-
taglia d.art.*37.*n.*79.& *ſeqq.*

*Num.*98. Sequitur *Tartag.de reſerv.Statut.art.*37.
*num.*30.

*Num.*102. & 103. Sequitur *Tartaglia d.artic.*37.
*num.*80,

*Num,*107. Meretrix ſenio confecta quamvis ad
66 obſequia carnalia minùs idonea * non poteſt
dici emendata ex ſimplici abſtinentia à Con-
tubernio, niſi emendatio conſtet aliundè, ut
relata *l. Palàm §. Non ſolùm ff. de ritu nupt.* &
*Maſtard.de probat.concl,*601.*n.*15.tradit *Pigna-
tell.conſult.*139.*n.*233.*vol.*9.

*Num.*108. Vide *Tartaglia dicto art.*37. *n.*83.

*Num.*109. Matrimonio per Meretricem contra-
67 cto laſciviæ turpitudo honeſtatur * *Ad text.in
cap.Inter opera* 20.*de Sponſal.R.P.D.Maſſer. de
legat.& Nunc.lib.*1.*cap,*24.*ſub n,*61.

Et contrahena Matrimonium cum Meretri-
ce volente ſe corrigere opus charitatis exer-
68 cet * ex diſpoſitione *Tex.inCap,Inter* 20.*de Spon-
ſal.ibique gloſs,Barboſ.& Gonzalez Tellez nu-*2.
juncto *n.*13.*de Sponſal.* qui etiam firmant re-
miſſionem peccatorum obtinere.

*Nu.*111. Idem tenet *Tartagl.d.art,*37.*n.*70.

*Nu.*116.

Num.116. Mulieres, quæ degunt in Hoſpitiis di-
69 cuntur Meretrices * quamvis ſint Virgines *de Angelis de deliƈtis par.1. cap.124. nu.39. & num.38.* ait, quod rem habens cum eis alia pæna non ſunt pleƈtendi, quam iniuriam pro iniuria, quæ cauponæ infertur.

Num.118. Muſicæ origo cæleſtis eſt ut cum *Ri-*
79 *digino* docet * *Capon.diſcept.222. n.22. vol.3. Caſſan. in Cathalog. gloriæ Mundi par.11. conſiderat.57.* ubi latiſſimè de hac arte.

Muſica eſt ars liberalis conſumatiſſima, &
71 inter Mathematicas * ſcientias numeratur cujus cantu operantium mitigatur labor *Capon. ubi ſupra num.23.*

Et quod inter honeſtas, & liberales artes connumeretur Herman. *Hermes in faſcicul. Juris publici cap.35. num.44.*

Num.128. Manutentio Muſicæ Eccleſiæ tendit in
72 Divini cultus augmentum, * & Chriſtifidelium univerſale bonum ut me hic allegato firmavit *Rot. in Gerunden. Eleemoſynæ panis* 8. *Junii* 1705. *coram R. P. D. Kaunitz §. Quod ſi argumentum*, & pleniſſimè *in Gerunden. Applicationis* 14. *Junii* 1706. *coram R. P. D. Molines §. Cantum cum ſeqq.*

Num.129. Muſica pertinet ad bonum Comune
73 ut relato * *Capon.* tradit *Monacell. in ejus formular. legal. pratic. tit.5. formul.8. num.17.*

74 Et in Eccleſiis de jure eſt permiſſa, * ut in *Extravagant. doƈta.de vita, & honeſt. Cleric. in Comun. Monacell. ubi ſupra.*

Ideoque Epiſcopus non poteſt illam prohibere in Eccleſiis etiam cum inſtrumentis Muſicalibus ut refertur à Sanƈta Matre Eccleſia
75 de David (exceptis Monialibus) * ſed ſolùm quòd non canant niſi Verba Sacra, & devota *Monacell.loc.cit.* libro Apocalipſi B. Joannis Apoſtoli, de quo in Dominica tertia poſt Paſcha *Reſpon.VII.leƈtionis* ibi *& David cum Cantoribus cytharam percutiebat in Domo Domini, & laudes Deo canebat Alleluia Alleluia.*

Muſici verò inſervientes Eccleſiæ an gau-
76 deant privilegio fori,* quamvis non ſint Clerici vide *Cortiad. deciſ.140. n.5. & 9. tom.3.*

Num.138. Nomina, & Cognomina Teſtium imò nec etiam circumſtantias, ex quibus ad illo-
77 rum * notitiam deveniri valeat non eſſe pandenda decrevit *ſa.me. INNOCENTIUS XII. in ejus motu proprio* emanato die 26. *Semptembris* 1696. tenoris ſequutis.

REVERENDISSIMO CARDINALI VICARIO.

„ ESSENDOCI ſtato rappreſentato per par-
„ te del Monaſtero, e Monache Penitenti,
„ e Converrite di Santa Maria Madalena al Cor-
„ ſo di Roma, che ſe bene la ſanta memoria di
„ Leone Decimo per ſoſtentamento di detto
„ Monaſtero da eſſo eretto aſſegnaſſe con ſua
„ particolar Conſtitutione in data delli 19. Mag-
„ gio 1520. tutti, e ſingoli Beni, e ſpogli di quel-
„ le Donne Curiali Meretrici, le quali vivendo
„ con dishoneſto guadagno, & impudicamente
„ fuori del vincolo del Matrimonio fuſſero mor-
„ te ab inteſtato, ò ſenza facoltà di diſporre, e
„ che dalla pia memoria di Clemente Settimo
„ con ſua Couſtitutione in data delli 13. Ago-
„ ſto 1525. la detta erettione, & aſſegnamento
„ reſpetivamente foſſe conſermata, & anche
„ ampliata, e dichiarata, che doveſſero cader
„ ſotto lo Spoglio à favore di detto Monaſte-
„ rio, e Monache tutti, e ſingoli Beni sì mobili,
„ come immobili, ſemoventi, enfiteotici, ſeu-
„ dali anche Eccleſiaſtici, attioni, e raggioni
„ di qualunque ſorte, benche eſiſtenti fuori di
„ Roma, & in qualſivoglia altra parte, li quali
„ reſtaſſero doppo la morte, e tanto di quelle
„ Donne volgarmente chiamate Correggiane,
„ quanto di quelle che publicamente ſi proſti-
„ tuiſcono, o in altro modo dishoneſtamente,
„ & impudicamente vivano nelle proprie Caſe,
„ ò in altre ancora ritenute ad iſtanza di perſone
„ sì Secolari, come Eccleſiaſtiche, ancorche
„ le dette Donne partite da queſta Città, ò per
„ ricreazione, ò per viſitar Parenti, mutazione
„ d'aria, ò per qualunque altra Cauſa muoriſ-
„ ſero fuori della Città, medema, come più
„ diffuſamente ſi dice apparire dalle Conſti-
„ tutioni ſodette, alle quali Vogliamo, che
„ debba haverſi relazione, ad ogni modo eſſo
„ Monaſtero, e Monache ſono ridotte à non
„ poter vivere per i debiti ſin hora per ſoſten-
„ tarſi da loro contratti, per li quali li Credito-
„ ri tengono ſequeſtrati gl'effetti con minaccie
„ ancora di venire alla ſubhaſtazione di quelli,
„ ilche ſeguendo reſterebbero le medeſime Mo-
„ nache prive di quelli Beni, che poſſiedono, e
„ che ſono ſtate aſtrette à contrarre li debiti
„ ſudetti anche per le Controverſie che ſi ſono
„ moſſe in diverſi Tribunali ſopra l'interpreta-
„ zioni delle ſudette Conſtituzioni, e trà l'altre,
„ che quelle nelli Spogli, che da eſſo Monaſtero
„ ſi fanno alle Donne impudiche non ſi com-
„ prendino li Beni all'hora acquiſtati con giuſti,
„ e legitimi titoli, ma ſi comprendino ſolamen-
„ te quelli che hanno acquiſtato con guadagno
„ dishoneſto, e per mezzo di peccato, preten-
„ dendoſi di più d'impugnare la conſuetudine
„ del medemo Monaſtero di eſaminare, e ripe-
„ tere li Teſtimonii per provare l'impudicizia,
„ e dishoneſtà delle ſudette Donne ſenza mani-
78 feſtare li Nomi,* e Cognomi d'eſſi Teſtimo-
„ nii, onde per le coſe ſudette ſi ſiano ritardati
„ li ſpogli deſtinati dalla pia memoria di Leo-
„ ne X. nella detta ſua Conſtituzione per il man-
„ tenimento del medeſimo Monaſtero, e che
„ quando da Noi non ſi porga ſopra le coſe ſo-
„ dette opportuno rimedio ſia in breve per ri-
„ ſultare la diſtruzzione d'un Luogo così Pio,
„ mentre molte Donne che hanno viſſuto, e
„ preſentemente vivono impudicamente forſe ſi
„ ſi ridurrebbero iſpirare da Dio à penitenza,
„ & entrarebbero in detto Monaſtero ſe non foſ-
„ ſero ritardate ad effettuarlo dal ſapere che in
„ quello non ſia modo da ſoſtentarle. Noi per
„ tanto deſiderando la continuazione d'un ope-
„ ra

Digitized by Google

,, ra ſommamente accetta al Signor Iddio, e
,, per provedere a pregiudizii di detto Mona-
,, ſtero, e Monache; Dichiaramo, che nelli ſpogli
,, delle ſudette Donne dishoneſte, & impudi-
,, che dovuti a detto Monaſtero in virtù delle
,, ſudette Conſtituzioni ſi *comprendino non*
79 *ſolo li Beni da dette Donna* * *acquiſtati per*
,, *mezzo di guadagno illecito*, e di peccato,
,, ma anco tutti, e ſingoli altri Beni, mobili,
,, e ſtabili, ſemoventi, Cenſi, Luoghi de Mon-
,, ti, azzioni, e ragioni & anche li Beni Enfi-
,, teotici, e Feudali, benche Eccleſiaſtici, de'
,, quali parla ſpecialmente la ſudetta Coſtitu-
,, zione di Clemente VII., & acquiſtati, ò acqui-
,, ſtate tanto per il paſſato, quanto da acqui-
,, ſtarſi in avvenire per titolo di Dote, d'Ere-
,, dità, legati, donazioni, tanto inter vivos,
,, quanto cauſa mortis, e per altri contratti,
,, & anche d'Inveſtiture, conceſſioni, e per qual-
,, ſivaglia altro titolo lecito, giuſto, e legitimo,
,, & in oltre affinche non ſiano aſtrette detti Mo-
,, naſtero, e Monache a litigare nelle Cauſe de'
,, ſudetti ſpogli, e robe da quelli provenienti in
,, più, e diverſi Tribunali di Roma. Di Noſtro
,, Moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della
,, Noſtra poteſtà Apoſtolica, avocando a Noi
,, tutte, e ſingole Liti, e Cauſe, sì Civili, *come*
80 *Criminali*, e *miſte ſopra detti* * *ſpogli*, e
,, *robbe provenienti da detti ſpogli* fin hora
,, prò, ò contra detto Monaſtero moſſe, e reſ-
,, pettivamente da moverſi in avvenire in qual-
,, ſivoglia Tribunale, tanto di Roma, come
,, fuori avanti quali ſi ſiano Giudici Ordinarij,
,, Delegati, Eccleſiaſtici, e Secolari, Congre-
,, gatione anche de'Reverendiſſimi Cardinali,
,, e generalmente avanti quali ſi ſiano Giudici,
,, benche privilegiati, e privilegiatiſſimi, le
,, medeme Liti, e Cauſe, tanto attive, quanto
,, paſſive anco già inſtrutte nello ſtato, e ter-
,, mine, nè quali ſi ritrovano al preſente, &
,, anco tutte l'altre Cauſe, che in avvenire, &
,, in qualſivoglia tempo s'introdurranno prò, ò
,, contra il medeſimo Monaſtero, e Monache in
,, prima inſtanza le commettiamo, e reſpettiva-
,, mente rimettiamo al Voſtro Monſignor Vice-
,, gerente, & a gl'altri Vicegerenti, che ſaranno
,, pro tempore privativamente ad ogn'altro Giu-
,, dice, Tribunale anche Collegiale, e Magi-
,, ſtrato con piena, ampla, libera, & aſſoluta
,, facoltà, & autorità di poterle con tutti li loro
,, incidenti, dependenti, emergenti, anneſſi,
,, e conneſſi, & anche con la clauſola quam, &
,, quas conoſcere, decidere, finire, e termina-
,, re, ancorche ſi trattaſſe, ò procedeſſe per vi-
,, gore d'oblighi Camerali, e giurati, e che le
,, Perſone, che haveſſero intereſſe, sì attiva-
,, mente, come paſſivamente in dette Liti, e
,, Cauſe foſſero Baſiliche, Chieſe, Cappelle, e
,, Religioni, Commende, Monaſterii, Conven-
,, ti, Oſpedali, Confraternite, & anche Luoghi
,, Pii anche inſigni, e quanto ſi voglia privile-
,, giati, privilegiatiſſimi, & ancorche foſſero
,, Pupilli, Vedove, e Minori anche per Cauſa di
,, Mercedi, Alimenti, e Doti, e quali ſi ſiano

,, altre Perſone, che haveſſero privilegi tali, che
,, per comprenderli haveſſero biſogno di ſpecial
,, menzione, e di poter nelle dette cauſe proce-
,, dere ogni giorno, ed hora, non però feriato
,, in honor di Dio ſenza ſervazione di termini
,, ſoſtanziali, confeſſioni d'eſtratti, ò regiſtri,
,, ed ancora ſenza produzzioni d'Inſtromenti, e
,, Scritture publiche, mà colle ſole copie ſem-
,, plici ò indicazione di quelli à ſuo arbitrio, &
,, ancora ſenza depoſito, *ò pagamento di Spor-*
81 *tole*, *ò Propine* * con le ſole Citazioni Do-
,, mi dimiſſa copia per contradette, ò per Edit-
,, to anche fuori di Roma, e ſuo Diſtretto in
,, qualſivoglia luogo, benche de Jure, ſi per
,, Coſtituzioni, Statuti, ſtili, e conſuetudini
,, foſſero neceſſarie, di farle *perſonalmente*, * e
82 *di eſeguire*, e *tutto ciò ſommariamente*,
,, eſecutivamente, e ſenza ſtrepito, e figura di
,, giudizio, e veduta la ſola verità del fatto,
,, poſpoſta, e rimoſſa ogni, e qualunque appel-
,, lazione, e ricorſo fuor che à Voi Reverendiſ-
,, ſimo Cardinal Vicario, ò ad altro da depu-
,, tarſi da Voi, tanto nella ſeconda, quanto in
,, altre iſtanze, anco per capo di reſtituzione in
,, integrum, e non ad altro Tribunale, benche
,, Supremo, dandovi perciò ancora piena, &
,, ampla facoltà, & autorità di avocare, e riaſ-
,, ſumere le cauſe, e liti ſodette da qualunque
,, Giudice, e Tribunale come ſopra, & à quelli
,, inhibire ſotto le pene, e cenſure à Voſtro ar-
,, bitrio, che non ardiſchino porvi più la mani,
,, ne ingerirviſi in modo alcuno con facoltà in
,, oltre al ſudetto Monſignor Vicegerente pro
,, tempore, & altri Giudici ſudetti da deputarſi
,, da Voi in qualſiſia inſtanza come ſopra d'eſa-
,, minare, ò ripetere reſpettivamente avanti di
,, loro li Teſtimonii ſenza Interpreti, & anco di
,, publicare l'eſame di quelli, e darne li Som-
83 marii alle Parti *ſenza li Nomi*, * e *Cognomi*
,, *d'eſſi Teſtimonii*, & anco ſenza eſprimere le
,, particolari qualità d'eſſi Teſtimonii, dalle
,, quali ſi poſſa venire in cognizione della loro
,, perſona, come è ſtato ſolito farſi in paſſato
,, nelle predette cauſe, e di fare, ordinare, eſe-
,, guire, e concludere ſopra ciò ogn'altra coſa,
,, che à Voi parerà neceſſaria. e più eſpediente
,, in benefizio del detto Monaſtero, e Monache,
,, poiche così è mente, e volontà noſtra eſpreſ-
,, ſa. Volendo, e decretando, che al preſente
,, Noſtro Chirografo non poſſa in alcun tempo
,, opporſi di ſorrettione, obrettione, ò difetto
,, della Noſtra volontà, & intenzione, ne di alcun
,, altro vitio, ò difetto benche ſoſtanziale, e for-
,, male, e che ammettendoſi, e regiſtrandoſi in
,, Cammera ſecondo la diſpoſizione della Bolla di
,, Pio IV. Noſtro Predeceſſore de regiſtrandis, va-
,, glia, e debba haver ſempre il ſuo pieno effetto,
,, eſſecuzione, e vigore con la ſemplice Noſtra
,, ſottoſcrizzione, & ancorche non vi ſiano ſtati
,, chiamati, citati, ne ſentiti quali ſi ſiano perſo-
,, ne, e Luoghi Pii, che haveſſero già moſſe Liti, e
,, cauſe contro d. Monaſtero, e Monache, e quali
,, ſi ſiano altre perſone ancora, le quali ſopra
,, ciò direttamente, ò indirettamente ò in qua-

„ lunque altro modo haveſſero, ò pretendeſſero
„ d'haver Intereſſe, e che ſopra tutte, e ſingole
„ coſe ſudette, e così, e non altrimente debba
„ ſempre giudicarſi, deffinirſi, & interpretarſi
„ tanto da Voi, quanto da altri Reverendiſſimi
„ Cardinali Vicarii pro tempore, ſenza che altri
„ poſſano ingerirſi, ne in giudicare, ne inter-
„ pretare ancorche foſſero Legati de Latere, ò
„ vero Auditori della noſtra Ruota, Camera,
84 Signatura, * *e quali ſi ſiano altri Giudici Or-*
„ *dinarii Commiſſarii*, Delegati, e Subdelegati
„ come ſopra, togliendo Noi ad eſſi, & à ciaſ-
„ cheduno di loro ſopra le coſe ſudette la facol-
„ tà, & auttorità di giudicare, interpretare,
„ e definire altrimente, e dichiarando Noi d'
„ adeſſo per quando poteſſe venire il caſo pre-
„ ventivamente, irrito, nullo, & invalido tutto
„ ciò che in contrario ſi faceſſe, non oſtanti le
„ Conſtituzioni d'Innocenzo VIII., Giulio II.
„ Gregorio XIII., Gregorio XIV. Paolo V.,
„ & in quanto faceſſe di biſogno anche le dette
„ Coſtituzioni di Leone X., e Clemente VII.,
„ & altre di Sommi Pontefici, ſopra la facoltà di
„ quali ſi ſiano Giudici, e Tribunali, qualſivo-
„ glia privilegii à qualſiſia perſona forſe conce-
„ duti, e competenti per le qualità de contratti,
„ e perſone ſodette, la Regola della Noſtra
„ Cancellaria de Jure quæſito non tollendo, &
„ in quanto faccia di biſogno anche la Noſtra
„ Coſtituzione ſopra la ſoppreſſione de Giudici
„ particolari, e loro Notari reſpettivamente,
„ e quali ſi ſiano altre Coſtituzioni, & Ordi-
„ nazioni Apoſtoliche Noſtre, e de Noſtri Pre-
„ deceſſori, Leggi, Civili, e Canoniche, Sta-
„ tuti, Riforme, uſi, ſtili, conſuetudini, e qua-
„ lunque altra coſa che faceſſe, ò poteſſe fare in
„ contrario, alle quali tutte, e ſingole ancorche
„ conteneſſero clauſole inſolite derogatorie, e
„ derogatorie di derogatorie e ſupplendo Noi
„ colla pienezza della Noſtra poteſtà a qualſivo-
„ glia difetto si ſoſtanziale, come formale,
„ che ſopra ciò poteſſe intervenire, havendone
„ il tenore qui per eſpreſſo, e di parola in
„ parola inſerto per queſta volta ſola, & all'
„ effetto ſodetto amplamente, & in ogn'altro
„ miglior modo deroghiamo. Dato dal Noſtro
„ Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto
„ di 26. Settembre 1696.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Die Veneris quinta Octobris 1696. *Supradictum Chirographum Sanctiſſimi in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum fuit, illudque commiſſum Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Nicolao Spinulæ, ejuſdem Cameræ Clerico; Deindè die octava ejuſdem Menſis citato deſuper Illuſtriſſimo Domino Innocentio Meula Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & ipſius Cameræ Commiſſario Generali ad relationem ſupradicti Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Spinulæ admiſſum, & regiſtratum in Libro Signaturarum Sanctiſſimi ſub fol.* 148

Franciſcus Aotamorus R.C.Apoſt. Secret.

Num. 161. Patri, vel Matri debetur legitima ex
85 bonis à filia ex turpi quæſtu * acquiſitis, quando eis inſciis, vèl invitis meretricantur; ſecùs autem in Filia Meretrice occulta ipſis ſcientibus *Gabriel. conſ.* 17. *num.* 6. *& ſeqq. juncto num.* 14. *lib.* 2. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *q.* 1. *art.* 5. *num.* 21., *&* 22. *Gilian. ad Stat. Peruſiæ verbo Meretrix in Annot. num.* 5. ſequitur *Tartagl. d. art.* 37. *num.* 75., *& num.* 77. *verſ. Huic*.

Cæterum in hac materia ſpolii Mulierum
86 ſub prætextu Meretricatus, * vèl inhoneſtatis animadverto cautè procedendum eſſe ſedula animadverſione ponderandum, rem inſcendo non omnes, quæ ſui corporis copiam faciunt appellatione Meretricum contineri; agitur enim de diſcrimine famæ quæ vitæ illis par eſt *gloſſ. in verbo infamiæq. ff. de manumiſſ. vendict. cum cauſa iniquitas* 6. *q.* 1. *Claud. ad Bartazzol. curſ. crimin.* 198. *lit. A. verſ. ſed datur in fine* Imo vitæ prævalet *l. iſti quidem* 8. *§. penult. ff. quod met. cauſa* & etiam animadvertie *Campell. ad Conſtitutiones Ducatus Urbini tom.* 1. *Decret.* 110. *num.* 734. *cum ſeq.* ubi concordantes.

De Revendentibus Fructus arborum.

RUBRICA LIX.

ITem ſancimus; decernimus, & firmamus, quòd Revendentes fructus arborum in Civitate Faventiæ, quos quidam ineruditi Carpopollas vocant, materno autem ſermone Tricolos appellamus, poſſint eos in caniſtris ad vendendum tenere in Foro publico, & ſub porticu Palatii populi, & ſeù in locis ordinandis, & deputandis per D. Poteſtatem Civitatis prædictæ, ſeù per officium Magnificorum DD. Antianorum pro tempore præſidentium, quæ loca ſic ordinanda ſervare teneantur ſub pœna ſolidorum quinque pro qualibet vice, qua contrafecerint, & qui tenere, & vendere debeant, & teneantur fructus recentes, & non infectos, nec reprobatos, quos fructus ſic infectos ad mandatum Priorum gabellarum ipſius Civitatis ſtatim exportare, & amovere teneantur, ſub pœna eorum arbitrio imponenda, nec poſſint immunditias aliquas in Foro prædicto projicere, aut projici facere, ſub pœna ſolidorum decem bonon. pro qualibet vice, qua contrafecerint, & nihilominùs tales immunditias exportare teneantur ſub di-

ctamet

ſtamet pœna. Quibus etiam inhibemus nè audeant fructus hujuſmodi, aùt volucres, aeu quadrupedes aliquos ad revendendum emere in d. Foro, ſeù etiam ad portas dictæ Civitatis, nec pro eis emendis obviam ire portantibus ad dictam Civitatem hujuſmodi fructus, volucres, & quadrupedes, donec vexillum pro eorum prohibitione poni ſolitum ammovebitur de ejus ſolito loco, ubi tale vexillum poni conſuevit ad dictam prohibitionem indicandam, ſub pœna ſolidorum decem bonon. pro qualibet vice, & ammiſſionis dictorum fructuum, volucrum, & quadrupedum ſic emptorum, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 PRopolæ, Dardanarii, Tricoli, & Revenditores ſunt Sinonimi.

2 Tricoli ſunt, qui utenſilia ab Agricolis emunt, ut otiosè poſteà illa vendant.

3 Tricolorum malæ qualitates deſcribuntur.

4 Matricciani in Urbe exercent artem Revenditoris in grave damnum publicum, & quare.

Matricciani dicuntur quia originem trahunt à Terra Matricis num. 4.

Matricciani habitant in Urbe in eadem contrada num. 4.

5 Matricciani monapolium committunt.

Monopolium, quod à Matriccianis committitur evitari debet mediante Edicto pœnali, in quo prohibeatur deferentibus fructus ad Urbem ne illis vendant nu. 5.

Prohiberi poteſt deferentibus fructus ad Civitatem nè Tricolis, & Revenditoribus illos vendant num. 5.

6 Tricolis locus certus, in quo vendere debeant fructus præſcribi poteſt.

7 Statuere comeſtibilia, & alia Reip. neceſſaria vendi in certo loco ſpectat ad Univerſitatem.

8 Prohiberi poteſt Tricolis nè emant victualia niſi poſt certam horam.

9 Prohiberi poteſt nè Forenſes emant victualia donèc lapſa ſit certa hora, ut interim Cives qui onera Civitatis ſuſtinent poſſint ſibi ipſis providere viliori pretio.

10 Pretium rerum vileſcit ceſſantibus emptoribus.

11 Prohiberi debet Tricolis nè obviam eant portantibus victualia ad Civitatem. Vide num. 12.

Graſſerii habent cognitionem nè Tricoli obviam eant portantibus victualia ad Civitatem num. 11.

12 Ruſtici, & Agricolæ non debent cogi vendere minutatim in Foro victualia, nè ab eorum opere diſtrahantur. Vide ibi.

13 Victualia ad vendendum deferuntur per Mulieres in Civitate Faventiæ.

14 Invigilandum eſt, nè ullum morboſum, aùt vitioſum Forum publicum intret.

15 Vendentes fructus corruptos pœna extraordinaria arbitraria puniri debent.

16 Graſſerii invigilare debent nè Tricoli, & Revenditores vendant fructus immaturos, aut corruptos.

17 Graſſerii invigilare debent, quod Revenditores, ſeù Tricoli teneant fructus palàm, & non clàm, itaùt electio ſit emere volentium.

18 Graſſerii invigilare debent, quod in ſummitate Sacchi, ſeù Ciſtæ non ponantur fructus boni, & ſubtus corrupti.

19 Statuta fuerunt plura circa Tricolos ibi remiſſivè.

OBSERVATIO.

II qui apud Græcos appellantur *Propolæ*, & apud Latinos *Dardanarii*, apud Italos nun-
1 cupantur *Tricoli*, aut *Revenditores*, ut notat *Thomas Garzonus in ejus Opere inſcripto la Piazza univerſale di tutte le perfezzioni del Mondo diſcorſ. 139. in princip.* Tricoli autem ſunt illi,
2 qui utenſilia ab Agricolis emunt, ut otiosè poſteà illa vendant, ut tradit *Gloſſ. in l. 2. §. hæc in verbo tradatur ff. de Nundin. Carocc. de Locat. quæſt. 4. num. 10.*

Eorum malas qualitates acritèr deſcribit
3 *Garzon. loc. cit. in fine:* ibi *Della robba ſtagionata non accade favellare, che le pera mizze, i carchieffoli ſecchi, i pomi fracidi, i naranzi muffi, il caſcio guaſto, i frutti marci hanno più comercio con loro, che le Oche con Giudei, e quando biſogna qualch'uno di queſti avanzi, le ceſte fanno una muffa proſpettiva da tirar per Piazza à i matti che fanno le pazzie dinanzi à loro: Ci è queſta differenza eſſenziale ancora trà la robba d'eſſi è quella degl'ordinarii venditori, che oltre che queſta sà da ranzo per il prezzo, e da garbo per il ſapore, e da agro per il valore è reputata nulla, ſe bene foſſe d'aſſai, per eſſer rivenduta, e ricomprata come da Truffatori, e Barattieri; Ne ſi può dir con verità, che ci ſia altro di buono, ſe non che la Piazza hà una poſta di più, che vien dal Tricolo ſervata per gl'eſtremi biſogni del Popolazzo, e della plebe. Laonde eſſendo nel reſto inutili, gl'accompagnaremo cò peponi marci, e con le pere acerbe, acciò paghino il fitto della piazza, non portando la ſpeſa che anco i minimi cantoni ſian così indegnamente preſi, & occupati, e tanto più che ſimil gente hà del diluvione aſſai perche ſempre c'è qualche frutto ch'è paſſato per i denti loro, come quel pezzetto di ſterco dal Gonella, il che vede beniſſimo Cantalicio ſcrivendo della Cicca rivendiola i ſeguenti verſi.*

Totam Cica tenet venalia poma per Urbem
Corrodit tota Ciche ſed illa die
Computat poſtquam magno quod incepta coemit.
Accepit lucri ventre crumena minùs.

Hanc artem præcipuè exercet in Urbe certum genus hominum *Matricciani* nuncupati,

4 eo quod originem trahunt à Terra Matricis,
& quidèm in grave damnum, & præjudicium
publicum, cum ipſi inter ſe colludentes ſum-
mo manè in Platea Agonali emant viliori pre-
tio à Forenſibus inibi fructus deferentibus, &
poſteà illis reconditis, cariori pretio minuta-
tim vendunt, undè evitari debet hujuſmodi
5 monopolium mediante Edicto pœnali, prout
practicatum fuit à Prorege Neapolis, qui pro-
hibuit deferentibus fructus ad Civitatem, ut
revenditoribus venderent, ut teſtatur *Borell.
de Magiſtrat. Edict. lib.3. cap.24. num.102.*

Poteſt Tricolis præſcribi certus locus, ubi
vendere debeant fructus, nempè in lateribus
6 Plateæ, vel ſimili, ut de ordinatione Regis
Ferdinandi emanati de anno 1509. notat *Ca-
put. de Regim. Reip. cap.7. §.16. num.21. verſ.
Decimo dico*, & de alia ſimili Conſtitutione
*Mierez ſuper Conſtit.Cathaloniæ collat.6. cap.25.
num. 1. cum ſeqq. Cancer. Var. reſolut. par.3.
cap.13. num.286. cum ſeqq.* ubi firmat, quod
7 ſtatuere comeſtibilia, & alia Reip. neceſſaria
vendi in certo loco, ſpectat ad Univerſita-
tem.

Sicuti etiàm poteſt illis prohiberi, ne
emant victualia, niſi poſt certam horam, ut
8 relato *Luc. de Pen. in l. Maximarum C. de Ex-
cuſat. mun.lib.10.* tradit *Caput. d. cap.7. §.14.
num.23.* juncto *num.42.* & ità ſervari Bononiæ
teſtatur. *Gloſſ. in d. l.2. §. tradatur ff. de Nun-
din. Annotat. ad Statut. Parmæ lib.4. tit. Qua-
litèr Revenditores, & Revenditrices &c. Capyc.
Galeott.Reſponſ. fiſcal.10. num.57. Borell.de Ma-
giſtrat. Edict. lib.3. cap.14. ſub num.100.verſ.
& quoad illud*; Eo modo, quo poterat ſtatui
ne Forenſes emant victualia donec lapſa ſit
9 certa hora, ut interim Cives, qui onera Ci-
vitatis ſuſtinent poſſint ſibi ipſis providere vi-
liori pretio, nàm ceſſantibus emptoribus vi-
10 leſcit pretium, ut tradit *Caput. cit. §. 14.
num.23.*

Vetandum quoquè eſt Tricolis, & Revendi-
toribus ne obviam eant portantibus victualia
11 ad Urbem tanquàm contra jus commune, vt
tradunt *Muta ad Conſtitut.Panorm.cap.61.n.16.
Boer. deciſ.296. nu.7.* qui etiam teſtatur id ſta-
tutum fuiſſe in RegnoGalliæ à *LUDOVICO XI.
Addit. ad Sanfelic. deciſ.329. verſ.habent etiam
il 3.* ubi quod Graſſerii habent hanc cognitio-
nem *Franciſc. Marc. deciſ.540. ſub num.44.* &
pluriès in Urbe mediantibus pœnalibus Ban-
nimentis prohibitum fuit, ſed inutilitèr.

Quamvis favore Tricolorum euntium ob-
viam Ruſticis ad portas Civitatis militet *text.
in dicta leg.2. ff. de Nundin.* diſponens, quòd
12 ne Ruſtici, & agricolæ ab eorum opere avo-
centur, & diſtrahantur non debent cogi ven-
dere minutatim in foro victualia, ut ponde-
rat *Carocc. de Locat. quæſtion.4. num.10. Fran-
ciſc. Marc. deciſion.540. ſub num.44.* nihilomi-
nus advertandum eſt quòd præterquàmquòd
Cives emunt fructus, & victualia etiàm ut
vulgò dicitur *all'ingroſſo*, ut plurimum illi,
ſeù illa deferuntur in die Mercati, quæ à Ru-
ſticis ſolet deſtinari emptioni rerum neceſſa-
riarum,&per illud tempus conſultò prætermit-
ti opera ruſticalia ſe conferendo adCivitatem;
Non ommitendo, quòd in noſtra Civitate id
eò minùs reſultat in præjudicium Agriculturæ,
13 cum ut plurimum deferantur per mulieres.

Cæterùm quia invigilandum eſt ne ullum
morboſum, aut vitioſum Forum publicum
14 intret *Kochen. de Jure viciniæ par.2. cap.4.
nu.11.* puniendo vendentes fructus corruptos
pœnâ extraordinariâ arbitrariâ juxtà *text. in*
15 *l.3.§. ſi quis merces ff.de Crim. Stellionat.Oterus
de Officialib. par.2. cap.7. n.6.* propterea Graſ-
ſeriorum officium eſt præcipuè animadver-
tere ne Revenditores vendant fructus imma-
16 turos, aut corruptos *Caput. dicto §.14. n.38.
cum ſeq.* quodque illos teneant palàm, & non
17 clam, itàut electio ſit emere volentium, vt
proſequitur *Caput. ubi proximè eodem num.38.
cum ſequent.* necnon quod in ſummitate Sac-
chi,ſeu ciſtæ non ponantur fructus boni,& ſub-
18 tus corrupti *Oter. dicto cap.7. ſub n.6. & Ad-
dit. ad Sanfelic. deciſ.329. verſ. habent etiam
il 4.* & diſponitur in *Capitulis Officii Graſſiæ tit.
Di quelli, che vengono al Mercato infrà in Ap-
pendice pag.89. num.96.* ubi etiam anteceden-
ter ſub *titulo delli Tricoli pag.84.num.47. cum*
19 *ſeqq.* plura circa Tricolos ſtatuta fuerunt in
Urbe mediantibus Edictis Eminentiſſimi Do-
mini Cardinalis Camerarii 29. Junii 1697.

ADDIT. AD RUB. LIX LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Revenditores, ſeù Dardanarii ſunt peſſi-
peſſimæ qualitatis.
2 Revenditores obviam ire ſolent venientibus
ad vendendum comeſtibilia, omnia emen-
tes, ut ſoli poſteà carius vendant.
3 Revenditoribus prohiberi debet ne res vena-
les emant antè certam horam favore pu-
blicæ utilitatis.
4 Et ità practicatum fuit in Urbe mediante edi-
cto
Eminentiſs. Card. Jo: Baptiſta Spinula S.R.E.
Camerarius laudatus n.4.
5 Domus Matriccianorum in quem uſum dein-
dè converſæ fuerint.

Num.11.& 12. Revenditores, qui etiam Dar-
1 danarii nuncupantur ſunt peſſimæ*qualitatis,
ut notat *Severin.ad Sanfelic.deciſ.329. verſ.Ha-
bent etiam.*

Et ſolent ire obviam venientibus ad ven-
2 dendum comeſtibilia, omnia ementes, * ut
ſoli poſteà carius revendant, ut notat *Caldero
dec.55.n.22.to.2.*

In benè ordinatis Civitatibus providetur,
3 ne Revenditores emant res venales * ante
horam certam favore publicæ utilitatis, ut
re-

relatis *Galeot.reſponſ.Fiſcal.* 10.n.57. *Muta* to.4. *in Cap.Regni Siciliæ Reg..Alph.cap.*54. advertit *Caldero loc.cit.* & ità mediante Edicto demandatum fuit in Urbe à fel:recor: Eminentiſſimo Spinula vigilantiſſimo Camerario, cujus eximiæ virtutes notoriæ ſunt, & præſertim juſtitia, prout etiam experta eſt Urbs in Gubernio Civitatis ab E.S.per plures annos exer-
4 cito ante Cardinalatum cum univerſo plauſu, prout exercuerat alia gubernia Civitatum Status Eccleſiaſtici, & licèt à podagra, & Chiragra graviter vexatus nihilominùs aſſiduè variis Congregationibus Eminentiſſimorum Cardinalium, quibus erat adſcriptus, ſemper adſtitit, ejuſque vota alii Eminentiſſimi, ut plurimum adheſerunt ob ejus doctrinam, & ſummam prudentiam, quibus inceſſanter exercuit.

Domus ad hæc uſque tempora à dictis Ma-
5 triccianis inhabitatæ, undè nomen ſumpſit Vicus *delli Matriciani*, nuper a Natione Gallicana emptæ fuerunt, & incorporatæ excelſæ, ac magnificæ Fabricæ, quam juxta ſuam Nationalem Eccleſiam hodiè videmus erectam.

De Hortolanis.

RUBRICA SEXAGESIMA.

VEndentes olera, & herbas tàm incolæ, quàm forenſes in Foro publico ſtare debeant in loco per DD. Antianos deputando pœna ſolidorum decem bononen. pro quolibet, & qualibet vice in alio loco moranti ad vendendum, eo ſalvo quòd vendentes pepones poſſint eos vendere in quocunque loco, prout ipſis videbitur, dùm tamen non impediant rectos curſus perſonarum, aut equitum, vel impedimentum aliquod faciant apothecis, & teneantur ipſi Hortolani, & Hortolanæ quolibet die de ſero aſportare immunditias, & ſeù cænum per eos, vel eas factum cauſa eorum exercitii. Itaque ubi prædicta vendiderint remaneat locus mundus, & nitidus ſub pœna prædicta pro quolibet, & qualibet vice. Volumus etiam quòd mulieres venientes ad vendendum aliqua bona in Foro prædicto non debeant ex earum caniſtris, & ciſtellis alquid projicere, vel relaxare immunditiæ ſub ipſa pœna ſolidorum decem pro qualibet, & qualibet vice. Prohibentes etiam, quòd mulieres comeſtibilia in Foro publico vendentes non audeant, ſeù præſumant ſilare ſub pœna ſolidorum quinque bonon. pro qualibet, & qualibet vice.

SUMMARIUM.

1 OLeribus, ſeù hortaliis abundat Civitas Faventiæ.

2 Hortalitia in dies plantantur, & venduntur per Olitores.

Hortalitia ſunt fructus naturales, vel mixti, nempè partim naturales, & partim induſtriales n.2.

Fructus ex hortis, ſeù hortalitia dividuntur pro rata temporis, contingente controverſia cum fideicommiſſario, vel alio circà illorum pertinentiam n.2.

3 Fructus naturales, qui dicantur, & qui induſtriales, & quinam mixti remiſſivè.

4 Hortalitiorum, & Olitorum plura remiſſivè.

5 Florum, hortorum atomatariorum, ſeu penſilium commoda, fructus, & voluptates remiſſivè.

6 Hortus ità dictus, quia in eo ſemper aliquid oritur.

Hortus dividitur in Vrbanum, & ruſticum num. 6.

Horti, & ejus cultura remiſſivè n.6.

Prædium Vrbanum, ſeu ruſticum conſtituitur potiùs ex materia, & uſu, quàm ex loco num. 7.

7 Prædium locatum pro Oleribus cenſetur ruſticum, licèt intrà mœnia Civitatis poſitum, dùm in eo non adeſt aliquod Vrbanum ædificium.

8 Retractus Viridarii non competit Prædio pro Oleribus locato.

Viridarium cenſetur prędium Vrbanum, quando in illo concurrunt ea, de quibus ibi n.8.

9 Prædium ruſticum non poteſt retrahere Vrbanum, ſed è converſo.

OBSERVATIO.

OLeribus, ſeù hortalitiis optimæ qualitatis adeò abundat noſtra Civitas, ut aliis nonnullis locis, & Civitatibus Provinciæ
1 ea etiam ſubminiſtret, & iſta hortalitia cùm in dies viciſſim plantentur, & vendantur per Olitrices in publica platea, & ſic ex illa terra
2 toto anno quotidiè olera percipiantur, quamvis propriè fructus percepti ſint naturales, vel veriùs mixti, nempè partim naturales, & partim induſtriales, adhùc tamen contingente controverſia cum fideicommiſſario, vel alio circa illorum pertinentiam, fit diviſio pro rata temporis, ut firmant *Fuſar.de Subſtit.qu.*626. *n.*73.*Giurb.obſer.*44.*n.*12. Et quia pro facienda juſta diviſione fructuum haberi debet explicita cognitio eorum naturæ, nempè quinam ſint civiles, quinam naturales, quinam indu-
3 ſtriales, & quinam mixti, ideò pro habenda diſtincta notitia adeas *Oinotom. in §.Si quis à non Domino de Rer. divis. Barbat. de Diviſion. fructuum, Leotard.de uſur.qu.*50.*nu.*11.*cum ſeqq. Caſtill.de uſufruct.q.*36.*nu.*50.*cum ſeqq.Gutierez*
de

Digitized by Google

*de Tutul. & Cur. artic.3.cap.23. Joſeph Mele in
addit.ad Gizzarel.dec.34.Card.de Luca de benef.
diſcurſ.100. Lagunez de Fructib. Gratian. diſce-
ptat.649.n.1.cum ſeqq.Carpzov.in Jurisprudent.
diffinit.19. Coler.dec.252.n.14.Rot.penès Cenc.de
Cenſib.dec.177.& dec.458.n.5.in rec.dec.3.n.49.
cum ſeqq.par.7.*

Vltrà diſpoſita in præſenti *Rubrica* circa
Hortalitia, & Olitores, nonnulla etiàm addi-
4 ta fuerunt in *Capitulis ſuper Officio Graſciæ im-
preſſ.infrà in Appendice pag.87.nn.78.* & de no-
bilitate artis Olitorum, ac alia de materia
vide *Thomam Garzonum in ejus opera inſcripto*
5 *Piazza univerſale diſc.147.* & de florum, hor-
torum aromatariorum, ſeù penſilium com-
modis, fructu, & voluptate vide plura penès
*Lagunez de Fructib.par.1.cap.4.n.36. & cap.34.
num.75.cum ſeqq. Gryphiandr. in ejus Æconom.
legal.lib.1.cap.17.n.120.cum ſeqq.* ubi præ cæte-
6 ris tradit, quod *hortus* ita dicitur, quia in eo
ſemper aliquid oritur, & dividitur in Urba-
num, & Ruſticum *Creſcent.de Agricultura lib.6.*
ubi de hortis, & eorum cultura, ac de eadem
materia latè *Tanara l'Economia del Cittadino in
Villa lib.4.* Cenſetur tamen prædium ruſticum,
quandò reperitur locatum pro Oleribus, ne-
7 que in eo adeſt conſtructum aliquod Vrbanum
ædificium, quamvis intrà Mænia Civitatis exi-
ſtat, cùm non ex loco, ſed potiùs ex materia,
& uſu conſtituatur prædium Vrbanum, ſeù
ruſticum, ut reſpondit *Vulpian.in l.Urbana 19 8.
ibique Scribentes,* & præ cæteris *Alciat.num. 8.
ff.de Verb.ſignif.Cepol.de Servit.Urb.præd.cap.1 1.
nu.4. Manr.de Servit.tit.1.n.8.cum ſeqq. Rota in
recen. deciſ.184.nn.17.cum ſeq.par.1. & Rocca
Epiſcopus Iſclanus Diſput. ſelect. vol.2. cap.166.
n.1.* qui ſcripſit pro excluſione retractus Viri-
darii prætenſi à Domino dicti prædii vigore
Bullæ Gregorii XIII. cum ameniſſimo Viri-
dario eſſet annexum ædificium ſatis eleganti
8 forma conſtructum, & terra ejuſdem Viridarii
non ſcinderetur ad lucrum, ſed potiùs areolas
perbelle in diſtributa depicta floribus, fron-
doſiſque arborum aggeribus, ac textili Sylva
adverſus Solis jacula armarentur umbræ ami-
cis, & Genio, & conſequenter dici omninò
deberet prædium Vrbanum etiamſi extra
mœnia Civitatis exiſteret *Alciat.ubi ſuprà Ce-
poll.loc.citat. Carpan.ad Statut.Mediolan. par.1.
cap.433.nn.20. Vvaizenegger.de Servit.diſſect.3.
cap.1.n.1.Manz.ubi ſuprà nu.15.* quòd non po-
9 teſt retrahi à prædio ruſtico, ſed benè ruſti-
cum ab Urbano, *Decian. conſ.15. nu.21. cum
ſeq.juncto 28.vol.4. Rendel.de Jure prothomiſ.in
animadverſ.ad §.penult.n.4.pag.395. Afflict.eod.
tract.ad princip.leg.n.14.in fine verſ. Sed iterùm
incidenter quæro, & deciſ.223.n.2.* qui teſtatur
ita deciſum à Regio Conſilio, & reſpondit
Roccha loc.cit.nu.1.verſ.in prædio cum ſeq.

ADDIT. AD RUBRICAM LX. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Hortolanorum materiam tractantes re-
miſſivè.
Deus fuit primi horti Artifex n.1.
2 Prædia Vrbana variantur ſecundùm volunta-
tem locatoris, & exercitium Conductoris.

Num.4. De Hortolanis vide *Hermanum Hermes
in ejus faſciculo Juris publici cap.35.nu.63.cum
1 cum ſeqq.* * ubi præ cæteris tradit primum
horti Artificem fuiſſe Deum, qui Paradiſum
in Ædem plantata in eodem arborum frugife-
ra ſerie conſtruxit admirabilem, eique Ada-
mum Hortulanum præfecit.

Num.7. Prædia Urbana variantur ſecundùm
voluntatem locatoris, & exercitium Condu-
2 ctoris * ut dixit *Rot. in Romana Primogenituræ
de Bubalo ſuper Apotheca ad uſum Inciſoris 20.
Januarij 1706. coràm R. P. D. Anſaldo §.Ete-
nim.*

*De Lino, & aliis immunditiis non ponendis in canali, ſive foveis,
aut in locis publicis.*

RUBRICA SEXAGESIMAPRIMA.

STatuimus quòd nullus audeat, vel præſumat ponere Linum, ſeù Canepam ad macerandum in foveis, ſeù canalibus Civitatis Faventiæ, vel ejus Caſtrorum, nec in Foro publico, ſeù ſtratis publicis dictæ Civitatis, & Caſtrorum, nec immunditias aliquas cujuſcunque generis projicere, & maximè animalium inteſtina, ſeù carnes mortuas ſub pœna ſolidorum viginti bonon. pro quolibet, & qualibet vice. Nullique liceat fimum, aut immunditias aliquas, ſeù ſterquilinia, aut terrenum, ſeù quidquid aliud, quod impediat viam, ſeù tranſitum ejus in aliqua via publica, aut propè domum alicujus per ſe, vel alium ponere, vel tenere de nocte, vel de die pœnâ ſolidorum decem pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit in prædictis, ſeù aliquo prædictorum, & nihilominùs teneatur exportari facere infra triduum dictum fimum, & immunditias, ut ſuprà dictamet pœna.

SUM-

SVMMARIVM.

1 LInum, & Canepam ponendo ad effectum macerandi in foveis, ſeù canalibus Civitatis generatur fœtor, & aer corrumpitur.

Ex fœtore aer corrumpitur, & peſtis generari valet num.1.

2 Æſtivo tempore pravus odor à calore relaxatur.

Pravus odor hyberno tempore reſtringitur num.2.

3 Maceratiò Lini, & Canepæ prohibetur intrà, vel propè Civitatem, & facienda eſt in locis remotis. Vide ibi.

4 Macerato Lini, & Canepæ non poteſt generaliter, & in omnibus locis prohiberi.

OBSERVATIO.

LInum, & Canepam ponendo ad effectum macerandi in foveis, ſeù canalibus Civitatis utique exindè generatur fœtor *Cepoll. de*
1 *Servit.ruſtic.præd.cap.43.nu.2.* quo mediante aer corrumpitur, & peſtis generari valet ad *Text.in l.1.ff. Cloac.* tradit *Rip.de Peſt. in princ. nu.12.cum ſeq.& in tit.de Remed.præſerv.contra Peſt.n.64.Conciol.ad Statut.Eugub.lib.5.Rub.30. nu.1. ibique Romaguer.in addit.nu.4. Sabell. in Summa diverſ.tractat. §.Aqua num.13. Capus.de Regim.Reip.§.7.& §.17.n.2.*

Quod facilius procedit in tempore æſtivo, quo pravus odor à calore relaxatur, ad dif-
2 ferentiam hyberni temporis, quo ille reſtringitur *Pacichell.de Diſtant. cap.8. in fine, Samuel Stricben.de Jure ſenſuum tit.de Senſu Olfact.r.2. nu.15.* & proſequitur *Romaguer.ubi ſuprà.*

Hinc ſumma prudentia prohibetur maceratio Lini, & Canepæ intrà, vel propè Civi-
3 tatem, mandando id fieri in locis remotis ad evitandam inſalubritatem aeris, ut advertit *Novar.de Gravam.Vaſſal.to.1.gravam.217.nu.3. cum ſeq.Capiblanch.de Baron.t.1.pragm.14.n.20.* Et quod non liceat intrà ſpatium unius milliaris à Civitate illud ponere ſequendo *Conſtitutionem Regni* docet *Caput.loc.cit.* ubi ampliat etiamſi Territorium non habeat tantam amplitudinem *Borel.de Magiſtrat.Edict.lib.3.r.12. num.31.*

Non tamen poteſt generaliter, & in omnibus locis prohiberi maceratio Lini, & Cane-
4 pæ, nàm taliter tolleretur occaſio hujuſmodi fructus perfectionandi, & conſequendi, ut advertit *Novar.loc.citat.nu.2.*

ADDIT. AD RVBRICAM LXI. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 Purgatio Lini, & Canepæ, & ſimilium non debet permitti prope loca habitata.

2 Plantari non debet linum, & canepa penès Civitatem.

Num.3. Non debet permitti purgatio lini, & ni, & Canepæ, & ſimilium propè loca habi-
1 tata, * quia generatur corruptio aeris, ex quo morbi, & peſtes deſcendunt *Maſſin. de Confiſcat.q.19.n.24.*

Quinimò non debet plantari linum, & Ca-
2 nepa penès Civitatem * ut proſequitur *Maſſin. ubi ſuprà num.25.*

De iis, qui dejecerint, vel effuderint.

RUBRICA SEXAGESIMASECUNDA.

STatuimus, & ordinamus, quòd nullus cujuſcunque conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat projicere aquam, vinum, aut alias immunditias de domo in ſtratam publicam diurno tempore, neque nocturno, niſi priùs exclamaverit ſub pœna viginti ſolidorum pro quolibet, & qualibet vice, & ſi ſic projiciendo dejecerit in aliquem, & ſibi veſtes deturpaverit, vel deterioraverit ultra pœnam prædictam ad emendationem damni compellatur.

SVMMARIVM.

1 SOrditiæ, & immunditiæ aeris tranquillitas inficitur, Cœlumque fic peſtilens, ac inde febres, & contagioſæ infirmitates oriuntur.

2 Immunditiæ, putrida, & fœtida non poſſunt projici in viis publicis Civitatis.

Ædilibus incumbit invigilare, ne Fora, vici, viæ, cloacæ, & aqueductus Civitatis ſordibus putreſcant, ſed munda conſerventur num.4.

3 Lutum, & lectamen non poteſt projici in via publica Civitatis.

4 Non licet facere cloacam, quæ immittat fætida, & immunda in publicum.

5 Stercora, morticinia, aliaque putrida, fætida, & immunda prohiberi poteſt ne projiciantur in viis publicis Civitatis.

6 Vicinus prohibere poteſt, ne alius vicinus putrida, immunda, & fætida projiciat.

7 Statutum prohibens projicere ſtercora, & immunda in Plateam, & vias publicas Civitatis eſt validum, & ſervandum.

8 Prohiberi poteſt ne quis evacuet, ſeù corpus exoneret propè alicujus Domum.

9 Cruces depingere in angulis Domorum, ſeu Eccleſiarum, ne ibi ſtercora, & urina emittatur eſt incongruum, & indecorum, & quarè.

10 Urina, ſtercus, & ſimilia fætida projicere non licet, quamvis competat ſerviens projiciendi in fundum vicinum.

11 Fa-

Digitized by Google

11 Famulo, ſeù Famula projiciente aquam putridam per feneſtram, & veſtem tranſeuntis deturpante, Dominus tenetur ad damni pœnam in duplum, Decl.num.13.

12 Ex deturpatione veſtis tranſeuntis per viam mediante projectione aquæ putridæ per feneſtram graviſſima injuria oritur,

OBSERVATIO.

Sorditie, & immunditie aeris tranquillitas inficitur, Cœlumque fit peſtilens, ac indè febres, & contagioſæ infirmitates oriuntur,
1 ut cum *Hippocrat.* docet *Borell. de Magiſtrat. Edict.lib.3.cap.12.nu.5.Fragoſ.de Regim.Reipub. par.1.lib.7.diſput.21.nu.9. Naurath.de Vita, & morte Homin.Theorem.14.verſ.Primum medium, & verſ.In locum.*

Idcircò prohibitum eſt projicere immunditias, putrida, & fœtida in viis publicis Civi-
2 tatis, *Caput.de Regim.Reip. cap.7.§.17. Kochen. de Jure vicinia par.2. cap.1.n.31. & cap.6.n.7. Antunez. Portugal. de Donat. Reg. par.3. cap.3. n.63.tom.2.Muta in Conſuetud. Panormit cap.42.*
3 *num.44.* ubi de luto, & lectamine in via publica poſito *Naurath.cit.theorem.14.verſ.In locum,* ubi de prohibita projectione urinæ *Fragoſ. loc. cit.Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.2. cap.269.* Sicuti non licet facere cloacam, quæ immit-
4 tat fætida, & immunda in publicum obſtante interdicto, Ne quid in loco publico *l.1.§.2.ff. de Cloac.Sprenger de Iure ædific. cap.9. verbo de Cloacis,Brugiot. in Epitome Viarum cap.2.nu.66.* Et Ædilibus incumbit invigilare, ne Fora, vici, viæ, cloacæ, & aqueductus Civitatis ſordibus putreſcant, ſed munda conſerventur, prohibendo mediantibus Edictis pœnalibus (prout in Vrbe à Magiſtris Viarum, ſed inutiliter
5 practicatur) ne ſtercora, morticinia, aliaque putrida, fætida, & immunda inibi projiciantur juxta *Text. in l. Ædiles in fine ibi non permittant &c. ſtercora projicere neque morticinia, neque coria jacere ff.de Via public.& itiner. pub. reſic. Borell. loc. cit.num.6. cum ſeq. Naurath. & Fragoſ.ubi ſupra, Romaguer.in addit. ad Conciol. ad Statut.Eugub.lib.5.Rub.18.n.6.Sperell.dec.57. nu.7.* ubi notat, quòd non ſolùm Ædilibus, ſed
6 etiam privatis in vicinia habitantibus jus prohibendi competit. Et quotiès viget *Statutum* prohibens projicere ſtercora, & immunditias
7 in plateam, & vias publicas, prout diſponunt noſtrum *Statutum in præſenti Rubr.* ac *Capitula ſuper Officio Graſſiæ in Appendice pag.90. n.288. cum ſeqq.* quod ſit validum, & ſervandum dicit *Cepol.de Servit.Vrb.præd.cap.68.nu.3. Conciol.ad d.Rubr.28.n.1. Card.de Luca de Servit.diſcurſ.24. n.2.cum ſeqq.*

Eadem ratione ſi ex evacuatione, ſeù Corporis exoneratione propè alicujus domum
8 illi fætor emergat prohiberi poteſt, ut notat *Borell.alleg.cap.12.n.11.* quod remedium magis congruum eſt, quando prævia dealbatione muri in angulo domus, ubi ſtercora, &
9 urina emittuntur depingi facere Cruces, prout paſſim non ſine admiratione vidi practicatum, non ſolùm quia indecorum eſt, quòd in ſimilibus locis ponatur ſignum Crucis; verùm etiam quia datur prompta occaſio committendi actus irreverentiæ, & vilipendii erga illam, dùm ea in ſumma veneratione habenda eſt, tanquàm rappræſentativa noſtræ Redemptionis.

Etſi concurrat ſervitus projiciendi in fundum vicini adhùc urina, ſtercus, & ſimilia
10 fætida projicere non licet *Caput.de Regim.Reip. c.7.§.16.n.22.ver.hinc cum ſeq.Sper.dec.57.n.8.*

Sæpè contingit, quòd tranſeuntium veſtes deturpentur per incautam projectionem aquæ
11 putridæ in via per feneſtras factam à famulis, ſeù famulabus, quo caſu Dominus tenetur ad damni pœnam in duplum ad *Text.in l.1.ibique Florian.ff.de his, qui deiecer. vel effud. Cepol. de Servit.Vrb.præd.cap.68.n.3.Conciol.ad d.Rub.28.*
12 *n.4.Sperel.cit.dec.57.n.5.* Cum graviſſima indè oriatur injuria *l.1.§.1.ff.de Extraordin.crim.Kochen.d.par.2.cap.1.nu.31.*

Declara tamen procedere, quotiès aqua putrida projecta fuerit in loco, in quo vulgò
13 iter fieri ſolet, aliàs ſecùs, ut declarant *Cepol. Conciol. & Sperell. in locis proximè citatis, & Franc.Marc.dec.398.n.8.pa.1.*

ADDIT. AD RVBRICAM LXII. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 Immunditiæ putridæ, & fætidæ projici non poſſunt in viis publicis.

2 Projiciens quid turpe, & fætidum in faciem, vel perſonam alicujus puniendus eſt.

Num.2. Immunditiæ putridæ, & fætidæ non poſſunt projici in vias publicas, ut etiam * tradit *Dominus Franciſcus Antonius Bonfin.ad Bannim. General.cap.46.n.46.n.13.*

Num.2. Puniendus eſt, qui projecit quid tur-
2 pe, ſeù fætidum in faciem, * vel in perſonam alicujus, cùm graviſſima ſit injuria, ut comprobat *Bonfin. Nepos loc. cit. in ſupplet. num.3. cum ſeq.*

De Cloacis.

RUBRICA SEXAGESIMATERTIA.

UT canalis aqua non inficiatur, ſeù deturpetur ordinamus, quòd nulli liceat aliquam cloacam facere, quæ immittat in canali Communis Faventiæ, ſeù aliquod aliud turpe in eo imponere, & ſi contrafactum fuerit removeri debeat per contrafacien-

cientem, qui etiam in pœnam quinque librarum incurrat, & quilibet accuſare valeat, & medietatem pœnæ acquirat. Idem ſtatuimus in quocunque habente, vel de cætero fieri faciente aliquas cloacas immittentes aliquid turpe in vias publicas Civitatis Faventiæ, quas omninò tollere teneatur, ſeù claudere ſpatio unius menſis à die publicationis præſentis Statuti ſub dicta pœna,

SVMMARIVM.

1 AQua eſt elementum neceſſarium humano generi.
2 Aquam tradere tenetur, qui tenetur ad alimenta, & num.9.
3 Conſputcans aquam fontium, & rivulorum punitur pœna extraordinaria Judicis arbitrio.
4 Aqua turbida, & mali coloris maximè nocet ſaluti humanæ.
5 Aqua utimur tàm in potu, quàm in cibo.
Cura aquæ præ omnibus haberi debet n.5.
Aquæ ſalubritas præter aeris puritatem magis pertinet ad corporum ſanitatem, & neceſſitatem num.5.
Bonitas aquæ ex quibus dignoſcatur nu.5.
6 Aquæ abundantia eſt magis neceſſaria in Republ.aliarum rerum.
7 Aquarum curam tàm quoad quantitatem, quàm quoad claritatem Ædiles habent.
8 Antiqui valdè cuſtodiebant fontes, & conſervationem aquarum.
Romani valdè cuſtodiebant fontes, & conſervationem aquarum num.8.
9 Alimentis legatis hæres tenetur ad præſtationem aquæ, quando ob penuriam eſt venalis.
10 Ravennæ olim vigebat penutia aquæ, ſecùs verò hodiernis temporibus.
Aqua *Pedicoſa* in Agro Vetulano ſaluberrima num.11.
11 Species variæ aquarum repetiuntur, de quibus ibi remiſſivè.
Vna ſpecies aquæ eſt ſalubrior, & magis medica alia, num.11.
12 Gratior, & utilior eſt potus aquæ frigidę ad ſitim expellendam.
Sitis eſt appetitus humidi, & frigidi, n.12.
13 Potus frigidi varia commoda remiſſivè.
Potus frigidus eſt ſalubrior calido, & quarè num.13.
14 Aqua nivata refrigerat calidum jecur, ventriculum roborat, & appetitum excitat.
Potus aquæ, quæ adeò frigida non ſit, ut bibentis appetitui non ſatisfaciat, ventrem inflat, ſitim non ſedat, comedendi deſiderium dejicit, corpus abſumit, & ad ſalutis conſervationem non convenit, n.14.
15 *Ganaver.dec.16.n.6.reprobatur.*
Aqua calefiebat potiùs quàm refrigerabatur pro potu apud Romanos n.15. Contrarium num.16.
16 Aqua calefieri priùs debet, & poſteà refrigerari pro potu, & quarè num.18.
17 Vſus calefaciendi priùs aquam, & poſtea eam refrigerandi introductus fuit à Nerone.
18 Aqua calefacta citiùs poſtea refrigeratur mediante nive numer.16.
19 Vſus nivis eſt antiquiſſimus, & ſaluberrimus.
20 Fructus in nive refrigerandi ſunt.
21 Vſus refrigerandi potum mediante nive practicatum fuit ab Hebræis, Græcis, Romanis, Irlandis, Turcis, Germanis, Italis, Hiſpanis, & aliis.
22 Potu nivato ceſſarunt in variis locis aeris inſalubris febres, & infirmitates, quæ priùs æſtivo tempore vigebant.
23 Modi refrigerandi potum mediante nive varii ſunt, de quibus ibi remiſſivè.
24 Colo nivario apud Romanos refrigerabatur potus cùm in eo reponerentur nives ad refrigerandum vinum.
Colum nivarium erat vas, in quo reponebantur nives ad refrigerandum vinum n.4.
25 Colum nivarium erat vas, in quo injiciebantur nives, deindè vinum infundebatur, cujus vis ſic frangebatur.
26 Colum nivarium erat vas ex lapide ſpungoſo factum ad colandas nives, ſeu aquam nivatam, vel vinum admixtum, & n.27.
27 Romani veteres aquam nive miſcebant, antequàm biberetur, vel vino dilueretur, & deindè hujuſmodi aquam mediante Colo nivario nivatam percolabant, ut dilutior & liquidior eſſet.
28 Colum nivarium erat vas, quo veteres injecta nive vinum colabant.
29 Colum eſt vaſculum quoddam ſubtiliſſimis foraminibus ab imo fundo perforatum, per quod ex amuiis in calicem refundebatur.
30 Colum eſt vas ex viminibus contextum da vinum colandum aptum.
31 Nix cadens è Cœlo venit appellatione fructuum, & auget fundi, vel feudi redditus, & quarè.
32 Nix fructus induſtrialis cenſeri poteſt, & quarè.
Nix coarcervatur hyemali tempore in fundo, & reconditur in puteis ad effectum æſtivo tempore eam vendendi num.32.
33 Gabella debetur ex nive in puteis recondita ad effectum vendendi, quia debetur ex omnibus fructibus.
34 Jus coacervandi, & vendendi nivem privativè quoad omnes introductum fuit in variis Principatibus, & locatur, & quarè.
Jus vendendi nivem inter Regalia Principis reponitur n.34.
55 Penſio, ſeu affictus, qui ſolvitur à Conductore Appaltus nivis an ſit Vectigal.

36 Location: facta juris privativè vendendi nivem non cenſetur prohibitum privatis perſonis quàm poſſint reponere in puteis pro uſu proprio,

37 Eccleſiaſtici non cenſentur comprehenſi in prohibitione facta à Principe ſæculari recolligendi, & vendendi nivem,

38 Aquarum decurſus, ſervitutes, diviſiones, & alia remiſſivè,

OBSERVATIO.

AQua cùm ſit elementum neceſſarium hu-
1 mano generi juxtà *tex. in l. De rivis 4.*
ibi: *Non enim tàm neceſſariam refectionem iti-*
nerum, quàm rivorum eſſe, quoniàm non refectis
rivis, omnis uſus aquæ auferetur & homines ſiti
necarentur ff. de Rivis, Gloſſ. in proœm. Inſtit. in
verbo Elementa, Pecch. de aqueduct. lib. 1. cap. 7.
quæſt. 3. num. 12. & lib. 2. cap. 9. quæſt. 23. n. 21.
Surd. de Aliment. titul. 4. quæſt. 3. num. 3. ubi
firmat, quòd ideò qui tenetur ad alimenta
2 debet etiam aquam tradere, ſi ſit venalis *Rip.*
de Peſte tit. de Remed. præſervat. contrà peſtem
num. 6. Petr. Gregor. Toloſan. Syntagm. Jur. univ.
lib. 3. cap. 22. in princip. Conciol. ad Stat. Eugub.
libr. 5. rubr. 29. num. 1. ibique Romaguer. num. 4.
Sabell. in Summ. diverſ. tractat. §. Aqua num. 7.
D. Antonius Gobb. in tract. de Aquis quæſt. 1. &
difficilius ſitis, quàm fames toleretur *Bobadill.*
Politic. libr. 4. capit. 1. num. 29.

Non poteſt conſpurcari illa fontium & ri-
vulorum, & conſpurcans tanquàm gravem ac
publicam iniuriam, & damnum inferens pu-
niendus eſt de Jure communi pœna extraordi-
3 naria Judicis arbitrio per *tex. in l. 1. §. 1. ff. de*
Extraordin. crim. Menoch. de Arbitr. Judic.
lib. 2. centur. 4. caſ. 38. num. 2. Borell. de Magi-
ſtrat. Edict. lib. 3. cap. 12. num. 28. & in tract.
de Regis Catholici præſtantia cap. 69. n. 40. Pegas
ad lib. 1. Ordinat. Portugal. tom. 3. gloſſ. 13. §. 11.
tit. 18. nu. 3. Fragoſ. de Regim. Reip. par. 1. lib. 7.
diſput. 21. num. 10. Cùm nihil magis nocivum
4 ſit ſaluti humanæ quàm aqua turbida, & mali
coloris, ut dixit *Bobadill. Politic. lib. 3. cap. 6.*
num. 17.

Et cum ea utamur tàm in potu, quàm in
5 cibo, cura præ omnibus haberi opportet, nàm
nihil præter aeris puritatem magis pertinet
ad corporum ſanitatem, & neceſſitatem, quàm
aquarum ſalubritas, ut docet *Bobadill. in Po-*
litic. d. cap. 6. num. 16. cum ſeq. Fragoſ. loc. cit.
ubi notat bonitatem aquæ dignoſci ex aſpectu
Incolarum, ſi ſint corpore robuſti, colore
nitidi, non gibboſi, non lippis oculis, non
ſtrumoſi, non cruribus diſtortis, non fatui,

Vndè earum abundantia eſt magis neceſ-
ſaria in Rep. aliarum rerum *Platon. lib. 6. de*
6 *Legib. 69.* quem refert, e ſequitur *Bobadill. dict.*
lib. 3. cap. 5. num. 53. cum ſeq. ubi etiàm notat
7 quòd curam aquarum Ædiles habent tàm in
quantitate, quàm in claritate *Ariſtotil. libr. 7.*
Politic. cap. 11. Ripa de Peſte tit. de Remed. ad
præſervan. num. 6. plenè *Fragoſ. de Regim. Reip.*
par. 1. lib. 7. diſput. 21. num. 10. Qua ratione
Antiqui, & præſertim Romani valdè cuſto-
8 diebant fontes, & conſervationem aquarum,
ut advertit *Bobadill. cit. cap. 6. num. 17.*

Ubi verò ob penuriam aqua eſt venalis,
tùnc legatis alimentis hæres ad præſtationem
9 aquæ tenetur juxtà *tex. in l. 1. ibique gloſſ. ff.*
de Aliment. & cibar. legat. Novar. de Gravam.
Vaſſall. gravam. 419. num. 8. tom. 1. talemque
10 penuriam viguiſſe Ravennæ teſtatur *Martial.*
Epigramat. lib. 3. Epigram. 56. ibi.

Sit ciſterna mihi, quàm vinea, malo Ravenna,
Cùm poſſim multò vendere pluris aquam. & in
Epigram. 57. ibi.
Callidus impoſuit nuper mihi Caupo Ravennæ
Cùm peterem mixtum, vendit ille merum.

quod tamen non procedit hodiernis tempori-
bus, cùm ibi ſit abundantia non minus aquæ,
quàm vini,

Variæ ſunt ſpecies aquarum & quia una
ſpecies eſt ſalubrior, & medica, altera, id-
11 circò de qualitatibus, bonitatibus, & vir-
tutibus variarum aquarum vide *Hippocrit.*
lib. 2. de Aere, & aquis Dioſcor. lib. 5. cap. 14.
Etius lib. 3. cap. 165. Petrum Creſcent. de Agri-
cultur. lib. 1. cap. 4. cum ſeqq. juncto lib. 11. cap. 4.
cum ſeqq. Athene. lib. 2. cap. 2. bon. mem. R. P. D.
Hortenſius Baptiſta Epiſcopus Verulanus Anteceſ-
ſor noſter de Rerum Univerſit. Divinæ inſtitutio-
nes lib. 8. cap. 1. Simon. de Rep. lib. 8. cap. 18.
Plin. de Hiſtor. natural. lib. 31. cap. 3. cum ſeq.
Petron. de Victu Romanor. lib. 2. cap. 1. cum ſeqq.

Non ommittendo adnotare, poſt hæc ſcripta, quod in Agro Verulano in loco nuncupato *la Pedicoſa* diſtante à Civitate quaſi per milliate verſus Alatrium adeſt fons aquæ mineralis ſalubertima, ut comprobatur ex ſequenti diſcurſu *D. Joannis Trullii* Junioris ex primariis Philoſophiæ, & Medicinæ Urbis Doctoribus prævio experimento, me impellente diligentèr facto,

Hò fatte le diligenze ſopra l'acqua naſcente nella Pedicoſa *nel noſtro Territorio di Veroli per riconoſcerne la ſua bontà, ed hò trovato, che intorno alle trè condizioni, che devono havere le buone acque potabili dall'Huomo per conſervazione della ſalute, che ſono limpidezza, leggierezza, e ſapore, in tutte trè hà le prerogative non inferiori all'*acqua di Nocera, *e ſuperiori alle trè acque famoſe di Roma, che ſono* la Felice *condotta di SISTO V. al Moisè di Termini,* la Paola *condotta de PAOLO V. a' Fontanoni di San Pietro Montorio, e l'acqua* di Trevi *ſotto il Quirinale nella piazza de' Santi Vincenzo, ed Anaſtaſio. Che le prerogative di queſt'acqua della* Pedicoſa *avanzino quelle delle trè acque ſopronominate coſta per affermativa di molti, che ſi trovarono preſenti nella Speziaria del* Signor Aleſſandro Barlocci *Speziale famoſo, ed eſperimentatiſſimo, & intelligentiſſimo nella ſua profeſſione di Aromataria habitante nella ſtrada di Parione all'inſegna della Salamandra vicino al Governatore di Roma, e di rincontro alla Caſa, dove io al preſente abito, al quale havendo prima conſegnato*

nno

uno delli due fiaſchi ben ſigillatu mandatomi da Vtroli con ſomma premura , e diligenza da Monſignore Illuſtriſſimo Zauli Veſcovo di eſſa Città *ad effetto di ſvaporarla, ſi è oſſervato, che nel ſvaporarla, con grandiſſima facilità, e preſtezza il ſuoco la riduceva in vapore , e per parlare con li termini proprii della Chimica, in breve tempo ſi volatilizò, argomento aſſai chiaro, e concludente, che l'acqua ſuddetta habbia una ſoſtanza tenue , e lieve ; imperòche dalla tenuità ſua ne riſaltò il preſto ſuaporamento , e poſta la detta tenuità di ſoſtanza, ne viene in conſeguenza la levità ancora , come qualità ſecondaria da quella dependente , came inſegna la Filoſofia .*

Coll'altro fiaſco reſtò poi confermata la leggierezza di queſt'acqua al paragone di quelle trè altre nominate dall'eſperienza , che ſi fece con eſſerſi riempita una Caraffa dell'acqua della Pedicoſa *fino alla ſommità del collo della caraffa al colmo , e poi raſa con un coltellu al giuſto paralello del vetro, e peſata in ſtaterà con peſi fino alli grani per fare l'Equilibrio della ponderazione e dell'acqua col peſo della ſtatera uſque ad numerationem de' grani ; E poi votata quella caraffa , e riempita di quella dell'acqua* Felice di Termini *ſi trovò eſſere più grave di alcuni grani , che la noſtra della* Pedicoſa *. Dopo votata la medeſima caraffa, e riempita numero, & menſura dell'*Acqua Paola *ſi trovò eſſere meno grave dell'Acqua della* Pedicoſa. *Dopo votata la ſteſſa caraffa, e riempita dell'acqua* di Trevi *con ugual diligenza eſattiſſimamente ſi trovò eſſere meno grave nel peſo di qualche grano delle due acque* Felice, e Paola, *mà non meno grave dell'*Acqua pedicoſa. *E finalmente ſi voleſſe fare il medeſimo eſperimento con riempire la detta caraffa numero , & menſura di* Acqua di Nocera, *trovoſſi che anche queſta ſuperava nella leggierezza le trè Acque Romane , mà reſtava per uno, & anco due grani vinta, e ſuperata dalla levità dell'acqua della* Pedicoſa. *Coſa, che fece ammirare quei Aſtanti, li quali non credevano mai che l'acqua di* Nocera *tenuta per la più perfetta Acqua , che diano i fonti , ò ſorgenti di tutta Italia , reſtaſſe ſuperata dalla levità maggiore dell'*Acqua Pedicoſa.

Quanto poi alla limpidezza , che è la ſeconda condizione , ſi fece paragone col mettere tutte le cinque acque in equali caraffe polite , e ben traſparenti, e poſte al confronto della loro polluciditá uniforme alla limpidezza dell'acqua di Nocera , *ne ſi conoſceva frà loro differenza veruna, mà al confronto, e paragone delle altre trè Romane, erano queſte più oſcure ed opache dell'acqua* Pedicoſa .

Quanto al ſapore guſtate , e riguſtate tutte le ſudette acque ſi riconobbero in quella Felice *, e* Paola *ſapori di Terra, come anco in quelle di* Trevi *, la quale camina fuori di Roma per condotti vaſli di terra, e poi nella Città corre per condotti di piombo , non può havere il ſuo ſapore ſincero laſciando nel palato quando ſi aſſaggia un non sò che d'improprio all'acqua, mà in quella della* Pedicoſa *non vi fù pur uno , che ſapeſſe notarvi nel ſapore coſa veruna , approvandoſi per dolce , ſuave , e grata .*

Reſta à dire , che dopo eſſere ſtato ſvaporata , e sformata è ſtato oſſervato che coſa reſtava di eſſa nel fondo dell'Orinale di vetro, dal quale era ſtata volatilizata, ſi trovò che haveva laſciato nel fondo del vetro per trè dita intorno al detto appannato il vetro da un tartaro ſalino finiſſimo , e ſottiliſſimo aderente al vetro di colore oſcuro , giuſto , come la rugine del ferro , e col dito diſtaccandoſi il detto ſale dal vetro imbrattava il dito , che lo riceveva , e lo coloriva di color di muſchio , ed aſſaggiandolo con la lingua, ſi ſentiva non ſolo ſalſo nel ſapare , come ſono i ſali , mà era di più ſapore auſtero , e ſapposo , come è il ſapore del ferro ; Onde ſi giudica probabilmente , che dett'acqua partecipi qualche poco di miniera ferrea, ma poco , e leggiermente, sì perche la depoſitione , che fece tutta l'acqua di un fiaſco, che conteneva quaſi un'boccale, appena potè appannare, ed adambrare trè dita del fondo dell'orinale , in modo che chi haveſſe volſuto col coltellino radere dal vetro quel poco ſale che lo appanava, non ne haverebbe radunato che pochi grani ; Aggiongaſi , che ſe partecipaſſe molto di detto metallo , ſarebbe neceſſariamente grave, e non haverebbe la leggierezza, che ſi è detta di ſopra frà le ſue prerogative .

E finalmente quanto appartiene alle virtù, che poteſſe havere queſt'Acqua ſi può probabilmente credere che ſia facile à paſſare , che non gravi lo ſtomaco di chi la beveſſe , che non ſia flatuoſa per eſſere ſottile , e lieve , che non generi crudezze , per eſſere puriſſima , che non generi renelle , e calcoli per eſſere ben'purgata, e non contenga tartaro di ſorte veruna ; e che finalmente poſſa anco havere virtù naturale comunicatali da quel poco ferro , che contiene di corroborare il ſtomaco , il fegato, e la milza; Che poſſa havere virtù di aprire le oſtruttioni delle viſcere naturali ſuddette, e di quelle , che vengono nel Pancreate , nel Meſenterio , e che però poſſa eſſere una bevanda utile , e ſalutare à quei, che patiſcano mali hipocondriaci , ed anco alle Donne , che patiſcono le oppillationi , e che per cauſa di queſte non hanno l'eſpurghi meſtruali, e che finalmente poſſa giovare à chi haveſſe riſcaldamenti interni di viſcere, ed in particolare à quei , che haveſſero debolezze , e rilaſſamenti di Stomaco , e d'Interiori , e di Reni, à tutte queſte ſorti d'indiſpoſizioni ſono rimedio le acque , che naturalmente partecipano la miſtura di ferro , il qual metallo, come c'inſegna Andrea Baccio nel lib. ſeſto de Theracis cap. 2. p. 331. *dove parla dell'acque ferrate , che naſcono naturalmente tali tanto calde , come fredde nel Catalogo delle quali ſi deve annumerare queſta della* Pedicoſa . *Data in Roma li 4. Settembre 1693.*

Giovanni Trulli Fiſico

Gratior autem , & utilior maximè æſtivo tempore erit potus aquæ frigidæ ad ſitim ex-
12 pellendam , quæ humidi , & frigidi eſt appetitus , ut tradunt *Bobadill. cit. lib. 3. cap. 4. n. 9. Monardus de Nivo cap. 35.* qui varia commoda
13 frigidi potus recenset *Scipio Mercurius lib. 3. de Error. Popul. Ital. cap. 30.* ubi variis argu-

mentis,auctoritatibus,rationibus,& experien-
tiis probat frigidum potum ſalubriorem eſſe
calido *Nonnius lib.4.de Re cib.cap.5.* ubi ſubdit
rationem, quia frigida potio ob corrugatio-
nem oris ventriculi appetitum magis excitat,
robuſtioremque calorem innatum efficit,
actiones omnes roborat, & principaliora vi-
ſcera temperat, ſitimque citius extinguit.*Ale-
xander Peracana in lib. del Bever freddo cap.4.
Jo:BaptiſtaBerti nel diſcorſo ſopra il bever freſco,
Thomas Bartholin.de Nivis uſu medico cap.15.* ubi
notat, quòd Ruſtici Alpini, qui in altiſſimis
montibus nihil bibunt præter aquam frigidiſ-
ſimam fontium ſaniſſimi ſunt, & attingunt
grandævam ætatem.

Præſertim ſi aqua nivata ſit, cum ea refri-
geret calidum jecur, ventriculum roboret, &
14 appetitum excitet, & ſi adeò frigida non ſit
ut bibentis appetitui non ſatisfaciat, ventrem
inflat, ſitim non ſedat,comedendi deſiderium
dejicit, corpus abſumit, & ad ſalutis conſer-
vationem non convenit, ut tenet *Rhaſes lib.3.
ad Almanſ.* quem refert, & ſequitur *Bartholin.
d.cap.15. & Monardus de Nive cap.35.*

Non obſtante quòd *Ganaver. deciſ.16. nu.6.*
relatis illis verbis *hic aqua ad potandum cale-
fieri text. in l. De lanionis 18. §. Aſinam ff. de
15 Fund. inſtruct.* teneat apud Romanos aquam
calefieri magis quàm refrigerari; Etenim non
16 exindè ſequitur, quòd taliter calefacta bi-
beretur,ſed eatenus prius calefiebat quatenus
erat utilior, & poſtea citius refrigerabatur,
ut patet ex *Martial. Epigramat. lib.14. epi-
gram.116.*

Spoletina bibis, vel Marſis condita cellis,
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

ubi etiam *Vincentius Colleſius in notis, ibi in
quem uſum erit tibi aqua decocta, & quæ dein-
de refrigerata pretioſa habebatur.*

Qui uſus coquendi aquam, & deinde vitro
dimiſſam in nives refrigerandi inventus fuit à
17 Nerone generis humani monſtro, & ad gu-
lam ingenioſo, ut teſtantur *Plin. Hiſtor. natu-
ral. lib.31. cap.3. verſ. Neronis Principis inven-
tum Colleſſius ad Martial. d.lib.14.epigram.117.
Mercat. lib.1. de Rect. Præſid. uſ. cap.2. Bruye-
rinus de Re cib. lib.16.c.16. & Barthol.cit.tract.
cap.16.* ubi ſubdit duas rationes, vel quòd ſpi-
rituoſiores partes coctione evolent, unde reli-
18 qua diutiùs frigus retinet; vel quòd laxatæ
calore aquæ faciliùs undique frigus nivis ad-
mittant.

Uſus vero nivis, ne dum antiquiſſimus,ſed
19 etiam ſaluberrimus eſt, ut cum *Galen. in lib.
de Cib.bon. & mal. ſuc.in fine, & lib.7. Metheor
cap.4. & lib.9.cap.6. Avicen. lib.1.cap.2.ſen.2.
doctrina 7.c.16.de Diſpoſit. aquar. Valeſius lib.5.
Epidemio comer.29.* ubi etiam jubet fructus in
20 nive refrigerari, quos refert, & ſequitur *Bo-
badill. allegat. lib.3. cap.4. num.9. Larrea alle-
gat.55. num.15. Bartholin. d. tract. cap.14.* ubi
probat morem refrigerandi potum mediante
21 nive practicatum fuiſſe ab Hæbreis, Græcis,
Romanis, Itlandis, Turcis, Germanis, Ita-
lis, Hiſpanis, ac aliis *Card.de Luca de Regal.
diſcurſ.46. num.11. Lagunez de Fructib. cap.4.
num.135. cum ſeqq. & Ganaver. deciſ.16. nu.1.*
& poſt hæc ſcripta *Rocca Epiſcopus Iſclanus im-
preſſ. Diſput. ſelect. to. 2. cap. 119. num.1. cum
ſeq.* ubi comprobat hujuſmodi uſum apud Ro-
manos.

Et experientia comprobatum fuit, dum in-
22 troducto uſu nivis in variis locis aeris inſa-
lubris ceſſarunt febres, & infirmitates, quæ
alioquin quolibet anno æſtivo tempore vige-
bant, ut de Civitate Matriti teſtatur *Bobadill.
d. nu. 9* & experitur in Terris Neptuni, Civi-
tatis Vetulæ, Anxuris, vulgo Terracina, aliiſ-
que locis maritimis, ac de Civitate Meſſanæ
mille homines minus quolibet anno mori poſt
uſum nivis ſcribit *Balthaxar Piſanellus in tra-
ctu lingua materna conſcripto de Natura cibi, &
potus in fine tit. de Effect.potus frigidi pag.179.
relat. à Rocch. loc. cit. num.6. cum ſeq.*

Varii adinventi ſunt modi refrigerandi po-
tum mediante nive, quorum nonnulli recen-
23 ſentur à *Bartholin. cit. tract. cap. 16. per tot.*
Preſertim vero in uſu fuiſſe colum nivarium
apud Romanos patet ex tex. *in l. In argento
potorio 23. ff. de Auro, & argento legat.* quod
quidem erat vas, in quo reponebantur nives
ad refrigerandum vinum, ut relatis *Alciat. in
lib.8. parerg. Juris cap.1. Cotta in Memorab.
in verbo Columnivarium, & Hotoman. in Com-
mentar.verbor. Jur. in verbo Colum,* tradit *Me-
noch. de Præſumpt. lib.4. præſumpt.163. nu.21.
Bobadill. in Politic. d. lib.3. cap.4. nu.9. verſ.
Ya ſi miſmo los Romanos,* & ibi *Gloſſ. litt. C.* &
quod erat vas, in quo iniiciebantur nives,
25 deinde vinum infundebatur,cujus vis ſic fran-
gebatur docet *Vincentius Colleſſus in notis ad
Martial. Epigramat.lib.14.epigram.103.* Vel ſe-
cundum alios erat vas ex lapide ſpongioſo fa-
26 ctum ad colandas nives juxta ſenſum *Calepini
cum addit.Paſſeratij in verbo Colum verſ. Colum
nivarium*; Nam Romani veteres aquam nive
miſcebant antequam vel biberetur, vel vino
27 dilueretur, & deinde hujuſmodi aquam ni-
vatam percolebant, ut dilutior, & liquidior
eſſet, cui operi inſerviebat colum nivarium ex
lapide ſpongioſo factum, quo mediante fæces
admixtas, & purgamenta talis aquæ nivatæ,
vel vini ſi illud admiſcebatur, ſeparabantur
ut clarus potus redderetur antea turbidus,
ut optimè declarat *Bartholin. d. tract. de nivis
uſu medico cap.17.* Vel erat vas, quo veteres
iniecta nive vinum colabant, id eſt tranſmit-
tebant partim, ut altius biberent, partim
28 etiam ut liquidius ſecundum *Calvin. in ejus
Lexico juridic. in verbo Colum nivarium.*

Colum enim eſt vaſculum quoddam ſubti-
29 liſſimis foraminibus ab imo fundo perfora-
tum, per quod vinum ex amulis in calicem
refundebatur, ut teſtatur *Carolus du Freſnè in
ejus Gloſſario in verbo Colum*; & quod ſit vas ex
viminibus contextum ad vinum colandum
30 aptum *Calepin. ubi ſuprà in dicto verbo Colum.*

In hoc propoſito notandum eſt quòd nix à
Cæ-

Cælo cadens venit appellatione fructuum, &
31 auget fundi, vel feudi, redditus, quia licèt
ex terra non naſcatur, occaſione tamen rei,
vel propter rem percipitur, & colligitur,
quod ſufficit, ut in fructu eſſe dicatur ad *text.
in l. Item in fundi 10. ff. de Vſufruct.* docent *La-
gunez de Fructib. par.1.cap.4.nu.130. Guzman,
de Evict. quaeſt.21, nu.48.* latiſſimè diſcuſſo ar-
ticulo tenet *Gizzarel.decif.34.* ubi poſt relatas
hinc inde rationes teſtatur maximam fuiſſe in-
ter DD. Regiæ Cameræ altercationem,& tan-
dem majorem partem eorum tenuiſſe reddi-
tus provenientes ex nive eſſe computandos
inter redditus feudi,

Et poteſt dici fructus induſtrialis cùm in-
duſtria hominis hyemali tempore coacerve-
tur in fundo, & recondatur in puteis ad effe-
32 ctum eam æſtivo tempore vendendi; & uti-
litatem reportandi, ut firmant *Capyc. Galeot,
reſponſ. Fiſcal.10.num.16.Barbat.de Diviſ.fruct,
par.1.cap.17.nu.124.Lagunez ubi ſupra nu.131,
Guzman. dicto num,48,*

Hinc inferunt DD. gabellam ſolvendam ex
omnibus fructibus deberi quoque ex nive ſic
33 coacervata, & vendita, ut firmant *Parlador.
Rer. quotid. lib.1.cap.3.§.2,nu.13.Gutierez de
Gabell quaeſt.35.nu.34. & juncta quaeſt.78.n.63.
Lagunez loc.cit.n.132.Capyc.Galeot,d. reſp.10.d
num.12,*

In multis tamen Principatibus, & Civita-
tibus, quia experientia doctum eſt nivis uſum
congruum, & proficuum eſſe, libertatem verò
cujuslibet illam reponendi, & vendendi in-
34 congruam, & publico bono præjudicialem
effici, cùm ſæpe accideret debitas proviſio-
nes, vel neceſſariam conſervationem non fieri
pro integro tempore, ſeù pretia notabiliter
alterari, idcirco introductum eſt, quòd Jus
coacervandi, & vendendi nivem inter Rega-
lia repoſitum ſit, tanquam ad ſolum Princi-
pem ſpectans alicui locetur privative quoad
omnes cum onere providendi toto anni tem-
pore pro certo, & invariabili pretio, ſicuti
ſervatur in Urbe *Card.de Luca de Regalib. diſ-
curſ.46.n.11.* & de Regnis Hiſpaniarum teſta-
tur *Lagunez ubi ſupra nu.134. Guzman.ubi ſup.
eodem nu.48, verſ.tandem hodie videmus Rocch.
loc.cit.n.8.cum ſeqq.* ubi lariſſime examinat, an
conductori debeatur reſtaurum ex quo in vno
anno ob peſtem infæliciter graſſantem dam-
num intolerabile fuerit paſſus, ac certa ſoluta
penſione, quæ judicatur vectigal à *Ganaver.*
35 *deciſ.16. à Card,deLuca* verò *d.diſcurſ.46.n.11.
ſub verſ. pro hujuſmodi* contractum, cum teneat
eſſe potius pretium materiæ humano uſui ne-
ceſſariæ,

Quod intelligendum eſt ad effectum ven-
dendi, etenim ex conceſſione talis juris pri-
36 vativi non cenſetur prohibitum quin à priva-
tis in propriis puteis nix includatur pro ſolo
uſu ſuarum familiarum, ut firmat *Parlador. &
Gutierez loc.cit. Lagunez d. cap.4. n.134. verſ.
quod declara Rot.coram Celſo deciſ,114. n.1.*

Minuſque cenſentur comprehenſi Eccleſia-
ſtici, ſi hujuſmodi prohibitio emanavit à Prin-
37 cipe ſæculari, & ſi de eis expreſſa mentio fa-
cta fuerit nullius erit momenti ex defectu po-
teſtatis quoad uſum proprium, ut reſpondit
d.deciſ.114.num.2. ubi num.3. firmat ſecus eſſe
ad effectum vendendi,

Cæterum de aquarum decurſibus, diviſione,
ſervitutibus,& alia vide *Eugen.conſil.41.Ruger.
38 conſ.30.lib.1. Marta conſ.124.Capoll.de Servit.
ruſt. præd. cap.25.Perer. de Jure fiſci lib.8.Coſta
de Rata quaeſt.132.& de Facti ſcient.centur.2.diſt.
prima, Borell.de Catholic. Reg. præſtant. cap.8.
Giurb.obſerv.60,cum ſeq. Tondut. Reſolut. Civil.
lib.2.cap.48.Pecch. de Aqueduct. Antunez.Por-
tugal.de Donat.Reg.par.3.cap.4.tom.2.Novar.de
Gravam.Vaſſall.gravam.29.Rot.in Rec.deciſ.119.
& deciſ.208.par.12.deciſ.9.ac deciſ.252.par.15,
coram Priolo deciſ.275. & in Ravennaten. De-
curſus Aquarum 22. Junii 1665. coram bon.
mem. Bevilaqua,*

ADDIT. AD RVBRICAM LXIII. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 VSus Refrigerandi potum mediante
nive practicatum fuit à Romanis, &
Græcis.
2 Et eſt proficuus.
3 Nix recollecta in fundo dotali, & inibi re-
poſita ſpectat ad Maritum.
4 Nix de Cælo cadens eſt in fructu, & auget
fructus.
5 Nix repoſita, & conſervata inter fructus
induſtriales connumeratur.
6 Colligere, & conſervare nivem omnibus
permiſſum eſt,
7 Maximè Eccleſiaſticis pro eorum uſu, non
autem ad effectum vendendi.
8 Prohibitio recolligendi, & conſervandi ni-
vem viget in Regnis Aragoniæ, & Hiſ-
paniæ,
9 Eccleſiaſtici non comprehenduntur in pro-
hibitione Principis Sæcularis recolligen-
di, & conſervandi nivem,
10 De Nive vide ibi remiſſivè.

Num. 21. Vſus Refrigerandi potum mediante
nive practicatum fuit à Romanis, & Græ-
1 cis * ut concordantibus relatis docet *Cor-
tiad. dec.217.n.2.tom,3.*
Num.22. Vſus nivis ad effectum refrigerandi
potum proficuus experitur, ut aliis relatis
2 firmat * *Cortiad. d. deciſ. 217. n.3.* ubi *nu.4.*
Dianam ſentire, quòd quis non tenetur ſub
mortali non bibere Aquam, vel Vinum Nive
refrigeratum, etiamſi ex indè Medici prævi-
deant citiùs ipſum moriturum.
Num.31. Nix recolecta in fundo dotali, vel re-
3 poſita in foveis inibi exiſtentibus *, an di-
catur in fructu itaut ſpectet ad Maritum vi-
de *Card. de Luca de Dote diſcurſ. 160. num.30.*
Et

Et quòd nix de Cælo cadens ſit iu fructu, & au-
4 geat fructus feudi * firmat *Cortiad. deciſ.217. num.11. tom.3.*
Ac conſervara, & repoſita in puteis, cum in-
duſtria hominis conſerveturad guſtum, & de-
5 lectamentum* inter fructus induſtriales con-
numerotur, ut proſeqvitur *Cortiad. loc. cit. n.11. verſ. Tum quia*.
Num.32. Omnibus de Jure licitum eſt eam col-
6 ligere, & conſervare hyemali * tempore,
pro æſtivo ut concordantibus relatis firmat
Cortiad. d. dec. 217.nu.5.
Præſertim ab Eccleſiaſticis,& Religioſis pro ea
quautitate, quæ pro uſu proprio neceſſaria
7 eſt *, ut proſequitur *Cortiad. ubi ſupra nu.6.*
reſpondit *Rot.inToletaua Nivis 27.Junii 1696.*
coram Eminenteſſimo Priolo §. Cauſa cum ſeq.

Non autem ad affectum vendendi quia eſſet
negoriatio ut proſequitur *Cortiad. loc. cit. num.10.*
Num. 34. Similis prohibitio conſervandi, & re-
ponendi nivem viget Aragoniæ & Hiſpa-
8 niæ * ut teſtatur *Cortiad. d. deciſ. 217. nu. 7. cum ſeqq.*
Num. 37. Eccleſiaſticis competit facultas colli-
gendi nivem, abſque eo quod ſint compre-
9 henſi * in prohibitione Principis Sæcularis
reſultante ex privilegio, ſeù privativa con-
ceſſa Appaltatori, ut etiam reſpondit *Rot. in*
dicta Toletana Nivis 27. Junii 1696. §. Prima pars reſolutionis.
Qui majora deſiderat de nive videat *Cam-*
10 *pell.ad Conſtitutiones Ducatus Urbini Decret.31.*

Quòd nullus permittat ire Sues per Civitatem.

RUBRICA LXIV.

QUoniam valde incivile eſt ùt Sues per Civitatem diſcurrant, præſertim in Foro; quapropterStatuimus,ut omnes habentes porcos debeant eos tenere clauſos omni tempore, & ſi inventi fuerint in platea Civitatis Faventiæ, ſeu in aliquo Cimiterio alicujus Eccleſiæ puniatur Dominus in ſolidis quinque bonon, pro qualibet vice, & pro quolibet porco: ſi verò alibi per Civitatem extrà domum reperiantur, niſi fuerint ligati puniatur Dominus in ſolidis duobus tantum pro quolibet Sue.

SUMMARIUM.

1 SUes ſunt theſaura,& comprehenſotia pau-
perum, ac oculus Ruſtici, & tenuis per-
ſonæ.
2 Auferens ruſtico Suem, cenſetur & auferre
oculum.
3 Ruſtici magis moveutur, & majori damno af-
ficiuntur ex offenſa facta ſuo Porco, quàm
ſi dives damnificetur, ſeù ammittat ſcuta
biſcentum.
4 Cauſa Porcelli eſt magna inter paupetes, &
Ruſticos.
5 Sues ſunt animalia immunda, omnia roſtro
ſubtus excavantes, & ceſpites excitantes
Decuriones poſſunt ſtatuere ne Sues per Civi-
tatem, & Opidum vagentur, compellendo
Dominos, ur eos, vel domi includant, vel
eos in agro alant, & repertos in publico
quicunque Miniſter juſtitiæ eos impunè ſibi
aſſumat num. 5.
Suium materiam remiſſive nu. 4.
Domini Porcorum graviori pæna puniuntur,
quàm Domini aliorum animalium, & qua-
re num.4.
Sues reguntur manu, & verberibus Paſtoris
num.6.
6 Sues non ſunt feræ beſtiæ,ſed feræ naturæ.
Sues gregatim non paſcuntur num.6.
7 Prohiberi poteſt ne Sues tanquam animalia
fætoſa in Civitate retineantur. Limita n.8.
Sublim. num.9.
10 Pœna inflicta introducentibus, & retinenti-
bus Sues in Civitate evitabitur ſi introducti
fuerunt metu hoſtium.

OBSERVATIO.

SUes ſunt quidem theſaura, & comprehen-
1 ſoria pauperum *Novar. de Gravam. Vaſſall:*
tom.2. gravam.50.num.2. ac oculus Ruſtici, &
tenuis perſonæ, ut inquit *Gloſſ. in l. Illicitas*
verbo lumine, ff. de Offic. Præſid. & proſequitur
Navar. ubi ſup.num.3.Cyriac. controv.102.n.14.
tom.1. itaut qui aufert ruſtico Suem cenſeatur
2 ei auferre oculum *Queſada, & Pilo controv.7.*
nu.30. Nàm Ruſtici magis moventur, & ma-
jori damno afficiuntur ex offenſa facta ſuo
Porco, quàm ſi dives damnificetur, ſeu am-
3 mittat ſcuta biſcentum, ut advertit *Cyriac. &*
Queſada ubi ſupra, & Novar. loc. cit.n.4. cum
duobus ſeqq. ubi etiam firmar, quòd cauſa
4 Porcelli eſt magna inter pauperes, & Ruſti-
cos: Sed cum ſint animalia immunda, omnia
roſtro ſubtus excavent, & ceſpites excitent
Borell. de Magiſtrat. Edict. lib.4. cap.6. nu.63.
cum ſeqq. ubi inter alia mala de Suibus adver-
tit, quod in pluriſque locis graviori pæna pu-
niuntur Domini Porcorum damnificantium
prata, & paſcua, quàm alia animalia, cum
effodiant terram,& in luta ſibi gratiſſima vol-
vantur *Reudell. de Vinea, & vindem. cap.1. verſ.*
5 *Sues;* proinde Decuriones poſſunt ſtatuere ne
per Civitatem, ſeu Oppidum vagentur, prout
diſponitur etiam in *Statuto Urbis lib.3.cap.72.*
& in *Bannimentis pænalibus Magiſtratus Viarum*
Urbis publicatis *ſub die 15. Novembris 1678.*
ac in *Capitulis Officii Graſſiæ noſtræ Civitatis im-*
preſſ. infrà in appendice pag.92. num.124. com-
pellendoDominos,ut eos,vel domi includant,
vel eos in agro alant, & repertos in Publico,
quicunqueMiniſter juſtitiæ eos impune ſibi aſ-
ſumat,

ſumat, ut tradit *Fragoſ. de Regim. Reip. lib.7. diſput.19.§.1.nu.47.*

Maxime quia Sues licèt non ſint feræ beſtiæ, tamen ſunt feræ naturæ, ut tradit *Feltman. de Incluſion. animal. cap.20. ſect.2. n.1.* qui etiam *ſect.3.* notat, quòd Sues naturaliter gregatim non paſcuntur, ſed vi, & Imperio Subulci, nam errant vagè per ſaltus, & campos, nec ſocietatis cupidi neque voce Paſtoris, ſed manu, & verberibus reguntur; non enim ictu glebulæ eos continet in gregis formam, ut cernitur in ovibus, ſed flagello, & baculo.

7 Imo tanquam animalia fætoſa poteſt prohiberi, ne in Civitate retineantur, ut tradit *Ripa de peſte tit. de Remed. præſerv. contra peſtem num.88*, quem refert, & ſequitur *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.5. Rubr.42.n.1.*

8 Niſi tamen Vaſſalli reperiantur in poſſeſſione eos in Civitate, ſeu Oppido retinendi; quo caſu ſi illorum retentio prohibetur gravarentur, prout reſolviſſe *Sac. Conſilium* teſtatur *Novar. d.gravam.50. nu.1. cum ſeq.*

9 Quod intelligendum videtur, quando verſatur in caſu Civitatis ruralis, vel Oppidi, ſecus vero in Civitate nobili, quæ conſervari debet immunis ab immunditiis, & fætore.

10 Evitabitur etiam pœna inflicta contra introducentes, & retinentes in Civitate Sues, quando metu hoſtium fuerunt inibi introducti, ut ſequendo *Alberic. de Roſat. & Marſil.* notat *Baron. de Effect. inimicit. effect.265. n.10. tom.2.*

ADDIT. AD RUBR. LXIV. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Cauſa unius Porcelli inter pauperes dicitur magna.

Num.3. Cauſa unius Porcelli dicitur magna inter pauperes, & Ruſticos *Pacion. allegat.74.n.10.*

Quod fæx non comburatur in Civitate Faventiæ.

RUBRICA LXV.

STatuimus quòd nullus comburat fæces in Civitate Faventiæ vel, ſuburbiis, & qui contrafecerit incidat in pœnam librarum trium bononen. pro qualibet vice, & credatur juramento accuſatoris cum uno teſte idoneo.

SUMMARIUM.

1 FÆcis combuſtione generatur fætor in Civitate, & ideo prohibetur.

2 Fæcis combuſtio hodiernis temporibus non practicatur in Civitate Faventiæ.

OBSERVATIO.

FÆcis combuſtione facilè generabatur in Civitate fætor, quo mediante timeri poterat
1 aeris corruptio, unde eadem ratione, qua prohibita eſt maceratio Lini, & Canepæ in foveis, ſeu canalibus, projectio immunditiarum, & rerum fætidarum in viis, fabricatio candelarum ſebacearum, & exercitium aliarum ſimilium artium in Civitate, interdicta quoque fuit fæcis combuſtio, quæ forſan familiaris erat, & inſervire debebat pro exercitiu alicujus artis tunc vigentis; verùm quia hodiernis temporibus talis combuſtio
2 non practicatur, ideo inutile eſt ſuper ea immorari, & quoad alia fætida, quæ forſan comburuntur proviſum fuit in *Capitulo Officii Graſciæ in appendice pag.91. num.112.*

De Equorum Seſſore.

RUBRICA LXVI.

NUllus currere faciat equum per plateam Civitatis Faventiæ, vel vias publicas dictæ Civitatis pœna contrafacienti in platea viginti quinque librarum bononen. & in aliis viis, ſeù porticibus media pœna puniatur, & hoc ultrà intereſſe, & pœnam, quam incurret de Jure, vel ex forma Statutorum ſi committeret in perſonam alicujus aliquod maleficium, vel damnum aliquod infereret in perſonam vel bona alicujus.

SUMMARIUM.

1 EQuum non crebris verberibus exercet domandi peritus Magiſter, fiet enim formidoloſus, & contumax, niſi cum tactu blandiente permulſerit.

2 Venator catulos inſtruere volens quid agere debeat.

3 Cognitionis equorum, & modi eos gubernandi remiſſivè.

4 Redibitoriæ actionis materiam tractantes remiſſivè.

Equo mortuo poſt aliquot dies ſequuta ejus venditione, cui damno cedat remiſſivè num. 4.

5 Scutifer, ſeù famulus ſtabuli poteſt aliquid petere pro capiſtro, ſeù fune, quandò equs venditur, vel donatur.

6 Sellam tradere non tenetur venditor equi, qui eum emptori ſine illa oſtendit.

7 Redhibitoria utilis competit emptori Libri propter vitium latens.

OB-

OBSERVATIO.

EQuum non crebris verberibus exterret do-
mandi peritus Magiſter; fiet enim formi-
1 doloſus, & contumax, niſi eum tactu blan-
diente permulſerit, ut docet *Senec. de Clement.*
lib.1. cap.16. ubi etiam ſubdit de Venatore
inſtruente catulos, ibi: *Idem facit Venator, qui*
2 *inſtruit catulos veſtigia ſequi, quique jam exer-*
citatis utitur ad exercitandas, vel perſequendas,
Feras, nec crebro illis minatur; contunditur
enim animus; & quicquid eſt indolis comminui-
tur trepidatione degeneri, nec licentiam va-
gandi; errandique paſſim concedit. Et in propo-
ſita hujus *Rubricæ* ſubdam verba regiſtrata
in lib. 2. Machabeor. cap. 3. Et in *lectione* 1.
feriæ 4. *Octobris* ibi: *Apparuit enim illis qui-*
dam equus terribilem habens Seſſorem optimis
operimentis adornatus, iſque cum impetu Helio-
doro priores calces eliſit.

Circa cognitionem equorum, ac modum
3 eos regendi, & gubernandi, vide *Petrum Cre-*
ſcent. de Agricult. lib.9. per tot. Camerar. de Tra-
ctand. equis Scaliger. exercitat.231. ſect.2. Gry-
phiandr. Oeconom legal. lib.1. cap.17. num.144.
cum ſeqq. Carlo Ruini Anatomie del cavallo in-
fermità, e ſuoi remedii, Franciſcum Liberatum
in ejus Opuſculo inſcripto la Perfezione del Ca-
vallo, Federico Griſone degl'Ordini di cavalcare,
Ceſare Fiaſchi dell'imbrigliare, atteggiare, e
ferrare i cavalli, Paſquale Caraccioli la Gloria
del cavallo, Pirro Antonio Ferraro Cavallo fre-
nato, & de directa redhibitoria actione, quæ
competit quando concurrit qualitas morboſi,
4 vel vitioſi, vide *Ciarlin. controverſ.89. Gry-*
phiand. ubi ſupra. Guzman. de Evict, q.61 Muta
ad Conſuet. Panorm. c.74. ubi ſuper conſuetu-
dine diſponente, quòd animalia empta, &
vendita poſt 40. dies occaſione morbi, vel
vitii non poſſint reſtitui venditoribus *Cancer.*
Variar. reſol. pag.2. c.1. num.182. cum ſeq. ubi
de equo, qui obiit triduo poſt venditionem
Joſeph. Ludovic. dec. Peruſ. 118. p.2. ubi pa-
riter de obitu ſequuto tertia die *Surd. dec.146.*
Panimoll. in Annot. ad deciſ.35.

Non ommittendo occaſione materiæ equi
quod Scutifer, ſeu famulus ſtabuli poteſt ali-
5 quid petere pro capiſtro, ſeu fune, quãdo equus
venditur, vel donatur, ſecundum *Angel. in L.1.*
C. de Strator. lib.12. quem refert, & ſequitur
Petrus de Ravenna ſingular.668. Et quod ſel-
lam tradere non teneatur venditor, qui oſten-
6 dit emptori equum ſine ea *Surd. deciſ.134. n.8.*
Jo: Baptiſta Thor. vot.46. num.10. p.2.

Notandum etiam, quòd utilis redhibitoria
7 competit emptori Libri propter vitium la-
tens, per quod expedit illum non habere, vel
multum impediatur illius uſus juxta *Gloſſ. in*
l.1. verbo quæ mobiles, ff. de Ædilit. edict. Gomez
Variar. reſolut. lib.2. cap.2. tit. de Empt. &
vendit. num. 48. & in terminis Libri empti
ad effectum illum typis mandandi, cujus vi-
tium non erat tale, ut ab emptore facilè co-
gnoſci poſſet reſpondit *Roc. deciſ.180. coram*
clar. mem. Cardinali Gartia Mellino Patruo ma-
gno *Eminentiſſimi D. Cardinalis Savi Mellini*,
qui illius veſtigia ſequi ſtudendo, ultra alia
munera laudabiliter exercita Nunciaturam
Apoſtolicam apud Regem Hiſpaniarum per
decennium ſummo Zelo, animi Conſtantia, &
Magnanimitate exercuit, prout Epiſcopatum
Urbevetanum pari vigilantia paſtorali, gu-
bernavit, & non diſſimili cura Sutrinum, ac
Nepeſinum unitos, ad quos poſt hæc ſcripta
translatus eſt, modò regit.

ADDIT. AD RUBR. LXVI. LIB. VI.

SUMMARIUM.

1 REdibitoria pro reſciſſione contractus
competit emptori vendito animali mor-
boſo; Vel quanti minoris.
2 Redibitoria ut competat requiritur, quod in-
terveneri venditio, & quòd animal eſſet
morboſum ante contractum, & morbus eſ-
ſet latens.
3 Amplia etiamſi venditio facta eſſet *per un ſac-*
co d'oſſa, vel ſimilibus verbis.
4 Redhibitoria non competit pro modico vitio.
Redhibitoria poſſet intentari uſque ad ſex
Menſes utiles. Ubi etiam alia de actione
Redhibitoria remiſſive.
Redhibitoria actio habet locum etiam in mo-
bilibus, & mercibus num.4.

*Num.*4. Vendito animali morboſo competit em-
ptori duplex actio nempe Redhibitoria pro
1 reſciſſione contractus, * & altera quanti mi-
noris nempe ad diminutionem pretii, ut do-
cent *Antonell. de tempore legal. lib.2. cap.31.*
num.1. Capon. diſcept.37. num.5., & pleniſſ.
D. Advocatus Calderonus in ejus doctiſſ. Reſponſ.
impreſſ. penes Balducc. ad Ramon. deciſ.94. n.7.
verſ. ſecundo obſervandum vol.4. in cujus caſu
agebatur de affectione feſtucarum latentium
pedibus aſellæ *Ciriac. contr.55. num.57. cum*
ſeq. Et utraque actio tam Redhibitoria, quàm
quanti minoris, in eodem libello alternativè
cumulari poteſt, ut docent *Capon. d. diſc.37.*
num.38. & aliis reſpondit *D. Calderon, ubi ſu-*
pra num.59. cum ſeq.

Ad hoc ut actio Redhibitoria proponi va-
2 leat requiritur, quòd interveniat venditio, *
& quòd animal morboſum eſſet ante contra-
ctum, ac morbus eſſet latens de tempore con-
tractus *Capon. loc. cit. nu.35. Ciarlin. Contr.89.*
num.7. Surd. deciſ.146. num.4. ibique Hodiern.
n.9. D. Calderon. loc. allegat. nu.14. & Rot. in
rec.456. num.7. par.14.

Idque procedit etiamſi venditio facta eſſet
per un ſacco d'oſſa, nam id venditori non pro-
3 deſt * quin teneatur ad reſtitutionem pretii,
& ad omnia damna, nam ille debebat ſincerè
dicere morbum occultum, & ſine involucro
verborum ut tradit *Ciarlin. controv.89. nu.15.*
& controv.113. num.6. ubi ſi dixiſſet vendi-

diſſe.

diſſe animal cum ſuis Schinellis *Corn. Conſ.*81. *num.*2. *&* 4. ubi de venditione equi *per fragido, per marcio, e per cattivo*, qui repertus fuit bulſus *Card. de Luca de empt., & vendit. diſcurſ.*8. *num.*10. ubi de venditione *per un ſacco d'oſſa, per bolſo, ſpallato, Panimol.dec.*35. *annot. p. num.*15.

Notandum, quòd pro modico vitio Anima-
4 lis non competit actio * Redhibitoria ut ſe-
quendo *leo deciſ.*113. *n.*15. tradit *D. Advoca-
tus Calcagnin. nunc Sacræ Rotæ Auditor meritiſ-
ſimus de Avocat., & remiſſ. Cauſ. obſervat.*12.
*num.*12.

Notandum etiam quòd actio Redhibitoria poteſt intentari uſque ad ſex Menſes utiles, ut in *l. ſciendum* §. *tempus ff. de Ædilic. Edict. Montealegre prax. civil. de exercit. pract. art. lib.*2. §.10. *num.*6., ubi alia vide de Redhibitoria actione.

Et prædicta actio habet locum etiam in mobilibus, & mercibus, ubi de tempore contractus fuerit in eis vitium etiam patens, quòd non fuit notificatum, nec ab emptore animadverſum, quia noluit eas videre, ex quo per aliquod tempus ante viderat carentes illo vitio, quod ſupervenit medio tempore, & facit, merces non eſſe mercantiles, maximè ſi tolli non poſſit cauſa intrinſeca illius, ut reſpondit *Rot. in Romana mercium* 24. *Junii* 1681. *Coram Card. V. Comite impreſſ. à Paluccio inter eius diſertat. la* 55. *art.*6. *pag.*167. *vol.*2.

De Bubulcis ducentibus currus per Civitatem Faventiæ.

RUBRICA SEXAGESIMASEPTIMA.

ORdinamus, & ſtatuimus, quòd Bubulci ducentes currus, vel vehicula per Civitatem, vel Suburbia Faventiæ ire, & ſtare teneantur juxta, & ante temonem currus, ſeù vehiculi, dùm fuerint in dicta Civitate, vel ſuburbiis ſub pœna ſolidorum quinque bononen. pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Nec poſſint etiam ducere currum, ſeù vehiculum cujuſcunque generis per plateam Communis Faventiæ lapidibus coctilibus ſtratam ſub pœna ſolidorum decem pro quolibet, & qualibet vice, & idem intelligatur de Carracteriis dictæ Civitatis.

SUMMARIUM.

1 AUriga, ſeù Rhedarius deferens equos contra prohibitionem ultra pœnam incurſam, tenetur ad refectionem damni ſequuti ob fugam equorum.

2 Contrarium ſi Rhedas non dereliquerit, cùm tunc cenſeatur caſus fortuitus.

3 De plauſtri revolutione quis teneatur remiſſivè.

4 Aurigæ, & charracterii in Urbe ſunt temerarii, nec ad ſufficientiam rigoroſè contra eos proceditur.

5 Contrarium practicatum fuit Neapoli ſub glorioſo regiminæ *D. Marchionis Carpii Proregis*, & quomodò.

6 Aurigæ, & Charracterii inurbanitatem profiteotur.

7 Aurigarum, & Charracteriorum exceſſus ſæpè contingunt ob controverſias præcedentiæ.

8 Auriga, ſeù Rhedarius, qui priùs intravit vicum, ſeu viam arctam, per quam uterque non poteſt tranſire, præcedere debet.

9 Si ignoratur quis priùs intraverit viam locus eſt gratificationi, vel controverſia ſorte dirimenda eſt, ſi ambo ſunt pares. Decl. num.10. Vide ibi.

11 Rheda, ſeu Currus ille præcedere debet, in quo concurrit major dignitas, & præheminentia perſonæ, quo caſu alius retrocedere debet.

12 Idem ſi unus ſit oneratus, vel majus onus vehat.

24 Item ſi unus vehat homines, & alter res.

14 Carrectæ, & Carrectoni cedere debent locum quadrigis, & Rhedis.

15 Rhedæ conductitiæ vulgò *à vettura* cedere debent locum Rhedis privatorum Dominorum.

16 Manum dexteram Rhedæ inter ſe obviantes in via duarum Rhedarum capaci, quandò tenere debeant, remiſſivè.

17 Controverſia circa præcedentiam, & retroceſſionem Rhedarum in loco anguſto gignere ſolet injurias, percuſſiones, & vulnera inter contendentes.

18 Actio injuriarum competit, quando una rheda, ſeu currus non vult cedere locum, vel retrocedere in concurſu alterius, cui præcedentia debeatur.

19 Dominus damnum ab ejus Auriga illarum reſarcire an, & quandò teneatur, remiſſivè.

Auriga criminaliter puniri an, & quandò poſſit remiſſivè num.19.

20 Gubernator Urbis occurrentibus controverſiis circa præcedentiam, & retroceſſionem rhedarum quomodò ſe gerat.

21 Manus muri eſt præſtantior locus in deambulando per Civitatem, quandò ibi talis viget conſuetudo, prout Faventiæ, & alibi, & quarè.

Manus dextera, ejuſque locus reputatur dignior, & honorabilior num.21. Contrarium ibidem. Vide ibi.

Divus Paulus depingitur à dextris, & *Divus Petrus* à ſiniſtris CHRISTI, & quarè, remiſſivè num.21.

22 Rhedarum,& vehiculorum uſus eſt antiquiſſimus, & inventus pro commoditate Regum, & Perſonarum nobilitate, vel dignitate conſpicuarum.

23 Collecta ſuper Rhedis ignobilium perſonarum eſt imponenda, non ſuper illis Nobilium.

24 Ignobilibus, & ſordidis perſonis uſus rhedarum eſt denegandus.

25 Rhedarum uſus, quæ damna,& mala pariant in Republica, remiſſivè.

26 Romani prohibuerunt uſum Rhedarum nobilibus, & caſtis Matronis, undè illæ denegarunt coitum Viris, donec uſque prohibitio fuit revocata, & num.27.

28 Stabulum vulgò *Rimeſſa* removeri debet, ſi ex intromiſſione, & exitu currus, ſeù rhedæ domui vicinæ damnum inferretur.

O B S E R V A T I O.

AUriga, ſeu Rhedarius deſerens equos
contra prohibitionem ultra pœnam incurſam
tenetur ad refectionem damni ſequuti
1 ob ſugam equorum, ut firmat *Novar. ſuper
Pragmat.Regn. tit.de Rhedariis &c. collectan.*1.
nu.1.cum ſeq. Si verò non dereliquerit rhedas,
2 & adhuc equi ſugam arripuerint, & alicui
nocuerint, non tenebitur, cùm tunc cenſendus
ſit caſus fortuitus, & omnis negligentia,
ac dolus excludatur, ut obſervat *Novar. ubi
suprà nu.2.verſ.Verùm cum ſeqq.* ubi ſubdit eò
magis id procedere, ſi damnum ſequutum
nulla diligentia poterat reparari, nàm culpa
non imputatur ei, qui non fecit, quòd factum
non profuiſſet *Surd.dec.87.n.6.* juncta *dec.260.
n.5.cum ſeq.& dec.326.nu.69.*

Quis autem teneatur de plauſtri revolutio-
3 ne, an ſcilicèt Dominus rei oneratæ, an verò
Plauſtrarius vide *Rimin. jun. conſil. 441. & Ciriac.controv.166.nu.47.cum ſeqq.*

Cæterùm cùm in Vrbe exceſſiva ſit auda-
4 cia, & temeritas Aurigarum, & Carractериorum
nunquàm contra eos ad ſufficientiam
rigoroſè proceditur, ſed variis humanis reſpectibus
eorum delicta impunita remanent
in graviſſimum damnum publicum, quod non
contigit Neapoli tempore glorioſi gubernii
5 *fel. recor. D. Marchionis Carpii Pro-Regis*, qui
cùm nulla habita ratione qualitatis perſonæ
Domini Aurigæ immediatè poſt ſequutum
exceſſum ad Triremes delinquentem tranſmitti
mandaret, adeò emendata, & depreſſa remanſit
eorum inſolentia, & temeritas, ut
nullus poſteà contingeret exceſſus, ſed magna
coleretur urbanitas ab hujuſmodi genere per-
6 ſonarum, alioquin inurbanitatem profitentium,
tanquàm cum belluis continuò converſantium.

Et quia hujuſmodi exceſſus ſæpè contingunt
ob controverſias præcedentię,quæ oriun-
7 tur, quotiès plauſtris, vehiculis, ſeu rhedis
ſibi occurrentibus unuſquiſque ex Aurighis,
& Rhedariis alteri cedere recuſat,vel retrocedendo,
vel locum dando, & potiùs ad injurias,
& vulnera procedentes, ideò ad dignoſcendum
quiſnam ex eis malum jus foveat,
diſtinguendum eſt; Aut enim conſtat quis
8 priùs intraverit vicum, ſeu viam arctam, per
quam uterque non poteſt tranſire, & tunc ille
vincere debet, cùm melior ſit conditio occupantis,
ut notant *Cyn. & Bald. in l. Per agrum
nu.2.C.de ſervit. & aqua Ciriac. controver.274.
nu.16.Pacichel.de Diſtant.cap.6. memb.9.nu.20.
Themud.dec.49.nu.21.par.1.*

Aut ignoratur quiſnam priùs intraverit,
& eo caſu locus eſt gratificationi, vel contro-
9 verſia ſorte dirimenda eſt,ſi ambo ſunt pares,
ut firmant *Bart.in l.Prætor 2.§.Hoc interdictum
nu.1.ff.Ne quid in loco publico, Bald. & Ciriac.
ubi ſuprà Feltman.de Vehiculis ſibi obviis ſect.15.
cum ſeq.*ad quem recurrendum in omnibus caſibus
contingentibus in hac materia, *Antunez
Portugal. de Donat.Reg. par.3. cap.3.nu.17.
tom.2.* Florentiæ ille retrocedere debet, qui
minùs in via progreſſus eſt, ut tradit *Campell.
ad Conſtitution. Ducatus Vrbin. Decret.33.
num.25.*

Prædicta tamen procedunt quoties in aliquo
ex eis non concurrat culpa, ſed ſi potuit
prævidere alium intrantem, & venientem, &
10 nihilominus voluit iter progredi, ponendo
ſe in ea neceſſitate, tunc ille retrocedere debet,
ut docent *Bart.Bald. & Ciriac.in loc.alleg.
Feltman.dicto tract.ſect.6. juncta ſect.12.* ubi de
equis habentibus tintinnabula, & *ſect.13.* ubi
de notitia habita mediante hinnitu equi *Antunez
Portug.d.par.3.cap.3.nu.17.to.2. Themud.
dec.49.num.21.par.1.*

Eò magis ſi ille prior acclamaverit, ut animadvertit
*Ciriac.d.nu.16. verſ.Maximè, Them.
cit.num.21.*

Sicuti etiamſi ratione Dignitatis, & præheminentiæ
teneretur alteri cedere, nam iſto
caſu alius retrocedere debet, quòd eſt nota-
11 bile, & ſemper menti tenendum ſecundùm
Feltman.d.tractat.ſect.8.

Prout quoque idem procedit ſi unus ſit
oneratus, vel majus onus vehat, nàm alter
12 tunc retrocedere tenetur, ut concordantibus
telaris firmat *Feltman.dicto tractat.ſect.17.
cum ſeqq.* juncta *ſect.42. Ciriac.contr.274.n.19.
Themud.dec.49.ſub nu.19.par.1.*

Item retrocedere, ac locum cedere debet
13 vehens res vehenti homines, ut proſequitur
Feltmant.cit.tract.ſect.28.

Pariterque Carrectæ,& Carrectoni cedere
14 debent locum Quadrigis, & Rhedis *Pacichel.
allegat.memb.9.num.21.*

Necnon rhedæ conductitiæ vulgò *à vettura*
cedere debent locum rhedis privatorum Do-
15 minorum, ut firmat *Ciriac.dicta controv.274.
nu.21.cum ſeq.* & proſequitur *Pacichell.ſub eodem
num.21.ubi num.22.cum ſeq.* tradit quandò
manum dexteram rhedæ inter ſe obviantes
in via duarum rhedarum capaci tenere
16 debeant, ſuper quo articulo videndus etiam
Ciriac.dicta controv.274.num.21.

Quam-

Digitized by Google

Quamvis tales, ac ſimiles controverſiæ per tramites juris regulariter non decidantur, ſed ut plurimùm ad injurias, minas, & quan-
17 dòque ad actuales percuſſiones, & vulnera inter contendentes ira accenſos deveniatur, nihilominùs quandò judicialiter eſſet procedendum, propria actio competit, nem-
18 pè injuriarum, quotiès damnum indè evenit, ut firmat *Felsman.cit.tract.ſect.*51. videndus *Joan.Paul. Xamar.Rer. judicatar. par.*1.*deciſ.*47. ubi examinat, quando Dominus ad damnum ab ejus Auriga illatum teneatur, &
19 quandò Auriga criminaliter poſſit puniri.

Quandò caſus ad notitiam Gubernatoris Urbis devenit, illicò mediante tranſmiſſione ejus Officialium imminentia pericula, & ſcandala ſedare ſolet, & cum honeſtis, & pruden-
20 tialibus temperamentis animos componit, habita ratione modi, loci, & perſonarum.

Inter pedeſtres etiam ſolet contingere controverſia ſuper præcedentia in deambulando, unde notandum eſt, quòd in noſtra Civitate Faventiæ præſtantior locus judicatur ille mu-
21 ri, non autem manus dextera, ea forſan ratione, quia ibi via eſt magis plana, & nitida, ut etiam animadvertit *Cruſius in tract.de prçhemin.cap.*4.*nn.*32. *Pacichel.de Diſtant.d.memb.*9.*nu.*24.*Ciriac.controv.*274.*num.*27. ubi teſtatur ità ſervari etiam Mantuæ de conſuetudine, quæ eſt attendenda. Licèt regulariter manus dextera ejuſque locus reputetur dignior, & honorabilior, itaut incedens ad dexteram præcedere dicatur, ut cumulatis concordantibus firmat *Panimol.in Annot.*14.*nn.*9.*ad dec.*1. ubi *nn.*11. advertit, quòd ſitus ad dexteram non ſemper infert per neceſſe prçheminentiam ejus, qui ſedet ad dexteram reſpectu ejus, qui ſedet ad ſiniſtram, nec concludit præſumptionem majoritatis, cùm incompatibile non ſit, quòd major, & dignior ſit in manu ſiniſtra, & *nn.*13. & 14. docet, quòd antiquitus in plutibus locis dignius erat ſedere ad ſiniſtram, & præſertim apud Romanos tanquàm manus ſiniſtra eſſet melioris auſpicii, ſed apud Hebræos dextera potior exiſtimabatur, licèt Divino Conſilio per Patriarcham Jacob propalato in benedictionibus Ephraim, & Manaſſem *Geneſ.*48. mutatæ fuerint rerum vices, & ordo, ut ſiniſtra dexteræ prçferenda eſſet, & *n.*15.tradit cur *Divus Paulus* ſecundùm conſuetudinem Eccleſię depingatur à dextris Christi, & *Divus Petrus* à ſiniſtris.

Non omittam in propoſito, quod vehiculorum, & Rhedarum uſus eſt antiquiſſimus inventus pro commoditate Regum, & perſo-
22 narum nobilitate, vel dignitate conſpicuarum ad *Text.in l.unic.C.de Honorat.vehic.lib.*11. probat *D. Pacichell. de Diſtant. cap.*1.*memb.*9.*nu.*12.& *Balmaſed.de Collect.qu.*88.*Joan.Franc. de Ponte de Poteſt. Proreg. tit.de diverſ. proviſ. nn.*10.*de limit.expenſar.&c.n.*21.*cum ſeq.* Ideòque earum uſus ſordidis, & ignobilibus per-
23 ſonis denegandus, ut advertit *Balmaſed. ubi ſuprà num.*13. & 15. qui *num.*8. tradit, quod
24 ſuper rhedis ignobilium perſonarum imponenda eſt collecta, non verò ſuper illis nobilium *De Ponte ubi ſuprà Garzia de Nobilitat. gloſ.*48.§.2.ubi etiam tradit, quàm ſint Reipu-
25 blicæ damnoſæ, & quæ mala pariant, & *Maſtrill.de Magiſtrat.Edict.lib.*3.*cap.*10.*n.*118.

Inventio Rhedarum adeo grata fuit mulieribus, ut cum à Senatu Romano prohibitus
26 fuiſſet illarum uſus, pro nobilibus, & caſtis Matronis ex tali prohibitione injuriæ affectæ revocationem multis mediis procurantes, ſed inutiliter indeciſam reſolutionem reſpicientes in deſperationem irruerunt, vindictamque è viris ſumere tentantes omnes uno ſuffragio, una voluntate, ac voto conformes invicem promiſerunt coitum negare propriis viris, & ſe à concipiendo abſtinere, juxta tenorem epiſtolæ Melchioris de Cabrera per *Balmaſed. inſerta in dicta qu.*88.*nn.*19.*cum ſeqq.* & non ſine admiratione refert *Ovid. lib.*1. *Faſtorum verſ.*561.

Matronaque deſtinat omnis
Ingratos nulla prole novare viros
Neve dares partus ictu temeraria cæco:
Viſceribus creſcens excutiebat onus.

Et in tali auſu mulieres firmæ evaſerunt, do-
27 nec duravit prohibitio, dùm mutata ſententia hæc eis indulſere, ut cum *Plutarcho in Quæſtionib.centuriatis Romanorum* notat *Balmaſed. ubi ſuprà ſub nu.*14.

Hac occaſione utendo, notandum duximus quòd ſi quis ſtabulum, vulgò *rimeſſa* pro reponendo curru, ſeu rheda in ſua domo con-
28 ſtruxerit, ex cujus intromiſſione, & exitu vicina domus devaſtetur, illud removendum eſt non obſtante oblatione cautionis de damno infecto, ut reſpondit *Rot.in rec.deciſ.*819.*cum ſeq.par:*18.*to.*2.

ADDIT. AD RUBR. LXVII. LIB. IV.

SUMMARIUM.

1 Rhedariorum inſolentia, eorumque impunitas damnatur.

2 Manus muri in aliquibus Regionibus eſt præſtantior pro præcedentia.

*Num.*4. Inſolentia Rhedariorum, & eorum impunitas, quæ quotidiè practicatur, damnatur
1 *ab Urſaya Inſtit.* * *crim. lib.*2. *tit.*5.*nu.*125. ubi me hic allegat, & cum *Sabell.* diſtinguit, quod ſi homicidium ſequatur cum rotis anterioribus rhedæ ſit gravius puniendus Rhedarius, quàm ſi ſequatur cum poſterioribus, niſi ejus negligentia, & culpa aliud ſuadeant.

*Num.*21. Manus muri in aliquibus locis eſt præ-
2 ſtantior pro præcedentia, ut * ſequitur *Dominus Franciſcus Antonius Bonfin. ad Banniment. General.cap.*46.*n.*21.*cum ſeq.*

De Recipientibus, ſeù conducentibus ſervientes aliorum.

RUBRICA SEXAGESIMAOCTAVA.

ORdinamus, ſtatuimus, & decernimus, quòd nullus recipiat, vel conducat ſervientem alicujus, niſi finito tempore ejus conductionis, vel cum voluntate ejus, cui inſerviebat ſub pœna librarum quinque bononen. & nihilominùs eum relaxet priori Domino, & quòd credatur juramento veteris Domini, vel Dominæ de tempore conductionis hujuſmodi, poſſintque Dominus, ſeù Domina propria auctoritate eum accipere ubique, & verberare talem ſervientem impunè, dummodò non enormiter, vel graviter, ſeù cum effuſione ſanguinis: Et quod Poteſtas, vel quicunque Iuſdicens Faventiæ teneatur ad voluntatem Domini, ſeù Dominæ famulum, vel famulam ejus detinere ubi ei non obediret, vel ſi ab eo, vel ab ea receſſiſſet ſine ſua licentia ante tempus finitum ejus conductionis, de quo, ut ſuprà credatur juramento Domini, ſeù Dominæ; Ita tamen quòd Domini teneantur eorum famulis miniſtrare debita alimenta, & loco, ac tempore debitis, & ſolitis ſolvere, ſi & prout tenerentur, eorum mercedem.

SUMMARIUM.

1 FAmulus, vel alius, qui promiſit inſervire pro certo, & determinato tempore certa conventa mercede non poteſt recedere ante tempus, nec petere ſalarium, niſi finito tempore concordato.

4 Etſi ante illud completum abſque legitima cauſa receſſerit nihil conſequi valet.

3 Imò non ſolum ſalarium futurum amittit, ſed etiam tenetur præteritum unà cum veſtimentis reſtituere.

4 Maximè quando Conductor ex tali diſceſſu tantum damnum paſſus fuit, quantum commodum conſequutus fuerat mediante ſervitio præſtito, ſecùs ſi nullum damnum paſſus fuerit, quo caſu tenetur ad ſalarium pro rata temporis num.7.

5 Dominus ex diſceſſu famuli damnum paſſum fuiſſe prætendens probare tenetur, quòd facere poteſt mediante juramento.

6 Doctor conductus pro lectura totius libri pro certo ſalario nil conſequitur, ſi forma deficit ob totale non adimplementum.

8 *Statutum Urbis lib.3.cap.76.* diſponit, quod famulus, qui promiſit certo tempore Domino ſervire, ſi nolit tempus conventum adimplere, compellendus eſt per Iudicem ad ſerviendum uſque ad complementum temporis conventi, quod ſi adimplere recuſaverit tertiam partem decurſæ mercedis ammittit ultrà damna, & intereſſe reficienda.

9 Famulus expulſus à Domino abſque legitima cauſa ante tempus conventum, ſi alteri non inſervivit, tunc ſalarium pro toto tempore convento conſequitur.

10 Dominus ſi calore iracundiæ incenſus, dùm famulum increpat, ei dixerit, ut à Domo ſua exeat, & amplius ad illam non revertatur, non cenſetur conceſſa licentia, nec famulus liberatus ſervitio promiſſo, dum ſtatim pœnituit, nec evacuata iracundia in eadem opinione perſeveravit.

OBSERVATIO.

FAmulus, vel alius, qui promiſit inſervire
pro certo determinato tempore certa
conventa mercede, non poteſt recedere ante
tempus *Caroc.de Loc.& Conduct.p.1.tit.de Fam.
& pediſſeq;q.10.num.20.in addit.incipien.Addo
etiam, & Conciol.ad Statut.Eugub.lib.5.Rub.39.
nu.1.* nec petere ſalarium, niſi finito tempore
concordato, adeòut ſi antè illud completum
abſque legitima cauſa receſſerit, nihil conſe-
2 qui valeat juxta theoricam *Bald.in l.Adverſus
n.4.verſ.Sed ſi quis promittit cum ſeq.Cod.Locat.
& conduct.Munoz.de Ratioc.cap.27.n.18.Giurb.
obſerv.67.nu.20.* ubi *nu.ſeq.* ampliando firmat
quòd nedùm ſalarium futurum ammittit, ſed
etiam tenetur præteritum, quod exegerat unà
3 cum veſtimentis reſtituere, ſequitur *Conciol.
ubi ſuprà num.1.cum tribus ſeqq.& Fragoſ. de
Regim.Reip.par.1.lib.5.diſp.13.§.9.n.205.*

Idque certius procedit, quando ex tali
diſceſſu tantum damnum paſſus fuit Condu-
ctor quantum commodum conſequutus fue-
4 rat ex ſervitio præſtito, nàm tunc intrat com-
penſatio, ut docet *Bald.in l.Æde nu.13. C. Lo-
cat. & Conduct.* & limitando contrariam opi-
nionem pro ſolutione ſalarii in præteritum
ab Ipſo ſequutam firmat *Zacch. de Salar.qu.68.
n.22.& n.24.*ſubdit, quòd onus probandi in-
5 cumbit Domino dicenti damnum ſentire ex
diſceſſu famuli, quòd tamen facere poteſt per
juramentum.

Vel quando tempus ſtatutum eſt pro for-
ma, ut Doctori pro lectura totius libri, tunc
6 enim ſi forma deficit culpa Doctoris, nil con-
ſequi valet, ut diſtinguendo tradit *Bald.in d.l.
Adverſus nu.5.verſ.Vel die, aut tempus.*

Si autem nullum damnum patiatur, tene-
tur ad ſolutionem mercedis pro rata tempo-
7 ris, ut tradit *Bald.in d.l.Æde nu.13.verſ.Si au-
tem mihi, Zacch.loc.cit.n.23.in fine.*

Ex diſpoſitione verò *Statuti Urbis lib. 3.
cap.76.* famulus, qui promiſit certo tempore
Domino ſervire, ſi nolit tempus conventum
8 adimplere, compellendus eſt per Judicem ad
ſer-

ſerviendum uſque ad complementum temporis conventi, quod ſi adimplere recuſaverit, tertiam partem decurſæ mercedis amittet ultra damna, & intereſſe reficienda, ut advertit *Zacch.loc.cit.nu.25.* Sed ſi non ſtetit per famulum quo minùs tempus conventum adimpleverit, utpotè quia à Domino ſine legitima
9 cauſa expulſus fuerit, & poſt expulſionem alteri non inſerviverit, tunc ſalarium pro toto tempore conſequetur *l. Qui operas, & l. Sed addes §.ultim.ff.Locat.* plenè *Zacch.ubi ſup.n.12. Fragoſ.de Regim.Reip.dicto §.9.n.204.Romagner. in addit.ad Conciol.ad Stat.Eugub. lib.5.Rub.39. n.8.Rot.coram Zarate dec.14.n.7.*

Animadvertendo, quòd ſi Dominus calore iracundię incenſus, dùm ſamulum increpat, dixerit ei, ut à domo ſuo exeat, & ampliùs ad il-
10 lam non revertatur, non cenſetur conceſſa licentia, nec famulus liberatus à ſervitio promiſſo, dùm ſtatim pęnituit, nec evacuara iracundia in eadem opinione perſeveravit, ut limitando tenent. *Flores de Mena lib.7.Var. qu.8.§.2.nu.8. Bonacurſ.de Servis, vel famulis q.264.Fragoſ.ubi ſuprà ſub nu.205.& Eſcobur.de Ratiocin.cap.27. ſub num.18.*

De Pœna ementis, vel accipientis aliquid à Filiisfamilias, vel à ſerviente alicujus, vel ſecum ludentis.

RVBRICA SEXAGESIMANONA.

SAncimus, & ordinamus, quòd nullus emat, vel accipiat aliquo titulo à ſerviente alicujus aliquam rem, niſi in Foro publico, aut niſi fuerit ex voluntate Domini, nec aliquis audeat cum eodem ludere ad aliquem ludum prohibitum, ſub pœna ſolidorum quadraginta bononen. pro quolibet, & qualibet vice ultra alias pœnas contentas in ſtatutis, & nihilominùs teneatur reſtituere Domino rem, quam ab eodem accepiſſet ſine aliqua reſtitutione pecuniæ, quam dicto ſervienti dediſſet, & idem ſit, & intelligatur ſtatutum etiam de Filiisfamilias minoribus annorum vigintiquinque, & ementes, vel accipientes aliquid ab eis abſque licentia, ſeù voluntate Patris, vel ludentes cum illis (ut ſuprà) præterquàm ubi tales Filiifamilias habitarent ſeorſum à Parentibus eorum, vel publicè mercarentur, ſeù negotiarentur, tanquàm eſſent Patresfamilias.

SVMMARIVM.

1 Filiusfamilias contrahere, & ſe obligare poteſt de Jure communi.
2 Limita in mutuo, & voto.
3 Filiifam. conſumere ſolent patrimonium in ludis, libidinibus, aliiſque voluptatibus, & ad egeſtatem reduci.
4 Filiisfamilias contrahere prohibitum eſt ex diſpoſitione variorum Statutorum ad coercendos eorum juveniles calores, & cupiditates.
5 Statutum filiisfamil. contrahere prohibens abſque conſenſu Patris exorbitat à Jure communi.
Statutum filiisfamil. contrahere prohibens abſque conſenſu Patris eſt favorabile, non odioſum, & latè interpretandum, & quarè num.5.
6 Quid ſi ſimpliciter prohibeat illis contrahere, & ſe obligare.
7 Conſenſus Patris in contractu, & obligatione filiifam. regulariter à Statuto requiſitus cenſetur ad integrandam perſonam ejuſdem filiifam. non ratione intereſſe Patris.
8 Quod maximè procedit in terminis *Statuti Faventiæ.*
Statutum prohibens filiisfam.minoribus contrahere, & ſe obligare non extenditur ad majores num.8.
Filiifam. majores conſenſu Patris non indigent ad integrandam eorum perſonam.
10 Statutum contractum emptionis, & actum, per quem aliquid accipiatur à filiisfamil. minoribus improbans non comprehendit alios contractus alioquin de Jure permiſſos.
11 Filiifam. tàm majores, quàm minores fidejubere poſſunt pro Patre tàm pro eo liberando a Carceribus, quàm ab imminenti carceratione, non obſtante Statuto prohibente contrahere abſque conſenſu Patris, vel prohibente contractum emptionis, & actum, per quem aliquid accipiatur à filiis famil.
12 Itaut eis non competat reſtitutio in integrum, & n.13. Limita n.14.
15 Filiifam. habitantes ſeorſum à Patre, & publicè negotiantes validè contrahere, & ſe obligare poſſunt, etiam in mutuo.
16 Filiusfam. habitare de per ſe dicitur, quando ipſe eſt principalis in domo retinendo Patrem apud ſe.
17 Actuum magna frequentia ultra ſeparatam habitationem requiritur, ut filiusfam. pro Patrefamil. habeatur, & contrahere valeat.
18 Aſſertio ſola filiiſam. ſe eſſe Patremfamilias non ſuffragatur pro validitate contractus, & obligationis, ſed requiritur, quòd qui intuitu talis aſſertionis contraxit ex alia juſta cauſa inductus fuerit ad id credendum; ex quibus autem deducatur juſta cauſa, & quibus excludatur vide ibi, & num.19.
19 Amplia etiamſi talis aſſertio jurata ſit, & num.20.

21 Statutum laicale non confirmatum in forma
ſpecifica non comprehendit juramentum.
22 Juramentum contractum nullum non validat, nec obligationem extendit, ſed tantùm fortiùs ligat.
23 Aſſertio filiifam. ſe eſſe Patremfamil. emiſſa in obligatione, ſeu contractu ei non nocet, ſi per errorem emiſſa fuerit.
24 Vel ſi per deceptionem contrahentis,
25 Vel ſi dolus ex utraque parte intervenerit,
26 Contrarium verò ſi doloſè emiſſa fuerit à filiofam. ut alium induceret ad ſecum contrahendum dubitans aliter non contracturum; nàm tunc tenetur de dolo.
27 Contrahens cum filiofam. habet intentionem fundaiam in Inſtrumento, in quo ipſe aſſeruit ſe Patremfamilias, itaut transferatur onus in filiumſam. probandi duo in contrarium, nempè eum vixiſſe unà cum Patre, & uti filiumſam. ſub patria poteſtate, necnon hujuſmodi aſſertionem non emanaſſe dolo proprio ipſius aſſerentis, ſed dcceptione, & circumventione Adverſarii. Vide ibi, & decl.n.28.
Inſtrumentum habet præſumptionem veritatis pro ſe num.27.
Dolus præſumitur potiùs in aſſerente, quàm in altero contrahente n.27.
Fructus beneficiorum filiifam.Clerici ſunt peculium quaſi Caſtrenſe, & ad ipſum ſpectant pleno jure n.29.
29 Conſenſus Patris in contractu filii ex diſpoſitione *Siatnti Vrbis lib.1.cap.152.* requiritur ſolùm pro ejus intereſſe.
30 Contractus, & obligatio filiifamillas tàm laici, quàm Clerici ſuper bonis Caſtrenſibus, & quaſi Caſtrenſibus, & ſic Eccleſiaſticis non ſuſtinetur, abſque conſenſu Patris ex diſpoſitione *Statuti Vrbis lib. 1. cap.152.* & num.31.
31 *Rot.penès Zacch. de Obligat.cameral. decis.241.* impugnatur.
32 Leges promulgantur pro caſibus ſæpè, non autem pro raró contigentibus.

OBSERVATIO.

Filiifamilias de JureCommuni poſſunt contrahere, & ſe obligare, ut per *Text.in l.*
1 *Filiusfamilias la 2.ff.de Action.& obligat.l.Tàm ex contractibus, ff.de Judic.* firmant *Fenzon. ad Stat.Vrb.lib.1.cap.152.nu.21.cum ſeqq. Paſchal. de Patr.poteſt.par.1.cap.6.n.2.*

Præterquàm in mutuo attenta diſpoſitione *Sac.Conc.Macedonianen.*,ut *in tot.tit.ff.& Cod.ad*
2 *S.C. Macedon.* & proſequitur *Paſchal. ubi ſuprà Donat.Anton.de Marin. reſol.Jur.lib.1.cap.145. n.12.Ciriac.controv.387.n.2.cum ſeq. Rot.in rec. dec.548.nu.26.par.18.to.2.*

Et voto *l.2.§.Voto autem,ff.de Pollicit.* ut firmant *Paſchal.d.tract. par.1.cap.8.n.23. De Marin.ubi ſupra,Ciriac.d.contr.387.n.3.* ubi advertit id procedere ſecundùm *Jus Civile*, nàm ſecundum *Jus Canonicum*,& in Foro Conſcientiæ variæ ſunt diſtinctiones, de quibus per *DD.* ibi remiſſivè relatos.

Verùm quia filiifam. ludis, libidinibus,
aliiſque voluptatibus dediti proprium conſu-
3 mere ſolent patrimonium, & ad ægeſtatem
reduci, etiam in dedecus familiarum, & Rei-
publicæ detrimentum, proindè ſequendo mo-
nitum *Juſtiniani Imperatoris in l. Cùm non ſo-
lùm 8. §.Filiis autem familias*, ibi, *meliùs enim
eſt coarctare juveniles calores, ut cupidini dediti
triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum
expectat patrimonium, C.de Bonis, quæ liber.* in
variis locis, & Civitatibus mediante particu-
4 lari Statuto prohibitum eſt illis contrahere,
& ſe obligare abſque conſenſu Patris, vel
Avi.

Quod Statutum eſt quidem exorbitans à
diſpoſitione *Juris Communis ex allegatis ſuprà
5 in princ.* ſed non eſt odioſum, imò eſt ſavora-
bile, & latè interpretandum, cùm tendat ad
tollendas fraudes, conſulendum fragilitati,
& evitanda damna tàm privata, quàm publi-
ca, ac ad conſervationem decoris familiarum,
ut plenè firmat *Conciol. ad Statut. Engub.lib.2.
Rubr.56.& 57.utrobique in princip.* Quicquid
6 dicendum eſſet, ſi ſimpliciter prohiberet Fi-
liumſam. contrahere, & ſe obligare, ut di-
ſtinguit *Conciol.ad d.Rub.57.n.7.*

Talis autem conſenſus Patris regulariter à
Statuto requiſitus cenſetur non ratione inte-
7 reſſe ipſius Partis, ſed tantummodò ad inte-
grandam perſonam filii, & conſulendum fra-
gilitati, niſi aliter ex verbis Statuti conſtet
ſecundùm communiorem, veriorem, & rece-
ptiorem opinionem, quam tenent *Gratian.
Diſcept.forenſ.cap.781.nu.10.juncto num.41.* la-
tiſſimè incertus *Anib. penès Novar.poſt q.117.
in ultima allegatione*, quæ incipit, *Articulus
eſt decidendus*, & eſt in ordine *la 2. verſ.Nega-
mus etiam 1. Carpan. ad Statut.Mediolan. par.1.
cap.416.n.42.cum ſeqq.* juncto *n.141. Fontanell.
de Pact.dotal.clauſ.4.gloſ.7.par.3.n.42.cum ſeq.
Donat.Anton. de Marin.cit. cap.145. nu.33.cum
ſeqq.*ubi etiam probare prætendit nullum præ-
judicium,ſeu intereſſe Patris conſiderari poſſe
*Rovit.ad Pragmat. primam de S.C. Macedonian.
nu.49.cum ſeqq.* & præſertìm *nu.51. Muce.dilu-
cidat.3.nu.3.Muta ad Conſuetud.Panorm.cap.31.
nu.32. Mart.Medic.decis.24.nu.63.* in qua *deci-
ſione* examinat articulum, an ſtante Statuto
diſponente, filiumſam. non poſſe ſe obligare
abſque conſenſu Patris, poſſit habens Patrem
furioſum ſe obligare abſque decreto Judicis,
vel conſenſu Curatoris *Crivel. dec.14.nu.6.cum
ſeq.juncto n.51.& 57. Rot.cor.Cavaler.dec.442.
in fin.in Bononien.Pecuniaria 21. Februar.1625.
coram Pirovano.*

Et iſta opinio ſine difficultate procedit in
caſu præſentis noſtri *Statuti*,quòd cùm ſolum-
8 modò diſponat circà filiosfam. minores non
extenditur ad filiosfam.majores, ut reſpondit
Rot.in recen.deciſ.183.nu.5.cum ſeq.par.18.to.1.
Atque ideò ſi conſenſus Patris requireretur
pro ſuo intereſſe, utique adhiberi mandaſſet
etiam in contractu, & obligatione filiifamil.
maioris, ſed cùm de eo locutum non fuerit,
cen-

cenſetur id teliquiſſe ſub diſpoſitione *Juris*
Communis , ſecundùm quod filiifam. majores
9 non egent Patris conſeoſu ad integrandam
eorum perſonam reſpondit *Rot.penès Zacch.de*
Oblig.cameral.dec.241.nu.10.

Inſuper cùm noſtrum *Statutum* improbet
dumtaxat contractum emptionis,& actum,per
10 quem aliquid accipiatur à filiisfamilias mi-
noribus , non cenſeotur prohibiti alii contra-
ctus , alioquin de *Jure Communi* permiſſi , &
præſertim nedùm conſtituti in majori ætate
11 poſſunt pro Patre efficaciter fidejubere *l. Fi-*
liusfam.8.C.de fidejuſſor.& mandat.Rot.coram Bu-
ratt.deciſ.20.nu.8.in recen.deciſ.87.nu.6.cum ſeq.
ubi etiam firmat , quòd Statuto prohibeote
filiofam. contrahere ſine conſenſu Patris , ſi
nihil diſponat de fidejubente pro Patre , tan-
quam caſus omiſſus temanet ſub diſpoſitio-
ne *Juris Communis* juncta *deciſ.183.nu.1.par.18.*
to.1.coram Coccin.deciſ.1544.n.1.cum ſeqq. Ma-
ximè pro eum libetaudo a Carceribus ex *mox*
allegatis, & in ſpecie *Statuti Urbis lib.1.c.152.*
reſpondit *Rot.in Romana Cenſus 28.Junii 1686.*
coram clar:mem:Cardinali Matthæjo §.Multò mi-
nùs , ubi deciſum fuit fidejuſſioucm factam à
filiofam.pro excarcerando Patre valere etiam
ſine decreto Judicis *deciſ.241. penès Zacch. de*
Oblig. Verum etiam filiifam. minores poſſunt
fidejubere pro libetandó Patre à Carceribus
Gratian.diſcept.108.n.41.cum ſeq.Rot.penès Fen-
zon.ad Statut.Vrb. deciſ.140. §. Non obſtat quòd
Filiusfam. Ac ab immineoti catcerationc,cùm
eadem ratio exercendi pietatem , & Patrem
defendendi militet, ac ſi fidejuſſiſſet pro excar-
ceratiooe,ut proſequitur *Gratian.d.diſcept.108.*
nu.44. Muſa deciſ.94.nu.31. Rot.coram Zarate
deciſ.29.nu.7.cum ſeq. juncta deciſ.58. nu.9.cum
ſeq.& deciſ.82.nu.10.cum ſeq.coram Coccino de-
ciſ.1527.n.3.verſ.Nàm fuit reſponſum cum ſeqq.
& deciſ.1544.num.16.cum ſeq.

Et quidem abſque ſpe reſtitutionis in inte-
12 grum , etiamſi alioquin datur filio minori vi-
gintiquinque annis fidejubenti pro Patre *l.1.*
C.de Filiofam. min. nàm iſto caſu exercuit de-
bitum pietatis , & geſſit actum laudabilem ,
13 ad quem tenebatur , cùm de *Jure Communi*
præſtanda ſit per filium aſſiſtentia , defenſio ,
& auxilium pro liberando Patre à carceribus
ſub pœna exhæredationis , & privationis le-
gitimæ , ut concordantibus cumulatis in ter-
minis tenet *Gratian.diſcept.108.nu.41.cum ſeq.*
ubi *nu.44. in fine cum ſeq.* firmat procedere
concurrente juramento , vel renunciatione
minoris ætatis , & reſtitutionis in integrum.
Rot.coram Zarate dec.29.nu.9.cum ſeq. juncta d.
deciſ.58.nu.11.cum ſeq. ubi id maximè proce-
dere intervenicnte juramonto, ac *dec.82.n.11.*
cum duobus ſeqq. cor.Coccin.loc.cit.cor.Rembold.
deciſ.551.num.2. cum ſeq. & penès Fenzon. loc.
citat.

Quod non procedit , quando concurrit læ-
ſio enormiſſima proveniens ex eo , quod filio
14 nulla bona remaneant , ex quibus alimentari
valeat , nàm unuſquiſque etiam de jure natu-
ræ priùs alere debet ſe ipſum , quàm Patrem,
cujus neceſſitatibus occurri debet , dummodò
in ultimam neceſſitatem filius non incidat ,
cùm prima charitas incipiat ab Ego , ut latè
declarando reſpondit *Rot.in recen.dec.59.n.16.*
*verſ.Illa tamen cum ſeqq.*confirmata *in dec.136.*
nu.10.verſ.Dicebant cum ſeqq.par.18.tom.1. ubi
de filiofam. Doctore, *& cor.Zarat. cit.dec.29.*
num.13.

Excipitur ſimiliter à noſtro *Statuto* caſus ,
in quo filiifam.habitant ſcorſum à Parentibus
15 eorum , vel publicè mercarentur , ſeù nego-
tiarentur tanquam eſſent Patresfamilias,quod
conſonat cum diſpoſitione *Juris Communis* ,
ſecundùm quam non gaudent beneficio *S. C.*
Macedonian. , quoties publicè habeantur pro
Patresfamilias,juxta *Text.in l.Si quis Paterfam.*
ibi : *Si quis Paterfamilias eſſe crediderit , non*
vana ſimplicitate deceptus,nec Juris ignorantia,
ſed quia publicè Paterfamilias pleriſque videba-
tur , ſic agebat , ſic contrahebat , ſic muneribus
fungebatur ceſſat Senatus conſultum ff. Ad S.C.
Macedon. & in l. Zenodorus 2. ibi : *Si cum ſui*
juris eſſe publicè videretur C. eodem . Et ideò
ſeparata habitatio tunc ſuffragatur , quando
etiam publicè habeantur pro Patresfamilias ,
ut reſpondit *Caſtrenſ.conſ.175.nu.3.lib.2.* ubi *in*
fine etiam firmat, quod ſi Statutum requirat ,
16 ut de per ſe habitet , adhùc dicitur de
per ſe habitare , quando ipſe eſt princi-
palis in domo , retinendo Patrem apud ſe ,
quia tunc nihil agit Pater , ſed ſolùm filius
Card. de Luca de Alienat. & Contract. prohibit.
diſcurſ.37.nu.11. cum cumulatis *deciſionibus*
concordantibus tenet , quòd ultra ſeparatam
17 habitationem requiratur magna frequentia
actuum ſoli Patrifamilias convenientium *Rot.*
cor.Ludov.dec.182.n.2.cor.Celſo dec.382.n.12.

Non ſuffragatur pro validitate contractus
ſola aſſertione filii ſe eſſe Patremfamilias,cum
requiratur , quòd qui intuitu talis aſſertionis
18 contraxit , ex alia juſta cauſa inductus fuerit
ad id credendum per *Text. in l.1.* ibi : *Si Fi-*
liusfam. cùm in poteſtate Patris eſſet mutuam à
te pecuniam accepit , cùm ſe Patremfamilias
diceret , ejuſque affirmationi credidiſſe te juſta
ratione edocere potes exceptio ei denegabitur C.
ad S.C.Macedon.Gomez.Variar.reſolut.t.2.cap.6.
nu.2.limitat.4. Mantic.de tacit.lib.8.tit.7.nu.20.
Rot.coram Pentinger.deciſ.40.nu.1.cum ſeq. ubi
numeris ſeqq. adducit nonnullas conjecturas
ſuadentes juſtam credendi cauſam , quibus
concurrentibus unà cum tali aſſertione obli-
gatio filiifamilias ſuſtinetur .

Etiamſi talis aſſertio juramento vallata ſit ,
non ſolùm quia verſatur in actu prohibito , &
19 præſumitur ipſum eadem facilitate , ſeù levi-
tate juraſſe , qua contraxit *Manent. deciſ.71.*
nu.2.cum ſeqq.Rota cor.Othobon.deciſ.16.num.5.
cum duobus ſeqq. ubi adducitur pro excluſione
juſtæ cauſæ credulitatis , quia contrahens vo-
luit , quòd filiusfamilias renunciaret non
ſolùm beneficio *leg.1.& 2.C.Quòd cum eo* , ſed
etiam omnibus Statutis , & privilegiis , quo-
mo-

modolibet ad favotem filiorumfam. facienti-
bus; Verùm etiam quia non ſufficit aſſertio
filiifam. ad eum efficaciter obligandum, ſed
copulativè requlritur quòd in conttahente
concurrat juſta ita credendi cauſa ex *mox al-
legatis*. Quaptopter poteſt quidem juramen-
tum corroborare hujuſmodi aſſertionem filii-
20 fam. abſque eo, quod comprehendatur ſub
diſpoſitione Statuti laicalis in forma ſpecifica
à Sede Apoſtolica non confirmati, cùm in
Statnentibus laicis deficiat omnimoda pote-
ſtas diſponendi ſuper juramento tanquàm re
21 ſpirituali, ut pleniſſimè reſpondit *Rot.in rec.
deciſ.179.nu.21.cum pluribus ſeqq.par.9.tam.1.*
ſed non poteſt ſupplere juſtam cauſam cre-
dendi in contrahente eum eſſe talem, qualem
ſe aſſeruit, cùm juramentum non validet con-
22 tractum nullum, nec extendat obligationem,
ſed tantummodò fortiùs liget pro obſervantia
contractus validi, ut aliis relatis docet *Zacch.
de Oblig.Camer.q.31.n.13.cum ſeq.*

Eò magis talis aſſertio non nocebit filiofa-
mil. ſi per errorem eam omiſſam eſſe pro-
23 babit, ut diſtinguendo firmat *Ciriac.cont.387.
n.12.* ubi tamen ſubdit, quòd iſto caſu, in quo
agitur de facto proprio nempè de habitando
ſeorſim a Patre, & vivendo utì Paterfam. non
poteſt conſiderari concurſus erroris *Rot. in
rec.dec.104 nu.9.par.8.*

Vel ſi doceatur per deceptionem contra-
hentis emiſſam fuiſſe à filiofam. nàm pariter
24 tunc ei non nocebit per *Text.in l.3. verſ.Quod
ſi per injuriam, & ibi gloſs.in verbo per Sacra-
menti, & in verbo per Teſtium verſ. Diſtingue
ergo*, ut cum *Caſtr.& Lambertengo*, proſequen-
do diſtinguit *Ciriac.ubi ſuprà n.16.Rot.in dicta
dec.104.nu.9.* ubi etiam firmat idem procede-
25 re, ſi dolus ex parte utriuſque intervenerit.

Si verò doloſè emiſſa fuerit à filiofam. ut
alium induceret ad ſecum contrahendum,
26 dubitans aliter non contracturum, illo caſu
non poteſt filiusfam. ſub patrocinio proprii
doli ſe tueri exceptione diſpoſitionis Statuti,
& lucrum exindè reportare in alterius da-
mnum, ſed exceptio nullitatis contractus tol-
litur replicatione doli *l.Qui cum ſe 10.ff. de Re
judic. leg. Sed & ſi.4. §.Interdum* ibi: *In ſoli-
dum actio adversùs eum dabitur ſi Patremſam.
ſe mentitus eſt, dùm contraheretur cum eo ff.
Quod cum eo, qui in aliena poteſt.*, ut optimè
diſtinguendo tenet *Ciriac. loco citato num.16.
verſicul. Aut denique cum ſeqq.* ubi cum
Alciat.de Præſumpt. ſubdit, quòd licèt actio
per Statutum in contractu tollatur, poterit
tamen Creditor agere actione de dolo, vel
Stellionatus, quia Statutum tollit actionem,
quæ ex contractu, non autem, quæ ex male-
ficio oritur, nec intelligitur patrocinari frau-
di, nec eſt imputandum creditori, quòd non
benè inveſtigaverit conditionem ſecum con-
trahentis, quia ſatis dicitur inveſtigaſſe, cùm
filiusfam. ei aſſeruerit eſſe ſui juris, vel dege-
re, ut ſui juris *Gratian. diſcept.667. nu.1.verſ.
Qua ſtante cum ſeqq.Giurb.deciſ.43.n.1.* reſpon-
dit *Rot.in recen. d.dec.104.n.1.cum ſeqq.coram
Pentinger.dec.40.in fine*.

Advertendo quòd cùm Creditor, vel con-
trahens cum filiofam. habeat fundatam inten-
tionem in Inſtrumento, quod habet præſum-
27 ptionem veritatis pro ſe, transfertur in eo-
dem filiofam. onus probandi duo in contra-
rium, nempè ipſum vixiſſe unà cum Patre, &
uti filiumfam. ſub patria poteſtate, necnon
hujuſmodi aſſertionem non emanaſſe dolo
proprio ipſius aſſerentis, ſed deceptione, ac
circumſtantia Adverſarii, cùm dolus potius
præſumatur in aſſerente, quàm in altero con-
trahente, ut optimè reſpondit *Ciriac. d.controv.
387. nu.23.cum plur.ſeqq.* ubi diſtinguit inter
aſſertionem corroboratam corporali jura-
mento, & illam verbali, non autem corporali
ſuffultam *Rot.cor.Dunoz.Jun. dec.734.nu.1.cum
ſequentibus*.

Quòd tamen videtur procedere, vel quando
contraxit nulla facta mentione, ſe eſſe Filium-
28 fam.; Vel ſi contraxit, ut filius fam. præter aſſer-
tionem emiſſam ſe vivere ſeparatum à patre,
concurrebant adminicula, quæ ſuadere po-
tuerunt contrahenti juſtam cauſam ita cre-
dendi ex *allegatis ſuprà nu.18. Rot.cor.Pentin-
ger.deciſ.40.nu.2.verſ.Ac reſolutionis difficultas
cum ſeqq. & coram Dunoz.jun.cit.dec.734.nu.2.
verſ.Probat cum ſeq.*

Quando verò ex diſpoſitione Statuti requi-
ritur conſenſus Patris in contractu filii ſolum-
29 modò pro ejus intereſſe, prout requiri ex diſ-
poſitione *Statuti Urbis lib.1. cap.152.* reſolu-
tum fuit à *Rota penès Zacch. de Oblig. Cameral.
deciſ.241. in Romana Cambii 7. Februarii 1681.
§.Exceptio coram Cardinali Matthæjo, in Romana
Cenſus 14. Januarii 1686. §.Non obſtat Statutum
coram eadem Matthæjo confirmata die 28. Junii
ſequentis, §.Et multò minùs* dubitatum aliquan-
dò fuit, an reſpectu bonorum Caſtrenſium,
vel quaſi Caſtrenſium, quæ ad filiumfam. tàm
quoad proprietatem, quàm quoad uſumfru-
ctum ſpectant, prout in fructibus beneficii
filii Clerici *Pater Andreas Mendo de Jure Ac-
cademic.lib.3.qu.19.nu.213.* ſuſtineatur obliga-
tio abſque conſenſu Patris contracta, & vide-
30 tur non ſuſtineri, tùm ratione reverentiæ
patriæ poteſtatis; Tùm quia ſibi expedit ha-
bere filium divitem cum una, & eadem per-
ſona inter ſe habeantur, & ex quo honor, &
divitiæ filii ipſius etiam Patris honor, & di-
vitiæ arbitrantur; Tùm etiam quia Pater poſ-
ſet incidere in paupertatem, quo caſu à filio
alendus eſſet ſi bona Caſtrenſia, vel aliundè
haberet, undè ei expedit, quòd bona non
alienentur, ſed conſerventur; Tùm demùm
quia ab inteſtato ipſi filio ſuccedit, & per te-
ſtamentum non poteſt ſua legitima privari,
ut reſpondit *Fulgoſ.conſ.87.nu.1.in fine, Gait. de
Credit.in ejus addit.ſeù Appendice ad tit.1.cap.3.
nu.16. verſ.Et paternum intereſſe cum ſeq. juncto
nu.19. verſ.Tertium cum ſeqq.* ubi in terminis
ſimilis Pragmaticæ Regni de Filiofam. Cleri-
co, *Mart. Medic. deciſ.24. nu.63. verſ.Præterea*
rum

cum ſeqq. & hanc opinionem amplexa ſunt ſuprema Tribunalia Urbis, dùm *Rot. in dicta Romana Cambii coràm clar:me: Matthajo* reſoluerit pro nullitate obligationis R.P.D. de Albicis, quamvis beneficia Eccleſiaſtica poſſideret, A.C.met pariter pronunciaverit favore D. Canonici Galli, licèt tùnc poſſideret Canonicatum SS.Laurentii, & Damaſi, A.C.Cavallerinus favore D. Leonardi penſionum Eccleſiaſticarum poſſeſſoris, & *R.P.D.Patriarcha Eminentiſſimi D. Cardinalis Vicarii Locumtenens* favore D. Joannis Antonii Canonici SS.Celſi, & Juliani filii *Domini Hyppoliti Magnani* uti primarii in Urbe Chirurghi plurium Summorum Pontificum ſervitio ad dictiquæ ſententia in gradu recurſus confirmata fuit ſub die 1. Aprilis 1688. à præfato *Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Cavallerino* ob ejus eximiam doctrinam, & integritatem à *ſa:me:*INNOCENTIO XI. ad Auditoratum Rotæ poſtea promoto, & mox ob illius ſingularem in graviſſimis negotiis pertractandis dexteritatem à *Sanctiſs. Domino Noſtro* INNOCENTIO XII. ad Archiepiſcopatum Nicez, & ad Nunciaturam apud Regem Gallorum de menſe Maii 1692. exaltato.

Et prædicta opinio circa nullitatem obligationis filiifam. Clerici ex defectu conſenſus Patris procedit indiſtinctè reſpectu bonorum acquiſitorum tàm antè, quàm poſt Clerica-
31 tum, non obſtante diſtinctione adducta per *Rot.d.dec.241.poſt Zacc.de Oblig.Cameral.* Etenim ultra quod perfunctoriè, & incidenter ibi tangit hunc articulum, ejus fundamentum (ſalva debita reverentia) non videtur ſubſiſtere, quia quoties Statuentes in *citat. cap.152. Statuti Vrbis* expreſsè loquuti ſunt de filiisfam. Clericis, utique cenſendum eſt comprehendere voluiſſe indiſtinctè omnes Clericos etiam Beneficiatos, cum appellatione Clerici veniant quoque beneficiati, & præbendati, quorum fructus beneficiorum ſunt peculium quaſi Caſtrenſe *Bellett. diſquiſit. Cleric. tit. de Diſciplin. Cleric.§.2.n.4. Molignat.de Appellat.verb.n.282.* Alioquin Statutum determinaſſet tantùm caſum bonorum Caſtrenſium acquiſitorum ante Clericatum raro contingentem contra com-
32 munem diſpoſitionem Legum, quæ pro caſibus ſæpè, non autem pro rarò contingentibus promulgantur, & adaptari debent, ut admonet *l.C. leg.Ex iis 4.* ibi: *Ex his, quæ fortè uno aliquo caſu accidere poſſunt jura non conſtituantur ff.de Leg. & l.Nàm ad ea 5.* ibi: *Nàm ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò eveniunt ff.eodem.*

ADDIT. AD RVBR. LXIX. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 Filiusfam. pubes contrahere poteſt, & ſe obligare abſque conſenſu Patris.

2 Filiusfam. alienare, vel obligare non poteſt bona adventitia.

3 Mandatum expeditum contra filiumfam. non poteſt exequi neque in uſufructu, neque in proprietate bonorum adventitiorum.

4 Obligationis filiifam. plura vide ibi remiſſivè.

5 Filiusfam. obligare ſe non poteſt pro dote, ſtante Statuto prohibente quemcumque contractum. Contrarium nu.6.

7 Patris conſenſus in contractu filiifam. requiritur ex diſpoſitione *Statuti Vrbis* ad integrandam illius perſonam. Dec.n.10.

9 Quod imò requiratur ratione intereſſe, & præjudicii Patris.

Num.1. Filiusfam. pubes poteſt contrahere, & & obligatur etiam non interveniente Patris
1 conſenſu * ut latè firmat *Antunez Portugal. de donat.Reg.lib.1.prælud.2.§.6.nu.57. Merlin.de legit.lib.3.tit.2.qu.27.nu.1. Ciriac.controv.382. num.48.*

Non tamen poteſt alienare, vel obligare bona adventitia, in quibus Pater habet uſum-
2 fructum * eo invito propter paternam reverentiam *l.final.§.Filiis autem C.de bonis, quæ liber.* & aliis relatis proſequitur *Antunez ubi ſuprà num.58.*

Adeòut ſi filiusfam. ex Contractu geſto fuerit condemnatus non poſſit fieri executio in
3 bonis adventitiis, * quorum Pater habet uſumfructum, neque in proprietate, neque in uſufructu, ut comprobat *Antunez loc. cit. num.59.*

Plura de obligatione filiifam. vide *Coſtantin.*
4 *ad Statut.* * *Vrb.annot.45.art.2.*

Num.11. Pro dote an filiusfam. validè ſe obli-
5 gare poſſit non obſtante * Statuto illi prohibente quemcumque contractum validè controvertitur inter *DD.* nàm *Coſtantin.ad Statutum Vrbis annot.45.art.1.num.54.cum ſeqq.* concordantibus relatis tenet obligationem pro dote comprehendi ſub prohibitione Statutaria Urbis nonnullis diſtinctionibus.

Contrarium verò reſpondit *R.P.D.Fatinell.*
6 *in ejus reſponſ.62.per totum* fundans ſe * in *leg. promittendo juncta gloſſ. verbo conditionis ff. de jur.dot.* in qua decernitur filiumfam. validè pro dote poſſe ſe obligare; Necnon in alia propoſitione communiter recepta, quòd obligatio
7 ex cauſa dotis * non ſubjiciatur Statutariis ſolemnitatibus tanquàm ſpecialiter privilegiatæ.

Num.29. Conſenſum Patris in Contractu, ſeù obligatione filiifam. ex diſpoſitione *Statuti*
8 *Vrbis lib.1.cap.152.* requiri ad integrandam perſonam ejuſdem filii ratione Patriæ poteſtatis, & ſic illegitimitatis perſonæ, ut reſpondit *Gratian. diſcept.781. num.28.cum ſeqq.* juncto *nu.40. in fine Rot.coram Cavaler.dec.442. nu.8.coram Priolo deciſ.290.nu.8.* ubi firmatur quòd conſenſus Patris requiritur tàm ratione præjudicii, quàm ad validitatem actus,

ſeù ad integrandam perſonam filii.
Quod imò requiratur ex *Statuto Vrbis* ſo-
9 lùm ratione præjudicii, & intereſſe Patris *
pleniſſimè firmat *Coſtantin. ad Statut. Vrbis an-
not.45.art.2.nu.90.verſ.Et ampliùs cum ſeqq.*
Declara tunc requiri conſenſum Patris ad
integrandam perſonam filii, quando agitur
10 de filioſam. minore, * ſecùs autem de majo-
re, nam in illo caſu requiritur ſolùm pro in-
tereſſe Patris, ut in terminis *Statuti Vrbis* di-
ſtinguendo reſpondit *Rot.penès Zacch.de oblig.
Cameral.deciſ.241.nu.10.cum ſeqq.*

De Exercentibus artem Candelarum de ſepo.

RVBRICA SEPTVAGESIMA.

STatuimus, & ordinamus, ne putredo fiat in Civitate Faventiæ, quòd omnes, & ſinguli qui exercent, & operantur Artem Candelarum de ſepo, teneantur dictum ſepum diſtillare extra Civitatem Faventiæ pœna, & banno quadraginta ſolidorum bonon. pro quolibet, & qualibet vice. Et quilibet exercens artem candelarum de ſepo teneatur facere bonas candelas ſine aliqua comixtione alicujus pinguedinis, vel alterius rei, per quam dictæ candelæ faciliùs conſumentur, vel malum lumen reddant pœna, & banno decem ſolidorum bonon. pro quolibet, & qualibet vice, & eas vendere juſto pretio, vel declarando per Dominos Antianos pro tempore, ſeù D. Poteſtatem ſub eiſdem pœnis, & hoc ſtatutum ſit præciſum.

SVMMARIVM.

1 ARtes immundæ, quæ fœtorem excitant prohibendę ſunt etiam in domibus propriis.
2 Aeris putreſactio non ſolùm ex malis humoribus, & immunditiis, ſed etiam ex malis odoribus, & fœtoribus generatur.
3 Artes fœtidæ exerceri non debent juxta vias publicas.
4 Ars fabricandi candelas ſebæteas ſeorsìm ab aliis, & in extremis partibus Civitatum collocanda eſt, & prohibendum ne aliundè in Civitate exerceatur.
5 Ars Candelariorum in Vrbe, ubi exerceri debeat, & num.6.
Ars fœtida exerceri non poteſt in præjudicium vicinorum num.5.
6 Ars Cordariorum, & Vaccinariorum in Urbe propè Tyberim exerceri debet, & quarè.
7 Excoriatio Equorum in Urbe ubi fieri debet.
8 Excoriator non eſt infamis, ſed ſolùm turpis, undè ejus filii ab honeſtis Collegiis,& Opificibus non ſunt repellendi,ſed admittendi.

OBSERVATIO.

IMmundæ artes, quæ fætorem excitant tan-
quam publicæ, & privatæ ſaluti nocivæ ob
periculum putrefactionis aeris prohibendæ
1 ſunt etiam in domibus propriis,ut eum*Cæpol.de
Servit. Vrb. præd. cap.48.n.3.*docet *Zacch.QQ.
Medicolegal. lib.5. tit.4.quæſt.7. in fine* late re-
cenſendo hujuſmodi diverſas artes *Pacichel.
de Diſtant.cap.6. memb.6.ſub num.15.*
Nam aeris putreſactio non ſolùm ex malis
humoribus, & immunditiis, ſed etiam ex ma-
2 lis odoribus, & fœtoribus generatur, ut ani-
madvertit Pius IV. *in ejus Bulla la* 102.§.30.
in Bullar.novo vol.2. Unde hujusmodi artes fę-
3 ridæ non debent exerceri juxta vias publicas.
l. Ædiles ff. de Via publica.
Hine ars ſabricandi candelas ſebaceas ſeor-
ſim ab aliis, & in extremis partibus Civita-
tum collocanda eſt,& prohibendum, ne aliun-
4 de in Civitate exerceatur, ut admonet *Zacch.*
*& Pacichell. ubi ſupra Naurath. de Vita, &
morte hominis theorem.14. in fine* & particula-
riter, ut talis putor exhalationem habeat
Pius IV. mandavit in Urbe Candelariorum
5 artem exerceri prope flumen Tyberis ad Si-
xti, ſive Quatuor capitum, aut Sanctæ Ma-
riæ nuncupatos Pontes, ubi Eminentiſſimo
Cardinali Camerario, & DD. Viarum Magi-
ſtris magis videbitur expedire ſub pena con-
fiſcationis omnium bonorum ipſorum Cande-
lariorum, & aliis etiam in eorum perſonam
arbitrio eorumdem Camerarii, & Magiſtro-
rum infligendis pœnis, ut in dicta *Conſtitutio-
ns loc.cit.* & teſtatur *Zacch. allegat.quæſt.7. in
fine*, ſed non obſtante diſpoſitione talis *Conſti-
tutionis* hodiernis temporibus ſparſim per Ur-
bem exercetur Ars Candelariorum non ſine
magna noſtra admiratione, & nimia toleran-
tia vicinorum, cum prohibitum ſit exercere
artem fœtidam,cujus malus odor vicinis gra-
vis ſit per *text. in l.2. §. idem ait ſi in publico
cum gloſſ. ff. Ne quid in loco public. Mandoſ. de
Inhibit.quæſt.79.per tot.D. Carolus Antonius de
Luca in Obſervat.ad Franch.dec.625.n.3.Thomat:
deciſ.55.num.59. & Rot. in recent.deciſ.820.n.7.
par.18.tom.2.*
Situata autem tunc fuit in Urbe Ars Cande-
lariorum prout illa Vaccinariorum, & Cor-
dariorum prope Tyberim, ad hoc,ut fluminis
6 commoditate proprias domos expurgent, &
publicæ Sanitati non noceant, ut advertit,
Zacch. loc. citat. Et ſtante contiguitate
Tyberis reſolutum fuit in *Tribunali Cameræ in
Romana Excoriationis Equorum* 14. *Junii* 1677.
7 *coram Illuſtriſſ.Bichio*, qui poſtea ad Audito-
ratum Cameræ meritò promotus, & mox cum
ſingulari totius Curiæ gaudio ad Sacram
purpuram evectus fuit, *& 1. Julii* 1678. *co-
ram bon. mem. Raggio*, licere Raibaldis exco-
riare Equos in propria domo poſita prope Ri-
pam fluminis verſus Pontem ruptum, & Pi-
ſcivolam, maximè quia ex depoſitione duo-
rum Teſtium formiter examinatorum proba-

tur

tur per ſpatium triginta annorum, hujuſmodi
excoriationem factam fuiſſe in eodem loco,
nec ex tali exercitio inibi generari fœtorem,
cum ſequuta excoriatione ſtatim Cadavera
projiciantur in flumine, à quo aliunde aſportantur,
ac agnoſcente Bernardino Spigliato
vicino, & adverſario Juſtitiam ſententiarum
latarum, quæ etiam in judicatum tranſierant,
liti renunciavit ſub die 20. Julii 1678.

In propoſito notandum, quòd Excoriator non
eſt infamis, ſed ſolum turpis unde ejus Filii ab
8 honeſtis Collegiis, & Opificibus non ſunt repellendi,
ſed admittendi, ut firmat *Knipſchild. de Jur. & priv. Civ. Imperial. lib. 5. cap. 2. n. 59.*

ADDIT. AD RVB. LXX. LIB. IV.

SVMMARIVM.

1 ARtes fœtorem excitantes prohiberi debent.

Num. 1. Artes, quæ fœtorem excitant tanquàm
ſaluti nocivæ ob periculum putrefactionis ae-
1 ris * ſunt prohibendæ, ut etiam ſequitur *Pater Sbiara Theologia Bellica to. 2. lib. 7. difficultat. 5. num. 30.*

De Platea mundanda.

RVBRICA SEPTVAGESIMA PRIMA.

STatuimus, & ordinamus, quòd quolibet anno de menſe Januarii, vel alio tempore ubi opus fuerit per Magnificos Dominos Antianos, & adiunctos, eligatur unus Officialis, qui habeat curam mundandi, & mundare faciendi ſemel qualibet hebdomada Plateam publicam, ac ex ea exportare faciendi immunditias. Qui Officialis habere debeat pro e us ſalario, & labore unum quadrantem ſingula hebdomada, qua mundari fecerit (ut ſupra) pro qualibet apotheca Artificis, ſeu Mercatoris habentium apothecas in Foro, & à quocunque Piſtore, & Triculo vendente ſuper dicta Platea. & ab aliis Artificibus quotidiè vendentibus. Qui Officialis ſi ceſſaverit dictam Plateam mundare & ut ſupra exportare, incidat in pœnam librarum trium bonon. pro qualibet vice, qua ceſſaverit. Artifices verò non ſolventes gravari volumus in quadrupulum exigenti applicandum, ſalva ſemper in prædictis auctoritate ipſis Dominis Antianis aliter taxandi, ſeu declarandi dictam mercedem; quatenùs ipſis expedire videretur.

SVMMARIVM.

1 ARea olim eappellabatur ill ſitus, qui hodie *Platea* nuncupatur.

Platea nuncupatur, quia lata eſt num. 1.

2 Platea eſt via latior; ferèq; Militaris, Prætoria, & Conſularis dicitur.

3 Platea eſt locus, in quo Populus Civitatis convenire ſolet.

Platea in uſu publico eſt num. 3.

4 Ædificare, aut quidquam immitti non poteſt in Platea abſque Principis licentia.

Platea Civitatis eſt auctoritate, & utilitate publica, ac de Regalibus Principis nu. 4.

5 Immundæ res projici non poſſunt in Platea Bannimentis pęnalibus prohibitum eſt ne in Plateis Urbis res immundę projiciantur n. 5.

Prohibitus quidquam retinere in Platea non poteſt etiam tenere aliquid ſupra bancum in ea poſitum num. 7.

Gonella aſtutia practicata occaſione prohibitionis ſibi factæ à Duce Ferrarię de non ponendo pedem in ſuo Territorio nu. 7.

6 Vendere cuilibet permiſſum eſt in Platea publica res ad victum neceſſarias, & ad talem effectum retinere banchas, & baraccas non affixas, ſeù mobiles apoteccas pro reparatione pluviæ, & venti.

8 Cura conſervandi Plateas mundas à luto, ſordibus, & immunditiis ſpectat ad Ædiles, qui in Civitate Faventiæ Graſſerii nuncupantur.

OBSERVATIO.

ILla, quæ olim Area appellabatur, hodie
Platea nuncupatur, quia lata eſt, cum
1 *Platos* græcè ſignificet latitudinem ſecundum
Frecc. de Subfeud. cap. 1. num. 15. quem refert, &
ſequitur *Virginius Fortia de Jure nova Urbis
condenda lib. 2. cap. 4. num. 14.*, & quod ſit via
2 latior, ferèque militaris, Prætoria, & Conſularis
dicatur, declarat *Calvin. in ſuo Lexicon.
juridico in verbo Platea, & Rovit. conſ. 58. n. 13.
vol. 1.* Ac ſit locus, in quo Populus Civitatis
3 convenire ſolet, advertit *Fortia ubi ſuprà n. 13.*
& ſic eſt in uſu publico *Gratian. Diſcept. forenſ.
cap. 678. num. 1.*

In Platea igitur tanquam parte Civitatis
auctoritate, & utilitate publica, ac uti de Regalibus
Principis prohibitum eſt abſque
Principis auctoritate aliquid immittere, vel
4 ædificare, ne ejus ambitus, & pulchritudo reſtringatur,
ſeù deformetur *l. Ædificia C. de Operib. publir. l. unic. C. de Campo Martio in Cod.
Theodoſ. Fortia loc. cit. num. 15. Peregrin. de Jure Fiſci lib. 1. tit. 1. n. 16. Ciriac. cont. 178. n. 7.*

Et multò minùs in ea quidquam immundum
projici poteſt, prout in Urbe ſuper hoc
5 emanarunt Bannimenta pœnalia Magiſtratus
Viarum, quorum tamen obſervantia valdè
negligitur.

Benè cuilibet permiſſum eſt in Platea publica
vendere res ad victum neceſſarias *Sixtin.
de Regalib. lib. 2. cap. 2. num. 28. cum duobus ſeqq.
Paciibell. de Diſtant. cap. 6. membr. 9. nu. 10.* re-
6 tinendo ad hunc effectum inibi bancas non
affixas, ſeù mobiles apotecas ad reparandum
pluviam, & ventum *Bald. in l. Baſilicam in fine
C. de Operib. public. Rimin. jun. conſ. 626. n. 6. juncto
nu. 17. uſque ad finem Caput. de Regim. Reip.
cap. 7. §. 16. nu. 13. verſic. debet etiam impartiri*,
& proſequitur *Paricbell. ubi ſupra nu. 10. verſ.
quare*: Sed ſi prohibitum ſit quidquam retinere
in Platea non poteſt etiam tenere aliquid
7 ſuprà bancum poſitum in ea, ut dixit *Angel.
in l. Qui ſella ff. de Servit. ruſtic. Præd.* indè in-
fe-

Digitized by Google

ferens, non fuiſſe bonum conſilium, quod elegit *Gonella*, qui cum à *Ferrarienſi Duce* prohibitus fuiſſet pedem ponere in ſuo Territorio Ferrariam acceſſit ſuper plauſtro explanato Terra Veronenſi, exiſtimans ſe non eſſe in Ferrarienſi Territorio, eo quia ſedebat ſuper Terra Veronenſi, idemque comprobat *Cæpol. de Aere in fine* relat. à *Surd. conſ.* 137. *n.* 18., *& Gratian. diſcept.* 658. *num.* 6.

Cura autem conſervandi Plateas mundas à
8 luto, ſordibus, & immunditiis ſpectat ad Ædiles, ut notat *Brugiot. in Epitome Viarum cap.* 3. *num.* 118. *Pegas in Ordinat. Regn. Portugall. ad lib.* 1. *tom.* 6. *tit.* 68. §. 18. *numer.* 1. *Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 5. *Rubr.* 24. *num.* 5. & in noſtra Civitate pertinet ad Graſſerios, ut in *Capitulis ſuper Officio Graſciæ in Appendice pag.* 91. *num.* 118. *cum ſeqq.*

De Foro Boario.

RVBRICA SEPTVAGESIMASECVNDA.

SAncimus, quòd Forum bouum, equorum, & animalium groſſorum die ſabbati quolibet tempore fiat in terreno, quod eſt à molendino portelli uſque ad arcem Faventiæ, in viis ibi propè dictum terrenum, aut in renario fluminis Hamonis ſupra, & deſubtus pontem portæ pontis Faventiæ; Poſſit tamen Forum prædictum etiam fieri de menſibus dumtaxat Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, & Martii, in terreno dicto Bonriposo ſito intra domos Epiſcopatus, & Cathedralis Eccleſiæ ſancti Petri, pœna contrafacienti pro qualibet vice ſolidorum viginti bonon. Forum vero animalium minutorum fieri poſſit omni tempore in dicto loco dicto Bonriposo, & qui albi teneret dicta animalia ad vendendum incidat in pœnam prædictam, excepto quòd à Feſto S. Catharinæ uſque per totum carnis privium poſsit tenere ad vendendum ſues, ſeu porcos cujuslibet generis, & qualitatis in Platea à ſtrata Imolenſi infra, uſque ad Cimiterium Eccleſiæ Cathedralis pœna aliter tenendo ſolidorum etiam viginti pro qualibet vice.

SVMMARIVM.

1 MAgiſtratus neceſſarii ſunt in Civitate. Civitas conſiſtere nequit abſque Magiſtratibus num. 1.
Judices deputandi ſunt ad jura reddendum n. 1.
2 Locus deputandus eſt in quo Jus reddi debeat.
Forus judicialis appellatur ille locus, in quo Jus redditur num. 2.
Situatio, & qualitates neceſſariæ pro Foro iudiciali remiſſivè num. 2.
Phoroneus Rex dedit leges Græcis numer. 3.
3 Forus accipitur pro loco, in quo jus redditur.
4 Forum ſtatuendum eſt à Foro judiciali ſeparatum pro rebus venalibus.
5 Forum Boarium, Suarium, Olitorium &c. quid ſit, & alia remiſſivè.
6 Forum Commerciorum eſt ſpatium amplum, & publicum ad hominum Commercia exercenda deſtinatum.
7 Forum conſtituere pro Comeſtibilibus, & Victualibus vendendis, illudque mutare ad Univerſitatem, non ad Dominum ſpectar.

OBSERVATIO.

MAgiſtratus adeò ſunt neceſſarii in Civitate, ut abſque illis conſiſtere ea nequeat ex *adductis ſuprà in Obſerv. ad Rubr.* 5.
1 *num.* 1. *cum ſeqq. lib.* 1. Nedùm autem ſtatuendi ſunt, qui Jura reddere debeant, ut prætèt allegatos in *d. Obſer.* tradit *Virginius Fortia de Jure novæ Urbis condendæ lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1.
Verùm etiam eligendus eſt locus opportunus
2 ubi diſcutiantur, & decidantur cauſæ, qui Forus Judicialis appellatur, ut proſequitur *Fortia loc. cit. num.* 2. *cum ſeqq.* ubi etiam ſubdit ſituationem, & qualitates illi neceſſarias *Scialoya de Foro compet. in proœm nu.* 1. ubi diſtinguendo docet quod Forus in maſculino ge-
3 nere accipitur pro loco, in quo jus redditur, & eſt locus exercendarum litium *à Fando*, ideſt loquendo dictus, vel à *Phoroneo Rege*, qui primò Græcis leges dedit *cap. forus de Verb. ſignific.*, & pleniſſimè examinando ſignificationem hujus vocabuli *Forus*, ſeù *Forum*, docet *Oliva de Foro Eccleſiæ par.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 3. *cum ſeqq.*

Prætereà ſtatuendum eſt etiam aliud Forum à judiciali ſeparatum pro rebus vena-
4 libus, ut docet *Ariſtotel. in lib.* 7. *Politic.* ibi *Venalium autem rerum aliud Forum eſſe debet, & alio loco ſitum acceſſu facilè, quo, & à Terra, & à Mari facilis ſit importatio omnium*, quem refert, & ſequitur *Fortia d. cap.* 4. *n.* 19. *in fine*.

Proùt antiquitus in Urbe varia erant Fora nempè Suarium, Boarium, Olitorium,
5 &c. de quibus *Gloſſ. in l.* 1. §. *cura carnis in verbo Forum ff. de Offic. Præfect. Urb.* latè *Alex. ab Alex. Dier. genial. lib.* 2. *cap.* 12. *ibique Tiraquell. Borell. de Magiſtrat. Edict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 113. *cum duobus ſeqq. Pacicbell. de Diſtant. cap.* 6. *memb.* 9. *num.* 9. *Knipſchild. de Jurib. & privil. Civit. Imperial. lib.* 5. *cap.* 26. *num.* 60. *& Franc. Marc. dec.* 540. *num.* 13. *par.* 1.

Iſtud Forum Commerciorum eſt publicum, & amplum ſpatium pervium ad commercia hominum exercenda deſtinatum, ut notat
6 *Knipſchild. loc. cit. numer.* 58. Et quòd utrumque Forum tàm Juſtitiæ, quàm negotiationis inter ædificia, & opera publica referatur, ac ſit in uſu publico firmant *Gratian. Diſcept. forenſ. cap.* 678. *num.* 1. *Petr. Gregor. Tholoſan. de Repub. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. *& Knipſchild. loc. cit. num.* 57. & decernere Plateam ubi Comeſtibilia, & Victualia vendantur, & ſic Forum, illiuſque mutationem facere ad Univerſitatem, non autem ad Dominum ſpectare, latè reſpondit
7 *Cancer. Var. reſol. par.* 3. *cap.* 13. *nu.* 283. *cum pluribus ſeqq.*

LAUS DEO.

Digitized by Google

De Sponſalibus, & Matrimoniis, quæ à Filiisfamilias contrahuntur, Parentibus inſciis, vel rationabiliter invitis.

DISSERTATIO THEOLOGICO-LEGALIS

REVERENDISSIMI PATRIS

FRANCISCI MARIÆ MUSCETOLÆ

Ordinis Theatinorum Examinatoris Synodalis Eminentiſſimi Cardinalis Vicarii, & Conſultoris Sacræ Congregationis Rituum, poſteà ad Archiepiſcopatum Roſſanenſem promoti.

SUMMARIUM.

MATRIMONII finis, dignitas, myſteria, & utilitas num.1.

Quomodò ineundum, & abuſus circà hoc n.2.

Occaſio ſcribendi hanc Diſſertationem n.3.

Filii contrahentes matrimonium inconſultis, vel invitis Parentibus regulariter peccant, Sanctamque Eccleſiam hujuſmodi matrimonia ſemper deteſtatam eſſe, atque prohibuiſſe.

Ex ſententia gravium Theologorum, & Canoniſtarum, qui ſedulò expenduntur à num.4. uſque ad 10.

Ex Sacro Concilio Tridentino, aliiſque antiquioribus Sacris Canonibus, etiam Eccleſiæ Orientalis à num.11. uſque ac 14.

Ex Conciliis Provincialibus omnium ferè Nationum à num.15. uſque ad 20.

Ex authoritate *SS.Patrum* à n.21. uſquead 24.

Ex ſacris teſtimoniis veteris, & novi Teſtamenti, dicto num.21. & num.25.

Ex Civili Politia, ſeu Jure Civili, & Municipali omnium ferè Regnorum,& Nationum à n.27. ad 30.

Leges Civiles, & Sæcularium Principum ſanctiones ad rem conciliantur cum Jure Canonico num.31. & num.125.

Reprobantur aliqui *DD.* aſſerentes, hanc filiorum obligationem eſſe de boneſtate,ac decentia, non autem de neceſſitate, n.26.& 27.

Declaratur libertas in matrimoniis requiſita, & oſtenditur illam non tolli, nec minui ex præfata filiorum obligatione ergà Parentes a num.32. ad ſeqq.

Dilucidantur *Sacri Canones*, qui in oppoſitum allegantur à num.36. ad 40.

Cauſæ legitimæ, ex quibus aliquando excuſari poſſunt filii reſiſtentes Paternæ voluntati in matrimoniis, num.41. & 42.

Filii indignè contrahentes multifariam, graviſſiméque peccare, videlicet

Ex communi ſententia Theologorum, & Canoniſtarum, quorum Catalogus texitur,à nu.43. uſque ad 52.

Ex ſenſu *Sacræ Rotæ Romanæ*, n.53.

Ex naturali, ac Divino Præcepto honorandi Parentes, à num.54. ad num.57.

Ex fundamentalibus rationibus pietatis, à n.54. ad ſeqq. Juſtitiæ, à num.58. ad 60. Charitatis, à num.61. ad ſeqq. & Religionis, à n.69. uſque ad num.71.

Multimodè oſtenditur graviſſimum ſcandali crimen,quod ex indignis filiorum nuptiis oritur, à num.61. ad ſeqq. necnon ſacrilegium, quod tripliciter ab iiſdem committitur, à num.69. ad num.71.

Libertatis prætextus denuò in hac ſpecie matrimonii diſpungitur, à nu.63. ad ſeqq.

Declaratur in propoſito regula, quòd unicuique liceat uti jure ſuo dicto num.63. & à num.65. uſque ad 67.

Indigna matrimonia, quænam cenſeantur, num.68.

Epiſcopi, cæterique Prælati non poſſuntfiliorum matrimonia cum indignis authorizare, ſed debent Juris remediis impedire ex communi Theologorum, & Canoniſtarum ſententia à n.73. & præſertim à n.77. ad ſeqq.

Poſſeque impedire etiam per carcerationem num.79. & 80.

Nec licitè poſſe eoſdem Ordinarios denunciationibus diſpenſare, à num.81. ad num.94. Et oſtenditur gravis culpa Prælati diſpenſantis num.113.

Paſtoralis Officii debitum in filiorum matrimoniis interdicendis comprobatur *ex Conſtitutionibus Synodalibus* antiquis, & recentibus plurium Epiſcopatuum, quæ ſigillatim adducuntur à num.95. uſque ad 105.

Eademque Paſtoralis obligatio conſtabilitur ex pluribus titulis, nempè

Ex Officio Judicis præſtando n.106. & 107.

Ex cooperatione ſcandaloſa evitanda nu.108. & 109.

Ex ſanctitate matrimonii procuranda n.110.

Ex culpa in omiſſione denunciationum n.113.

Firmatur, ex præfata Paſtorali ſollicitudine impediendi indignas filiorum nuptias non violari matrimonii libertatem à num.114. uſque ad num.124.

Declaratur *Sacrum Concilium Tridentinum* quoad libertatem matrimonii n.123. & 124.

Parochi æquè peccare aſſiſtendo illicitis matrimoniis filiorum n.111. & 112.

Concluditur, idem reſpondendum eſſe de quolibet matrimonio contrahendo per Parentes, Fratres, alioſve Conſanguineos in familiæ dedecus, num.126.

Obligatio, quæ oritur ex Sponſalibus nudis tàm in Foro interioti, quàm exteriori à nu.127. ad 129.

Obligatio circa Sponſalia jurata declaratur, à num.140. ad 144.

Sponſalia ſive nuda, ſive jurata ſuper indignis nuptiis inita Parentibus invitis non obligant ex communi ferè *Theologorum*, *& Canoniſtarum* ſententia, à num.145. ad 177.

Ejuſdemque concluſionis fundamenta, & rationes expenduntur à nu.178. ad 192.

Juſta Cauſa irritandi Sponſalia filiorum, ob infælicrs exitus, ſcaudala, aliaque mala, quæ ex inæqualibus, vel indignis nuptiis cum Pareurum diſſenſu oriri ſolent à n.193. ad 210.

Juſta diſſolntio Sponſalium ex indignatione Parentum, & timore privationis hæreditatis, à num.211. ad 213.

Ponderatur eadem promiſſio de re illicita, nnm.214. & 215.

Subnectuntur exempla à n.216. ad 218.

Prælati, ſeù Judices Eccleſiallici debent impedire, ſeu irritare hujuſmodi Sponſalia filiorum à num.219. ad 232.

In comprobationem ejuſdem facultatis, ſeu potiùs obligationis Prælatorum in rejiciendis filiorum Sponſalibns reſpondetur conrrariis argumentis à n.233. ad 239.

Concluditur, hujuſmodi filiorum Sponſalibus, & illicitis nuptiis repugnare veram praxim totius Eccleſiæ etiam in ſenſu *Sacri Concilii Tridentini* à nu.240. ad 250.

Stupri nomen, & Stupratoris pœna de *Jure Cæſareo* remiſſivè, nu.251.

Nuptiæ damnatæ inter Seductorem, & corruptam juxta veterem Eccleſiæ diſciplinam, à nu.252. ad 254.

Srupratot Virginis hodiè compellitur, aut nubere, aut dotare, nu.255.

Deflorans virginem ſub fide, & promiſſione futuri matrimonii ſive ficta, ſive vera tenetur præcisè illam ducere nu.256. & 257.

Deflorator non tenrtur nubere defloratæ, quando ex indignis, vel inæqualibus nuptiis timeatur ſcandalum, vel malus exitus, vel grave damnum ratione Parentum, & familiæ, à nu.258. ad 289. & à nu.301. ad 310.

Et præcisè ponderatur damnum parentum, & propinquorum in hujuſmodi nuptiis à n.298. ad 306. & per tot.

Virgo inferioris conditionis ex ſtupro etiam ſub ſpe nuptiarum admiſſo non acquirit jus obſiſtente virtute juſtitiæ, & religionis à nu.289. ad 292.

Voto ſimplici caſtitatis, vel religionis adſtrictus virginem data fide matrimonii corrumpens non renetur illi nubere nu.290.

Sponſalia ſucceſſivè contrahens cum duabus puellis, renerur priori Sponſæ fidem reddere, etiamſi ſecundam violaverir, nu.291.

Seductio frequens filiorumfamilias illecebris fœminarum expenditur n.293. & 294.

Sponſalia per puellam tenuioris fortunæ à nobili, ac divite adoleſcente extorta, vel etiam coitu confirmata retractari valent à num.293. ad 297.

Refellitur opinio aſſetentium libettatem filiorumfamilias ad ineunda matrimonia quantumvis indigna, num.311.

Cap. Inter opera de Sponſal. declaratur num.311. & ſeqq.

Matrimonium cum Meretrice laudatur, n.312. Declara, ut n.313. & plur. ſeqq.

Papa concedens Indulgentias non intendit Tertio præjudicare nu.314.

Nuptiæ ſive à filiisfamilias, ſive ab aliis contractæ cum dedecore familiæ adverſantur juri naturali. Ibid.

Eleemoſynam facere ad lucrandum Indulgentias non licer ex ære alieno, nec ex neceſſariis ad providendum familiæ n.315.

Nec peregrinationem ſuſcipere relinquendo Matrem ſenem, vel Sororem Virginem. Ibid.

Ad Bellum ſacrum procedere non licet Patrifamilias, qui Uxorem & Prolem ſua opera nutrire tenetur. Ibid.

Secta Meretricum num.316.

Indulgentias conceſſas ducentibus Meretrices, qui lucrentur, & quando. Ibid.

Vir nubens Meretrici infamiam contrahit etiam nunc, num.317.

Damnatus ad mortem quandoque pœnam evadit ducens Meretricem in uxorem. Ibid.

Verba Sancti Hieronymi relata in *Can. non eſt culpandus. Cauſ.32. quæſt.1.* expenduntur, n.319.

Verba Sancti Ioannis Chryſoſtomi *to.5. epiſt.5.* ad Theodorum lapſum expenduntur, n.319.

Diſſenſus parentum non numeratur inter impedimenta dirimentia, nec inter ſimpliciter impedientia matrimonium, num.320.

Impedimenta diſparitatis, & conditionis, in quo conſiſtant, num.321.

Obſtaculum diſſenſus Parentum ad matrimonium Sacra Tridentina Synodus poſt maturum examen rejecit, num.322. Contrarium num.323.

Alia ſunt impedimenta matrimonii non expreſſa in vulgatis verſibus, num.323. & ſeqq. & num.329.

Inſania, ſeu furor impedimentum eſt aliquando dirimens, aliquando rantùm impediens, non expreſſum in dictis verſibus, num.324.

De impedimento ex defectu pubertatis omiſſo in eiſdem verſibus, num.325.

Excommunicati vitandi, & Hæretici habent impedimentum non expreſſum in dictis verſibus, num.326.

Alia tria impedimenta addit Sanchez, n.327.

Peccatum mortale eſt impedimentum impediens matrimonium, num.328. & ſeqq.

Item juramentum, & excommunicatio. Ibid.

Interdictum quando impediat matrimonium. num.329.

Impedimentum, quod dicitur Eccleſiæ vetitum, comprehendit diſſenſum parentum, n.330.

Et falsò aſſeritur fuiſſe rejectum à Synodo Tridentina, num.331. & ſeqq.

Differentia ſervata à dicta Synodo in ſtatuendis,

quæ

quæ ad fidem ſpectant, & quæ ad Reformationem, num.332.
Marrimonia filiorum ſine conſenſu parentum irrita ſacere quare Concilium noluerit n.335.
In ſoro externo non eſt ſtandum Theologis, ſed Canoniſtis, num.334.
Nec quærendum an adſit peccatum. Ibid. Contrarium num.338. & ſeqq.
Qui emiſit votum ſimplex caſtitatis, ſi matrimonium contrahat, peccat mortaliter, & tamen à contrahendo non arcetur per Judicem Eccleſiaſticum, n.335. Contrarium n.340.
Judex videns patrare homicidium poteſt condemnare innocentem, qui ex proceſſu Reus apparet, n.336. Vid. n.341.
In damnandis matrimoniis filiorumfamilias ſine conſenſu Parentum contractis, Theologorum, & Juriſperitorum conformis eſt ſententia, num.337.
Jus Canonicum ſervandum, ſi opponitur Civili in materia concernente peccatum, n.339.
Sacramenta adminiſtrari poſſunt exiſtenti in peccato, ſi crimen eſt occultum, ſecùs ſi publicum, num.342.
Qualiter verò differat in hoc matrimonium à cæteris negotiis, num.343.
Scientia Canonum ſine Theologia claudicat num.344.
Matrimonia indigna abſolutè impedire Superioribus non licet, ſed tantùm retardare paulisper, nè præcipitanter contrahantur, num.345.
Contrarium, & quod imò debeant impediri, num.346.
Ad vitandum majus malum minus tolerare, quandoque licet, operari verò nunquam, num.347. & 349.
Sponſalia etiam juramento firmata ſervari, quare Eccleſia non ſemper præcisè compellat, num.448.
Differentiæ inter coactionem, & impedimentum reſpectu certi matrimonii plures aſſignantur, num.350.

1 Sanctum Matrimonii fœdus ad humani Generis propagationem naturali jure inſtitutum, ac in lege Gratiæ ad Sacramenti dignitatem à Chriſto Domino elatum; Quo, & maxima noſtræ Fidei ſignificantur myſteria, conjunctionis videlicèt, vèl Dei cum Anima juſti per vincula charitatis, vèl Divini Verbi ad humanitatem per hypoſtaticam unionem; vèl deniquè Chriſti cum Eccleſia, quam tradens ſemetipſum pro ea ſibi deſponſare dignatus eſt: Quodque non pauca hominibus bona conferre compertum eſt, tùm in levamen miſeriarum, quibus eſt natura imbecillis obnoxia; tùm in Sanctificationem Animarum per Gratiæ juſtificantis augmentum, necnon collationem Sacramentalis auxilii ad mutua charitatis officia intèr conjuges exercenda, ad compeſcendos concupiſcentiæ ſtimulos, & ad procreandam Sobolem, ea videlicet intentione (ut loquitur *S. Auguſtinus*) *hac voluntate, hoc fine, ut qui ex eis filii naſcuntur, in Dei filios renaſcantur, ac ut qui ex membris hominis in membra transferant Chriſti.* Undè & terrena Jeruſalem S. Mater Eccleſia de ſuorum Civium multiplicatione lætetur, & aliquando Cœleſtem illam in æternum manſuram Parentibus una cum filiis ingredi, Deo miſerante, contingat: *Quod ſi provenerit, merces erit de Conjugio plenæ fœlicitatis.* De nupt. ad Valer. cap. 4. 5. 7. edit. Antuerp. — S. Aug. ibid. cap. 8

2 Fœdus hoc tot nominibus Sacrum, *magnum Sacramentum* ab Apoſtolo dicitur, atque *honorabile in omnibus connubium* conclamatur, nullatenus ductu libidinis ineundum: ſed cum Dei timore, ac deſiderio filiorum, in quibus Cœleſtes benedictiones Parentes conſequi mereantur; Porrò mirum æque, ac lacrymabile præcipuè hac noſtrâ ætate portentum protulit adoleſcentium quamplurium impudentiâ, de quibus non immeritò cum Angelo dixeris: *Hi conjugium ità ſuſcipiunt, ut Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicùt Equus, & Mulus, quibus non eſt intellectus:* Siquidem non pietate ducti, ſed libidine victi, eas ſibi ſtatuunt copulare uxores, quibus cum converſari, vèl alloqui ſine decoris, ac honeſtatis diſcrimine non liceret: indè odia intèr Conſanguineos, ac diſſidia perpetua: inter ipſos conjuges concupiſcentiæ ardore extincto, jam pudore correptos quotidianæ rixæ, violationes innumeræ: indè familiarum nobilium depreſſio, in filiis inſtituendis pernicioſa ſocordia. Indè denique tot tantaque mala, ſivè inſpiciatur Reipublicæ diſcrimen, ſivè Animarum jactura, quod non ſinè animi mærore inſpici, ac vix ſinè juſtorum fletu valeat memorari. Quodque maximè zelum excitat, eò pervenit inſolens audacia, ut ad hujuſmodi matrimonia contrahenda ab Eccleſia præſidium petere non erubeſcant: Diſpenſationem ſuper denunciationibus petulantèr quærunt; Inſtant mandari Parentibus, ac Conſanguineis, ne audeant impedire; Quæ, & ſimilia ſi denegentur tanquàm de conculcata libertate, ac prodita ab Epiſcopis Paſtorali cura conqueruntur, in hoc graviùs peccantes, *quod putent peccato ſuo auctoritatem lege querendam.* ad Epheſ. 5. — ad Heber. 13. — Tob. c.6 — Tob. d. C.6. — S. Amb. lib. 1. de Abrah. c.7

3 Hujus inſcitiæ dixerim, an petulantiæ? Retundere linguam, os coercere (faxit Deus, ut contingat, & cupidinem moderari,) eorum, quorum, intereſt Nos urget imperium, quod pro modulo noſtræ imbecillitatis præſtare conabimur, dum ſivè ad ſolidioris Theologiæ principia, ſivè ad Canonicas Sanctiones attendentes, fines libertatis in matrimoniis contrahendis Jure Naturali, Divino, & Eccleſiaſtico requiſitæ ſequentibus propoſitis dubiis aggredimur deſignare.

D U B I U M I.

AnFiliifamilias contrahentes matrimonium alioquin hon eſtum Parentibus inconſultis, vel invitis mortaliter peccent.

4 NOn eſt nobis ſermo de aliis circumſtantiis,quibus reddi valeat illicitum matrimonium, ſed unicè inquirimus quid ſentiendum de Filiis matrimonium, aliàs forſitàn honeſtum, ac laudabile ineuntibus; Abſconditè tamen,ne Parentibus innoteſcat vel ipſis conſciis, ſed ratione aliqua ductis renuentibus conſentire: ſunt ne damnandi lætalis culpæ, vel potiùs tanquam innoxii veniunt abſolvendi.

5 Vera, & Communis ferè Theologorum, necnon Canoniſtarum ſententia eſt, filios prędicto modo contrahentes ut plurimum peccare mortalitèr *contra Jus Naturale,Divinum, ac Poſitivum*, ac dumtaxat quibuſdam cauſis ſatis rarò urgentibus excuſari.

6 Ità reſpondent *Cardin. Bellarm. de Sacram. matrim. Cap. 19. propoſ. 3. Cardin. Turrecrem. in Cap. aliter. Cauſ. 30. queſt. 5.*, ubi expreſsè docet peccare qui omittunt conſenſum Parentum; & hunc requiri de neceſſitate Prę-cepti, *Sot. in 4. ſent. diſt.28. queſt.1. art.1. in fin. Petr. de ſot. lect. 3. de matrim.*, *Molin. de Juſt. tom.1. tract. 2. diſp. 176. verſ.ad primum argumentum.* & alii antiquiores quos, cumulant *Sanchez. de matrim. lib.4. diſput.23. nu.9. & Sair. in clau. reg. lib.7. Cap.5. nu.12.* nobis ſatis erit ex iis referre verba *Petri de Ledeſma in tract.de matrim.queſt.47.art.6.verb.Secunda Concluſio* ibi. *regularitèr & per ſe loquendo ſi filius debet contrahere matrimonium, illud debet facere ex voluntate Parentum, & ſi non faciat, peccat mortaliter, & idem docent omnes Doctores tàm Theologi, quàm Juriſperiti. Et in reſponſione ad ſecundum argumentum* ſubdit *Etiamſi Pater nihil præcipiat filio, contrahere contrà ejus voluntatem, eſſet peccatum mortale contrà virtutem pietatis* Hic Doctor intèr antiquos Diſcipulos *Divi Thomæ* rem accuratè pertractat, precipuè in eo, quod egregiè interpretatur mentem S. Doctoris, qui perperam à nonnullis in contrarium allegatur. Teſtatur etiam de communi *Gaucericus in addit. ad ſum. Cajet. verb. matrim. verſ.prater caſus.*

Addi poſſunt ex antiquioribus *S. Petrus Cæleſtinus opuſc.8.par.6.ſect.prima Cap.4.* quod habetur *in tom.25.Bibl. vet. Patr.* ibi *Id verò, quod dicitur, filia Patri danti ſibi Virum non poteſt contradicere; intellige ſine vitio ingratitudinis, & poterit exhæredari.*

Beatus Albertus magnus in4.ſent. diſtint.28. art.4. Propoſito dubio: *an filiaſam. poſſit invitis Parentibus tradi Marito,* reſolvit, quòd valide nubit, ſed concludit, quòd *peccat, clàm à Parentibus contrahens.*

7 Apertiùs,ſi fieri poteſt hanc veritatem poſteriores Theologi tradidere.

Megal. t. 2. partis inſtitutionis Confeſſariorum & Pænitentium lib. 2. Cap. 23. n.52. ibi: *filia, quæ abſque conſenſu Patris matrimonium contraheret contrà quartum Decalogi præceptum mortaliter peccaret, & num.57.* idem docet *de filiis.*

Franciſcus Silvius in ſupplem.3.par.queſt.47. art.6. concluſ.4. Inire matrimonium Parentibus, vel inconſultis, vel rationabiliter invitis eſt regulariter peccatum mortale...... magna eſt iniuria contra voluntatem eorum rationabilem hoc aggredi.

Ludovicus Abelly Epiſcopus Ruten.in medull. Theol. par.2. tract.1. cap.8. ſect.3. nu.3. quamvis matrimonium invitis Parentibus contractum, ſi aliæ conditiones neceſſariæ obſerventur, validum ſit &c. Certum eſt tamen gravitèr peccare filiasfamiliæ, ſi invitis rationabiliter Parentibus, vel eorum conſenſu non requiſito contrahant matrimonium ut ex Communi Theologorum conſenſu docent Ledeſma, & Gammachęus &c.

Gulielmus Eſtius in 4. ſent. diſtinct.28. §.2. in princ. Quamvis rata ſint matrimonia inconſultis Parentibus contracta, plerumque tamen ſunt illicita: nam niſi juſta cauſa diverſum ſuadeat, tenentur liberi Parentum Conſilium audire, & conſenſum expectare.

Petrus a S. Joſeph. in ſum. de 4. Decal. praecept. art.2. §. ſed quid ſi filius nullâ gravi Cauſâ adactus nuptias a Parentibus propoſitas reſpuit, probabiliùs videtur eum peccare mortalitèr, eo quod in re gravi, & juſta, Patris præceptum nihili ducit.

Franciſcus Zypæus in analyt. jur. Pontific. lib.4. tit. de ſponſal. nu.5. Eccleſia ſemper deteſtata eſt ea matrimonia, quæ filii contrahunt inſciis, invitiſque Parentibus, ac idem iterum teſtatur *tom.2. in tract. de Juriſdict. lib.2. cap.12. num.2., & dict. tom.2. Judex, magiſtrat. &c. lib.3. cap.2. nu.6. & eod. tom.2. de notit.jur. Belgic. lib.5. tit.de ſponſal. n.8.*

Merbeſius in ſumm. Chriſt. par.2. de Sac. matrim. diſert.7. queſt.17. per tot.tom.2. ubi probat, quòd inire matrimonium, Parentibus, vel inconſultis, vel juſtâ Cauſâ reluctantibus, eſt peccatum læthale, ordinariè loquendo, quia gravis in re gravi ab ipſis injuria Parentibus irrogatur.

P. Mauritius Philippi Ord. min. Provin. Flandr. in Directorio Conſcientiæ tract.25. de Matrim. cap.4. queſt.3. per tot. tenetur ordinariè filius petere conſenſum Parentum ad ineundum matrimonium, quia filius nubendo contrà voluntatem Patris afficit irreverentiâ in re notabili contra illud Exodi 20. Honora Patrem tuum, deindè jura tam Canonica, quàm Civilia ſeveriſſimè prohibent hujuſmodi nuptias C. honorantur 32; queſt.2. hinc D. Ambroſ. lib. de Abraham. cap. ult. non eſt Virginalis pudoris eligere Maritum.

Anton. Nald. in ſum. verb. filius num.6. filiusfam. contrahens Matrimonium contra voluntatem Patris peccat mortalitèr ſecundum

ma-

magis receptam opinionem.

Fagundez in præcept. Decal. lib.4. cap.4.n.4. reſolvit, peccare mortalitèr filium, qui ducit uxorem dignam, reſpuens æquè dignam, quam Pater ducendam proponit.

Gabriel à S.Vincent. de Matrim. par.4. diſp.3. queſt.5. num.3. inquit: *Certum eſt, apud omnes Catholicos peccare mortalitèr filios, quando abſquè legitima Cauſa Matrimonia contrahunt abſquè Parentum conſenſu.*

Franciſcus Amicus in Curſ. Theol. tom.9. de Sacram. Matrim. diſput.4. ſect.1. num.8. infin. filii tenentur Parentum conſenſum exquirere, vi obſervantiæ, & pietatis Progenitoribus debitæ, unde graviter peccant, qui abſque juſta Cauſa contra voluntatem Parentum Matrimonium contrahunt.

Maſtrius in Theol. moral. diſput.20. queſt.2. artic.3. nu.48. certum eſt, ut communitèr Doctores docent, gravitèr peccare filiosfamilias, ſi invitis rationabilitèr Parentibus, vel eorum conſenſu non requiſito, Matrimonium contrahant.

Joann. Martinon. tom.2. de Sacram. diſp.71. ſect.9. num.107. peccant filii gravitèr, quando ſine juſta Cauſa Parentibus inſciis, vel invitis Matrimonia contrahunt.

Leander tom.2. de Sacram. tract.9. diſp.6. quæſt.5. an peccent mortalitèr filii, qui abſque conſenſu Patris nubunt: probabiliùs reſpondeo, peccare mortalitèr &c.

Petrus Marchant. in Tribun. Sacram. tom.2. tract.5. tit.2. queſt.4.concluſ.4. ſi nubant abſque poſtulato conſilio, vel aſſenſu Parentum, vel illis juſtè renitentibus peccant mortalitèr.

Florentius de Coq. tom.3. princ. Theol.cap.12. ſect.5. qui ſine juſta Cauſa Parentibus inconſultis, aut rationabilitèr invitis Matrimonium ineunt, peccant mortalitèr, inhonorando Parentes.

Marcus Vidal. In Area Salutar. de Juſt., & jur. inquiſit.2. nu.5. Graviter peccant filii, qui ſine conſenſu Parentum nubunt, faciunt enim in re gravi contra honorem illis debitum, & *n.12.* eadem explicat.

Jacobus Platellius tom.5. cap.7. §.5.n.1112. ordinariè conſenſus Parentum neceſſarius eſt ad hoc ut licitum ſit Matrimonium, itaùt gravitèr peccent filii, vel filiæ contrahentes, invitis Parentibus.

Vſambertus tom.6. in 3. part. Div. Thomæ de Sacram. Matrim. diſput.7. art. 10. circà fin. Peccant graviſſimè filii, quando ſine Cauſa legitima contrahunt abſque conſenſu Parentum.

Franciſcus Genett. to:5. tract.9. cap.8. ſub queſt.1. filii non poſſunt contrahere matrimonium Inſciis, vel invitis Parentibus aliàs peccarent mortaliter &c.

Natalis Alex. in Theol. moral. tom.6. tract. de Sacram. Matrim. cap.2. art.3. propoſ.3. lethalitèr peccant filiifamilias, qui Parentibus inconſultis, vel juſta ex Cauſa repugnantibus matrimonia contrahunt: id enim vetat Lex Divina.

Gaſpar Juenin. in Comment. de Sacram. par.2. diſſert.10. queſt.5. cap.3. in princ. cuique ratum eſt, illicitas eſſe nuptias, quas filiifamilias invitis aut inconſultis Parentibus inierint.

Joan. Cabaſſut. in Theor. Jur. Canon. lib.3. cap.25. nu.4. Matrimonia filiorumfamilias ſinè Parentum conſenſu celebrata, conſentiunt omnes eſſe illicita, & Divinis, humaniſque legibus prohibita, & pœnis eſſe dignos filios, qui contrahunt, & Sacerdotes, qui eis aſſiſtunt; & melius n.7.

Armandus Hermann. in. 4. ſent. tract. 9. diſput. 2. queſt.3. nu.4. dico ſecundo, ut validus ſit contractus matrimonii, non eſt neceſſarius conſenſus Parentum; peccarent tamen mortaliter sic contrahentes.

Ludovic. Engel. tom.3. in 4. Decretal. tit.2. §.2. num.6. ſi liberi abſque rationabili Cauſa, inconſultis, vel invitis parentibus matrimonia contrahunt plerumque mortaliter peccant, & exinde puniri poſſunt.

8 *Idem ex profeſſo tuentur Rebell. de oblig. juſtit. par.2. lib.2. quæſt.14. Sect. 1. Baſil. Pont. lib.2. cap.1. n.27. Joan. Valer. de differ. utr. for. verb. matrim. differ. 1. aliique* plures inter, quos *Fagnan. ſuper cap. tua, de deſponſ. impuber.*, ubi egregiè rem examinat allegans concordantes precipuè *num.13. & 14.*, & noviſſimè *P. Alexander Politus à Sancto Sigiſmundo ſcholarum piarum Theologus in erudito tract. de patria in teſtamentis condendis poteſtate* anno 1712. Florentiæ Typis impreſſo, *lib.1. cap.3. 4. & ſeq. & lib.2. per tot.*

9 His addendi veniunt etiam mitioris doctrinæ auctores, qui etiamſi excuſent ab omnimoda obligatione ſequendi voluntatem Patris, hujus tamen conſilium petere, nec contemnere filiosfamilias omninò teneri; aliàs mortalitèr peccaturos unanimes affirmant. Ita antiquiores aliqui, quos congecit, & ſequitur *Sanchez loc. citat. Bonacin. de Sacram. Matrim. queſt.4. punct.17. n.25. Coninck. de Matrim. diſp.28. dub.5. num.52. concluſ.3. Perez. de Matrim. diſput.15. ſect.5. num.6. Gaſpar. Hurtad. eod. tract. diſp.6. difficul.10. nu.36.* teſtans de communi ſenſu omnium Doctorum. *Eſtobar. lib.25. ſect.2. dec.175. n.724. in fine, Thomas del Bene de immunit. par.1. cap.8. dub.19. ſect.9. num.34. Cotton. contr.3. cap.3. num.93. Filiuc. tract.10. par.1. cap.4. nu.130. Trullench. tom.1. in præcept. decal. lib.4. cap.1. dub.2. n.13.*

10 Et conſentiunt Canoniſtæ *Barboſ. in collect. in Conc. Trid. ſeſſ.24. de refor. matrim. cap.1. n.2. in fine Gonzal. tellez. ſuper. cap. tua de deſponſat. impuber. num.12. Robert. Konig. ſuper. 4. decretal. tom.2. tit.1. §.7. n.47. Egregiè Gutier. tract. de matrim. cap.79. num.20.* ibi: *Auctores affirmant, & latè probant peccare mortalitèr filium matrimonium ineundo, eſtque omnium Theologorum Sententia, tenetur igitur ſub culpa lethali conſilium Parentum circà matrimonium petere.*

Modernus *Potitus de Joriis de magn. matrimon. Sacram. queſt.21. part.8. num. 16. & 17. probabiliùs exiſtimo, filios teneri ſub culpa lethali conſilium Parentum circà matrimonium pe-*

Digitized by Google

petere &c. quia juri naturæ , qao Parentes in liberos funguntur, ſub qaorum poteſtate ſunt, conforme eſt , ne citrà Parentum conſilinm aliquid de re tam gravi , ut eſt matrimonii vinculum, à quo totnm vitæ inſtitutum pendet , filins deliberet .

11 Cæterum ad abundantiam potiùs , & ad vulgi allucinationem diluendam tot *Doctorum* aſſerta coacervavimus , Quid enim alia auctoritate indigemus,cum auctoritas ſuppetat irrefragabilis , vel *Summorum Pontificum*, vel *Conciliorum* tam Generalium , quàm Provincialium,quibus conſtanter hujuſmodi matrimonia illicita, ac deteſtabilia viſa ſunt? Ad hoc firmiter aſſerendum abundè ſufficeret vel unicum teſtimonium *Sac. Concil. Tridentini apertè docentis Cap.1. Seſſ.24. de reform. matrim.* ibi: *Sancta Dei Eccleſia ex juſtiſſimis cauſis illa* (matrimonia ſcilicèt ſine conſenſu Parentum contracta , quæ declarat irrita non eſſe) *ſemper deteſtata eſt , atque prohibuit*: Hoc enim decretum æquè improbat matrimonia clandeſtina , atque contracta invitis Parentibus inquit *Faguan. ſuper Cap. tna de deſponſat. Impub.* , & optimè animadvertunt *Sair. in clavi reg. lib.3. Cap.5. nu.12.* ibi : *Quia ut plurimùm incommoda magna ex eo , quod filii matrimonium , inſciis , ac invitis Parentibus contrahant , meritò Eccleſia hujuſmodi matrimonia ſemper prohibuit*, conſentiunt *Marchant.tom.2. loco cit. queſt.4. Genet. Cap.8. cit. queſt.4.* & alii : Et legenti patet ad ſenſum: nec obſcurè innuitur *à Card. Pallavicin. in Hiſtor. Conc. Trid. lib.22. Cap.4. num.1. , & 2.*

12 Ne tamen antiquiora contemnere videamur , vel pauca ex iis attingere non pigebit : Abſtinemus equidem à controverſia , utrum talia matrimonia aliquando ità rejecta fuerint , ut irrita redderentur , de qua in oppoſitas ex diametro ſententias abeuntes agunt *Baſil.Pont. de matrim. lib.2. Cap.1. §.1. Fagnan. ſuper Cap. tua cit. n.20. & ſeqq. Jaen. Cap.3. cit art.1. concl.2.* Aliique tùm ex veteribus , tùm ex modernis Theologis , & Juriſperitis ; veruntamen fateri oportet , ea , quæ adducuntur ad probandum , quòd Eccleſia talia connubia irrita voluerit aliquando evidenter concludere, quod ſaltèm, ut maximè illicita vetuit , & improbavit .

13 Itaque *in Cap. aliter cauſ.30. queſt.5.* celebre illud Decretum legitur *Evariſto Papæ* tributum : *Legitimum non fit coniugium niſi &c. à Parentibus , & Propinquioribus ſponſetur &c. alitèr verò præſumpta non coniugia , ſed adulteria , vel contubernia , vel ſtupra , aut fornicationes potius quàm legitima coniugia eſſe non dubitate* : Et in *Epiſtola* , undè prefata verba tranſcripta ſunt , *additur ſicut à Patribus accepimus , & à Sanctis Apoſtolis , atque eorum Succeſſoribus traditum invenimus* ; neque nos latet hanc Epiſtolam *Evariſto* ſuppoſitam non levibus argumentis ductos noſtri ſæculi criticos affirmare : nihilominus quicunque ſit illius Auctor,ſaltem eruitur ex illa, qualis fuerit de eo tempore Eccleſiæ diſciplina,ſcilicet à nono ſæculo æræ Chriſtianæ : Quod & evidenter evincitur ex altero contemporaneo teſte *Nicolao Primo Summo Pontifice in reſponſo ad Conſultat. Bulgar. Cap.3.* , inſtruens enim eos ſuper moribus occidentalis Eccleſiæ in matrimoniis contrahendis : *fœdera quoque , inquit , conſenſu eorum , qui hæc contrahant , & eorum , in quorum poteſtate ſunt , celebrantur . Refertur in cap. noſtrates cauſ.30. queſt.5.* . Idem videtur tradere *Urbanus Primus* relatus *in cap. ſi verum cauſ.31. queſt.2.* , dùm de matrimonio , invito utroque parente affirmat: *Canonum, & legum auctoritas talia ſponſalia non approbat* : clariùs legitur *in cap. videtur , qui matrim. accuſ. poſſ.* (ſivè ſit *Cæleſtini* 11. , ut arridet *Gonzal. Tellez in comment. ſuper eodem cap.* ſivè *CLEMENTIS III.* , ut authumant *Natalis Alex. Theolog. moral. tom.6.pag. mihi 527. , & Juenin. loc.ſup. cit.*) ibi : *Ideo maximè Parentes recipiuntur &c. qui enim melius recipi debent , quàm illi , quorum eſt intereſſe &c. itaut ſi non interſint , & conſenſum non adhibuerint ſecundum leges nullum fiat matrimonium.* Conſonant verba ALEXANDRI II. apud *Ivonem Carnotenſem 3. par. decreti* relata *à Natali Alex. ubi ſupra pag.528.* ubi de adoleſcente , qui juraverat fœminam quandam ſe ducturum in Uxorem affirmat Summus Pontifex reum fuiſſe perjurii , ideò quia quod obſervare legaliter non potuit ſine iudicio Parentum, temerè jurare præſumpſit .

14 Nec diverſa fuit Eccleſię Orientalis obſervantia: Quia ex *Photii* Nono Canone, qui nono currente ſæculo fuit exaratus , & ex *Commentariis* ſuper eodem editis *à Balſamone* XII. labente ſæculo, & XIII. ineunte perſpicuè apparet inibi præfata coniugia uſque adeò vetita fuiſſe,ut pro irritis haberentur, ut ex titulo 13. cap.9.

15 *Concilia Provincialia* omnium nationum in eandem ſententiam abierunt .

16 In Galliis *Concilium Aurelianenſe quartum calebratum anno 541. Canon.22.* pronunciat , *matrimonium contra voluntatem Parentum impiè copulari* , *Labè ad ann.cit. tom.5.*

17 In Hiſpaniis *Toletanum tertium can.10. ſimilis conditio de Virginibus habeatur ne contra voluntatem Parentum , vel ſuam cogantur maritos accipere* , *apud* Card. de Aguir ann.589 . num.40.

18 In Germania *Concilium Colonienſe habitum anno 1536. in tom.4. Concil. General. & Provincial. par.7, cap.43. optandam ut tollantur clandeſtina matrimonia,quæ invitis Parentibus, ac propinquis , veneris potiùs , quàm Dei cauſa contrahuntur : Nam quanta ex his mala ſuboriantur, in aperto eſt : Interea verò ſi non irrita, prohibita ſaltem ſint , & pœnæ Canonicæ ideſt excommunicationi contrahentes , & qui eis ope , aut conſilio adfuerunt ſubjaceant .*

19 Item in Germania *Synodus Provincialis Moguntina* congregata anno 1549. *in cit. tom.4.*

Con-

Concil. Gener. & Provinc. cap.37. volumus liberos ſedulò admoneri , ut divini præcepti memores velint in Parentum eſſe poteſtate, nec illis inſciis, aut invitis inire matrimonia præſumant .

20 Denique in Italia *in conſtitucionibus Provinciæ mediolanenſis ex decret. ſynodal. ſex Provinc. mediol. lib.5. ſub.tit.Quæ ad Sacramentum matrimonii ſpectant num.17. ſic legitur : ſi filii familias ſint , hos Parochus valdè cohortetur, ut Parentibus, in quorum poteſtate ſunt , eum honorem tribuant , ut illis , ne inſciis quidem nedum invitis rem tanti momenti ineant (idemque ferunt acta Eccleſ. mediol. par.4. Inſtruc. Matrim. tit. de Parochi diligent.)* Ac ad indicandam neceſitatem iſtud adimplendi laudatur in margine *Concilium Tridentinum cap.1. ſeſſ.24.*, ubi teſtatur ſemper aliter inita coniugia Eccleſiam improbaſſe , ut ſupra innuebamus .

21 Hæc omnia profectò ut fatetur Auctor Epiſtolæ *Evariſto* Pontifici ſuppoſitæ *à Patribus* accepta ſunt . Hi enim 4. *Decalogi præcepto* , quo naturalis lex exprimitur *de Parentibus honorandis* firmitèr adhærentes , filios illis invitis , matrimonio ſe jungentes perpetuò damnaverunt , *ſic Tertullian: lib.2. ad uxor. cap.9. nàm nec in terris filii ſine conſenſu Parentum rectè , & jure nubunt S. LEO Magn. Epiſt.92. ad Ruſtic. narb. cap.4. quæ in edit. Pariſ. eſt la 2. inquiſit.5. Paterno arbitrio Viris junctæ carent culpa .*

22 *Sanctus Baſilius in Epiſt. ad Anphiloch. 2. can.42. quæ ſine iis , qui habent poteſtatem , fiunt Matrimonia, ſunt fornicationes: nec ergo vivente Patre ii , qui conveniunt , ſunt ab accuſatione liberi .*

23 *Sanctus Ambroſius* pluriès idem docet , at diſertè *in Epiſt. ad Siſinium* , quæ eſt 64. *lib.6.* ibi -*Commendat præfatum virum, quod filio pepercerit qui ipſo inconſulto Uxorem acceperat.* Verùm filii culpam fatetur , & factum improbat *malo enim* , inquit , *culpam fateri : ipſa paterna offenſio fuit : quoniam venturam in locum filiæ , tuo debuiſti eligere judicio , cui fieres Pater ; feciſti , quod boni Parentes, ut ignoſceres , ſed obſecratus; nam antequam rogateris , non erat ignoſcere , ſed factum probare .*

24 *Rupertus Abbas tom.1. lib.7. ſuper cap.20. Geneſis de Eſaù* , quia uxorem duxerat contra præceptum Patris ait : *Aut tanquam inſipiens , aut tanquam vere ſtultus fecit hoc Eſaù.*

25 Rurſum his, ac ceteris Patribus præivit *Apoſtolus* tùm generalitèr admonens de obedientia , quam fili tenentur parentibus præſtare *ad Epheſ.6. verſ.1. filii obedite Parentibus veſtris &c. honora Patrem tuum , & Matrem tuam , quod eſt mandatum primum in promiſſione . Et ad Coloſ. cap.3. verſ.9. filii obedite Parentibus per omnia* ; Tùm ubi docet Parentum muneris eſſe filiis de nuptiis providere *prima Corynth. cap.7. verſ.11. igitur qui matrimonio jungit Virginem ſuam , bene facit , & qui non jungit , melius facit .* Quod & ex veteri teſtamento luculentèr confirmant *Card. Bellarmin. lib.1. de matrim. cap.18. Natalis Alex. tom. 6. Theolog. moral. pag. mihi 525.* , aliique Theologi paſſim allatis exemplis filiorum , qui Parentum mandatum ad matrimonia contrahenda exequi curaverunt , ut *de Iſaac , Jacob , & Rebecca* habetur *cap.24. ; & 28. Geneſis* , vel qui renuentibus abſtinuerint , donec ipſorum conſenſum impetrarent ut de *Sampſone* narratur *Judic. cap.14.* Item quia præcepta Domini de filiorum nuptiis nunquam filiis ſemper verò Parentibus propoſita fuere *Exod.34. Deuterom:7.* & apertiſſimè *Jerem.29. date filiis veſtris uxores , & filias veſtras date viris ; Et Eccl. cap.7. verſ.4. trade filiam , & grande opus feceris , & viro ſenſato da illam .*

26 Nec audiendi ſunt nonnulli , qui tot authoritatis momenta ſatis ſibi videntur eluſiſſe , cum ſevera fronte pronunciarint , inteligenda eſſe de honeſtate ac decentia: ſecùs verò de neceſſitate , & obligatione præcipuè ad vitandam læthalem culpam .

27 Etenim nihil abſurdius dici poteſt , ac à veritatis ſenſu magis alienum , quàm quòd abuſus , quem ſemper Eccleſia deteſtata fuit , & prohibuit , quem culpabilem ſtultitiam Patres affirmant, quem adulterii, & fornicationis nomine audivimus appellari , quem impiè practicari , ac Decalogi præcepto repugnantem tot Concilia Provincialia pronunciant , ac ſub anathematis pæna vetant: Quòd inquam, tàm deteſtabilis corruptela hoc dumtaxàt mali præſeferat ut tantispèr decentiam minuat , & obſcuret honeſtatem ; optimè ad rem noſtram *Fagnan. ſuper cap. tua num.23. in fin. de deſponſ. Impub.* ibi. *Conſtat ea coniugia adeò eſſe ſacris Canonibus inviſa , & exoſa , ut appellentur adulteria, fornicationes , & ſtupra ; undè cum tam Eccleſia , quàm civilis politia tantoperè ab illis abhorreant , non videtur annuendum ut filia inire poſſit matrimonium , cui Pater expreſſè , & ex legitima Cauſa contradicit :* Judicet proindè unuſquiſque, cui veritas potiùs , quàm indulgentia (ne dicam laxitas) arridet , utrum hæc omnia nil ampliùs importent , quàm decentiam operis , & honeſtatem .

28 Ad hæc cum meminerimus Civilis Politiæ licet quoque ex illa ad rem noſtram efficacitèr argumentari : nam non minus leges Imperiales communes, quàm Municipales Regnorum, ac Rerumpublicarum , præfata connubia profligare totis viribus contendunt , & damnant , naturali juri adverſantia , Reipublicæ tranquillitati noxia , ingratitudinis , ac libidinoſæ licentiæ fætus , aliorumque quamplurium malorum pernicioſas cauſas ,

29 *Jus* ſane *Cæſareum* nuptias , in quibus Parentum conſenſus deſideratur irritas decernere communis eſt Theologorum , ac Juriſperitorum Sententia , quam comprobant aperti *Textus in princip. inſtit. de nupt.* ibi : *ſi filiifamilias ſint, Conſenſum habeant Parentum, quorum ſunt in poteſtate ; Nam hoc fieri debere, & civilis, & naturalis ratio ſuadet ,* & infra: *ſi adverſùs ea, quæ diximus, aliqui coierint, nec vir, nec uxor , nec nuptiæ , nec Matrimonium , nec dos intelligitur .* Et ſimilia habentur *in l. nuptiæ*

la 2.

Digitized by Google

la 2. & leg. filiusfamilias ff. de rit. nupt. leg. ſi ut proponis leg. nec filium, leg. in conjunctione Cod. de nup. Quidquid ſentiant *Cujatius, & Dionyſius Gottifred. in not. ad leg. filius ff. de rit. nupt.* & poſt ipſos *Gonzalez. Tellez ſuper cap. ..a, de deſponſ. impuber. num.*8. Has utique leges jure Canonico correctas eſſe non dubitamus, ut perſpicuè habetur *in cap. tua de Sponſal; cap. cum Cauſa de raptoribus*, & aliis: clariſſimè verò *in Concilio Tridentino ſeſſ.24. de Matrim. cap.* 1. At inficiari nemo poteſt ex illis manifeſtè deduci quòd ſumma in præfatis deformitas naturali lumine depræhenditur, ut optimè expendit *Fagnan. ſuper cap. tua, de deſponſ. Impub. nu.*17. ibi: *inde tamen patet, quàm ſint adverſa communi bono, & Reipublicæ tranquillitati connubia inita renuentibus Parentibus:* Et ſimiliter arguit *Card. Paleot. in tract. de noth. cap.*8. reſtrictens ad textum relat. *Ex princ. tit. de nupt. Inſtit.* his verbis: *adde quòd lex dixit non civili tantùm, ſed naturali jure hoc inſtitutum fuiſſe, ut Patris conſenſus in nuptiis præcederet, quæ verba arguunt omninò in contrarium vix aliquid poſſe decerni.*

30 Utcumque verò hæc ſe habeant incomperto eſt, Civiles leges paſſim ſub graviſſimis pœnis iſta connubia prohibere, maximè ſub pœna exhæredationis ſic in *Jure Caſareo in auth. ut cum de appell. cognoſc. §. ſi alicui*. Pro Regno Caſtellæ *in l.49. Tauri*, de qua latè *Gutier. lib.2. quæſt. Canon. quæſt. 1. per tot.* Pro Luſitania *in jure illius Regni lib.4. tit.88. num.1.* de quo diſputat *Fragoſ. par.1. de Regim. Reip. Chriſt. lib.2. diſput.4. §.2.* præcipuè *n.289.* Pro Regno Neapolis idem deducit poſt alios *Donat. Ant. de Marin. tom.2. lib.2. cap.132. num.9.* ex lege Regis Rogerii, quæ habetur *in Conſtit. Sancimus ſub tit. de Matrim. contrahen.* Pro Cataloniæ Principatu eaſdem pœnas in viridi obſervantia ſemper fuiſſe pluribus citatis refert *Fontanel. in deciſ. Senat. Cathal. dec.346. n.1. & 2.* Pro Ditione Regis Galliarum ſatis nota ſunt Statuta, Edicta, & Conſuetudines, quibus Matrimonia hujus generis rigidiſſimè puniuntur, de quibus latè *Natalis Alex., Joan. Cabaſſutius, Gaſpar Juenin. locis ſuprà citatis* Pro Ducatu Mediolanenſi latè *Calvin. de æquit. lib.2. cap.168. num.63. & ſeq.*

31 De his profectò, ac ſimilibus ſæcularium Principum Sanctionibus graviſſima eſt controverſia, an cenſeri debeant *Jure Canonico* abrogatæ; affirmantibus *Sanchez de matr. lib.4. diſput.25.* aliiſque quos congerit *Thom. del Bene par.1. de Immunit. cap.8. dub.19. ſect.3.* negantibus verò *Gutierez lib.2. Canon. quæſt. quæſt.1. per tot.* & aliis pluribus congeſtis per *Fragoſ. par.1. de Republ. Eccl. lib.2. diſp.4. nu.83.* & lato calamo *per ſupracit. P. Alex. à* S. SIGISMUNDO *Scholarum Piarum in recenti tract. de Patria in teſtamentis condendis poteſtate, lib.1. & 2. per tot.* Itaut dubiam rem eſſe ingenuè fateatur *Faguan. ſuper Cap. Tua cit. n.18. & 19.* nihilominus intentum noſtrum ex præfatis legibus efficaciter concluditur: Quòd nempe omnium gentium, Legislatorum, ac Principum judicio conjugia inita Parentibus inſciis, vel renuentibus enorme crimen contra reverentiam ipſis debitam cenſeantur, ideòque ſub graviſſimis pœnis prohibenda; Quo argumento acriter utebatur. *Ledeſma de matrim. ad tertiam partem q.47. art.6.* ibi: *Omnes nationes quamvis barbaræ deteſtantur eos, qui contrahunt matrimonium ſine voluntate Parentum, & exiſtimant eſſe irreverentiam graviſſimam ergò &c. & infrà §. In hac difficultate, cùm contrahere matrimonium contra voluntatem Parentum ſit peccatum contra legem naturæ, & pacis perturbativum, juſtum eſt, ut publica auctoritate puniatur.* Denique addit ex Soto *peccatum hoc eſſe irreverentiæ, & impietatis, quod committitur contra Parentes.*

32 His tàm perſpicuis auctoritatibus, & rationum momentis nihil addendum ſupereſt, niſi, ut ſpecioſum, ſed verè inanem, ac frivolum libertatis prætextum, quo ſe tueri omninò blandiuntur, diluamus. Inquiunt enim, omnia Jura in contrahendis connubiis omnimodam exquirunt libertatem, itaut unuſquiſque ſuo, non alieno arbitrio ad perpetuam ſervitutem valeat obligari, ut diſſerit *S. Thom. in 4. diſtinct.29. qu.2. art.4.* Ac ideò nihil ſæpiùs *Canonico Jure* ſancitum, ſeu potiùs declaratum, quàm quod Parentes nequeant juſtè filios adigere ad matrimonium ineundum *Cap. Tua, de deſpon. Impub. Cap. de Neptis 31. quæſt.2.* Vel quòd dùm agitur de matrimonio, contrahentium dumtaxat conſenſum, non aliorum oporteat expectare, *Cap. Sufficiat 27. quæſt.2.* Propterea quælibet pœna etiam conventionalis nedum in matrimoniis, verùm etiam in Sponſalibus, quia libertatem non nihil imminuit, ab Eccleſia improbatur, *Cap. Gemma de Sponſal.* Quibus innixa frequens eſt *Canoniſtarum* Concluſio, quod de *Jure Canonico*, dummodò matrimonium fiat cum Eccleſiæ ſolemnitatibus, liberum ſit filiis, ac filiabus ſine conſenſu Patris uxorem ducere, vel nubere, de quo latè *Covar. t.1. tit. de matrim. par.2. cap.3. §.8. à n.5.* allegans concordantes.

33 Veruntamen in ſenſu veritatis loquendo à firmata Concluſione non eſt diſcendendum, & confidenter aſſerimus fruſtrà libertatis *honeſtum nomen velandæ turpitudini obtendi*, ut ajebat *Auguſtinus tom.7. lib.2. de nupt. cap.15.* fatemur, & nos ad matrimonium *non ſolum conſenſum, ſed etiam conſenſum liberrimum contrahentium exigi*, ut loquitur *Emin. Bellarm. t.2. controv. de matrim. lib.1. c.19.* Huic tamen libertati duo repugnant: Unum videlicèt, ſi Pater filium omninò diſſentientem, & invitum cogat vivere cum aliqua. Alterum ſi metu mortis, aut alio cadente in conſtantem virum cogat, ut conſentiat, ſecùs verò tertium nempè *ſi filium ad aſſentiendum inducat auctoritate paterna imperando, quando revera filio id conducit, itaut ſecundùm rectam rationem diſſentire non poſſit, & hoc Patri licet, & filius obedire tenetur. Licèt*

enim

enim hoc ſit ſuo modo cogere , & metum incutere mortis æternæ , non tamen propterea Matrimonium diceretur coactum ; Namque ſi metus gehennæ à Deo incuſſus his, qui inordinatè Matrimonio ſe jungere præſumunt , libertati ad illud requiſitæ officeret ; Vel de libertate actum eſſet , vel valedicendum tot præceptis Juris tàm naturalis,& Divini,quàm Eccleſiaſtici , quibus homines ab illicitis , licet validis nuptiis abſterrentur.His qui Sponſalia cum alia contraxerunt, vel voto caſtitatis adſtringuntur naturali jure cautum eſt, ne aliam, vel nè ullam Vxorem ducant ; Ducunt tamen validè , conſequenter liberè , ſed lethaliter peccant , & Rei ſunt gehennæ . *Jure Canonico* quot impedimenta non dirimentia conſtitura fuere ; Quot adhùc vigent in Eccleſia ? Qui aliquo ex illis contempto , contrahit , an non graviter peccat ? Nùm quid tamen non liberè contrahit ?

34 Nulla lex enim , nullum præceptum eò quòd obliget ad ſui obſervantiam ſub gravi culpa , ac ſub pœna æternæ damnationis libertatem tollit , ſivè minuit : Aliter peccatum nullum , nullus Reus erit . *Eſt optimum ſimile* , inquit *Ledeſma qu.47.cit.artic.6.in reſp. ad confirm. nàm amor debet eſſe maximè voluntarius , ac liber , ut conſtat : Tamen ex hoc , quod homo ex charitate teneatur Deum diligere , non ſequitur , quod actus dilectionis non ſit voluntarius .*

35 Quod egregiè confirmatur ex S. THOMA perperam omnimodè in contrarium allegato : *Nàm Sanctus Doctor 2. 2. quæſt. 104. artic.5.in Corp.& in 4.ſenten.diſtinct.29.artic.4.* unicè inquitit : An filius præcepto Patris poſſit compelli ad Matrimonium , & reſolvit negativè , quia ſcilicèt liber eſt , ut maneat celebs , nec ſe ſubjiciat perpetuæ , quæ ex matrimonio inducitur , ſervituti , *ut in ſecunda 2. loc. cit.* ibi : *Non tenentur filii Parentibus obedire de Matrimonio contrahendo , vel de virginitate ſervanda* , & in 4. (loco etiam citato) *Pater non poteſt cogere filium ad Matrimonium* : nunquam autem ſomniavit Angelicus Doctor aſſerere , quòd ſi filius ſtatuat uxorem ducere , liceat ei eligere illam, quam Pater prohibet rationabili cauſa ductus , ut optimè animadverrit *Megal.in 1. 2.par. lib.2. cap.23.nu.61.* Quin & oppoſitum expreſsè videtur docere *artic.4.cit.* dùm affirmat etiam ad ſimpliciter contrahendum teneri aliquandò filium ex neceſſitate conſurgente ab illa cauſa, qua Pater movetur ad nuptias impedrandas , ex quo perneceſſe conſequitur , quòd ex obligatione ſub gravi culpa etiam ad ſimpliciter contrahendum libertas requiſita ad Matrimonium non lædatur .

36 Minùs urgent quæ *ex Sacris Canonibus* opponuntur ; nunquam enim Eccleſia filiorum fovet impudentiam ſartam tactam libertatem circa Matrimonia firmiter aſſeruit ; At non minus reverentiam Parentibus debitam ſatagit obſervari . Eximiè de hoc puncto Eminentiſſimus Card.*Paleot.in tract.de Noth. cap.8. circa med.* inquit : *Sed quis unquam contrarium ſtatuit* ? Et pergit ſingulos *Canones* expendendo , qui in contrarium allegantur : Nobis ſatis erit animadvertere , quòd nunquam eſt legere neque in Conciliis , neque in Pontificum decretis , licere filiis , inſciis , vel invitis Parentibus Matrimonium inire : Quæque ex his objiciuntur , nihil minùs ſonare , quàm hujuſmodi deteſtabilem licentiam : Immò & Parentum voluntati nimis videntur Sacri Canones deferre , ut *in Cap. Tua de deſponſat.Impub.* dicitur de filio , pro quo nondùm adulto , Pater contraxerat Sponſalia , *poſtquàm venerit ad perfectam ætatem omninò tenetur adimplere : Quæ verba omnimodam neceſſitatem inducunt , ut ait Gonzal. Tellez in Comment.cit.cap.nu.6.*deducens tunc eam fuiſſe Eccleſiaſticam Diſciplinam , & convincit Textui contrariam eſſe quamlibet aliam interpretationem .

37 Ad Textum *in Cap. Sufficiat* , facilè reſpondent *Gonzal.Tellez loc.cit.nu.4.& Paleot.de Noth.cap.8.num.10.* quibus præivit *Gloſs.in eodem Cap.* ibi : *Dictio ſolus non excludit conſenſum Parentum* quinimò ſubdit *Gonzal.* verba illa *ſecundùm legem Patris conſenſum includunt , quem Legiſlatores ſummoperè deſiderant* ; Et plura ad hoc exempla congerit ex utroque *Jure Paleot.loc.cit.* Facilius tamen reſpondent *Theologi* dicentes *tàm in citat.Cap.* quàm in aliis , ſi quæ ſunt , ubi innuitur , quòd ſolus ſufficiat conſenſus contrahentium , ſermonem eſſe de requiſitis ad hoc , ut nuptiæ validè , non verò ut licitè contrahantur ; quòd manifeſtè eruitur , ex verbis ſubſequentibus ejuſdem *Text.* ibi : *Qui conſenſus ſi in nuptiis ſolus defuerit , cætera omnia fruſtrantur* , & inſinuat *Gloſs.* ibi : *Dicitur , ſolus eorum conſenſus eſt Cauſa effectiva Matrimonii .*

38 Magis diſtat à dubio noſtro caſus , de quo in *Cap.de Neptis 31.qu.2.* Rex enim Aragonum invitus , ac coactus filiam cuidam militi deſponſaverat , deindè petiit à *Summo Pontifice* , an poſſet , & deberet ſervare promiſſum , qui reſpondit ; *Si filia virum illum omninò renuit , & in ea voluntatis auctoritate perſiſtit , & Viro illi prorsùs ſe deneget nupturam , nequaquam eam ejuſdem viri cogas conjugio ſociari* : Jàm ex his quomodo deduceatur licere filiæ nubere , Patre inſcio , vel invito , percipere non valemus : Matrimonium fuiſſet certè irritum,quia unius conſenſus omninò prorsùs deficiebat ; nequibat igitur Pater filiam tradere fornificatori , non marito ; nequibat urgere , ut cohabitaret Viro , in quem non conſentiebat ; nequibat metu cogere , ut conſentiret . Quis unquam in dubium revocavit ? Poterat ergò Virgo licitè , ſpretis Parentibus nubere alteri ? Vim hujus conſequentiæ non videmus .

39 Poſtremò non obſtat diſpoſitio *Cap. Gemma de Sponſal.* Rejiciuntur enim ex illo pœnæ in Sponſalibus appoſitæ , ut contrariæ liber-

Digitized by Google

libertati ad Matrimonium requiſitæ. Ideò tamen, ut adnotavit *Gonzal. Tellez ſuper eod. cap.nu* 4. Quia à Sponſalibus plures juſtæ cauſæ diſcedere permittunt, proindè ſi apponatur pœna, is, cui aliqua ex præfatis Cauſis jus tribuit reſiliendi, injuſtè metu pœnæ diſcedere prohiberetur; Utrum verò pœna licitè ſtatuatur ſaltem contra injuſtè reſilientem, non levis eſt inter Doctores controverſia; Adhùc tamen inhærendo ſententiæ negativæ, ſubſiſtit ratio adducta; quia non ſemel, & qui juſtam Cauſam habet recedendi ob difficultatem probandi illam, metu pœnæ injuſtè compelleretur, ut contraheret, Cæterùm in eo *Cap.* non rejicitur omnis pœna, ſed tantùm conventionalis, in ſuo robore parmanentibus pœnis, & remediis in Jure Statutis contra eos, qui nulla urgente juſtâ Causâ, fidem in Sponſalibus datam prodere non verentur, Quarè fruſtra arguitur ex hoc *Text.* ad excludendum omnem obligationem contrahendi Matrimonium, ctù adverſantem libertati: Nam ratio excludendi pœnas conventionales optimè aſſignatur *à Barboſ. in Collect. ad eumdem Text.nu.9.*& attingitur *à Gonzal. Ibidem num.5.circà fin. quia pœnis, & remediis à Jure Statutis contenti eſſe debemus.*

40 Nullum itaque ex præfato *Textu* contra poſitam reſolutionem ſuppetit argumentum, Imò potiùs vel ex eo validè confirmatur; Caſus enim erat; quod promiſſa fuerat pœna, ſi Matrimonium ex culpa alicujus ex Parentibus ſecutum non eſſet: Et Pontifex reſpondit, pœnam peti non poſſe, ut egregiè adnotavit *Gonzal.hic nu.4. circa med.* Itaque maximè Parentum auctoritati favet hoc decretum, dùm à ſtatuta pœna eos liberat, quamvis eorum culpa Matrimonium jam promiſſum non ſequatur,

41 Vſque modo dicta pro aſſerenda veritate tot, tantorumque Theologorum, & Canonici Juris Interpretum, calculo confirmata, quòd ſcilicèt Filiifamilias, filiæque, inſciis, vel invitis Parentibus Matrimonium ineuntes læthaliter peccent, ſatis abundè ſufficere videntur. Verùm enim verò non diffitemur juſtas aliquando ſubeſſe Cauſas, quibus ſe valeant excuſare filii, ſi Parentum voluntati, qua fas eſt modeſtia refrageotur. Vtinam Parentes ipſi multoties clàm ducendi Vxorem, vel iis omninò inviſam ſua avaritia, ac aſperitate, occaſionem filiis non præberent. Vtique non eſt hic locus ſingulas enumerandi; Præcipuas tamen, quas Doctores proferunt, attingere non abs re erit, Duas innuit *Eminent.ſſimus Bellarm.to.2.cotrov.lib.1 de Matrim. cap.19.* Primò ſcilicèt ſi Pater injuſtè prohibeat filium à Conjugio: Secundò, ſi Cauſa majoris dotis nonniſi indignam mulierem, vel hæreticam ei dare velit, alias addit *Gutierez de Matrim.cap.79.nu.19.* Tertiò, ſi Pater velit, filium ducere Vxorem ægram, imprudentem, aut durioris conditionis, cum qua probabiliter credat filius fore, ut pacem non habeat; Quartò quando filius à Parentibus plùs juſto opprimeretur. Quintò, *Ex Genett.to.5.Theol.mor.tract.9.cap.8.quæſt.1.* Si Pater procul diſtet, nec filius abſque gravi incommodo illum valeat admonere, & aliundè locum habeat credendi, Patrem libenter conſenſurum ſi ſciret; Sexto ſi Pater ideò prohibeat, quia vult, filium, hanc, vel illam ducere contra ejus inclinationem, & non obſtantibus gravibus Cauſis, quibus movetur filius ad hujuſmodi Matrimonium minimè ineundum.

42 Hiſce ſanè Cauſis, ac aliis æqualis ponderis, aliquandò filios evadere læthalem culpam non abnuimus; Dummodò tamen indignas nuptias cum familiæ dedecore, ac Parentum injuria contrahere non præſumant; Quod in reſponſione ad alterum dubium pergimus explicare,

DUBIUM II.

Quid præcipuè ſentiendum ſit, ſi Filii contrahant invitis Parentibus cum Perſona indigna?

43 JAM ad faciliora deſcendimus -- Ceſſat enim in hoc puncto, ſi qua in præcedenti occurrebat difficultas, & deficit Adverſarius, quippè cùm tàm manifeſta in hujuſmodi Matrimoniis appareat turpitudo, ut de hac una falſum agnoſcatur effatum illud: *Non deformitas ſine amatore*; nec ſupervacaneum cenſeri debet hujus dubii peculiaris diſcuſſio, utpotè cujus reſolutio ex cumulatis pro reſolutione præcedentis dubii manifeſtiſſimè conſequatur: Namque hæc ſunt præcipuè connubia, quæ negocium faceſſunt, quæque evitare, vel maximè Parentum, Reipublicæ, necnon Eccleſiaſticæ intereſt Diſciplinæ. Itaque

44 Reſpondendum, ut omninò certum, *Filios, qui contrahunt cum perſona indigna multifariam graviſſimè peccare.*

45 Sic reſpondent *Theologi* omnes, etiam illi qui in opinando, vel mitiſſimam viam affectare conſueverunt: Item & ii pauci, qui videntur nimium favere filiorum circa Matrimonia libertati. Unanimes hanc ſubdunt limitationem *dummodò non indignè contrahant, ſi tamen nuptiæ non ſunt indignæ*, ſcilicèt quia ad has nullimodè pertingit aſſertæ libertatis arbitrium. Porro operæ pretium exiſtimamus ipſorum teſtimonia proferre, ut ſit omnibus perſuaſum, quatenùs non proprio ſenſu ducti, ſed ſumma auctoritate compulſi ad propoſitam reſolutionem ſtatuendam deſcendimus,

46 Sufficeret quidem nobis, vel unicum teſtimonium *Theologorum Collegii Salmaticenſis*, qui præ aliis conantur filiorum extollere libertatem, adhùc tamen ſincerè teſtantur *to.2. Theol.moral.tract.9.cap.6.punct.2.num.19.* his verbis *ſimiliter certum eſt apud omnes peccare mortaliter filios, qui cum indigna nuberent*

cum

cum dedecore familia; Sed ne liberum cuiquam ſit nobis, vel ipſis fidem noo præſtare ſubdimus nonoullas, & has præcipuas auctoritates.

47 S. Bonaventura Eccleſiæ Cardinalis, & Doctor *in 4. Sententiarum to.5. diſtinct.19. quæſt.3.art.1. in concluſ. verſ.reſp. ad arg.* Ubi videtur filiis favere, dùm aſſerit non poſſe Patrem cogere filium, ut contrahat cum hac, vel illa, ſed addit duas limitationes, quæ firmant evidenter noſtram reſponſiooem, ait enim *non poteſt Pater ad contrahendum cum hac obligare, niſi Charitas, aut rationabilis Cauſa cum liget*, & ſubdit. *Ut charitas verò ligat, quando Pater prohibet filio ne contrahat cum muliere mala*. Item ex altero Capite aſſignato à S. Doctore, ideſt, *Cauſa rationabili*, idem apertè concluditur de nuptiis, quæ alio quovis titulo judicantur indignæ.

48 *Franciſcus Toletus etiam Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis lib.5. inſtruct. Sacerd. cap.1. num.6. Rursùs ducere Uxorem indignam contra voluntatem Patris peccatum mortale eſt.*

Cardinal. Lauræa in.4.Sententiarum tom.3. diſp.17. artic.6.nu.89. aſſerit filium teneri ſub mortali ad ſtandum conſilio, & conſenſui *Patris cum initurus eſt Matrimonium, ex quo dedecus familiæ Patris exoriri poſſet.*

Dicaſtillo de Matrim. to.3. diſput.4. Dub.17.n.176. ſi ſit periculum ineundi Matrimonium indignum genere, & familia, & ſanguine contrahentis, poterit id aliquandò cenſeri grave peccatum, ſicuti, & quando inirent Matrimonium, cujus onera præ nimia egeſtate ſuſtinere non poſſunt.

Marcus Serius de 4. Decalogi præcept.diſp.4.difficultat.1.quæſt.3.n.6. Peccatum mortale erit contrahere Matrimonium abſque Patris conſenſu, ſi contra Patris voluntatem contrahat cum aliqua indigna, ſcilicèt cum aliqua infrà ſtatum ſuum notabiliter, quia fit Parentibus injuria, & dehonoratur familia.

Baſſæus in Flor.Theol.verb.filius num.5.filius peccat mortaliter ſi contra voluntatem Patris contrahat cum aliqua indigna, ideſt cum aliqua infra ſtatum ſuum notabiliter.

Duardus ſuper Cap. Omnis utriuſque ſexus tom.2. diſput.21.ſect.1.nu.46. Peccant liberi citra conſenſum Parentum ducentes Uxorem notabiliter diſparem reſpectu eorum conditionis, & ſtatus, quia citra familiæ obnubilationem ejuſmodi Matrimonia contrahere non poſſunt.

Reginaldus in prax.for.pœnit.to.2.lib.20.c.2.ſect.3. nu.18. Sufficit notaſſe tres caſus, in quibus notabiliter peccat filius uxorem ducens invito Patre. Primus eſt, quando contra Patris præceptum accipit uxorem ſe minimè dignam in notabilem ignominiam ſuæ familiæ.

Sayrus in clav.Reg. lib.7.cap.5. num.12. In duobus caſibus mortale peccatum erit, ſi filius voluntatem Patris non ſequatur. Primus eſt ſi contra voluntatem Patris contrahat cum indigna, ideſt cum aliqua infrà Statum ſuum notabiliter, ſic enim dehonoratur familia Patris.

Geſualdus de Bonon.t.3.tract.10.cap.1.n.18. Verum tamen eſt quod non debet filius contra voluntatem Parentum ducere uxorem indignam talis Conjugii.

Boſſius de contract.Matrim.cap.11.§.8.nu.87. limitandum autem ſi filius, vel filia contrahat cum perſona turpi, vel notabiliter indigna ſcilicèt notabiliter infrà ſtatum ſuum, quia Parentibus affertur dedecus, & tota familia dehonoratur &c. ac proindè talia Matrimonia indigna contrahentes peccant mortaliter.

Mezger.to.4. Theol.tract.19.diſput.54.artic.2.§.2. num.12. filiiſfamilias poſſunt graviter peccare ſi contra voluntatem Parentum contrahant præſertim cum perſonis ſua conditione indignis cum generis, & ſanguinis contumelia.

Azzorius par.2.lib.2.cap.2.quæſt.6. convenit inter Doctores filios facultatem liberam habere nuptias contrahendi, quòd tunc locum habet, cùm filius non ducit in uxorem fœminam vilem, & abjectam.

Petrus à S. Joseph *in Summ. de 4.Decal. præcept. artic.2. Certè ſi filius vult nubere, debet ducere dignam, quàm Parentes illi proponunt, nec dubitandum eſt, quin notabiliter peccet, ſi eam reſpuat, ut nubat indignæ cùm tunc duplicem injuriam gravem Parentibus irroget.*

Adam Opatovius de ſacram.tract.de Matrim.diſp.2. quæſt.18.num.159. ibi firmat non licere filiis Parentibus invitis Matrimonio ſe jungere, & ſubdit. Dices quòd filius, & filia habent Jus ad contrahendum: Reſpondeo illos habere, ſed non contrahendum indignè, & cum peccato &c. E' contra Pater habet Jus Divinum ex quarto Decalogi præcepto, ne ignominia à filiis afficiatur, quòd accidit in Matrimonio indignè contrahendo.

P. Bruno Neuſſen Ordin.Minor.in abſolutiſſima Polianteа Theologo-Morali Canonica diſput. de Matrim.quæſt.1.reſolut.3. Velut certum Prolem non poſſe abſque peccato mortali inconſultis, & invitis Parentibus inire Matrimonium cum dedecore familiæ cum verò ſimili prævisione ſcandalorum, periculorum, inimicitiarum, pernicioſarum rixarum, diſcordiarum inter familias conſanguineas &c. ita communiſſimè Doctores, ratio eſt quia ex charitate illa mala evitare tenetur.

Giribaldus de Sacram. tom.1.par.2.tract.10.cap.5. dub.6.num.35. ibi: *Conveniunt tertio peccare mortaliter filios nubentes inſciis, & invitis Parentibus, ſi ducant indignam cum magno dedecore, & ignominia familiæ, ſi ex tali Matrimonio grandia mala ſequi poſſe timeatur, ſi immineant ſcandala, pericula, inimicitiæ, amiſſio bonorum, pernicioſæ diſcordiæ, prout notant Averſa, Sanchez, Gutier., Boſſius, Palaus, aliique communiter.*

49 Idem deuique ſentiunt, & alii omnes, qui libertati filiorum ultra Jus tribuentes, agnoſcunt tamen illorum obligationem ſub mortali ſaltem ad conſilium Parentum exquirendum, quos in præcedenti reſolutione cumulavimus. Etenim unanimi conſenſu affirmant, quod dùm agitur de non contrahendo

cum indigna, non ſatis ſit conſilium audire, ſed Parentum voluntati ſit prorsùs obtemperandum.

50 Imò ſubtiliter, & omninò veritatem aſſequens animadvertit *Raphael Averſa de Sacram.Matrim.quæſt.3.ſect.7. verſ.Benè tamen* in præfatis Matrimoniis neque conſenſum Parentum ſufficere, quin & ipſus Parentes peccare ſi conſentiant, quia nimirùm per indignas nuptias alii cunſanguinei, & de familia afficiuntur ignominia, ibi: *Si inirent indignum aliquod Matrimonium cum notabili dedecore, & ignominia familia quamvis cum conſenſu Parentum peccarent adhùc filii contrahendo, & Parentes conſentiendo, quando Matrimonium eſſet cum dedecore aliorum de familia.*

51 Neque à ſententia communiſſima *Theologorum* conſenſu approbata diſſident *Canoniſta*, Teſte *Fagnan. ſuper Cap. Tua de deſponſat. Impub.n.15.* ubi affirmat, dubium non admittere, quòd filii peccent mortaliter, ſi Parentibus non obediant contrahendo minùs dignè, ibi: *Quod abſque dubio procedit, ſaltem, cùm Pater movetur familia inæqualitate, vel alia juſta de Cauſa*; Pro quo poſt *Gaſpar. de Calder. & Card.citat. Præpoſ.ſuper eod.Cap.Tua n.5. & Alex. de Navo num.6. optimè Navarrus in Summ.cap.14.nu.15. Peccat filius, qui &c. vel contra præceptum paternum ſe minimè dignam uxorem ducit.*

Pirbingus in Jus Canon.to.4.tit.1.de Sponſal.ſect.3. §.4.nu.92. Veruntamen negari non poteſt, quin peccent liberi, ſi abſque juſta Cauſa ſine conſenſu Parentum Matrimonium contrahant; Imò propter extrinſecas Cauſas, ſeù circumſtantias occurrentes regulariter non poſſunt Liberi licitè Matrimonium inire ſine conſenſu Parentum, ut quia Parentes gravem Cauſam habent impediendi Matrimonium Liberorum, quia v.g. Volunt Matrimonium inire cum perſona inæquali, vel infami non ſine dedecore Familia.

52 His addendi meritò veniunt alii *Canoniſta*, qui agnoſcentes gravem injuriam per indignas nuptias Parentibus illatam, eos abſolvunt ab obligatione dotandi filiam indignè nuptam, nempè *Petrus Ancaranus in Cap.Tua citat.nu.6. & alii collecti per Fagnan. loc.citat. num.19.*

Quod tandem fateri compellitur *Covar.par.2.de Matrim.cap.3. §.8.num.7. verſ.Hæc omnia*. Hic inquam, acerrimus Aſſertor libertatis filiorum in Matrimoniis contrahendis, ſic tandem concludit; *Hæc omnia ceſſant quando filia nupſit indigno, ac ignominioſo Viro; Non enim compellendus eſt Pater, affectus injuria, & ignominia ei dotem dare, quod receptum eſt, communiter*, & congerit concordantes.

53 Et fuit ſententia *Rot. coram Buratt. to.1. deciſ.498.* quæ eſt magiſtralis, & ſæpiùs ſequuta eſt, ut disertè demonſtrat *Card. de Luc. diſc.1.de dot.per tot. & diſc.142.nu.16.& ſeqq.* Utique ab iſtis non diſputatur, an, & quale peccatum committant filii in Foro Conſcientiæ, verùm ſatis aperiunt proprium ſenſum, dùm affirmant, eos gravi injuria Parentes afficere, ideòque puniendos, quodque eorum Matrimonium ſit *actus culpoſus parùm honeſtus, mali exempli, ac Reipublica præjudicialis*, prout ex aliorum etiam ſententia *Card.de Luc. cit.diſcurſ.1.num.19.* apertè inſinuans ſic contrahentes læthalis culpæ, ſecundùm pleroſque reos exiſtimari; quemadmodùm, & hunc ſenſum expreſsè, & noviſſimè patefecit eadem *Rota in Viennen. prætenſorum Sponſalium 12. Januarii 1705. §.Nec præmiſſa coram R.P.D.Kaunitz*, ibi: *Licèt conſenſus Parentum non ſit neceſſarius ad validitatem, ſed ſolùm requiratur de honeſtate, cùm tamen filius, vel filia contrahentes Matrimonium contra placitum Parentum, peccent mortaliter, gravique injuria Patrem afficiant &c. non poteſt quis cogi ad nubendum contra reverentiam debitam Patri, & induci ad peccatum læthale inobedientiæ.*

54 Neque cæco ductu in hanc deſcendit ſententiam tàm ingens utriuſque Fori *Doctorum* caterva, ſed urget ipſos ratio pietatis, juſtitiæ, & charitatis, qua nemini licèt dehonorare Parentes, proximo ignominiam afferre, atque ſuo ſcandalo odiis, inimicitiis maximè inter domeſticos viam aperire.

55 Et primò quidem præceptum æquè naturale ac Divinum de cultu exhibendo iis, qui nos genuerunt, etſi videatur affirmativum, quatenùs dicit, *honora Patrem*, continet nihilominùs præceptum negativum de illis nunquàm dehonorandis, cujus tranſgreſſio inter graviſſima crimina annumeranda venit; ut poſt antiquiores firmant *Duard. ſuper Cap.Omnis utriuſque ſexus diſput.21. citat. ſect.1.nu.31. Marchan.in Tribun.Sacram. tom.2. tract.5.tit.1.quæſt.1.in princ.* Et alii paſſim; eò nimirùm prohibetur quælibet injuria, irriſio, contriſtatio, odium, & ſimilia, itaut quæ levis adversùs alios offenſio cenſeretur, graviſſimum crimen impietatis evadat, ut unanimi Theologorum, ac Caſuiſtarum ſententia fertur graviter contra hoc præceptum peccare filium, qui vel leviter Parentem percutit, imò ſi vix manum eleret in ſignum percutiendi; qui illi detrahit etiam in abſentia; Item qui Parentes torvo intuetur oculo, aut aſpere alloquitur; ſi eos afficiat triſtitia, quantumvis opus, ex quo contriſtantur aliàs malum non ſit, dummodò eorum triſtitia prævisa fuerit; In his cæteriſque caſibus, quòd filii mortaliter peccent, nemo inficiatur, ut tradunt *Bonacc.tom.2.in 4.Decal.præcept.diſput.6. quæſt.unic.punct.2.num.3. Navarr.Manual.Confeſſar.cap.14. à num.11. Sayr.in Clav.Reg.lib.7. cap.5.nu.8. Cajetan.in ſum.tit.filius poteſt.verb. filii peccata*; optimè *Marchan.loc.cit.* ubi ſingula perſpicuis *Sacr. Scripturæ* verbis confirmat; Vix enim erit invenire præceptum aliud tàm frequenter, ac iſtud in ſacris Literis inculcatum, torque variis modis ſignificatum *Eccleſ.3. In opere, & ſermone, & omni patientia honora Patrem tuum: Non contriſtes eum in vita illius, Deuter.27.* Maledictus *qui non*

bo-

honorat Patrem, *Proverb.19. qui affligit Patrem ignominioſus eſt*, *& cap.30. Oculum, qui ſubſannat Patrem, effodiant eum corvi*.

56 Hæc nempè rationi conſona, ac naturæ debita maximè ſuadet ſummum, quod à Parentibus poſt Deum, beneficium accepimus; Ac illorum dignitas, qua tanquàm Dei ſimulacra à filiis reſpicienda, ſuo modo veniunt,& colenda; Sic *Eccleſiaſtic.7.v.29. & 30. Honora Patrem,& Gemitus Matris,ne obliviſcaris: Memento, quoniàm niſi per illos natus non fuiſſes, & retribue illis, quomodò, & illi Tibi*; Ad quæ reſpiciens *Catechiſ.Conc.Trid.* Sic nos admonet: *Sunt immortalis Dei quaſi quædam ſimulacra, in iiſquè ortus noſtri imaginem intuemur, ab iis vita nobis data eſt: Iis Deus uſus eſt: ut nobis animam, mentemque impertiret*.

57 Ideò prorsùs, & à fortiori,quàm grave ſit periculum Filiorum, qui triſtitiam maximam, graviſſimamque iniuriam Parentibus irrogare non timent; Dùm fæminam vilem, vèl improbam ducentes in Uxorem, Parentum famæ, honori, ac reifamiliari non contemnendum afferunt præjudicium, ac ſæpè in Eorum Domum indignam Mulierculam (Utinàm, & non infame ſcortum) intrudere non valentes, ipſos violentèr adigunt, ut in Nurum; filiamque ſibi patiantur adſciſci, cujus vèl famulatum admittere ſinè decoris jactura non contingeret. Quis nam Theologus;Quis alterius Iuris Interpres tanti criminis reatum minuat, vèl excuſet? Utiquè ſi hæc levia cenſenda ſunt, quid ni leviſſimum erit Parentibus irridere? Quo Jure grave cenſebitur, Parentes aſpero tractare vultu, vèl torvo oculo aſpicere? *Nè vultu quidèm lædenda pietas eſt Parentum* inquit *S. Ambroſ. lib. 8. in Evang. S. Luc. num.74. Maledictus à Deo qui exaſperat Matrem Eccleſ.3. in opere, & ſermone, & omni patientia honora Patrem*; Hæc,& ſimilia mandata centiès in Sacris Literis reperita, quis ſuthumet adimplere filiũ,qui indignis nuptiis Parentum venatur ignominiam,ac eos ſua decidere conditione, intèr nobilitate Pares, vèl cum maximo rubore progredi,vèl illorum vitare conſpectum cogit? Quos proindè juſtiſſimo mœrore confici cordatus quiſpiam non diffitebitur.

58 Neqnè pietate minùs lęditur iuſtitia per conjugia de qnibus agimus: Iis namquè totius familiæ honor,fama,ac decus deprimitur,ad quæ conſervanda ne dùm Parentes,verùm & cæteros Conſanguineos, Jus ſtrictum habere, neqnit in dubium revocari; Dubium ſanè eſt, utrùm Homo ſit ità Dominus ſui honoris, ac ſamæ, ut ſe ipſum infamando lætalitèr peccet, nec ne, Affirmant aliqui poſt *Cajet. 2. 2. quæſt.73. artic.2. verſ. Ad hoc*, & videtur opinio S.Thomæ ibidem.Plures negant, quos colligunt *Molina to.4. tract. 4. diſput.37. nu.1.,Dicaſtill. de Juſtit.lib.2.tract.2.diſput.12. appendic.primo dubit.4.nu.501.*; Verumtamèn univerſi conveniunt,quod ſi infamia redundet in alios, puta in filios, Fratres, Familiam, in Religionem, vèl Patriam, qui ſe infamat, læthalitèr peccat, juxtà expreſſam ſententiam *Sancti Thomæ quæſt. 73. citat. artic. 4. ad prim.* ibi: *Arbitrii eſt detrimentum ſuæ famæ pati,niſi hoc vergat in periculum aliorum &c. non enim eſt ſui arbitrii, quod patiatur detrimentum famæ alterius &c.* Angelicum ſequuntur unanimitèr *Theologi* quos congerunt *Dicaſtill. diſp.12. cit.par.3.dub.14.,& Card. de Lugo de Juſt.to.1. diſput.14. ſect. 10. num. 167.* Quod ità verum cenſetur, ut non liceat Infamato, vèl contumelia affecto,honoris,vèl famæ injuriam condonare, quìn ſi condonet, remiſſio non eſt valida, & ea non obſtante, perſeverat obligatio Juſtitiæ ad damna inde exorta reparanda; Ut ſolidè demonſtrat *Dicaſtill. d.diſp. 12. par. 3. dubit.14. n.240.* ibi: *Quandò infamia, irrogata Patri ità eſt injurioſa filiis, ut eis damnum afferat in fama à ſuis maioribus parta; Etiamſi Pater remittat infamiam, non eſt valida remiſſio &c. Et idem eſt in ſimilibus Caſibus &c.* quod totum verificatur de contumelia, ſeù quavis injuria contrà honorem, cùm pari paſſu procedant honor,& fama,ut ex communi Doctorum docet idem *Dicaſtill. diſp.12. cit. par. 4. dubit.2. n. 400.* Addendum deniquè, quod honor, ac fama non magis lęduntur ſermone, quàm opere *Card. de Lug. diſput. 14. cit. ſect. 11. num. 191. ad contrahendam malitiam gravem, ſatis eſt, ſi ex alio fine vis id ponere, ex quo honor Proximi gravitèr lædatur*, de quo latè diſputant *Molina, Sotus, Leſſius, ab eodem relati ſect.10. per tot.*

59 Exindè manifeſtè apparet filiorum in prędfatis connubiis injuſtitia: Ponunt enim opus illicitum, ac indignum, ex quo familiæ honeſtas à majoribus parta ſuo gradu decidit, & vileſcit; nèc ſemel Conſanguineis impedimento ſunt,ut ſuis natalibus reſpondentes nuptias aſſequantur; Propterea, quià, ut plurimùm nobiles Viri dedignantur filiam deſponſare ei, cujus vèl Frater, vèl aliàs Conſanguinitatis vinculo iunctus indignam, ſiuè infamem Mulierem ducens, totius Progeniei honorem, famamque ſua turpitudine denigravit.

60 Et validiſſimè confirmatur; Eo quià ſi alienæ familiæ quiſque verbo, vèl opere tantum detraheret famæ vèl honoris, quantum ſuæ deficit ex matrimonio cùm indigna, ab omnibus certè injuſtitiæ argueretur: Igitùr à fortiori injuſtitię, & impietatis reus habendus erit, ſi fratrum, ſororum, & maximè Parentum honorem, ac famam tàm enormitèr deturpet.

61 Deniquè quàm pernicioſo ſcandalo Charitatis leges in ſæpedictis matrimoniis conculcentur; prudens quiſque facilè diſcernit: Norunt omnes, ſcandali malitiam in eo ſitam eſſe, ut quis dicto, vèl facto ruinæ ſpiritualis, hoc eſt peccati occaſionem propriam dederit, ut ex *Sanct. Hieron. ſuper Cap. 15. S.Matth. tradit S.Thom. 2. 2. quæſt.43., artic.1. in Corpore*, quem omnes ſequuntur; Inſupèr docet

Digitized by Google

docet idem *Sanct. Doctor. art.* 4., Scandali malitiam, mortalem Culpam inducere; ſivè quandò contemnit ſalutem Proximi, ut ſi prò ea conſervanda non prætermittat aliquis facere, quod ſibi libuerit; Tandèm concludit *art.* 7., *&* 8. ad vitandum ſcandalum ex Proximi ne dùm malitia, verum, & infirmitate ortum habens teneri nos bona temporalia, quandòque etiam ſpiritualia dimittere, vèl ſaltèm occultare.

62 Ex his evidens pro Caſu noſtro conficitur argumentum: Siquidèm filii familias non uni, vèl alteri, ſed omnibus Conſanguineis, vèl Affinibus multifariè peccandi occaſionem præbent; meminiſſe enim oportet quomodò vix audito ſimilis matrimonii etiàm tractatu, maxima ſuboritur in omnibus indignatio: Quot detractiones hinc indè diſſeminentur; Ut ſtatim mutuæ benevolentiæ ſigna communia, multò magis ſpecialia ceſſent, ità ut Pater Filium, frater fratrem alloqui reſpuat, ac ſalutare. His deniquè reſpondent odia diſcordiæ, obſtinatæ lites, utinàm non ſæpè maledictiones, & inſidiæ aliaque id generis innumera mala non ſequerentur. Qua igitùr graviſſimum ſcandali Crimen filius indignas paciſcens nuptias valet effugere? Quo Jure à peſſundatis charitatis legibus valet ſe tueri.

63 Iterùm tuentes libertatem, inquiunt *qui ſuo utitur Jure, nulli facit injuriam*. Natura, ac leges præcipuè *Sacri Canones* jus tribuunt filiis ad matrimonium, quod magis placet amplectendum. Itaquè non injuſtitiæ, non ſcandali accuſari poſſunt; At ſibi imputent qui occaſionem peccandi ex ipſorum nuptiis irrationabilitèr arripiunt.

64 Hæc futilitèr obiici abundè demonſtravimus in *præcedentis dubii* reſolutione: At cum nil audiatur per omnium ora ſæpius repetitum, quàm libertatem ſummam, omnimodam, inviolatam in matrimoniis *à Sac. Canonibus* ſanciti, denuò opus eſt in hoc puncto aliqualitèr immorari.

65 Et in primis falſiſſimum eſt, quod tanta ſecuritate aſſeritur: Quod ſcilicèt unicuique ſempèr liceat uti Jure ſuo. Regula iſta tàm indefinitè intellecta, totam ſcandali malitiam cohoneſtaret: Quicquid enim ſit, an citrà injuſtitiæ reatum poſſit quis cum alienæ ſalutis periculo uti Jure ſuo; Certum omninò, ſaluis Charitatis legibus millies non licere. Caupo vendens vinum Hoſpiti, quem agnoſcit ſe inebriaturum, utitur proculdubiò Jure ſuo, vendit namquè rem, cujus habet plenum Dominium, peccat nihilominùs ſecundùm receptam ſententiam *Theologorum*, de qua *Ferrantin. tract. de Scandalis quæſt.* 61., *&* 62. alios cumulans. Paritèr Scandali reus erit, ſi in die jejunii Carnes vendat ei, quem non crediderit a ſervando jejunio legitimè excuſatum. Fortiùs Pictores vendentes imaginem Puellæ Viro illam turpitèr amanti, utuntur omninò Jure ſuo, dùm pretium ſui laboris quærunt, at nemo à peccato ſcandali eos audet excuſare: vide *Azzor. par.* 2. *lib.* 12. *Cap. ultim. quæſt.* 9., *Sanchez in ſumm. lib.* 1. *Cap.* 7. *n.* 40., *Bonacina tom.* 2. *de peccat. diſput.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 2. *§. unic. n.* 29. Hæc & innumera hujus generis exempla ſuppeditant *Theologi* tractantes de vitiis oppoſitis Charitati, quibus maniſeſtiſſimè evincitur Vanitas ratiocinii, quo ſic diſcurritur: *Filii indignè contrahentes matrimonium utuntur Jure ſuo, ergò à læthali Culpa ſunt immunes*: Ineptiſſimè quidèm ſicuti qui ſic diſcurreret: *Nullum purum, merumquè ſcandalum eſt contrà Juſtitiam; Ergò nequè lædit virtutem Charitatis*.

66 Ità verò reſpondimus ex abundanti, cùm prorsùs falſum agnoſcamus aſſumptum illud, quod filii in hujuſmodi connubiis utantur Jure ſuo. Undè enìm conſtat de tali Jure? Qua lege, qua auctoritate illud ipſis eſt quæſitum? Quin & impoſſibile quæri omninò eſt contrà naturæ dictamen, & expreſſum *Decalogi præceptum*. Perperàm omninò, & cùm intolerabili Sacrorum Canonum injuria, tàm perniciosam licentiam ipſorum præſidio favere, nonnulli audeant affirmare; Egregiè ad propoſitum *Card. de Luc. diſc.* 142. *de dot. num.* 12. *Moventur*, ait, *ex ratione libertatis matrimonii ex Jure Canonico reſultantis, quæ futilis eſt, nàm intentio Juris Canonici nunquàm fuit ob matrimonii libertatem permittere turpia, & criminoſa, proùt eſt indignè nubere; Solumque ſubſtulit neceſſitatem conſenſus paterni à Jure Civili requiſiti* (ſcilicèt ad validitatem) *ſed cum ſuppoſito dignarum nuptiarum, cum qualitas hæc æqualitatis, & dignitatis potiùs faveat matrimonio quàm adverſetur &c.* quæ disertè confirmavit *Megal. in inſtruct. Confeſſ., & Pænit. lib.* 2. *Cap.* 23. *quæſt.* 1. *n.* 52. *Hæc libertas non ità intelligenda erit, ut adverſetur Juri Divino, cui leges Canonicæ nunquàm adverſantur &c; ſed filia, quæ ſine conſenſu Patris matrimonium contraheret contrà quartum Decalogi præceptum mortalitèr peccaret, ergò libertas à Jure Canonico illi conceſſa non ità intelligenda erit, ut ſinè conſenſu Patris cum offenſione Juris Divini contrahere poſſit*.

67 Adhùc pauca de iſto Jure tàm inanitèr aſſerto, ſtat optimè quod quis habeat Ius in re, ac illius ſit verè Dominus, attamèn cum ea limitatione, ut illo uti nequeat non nunquàm, quin injuſtè agat, quia ſcilicèt uſus Tertio damnum afferret: Sic Virgo dominium habet ſui Corporis quoad uſum Conjugii, illudquè verè transfert in virum dum nubit: At non ideò licet ipſi pati ſtuprum citra injuſtitiam, quia nempè ex ſtupro Parentibus damnum emergeret, quam doctrinam latè tradit *San. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 6. *per tot.*, & ſequuntur ejus Diſcipuli; Vana eſt igitùr conſequentia filii familias Jus habent contrahendi liberè matrimonium; Itaquè etſi indignè, etſi cum alieni honoris diſpendio, & ſi cum familiæ, ac Parentum dedecore, quamvis cum Reipublicæ ſcandalo contrahant, nihil intereſt: Adhùc honeſtè, juſtè, ac licitè ſe gerent.

Quid

Quid namquè audiri poteſt magis diſſonum; Vèl abſurdum?

68 Suboritur modò dubium quænam matrimonia Jure indigna cenſeantur. De hoc latè *ex Theologis Sanchez to.2.lib.4. de matrim. diſp.26.à n.22., Fragoſ. de regim. Reipublic.Eccleſ.par.1.lib.2.diſp.4.§.2.n.290.*, ex Juris Peritis *D. Advoc. Piton. diſcept. Eccleſ. la 52.n.88. cum ſeqq., Menoceb.tom.2.lib.4. præſumpt.189. à n.85.*, aliiſquè concordantibus relatis *Card. de Luc.de dot. diſc.1. n.23., & 24., & diſc.142. n.21.*, ubi aliorum placitis inſinuatis, veram eradit regulam, ad diſcernendum in caſu particulari, au metrimonium indignum debeat æſtimari? *Conſtituenda eſt regula, ut indignus dicatur ille, cui mulier attenta progenie, divitiis moribus, aliiſque circumſtantiis abſque dedecore copulari non poteſt.* Cujus Judicium prudentię Judicis relinquendum, cum veritate docuit *Boſs.de contract. matrim. Cap. 1t. n. 167.* ibi: *Porrò ad dignoſcendum an nupſerit digno, vèl indigno, ſpectanda ſunt utriuſque Conjugis Progenies, ſeù Nobilitas, animi bona, mores, divitiæ, legitima natalia, & alia, & ſecundùm ea prudens Judex attentis moribus Civitatis judicabit.* Illa tamen indignitas à nullo in dubium revocatur, quæ oritur ex infamia, qua mulierem Inhoneſtam, ſive Concubina ſit, ſivè Meretrix, maximè laborare, communi prudentum exiſtimatione ſatis patet: Quamobrèm abſque hæſitatione concludendum illos præcipuè filios, quos non pudet hujus generis fæminas adſciſcere in Uxores damnandos eſſe injuſtitiæ, ſcandali, & impietatis.

69 Nequè hic ſiſtit malitia filiorum indigne contrahentium, ſed progreditur, uſque eo, ut ſacrilege multis modis violet Religionem; Dùm enim conſtat ex jàm firmatis ab ipſis in actu ineundi matrimonium eàm graviter peccari, ac aliàs certum ſit interfideles in ipſo contractu perfici Sacramentum, Sequitur perneceſſe, Sacrilegium admittere filios, quia ſine debita diſpoſitione juſtitiæ ad Sacramentum Vivorum accedunt, Gratię Sanctificanti obicem ponentes juxta omnem *Theologorum* Scholam: In hoc enim omnes conveniunt inquit *Perez diſput.19.de matrim. ſect.8. num.1.*

70 Rursùm & alterum Sacrilegium committi verior *Theologorum* ſententia ſuſtinet, dùm ſpeciale eſt hujus Sacramenti, quod ipſi contrahentes ſunt Miniſtri, Quatè ſimul recipiunt, & conficiunt Sacramentum, ideoquè duplicis Sacrilegii culpabiles eos agnoſcit *S.Thom.3.par.quæſt.64.art.6.*, quem ſequuntur *Vaſquez.Petrus de Ledeſma, Navarrus, Baſilius Poncius, Gaſpar Hurtadus, & ipſis citatis Card. de Lugo de Sacrament. in gener. diſp. 8. ſect. 9. n. 150., Caſtropalao par. 5. de Sponſal. diſp. 2. punct.4. n. 2. & 3.*, & latè confirmat *Perez de matrim.diſp.19.citat.ſect.8.n.3.& ſeqq.*

71 Tertiò quoquè rei ſunt Sacrilegii præfato modo contrahentes, quia Alter Alterutri cooperatur, ut ſacrilegè hoc magnum Sacramentum recipiat, & miniſtret maximè quia in ipſo contractu illicitè operantur, per ea, quæ iu ſimili tradunt de illo, qui contraheret cum Habente Votum ſimplex Caſtitatis, vèl ſi Alteri per ſponſalia matrimonium promiſerat, *Sanchez tom.2.lib.7. diſput. 11. n. 11.* alios cumulans, *Layman.Theolog. moral. lib.2. tract.3. cap.13.n.4.verſ.Nunc probatur, Navarr.manual. Confeſs.Cap.22.n.73.* Quod autèm Is, qui alterius Crimini participat cooperando eiuſdem ſpeciei Crimen admittat, eſt concluſio, quæ intèr *Theologos* procedit ſine Contradictore, et firmat *Layman.loc. cit. n.6.* ubi colligit *Concordantes.*

72 Poterit & quiſpiàm plures aliquas diſtinguere circumſtantias, per quas multiplex in ſæpedictis Conjugiis, & quidèm gravis reſultat culpa; At quas enumeravimus, ſatis urgent, ut juremeritò concludamus: Quot, & quanta in uno facinore ſunt Crimina.

D U B I U M III.

An Epiſcopi, cæterique Prælati, ad quos ſpectat, poſſint favere filiis indigna matrimonia inire contendentibus, & in ſpecie, an licitè valeant diſpenſare ſuper denunciationibus à Sac. Concil. Trid. *præſcriptis, Vèl potius poſſint, ac debeant præfata matrimonia etiàm Juris remediis, pro viribus impedire.*

73 SIſterem hic libentèr Calamum, ac aliis ſivè Doctrina inſignibus, ſivè præſtantibus auctoritate præſens dubium relinquerem examinandum. Trepidat quippè animus, ne vèl minimam ſuſpicionem incurrat, quaſi audeat Magiſtros docere, vèl Jus dicere Iis, in quibus Iura ſuum agnoſcunt præſidium, & tutelam. Verumtamèn metum Nobis excutit conſcientia noſtra; Siquidèm non aliud Nobis propoſitum, quàm ut Epiſcoporum, cæterorumque Eccleſiæ Judicum agamus Cauſam, Zelum tueamur, nèc non ab inſanorum Juvenum importunitate liberemus. Itaquè non ad Eccleſiæ Præſules noſter dirigitur Sermo: Illis coràm Silentium Nobis indicimus, avidè excepturi quæ ab ipſis coutigerit edoceri: Filios familias alloquimur, ſeù potiùs illos, qui filiornm nomine inſolentèr Judices urgent, ut Iis præſidio ſint, ne ab indignis nuptiis arceantur, ut annuant Canonicas denunciationes omitti; Ut tandèm, quidquid opus fuerit, ſuppeditent, ut impunè matrimonia per fas, vèl nefas contrahantur. Inſcii, quod maximè nefarium ſit ab Iis, à quibus Jura expectantur, injuriam pręſidium poſtulare.

74 Deciſio hujus tertii Dubii in reſolutione duorum præcedentium jàm firmata, ſatis apertè continetur. Præſtat tamèn adhùc diſtinctìm iſtud pertractare, ut quo plures detinet vulgaris error, eò magis veritas confirmetur; Ideò.

75 Pro

75 Pro certo reſpondemus, *Epiſcopos, reliquoſque Prælatos nec debere, nec poſſe hujus generis matrimonia ſua auctoritate ſuſtinere; Itèm mortalitèr ipſos peccare, ſi à denunciationibus abſtineri permittant, Denique poſſe, ac debere Juris remediis filios, quos noverint paratos ad contrahendum indignè, & cum injuria Parentum prò Viribus impedire.*

76 Singulæ reſolutionis partes forent peculiari examine pertractandæ; nè vero longius, quo par eſt ſermo protrahatur, liceat omnes unico diſcurſu compleċti, ſiquidèm ità adinvicem connectuntur, ut nequeas de altera quid proferre, quin alias attigiſſe dignoſcaris, maximè in referendis *Doctorum* placitis, dùm ferè omnes omni procul diſtinctione ſunt loquuti.

77 Hanc quoquè reſponſionem jubet in primis auctoritate confirmare, ne ſingularitatem, aut rigorem nimiùm ſectati videamur: Neque enim in hoc puncto a Communi *Theologorum, & Canoniſtarum*, qui ſerio quæſtionem examinant, ſententia Nos vèl lato ungue diſcedere compertum erit, ſi illorum teſtimonia, quæ ſummatim referimus, relegere non pigebit. Pauci quidèm ſub noſtris terminis punctum attingunt, ſed alii agentes de obligatione orta ex Sponſalibus. Alii de matrimonio, ex quo ſcandalum timetur; Alii deniquè ubi de poteſtate Epiſcopi quoad denunciationes remittendas. Nos omnium dicta majori, qua fieri poteſt brevitate colligemus.

78 Et incipientes à ſcandalo, quod à præfatis Conjugiis inſeparabile abundè in præcedenti reſolutione demonſtravimus, & utinam quæ aſſeruimus, non tàm frequens experientia comprobaret. Jàm verò ut ſcandalum vitetur, arcendos à Matrimonio Petentes illud contrahere præcipit *Text. in Cap. cum in tua de ſponſal.* ibi *Si perſona gravis, cui fides ſit adhibenda tibi denunciet &c. & de fama, vèl ſcandalo doceat &c. aut etiàm per te ipſum poſſes certificari, de plano debes &c. eos qui ſic contrahere nituntur, ſi moniti induci nequiverint, compellere, ut à tali contractu deſiſtant..* ubi *Gloſſ. ver. ſcandalo. nota quod proptèr ſcandalum impeditur matrimonium*, Clarius *Panormitan*, ibi *num. 4. Nota iſtum Textum ſingularitèr in eo quod additur de ſcandalo; ex quo potes inferre, quod ubi intèr aliquos ſcandalum timetur ex contractu matrimonii, poteſt, & debet Judex interdicere matrimonium* facit *Cap. nihil cum ſcandalo de præſcript.* ſimilia tradit ſupèr *Capit. requiſivit eod. tit.* ubi docet, quod ſi timeatur inimicitia intèr Parentes, Judex debet ceſſare à compulſione, non obſtantibus ſponſalibus etiàm juratis, quæ præceſſerint. Idem adnotavit *Præpoſit. ſupèr eod. Cap. cum in tua n. 2. nota quod Judex poteſt èx officio de ſcandalo inquirere ad finem ut impediat matrimonium*, & infrà 1 ubi *Judex videt, quod ſi duo capiunt ſe in Virum, & Uxorem, etiàm dato, quod Partes ipſæ ſint contentæ contrahere, nec alius contradictor appareat, tamèn ipſe ſcit futurum ſcandalum, ex officio poteſt* matrimonium *inhibere*. Itèm *Barboſ. in Collect. ſupèr Cap. cit. n. 6. Notatur ad hoc, quod quando ſcandalum timetur, intèr contrahentium conſanguineos ex matrimonii contractu, poteſt, & debet Judex contradicere matrimonium*, & allegat concordantes, & ſupèr *Capit. requiſivit n. ultimo* pluribus citatis animadvertit in conjugiis intèr Impares, ſempèr malum exitum rationabilitèr timeri. Imò quod experientia comprobatum ſit, quod dùm matrimonia inter inæquales contrahuntur infelices exitus ſequantur, tradit *Corrad. prax. diſpenſat. lib. 7. cap. 5. n. 49. & Rmus de Zanlis in Urbe Viceſgerens in Obſer. ad ſtat. Faventiæ tom. 1. lib. 4. Rubr. 26. n. 43.* ubi cum *Menoch. conſ. 69. n. 44. verſ. præterea cum ſeq.* ſubdit rationem, *quia imprudens Adoleſcens tractu temporis patiens damna ob injuriam factam Parentibus, & Familiæ, ac diſcordiam exindè intèr eos cauſatam, ut plurimùm odit Uxorem; nàm ille ardens concubitus ex immoderato amore proveniens odium maximum parit.*

79 Conſonant *Canoniſtæ* recentiores, qui articulum pro rei gravitate expenderè, non autèm perſunctoriè attingere curaverunt; egregiè idem *Illmus D. de Zaulis cit. Rubr. 26. n. 40.* ubi loquendo de matrimonio Filiorum cum Fæmina imparis conditionis inquit. *Parentes poſſunt, & debent illud impedire per recurſum ad Judicem Eccleſiaſticum*, & plures allegat intèr quos *Eſcobar. de nobil. & purit. part. prima quæſt. 4. §. 7. n. 94. ubi monet Judices Eccleſiaſticos, ut aſſiſtant, & indulgeant*, & proſequitur ſoluendo objecta optimè conſiderans æquè inhoneſtam cauſam, à qua ortum habent, & pernicioſos effectus, qui prædicta connubia conſequuntur; Ideoque Judex poteſt tuta conſcientia impedire hujuſmodi matrimonia etiam Virum in Carcere detrudendo, donec aliud remedium ſuppetat, docet *Pignattell. conſult. 11. n. 1. tom. 4.* quem ſequitur *Carol. Ant. de Luca ad Ventrigl. in prax. tit. de teſtib. in cauſ. matrim. annot. 3. §. 1. n. 6. verſ. Accedit, quod Judex, Sabell. in Summa §. Filiatio nu. 64. infin. & §. matrimonium n. 1. verſ. quod Pater, Raynald. ſyntax. crim. tom. 1. cap. 6. §. 4. n. 73.*

80 *Aloyſius Riccius in deciſ. Cur. Archiep. Neap. d. 14. per tot. p. 3. Venet. impreſſ.* tradit ſe in facti contingentia conſultum reſpondiſſe, quod indignum matrimonium poterat per Epiſcopum impediri, uedum ad aliquod tempus, ſed perpetuò ad vitandum ſcandalum, quod ſempèr eſt malum ibi: *Omittere matrimonium non eſt peccatum, quare ſimplicitèr poteſt prohiberi, nàm omni tempore ſcandalum eſt malum, & evitandum.*

Franciſcus Anton. Tranchedinus conſult. 33. per tot. ubi pluribus rationibus probat licitum eſſe Patri ex cauſa impedire matrimonium filio etiàm per Carcerationem, & Prælatum debere voluntati paternæ adhærere, nèc ob id

Cen-

Concilio contraveniri, nec libertatem matrimonii impediri ſed perfici, dum Pater curat, ne filius malè nubat, nàm libertas ad malum eſt potiùs imperfectio, quàm effectus libertatis.

Idemque teſtantur,& proſequuntur *Cephal.lib.3. Conſ.421. Philipp.Paſchal.de patr. poteſt. par.2. cap.5. a n.22. plures allegans, Capiblanc. de Baron.Prag.9.n.26.ubi teſtatur de continua praxi, præcit. Pignatell.tom.4. conſult.11. per tot.* ubi firmatam concluſionem optimè propugnat, quamvis non ſatis cautè nonnullos DD. alleget,clariſſimè *Donat. Anton. de Marin. lib. 2. reſol.quotid. cap.132.per tot.benè Baſil.Pont. de matrim. lib.2. cap.1. §. 2. Jo:de Chapeaville de mod.miniſtr. Sacram.;cap.6. quæſt.19.*

81 Et individualitèr de licentia denunciationes omittendi ſupponunt unanimes *Theologi, & Canoniſtæ* peccare mortalitèr Epiſcopum ſine juſta Cauſa diſpenſantem, *Card. de Laurea tom. 3. in 4. ſentent. diſp. 22. art. 15. n.383.* latè confirmans, & teſtans de communi, *Salmaticenſes tom. 2. theol. moral. tract. 9. cap.8.punc.7. n.88.* ibi .. *Epiſcopus abſque juſta Cauſa ſi omnes denunciationes omitteret, mortalitèr delinqueret, abuteretur enim poteſtate ſibi conceſſa Barboſ.in collect. ſuper Concil.Trid. ſeſs.24. de reform.matrim.cap.1.n.60. Pax.Jordan.Elucubr.vol.1. lib.3.tit.7. n.4. qui alios cumulant Doctores utriuſque Fori*. Hoc præſuppoſito jure, & ratione ab omnibus firmato, deſcendunt ad quæſtionem,an juſta cauſa diſpenſandi ſuppetat, cum timetur impedimentum à Parentibus, & reſpondent cum diſtinctione videlicèt, vèl prævidentur Parentes injuſtè contradicturi ex odio ergà filios, aut ex alio pravo fine, & in hoc caſu non improbant diſpenſationem: ſi verò ad hoc, ut filius, vèl filia indignis nuptiis Parentum honori non detrahat, vèl ne familiam deturpet. Indubitantèr affirmant nullo Jure diſpenſationem licere, quin & eam fore contrà mentem *Concilii*, & cum gravi Parentum injuria, utpotè qui jus habent ſe tuendi à filiorum offenſione, & propriæ familiæ gradum, ac decorem conſervandi, ut præcæteris docent.

82 *Joannes Segura in director. Jud. Eccleſ. par.2. cap.16. nu.8. & 9. Timor Parentum non eſt cauſa ſufficiens ad inducendum malitiæ impedimentum, etiamſi certum ſit, quod Parentes non aſſentiuntur nèc malitia, quæ dolum, & calumniam ſupponit, in Patre convenit, qui nemini facit injuriam, & Jure ſuo utitur.*

83 Fuſo Calamo articulum examinat *Gutier.lib.p. Canonic.qq. cap.20.per tot.ubi n.9. ex Domin.Soto [qui tanquàm Theologus Concilio Trident. interfuit]* adnotat Conciliarium Patrum intentum in denunciationibus conſtituendis, illud intèr cætera fuiſſe, ut Parentibus innoteſceret matrimonium à filiis contrahendum; & pergit firmitèr demonſtrando jus Parentum, ut indignis filiorum nuptiis contradicant; Ex quibus colligit *n.23.* ſic dicens: *Non igitùr ordinarius ægre ferre debet, quod matrimonium hujuſmodi intèr valdè diſpares impediri facilè poſſit, ſi tot denunciationes præceſſerint, & quod Mulier ipſa abſque remedio manebit. Quandoquidèm Jure optimo,& tuta conſcientia id impedire poſſit Pater; & huic ſe ſponte expoſuit periculo fæmina, quæ altiori nubere vult inſcio Patre Viri. Aliud ergò quærat connubium ſuo ſtatui condecens; Quod ſi honorem, & pudicitiam ſuam indiſcretè profuderit, ſibi imputet,* & concludit: *Deficiente malitioſo impedimento, & ſtante juſto, jurique conſono, poteſt, & debet formam, & ſolemnia Concilii integrè, & ſuo ordine ſervare.*

84 Brevius *Pax Jordan d. tom. 1. lib. 3. tit.7. ſub. n.51. quod ſi Pater juſtè, & rationabilitèr impedire nitatur, puta ob notabilem morum, divitiarum, nobilitatis, ac ſimilium qualitatum differentiam, tunc dicetur juſtè impedire, nèc præſtabit legitimam cauſam ad hunc effectum* videlicet pro denunciationibus omittendis.

85 Prolixè totam materiam proſequitur *Menoch. Conſ. 69. vol.1. per tot.* ubi ſingula a Nobis firmata latè comprobat, nempè quod filii in caſu gravitèr peccant contra honorem Parentibus debitum. Quod Parentes Jure valent eorum indignas nuptias impedire: Denique quod non liceat Epiſcopo denunciationes remittere.

86 Rurſum audiendi *Theologi* de utroque puncto differentes; Alii quidèm de Jure Parentum ad impediendum ſæpedicta matrimonia, ac de obligatione Epiſcopi ad ipſorum jus ſuſtinendum; Alii verò de non omittendis denuntiationibus ob vitandum impedimentum, quod creditur juſtè à Parentibus indignis filiorum nuptiis opponendum.

87 *Dicaſtillo tom.3.de matrim.diſp.4.dub.18.* propoſito articulo.. An Judex poſſit interdicere matrimonium filiis familias &c. ſic reſolvit. *Poteſt Judex Eccleſiaſticus auctoritate ſua interpoſita impedire tale matrimonium*, & infrà .. *Poterit imò debebit Prælatus impedire; maximè cum etiàm Parentes poſſunt impedire tale matrimonium, & implorare ſuperioris auxilium; Ergò ſuperior ipſe poteſt, & debet tunc ſuam auctoritatem interponere.*

88 *Bonaccin. tit. de iis quæ pertinent. ad matrim. q.4. punct.17. nu. 26.* affirmat ſe in caſu practico ita conſuluiſſe: Et ſubdit motiva ſui Conſilii concludens: *Parentes poſſunt impedire matrimonium, & licitè poſſunt implorare ſuperioris auxilium; Ergò Prælatus poteſt, ac debet ſuam interponere auctoritatem.*

89 *Adam Opatovius de Sacram. trac.de matrim. diſp.2. q.18. n.158. Proindè nec Eccleſia, nèc illius Parochi debent concedere facultatem filiabus nubendi contrà voluntatem Parentum, præſertìm cum tale connubium vergat in illorum dedecus.*

90 In terminis amplioribus *Thom. del bene de immun.p.1.Cap.8.dub.19.ſect.9.n.43.& ſeqq.* ibi .. *Si ex matrimonio, quod filius, vel filia contrahere cogitat ob diſparitatem ſponſorum, vèl quid ſimile, familiæ dedecus, diſcordiæ, &*

Digitized by Google

ſcandala timeantur, *ideoquè tale matrimonium ſine peccato contrahi non poſſit*, *Parentes illud impedire poſſunt*, *ac debent implorata Judicis auctoritate*; *Ad cujus officium pertinebit cavere*, *ne contrahantur ſimilia matrimonia ex quibus ſcandala*, *& infelices exitus ſequi conſueverunt*.

91 *Boſſius de contract. matrim. cap. 11. n. 89. certum videtur in omnibus Caſibus in quibus filii peccant mortalitèr Parentibus invitis contrahendo aliquod matrimonium*; *Prælatum peccaturum gravitèr*, *ſi filiis faveret*, *vèl opponendo ſe Parentibus volentibus impedire*, *vèl diſpenſando in denunciationibus*, *ut faciliùs filii abſque Parentum impedimento contrahere poſſent*.

92 Solidiſſimè totam hanc rem examinat *Ferdinand. Rebell. de oblig. juſt. p. 2. lib. 2. qu. 14. ſect. 1. per tot.* ubi plura adducit pro declaranda injuria Parentibus per hujuſmodi conjugium inferenda; Ex quibus Theologicè infert quanta ſit obligatio Prælati ad illud inhibendum. Intèr cætera *n. 9.* air.. *Prælati non debent conjungere eos*, *quos conſtat in contrahendo injuriam aliis facere*, *atque adeò ſine peccato matrimonium inire non poſſe*, & infrà.. *Si Prælati ejuſmodi nuptias Parentibus injurioſas concilient*, *cooperabuntur peccato contrahentium*, & tandèm concludit §. at dices. *Itaquè non debet ab Eccleſia*, *bonorum morum*, *& probitatis magiſtra*, *concedi facultas ad contrahendum cum piccato*; *Sed potiùs diſſuadere debent talia connubia*; *Ad idque tenetur Prælatus non ſolùm ex præcepto correctionis fraternæ*, *ſed etiàm ex proprio Paſtorali officio*.

93 Et quod ſpectat ad diſpenſandum ſupèr denunciationibus, *Henriquez in ſumm. lib. 11. cap. 6. col. 4. Litt. H. Voluntas contrahendi inſciis Parentibus non eſt idonea cauſa*, *ut ordinarius diſpenſet*, *ne fiant denunciationes*.

94 *Cardinalis de Lauræa tom. 3. in 4. ſent. diſp. 22. art. 16. n. 407.* affirmat poſſe juſtè diſpenſari, ſi timeatur injuſtum impedimentum à Parentibus, & ſubdit.. *Secùs autèm ſi ex juſto motivo id faciant*, *ſcilicèt quia indignè contrahitur*, *vèl malum potius*, *quàm bonum ex matrimonio naſcetur &c.* quod *n. 409.* confirmat: *Quià prudens judicium non dictat*, *ut quis impediatur*, *ne ſua familia utilitati ſalubritèr conſulat*:

95 Hujus propterea obligationis docti, ac Religioſi Epiſcopi ſibi conſcii illud in primis in ſuis *Synodalibus Conſtitutionibus* circà Matrimonii Sacramentum Parochis præceperunt, ut eſſent valdè ſolliciti de inveſtigando, utrùm mattimonio Patenres conſentirent, ac plerumque ſalutare ſtatutum addidere, nè ullo modo matrimoniis filiorum aſſiſtere, uevè denunciationes inchoare præſumerent, niſi conſtito de conſenſu Parentum, qui ſi deficeret, ab omni actu ceſſarent, torumque deferrent ad Epiſcopum qui cauſis renitentiæ perquiſitis, de illarum ſubſiſtentia judicaret; Pauca ex pluribus, quæ occurrerent in medium proferamus.

96 Incipiam ab antiquioribus: *Intèr Conſtitutiones Eccleſiæ Veronenſis* per Epiſcopum *Joannem Matthæum Gibertum* tunc fungentem munere Legati Apoſtolici per totam Diœceſim æditas *ſub anno 1542. tit. 7. cap. 1.* ſic habetur: *monemus*, *nè deincèps quiſque præſumat matrimonium contrahere*, *niſi cum præſentia Sacerdotis proprii*, *& Patris*, *ac Matris*, *ſi habuerint*.

97 Synodus Monopolitana ſub Epiſcopo *Antonio Portio* non longè à *Concilio Tridentino* congregata anno 1585. *cap. 17.* quod eſt de *Sacramento matrimonii*, ſic habet, *Licèt matrimonia à filiis familias ſinè conſenſu Parentum contracta*, *ſi Canonicum aliud non obſiſtat*, *valida reputentur*, *ac firma*; *Quià tamèn Sancta Dei Eccleſia ex juſtiſſimis cauſis ſemper illa deteſtata eſt*, *atquè prohibuit*; *Parochi eorum priùs voluntatem explorent*, *ſivè Parentum*, *ſivè aliorum*, *ad quos futuri Sponſi*, *vel Sponſæ tutela*, *vèl cura dignoſcitur pertinere*; *qui ſi non conſenſerint*, *paternè Sponſos admoneant*, *nè ſuis invitis aliquid deliberare velint*, *ſed Parentibus obediant*, nèc permittit, illos ultra progredi, ut legi poteſt.

98 *In Synodo Auximana ſub Cardinali Antonio Maria Galli* ann. 1593. *ſub tit. de matrim. cap. 19.* sic decernitur: *mandamus*, *ut nullus Parochus*, *eos*, *quos ſciverit invitis Parentibus matrimonium velle contrahere*, *matrimonio conjungat*, *ſed ea de re nos reddat certiores*, *ut quid ſit agendum*, *maturè poſſimus deliberare*.

99 Gabriel Paleottus, qui ut Jurium Doctor pro Sacro *Concilio Tridentino Synodo* interfuit, poſtea Sac. Rom. Eccleſiæ Card. & Bononienſis Archiepiſcopus renunciatus, *ſtatuta* edidit vernacula lingua prò dirigendis matrimoniorum negociis, intèr quæ illud legitur.. *Occorrendo*, *che qualche figliolo di famiglia*, *voglia congiongerſi in matrimonio*, *contradicendo*, *& opponendoſi il Padre*, *non ſarà ammeſſo dal Curato ſenza participazione dell' Arciveſcovo*.

100 *Panormitana Synodus* de anno 1586. ſub Archiepiſcopo *Cæſare Marullo part. 2. c. 8.* sic ſtatuit. *Parochi officium ſit*, *filios matrimonio adnectendos abſque Parentum conſenſu*, *veniaque petita*, *nè illud ineant*, *monere*, *nè paternæ obedientiæ*, *reverentiæque officio non ſatisfiat*.

101 *Synodus Catanenſis* habita de anno 1623. ſub Epiſcopo *Joanne de Oſorio par. 2. n. 97. Parochus filios familias moneat*, *ne inſciis Parentibus*, *aut etiàm invitis denunciationes haberi*, *aùt matrimonio jungi velint*; *non propterea*, *quod ad Sacramenti matrimonii firmitatem*, *neceſſario requiratur Parentum conſenſio*, *ſed ut Paternæ obedientiæ*, *reverentiæque id tribuatur*.

102 *Carolus Roſſetti* Sac. Rom. Eccleſ. Card. in Synodo Faveutina, quàm habuit de anno 1647. *tit. 10. Cap. 10. ſtatuit*: *Ut Parochi non ſolum ſponſorum conſenſus*, *ſed etiàm eorum* Pa-

Digitized by Google

Parentum ſi filii familias fuerint, diligentèr inquirant, quod ſi difficultates comperient, nobis inconſultis ad denunciationes non progrediantur.

103 *In Synodo Montis Regalis* de anno 1652. ſub *Cardinali Franciſco Peretto ſeſs.2.cap.8.* ſic legitur: *Si contrahentes Filiifamilias fuerint, Parochi ab ipſis quærant, utrum conſciis, & permittentibus, an inſciis, & invitis Parentibus jungi matrimonio velint; ac ſi de illorum voluntate non conſtet, interrogentur de Cauſa, eaque cognita, graviter ipſos moneant, nè Parentum, aut negligere, aut parvifacere auctoritatem velint.*

104 Inter Conſtitutiones Synodi Mazzarienſis indictæ à *Cardinali Joanne Dominico Spinula* anno 1641. *lib.2. cap.10.* hæc habentur: *Curatus, ſi matrimonium contracturi ſint Filiifamilias, eos valdè cohortetur, nè illud renitentibus Parentibus ineant, ſed paternæ obedientiæ officio ſatisfaciant.*

105 Aliarum quoque *Synodorum* ejuſdem tenoris decreta refert *Ginettus tom.5.Theolog. moral.pag.210.& ſeqq.* quibus adde Synodum *Placentinam* ſub Epiſcopo Philippo Sega anno 1589. *Cæſenaten.* ſub Epiſcopo Petro Bonaventura anno 1638. *Veliternen.* ſub Cardinali Franciſco Barbarino Decano anno 1673. *Albanen.* ſub Card. Flavio Chiſio anno 1689.

106 Nec difficile erit aſſequi unde emergat, & quot titulis conſolidetur in Eccleſiæ Paſtoribus debitum indiſpenſabile non ſolùm nè foveant damnabilem iſtam filiorum impietatem, verùm etiam, ut totis viribus, ac quibuſvis Juris remediis, curent illos in officio continere: Attingam præcipua Capita, ex quibus laudati *Theologi*, & *Canoniſtæ* hanc obligationem concludenter evincunt; Nec pudet ipſorum ferè verbis argumenta proponere; Quippè qui nil magis optem, quàm quòd nemo credat, tem tanti momenti Nos proſequi, novitatis amore, verùm ſolummodò priſtinæ Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ſtudio, ac zelo vitandi tot crimina, quæ ſub inani tuendæ libertatis prætextu impunè graſſari meritò pii, ac Religioſi omnes vident, & non impediri conqueruntur.

107 Primò igitur conſurgit hæc obligatio ex ipſo officio Judicis, quod Eccleſiæ Præſules exercent, quoque jus ſuum unicuique illæſum ſervari ſatagere tenentur; multò magis cavere debent, nè ſua auctoritate lædant, neve lædere attentantibus favorem præſtent; At certum eſt, Parentibus injuriam à filiis indignè contrahentibus irrogari, ut ex *Jure Divino, Canonico, Civili, etiam naturali* manifeſtè demonſtravimus; Ut fatentur Theologi omnes, ac utriuſque Juris celebriores Interpretes. Ut etiam illi qui in aliis Matrimoniis non indignis, maximè filiorum libertati, & ultra honeſtatis fines indulgent, non diffitentur; Itaque Judex, qui talia conjugia, vel favore proſequitur, vel indulgentia fovet, vel non impedit, ſuo deficit muneri in re tàm gravi, & à læthali culpa nullimodè valet excuſari; Hoc argumento utuntur *Dicaſtill. loc. cit. Bonaccin. loc. cit. n.26.* & alii, optimè *Rebell. loc.cit.n.9.verſ.Probatur primò*, ubi ſubtiliter arguit, quòd ſi Prælato liceret talia conciliare conjugia; *Dabitur bellum juſtum ex utraque parte inter Prælatos talia conjugia conciliantes, & Parentes ad eadem diſſolvenda contendentes, habent enim Patres jus impediendi nuptias filiorum ob juſtam Cauſam*; Quod plures affirmant, uſque adeò verum eſſe, ut in dubio de Juſtitia Cauſæ, præſumptio ſtet pro Parentibus, ita *Molpheſ. in ſumm. tract.4. cap.7.* licèt aliàs nimiam erga filios præſeferat Indulgentiam, tandem cedit veritati *nu.24.* concludens his verbis: *Quamvis in dubio præſumendum eſt pro Parentibus, & nunquam debent filii ſine Parentum conſilio, & conſenſu Matrimonium inire.*

108 Secundo loco urget evidens abſurdum, quòd Eccleſiæ Præſules, quibus incumbit, morum honeſtatem promovere, ac ſuarum ovium peccata coercere, pro viribus, cum ingenti ſcandalo tot filiorum criminibus cooperarentur; Hoc utique argumentum liceat aliorum verbis proponere; *Ita Gutierez Canon. quæſt.lib.1.cap.20.nu.23.antè med.* ibi: *Quinimò in hac ſpecie, ſi aliud faceret (Epiſcopus) dùm Matrimonio inter valdè Impares favere vellet ſibi forſan, ne ſuæ conſcientiæ detrimentum afferret tanquàm Cooperator, atque Exequutor peccati filii.* Addit *Rebell.loc.cit.num.9.Si Prælati ejuſmodi nuptias Parentibus injurioſas concilient, cooperabuntur peccato contrahentium, & in ferenda Parentibus injuria ſocii erunt.*

109 Nec ſatis erit ad vitandum ſcandalum ſuumque munus adimplendum, non cooperari; Id fortaſſe excuſaret quemquam privatum hominem non Judicem, non Paſtorem; De eo enim verificatur, quòd dùm *poteſt prohibere* offenſam, *& non prohibet, ſi eſt ſuperior, & Judex videtur conſentire, Feliu.in cap. Quantæ de ſent.excom.nu.2.*, & ibi: *Innoc. Ancaran. Joan.Andr.*, & alii, quos allegat *Card. Tuſcus to.6.lit.P. Concluſ.894.* præcipuè *num.7.* ibi: *Et quod præcisè Prælatus teneatur prohibere mala, cum poſſit, alias teneatur eſt Textus in Cap. Præterea 23.quæſt.8.& in Can.Error.diſtinct.83.* Tenetur igitur Epiſcopus Matrimonia cum peccato, & Parentum injuria celebranda pro Viribus impedire, vel ob iſtud motivum, *quia filius peccat ineundo Matrimonium in tali eventu*: Prælati autem *debent peccata impedire, tùm etiam quia ipſi incumbit ſaluti Subditorum incumbere, rixas tollere, & ſcandala impedire; Sic diſcurrit Bonaccin.quæſt.4.cit.punct.17. num.26. verſ.Si ſumptis.*

110 Tertiò efficaciſſimè evincitur quomodò Prælatus graviſſimè peccet, ſive favorem præſtet, ſive non prohibeat hujus generis connubia, ex ſanctitate Matrimonii inter Fideles, quòd eſſe unum de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis fide docemur. Quod autem Epiſcopalis muneris ſit vetare, ne ad Sacramenta ſuſcipienda indignè accedatur, nevè indignè miniſtrentur, quòdque horrendum ſit, favorem præ-

præbere, indignè accedere, & miniſtrare contendentibus, veritas eſt luce meridianâ clarior, ſicuti igitur inter primas Epiſcopi ſollicitudines illa adnumeratur, nè permittat Sanctum dari canibus, & Margharitæ projiciantur antè porcos, ut arceantur ab Altari, qui notoriè in peccato verſantur. Multò magis, qui in ipſo actu ſumendi, vel miniſtrandi ſacrilegè, & irreverenter ſe gererent; Ità etiam cavere debent, nè Matrimonium contrahant ii, quos conſtat non aliter contrahere, quàm ſacrilegè profanando Myſterium, quod perficiunt, quatenùs in ipſo actu contrahendi Parentibus, & familiæ dedecus, & ignominiam ingerunt; Neque enim quoad hoc differentia ulla dignoſci valet inter matrimonium, & alia Sacramenta ſaltem reſpectu contrahentium, qui nullo potiuntur Jure ad Matrimonium ſacrilegè ineundum, magis quàm ad Sanctiſſimam Euchariſtiam ſacrilegè ſuſcipiendam, quapropter ſicuti arcendi ſunt ab Altari, ſi peccatum eorum ſit publicum; Ita poſſunt prohiberi à Matrimonio propter eamdem Cauſam, quæ in Matrimoniis indignis ſemper urget, nàm diſparitas contrahentium, ac Parentum juſta repugnantia ſemper notæ ſunt, ac ideò filiorum peccatum nunquàm cenſeri debet occultum.

111 Nec obſtat ſententia illorum, qui putant, Parochū non æquè peccare aſſiſtendo Matrimonio, dum contrahitur ab iis, quos novit peccato detineri, ſicuti dùm miniſtrat Euchariſtiam indignè petenti, quippè qui in Matrimonio Parochus non eſt Miniſter; Nàm contrarium eſt veriùs, ut ſolidè concludit *Arriaga tom.7.tract.de Sac. in gener.diſput.21. ſect.6. nn.36. & ſeqq.* Præcipuè attenta diſpoſitione *Tridentini*, ex qua per Parochi præſentiam redditur validum Matrimonium, ac proindè inevitabile eſt affirmare, quod Parochus aſſiſtens moraliter præſtat operam ad Sacramenti confectionem; Ac ideò *Suarez* agnoſcit in Parocho nedùm parem, ſed majorem obligationem quoad Matrimonium, quàm quoad cętera Sacramenta itaut ſpecialem in iſto diligentiam adhibere teneatur, ut depræhendat, an contrahentes cum debita diſpoſitione accedant, ſic docet *in tertiam partem* S. THOMÆ *ſuper q.65.art.4.diſput.18.ſect.2.circà med.verſ. Dixi in Concluſ.* Et poſt ipſum *Dicaſtill. de Sacram.in gen.diſput.3.dub.12.n.271.*ibi: *Undè in aſſiſtendo contractui Matrimonii, (in quo quamvis non ſit Miniſter Sacramenti Parochus, in multis aſſimilatur miniſtro, & non debet aſſiſtere indignè Petenti) præmittendæ ſunt inquiſitiones de moribus de vita &c.* & in ſpecie, quòd Parochus antè omnia inquirere debeat de conſenſu Parentum, monent *Barboſ. de Paroch. par.2.cap.21.num.1.& P.Segneri in Parocho inſtructo cap.23.§.2.* Luculenter, & ſolidè punctum examinat Serrarius *to.2.opuſc. de Cathol. matrim.cum Hæretic.* ubi *cap.3.* ex profeſſo demonſtrat, quomodò peccent Parochi aſſiſtendo Matrimonio eorum, qui in ſtatu peccati, & actu peccando contrahunt, & *cap.4.* latè probat obligationem Epiſcopi ad impediendum, dùm poteſt; ibi inter cætera argumentum deducit ex *Tridentino*, quòd *ſeſs.24.c.10.* mandat Epiſcopis curare nuptias, ut ea, qua decet, modeſtia, & honeſtate fiant, cujus rationem ſubdit. *Sancta enim res matrimonium, & ſanctè tractandum.* Itaque ſi honeſtatis, & modeſtiæ cura incumbit Epiſcopo: Quo jure negligere valet, quæ ſpectant ad Religionem ſervandam, & ſacrilegia removenda? Ideò concludendum cum *Card.Laurea t.3.in 4.ſenten. diſput.22.art.22.n.549. In mortali contrahitur, & ſic* DEUS *offenditur, ruina ſpiritualis proximi inducitur, fidelitas in miniſtrando non obſervatur, ſanctum canibus datur, ideſt Peccatoribus, & Sacramentum matrimonii ſua efficacia privatur*; Ad hæc auxilium præſtare, vel ea non impedire utrum læthalem culpam inducat; Aliis relinquimus judicandum.

112 Maximè in caſu, de quo agitur, in quo nulla ſuppetit gravis Cauſa, Parochum, ut aſſiſtat, Epiſcopum, ut faveat, quin nec ipſum contrahentem impellens, ut ineat Matrimonium, niſi ut ſuam effrænatam libidinem expleat: Imò tot vigent motiva ab indignis nuptiis retrahentia, quòd poſſit abſque hæſitatione firmari Cauſam filiorum geri ſi arceantur à conjugio, cujus quàm citò continget ipſos inutiliter pœnitere; Etenim, cùm ut plurimùm hujuſmodi Matrimonia contrahantur ab iis, qui ob amorem, libidinem, blanditiis, vel maleficiis non ſunt in recto ſenſu, dùm faciunt id, quod alii ſanæ mentis non gererent, proindè cum tali prohibitione, & diligentia poteſt quis induci ad contrahendum Matrimonium dignum, & æquale in recto ſenſu, & juſto judicio, abſque eo, quod dicatur geſtum contra libertatem Matrimonii, ut cum *Capiblanc.de Baron.lib.2.ſuper pragmat.9.n.10.* animadvertit *Reverendiſſimus de* ZAULIS *ad Stat.Faventiæ lib.4.Rub.26.n.42.*

113 Quarto denique clariſſimè apparet culpa Prælati, ſi ſuper denunciationibus, diſpenſet, nàm ejus facultas ut ſupra etiam tangebamus, non eſt illimitata, ſed continere ſe debet intra fines *à Sacro Concilio Tridentino* præſcriptos, quos ſi prætergrediatur, læthaliter peccat, ut ex communi calculo *Theologorum, & Canoniſtarum* jam præmiſimus; Concilium verò in noſtro caſu nullam Epiſcopo poteſtatem facit, quinimò in reprobandis clandeſtinis conjugiis, ac denunciationibus præviis ſtatuendis, hunc inter cæteros, finem intendit, ut vitarentur ſcandala, & diſcordiæ inter Conſanguineos, quæ frequentiùs ſubſequuntur Matrimonia inſciis Parentibus celebrata; Quod ex *Dominico Soto* non obſcurè deducitur *in 4.ſen.diſtin.28.q.1.art.1.column.3.* & ex aliorum *Doctorum* ſententia adnotavit *Vidal. in Arc.vital. tit.de matrim.inquiſit.3.n.13.* Quapropter utcumque res ſe habeat de aliis Cauſis de quibus non levis eſt diſſenſio maximè inter *Theologos*; Hanc profectò nullus approbat, ut ſcilicet Matrimonium Parentibus injurioſum, atque ſcandalorum fons, & origo clan-

cu-

culum celebretur: Neque dubito, quin Prælato indulgenti, ut denunciationes ad hunc finem omitterentur apprimè conveniret, quód generatim de diſpenſationibus in Eccleſiæ legibus abſque rationabili Cauſa ex S. BERNARDO ſcripſit S. ANTONIN. *par.1.tit.17. Capit. unic.§.20.verſ. Undè deffinitur. Non ſunt diſpenſatores, ſed diſſipatores, & peccabunt ipſi diſpenſantes cum diſpenſatis, ſi eis utuntur:* Quamobrem pro caſu noſtro concludendum cum *Gutierez lib.1. Canonic.qq.cap.20.nu.25. adverſus mentem Concilii fieret, ſi remitterentur denunciationes, cùm Concilium ob hanc rationem, ut Patri innoteſceret, voluit denunciationes fieri debere; Ergò ordinarius concedendo prædictam licentiam fortè excederet fines ſuæ poteſtatis;* Cui dicto conſentiunt *Doctores* omnes pro noſtra reſolutione ſub initio laudati.

114 Reliquum eſſet, ut quæ opponuntur, ſolveremus, argumenta, dilueremus difficultates, *Textus* explicaremus. At quænam objecta difficultatem faciunt? Qui *Textus*, vel ſpecie tenus noſtris reſolutionibus adverſantur? Fateor non nihil me trepidaſſe, dùm vulgò audirem affari Matrimonia quævis à quibuſvis licitè contrahi poſſe: Dùmque naturalis ratio, pietas, *Theologorum* auctoritas, ac Eccleſiæ diſciplina in adverſam abire ſententiam adigebant, adhùc hæſitebam dubius ne mihi inaudita (quo nihil facilius accidere poſſe ſentiebam) lateret difficultas. Fefellit me tamen ſpes dicam an timor? Dùm quorquot licuit *Auctores* conſulens, tractatus percurrens, illud primò, illud poſtremò, illud unicè, viderim centies replicari, nempè libertatem in Matrimoniis indignis cum Parentum, & Familiæ dedecore, cum ſcandalo, cum diſcordia inter Conſanguineos, contrahendis. De his Conjugiis loquimur, de his *Textum* expetimus, deſideramus argumentum, quo, vel apparenter valeant cohoneſtari: Hæc prohibendo, hæc impediendo, non violatur libertas, ſed ſervatur, ſic loquuntur *Theologi ſic Juris Interpretes*, quos in duabus præteritis reſolutionibus ſuper puncto libertatis allegavimus: Sic quàm plures alii, quorum nonnullos ſubdere non recuſamus.

115 *Bonacina tit.de iis, quæ pert.ad matrim. q.4.punct.17.n.26.verſ.Neque obſtat ſecundò,*ibi: *Neque obſtat impediri libertatem matrimonii; Tùm quia libertas matrimonii non debet familiæ, aut proximo nocere; Tùm quia non dicitur libertas alicujus impediri; niſi impediatur ad id, ad quod habet Jus ad nuptias injurioſas Patri &c.*

116 *Gabriel à* S. VINCENTIO *de Sacram. Matrim.diſp.3.q.6.n.48. Ad matrimonii libertatem non ſpectat, quòd cum peccato fiat, & cum maxima Parentum injuria, ſed matrimonii libertas tunc maximè eſt quando ſine peccato eſt, ut patet de libertate creata, non enim poſſe peccare ad hominis pertinet libertatem, ſed ad defectum illius.*

117 *Rebellius de obl.juſt.p.2.lib.2.q.14.ſect.1. ſub n.9. At dices eſſe contra libertatem matrimonii. Negandum eſt aſſumptum, nec enim minuitur libertas nubendi ſed potiùs regulatur, & perficitur &c. eſſe enim liberum ad malum faciendum potiùs eſt imperfectio libertatis, quàm conditio neceſſaria.*

118 *Joannes Martinon.to.2.de Sacram. diſput.71.ſect.9.n.118. Ita contrahere non eſt uti, ſed potiùs abuti ſua libertate; Debetque libertas contrahendi eſſe juſta, & rationabilis.*

119 *Barboſ.ſuper c.17.requiſivit.17.de Sponſal. n.4.* Hanc firmat regulam *ſi coactio fiat, auget potiùs libertatem, quam minuit: Dummodò ad id impellat, quòd ſub peccato mortali quis facere tenetur:* Quòd verificari in caſu noſtro, ex iis, quæ ſupra firmavimus, quiſque facilè colliget.

120 *Anton. à Spirit.Sanct.in direct.tract.11. diſput.5.ſect.7.n.267.verſ.Undè. Nec hæc reſtrictio eſt etiam indirectè contra libertatem, quæ deſideratur in matrimonia. Nam libertas, quæ in matrimonio deſideratur eſt libertas honeſta & rationabilis, hoc eſt quæ ſecundùm rationem, & debitum honeſtatis ſit.*

121 Et aliis aliorum reſponſionibus prætermiſſis illam omittere non licet. Quod ſcilicet hic non agitur de prohibendo filiis ſimpliciter Matrimonio, ſive de ipſis cogendis ad ducendam hanc, vel illam mulierem arbitrio Parentum, vel Prælati. De hac reſtrictione libertatis, utrum quandoque licita ſit, vel ob commune bonum, vel ob urgentiſſimam Cauſam ſuccurrendi indigentiæ Patris, noſtra non intereſt rem decidere, loquimur dumtaxàt de impediendo conjugio cum muliere, vel Viro indigno ob vitandam infamiam, diſſidia, ac cætera, quæ in dies oriri mala, etiam inter conjuges ex his connubiis deſpiciuntur: Facta in cæteris libera facultate filiis quamlibet ducendi fœminam ipſis benè viſam: In hac ſanè juſta tàm tàm honeſta, tàm ipſiſmet filiis proficua limitatione non valemus capere quænam violentia ſubſit, quodve libertatis, vel minimum præjudicium: Hoc optimè animadvertit *Menoch. lib.4. præſumpt.189. n.82. & ſeqq.* ibi: *Non enim matrimonium impeditur, quia ſi uni nubere non poteſt, alteri poteſt*, & infra, *nu.84. Non impedit matrimonii libertatem, quia, etſi nubere prohibetur indigno, poteſt tamen nubere digno*, & aliis allegatis tenuit *Gratian.diſcept.for. co.1. cap.5.nu.10. Nàm libertas matrimonii licet non poſſit impediri in totum, poteſt tamen modificari ratione perſonarum* conſentit *Card.de Luca t.14.adnot. ad Concil.Trid.diſc.26.num.37.& 38.* & idem *Gratian. cap.213.num.25.* poſt *Felin.in cap.1.de Sponſal. num.20. Quamvis prohibeantur, nuptiæ cum aliquo; dummodò alteri poſſit nubere, ex hoc non impeditur libertas matrimonii.*

122 Neque enim ad libertatem pro matrimonio requiſitam neceſſaria eſt effrænata quædam licentia, per quam liceat contemnere honeſtatem, charitatem, pietatem, etiam juſtitiam. Modum, ac menſuram in Matrimoniis cernimus diffinitam in ſacris Literis; In Eccleſiæ Canonibus, in Summorum Pontificum Decretis: Quin ex ipſis violatam libertatem liceat ſuſpicari.

123 Re-

Digitized by Google

123 Replicant nihilominùs: *Concilium Tridentinum* videtur quid plùs tribuere huic libertati: Ad eam tuendam Anathemate ferit eos, qui ad Matrimonia cogunt directè, ſivè indirectè; Sint Domini temporales, ſint Magiſtratus, ſive alteriùs dignitatis, aut gradus exiſtant: *Ità ſeſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 9.* Ubi illam firmat regulam: *Maximè nefarium eſſe matrimonii libertatem violare.* Igitur nemini licebit filium contrahere volentem quovis titulo à Matrimonio coercere.

124 Verùm tamen hæc objectio ſtatim evaneſcit, ſi locus *Concilii* percurratur, nec aliam meretur reſponſionem, ſiquidem ibi ſermò eſt ſolummodò de ſæculi poteſtatibus, quæ ad certum Matrimonium Viros, vel Mulieres maximè divites, & ſpem magnæ hæreditatis habentes minis, ac pœnis adigunt, & compellunt: Hoc prohibet, hoc ſub Anathemate *Concilium* vetat; quia proculdubio libertatem violat, nec alia Cauſa fieret, niſi ex terreno affectu, & cœca divitiarum cupidine: Cæterùm *Concilium* nihil de Parentibus, nihil de Eccleſiaſtica poteſtate, nihil de iis, qui non cogunt ad certum conjugium, ſed ab uno dumtaxat prohibent. Nihilque denique de impedimento ex juſta Cauſa oppoſito ibi ſtatuere communis fert *Doctorum* ſententia, de qua *Gutierez lib. 1. Canonic. quæſt. cap. 20. nu. 32. Boſſ. de contract. matrim. cap. 11. §. 3. ubi nu. 30. addit. ex Zypæo de Sponſal. nu. 6. in fin. excommunicationem Tridentini non incurrere Judices, qui ad inſtantiam Parentum includunt alicubi filios, ut cum ratione Cauſam examinent &c. & alii congeſti per Barboſ. in Collect. Concil. Trid. de reform. matrim. cap. 9. cit.* quibus adde *Bonacc. de iis, quæ pertin. ad matrim. q. 4. punct. 17. ſub n. 26.* ibi: *Neque obſtat decretum Tridentini, ubi videtur injunxiſſe excommunicationem cogentibus, & prohibentibus matrimonium. Ratio eſt, quia Concilium loquitur de cogentibus ad matrimonium, non verò de prohibentibus, ut multi Doctores teſtantur. Tùm quia etiamſi admitteremus, Concilium loqui de impedientibus, intelligendum eſſet de impedientibus, abſque juſta Cauſa, ut benè tradit Coninck de matrim. diſp. 28. dub. 5. nu. 48. Rebell. par. 2. lib. 2. q. 14. nu. 9. Menoch. to. 1. conſ. 69. nu. 63. In hoc caſu matrimonium ex juſta Cauſa impeditur.*

125 Tandem ne vel leviſſimam aliquam difficultatem ſilentio prætetire videamur, occurrendum eſt, quorumdam præcipuè *Canoniſtarum* auctoritati, qui ut vitarent anguſtias Jure Cæſareo in Matrimoniis contrahendis definitas, in oppoſitam ex diametro ſententiam deſcendiſſe reputantur quatenùs *Jure Canonico* omnes civiles illæ leges fuerint abrogatæ, atque adeò circa nuptias, nihil non liceat filiis etiam Parentibus invitis; Enim verò non eſt valdè difficile illorum dicta cum communi *Theologorum*, ac *Perilluſtrium Canoniſtarum*, ſententia concordare, ſi videlicèt affirmemus illos non ſatis diſtinguere inter licitum, & validum, ut moris eſt *Doctorum*, qui pro Foro Fori commentaria exaraverunt; Nec aliud voluiſſe, niſi, quòd filiorum conjugia quantumvis indigna, & Parentibus inſciis, vel contradicentibus copulata, firma, ac rata habenda forent, nec humano arbitrio venirent diſſolvenda, quòd veriſſimum eſſe refragari nemo poteſt: Sic Antiquorum dicta conciliari facile poſſe authumat *Card. Paleott. in tract. de ſpur. & not. cap. 8. nu. 14.* ibi: *Id tamen non reticebo poſſe, & mediam quamdam in hac re opinionem adſtrui, quæ cæteris æquior, & probabilior videatur nempè, ut dicamus Jure etiam Pontificio conſenſum Patris ex præcepto requiri; Si tamen adhibitus non ſit, non ideò dirimendum; Quia & aliàs multa legibus prohibentur ne fiant, quæ tamen facta ſolent ſuſtineri.*

116 Hæc ſanè de Conjugiis Filiorumfamilias dumtaxat proſecuti ſumus, ac ne videamur aliorum indignas nuptias ſilentio comprobare, ſubdere fas eſt, quod idem omninò ſentiendum erit de quolibet matrimonio cum detrimento familiæ, ac Conſanguineorum dedecore contrahendo; Sive parentes, ſive fratres, vel ſimili proximo Conſanguinitatis gradu conjuncti, ſi uxorem ducant infamem, longè imparem, unico verbo, quæ decus ſanguinis notabiliter denigret, mortaliter peccant, nec unicum, ſed totidem admittunt crimina, quot demonſtravimus filios indignè contrahentes inexcuſabiliter detineri, injuſtè lædunt famam, honorem proximi: Illicitè odiis, diſcordiis cæteriſque peccatis viam aperiunt; Virtutem pietatis, qua non ſolùm filii erga Parentes, verum & Parentes ad filios, ac omnes Conſanguinei ad mutuò ſe colendos obligantur turpiter violant; Rem ita ſe habere perſpicuum fiet diſcurrendo per ſingula momenta rationum, quibus propoſitas reſolutiones ſatis credimus ſtabilitas; Adeòque nomine Parentum in hac materia veniunt etiam in ſubſidium proximiores, qui locum parentum tenent, & ſub quorum cura, & cuſtodia exiſtunt, *Ad Text. in l. unic. §. Oportet C. de rapt. Virg. l. In coniunctione 20. C. de nupt. Cap. Videtur, qui matrim. accuſar. poſſ.* & ex *Pontio*, & aliis notant, *Boſſ. de contract. matrim. cap. 11. §. 8. n. 88. Panimoll. decr. 45. nu. 18.* & paſſim *Auctores* ſupra relati.

DUBIUM IV.

Utrum permittendum ſit Filiisfamilias inire Matrimonia cum Perſona indigna, dùm præceſſerunt cum iſta Sponſalia juramento firmata.

127. INfandum ſcelus tot nominibus execrabile, pejori facinore tueri contendunt effrænes juvenes, eorumque callidi Defenſores, ut jura, quibus indigna Matrimonia,

nia prohibentur, eludant, Jure jurando ſe obſtringunt illas ducere in Uxores, quibus uti cæperint Concubinis. Hę videlicèt ab iniquis Genitricibus edoctæ, omnis generis lenocinio Adoleſcentes alliciunt, ut perdite exoptent, enixè petant, quod ſub ſpecie pudoris, ſe nunquàm conceſſuras reſtantur, niſi jurata fide futuri Conjugii. Itàque *Dei* nomine invocato ſe coinquinant ſtupro; Exindè ſpecioſo prætextu ſervandæ fidei, adimplendi Juramenti, ac compenſandæ Injuriæ honeſtæ Virgini illatæ, Eccleſiæ præſidium incredibili expoſtulant audacia, jactitant non ſuam cauſam agi, ſed *Sacrorum Canonum*, quibus ſtatuitur, jubetur, Jusjurandum inviolabilitèr ſervari, reſarciri damnum illatum, ac defloratorem Virginis eam ſibi matrimonio copulare.

128 Uſquequo hæc vera ſint, atquè utrùm aliquam limitationem recipiant, explicare (inviti licèt) aggredimur. Urget quippè Sacrorum AntiſtitumZelus non valentium ſiccis oculis intueri, quomodò periuria, ſtupra, impietas erga Parentes, Sacri fœderis nuptiarum profanatio, vetera deniquè ſcandala ſuperius enarrata, nedùm impunè graſſentur, verum etiàm ſub pietatis prætextu quampluriuni favore, atque tutela potiantur.

129 Ita ut veritas, ſatis ſub generalibus regulis obnubilata perſpicua fiat par fore ducimus, his duas obligationes ſejunctim pertractare; Priùs videlicèt illam, quæ ex Juramento inducitur pro adimplendis ſponſalibus de futuro; Deindè Verba facturi de altera, quæ ortum habet ex ſpeciali ratione ſtupri.

130 Sponſalia definiuntur *mentio, & repromiſſio futurarum nuptiarum L. 1. ff. De Sponſal., & in Cap.Noſtrates Cauſ.30. quæſt.5. futurarum nuptiarum promiſsa*, eamdemque definitionem amplectuntur unanimiter *Theologi* poſt *Magiſtr.ſent.in 4. diſt.27. S.Thom. ibi qu.2. art.1.in corp.S.Bonavent.diſt.28. art. 1. quæſt.1. in concluſ.*, & Canoniſtæ *ſuper Rubric.de Sponſal.* ibi: *Præpoſitus n.2.Butr.n.1.*: Cæteros dabunt *Sanchez de matrim.lib.1.diſp.1.n.1.,& Covarr.tom.1.in Epit.in 4.decretal. par.1.de Sponſal.cap. 1. n. 1.*. Ex recent. optimè *Martynus Perez de Matrim.diſp.1.ſect.2.n.1.,& ſeq.,Gonzal.Tellez in Comment. ſuper Cap. Præterea il primo de Sponſal. à n.1.*

131 Propterea ſicuti ex cæteris promiſſionibus mutuis, & acceptatis oritur obligatio adimplendi promiſſum, ità ex ſponſalibus conſurgere debitum contrahendi matrimonium, niſi juſta, ac rationabilis cauſa excuſet, procùl omni dubio tenendum eſt cum communi *Theologorum*, & *Canoniſtarum*, itaùt qui renuat ſtare Sponſalibus lethalitèr peccet, *S. Thomas loco cit. ad 2.* ibi: *Dicendum quod ex tali promiſſione obligatur unus alii ad matrimonium contrahendum, & peccat mortalitèr non ſolvens promiſſum, niſi legitimum impedimentum interveniat. S. Bonav. loco cit. Si dicat quis ego conſentiam in Te: Se conſenſurum promittit, quià verò eſt promiſſio, ideò eſt obligatio, ſecundum enim Jura cogendus eſt Vir, ut mulierem accipiat in Uxorem, niſi aliquis Caſus interveniat, qui ſolvat Sponſalia. S. Antonin. ſum. 3. par. tit.1. cap.18. §.1.*, ac reliqui omnes, quos lato calamo congerit *Sanchez de Matrim. lib. 1. diſput. 18. n.7.*, & poſt ipſum *Martynus Perez diſput.6.ſect.1., Boſs.de contract.Matrim.cap.11. §.5.num.36., Card.de Lauræa in 4. ſent. tom.3. diſp.37.art.7., Gonzalez Tellez in Comment. ſuper Cap.Præterea cit. n.5.*

132 Evincitur autèm hæc obligatio ex generali ratione pacti, & contractus, in quibus invicem ſibi aliquid promittentes tenentur exequi quod promiſerunt, ac ſi materia gravis ſit ſequitur obligatio ſub gravi; Nihil enim tàm fidei humanæ congruum eſt, quàm ut pacta ſerventur, & adimpleantur *leg. 1. ff. de pact.cap.1.& 2.de pact.*, idque negare repugnat principiis Juris naturalis, Divini, & humani, ut benè obſervat *Bos.cap.11.cit.n.36.*

133 Neque obligatio prædicta procedit ex ſola virtute fidelitatis, ut videtur ſentire *Hurtadus de Matrim. diſput. 1. difficul.6. num. 223.* verùm etiàm ex Juſtitia commutativa, ut poſt *Sanchez de matrim. lib. 1. diſput.27.* concludit *Perez diſput. 6. ſect. 2.*, & ſolidè confirmat, maximè quià Virtus fidelitatis reſpicit ſolummodò debitum liberalis promiſſionis, at in ſponſalibus adeſt ultrò citròque obligatio correſpectiva, & promiſſio repromiſſione compenſatur, eo prorsus modo, quo in reliquis contractibus oneroſis, ex quibus ſtrictum Jus quæritur prò utroque contrahente, ac proindè rigoroſum debitum Juſtitiæ reſultare *Doctores* omnes agnoſcunt: Sive igitur ſponſalia reducantur ad contractum innominatum facio ut facias, ut innuit *Sanchez diſput. cit. n. 2.*, ſivè habeantur pro contractu nominato, prout affirmant *Robert. Konig. ſupèr Tit.1. de Sponſal. n. 51. verſic. Ad hæc, & Chryſtoph. Schambogen.eod.tit.n.25.*, ex iis ſtrictam adimplendi obligationem conſurgere, ne Juſtitia lædatur jure non poteſt in dubium revocari, quod alios cumulans optimè confirmat *Gonzalez Tellez ſupèr d.Cap.Præterea n.8.circ.med.*

134 Revocatur quidèm in dubium, utrum aſſerta obligatio locum ſibi vindicet in Foro exteriori. In contrarias ſententias deſcedunt tùm *Theologi*, tùm *Canoniſtæ*. Negant aliqui, alii affirmant; plerique diſtinguunt: Si Sponſalia ſint nuda putant Judicem non poſſe compellere ad implementum, poſſe tamèn, ac debere ſi fuerint Jure jurando confirmata. Singularum Auctores, ac Viam ipſos conciliandi tradunt *Sanch.de matrim. lib. 1. diſput. 29. n.5. & Averſa de matrim. quæſt. 8. ſect. 8. verſ.5. dubitatur*. Nos ſatius ducimus ab his abſtinere, ne videamur perſequi novitates, ac contrà ſententiam paſſim in Curiis uſu receptam procedere. Cæterum animaduertere fas eſt ſententiam negantem obligationem Sponſalium quoad Forum judiciale docuiſſe *S.Thomam in 4. diſt.27. quæſt.2. art.1.ad 2.*, alioſque gravioris notæ *DD.* quos dabunt

San-

Sanch. & Averſa locis citat., quos immeritò erroris damnat Covar. in Epit. tom. 1. par. 1. de Sponſal. Cap. 4. n. 3., & ſub n. 51.

135 Recepta itaquè nùnc temporis opinio, & ad praxim quotidiè revocata fert ſponſalium obligationem procedere etiàm in Foro Foti, atquè compellendum eſſe renuentem Juris remediis, ut matrimonium ineat, niſi rationabili Cauſa excuſerut: Idque verum eſſe, ſivè ſponſalia ſint nuda, ſivè jurata; Ità *DD.* ferè innumeri, quos congerit *Bos. d. Cap. 11. n. 35., Ricc. reſol. 406., & 419., Card. de Lauræa in 4. ſentent. tom. 3. n. 232. diſput. 37. citat. art. 7., Perez diſput. 6. ſect. 2. n. 6., Card. de Luca de matrim. diſc. 8. n. 2., & 3.°, Gonzal. Tellez ſupèr Cap. præterea citat. n. 5., Adden. ad deciſ. 431. tom. 2. par. 4. recen. n. 65.* Idemque pluriès velut certum ſuppoſuit, vel decidendo firmavit Sac. Rota, ut in *Mediolanen. Sponſalium coram Pamphilio 14. Martii 1608. inter ejus impreſſas 96. num. 1., & in dec. 142. par. 15. rec. in princ., & alibi.*

136 Non obſtante quod es *Jur. Cod. & ff.* videantur ſponſalia nullam parere actionem in Foro externo, *sìc in L. 1. C. De Sponſal.* ibi: *Alii deſponſatę renunciare Conditioni, & nubere alii non prohibentur*, & ibi *Gloſs.* affirmans id licere cum Cauſa, & ſinè Cauſa, cui videntur conſentire *Cin., Gratian., & Panormit.*, de quibus *Sanch., & Averſ. locis citat.*. Namquè vel præfatus *Textus* æquiorem recipit interpretationem, quatenùs intelligatur procedere ſuppoſito conſenſu Sponſi, ad differentiam matrimonii, in quo non licet etiam de conſenſu reſilire, vel dicendum correctam fuiſſe diſpoſitionem Civilis Juris. Jure Eccleſiaſtico, ut prætèr *DD.* relatos notat *Konig. ſupèr 4. Decretal. Tit. 1. de Sponſal. n. 51.*

137 Fateri tamèn oporter aſſertam *DD.* ſententiam, & Curiarum praxim non ita apertè ex *Jure Canonico* comprobari; Enim verò, ut moris eſt curſìm ſcribentium quam plures allegantur *Textus*, qui legenti nil minus ſonant, cum procedant vel de ſponſalibus per verba de præſenti, contractis, quæ ſunt verum matrimonium, vel de promiſſionibus juratis, in quibus apparet perpendi ſpecialem rationem Juramenti ad inducendam obligationem; Fruſtra in primis adducuntur *Cap. Atho Cap. Deſponſatos, & Cap. Conjuges Cauſ. 27. quæſt. 2.*, quorum Caſus erant de matrimoniis ratis, ut ex tenore *Textuum, & Gloſ.* animadvertit *Perez diſput. 6. ſect. 1.* Fruſtra quoque afferuntur *Cap. Ex literis il 2., & Cap. Requiſivit de Sponſàl*, eſt enim in his Sermo de Sponſalibus juratis: Immò ratio decidendi præcipuè in Juramento fundatur, *ſic in Cap. Ex literis: quià igitùr prædicto G. periculoſum eſt contrà ſuum Juramentum venire mandamus &c. Et in Cap. Requiſivit*, quod *Mulier Jurisjurandi Religione neglecta nubere renuit, cui ſe nupturam interpoſito Juramento firmavit*, minus id evincitur per *Cap. Juramenti 22. quæſt. 5.* qui dicitur à *Covarr. optimus Textus*, nàm illius verba deſumpta ex *Chromatio* non habent vim legis, & inſupèr nulla fit mentio Compulſionis in Foro externo, imò ſolummodo procedit de *Judicio Dei* ideoq: quoad Forum Conſcientię.

138 Unicus *Textus*, in quo nulla mentio Jurisjurandi, ſuppetit in *Cap. Præterea*, in quo affirmatur illos qui mutuò de matrimonio contrahendo ſibi fidem dederunt, commonendos, & omnibus modis inducendos, ut promiſſam fidem obſervent, verumtamèn nequè ex hoc *Textu* evincitur intentum, Tùm quia agebatur de Sponſis, qui communi conſenſu ſtatuerant reſilire, in cujus facti ſpecie nemo dubitat, quin liberum ſit ſpondenti à ſponſalibus recedere, tùm quia imò ex Verbis literæ manifeſtè deducitur Judicem non debere illos adigere ad matrimonium contrahendum.

139 Ex hoc itaque *Canonum* ſilentio circa ſponſalia non jurata, non pauci *Doctores*, quos colligunt *Card. Mantica de Tacit. lib. 3. tit. 17., & Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 5. Cap. 2. n. 4.* inſerebant Judici tunc ſolùm incumbere munus compellendi ad executionem ſponſalium, cum conſtat ea ſuiſſe interpoſito Iuramento firmata: His autem non movemur ad diſcedendum à ſententia communiùs recepta maximè ne videamur contemnere tot graviſſimorum *DD.* authoritatem, ac frequentiorem praxim Curiæ Eccleſiaſticæ; Attamèn fatendum eſt non ità facile deveniendum ad compulſionem prò adimplemento ſponſalium quibus non acceſſit Iuramentum, ac leviorem cauſam ſufficere, ut Iudex juſtè à coactione abſtineat, quod præclare inſinuavit *Abbas in Cap. Requiſivit de Sponſal. in fine Præpoſitus in cap. 1. n. 12. de pact.*, & alii quos cumulat *Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 17. n. 6., & Rota in Comen. Sponſalium 10. Junii 1705. §. Præmiſſaque, coram Reverendiſſimo Molines Decano.*

140 Ex hactenùs firmatis circa ſponſalia nuda facile colligitur quid veri ſit, ſi fuerint Juramento firmata: Etenìm dubitare non licet quìn Iusjurandum novum vinculum addat, quodque magis peccabunt qui fidem frangerent ſub Iuramento promiſſam. Non defuere quippe, qui dicerent ſponſalia jurata eamdem vim habere cum nuda promiſſione; eo quia, *quoad Deum paris conditionis eſt ſimplex promiſſio, & Juramentum, Boſs. cap. 11. cit. num. 37., & Adden. ad dec. 431. par. 4. tom. 2. recen. n. 64.* ubi *quod Deus non facit diſtinctionem intèr Juramentum, & ſimplicem loquelam, qui dixit ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non &c.*. Verum tamèn hæc per exagerationem prolata cenſenda ſunt; ad concludendum ſcilicèt quod promiſſiones mutuæ vim habeant obligandi quamvis Iuramentum non intercesserit, non autèm quaſi negetur ſpecialis reverentia *Deo* debita, qui per Iusjurandum in Teſtem advocatur, ut benè obſervat *Gloſs. ſuper Can. Juramenti 22. quæſt. 5. verſ. Diſtantiam.* Nemo igitur ex Catholicis vertit in dubium, quod ſponſalia potiori Jure ſint obſervanda, dùm

addi-

additur Iuramentum, quodque ab illis ſine juſta Cauſa recedere ſit gravis noxa contra Religionem, quatenùs non tantum Homini, ſed *Deo* quoquè teneatur reddere promiſſum, qui promittendo juravit, quippe qui *Deum* Teſtem, & quaſi Fidejuſſorem adhibuit, ut prò more egregiè antiquioribus allegatis expendit *Suarez tom. 2. de Relig. tract. de Iuram. lib. 2. cap. 2., Caſtropal. par. 3. tract. 14. diſput. 2. punct. 1. n. 4.*, & innuit *S. Thom. in 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 1. ad 2.* ubi de ſponſal., & clarè docuit de Iuramento promiſſorio in genere *2. 2. quęſt. 89. art. 7.* conſentit *S. Bonav. to. 5. in 4. ſent. diſt. 28. art. 1. quæſt. 1.* Conſonant Iurisperiti, quos cumulat *Barboſ. tract. var. de axiom. Iur. axiom. 134. n. 2., Gonzal. Tell. ſuper Cap. Prætereà il primo de Sponſal. n. 6.*, ac paſsim alii, & traditur in perſpicuis Textibus *Cap. Debitores, Cap. Si verò, Cap. Cum contingat de Iurejur., Cap. de illis, Cap. Ex literis, Cap. Commiſſum de Sponſal.*; Itaquè res adeò certa eſt, ut ſupervacaneum foret plura in illius confirmationem adducere.

141 Nequè hìc locus eſt diſcutiendi celeberrimam quæſtionem non minus inter *Iuris Interprętes*, quàm inter *Theologos* controverſam de vi, qua pollet Iuramentum ad confirmandos contractus. Dubium latè pertractant *Suarez de Iuram. lib. 2. pręcipuè cap. 29., Sanchez lib. 1. de matrim. diſput. 32., Baſil. Pont. de matrim. lib. 12. c. 8., Caſtropal. par. 3. tract. 14. diſp. 2. punct. 9.*, & ex Canoniſtis *Gonzal. Tellez ſuper Cap. cum Contingat 28. de Iurejur., Gutier. de Iuram. confirm. par. 1. cap. 34., & 37., Barboſ. ſupèr Cap. Cum contingat 28. cit.* alios colligens. Siquidèm quod ſpectat ad Contractum ſponſalium inutilis prorsùs eſſet diſputatio, ut egregiè diſcurrit *Gonzal. Tellez ſupèr citat. Cap. Præterea de Sponſal. n. 8.*: Illa enìm controverſia locum ſibi vindicat: Quando adhibetur Iuramentum ad valorem actus aliàs invalidi, in cujus obſervantia nullum verſatur peccatum: Si verò adhibeatur citrà validitatem actus, qui aliàs ſui naturâ validus eſt, tùnc ſequitur naturam actus, cui adheret *Leg. fin. C. De non num. pecun. Cap. Quemadmodum de Iurejur.* unde cum Sponſalium actus validus ſit, & Iuramentum tantùm ad majorem firmitatem ſit adiectum debet ſequi actus naturam, & quidem in materia ſponſalium hæc fuit ſemper ſententia *Rotæ* præcipuè *in Mediolanen. Sponſalium coram Coccino la 437. n. 8.* ibi: *Neque facit quod iſta ſponſalia ſint jurata, quia ſi ſupervenerit nova Cauſa Iuramentum non obligat cum aſſumat naturam, & Conditiones Contractus, cui adjicitur*, idemquè poſt antiquiores tradiderunt *Barboſ. ſuper Cap. Prateread il primo de Sponſal. n. 5. Konig. in 4. decretal. ſuper Tit. 1. de Sponſal. n. 60.*, & alii quam plures.

142 Fatendum eſt nihilominùs, quod dùm ſponſalibus acceſſit Iuramentum, fortiùs urget argumentum ad illa exequenda, quodque Iudex ſtudioſiùs agere teneatur, ut inducat renitentem, ac ſi aliter ſuadere non valeat, compellat ipſum etiàm per Cenſuras, ut deterreatur à frangenda fide, & abſtinear à perjurio, prout unanimitèr tradunt *DD. Sanch. lib. 1. diſp. 29. n. 5., Boſt. d. cap. 11. n. 38., Averſa quæſt. 8. ſect. 8. verſ. Quinto dubitatur*, & ex Canoniſtis *Prępoſitus ſuper Cap. Requiſivit de Sponſal. n. 2. Abb. ſupèr Cap. Ex literis il 2. n. 3.*, & fuit expreſſa ſententia *Rotæ in dec. 1112. coràm Seraphino n. 2.*, ac decrevit Sacra Congregatio Concilii apud *Fagnan. ſupèr Cap. Is qui fidem n. 12. de Sponſal.* dùm reſpondit, eum qui juravit contrahere matrimonium cogendum eſſe ab Ordinario per Cenſuras.

143 Tandèm non licet ſilentio præterire quatenus compulſio Iudicis ad inducendam partem renitentem adimplere ſponſalia, ſive nuda ſive jurata, non debet eſſe præciſa, ſed moderata, ut loquitur *Rot. d. dec. 1112. n. 2. cor. Seraphin.*, itaùt ſi prævideat Cenſuras futuras inutiles, abſtinere debeat à coactione, *Rot. cor. Pamphil. dec. 96. n. 6.*, ac ſi poſt declaratoriam Cenſurarũ altera pars pertinaciter recuſet matrimonium contrahere, etiàm ſi non petat, veniat abſolvenda, ne ſcilicèt ficte, ac ſine conſenſu matrimonium exterius contrahat, vel ità coacte conſentiat, quod ex Conjugio pravus exitus timendus ſit, ut collectis concordantibus, ac pleriſque *Sacrę Rotę Deciſionibus* firmat *Barboſ. ſupèr Cap. ex literis il 2. de Sponſal. n. 5. §, & ſupèr Cap. Requiſivit 17. eod. tit. n. 3.* additis recentioribus in *Albanen. Sponſalium ſuper Cenſuris 15. Decembris 1710. §. Verùm & ſeqq. cor. R. P. D. Anſaldo, & 26. Iunii 1711. §. Et hinc cor. R. P. D. Scotto*. Sic conciliatur quæ in his duobus *Textibus* apparet contrarietas: quod nempè in *Cap. Ex literis* decidatur, compellendum eſſe per Cenſuras qui renuit adimplere ſponſalia, at *in Cap. Requiſivit* potius monendam eſſe, quàm cogendam mulierem renuentem nubere ei, cui ſe nupturam juraverat; Sic præter relatos à *Barboſ.* tenent *Boſ. d. cap. 11. n. 43., Averſa quæſt. 8. ſect. 8., Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 2. n. 3., Panimoll. dec. 23. n. 18., Card. Albit. de inconſt. in fid. par. 1. cap. 9. num. 20.*

144 Lubuit hæc præmittere, atquè in Veſtibulo longiùs forſàn quàm par erat immorari, ne quis ſuſpicetur eò Nos tendere, ut ſuadeamus impune licere religioſum ſponſalium fædus violare, ac promiſſam matrimonii fidem infringere, etiàm Iurisjurandi religione contemptâ; Satis ab hac Calumnia nos cauiſſe putamus: Jàm ad reſolutionem propoſiti Dubii deſcendimus.

145 Tota difficultas verſatur in hoc: Utrùm laudatæ leges de obligatione ex ſponſalibus maxime Jurejurando interpoſito, conſurgente, locum habeant etiàm cum Adoleſcens, vel Puella juravit ſe contracturam indignas nuptias, quibus Parentes cæterique de familia jure meritò contradicant quæque totius nobilis Domus decorem minuerent, ac famam deturparent juxta tradita in ſuperioribus dubiis, præcipuè in *ſecundi Dubii* reſolutione.

Digitized by Google

146 Vera ſententia, quæ & communior dici valet, ſive quià expreſsè à *Doctoribus* tradita, ſive quià evidenter deducta ex principiis indubitatis apud omnes *Theologos*, & *Canoniſtas* fert hujuſmodi matrimonia non licere; nullam ex præfatis ſponſalibus obligationem oriri, & Jusjurandum ſacrilege ad illa firmanda adhibitum fuiſſe. Tantumque abeſſe ab eo quod ſervari debeat, quod potius injuriam *Deo* irrogaret, qui divinum Teſtimonium vinculum haberi vellet iniquitatis; Ità ſentiunt ferè omnes qui punctum ſedulò examinarunt, vel agentes de ſponſalibus, vel de Juramento, quod in hac materia ſequi naturam actus, ejuſque conditiones recipere ſatis firmatum eſt.

147 *Layman. Theol. moral. lib. 5. tract. 10. cap. 1. n. 14. verſ. Enimverò. Si ex matrimonio quod Filius, vèl Filia contrahere cogitat ob diſparitatem Sponſorum timeatur Familiæ dedecus, tùnc Parentes illud impedire poſſunt, ac debent, etiàm implorata Judicis auctoritate, ad cujus Officium pertinebit cavere ne talia matrimonia, ex quibus ſcandala, vèl infelices exitus ſequi ſolent contrahantur: Idque locum habet, non tantum antequam ſponſalia celebrata ſunt, ſed etiàm poſtea; quia promiſſio non obligat, quæ verſatur circa rem illicitam, videlicet circa matrimonium cum peccato contrahendum: quare locum habet Iuris regula in malis promiſſis fidem non expedit ſervari Cap. In malis de regul. Iur. in 6.*

148 *Gabriel. à S. Vincentio de Sacram: matrim. diſp. 5. qu. 5. n. 5. Sponſalia obligare non poſſunt ad actum qui ſine peccato poni non poteſt. Undè ſi notabiliter charitas lęderetur, vel Parentum pietas diſſolveretur, contracta ſponſalia diſſolvi poſſent etiàm ſi Juramento firmata fuiſſent.*

149 *Ferdinandus Rebellius de obligat. Juſt. par. 2. lib. 2. qu. 14. ſect. 1.* Statuit Prælatum debere ſe hujuſmodi Nuptiis opponere, & ſubdit *num. 9. verſ. Secundò quia. Neque obſtat quod Sponſalia etiàm jurata anteceſſerint: Quoties enim ea ſine peccata impleri nequeunt, ad ſui impletionem non obligant.*

150 *Franciſc. Texeda to. 2. lib. 4. tract. 1. n. 79. Cum tanto dedecore Patris, et Propinquorum ſcandalo implere non tenetur pramiſſionem, neque matrimonium exequi, quia Juſtitiæ Virtus obligare non debet ad actum, qui ſine peccato impleri non poteſt, qualiter intervenit ſi Puella tàm Nobilis cum Viro tàm inæquali matrimonium contrahat cum propria ignominia, & Patris mærore.*

151 *Bonacina de iis quę pert. ad. matrim. qu. 4. punct. 17. verſ. Neque obſtat* 3. ibi: *Neque obſtat Vinculum ſponſaliorum jam celebratorum; tùm quia ſponſalia non obligant ad rem illicitam, tùm quia Sponſus non tenetur ſponſalia perficere, quando ex eorum adimpletione grave imminet malum, ſeù ſcandalum.* Ubi advertendum Auctorem loqui de obligatione Judicis ad impediendum tale matrimonium.

152 *Optime Averſa de matrim. qu. 8. ſect. 15. Verſ. Et quidem. Si ob notabile damnum, vel ſcandalum non erat ei licitum cum tali Perſona Conjugari eique promittere, poterit juſtè ab illa promiſſione recedere, & poterit etiam à Judice inhiberi ne contrahat,* ac pluribus citatis ſubdit rationem: *Non enim poteſt quiſquam promittere, & ſe obligare ad aliquid illicitum faciendum: Poterit ergo juſtè, ac licitè recedere, imò tenebitur.* Ultimo *in verſ. Pro altera* concludit id totum procedere etiàm ſi ſponſalia fuiſſent jurata.

153 *Thomas del Bene de Immunit. Tom. 1. cap. 8. dub. 19. ſect. 9. n. 43. Ad Iudicis officium pertinebit cavere ne contrahantur ſimilia matrimonia. Quod non ſolum locum habet antequam celebrata ſunt ſpanſalia, ſed etiam poſt; quia promiſſia, quæ verſatur circà rem illicitam, ſcilicèt matrimanium cum ſcandalo, & peccato contrahendum, non obligat; quarè tunc locum habet Iuris regula 69. in. 6. in malis promiſſis &c.*

154 *Cardinalis Laurea Tom. 3. in 4. ſent. diſput. 37. art. 11. §. 8. n. 458.* enumerans cauſas reſiliendi à ſponſalibus ait. *Scandala quæ certo ſequi poſſunt ſi fiat matrimonium ſunt cauſa ſufficiens ad diſſoluendum ſponſalia,* & n. 460. addit id procedere etiam ſi ſponſalia ſint jurata.

155 *Antonius Cottonus Controver. Celebr. lib. 5. Contrav. 1. de matrimon. cap. 2. n. 43.* ſic habet: *Obligant niſi prævideantur ſecuturæ ſcandala inter Conſanguineos, nàm tunc impleri non poſſunt ſine peccato, & promiſſio quæ impleri ſine peccato nequit, irrita eſt.*

156 *Boſſius de contract. matrim. cap. 11. n. 93. & ſeqq.* docet ex *Rebellio, & Menochio. Non ſolum Parentes habere Ius impediendi nuptias filiorum ex cauſa juſta, ſed etiam hoc adeò verum eſſe, ut etiàm ſponſalia jam facta, etiam Iuramento confirmata, poſſint Parentes ea ex cauſa irritare.*

157 *Adam Opaton. Tractat. de matrim. diſput. p. q. 7. n. 105. de Sponſal.* etiam Juramento firmatis inquit: *Si intèr Parentes contrahentium odia interveniant ita quod ſe opponant contrahendo matrimonio propterea diſſolvi poſſunt, ac debent.*

158 *Georgius Gobat. Experient. Theolog. Tract. 10. caſ. 3. nu. 105. ſi tamen matrimonium filii, aut filiæ eſſet ceſſurum, in probrum parentum ſponſalia non ſubſiſterent, utpote conjuncta cum injuria Tertii.*

159 *Franciſcus de Amico tom. 9. diſput. 29. ſect. 4. n. 71. Caſu in quo cum probabili periculo futuri ſcandali ſponſalia contraherentur, quia non poſſent executioni mandari ſine peccata, quod committeretur in ipſo matrimonio ineunda invalida forent.*

160 *Ægidius Coninck. de Sacram. diſp. 23. dub. 8. n. 68.* intèr cauſas non adimplendi ſponſalia etiam jurata hanc enumerat. *Si alterius partis Parentes obſtinate contradicant matrimonio, itaut ex eo contracto eſſet periculum ne læthales Inimicitiæ orirentur inter Partium affines, aut inter Parentes, & ipſos ſponſos, aut alius malus exitus omninò timeretur.*

161 *Reginaldus in prax. pænit. tom. 2. lib. 31.*

cap. 36.

Digitized by Google

cap.36.n.264.in fin. ſi læditur proximi charitas, diſſolvetur parentum pietas,& cognatorum amicitia : cum peccatum ſit taliter contrahere matrimonium, ſponſalia quibus id promiſſum eſt, quia ſine peccato impleri non poſſunt, cenſeri debent dirempta.

162 *Gibalinus de uſur. lib.3.cap.2.art.6.n.5. ſi grave aliquod ſcandalum jure merito timeatur ex futuro illo matrimonio, contrahendum non erit, ſive vere, ſive ficte fuerit promiſſum.*

163 *Caſtropalaus part.5. trac.28. diſp.prima punct.27.nu.7. Si alterius partis parentes obſtinate contradixerint, ex qua contradictione timeri meritò poſſit diſcordia gravis inter conſanguineos, ſeu parentes ſponſorum, uterque à ſponſalibus ſolvitur, quia in eo eventu utrique durus eſt contractus, & gravi periculo expoſitus mali exitus.*

164 *Salmaticenſes tom.2.Theol.moral.trac.9. cap.2. punct.6. num.85.* firmant obligationem ſervandi fidem ſponſalium, at ſubdunt limitationem : *Niſi forte ex tali matrimonio magnum ſcandalum ſequeretur, & jurgia, aut diſſenſiones inter parentes, aut conſanguineos, quia in tali caſu etiam ſi ſub juramento matrimonium eſſet promiſſum, non obligari ad illud docent auctores, & quod talis promiſſio eſſet rei injuſtæ, quæ abſque peccato non poſſet adimpleri, qua propter juramentum quod non eſt vinculum iniquitatis, non poſſet talia ſponſalia confirmare.*

165 *Maſtrius in 4. ſent. diſput.7. q.9. art.3. n.275. A ſponſalibus poteſt eſſe licitum reſilire ſi prævideatur ſequuturum grave malum, vel magnum ſcandalum, vel aliud grave incommodum, etenim juſtitia non obligat ad faciendum malum, eſt autem malum celebrare matrimonium cum ſcandalo aliorum.*

166 *Martynus Perez de matrim. diſput. 5. ſect. 3. virtus juſtitiæ obligare nequit ad actum, qui ſine peccato impleri non poteſt, ut certum eſt; at contrahere matrimonium cum magno ſcandalo eſt culpa lethalis, cum notabiliter charitas proximi lædatur, & cognatorum amicitia diſſolvatur &c. hinc colligo poſſe Patrem impedire ſponſalia filii, vel filiæ contra ejus voluntatem inita, interveniente magno ſcandalo.*

167 Denique, ne longiori tædio aliquem afficiamus, ſat erit recolere, quod in propoſita concluſione omnes *Theologi* conſentiunt, licet non omnes eodem innitantur principio: Plures ſiquidèm ſponſalia præfata maximè inter impares invalida ab initio affirmant. Reliqui cenſent diſparitatem ſponſorum non inficere valorem, ſed limitant illorum obligationem, ut evaneſcat in caſibus in quibus vel proximorum injuria, vel ſcandalum, vel detrimentum pietatis, vel aliud grave incommodum ſequeretur. Videri poſſunt *Filiuc. tract.10.cap.7. n.55. Trullench.in prax.Sacram. tom.1. lib.7.cap.2. dub.12. n.2. Florentius Coq. tom.3. princip.Theolog.cap.12.ſect.3.n.10.Franciſ. Silu. tom.4. in ſupplem. ad 3. par. D. Thom. q.43. art. p. quæſt.2. verſ. de priori Petr.à S.Ioſeph. in Theol. Sacram. lib.4. cap. 2. reſol. 7. Eſcobar.Theol. moral. tom.3. p.2. lib.24. ſect.2. dub.23.*

168 Ne tamen Theologos tantummodò conſuluiſſe videamur, præſtat, vel paucos *Juriſperitos* afferre, qui caſum noſtrum individualitèr attingunt; Ut plurimum enim diſcurrunt per regulas generales, quas vèl in præteritis dubiis recoluimus, vèl in ſequentibus occurret memorare.

169 *Navarrus in manual. cap. 16. n.18.* firmat regulam ſervandi fidem ſponſalium maximè dùm adiicitur jusjurandum, & ſubdit duas limitationes, prior eſt, *niſi fuerint valdè impares* : poſterior verò : *Idem dicendum de eo caſu, quo promiſſio fuit vera, & ex animo facta, ſed probabile eſſet quod ex matrimonio eam conſequutura grande aliquod ſcandalum naſceretur.*

170 *Cardinalis de Luca de matrim. diſc. 8. nu. 11. & ſeqq.* agens de juſta cauſa ſolvendi ſponſalia *n.17.*concludit : *Quoniam ubi ratione inæqualitatis, ſcandalum in Civitate, vel in cognatione, ſeù aliquod dedecus familiæ, vel Domui reſultat adhuc dicitur juſta cauſa ex deductis per Sanch.de matrim.lib.1.diſp.14.n.3.& 4. apud quem concordantes.*

171 *Joannes Gutierez de Iuram.confirm.p.1. cap.51.n.4.poſt medium, & lib.1. quæſt.Canonic. cap.20.* præcipuè *num. 23. & de matrim. cap.4.n.3.*ibi *Valida ſunt ſponſalia de futuro &c.* num. autem 4. *ſuperior tamen ſententia limitanda eſt, niſi ſcandalum magnum ex eo matrimonio timeretur, nam virtus juſtitiæ obligare non poteſt ad actum, qui ſine peccato adimpleri non poteſt, ſed contrahere matrimonium cum magno illo ſcandalo eſt aperte lethalis culpa, quia notabiliter charitas Proximi læditur, diſſolvitur parentum pietas, & cognatorum amicitia* : Ergò &c.

172 *Gonzalez Tellez in 4. decretal. ſuper C.Præterea il 1. de ſponſal.n. 8. ſed ego puto non eſſe diſcrimen conſtituendum in ſponſalibus ſive juratis, ſive non, ſemper namque ſponſus compellendus eſt adimplere, niſi quando aliis ex circumſtantiis judex prudenter arbitretur gravia mala timeri, & ſcandala.*

173 *Franciſcus Zypæus Reſponſ. tom.1. lib.4. de divortiis reſponſ.3. n. 4. in fin.* quamvis ſcribens ad opportunitatem pro tuenda Virgine turpiter decepta, quam contendit non fuiſſe imparis conditionis reſpectu viri; adhuc fatetur ex communi DD. *Inæqualitatem contrahentium obſiſtere, quando ex inæqualibus nuptiis, ſcandala, odia, ſimiliave incommoda oritura ſint, qualia evitare jubeat charitas, & quæ ſine peccato mortali admitti vix poſſint & idem conſult.Canon.lib.4. de ſponſal.tit.1.n.18.*

174 In terminis amplioribus idem tradidit *Felin.conſ.26.ex eo quia contrahere ſine conſenſu patris eſt contra bonos mores omnium; item ex eo quia ſubeſt ſcandalum*, putat: ſubeſſe juſtam cauſam ſolvendi ne dùm ſponſalia, verum etiam matrimonium ratum, ubi adeſt magna natalium diſparitas.

175 Et pluribus citatis *Illmus de Zaulis*

tom. 1. *obſervat.ad ſtatut.Favent.Rubr.*26.*n.*40. *lib.*4. ubi ex *del Bene* firmat impedienda talia matrimonia *etiam poſt contracta ſponſalia*.

176 *Pignatell. conſult.* 11. *tom.* 4. aliàs cit. n.1. ibi " Reſpondeo, Judicem poſſe tuta conſcientia, impedire tale matrimonium, idque etiamſi ſponſalia fuerint juramento confirmata, quod multæ rationes omninò perſuadent &c. ".

177 Superfluum ducimus Civilis Juris Interpretes hic congerere; paſſim enim clamant ejuſmodi ſponſalia eſſe contra bonos, mores, perturbare pacem Reipublicæ, regimen invertere, atque ex illis non niſi jurgia, adulteria, ſæpius etiam homicidia promanare, unde deducunt vel fuiſſe invalida, vel eſſe dirimenda, imo & à Parentibus ſolui poſſe quamtumvis fuerit additum juramentum; ad rem *Donat. Anton. de Marin. tom.* 2. *lib.* 2. *reſol. quotid.cap.*132.*n.*7. *Didacus Perez ad l.*1. *Tit.*1. *lib.*5. *ordinam*; *Paſcal.de patr.poteſt.p.*2. *cap.*5. *præcipue num.*21. *Ludov.Engel. Jur.Can. tom.*3. *lib.*4. *tit.*2. *n.*11. *Coſta de facti ſcient.& ign. diſt.* 40. *cent.* 2. *in reſponſo ibid. impreſſo a nu.*31. *& per tot.* ac reliqui quos dedimus in *reſolutione* 2. *dubii*.

178 Ineluctabile aſſertæ veritatis fundamentum in eo ſitum eſt, quod neque promiſſio obligat, neque Juramentum illius obligationem denovo inducit, vel auget, ſi opus promiſſum, quod à *Theologis* nuncupatur promiſſionis objectum, jungitur cum peccato, & vergit in interitum ſalutis æternæ. Non utique tenetur quis adimplere, quod jurato promiſit, ſi illicitum ſit, & contra bonos mores, neque ſub inani prætextu vitandi perjurium valet peccatum effugere, quod in opere promiſſo completur.

179 Hinc trita illa axiomata: *In malis promiſſis reſcinde fidem, impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur*, quod ex *Iſidoro* deſcripſit *Gratian. decret. can. in malis* 22.*q.*4.*& can. non ſemper.eadem,ex D.Ambroſ.non ſemper promiſſa omnia ſolvenda ſunt*; Quæ itidem verificantur in promiſſionibus juratis; etenim: *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum, cap. non eſt obligatorium de regul.jur. in* 6. Idque quam plurimis authoritatibus, & exemplis ex Sacra Scriptura; Conciliis, ac Sanctis Patribus confirmat *Gratian. decret. cauſ.* 22. *q.* 4. per tot. & aperte docuit *ſeptima ſynodus generalis*, cujus verba habes *in can. Actione ead.cauſ.q.*4. Ratio autem perſpicuè exprimitur in *cap. quanto de jurejur*. Ibi *Juramentum fuiſſet illicitum, & nullatenus obſervandum &c.* cum juramentum ut eſſet vinculum iniquitatis non fuerit inſtitutum. Quod ita certum eſt, atque indubitatum, ut *SS. Patres* per exceſſum dixerint potiùs eſſe pejerandum, quam pro facto juramento in aliud crimen divertere *can.ſi aliquid* 22.*q.*4. ac melius eſſe pejerare, quam ſervare Sacramentum in operibus illicitis *can. Actione. ead.* In proprietate autem ſermonis nequit dici perjurium inobſervantia rei juratæ, ſed potius juramentum ipſum in confirmationem rei minus honeſtæ interpoſitum quod præclarè docet *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 98. *art.* 1. *ad primum* ibi.. *Quocumque enim modo quis jurat illicitum ex hoc ipſo falſitatem incurrit, quia obligatus eſt ad hoc quod contrarium faciat.* Conſonat *S. Bonaventura in* 3. *diſt.*39. *art.* 1. *q.* 2. *in concluſ.tom.*5. & latè tradunt *Suarez tom.*2. *de Relig. tract.*5. *de Iuram. lib.* 2. *cap.*14. *nu.*2. *Caſtropal.par.*3. *tract.*14. *diſput.*2. *punct.*6. *n.*3. & Canoniſtæ communiter quos dabunt *Barboſ ſuper cap. Quanto* 18. *de Iureiur. Fagnan. ſuper Cap. Sicut de probat. num.* 18. *& ſeqq. Petrus Peckins in Comment. ad regul.* 58. *Iur. Canon.* n.1. & 6.

180 Hæc omnia, ut optimè congruunt promiſſioni nubendi, quamvis centies Sacramento firmatæ, ſi jurans, vèl fuerit filius familias, qui inconſultis aut juſte contradicentibus Parentibus nuptias inire promiſerit, vel quiſquis fuerit, qui perſonæ indignæ ſe copulare juraverit, itaut ex matrimonio ſanguine junctorum injuria, & familiæ totius grave dedecus certò ſequuturum depræhendatur, ad evidentiam uſque deducitur recolendo, quæ de hujus generis indignis connubiis ex communi *DD.* calculo in 2. *Dubio* latè tradidimus, & comprobavimus. Siquidem, cum dubio procul tales nuptiæ ſine graviſſima, ac multiplici læthali culpa perfici nequeant; cumque *juri naturali, Divino, Canonico, ac civili* multifariam opponantur, quicumque illas audet juratò aſſerere, pejerat in promittendo, quia jurat id, quod vitare omni jure tenetur. Tantumque abeſt ab eo ut obligetur ſervare promiſſum, quin potius ad illud frangendum, pietate, juſtitia, charitate, ac religione compellatur, ne *Deum* velit confirmatorem impietatis, ſcandali, Sacrilegii cæterorumque criminum, qui in præfatis nuptiis toties admitti ſatis clare concludunt auctoritates, & momenta rationum in præmiſſis *dubiis* cumulata. Abſit omninò, ut hujus generis ſponſalia *Deus* approbet, aut illis ſui Teſtimonij robur adijciat; Ad rem *Card.Bellarm. tom.*2. *controv. de matrim. lib.*1. *cap.*20. *verſ.ſic igitur*. *Si tantum ad explendam libidinem temere ſine Conſilio Parentum, Conjugium ineat; non erit Auctor Deus, ſed Diabolus ejus conjugii*.

181 Itaque vel dicendum indignas nuptias omni culpa vacare vel concludendum ſponſalia etiam jurata in caſu nullam parere obligationem. Prius vetat unanimis Theologorum, ac Juris interpretum ſententia; Verbum Dei, Sacri Canones, Leges Civiles, improbant, perpetuo deteſtantur: Igitur in ſenſu veritatis affirmandum, nec licite, nec valide ſæpe dicta ſponſalia contrahi, atque Sacrilegè Iuramento firmari: quod ſi incaute contracta impie jurata fuerint, recolenda, quæ de ſimili Iuramento ſcribebat *S.Ambroſ. lib.*3. *de offic. cap.*12. *n.*76. *tolerabilius eſt pro-*

miſ-

miſſum non facere, quam facere quod turpe ſit: Profectò inſtantibus ut ſacrilega ſponſalia adimpleantur improperandum verbis *S. Auguſtini tom. 5. edit. Paris. Serm. 307. Inter laſcivias temere juratur, & impie quod juratur, impletur.*

182 Exinde manifeſte reiicitur quorumdam dictum, qui agnoſcentes quod filius familias peccet ineundo ſponſalia cum perſona inæquali affirmant nihilominus, eumdem non peccare ſi adimpleat; Utpote quia præſtat id, ad quod ex Iuſtitia tenetur. Hoc primus aſſeruit *Molina tract. 2. de juſt. diſput.* 271. *n.* 4. & ex parte ſequitur *Sanch.* de *matrim. lib.*1. *diſput.*14. *n.*2.

183 Corruit de ſe hoc aſſertum; Namque unica ratio adſtruendi peccatum in contractu ſponſalium præciſe eruitur à malitia, quæ inficit matrimonium per illa promiſſum: Siquidem nulla ſuppetit ſpecialis prohibitio præfatorum ſponſalium, ſed tota quanta eſt ipſorum inhoneſtas trahitur à perfidia matrimonii, ad quod præparant; neque enim eſt aſſignabilis caſus, in quo promiſſio rei licitæ ſit illicita, niſi cum ſpecialiter fuerit interdicta promiſſio, dum res ipſa non prohibetur, quod totum non cogimur aliunde probare cum diſertis verbis ab iiſdem *Molina, & Sanchez* declaretur. *Puella nobilis* (ſunt verba *Molinæ* loco cit.) *quæ malefacit ſponſalia contra voluntatem patris cum ignobili contrahendo, eo quod executio non poſſit eſſe ſine ſcandalo aliorum, & dedecore ipſius puellæ:* Eadem verba tranſcripſit *Sanchez diſput. cit.* Quænam verò excogitari poteſt executio ſponſalium, niſi contractus matrimonii qui proinde ex adverſariorum verbis non valet perfici ſine ſcandalo? Ex ipſorum igitur confeſſione habemus matrimonium eſſe illicitum Puellæ, niſi velint licere opus, quod ſine ſcandalo nequit executioni mandari: Ex quo ulterius ſequitur evidenter promiſſum de tali conjugio nullam obligationem admittere, aliter admitteremus conſurgere obligationem Juſtitiæ ad exequendum opus per ſe ſcandaloſum quod, abſurdiſſimum eſſe tota eadem diſputatione tradiderat, immemor poſtea ſui dicti idem *Molina;* qui præcipue *n.*5. ſic habet: *Etiam nulla ſunt ea promiſſio, aut pactum, quæ idcirco ſunt contra bonos mores, quod manifeſtam tribuunt peccati occaſionem, vel præjudicium afferunt, facileve afferre poſſunt, moribus, quos eſſe expedit in bene inſtituta Republica.*

184 Hæc ſi vera ſunt, qua ratione verum erit promiſſionem conjugij, cujus executio non poteſt eſſe ſine ſcandalo, quoque nihil perniciolius Reipublicæ contingere poteſt, irritam non eſſe, & vel minimam parere obligationem?

185 Agnovit *Sanchez* inevitabilem abſurditatem hujus conſequentiæ, ideoque *n.*3. *cit. diſp.* 14. limitavit *Molinæ* dictum his verbis: *Hoc tamen limitandum eſt, niſi ſcandalum magnum ex matrimonio timeatur: quia virtus juſtitiæ obligare nequit ad actum, qui ſine peccato impleri non poteſt; ſed contrahere matrimonium cum magno illo ſcandalo eſt aperte lethalis culpa, cum notabiliter charitas Proximi lædatur, diſſolvatur Parentum pietas, & Cognatorum amicitia &c.* At quivis facile depræhendit, quod ratio limitationis manifeſte evincit aſſertæ concluſionis falſitatem. Namque ſemel admiſſo inconcuſſo illo principio, quod nempe nulla poſſit ſubſiſtere obligatio juſtitiæ ad præſtandum actum, qui ſine peccato impleri nequit, neceſſariò affirmandum erit nulla ſponſalia ſubſiſtere, quæ Parentibus juſte renuentibus contrahunt, maxime dum reſpiciunt matrimonium ceſſurum in infamiam familiæ, ac propterea quod ſit occaſio odii, detractionum, cæterorumque criminum, quæ ſæpius enumeravimus.

186 Totum hoc paucis, ſed perſpicuis verbis reſpondit *Sum. Pontifex Alex. II.* relatus *ab Iuone Carnotenſi p. 9. Decreti de inceſt. copul. cap.*37. *De juvene, qui juramento ſe obſtrinxerat ducere in Uxorem ſuam Concubinam,* affirmat fuiſſe Reum perjurii dum promiſit, quia juramento ſpopondit, quod non poterat licitè adimplere: *Juraverat enim,* inquit, *eam in matrimonium ducere ſponſus: Peccator iſte notatur perjurio, quia quod obſervare legaliter non potuit ſine judicio Parentum, temere jurare præſumpſit.*

187 Augetur maxime robur argumenti ex eo, quod nulla inducitur obligatio in promiſſis etiam juratis, ne dum quando opus promiſſum ſeparari nequit à læthali culpa, verum etiam dum ſecum trahit peccatum ſolummodo veniale. Veritas iſta cunctis Catholicis comperta eſt, quin & ex ipſis terminis innoteſcit; repugnat namque peccatum quantumvis leve cadere ſub præcepto, nec valet concipi, ut quis ſimul obligetur præſtare id, quod aliunde vitare debet, utpote contra rectam rationem, & à *Deo* vetitum: Concordant itaque in hoc principio *Theologi*, & *Canoniſtæ*. *S. Thom. 2. 2. q.89. art.7. in §. Reſpondeo antefin. verſ. ſi vero ſit quid & §. ad 1. in fin. & §. ad 2. S.Bonav. in 3. diſt.39. art.3. q.3. Late Suarez tom. 2. de Relig. tract. 5. de juram. lib.2. cap.15. Sanch. de Matrim. lib.1. diſput.32. n.1. Card. Tolet. Inſtr. Sacerd. lib.4. cap.22. n.2. verſ.1. eſt. Jacob. de Graff. deciſ. aur. par.1. lib.2. cap.18. n.1.*

188 Et ne quis authumet, hunc eſſe ſcrupulum *Theologorum*, quem liceat contemnere in Foro exteriori, fas erit adnotare eumdem eſſe unanimem ſenſum omnium *Canoniſtarum:* Optime *Felin. ſuper cap. ſi verò de Iur. jur. ex Abb. Ioanne Andr, Imola, Butr. & Archid.* tradit *n.*4. quod *pactum includens peccatum veniale non tenet,* & ſubdit: *Iſta revera ſunt notanda ad irritanda mille juramenta, licet venialia ſint plurima.* Deducunt autem hanc veritatem ex *Cap. quamvis de pact. in* 6. ubi legitur juramentum ſervandum, *cum non vergit in æternæ ſalutis diſpendium* juncto *cap. ſi vero* 8. *de*

jur.

jur. jur. in quo habetur, *niſi tale fuerit juramentum, quod ſervatum vergat iu interitum ſalutis æternæ*. Notant autem diſcrimeu inter has voces *interitus*, *& diſpeudium* in eo reperiri, quod *interitus* ſignificet mortem animæ, quæ per læthalem culpam inducitur; *diſpendium* vero quodvis etiam leve ſignificat detrimentum, *ſic Joannes Andreas in cap. quamvis cit. nu.* 3. ibi.. *Conſtat, quod interitus ſonat in mortem diſpendium iu damnum etium parvum*, ex qno infert: *quod ſi quis juraverit facere aliquod veniale, illud juramentum ſervare non tenetur, licet poſſit non vergere iu interitum ſalutis æternæ*, pro quo eſt optima *Gloſ. ſuper can. ſi aliquid il primo cauſ.* 22. *q.* 4. quam allegat *Peckius in Comment. ad reg.* 58. *jur. num.* 6. *ampliat* 3. & pluribus relatis *Gutier. de jurum conſirm. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 15. ubi addit idem procedere quoties peccatum veniale eſſet tantummodo ex prohibitione juris poſitivi.

189 Jam redeundo ad ſponſalia Filiorum familias, quibus reverentiam, & honorem Parentibus *jure naturali*, & *Divino* debitum tantopere violari compertum eſt, quibus itèm Conſanguineorum decori, ac Paci inevitabile detrimentum afferri luce meridiana clarius apparet: Quiſnam cordatus Vir, quiſnam non prorſus immemor pietatis, audebit negare, quod ad minimum venialiter in iis adimplendis peccetur? Licet ne dubitare quin leve ſaltem ſcandalum ſuborturum ſit? Quod ſaltèm leviter lędatur Charitas? At hoc ſufficit, ut irrita, & illicita cenſeantur, ut quavìs obligatione affirmentur vacare: Id ſequitur manifeſte ex communi *Theologorum*, & *Canoniſtarum* doctrina, id deducitur ex *Sacris Canonibus* citatis, quibus docemur indubitati Juris eſſe, quod umnis promiſſio, etsi Sacramento fuerit confirmata, dùm citra Venialem Culpam nequit adimpleri, neutiquam obliget ad ſui implementum, ac irrita à ſuimet initio fuerit.

190 Clariùs adhùc evincitur inefficacia ſępe dictorum Sponſalium, & levitas Juramenti, ſeu potiùs gravitas periurii adhiberi ſoliti prò illis inutiliter confirmandis: Quantumvis enim omninò laxaremus habenas libertati Sponſalium, ac connubiorum, ac contra Jura, rationem, & auctoritatem à Veniali quoque Culpa indigna Conjugia abſolveremus; Admiſſo inquàm, hoc abſurdiſſimo ſuppoſito, non ideo recedendum foret ab aſſertione firmata; quod ſcilicet regulariter, & ut plurimum irrita cenſenda ſint ſponſalia indigna; Neque ad ſtandum promiſſis urgeat additum Iusjurandum: ſiquidem duplex ſuppetit principium, alterum in jure expreſſum, alterum experientia certum, ac ab omnibus, etiam iis, qui ultra modum, & rationem nituntur ampliare libertatem in nuptiis contrahendis, abſque dubitatione admiſſum, quibus demonſtrative deducitur præfata ſponſalia non ſubſiſtere. Principium juris eſt: Promiſſum etiam juratum, & individualiter ſponſalia, ex quibus juſte timeatur pravus exitus non eſſe obligatoria. Communis autem concluſio experientiæ conſona fert; ſponſalia contracta inter impares, vel invitis Parentibus, ſemper aut ſæpe ſæpius vergere in exitum deteriorem: Itaque abſque dubio affirmaudum, illa vel ſemper, vel plerumque nullum parere debitum ſervandæ fidei perperam ſub juramento promiſſæ.

191 Sanè prior illa propoſitio expreſsè traditur per *Gratiani decret. in Can. Si aliquid il primo Cauſ.* 22. *quæſt.* 4. *ſi aliquid fortè Nos incautiùs juraſse contigerit, quod obſervatum pejorem vergat in exitum, liberè illud conſilio ſalubriore mutandum noverimus*; Eadem verba repetita leguntur *in Can. Si aliquid il* 2. *ead. ex Decreto Soteris Papæ* Verbum autèm *mutandum* interpretatur *Cardinalis Turrecr.* ibi *n.* 5. *ideſt non adimplendum, ſeù non faciendum, ſed veniendum contra Juramentum*: Et enumerat modos, quibus Juramentum vergit in pejorem exitum, etiàm dùm non juratur opus mortale, vel veniale, ſequens *Archidiac. par.* 1. *decretal. ſupèr eod. Cap. n.* 2., qui eadem docet *ſuper Cap. Quamvìs de pact. in* 6. *n.* 4., *& Joannes Andreas ibi n.* 1.. Optimè *Felin. par.* 2. *decretal. ſuper Cap. Si verò de Jur. Jur. n.* 5. Ibi: *Idem dic*
„ de Juramento vergente in pejorem exitum, &
„ *n.* 7. ibi: Et per hoc apparet non eſſe ſumen-
„ dum argumentum à contrario ſenſu ex iſto
„ Textu, quod omne id, quod poteſt ſervari ſi-
„ ne interitu ſalutis æternæ debeat ſervari ſi eſt
„ juratum: Imò etiàm ſi eſſet contra bonos
„ mores naturales non ligaret &c., & clarè te-
„ nuit *Gloſ. in Cap. Si verò cit. Verſ. Salutis æternæ*, ubi latè *Abb. n.* 3. 4., *&* 5. Conſonant *Theologi*, eamdem regulam ut certam ſupponunt *Magiſter in* 3. *diſt.* 39. & ibi *S. Bonav. art.* 3. *quæſt.* 3. *in concluſ. S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 7. *in reſol., & ad* 2. *Sotus de Juſt. lib.* 8. *quæſt.* 1. *art.* 7. *Jacob. de Graff. dec. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 1.

192 Et in propriis terminis ſponſalium juratorum idem deducitur *ex Cap. Requiſivit de Sponſal.* ubi ſtatuitur neque injuſtè repugnantem reddere juratam fidem cogendum eſſe,
„ & pro ratione adducitur: Quia coactiones
„ ſolent difficiles exitus habere, & ibi *Gloſs.*:
„ Nota quod Eccleſia diſpenſet hìc contra Ju-
„ ramentum propter rationem, quæ hic redditur. Et dubio procul Eccleſia ſemper abhorruit à Conjugiis, quæ deterior exitus videtur ſequuturus: Sic in *Cap. Prætereà il* 2. *eod.* ibi: *Ne forte deterius inde contingat*, & in Cap. Cum locum. eod. *Ne ſequatur exitus, qui de invitis ſolet nuptiis provenire*. Quapropter pręfatam regulam communem ſententiam *DD.* ſequens conſtanter amplexa eſt *Sac. Rot.*, ut quotiès malum aliquem exitum proſpexerit timeri nedùm abſtinuerit à coactione, verum addidit juſtam ſubeſſe Cauſam ſolvendi ſponſalia etiàm jurata, imò quoquè impediendi matrimonium: Utrumque perſpicuè docuit in *deciſ.* 437. *cor. Coccino*, ibi *num.* 3. *Hæc juſta videtur cauſa ut recedatur à ſponſalibus, & matri-*

mo-

monium impediatur, ne matrimonium infelicem exitum habeat: Idemque habetur in deciſione ſuper eadem cauſa cor. Pamphil. la 96. præcipuè *n.6.* ubi refert doctrinam *Collect. in cap. 2. verſ. Credo tamen quod Eccleſia de Sponſal.*, ſcribentis *leviſſimam Cauſam ſufficere propter infelices exitus, & Adden. ad eamd. Deciſ. n. 10. legitima quoque cauſa reputaretur periculum mali exitus matrimonii*, & allegat *dec. 374. n. 7. cor. Celſo*, & aliis collectis *Rot. dec. 207. par. 1. rec. n. 9.* ibi: *Siquidem ut plurimum exitus parum felices ſortiuntur, & dec. 19. par. 10. rec. n. 45.* ibi: *Ulterius conſtat de maximo infelicis exitus timore caſu, quo ſequatur tale matrimonium; ac plurimi collecti per Paul. de Rub. in Adnot. ad dec. 431. par. 4. rec. to. 2. n. 71., & 79.* & noviſſimè *coràm Pirovano in Romana Sponſalium 9. Febr. 1629. §. Quia in fine, & in Albanen. Sponſalium ſuper Cenſuris 15. Dec. 1710. §. Quamobrèm, cor. R.P.D. Anſaldo, confirmata 26. Junii 1711. cor. R.P.D. Scotto.*

193 Supereſt modò inſpicere, an liceat ſperare fælicem exitum ex indignis Nuptiis, quas ſibi Parentibus invitis, totaque familia renuente filii familias parare non erubeſcunt. Piget equidèm rem adeò per ſe manifeſtam, quamve quotidiano diſcimus experimento plurimis adductis Teſtibus comprobare, nihilominùs nonnullos ſaltèm cogimur proferre, ne quid minimum videamur arbitrario definire: Audiamus itàque quid loquantur.

194 *Paul. Rub. in Adnot. cit. ad dec. 431. par. 4. tom. 2. recen.* Quamvis acerrimum ſe præbeat Defenſorem obligationis, ortæ ex ſponſalibus etiam inter impares, compellitur veritatem fateri *n. 83.*: Matrimonia enim plerumque
„ infælices exitus habere ſolent quando inter
„ impares contrahuntur *Menoch. conſ. 385. n. 6.*
„ ſuper hoc exempla infinita adducere poſſem,
„ & *n. 86.* ſubdit: Sicuti quoque infauſtos exi-
„ tus habere ſolent illa matrimonia, quæ inter
„ amore excęcatos contrahuntur, ut notum eſt.
Cened. in Collectan. Jur. Can. ad Cap. Veniens de Sponſal. n. 5.

195 *Gutierrez Canon. quæſt. lib. 1. cap. 20.*
„ *n. 17.* ex hujuſmodi matrimonio Filii cum in-
„ digna contrahentis; ſumma diſcordia inter
„ Patrem, & Filium induci poſſet n. 18. quià
„ verò diſſidium inter eos, qui ſe amore obcę-
„ cati ducunt facile exoritur, matrimoniaque
„ infelicem ex eo exitum habent, ſicut & quæ
„ coactione fiunt, & n. 20., quæ ſanè Cauſa ra-
„ tionabilis eſt, ut recedatur à ſponſalibus, at-
„ què ità matrimonium impediatur &c. Pergit deinde totum confirmare rationibus, & exemplis.

196 *Barboſa in Collect. ſuper 4. decretal.*
„ *cap. 17. Requiſivit n. 6.* Nuptiæ coactæ malos
„ exitus habere ſolent. *Et in fin.*, id enim ple-
„ rumque contingere ſolet quando inter impa-
„ res contrahuntur, & ſuper *Cap. Veniens 13.*
„ *il 1. eod. n. 5.* matrimonium inter amore excę-
„ catos, ut plurimum habet infelicem exitum.

197 *Donat. Anton. de Marinis tom. 2. lib. 2.*
„ *reſol. quotid. cap. 132. n. 3.*, etenim matrimo-
„ nia hæc, dùm ſecretò celebrantur, odium Pa-
„ rentum in Filios, diſſentiones inter Conſan-
„ guineos, cæteraque magni ponderis mala
„ oriuntur.

198 Et ne longius procedamus pleno ore teſtantur utriuſque Juris DD., quos lato, & erudito Calamo congerit *Tiraquell. de leg. Con-*
„ *nub. l. 5. à num. 20.* Ibi: Æqualitas eſt Mater
„ Concordiæ; Contra inæqualitas odii, diſſi-
„ diique parens eſt: quod exemplis, & rationibus ex Philoſophiæ, ac Juris principiis petitis abunde confirmat *uſque ad n. 31.*

199 Ex recentioribus teſtantur *Pignatell. tom. 4. conſult. 11. Illuſtriſſimus de Zaulis ſuper Stat. Faven. lib. 4. Rubr. 26. n. 41. & ſeqq.*

200 Præclare autem eamdem Veritatem docuit *Rota dec. 19. par. 10. recen. n. 59.* ibi:
„ Matrimonia enim infelices exitus habere ſo-
„ lent, quando inter impares contrahuntur.

201 Quod uſque adeò verum antiquioribus *Canoniſtis* viſum fuit ut cenſuerint diſparitatem iſtam juſtam afferre Cauſam, ut Summus Pontifex ſolvat Matrimonium ratum, ut citatis *Felin. Soccin. Dec.* aliiſque, colligit *Menoch. tom. 1. de præſumpt. lib. 2. preſumpt. 10. n. 39.*
„ *& 40.*, Propterea ſcilicet quia diſcordia,
„ & pravus exitus magnopere in Nuptiis inæ-
„ qualibus timeri debeant.

202 Liceat ex plurimis, hoc idem teſtantibus *Theologis* paucos aliquot adducere.

Sanchez, qui cæteris acriùs obligationem adſtruit ſponſalium indignorum *lib. 2. diſp. 16. n. 2.* luculentum præſtat Teſtimonium Verita-
„ tis ibi: Quando contrahentes ſunt notabili-
„ ter conditione impares, & affectione cæca
„ ducti ineunt matrimonium; authumat ſubeſſe juſtam cauſam ſolvendi matrimonium ratum, & ſubdit dicens: Ratio eſt quia matri-
„ monium ordinatur ad mutuam amicitiam, &
„ concordiam; Nihil autem magis mutuæ ami-
„ citiæ, ac benevolentiæ quàm Conjugum diſ-
„ paritas adverſatur: Item quia experientiâ
„ Teſte imparia Connubia infelices exitus habent: Et plura proſequitur, quæ legere non pigebit: Unum ex noſtro addimus: Si hanc juſtam cauſam cenſet pro ſolvendo matrimonio jàm Contracto; Cur non ſufficiat ad obſtandum ne contrahatur?

203 *Boſſius* & ipſe inter libertatis aſſertores nulli ſecundus, nequè abnuit veritatem profiteri ſæpiùs *cit. cap. 11. n. 87.* ubi exponens *Textum Tridentini ſeſs. 24. de reform. matrim. cap. 1.* docentis Eccleſiam juſtis de Cauſis deteſtatam fuiſſe matrimonia invitis Parentibus contracta, hæc habet: Quamvis dici queat
„ Eccleſiam illa ſemper fuiſſe deteſtatam, quia
„ ex talibus matrimoniis frequenter oriuntur
„ ſcandala, & magnæ perturbationes in fami-
„ liis, quæ fortaſsè ſunt illę juſtiſſimæ cauſæ de-
„ teſtationis.

204 *Jacob. Marian. in Candelabr. Myſt. tract. 8. lect. 3.* ibi: Tertia Cauſa infauſti matri-
„ mo-

„ monii eſt inæqualitas Viri,& Mulieris : Unde
„ frequenter à Deo punitur earum temeritas,
„ cum ſint humiles, aut inopes, cum nobili-
„ bus, aut Divitibus inire Matrimonia conten-
„ dunt &c. Nàm diſparitas conditionis fre-
„ quentes invehit diſſentiones.

205 *Del Bene de Immunit. par.1. cap.8. dub.*
„ *19.ſect.9.n.43.* Ad Judicis officium pertinebit
„ cavere, ne contrahantur ſimilia matrimonia
„ (ſcilicèt inter diſpares) ex quibus ſcandala,
„ & infelices exitus ſequi conſueverunt.

206 *Adam Opatov.de Sacram. Tract.de Ma-*
„ *trim.diſp.1. quæſit.7. n.105.* Si inter Parentes
„ Contrahentium odia interveniant, ita quod
„ ſe opponant contrahendo matrimonio, pro-
„ pterea ſponſalia diſſolvi poſſunt, ac debent, ſi
„ quidem timendi ſunt aliqui infelices eventus.

207 *Reginald. in prax.pœniten.tom.2. lib.31. n.24.* de Filiis contrahentibus matrimonium invitis Parentibus ait „ Imò ſæpè eſſe morta-
„ le ob ſcandala, & alia mala, quæ ex taliter
„ contracto matrimonio oriri conſueverunt.

208 Præclarè *Michael Salon.in 2.2.D.Thom. quæſt. 5. de Domin. art. 5. tit. An filius temerè contrahens concl.1.in fin.* „ Hujuſmodi matri-
„ monia regulariter gignunt ſcandala, Inimi-
„ citias, perturbationes, & lites in Republica,
„ inter Affines, & Cognatos utriuſque Partis,
„ ſi Perſonæ ſint nobiles, vel ſaltem in Domi-
„ bus Parentum ſi ſint infimæ ſortis : & poſt
„ pauca addit, contrahunt multi turpiter, &
„ indecenter cum maximo damno ſocietatis
„ humanæ, ſicut videmus accidere quando ſi-
„ milia matrimonia contrahuntur maximè in-
„ ter Nobiles.

209 Denique cæteris omiſſis, non licet præterire perſpicua verba *Molinæ* qui præ cæteris indigna ſponſalia formidat improbare : Is nihilominùs *Tom.1.de Juſt.Tract.2.diſp.176. verſ.Contrariam ſententiam circ.med.* Sic loqui-
„ tur experientia reſtatur eos, qui ità contra-
„ hunt ſolere poſteà non raro dolere quod ità
„ contraxerint, neque ſimilia matrimonia exi-
„ tum proſperum habere conſueverint : Inſuper affirmat hujuſmodi matrimonia non contrahi,
„ niſi cum magno ſuo proprio, ſuorumque Pa-
„ rentum ſpirituali, & temporali damno, ac
„ cum perturbatione, & dedecore Reipublicæ.
Ea videlicet eſt veritatis conditio, ut Adverſarii quoque Teſtimonio confirmetur.

210 Reaſſumendo iterùm vim argumenti ſic rem configimus. Sponſalia quamtumlibet jurata vel ab ipſo principio non obſtringunt, vel veniunt omnino ſolvenda, quandocumque ex adimplemento deterior exitus Jure formidatur. Hoc eſt principium Juribus, ratione, auctoritate ſtabilitum. Atqui ex ſponſalibus, invitis Parentibus, maxime cum Perſona indigna contractis : plerumque, frequenter, ut plurimum, deterior, ac infelix exitus oriri conſuevit : Hoc experientia quotidie comprobat, *V. I. Interpretes, Theologi* omnes fatentur; Ipſimet Adverſarii ultro concedunt: Igitur regula eſt, hujus generis promiſſa, quamvis Juramento firmata nihil obligare, quodque illorum executio ut plurimum, plerumque debeat impediri.

211 Quod totum efficaciter ſuadetur ex alio theoremate communiter admiſſo, atque *Sacrorum Tribunalium* conſtanti Praxi confirmato : Quod ſcilicèt ſæpè dicta ſponſalia, nec in vim Jurisjurandi cogant, ut impleantur ſi ſupervenerit gravis Parentum indignatio, & multomagis ſi filios (juſte, vel injuſte nil intereſt) ſua Hæreditate privare comminentur. Ita tenuit *Rota in Tullen. prætenſi Matrimonii dec.1258.cor.Seraphino* in cujus *margine* plures ſimiles *Deciſiones* allegantur; & in alia ſimiliter *Tullen. coram Peña 13. Maii 1596. quæ eſt la 517. par.1. cor. eod.* quamque per extenſum adducit *Boſs.de contract. matrim.cap.11.n.97.*, & cum illa tamquàm magiſtrali procedi dixit *Card.de Luca de matrim.diſc.8. n.10. & 11.* notans hanc juſtam eſſe cauſam, ut ſponſalia diſſolvantur, & in terminis fortioribus *Boſs.loc.*
„ *cit.n.97.* ſcripſit, quod ob timorem probabi-
„ lem magnæ indignationis, & maledictionis
„ Parentum tali matrimonio contradicentium
„ hæc ſit juſta cauſa, ob quam Prælatus non de-
„ bet Parte inſtante cogere ad implenda ſpon-
„ ſalia, ſed potiùs (Nota) teneantur ſponſalia
„ diſſolvere, & reſcindere : & articulo maturiùs
diſcuſſo tenuit *Rota dec.19.n.58.par.10.recen.*, *& in Viennen. prætenſorum Sponſalium 12. Januarii 1705. §.Quinimmò cor. Reverendiſs. Kaunitz, & in Comen. Sponſalium 10. Junii 1705. §. Hanc autèm juſtam, cor.Reverendiſs. Molines.*

212 Porrò ex hoc duo reſultant pro veritate quam tuemur validiſſima argumenta. Unum ſcilicèt à fortiori : Quoniam ſi Judex tenetur ſolvere ſponſalia ob metum indignationis Paternæ erga filium, & ammiſſio temporalis lucri eſt ſufficiens cauſa ne jurata in Sponſalibus fides ſervetur : Quanto magis tenebitur ſponſalia ſolvere dùm ex illorum implemento, innumera Peccatorum, ſcandalorumque ſeries in Dei offenſam, & animarum ruinam agnoſcitur ſequutura.

213 Inſuper argumentabimur velut à priori. Stante grave indignatione Parentum Filius non obſtringitur vi ſponſalium à quibus licet recedere, quæve Prælatus ſolvere poteſt, ac tenetur : Ergò Filii familias non valent ſe excuſare, neque à Culpa indigne nubentium neque à pœna ſub prætextu Sponſalium, quæ habentur, ac ſi nunquàm præceſſiſſent, dum ob præfatam Cauſam ipſorum vinculum non perdurat. Et mirum ſanè foret, ſi liberum foret Filiis, ſivè cum præjudicio Sponſæ à ſponſalibus reſilire, ſive cum injuria Parentum, & Familiæ infamia ſponſalia ſubſtinere; Quodque Prælatus teneretur, arbitrio filii, eumdem abſolvere, ſi temporale lucrum proſequi ſtatuerit; vel favere ut Sponſalia exequatur, ſi Concupiſcentiæ potiùs morem gerere ei placuerit, contemnendo quidquid in ipſiuſmet filii, cæterorumque Spiritualem ruinam ex illius effreni libertate, foret contingat maniſeſtiſſimè deprehendit.

214 Tan-

214 Tandèm illùc redeundo, undè exorſi ſumus. Inconcuſſi Juris eſt, quod Sponſalia ſint irrita quotiès Perſonæ ſpondentes non valent licitè contrahere matrimonium. Veritas iſta apud omnes in confeſſo eſt, nec de ea audent dubitare illi quoque, quorum intereſt libertatem in matrimoniis ad ſcrupulum uſque contueri. *Quia*, ſunt Verba *Franciſc. Amic. Tom.9.diſp.31.n.1.in fine*: Cum Sponſalia ſint promiſſio ex Juſtitia obligans ad matrimonium futurum contrahendum, nullaque illicita promiſſio poſſit Promiſſorem ex Juſtiria ad promiſſum ſervandum obligate, quotieſcumque matrimonium eſt illicitum, etiamſi ſit validum, invalida erunt ſponſalia. *Et Dicaſtillo tom. 3. de Sacram. tr.10. de Sponſal.diſp.1. dub. 31. n. 432.* Generaliter loquendo qui nequit contrahere licitè, etiam nequit valide promittere, neque enim valet promiſſio, quàm promittens implere non poteſt licitè, nulla enim promiſſio rei illicitæ valet, aùt obligat. Diſertius pro caſu noſtro *Robert. Konig. ſuper 4. Decret. Tit. 1. de Sponſal. §. 6. n. 24.*, Materia, ſeu obiectum Sponſalium eſt Matrimonium licitum, dixi licitum, enim verò valide promitti nequit niſi per ſe licite contrahi poſſit. Nàm etiam juxta legitimas Sanctiones pactum turpe, aùt impoſſibile de Jure, vel de facto nullam obligationem inducit. Rurſum Filium familias ducere Uxorem Parentibus ex juſta Cauſa reluctantibus, & inire matrimonium indignum cum Familiæ dedecore, & Conſanguineorum injuria illicitum perpetuo eſt, quippe quia adverſatur *Juri naturali*, *Divino*, *& Eccleſiaſtico*: Itaquè nulla Sponſalia valent, nulla ad ſui executionem obſtringunt ſemper ac reſpiciunt matrimonia iſtiusmodi circumſtantiis dehoneſtata.

215 Hactenùs in abſtracto de Sponſalibus loquuti ſumus, modo non tædebit unum, vel alterum Caſum afferri, atquè audire quid ſuper ipſis Cònſulti *Theologi* reſponderunt.

216 *Leſſius ſuper 2. 2. D. Thom. in Auctario Verb. Sponſalia caſ.4.* ſic factum enarrat: Puella Nobilis ſexdecim annorum cuidam nobili Adoleſcenti, ſed inferioris fortunæ, hac forma Verborum ſe obſtrinxit: Ego N. promitto Domino N. jurans per SS. TRINITATEM per Sancta DEI Evangelia &c. me nunquàm alteri nupturam; eumque accepi, & ex nunc accipio in Maritum „, etiamſi noſtrum matrimonium per multos annos non ſequatur, ſi forte ejus Parentes vel mei id vellent impedire. Nil ſolemnius dici poteſt prò Sponſalibus confirmandis. Subeſt multiplex formula Juramenti. Prævidenturquæ ſi fuiſſent occulta poſſent defectum Intentionis arguere. Non urget diſparitas Natalium, cum affirmetur Adoleſcens æquè nobilis, ſolumque divitiis impar aſſeratur. Adhùc tamèn *Laudatus Auctor* reſpondet primo attenta Parentum juſta averſione locum eſſe diſpenſandi in Sponſalibus, & Jurejurando; ſecundo his Verbis *ſub n.11.* Imò probabile eſt in tali caſu non opus eſſe diſpenſatione, quia juſtitia non poteſt obſtringere ad id, quod ſine peccato fieri nequit; Quale eſt matrimonium cum Proximorum ſcandalò, & Parentum gravi, & juſtą indignatione.

217 Similem proponit Caſum *Georg. Gobat to.1. Experient. Theolog. Tract.16. Caſ.3.*, & abſque ambagibus reſolvit; ait itaquè: Callimacus honeſtæ Familiæ, & fortunæ deſponſavit ſibi Calfurniam Virginem aliquanto honeſtioris Familiæ: id fecit tamèn inſciis Parentibus. Ubi reſcivit Pater Calfurniæ facta eſſe Sponſalia, non tantum excanduit ſummopere, ſed ſerio fuit minatus filiæ, ſe illam præteriturum in Teſtamento, niſi nuncium mitteret Callimaco; At cum hæc mittere nollet, adivit Sedem Epiſcopalem, poſtulavitque ut dirimerentur Sponſalia; quia tamèn non impetravit, quod petebat, perſtitit in propoſito exhæredandi Filiam. *Super quo Caſu duo efformat dubia*. Queritur primo an Calfurnia potuerit ſalva Conſcientia contrahere illa Sponſalia; Secundo An Parens potuerit agere quæ egit, ad quæ *n. 111.* ita reſpondet.

,, Ad primum apparet deliquiſſe Calfurniam, dùm contraxit Sponſalia inſcio Parente; Sciebat quippe, vel ſuſpicabatur exoritura mala; nec deerant quibus ipſa aptè nuberet.

,, Apparet ſecundo non valuiſſe ejus Sponſalia, quia (Nota) nequibat ſine gravi peccato in Parentes inire matrimonium tale.

,, Apparet Tertio Judicem Eccleſiaſticum immeritò tuliſſe ſententiam pro valore, & obligatione illorum Sponſalium:

218 Plura ſubnectere exempla ſupervacaneum foret, cum iſta ſatis ſint ad evincendum longe potiorem urgere rationem in caſu noſtro, dum non agimus de Sponſalibus inter Perſonas parùm diſparis Conditionis, ſed de Matrimonio contrahendo cum Fæmina, aut Virò indigno, in quo luce meridiana clarius ſimùl militant omnia abſurda, quæ vel diviſim ſufficiunt ad detrahendum valorem Sponſalibus, ſive ad illa ſolvenda, quæque adigunt Prælatum ut illorum executionem Juris remediis impediat. Siquidem omninò animadvertendum. *DD.* in toto diſcurſu allegatos in enumerandis cauſis, per quas vel nunquam oritur, vel extinguitur Sponſalium obligatio, afferre eas ſub diſiunctione, *ſive*, ſcilicèt propter grave in commodum, *ſive* propter, injuriam Parentum; *vel* propter ſcandalum *vel* propter inimicitias; *etiam* propter dedecus redundans in Conſanguineos, *aùt* propter deteriorem exitum veroſimilitèr timendum. Jàm verò Nos verſamur in Caſu, in quo non unum, vel alterum, ſed cuncta ſimul enumerata mala, & facinora regulariter occurrunt, quod ſatis demonſtraſſe credimus tertium præmiſſum dubium pertractantes. Ex hoc autem concurſu cauſarum efficitur, ut quamvis ſingulæ minus efficaces cenſerentur, efficaciſſimè valeant dum copulantur ad vim ſponſalium infringendam, ut ſingulariter ad-

vertit *Gobat.cit.tract.10. Caſ.8.nn.341.* „ ibi: Fit quandoque, ut concurrant plures Cauſæ diſſolutionis, quarum ſingulæ, etſi non ſint ſufficientes, univerſæ tamen ſufficiunt, quia ſcilicèt faciunt notabiliter difficiliorem contractum Matrimonii. Ratio eſt quia ſingula, quæ non proſunt, multiplicata juvant.

219 Stabilito firmiter (ni fallor) tùm auctoritatum pondere, tùm tationum momentis, quòd promiſſio indigni Conjugii vergens In aliorum infamiam, præcipuè ſi promittens fuerit Filiusfamilias, idque præſtare auſerit Inſcio, vel abnuente Patre; vel ab exordio ſit invalida, (quòd puto verum) vel ſaltem veniat irritanda, ſuperfluum prorsus apparet novam inſtituere quæſtionem, utrum liceat Eccleſiæ Præſuli ab executione Sponſalium rebelles filios impedire. Equidem ſi Sponſalia, ſi jusjurandum, Matrimonium promiſſum non valent immurare, neque ex illicito licitum reddere; Si Divinum Præceptum de Parcutibus honorandis, ſi charitatis vinculum, ſi juſtitiæ debitum non ſolvunt; Idem juris erit de Marrimoniis, præceſſerint nec nè Sponſalia, vel juramentum; ac propterea ſufficiet recolere, quæ de munere Prælati in deciſione tertii Dubii abundè ſatis cumulavimus. Eò magis quoniam *Thrologi*, & *Canoniſtæ*, quos retulimus, plerique loquuntur etiam ſupponendo, quòd Sponſalia præceſserint; Si verò aliorum Teſtimonium quærat aliquis, plures in promptu habemus, qui Sponſalium meminerunt.

220 *Dicaſtillo to.3. de Sacram.artic.10.de Sponſal.diſput.4. dubit.18.nn.180.* „ Quamvis autem fortè præceſſerint Sponſalia; Nihil obſtat quominùs impediri poſſint, quia nemo tenetur Sponſalia implere, quando indè imminet malum, aut ſcandalum, & ex dictis colligitur poſſe imò debere Prælatum impedire Matrimonium contrahendum à Filiofamilias cum aliqua indigna, ſi indè prudenter timeatur ſcandalum.

221 *Gobat.Tract.cit:10.caſ.3.n.106.* „ Si timeatur gravis, & diuturna Parentum offenſa: Si denique grave ſcandalum; Irrita ſunt Sponſalia, poteſtque, ac debet Magiſtratus Eccleſiaſticus impedire meditatum Matrimonium.

222 *Robert.Konig.ſuper 4.Decret.tit.de Sponſal.nn.31.quartus Caſus.* „ Si ex tali Marrimonio ſcandala, & infelices exitus metuendi ſint quandoquidem virtus juſtitiæ obligare nequit ad actum, qui ſine peccato impleri non poteſt: Vnde Pontifex jubet in tali caſu Judicem debere interdicere Matrimonium *Cap. Cum in tua.de Sponſal.*

223 *Pax Jordan.volum.2.lib.9.tit.1.de diſpenſat.nn.268. Nono Epiſcopus impedit Sponſalia ſecundùm terminos Cap. Cùm in tua.de Sponſ.*

224 *Ludovic.Engel.in 4.Decret.tit.de deſponſat.Impuberum §.2.nn.11.* „ Vnum adhùc notabile placet hic adſcribere; quod licet diſſenſus Patris non invalidet Matrimonium jam contractum; Si tamen ſola Sponſalia jam contracta ſint, & indè ex diſſenſu Parentum, & Conſanguineorum, fortè propter inæqualitatem, aut aliam Cauſam magnum ſcandalum, vel alius malus exitus timeatur, poſſit Judex Eccleſiaſticus tale Matrimonium prohibere, & Sponſalia irritare, cùm virtus juſtitiæ non obliget ad actum peccaminoſum.

225 Egtegiè *Raphael Averſa de matrimon. quæſt.8.ſect.15.§.Et quidem: Si ob notabile ſcandalum non erat ei licitum cum tali perſona conjugari, poterit etiam à Judice inhiberi, ut contrahat, & §.ſeq. Quarè etiamſi ipſe nollet recedere (à Sponſalibus etiam Juratis) meritò poterit à Judice ex officio, vel ad inſtantiam aliorum, quorum intereſt inhiberi.*

226 Hoc idem expreſſa mentione præviæ promiſſionis tradiderunt *Thom.del Bene de Immunit.to.1.cap.8.dub.19.ſect.9.nn.43. Ad Judicis Officium pertinebit cavere ne contrahantur. Layman.lib.5.tract.10.cap.1.de Sponſal.num.14. verſ.Enimverò. Parentes impedire poſſunt, ac debent, implorata Judicis auctoritate, ad cujus officium pertinebit cavere ne contrahantur &c.* ac alii quorum verba ſupra deſcripſimus.

227 Huc quoque ſpectant, quæ tradidit *Riccius in prax.rer.quot.t.1.par.1.reſol.218.n.4.* „ Tertia Concluſio inter Cauſas juſtas, ac legitimas non contrahendi eſt magna diſparitas inter Sponſos, puta ſi unus erat ditiſſimus, alter verò pauper *Paris Conſ.58.nn.37.vol.4. Cachran. conſ.23.* „ Item nobilis alter verò ignobilis, ut fuiſſe deciſum in Rota Romana teſtatur Cæſar de Graſſis in *deciſ.1.de Sponſ.*

228 Perſpicuè tandem id innuit *Sac. Rota deciſ.437.cit.cor.Coccino par.1.ibi n.3. Hæc juſta videtur Cauſa, ut Matrimonium impediatur*, ea nempe ſi infelix exitus timeatur.

229 Neque locus eſt timendi, quòd vel utriuſque ſpondentis minuatur libertas, aut quod Jus quæſitum per juratam promiſſionem in minimo lædatur. Fruſtra clamant nonnulli parùm experti Forenſes; Perperàm ſcrupulum ingerunt, vel in officio, vel in ſcientia Tyrones Confeſſarii, dùm Judices pulſant, dùm Pœnitentes terrent, ne fides frangatur, ne jusjurandum violetur, ne juri jam quæſito denegetur. Nulla Fidei, nulla Religionis, juſtitiæ nulla obligatio Sponſalibus indignis ſuffragatur. Innumera id ſuadent argumenta ex Juribus ex *Auctorum* conſenſu, ex naturali ratione ſæpiùs in præmiſſis dubiis inculcata: Nihilominùs vel pauca Teſtimonia ſubnectere non abnuimus.

230 Et quod ſpectat ad libertatem ſolidiſſimè reſpondet *Dicaſtil.t.3.de Sacram.tract.10. de Sponſal.diſp.4.Dubit.18.nn.179.* „ Neque verò cenſetur impediri libertas Matrimonii, quia hæc debet eſſe citra ſcandalum aliorum: neque etiam cenſetur impediri, niſi quando impeditur ad id, ad quod quis habet jus: Id autem non habet filius ad nuptias Patri injurioſas &c.

231 *Gibalin.de Vſur.to.2.lib.4.cap.5.artic.9. n.4.* Neque libertatem, quam in matrimonio

te-

,, tequirit Eccleſia violaut, ſed libertatis, quam
,, malè prætendunt, abuſum; Neque enim
,, omnimoda libertas requiritur in Martimo-
,, nio, alioquin nunquam Judex poſſet quem-
,, quam eogete ad Matrimonium.

232 Fortius argumentatur *Adam Opatov. de matrim.diſp.2. quæſit.18.nu.158.* ,, Nota ſi
,, contingat quod Patet Sponſalia invita filia ex
,, juſta Cauſa diſſolvat, dico quod libertas nu-
,, bendi non minuitur, ſed tegularitet perfici-
,, rur, & ratio eſt, quia eſſe liberum ad malum
,, faciendum potiùs eſt defectus, & impetfectio
,, libertatis.

233 Fruſtta autem ſcandalo commovetetur audiens Pattem poſſe ſolvete ex juſta Cauſa Sponlalia filiæ, quippe qui hoc JusPatri decerni quoad Sponſalia etiam jutata ex aperto *Texta in Cap.Mulier 32.quaſt.2.* optimè advertit *Fagnan.ſuper Cap.Tua. de deſponſat.Impub.n.12.* Verba *Textus* ſunt: ,, Mulier ſi quidquam
,, vovetit, & ſe conſtrinxerit, quæ eſt in Do-
,, mo Patris ſui, & in ætate adhùc puellari exi-
,, ſtat, ſi ſtatim ut audierit, contradixerit Patet,
,, & Vota, & Jutamenta eius irtita etunt, nec
,, obnoxia tenebitur ſponſioni, eoquòd contra-
,, dixerit Pater.

234 Reſpuat igitur Eccleſiaſticus Judex impudentium Juvenum inſtantias, ſpetnat quærelas, nec timeat ubi non eſt timor Jura violare, quin & teſpondeat cum *Auguſtino Epiſt.157.nu.8.* ,, Hæc enim voluntas libera
,, tanto erit libetior, quanto ſaniot: Quomo-
,, dò enim libera eſt, cui dominatur iniquitas?
,, *Et tract.41.in Joan.n.8.* Non dicas liber ſum,
,, ſaciam quòd volo; Nemo prohibeat à volun-
,, tate mea ſi liber ſum. Noli libertate abuti
,, ad liberè peccandum: Erit voluntas tua libe-
,, ra, ſi erit pia.

235 Minùs ſubſiſtit alterum quo ſe recipiunt propugnaculum. Turpiter inquiunt, ſpoliantur Virgines deſponſatę Jure per Sponſalia iam quæſito; Et prorsùs iniquum eſt, ut Iudicis auctoritate tàm enormis iniuſtitia fulciatur.

236 Falſum quippe aſſumitur, dùm ex promiſſione, quæ ſine culpa impleri nequit, Jus aliquod conſurgere affirmatur. Id contra rationem, contra Juta, denique communem ſenſum *DD.* procedere prolixe ſatis comptobavimus: At detur Adverſariis, quod immeritò expoſtulant. Supponamus ex Sponſalibus præſatis conſurgere, quod volunt Jus. Nonne Judex poteſt, ac debet prohibere, ne ſuo Jure utatur, quem videt, vel in ſui, vel in aliorum perniciem abuſurum? Non utique iuſtitiam lædit, ſed optimè ſervat, qui aliquem licet invitum impedit à ruina. Sic Prodigo, qui dubio procul ius habet, ac dominium ſuorum Bonorum, eorumdem interdicitur adminiſttatio *l.1.ff. de Curat. Furioſ.* Et hoc etiam per Judicem ibi *Gloſs.* itaut intelligatur adempta facultas etiam teſtandi, & Teſtamentum ab eo conditum irritum habeatur §.*Item Prodigus Inſtit.quibus non eſt permiſ. far.Teſt.* ibi *Harprect.Card.de Luca de alienat.& contract.probibit. diſc.36.prr tot.* Imò etiam ſubdito licet alterius bona retinere ſi certò agnoſcat illorum reſtitutionem Domino, vel alteri nocituram *S.Thom.2. 2.quæſt.62.artir.5. ad primum*: Dicendum, quod quando res reſtituenda, apparet eſſe gtavitet nociva ei, cui reſtitutio facienda eſt, vel alteri, non ei debet tunc *reſtitui Cajet.* & alii *Commentatores* ibi. Latè pluribus citatis *Diſcatillo de Juſt.& Jur.lib.2.tract.2.diſp.10.dub.5.& Card.de Lugo de Juſt.to.1.diſp.21.ſect.2.nu.24.* ubi exemplificat in eo, qui petit gladium proprium ad ſe vulnerandum, vel pecuniam ſibi debitam ad ſe inebriandum, vel ad fornicandum, & *n.29.* Firmat quod reſtituens rem, qua Dominus prævidetur abuſurus in alterius injuriam, peccet contra juſtitiam, ac teneatur ad damna, ſi quæ conſequantur.

237 Portò hæc verificari in indignis nuptiis ex ſæpius firmatis credimus juremeritò affirmare. Quænam filiorum ex turpi conjugio utilitas ſperanda, quæ non timenda Animæ, ac Corporis pernicies? Enimverò inquit *Arar.de privil.Par.& liber.privil.6.cap.6.n.16.*
,, Ipſis liberis, qui hanc ei feneſtram aperire
,, volunt peſſimè conſulunt, & quæ felicitas, qui
,, ſucceſſus Matrimoniis adſit, quæ invitis Pa-
,, rentibus contrahuntur? Quid de odiis inter
,, Parentes, & liberos, inter ſoceros, & gene-
,, ros hinc naſci ſolitis? Inter ipſos plerumque
,, qui coeunt ad iſtum modum, diſcordiæ, diſſi-
,, diaque, vel hac ipſa de Cauſa oriuntur. Urget ſæpiùs inſinuata Familiæ, Conſanguineorum, potiſſimùm Parentum denigratio, adde ſcandala, odia, quæ ſupra recenſuimus: Nonne claret ſic contrahentes inique abuti prætenſo jure in ſui, ſuorumque perniciem in Eccleſiaſticæ, ac civilis politiæ diſcrimen? Itaque ſi à meditatis nuptiis rejiciantur, ipſis optimè proſpicitur: Juſtitiæ, & Charitatis leges apptime ſervantur.

238 Pergat itaque Iudex ſuo muneri reſpondere, prohibeat conjugium, ex quo maximè Sponſis cupidine excæcatis, deteriorem exitum conſpicit imminere: *Neque hoc* (*aie Lelius Maurin.Jur.controv. to.1. diſſert.10.c.2. nu.32.* Neque hoc Sponſo, aut Sponſæ, cui
,, fides rumpitur damnoſum videri debet],
,, imò eis conſulitur, ſalubriterque providetur:
,, Sic namque invitum, invitamve Judex ſervat,
,, & quaſi gladium, quo ſe enecent petentibus
,, negat. *Et Adam Opatov.de matrim.diſp.1.quæ-*
,, *ſit.2.nu.22.* Sed dices quod Judex Actori fa-
,, ceret injuriam. Reſpondet illum non facere,
,, nam illius utilitati conſulit. Siquidem libe-
,, rat eum à periculo continuorum Jurgiorum,
,, & diſſentionum.

239 Ex hactenùs enucleatis facilè reſpuitur inutilis aliquorum Jactatio, qui animadvertentes contrarium aſſumptum omni fundamento juris, ac rationis deſtitui, clamant ſibi ſavere praxim Eccleſiæ, quæ in proſequendis Cauſis Sponſalium, præcipuè juratorum,

nihil ducere conſuevit, ſive Parentum diſſenſum, ſive familiarum diſparitatem. Id primus incidenter ſcripſit *Molina tom.2. de juſt. tract.2.diſp.271.num.4.* & retulit *Sanch.de matrim.lib.1.diſp.14.nu.2.* qui tamen ſubdit limitationes ſuperiùs inſinuatas.

240 Nihil profectò veritati adverſius, aut magis in Eccleſiæ Præſules injurioſiùs dici poteſt, quàm quod illorum ſuffragio ſcandaloſa, ac iniqua connubia, vel unquam comprobata fuerint, vel in præſentiarum comprobentur. Praxim Eccleſiæ non ab arbitrario alicujus dicto, verùm à *Summorum Pontificum* reſponſis, à *Sacris Canonibus Conciliorum* ſive Generalium, ſive Provincialium, tandem ab Epiſcopis ipſis in Synodalibus ſuarum Diœceſum Conſtitutionibus addiſcere par eſt: Quapropter quæ ex his fontibus hauſta jam protulimus fidem faciunt, veram Eccleſiæ praxim ſemper fuiſſe in deteſtandis, profligandiſque nuptiis, vel ex ſolo Parentum rationabili diſſenſu illicitis reputatis. Hæc denuò refricare non eſt animus. Cogimur tantummodò huic Praxi Eccleſię imaginariè confictæ, & incautius prolatæ, Veram Eccleſiæ diſciplinam objicere irrefragabili *Sacroſanctæ Triden.Syn.* Teſtimonio expoſitam, cujus verba in reſolutione *primi dubii*, reddita, hic repetere congruum videtur: *In cap.1.ſeſſ.24.de reform. matrim.* De connubiis Filiorumfamilias ſine conſenſu Parentum contractis ſic loquitur. *S. Dei Eccleſia ex juſtiſſimis Cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit.* Dedimus quoque Theologos, ac Juris Interpretes teſtantes præfata verba nedùm Matrimonia clandeſtina percutere verum etiam, quæ à Filiisfamil. Parentibus inſciis, vel invitis ineuntur: Illis nonnullos hic addere permiſſum ſit.

241 *Franciſcus Zypæus de Juriſd.Eccleſ.t.2. lib.2.cap.12.n.2.* „ Si tamen Filiifamilias Pa-
„ rentibus inconſultis irreverenter contraxe-
„ rint; Cum Eccleſia ſemper hujuſmodi matri-
„ monia deteſtata ſit *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de re-*
„ *form.matrim.cap.1.* Item lib.1. cap.33. num.4.
„ Statuta pœnam imponentia filiisfamilias, ſi
„ ſine Parentum auctoritate contraxerint: Quod
„ ut ait Conc. Trid. Eccleſia illa Matrimonia
„ ſemper deteſtata fuerit &c.

242 *Boſſius de contract.matrim.cap.11.n.79.*
„ Licet Tridentinum dicto capitulo primo ſta-
„ tuerit in matrimoniis contrahendis pro vali-
„ ditate non eſſe neceſſarium Patris conſenſum,
„ tamen ſubdit, quod Eccleſia Filiorumfami-
„ lias Matrimonia ſine Parentum conſenſu con-
„ tracta ex juſtiſſimis Cauſis ſemper eſt deteſta-
„ ta &c. & *nu.87.*, & hoc pacto poſſet intelligi
„ auctoritas Tridentini dicentis, quod Eccleſia
„ Matrimonia invitis Parentibus contracta ſem-
„ per deteſtata eſt.

243 *Gibalin.de uſur.to.2.lib.4.cap.5.artic.9. nu.3.de matrim.Filiorumfam.* „ Sic habet: Tri-
„ dentinum tandem ſuo decreto confirmavit;
„ Non tamen licita unquam eſſe voluit, unde,
„ & graviorem noxam in ejuſmodi conjugiis
„ contrahendis à liberis committi paſſim faten-
„ tur DD.

244 *Sayr. in Clav. reg.lib.7. cap.5. num.12.*
„ Quia igitur ut plurimùm incommoda magna
„ ſolent ex eo quod filii, & filiæ Matrimonium
„ inſciis aut invitis Parentibus contrahant ſequi,
„ meritò Eccleſia ſemper hujuſmodi Matrimo-
„ nia prohibuit, ut notat Conc. Trid. &c.

245 Proindè *Sacri Concilii* Teſtimonio moti paſſim *DD.* adſtruunt præfata connubia *Sacris Canonibus* damnari. *Molfeſ.in Comment. ad conſuet.Neap.to.1.in fin.par.7.conſil.num.36.*
„ Imò Sacri Canones jubent filios debere con-
„ trahere matrimonium de Conſenſu Paren-
„ tum, & peccare mortaliter, ſi contra volun-
„ tatem Parentum ſine Cauſa nuberent.

246 *Fagundez to.10. in præcept.Decal.lib.4. cap.3. nu.4.* Quamvis Eccleſia Matrimonia contracta contra voluntatem Parentum, tanquam valida tueatur, non tamen approbat modum contrahendi, ſed potiùs reprobat tanquam inhoneſtum, & peccaminoſum, & meritò, cùm indè Parentes graviſſima afficiantur injuria &c.

247 Denique *Gonzal. Tellez in 4. decretal. tit.2.ſuper Cap.Tua de deſponſ.Impub. n.11.prope fin.* adnotat, & pluribus firmat, conjugia, in quibus Parentum Conſenſus deſideratur, inter Clandeſtina fuiſſe per veteres Canones recenſita, & noviſſimè *à Conc. Trid.* recenſeri:
„ Cùm inter alias ſolemnitates Conſenſus Pa-
„ rentum exigatur, non immeritò aliter con-
„ tractum matrimonium clandeſtinum appel-
„ labitur, atque ideò inter clandeſtina
„ Matrimonia illud recenſet *Triden. ſeſſ.24. de reform.matrim.cap.1.* Non utique dum clandeſtina connubia irrita declarat, verùm ubi illa docet perpetuò ab Eccleſia vetita fuiſſe, ac reprobata.

248 Ad hæc falsò affirmari, quod Eccleſiæ Forus præſtò ſit liberis, ut indigna Sponſalia adimpleant quiſque facilè comperiet. Si *Sacræ Rotæ deciſiones* percurrere, aliorumve Sacrorum Tribunalium Decreta non recuſet. Quippe qui in hujuſmodi monumentis nullum aſſertæ Praxis, vel tenuę veſtigium ſupereſſe deprehendet.

249 Non itaque dubitandum Iudici, quin ab ejuſdem Eccleſiæ Praxi, vel minimè aberret ſi nefariis filiorum conatibus viriliter reſiſtat, atque modum ſtatuat, ut liberè quidem, ſed non ultra fines libertatis Divino, ac poſitivo Jure deſignatos Matrimonio copulentur. Imò potius aliter ſe gerentes timere meritò poſſent ne prorsùs ſub inani prætextu tuendæ libertatis, & debitæ Sponſalium fidei, ſceleribus, & ſcandalis præſidio ſint, ac dum prætenſum Jus per fas nefaſve nubendi ſervare ſtudent, totius honeſtatis, Juſtitiæ, pietatis quoque, ac Religionis jura reſolvant.

250 Rogare tandem liceat, quos audaciam crediderim admonere, ut meminerint moniti *Legis Legem Anaſtaſii Cod. de natur.lib.*

„ Ni-

„ Nimis eſt indignum, nimis item impium „ flagitiis præſidia quærere, ut petulantiæ ſer„ vire liceat: Injuſta libidinum deſideria nulla „ de cætero venia defendet, nullum ſublevabit „ admioiculum,

DUBIUM V.

Utrùm ſi Sponſalibus additum fuerit ſtuprum, teneatur Filiusfamilias ducere fœminam aliàs indignam, non obſtante ſcandalo, atque injuria Parentum, ſeù Conſanguineorum.

251 PLeraque de variis acceptionibus ſtupri, ac de pœnis utroque jure contra Stupratorem ſancitis nobis non eſt otium cumulandi: Pauca tantummodò præmittere ſatius erit, ne plura ad eruditionem venditandam coacervare videamur: Ut ſtupri nomen tùm Virginis, tùm honeſtæ Viduæ corruptioni accomodetur; Utque modò ad quemvis illicitum congreſſum extendatur, modò ad violentam mulieris honeſtam vitam ducèntis oppreſſionem reſtringatur: Inſuper quas propter ſingula ex his cęteriſque ſpeciebus, criminа pœnas ſibi Stuprator contrahat præcipuè *Jure Cęſareo*, late tradunt *Harpreckt. in Comment. ſuper §. Item lex Julia de Adult. Inſtit. de public. Judic. Henric. Zoes in Commen. Pandect. ſuper titul. 5. lib. 48. ff. ad leg. Jul. de Adult. num. 57. & ſeqq. abundè Farinac. in Prax. par. 2. tom. 2. de delict. Curn. qu. 147. per tot.* & ex Canoniſtis *Gonzal. Tellez ſuper cap. 2. de Adult. Gutier. Canon. quæſt. lib. 1. qu. 37.* Qui congerunt antiquiores. Noſtra in primis intereſt ſcire, quid *Canonico Jure* contra Defloratorem Virginis Statutum ſit, præcipuè verò quoad Matrimonium cum illa, quam violaverit contrahendum.

152 Vetuſta ſeverior Eccleſiæ diſciplina longiùs aberat, ut adigeret quemquam ducere Virginem, quam ſeduxerat, imò verò damnavit nuptias inter ſeductorem, & corruptam: Docemur id ex *Can. 3. Concilii Aquiſgranen.* relato *ab Ivone par. 8. decret. de legit. Conjug. cap. 171.* „ Placuit, ut hi qui fœminas „ ſeducunt, eas nullatenùs habeant uxores; „ Quamvis eis poſtmodùm conveniat, aut eas „ dotaverint, vel nuptialiter cum conſenſo Pa„ rentum ſuorum acceperint, *& infrà*: Qui „ verò eam ſeduxerit, nunquam eam uxorem „ habeat &c. Quæ verba diminutè quamvis referuntur à *Gratiano in Can. Placuit 36. q. 2.*

253 Plus aliquid rigoris quoque ferebat laudabilis illa *Canonum* ſeveritas priſcis temporibus accomodata, quatenùs fœminam ſe pollui à Viro paſſam, nulli ſinebat Viro nubere teſte *Magno Gregorio in Epiſt. 17. aliàs 31. ſub cap. de Dedicat. lib. 4. ad Felicem Meſſaniæ Epiſcopum: Eam quam aliquis aliqua illicita pollutione maculavit in Conjugium ducere nulli Chriſtiano licet, vel licebit.* Quandóque tamen factus eſt indulgentiæ locus, ut liceret Matrimonium inter Virum, & fœminam illicito concubitu jam fœdatos; At nonniſi poſt annalem peractam pœnitentiam: Ut deducitur ex *Euſebii Papæ decretis*, & ex *S. Auguſt. in lib. de bono Conjug. cap. 14.* verbis relatis *à Gratian. in Can. denique 31. qu. 1.*

254 Vigebat adhuc undecimo labente ſæculo rigor laudatæ obſervantiæ, ut aperte teſtatur *D. Ivo Carnotenſis in Epiſt. 16. Walterio Meldenſi Epiſcopo* directa in *princip.* ibi: „ Humilitatem meam conſuluit veſtra fraternitas, „ utrum quis habere poſſit eam mulierem in „ Conjugem, quàm prius habuit Pellicem; „ quod idcircò vobis videtur illicitum; quia „ apud vos hactenus fuit inſolitum. Exinde profert teſtimonia, quæ videntur partem ſive affirmantem, ſive negantem comprobare; ac utraque conciliare contendens, concludit ſecundum juſtitiam non licere, at nonnunquam fas eſſe Canonum rigorem indulgentia temperare: „ Ut habita ratione ſalutis Anima„ rum, pro qualitate Perſonarum, pro oppor„ tunitate locorum, & temporum, nunc ſeve„ ritas Canonum poſſit exerceri, nunc indul„ gentia quibus oportebit impendi. Hæc adnotare placuit ut ſcrupuli eximantur ii, qui monſtrum narrari putant, dum audiunt arcendum non ſemel Virum à connubio cum vitiata Virgine contrahendo: Falsò nempe ſibi perſuadent id *Juri naturali*, aut *Divino* repugnare, quod ſi verum eſſet, nunquam Eccleſiæ *Canones* contradixiſſent.

255 Mitiorem deinceps viam aggreſſa fuit *Sancta Mater Eccleſia*, labentium imbecillitati ſimul indulgens, & violatę Virginis conſulens indemnitati. Suſcitavit quodammodo jam mortuum judiciale præceptum veteris legis, quòd habetur *Exod. cap. 22.* ac ferebat, *ut is qui ſeduxerit Virginem, dormieritque cum ea, dotet eam, ac ſimul habeat in Uxorem*, & refertur in *cap. 1. de Adult.* Poſteriùs aut rigorem mitigans, aut explicans quomodo mandatum illud renovare intenderit, præcepit Stupratorem, aut Virginem ducere, aut in Monaſterio detrudi ad peragendam perpetrati criminis pœnitentiam *Cap. Pervenit eod. tit.* ubi referuntur verba S. GREGORII *Papæ*, ſic reſpondentis. Acceſſit tandem *Interpretum* conſenſus, & recepta ab omnibus conſuetudo, qua vel antiquior expoſita, vel nova ſancita fuit lex, ut ſcilicèt, qui ſeduxerit, ac violaverit Virginem, ipſam pro ſui optione, aut uxorem ducere, aut dotare compellatur, prout uno ore fatentur tùm *Canonici Juris* Interpretes, ut tradunt *Barboſ. in Collectan. ſuper cap. 1. de Adult. nu. 7. Gonzal. Tellez ſuper cap. 2. eod. tit. Joannes Chriſtophorus Schambogen. in lect. Jur. ſuper 5. decret. tit. 16. à nu. 17. Rubens in adnotat ad deciſ. 431. par. 4. to. 2. recen. num. 110. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 30. Card. de Luca de dot. diſc. 142. nu. 71.* & ex Theologis *Fagundez in 6. præcept. Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 5. Boſſ. de matrim. cap. 1. à nu. 23. Dicaſtillo de*

de

de juſt.lib.2. tract.2.diſput.7. dubit.9.num.115. Quam regulam magiſtraliter firmavit *Rot. in Taurinen.matrimonii 24.Januarii 1590.coram Peña*, cujus meminerunt *Card.de Luca, & Rubens locis citatis*, & per extenſum allegant *Barboſa*, & *Boſſius locis citatis, Ciarlin.to.2.controv.foren.cap.174.n.53.& ſeq.*

256 Non ſatis tamen ex laudatis juribus,& Praxi valet inferri propoſiti dubii reſolutio: Quod ex una circumſtantia videtur Deflotatoris crimen minuere, quippe qui non præſefert Virginis renitentiam, neque vim ipſi illatam: Ex altera verò augetur obligationis argumentum, ratione Sponſaliorum,ſub quorum promiſſione Virgo ſe Viro obtulit vitiandam. Additur itaque in Caſu noſtro promiſſio ducendi ſtupro, quibus ſimul junctis, non congruit eadem, quæ de ſingulis ſejunctim conſideratis, procedit Juris diſpoſitio. Niſi velis promiſſionem, ſub cujus ſpe Puella ad ſui deflorationem inducitur inter modos ſeducendi connumerare; ita enim fiet, ut qui promiſſo conjugio Virginem corrupit, ſeductor cenſeatur, ac propterea non omninò illam Conjugem habere, ſed pro ſua optione, vel ducere tenebitur, vel dotare. Neque ut puto, nimis à veritate aberraret, qui ita ſentiret de ficto Promiſſore, qui nempe animo extorquendi copulam, verbatenus dumtaxat, Matrimonium ſpopondiſſet: Quis namque dubitet ſic fœminam decipi turpiter, ac ſeduci? Fictus enim Promiſſor in hoc caſu æquiparatur vero, itane teneatur Puellam à ſe defloratam deſponſare, ut magiſtraliter firmat *Rota in Monaſterien. matrimonii 27. Junii 1696.§.Mulier, coram clar:me:Card.Caprara, & in ejusConfirmatoria die 15.Decem.ejuſdem anni §.Abſolutum cor. eodem*, ubi concordantes.

257 Verùm enimverò, utcumque res ſe habeat, dum agitur de ſimulatis promiſſis; longè major eſt ratio de illo, qui ſub ſeria pollicitatione nuptiarum Puellæ conſenſum in Copulam eſt aſſecutus: In hac enim facti ſpecie non venit ſolummodò attendenda obligatio emergens ex delicto ſtupri, & damno Virgini ſeductæ ejuſque Parentibus illato, verùm etiam natura, & vis contractus, in quo pro corporis traditione futuræ nuptiæ pollicentur, atque implementum jam redditum à muliere, quæ ſe Viro permiſit, idcircò nullus videtur ſupereſſe pœnitendi locus, & omninò cogendus Vir ſtare Sponſalibus, ac violatæ Sponſæ ſervare fidem, ut communiter utriuſque Fori Doctores aſſeverant. & Praxis Tribunalium maximè Eccleſiaſticorum obtinuit, innuunt S.Thomas *to.7.in 4. diſt.28. quæſt.unic.art.2.ad 4.* S. Antoninus *2.par.tit.5. cap.6.§.1. verſ.In fin.autem conſcien.* Cæteri ex antiquis, quos magno numero citant, & ſequuntur *Fagundez cap.5. cit.num.12. Diſcaſtillo dub.9.cit.n.128.Portel.to.1.par.3.reſponſ.moral. caſ.6.per tot.* Plurimi quos paulò inferiùs afferemus. Ex juris peritis colligunt concordantes *Ciarlin.contr.174.cit.n.70.Franciſcus Zypæus reſponſ.Canon.to.1. lib.4. reſponſ.3. tit.de divort. per tot.Rubens in adnotat.ad deciſ.431.cit.n.89.* & pluries firmavit *Rota* præſertim *in una Calaguritana coram Melcio la 163. par.9. to.1.rec. nu.20.& ſeq.* ibi: *Dùm Angela ex promiſſione Joannis tradidit corpus ſuum, ac paſſa fuit deflorationem, partem ſuam adimplevit, undè alter tenetur etiam adimplere, & nu.23. Nec ſatis eſt tali caſu pecuniis ſatisfieri, & Sponſalia contrahens, ac ſub ſpe futuri matrimonii Virginem deflorans, tenetur eam ducere*; Et noviſſimè in *Pampilonen.matrimonii 23.Junii 1702.in fine coram R.P.D. Lancetta, & in Camerinen. Sponſalium 12.Junii 1711. §.final. coram Eminentiſſimo Priolo*.

258 Abſit itaque, ut Virum Virginis ſeductorem, vel in minimo tueri velimus, quin ſuæ libidinis pœnas luat, quin adigatur damnum ſimplici Puellæ illatum tametſi cum ſui gravi incommodo reſarcire, ſibi imputet ac ſuæ malitiæ, quos iniquos licentiæ exercitæ effectus experitur; Atque Virginem, quam volens libens fœdare auſus eſt, non erubeſcat Conjugem habere,invitus etiam compellatur.

259 Verùm tamen nos Cauſam omninò diſſimilem verſamus: Non pro juvene contra mulierem agimus, cùm inter ipſos nulla ſubſit controverſia, quinimò in malo turpiter concordes reperiantur. Parentum, Familiæ, Reipublicæ, Eccleſiæ quoque diſpendium vitare quantum fas eſt unicè meditamur: Cuncta enim in peſſimum diſcrimen adduci ſæpè contingit, ſi indigna connubia ſæpiùs dicta à Filiisfamilias contrahenda nedùm permittere, ſed præcipere neceſſe ſit, nec unquam liceat impedire; Præſtat igitur examinare nùm quandoque talis ſubſiſtat Cauſa, ut non obſtante ſtupro cum Sponſalibus juncto,poſſie imò debeat Filiusfamilias jure compeſci, ne ducat Virginem, quam violavit. Duram cuique videbimur cœpiſſe Provinciam; illam tamen fugitare quid cogit? Nihil profectò ad dicendum veritate faciliùs inquit S. Ambroſius *in Homilia &c.* Pro more igitur in præmiſſis dubiis decidendis ſervato plura, quæ meditati eramus, miſſa facimus, ea ſolummodò proferentes,quæ ex gravioris notæ,ſive *Theologis*,ſive *Canoniſtis* decerpere potuimus.

260 Paucis quidem verbis negotium conficere valuiſſem, affirmans eaſdem fermè de Sponſalibus cum ſtupro, quæ de Sponſalibus juratis, limitationes traduntur à *Doctoribus*, quos pro ſuperiori dubio congeſſimus; Nempè aſſerunt, dùm Parentes diſſentiunt propter ignominiam ex nuptiis ſibi irrogandam, ex quo ſcandalum immineat, & parùm fœlix exitus timeatur; itaut Matrimonium abſque peccato perfici non valeat, neque Sponſalia, neque ſtuprum obſtare quin poſſit, imò debeat etiam implorato Judicis auxilio Conjugium à Parentibus impediri: Lubet nihilominùs eorumdem auctoritates, in quibus expreſsè meminerunt deflorationis vi ſponſaliorum conſecutæ in medium proferre; nec

non

non pleroſque adnectere nuſquam in præce-
dentibus laudatos, ut vel ex Teſtium numero
veritati, quam proſequimur, pondus accedat.

261 *Dicaſtillo de juſt.lib.2. tract.2.diſput.7.
dub.9.num.128. Aſſerendum quintò ſi Vitiator
promiſit Conjugium, & ea ſpe, ſeu Conditione
Virgo in Copulam conſentit, tenetur eam ducere,*
ſubdit verò caſus, in quibus à nuptiis abſti-
ne udo ſatis erit ſatisfacere pro damno Virgini
illato, & *n.*133. ſic habet: *Deindè etiam reſtitu-
tio ſufficit quando timetur ex matrimonio ſcanda-
lu m, vel malus exitus, vel grave damnum futurum.*

262 Apertiùs loquitur *to.3. de Sacram. in
tract.de Sponſal.diſput.1. dub.10.num.*161. ubi
firmat Sponſalia non obligare, ſi ex Matri-
monio timeatur notabile ſcandalum *aliudve
grave incommodum, quod indè oriri ſolet, ac
debere Judicem interdicere matrimonium*: at-
que pluribus citatis ſubdit id verum eſſe,
*etiamſi ſecuta fuerit Virginis deſloratio: Hic
enim etiam quando promiſſio fuit non ficta, tene-
tur quis ad evitanda talia ſcandala non contra-
here cum ea, quam ſub ſpe talis promiſſionis deflo-
ravit*, & iterum confirmat *diſp.4.dub.18.n.*181.

263 *Gibalinus de uſur.to.1.lib.3.cap.2.art.6.*
Quærit, an Violator Virginis ſub ficta pro-
miſſione Matrimonii teneatur eam ducere,
& *num.*5. ſic reſolvit: „ Neque enim ficta
„ promiſſio, & Sponſalia magis obligare poſ-
„ ſunt, quàm vera, & quæ Cauſæ permittent
„ iſtorum diſſolutionem, illorum quoque re-
„ ſciſſionem patientur: Quare ſi grave aliquod
„ ſcandalum jure meritò timeatur ex futuro illo
„ Matrimonio, & ut loquuntur, malus aliquis
„ exitus, non erit contrahendum, ſive verè,
„ ſive fictè fuerit promiſſum.

264 *Cardinalis Taletus Inſtruct.Sacerd.lib.5.
cap.11.n.1.* de ſtupratore ſic ſcribit. „ Si rur-
„ ſus promiſit illam ducere, aut cum juramen-
„ to, aut ſine illo, quamvis verè promiſerit,
„ & poſſit ducere, ſi tamen timeret grave ali-
„ quod ſcandalum ſufficiet dotare, *& citat.Na-
var.* cujus verba ſubdimus.

265 *Navarrus to.2.in manual.cap.16.nu.*18.
de Virginis Defloratore ſic loquitur: „ Si
„ promittit ſe ducturum eam, ſive promittat
„ ex animo vero, ſive ficto obligatur ad ea-
„ plenda promiſſa, & multò magis ſi id jura-
„ mento firmavit: Niſi (*nota*) eſſent valdè inæ-
„ quales *genere*, *vel* divitiis, puta ſi Vir eſſet
„ nobilis, & illa Artificis mecanici Filia, eò
„ enim caſu judicio noſtro non obligatur ad
„ ampliùs quam ad dandum ei tantum quan-
„ tum opus habet ad talem adipiſcendum ma-
„ ritum, qualem ſi non eſſet infamata adipi-
„ ſceretur: Idem dicendum de eo caſu, quo
„ promiſſio fuit vera, & ex animo facta, ſed eſſet
„ probabile, quod ex matrimonio eam conſe-
„ cuturo grande aliquod ſcandalum naſceretur.

266 *Coſmas Philiar.de Offic.Sacerd.t.1.par.2.
lib.4.c.17.* „ Deflorator Virginis ſi promiſit
„ ſe illam ducturum, ſive ex animo, ſive fictè,
„ tenetur eam ducere, niſi eſſent valdè inæqua-
„ les genere, vel divitiis &c. Idem dicendum
„ eſt de eo caſu, quo promiſſio fuit vera, & ex
„ animo facta, ſed probabile eſt, quod ex illo Ma-
„ trimonio grave aliquod ſcandalum oriretur.

267 *Antonius à Spir.Sanct.in direct.Confeſſ.
tract.10.diſput.1.ſect.*8. de Viro nobili, qui ſe-
riò promittens Conjugium Virginem viola-
vit ſic habet *nu.*58. „ Tunc ratione promiſ-
„ ſionis veræ debitus eſſet totus ille exceſſus,
„ ad quem reddendum Promiſſor ſeriò, & con-
„ ſcius notabilis exceſſus ſe obligare voluit:
„ Hoc tamen intelligi debet ſecluſo ſcandalo,
„ vel malo exitu Matrimonii, ut ſupradictum eſt.

268 *Naldus in Sum.Verbo Virgo n.3.* „ Vir-
„ ginem deflorans cum promiſſione illam du-
„ cendi, tenetur ſervare promiſſionem; limi-
„ tatur tamen hæc ſententia &c. Non tenetur
„ eam ducere ſi ex tali Matrimonio magnum
„ ſcandalum, aut detrimentum timeretur &c.

269 *Marcus Serio de Off.Paroch.tract.2.de
reſtit.diſput.5.difficult.2.q.7.nu.1.* „ Qui Vir-
„ ginem defloravit Matrimonium, vel verè,
„ vel ex animo promittens teneri eam ducere
„ eſt communis Doctorum ſententia, limitatur
„ tamen &c. *nu.*4. item non tenetur eam duce-
„ re ſi aliquod grave damnum, vel ſcandalum
„ ex tali Matrimonio ſequatur.

270 *Petrus Marchant. in Tribun. Sacramen.
t.2.tract.7.tit.1.qu.2.§.3.dub.2.reſol.2.* „ Qui
„ Virginem defloravit promittens ei Matrimo-
„ nium, tenetur eam ducere: In caſu autem,
„ quo illam ducere non poſſet, tenetur eam
„ dotare: Caſus illi ſunt: Magna Perſonarum
„ inæqualitas: Grandes Parentum inimicitiæ:
„ gravia ſecutura odia &c.

271 *Thomas Tamburinus in explicat. Decal.
lib.7.cap.5.§.3.nu.34.* „ Si vera fuit promiſ-
„ ſio, multò magis jurata, Defloratorem obli-
„ gari ad nuptias celebrandas, niſi legitima ac-
„ cedat excuſatio certum eſt, *& nu.*39. Excu-
„ ſabitur ſi ex tali Matrimonio probabiliter ti-
„ meatur oriturum magnum ſcandalum, vel
„ fore malum ejus exitum per rixas, diſcor-
„ dias &c. Sicuti enim hæc diſſolvunt Sponſa-
„ lia, ita & promiſſionem de qua loquimur.

272 *Regin.in Prax.Far.pœnit.to.2.lib.31.c.35.
n.255. Ultima propoſitio eſt fictè promittentem,
qui ſub ea promiſſione Virginem defloravit teneri
ſub mortali eam ducere &c. limitanda eſt autem
propoſitio hæc, ut non procedat, ſi ex matrimonio
ſcandalum magnum, aut malus exitus probabili-
ter timeatur, quia tunc ſatis eſſet pecuniis damnū
illatum reſarcire, etiamſi Sponſalia eſſent vera.*

273 *Ægidius Trullenc.in expoſit.Decal.to.2.
lib.7.cap.9.dub.3.nu.1.* „ Si Deflorans Virgi-
„ nem, ipſi verè, & ex animo Matrimonium
„ promiſit, tenetur eam ducere &c. quod limi-
„ tant, modò ex adimpletione promiſſionis
„ non ſequatur grave malum, vel grave ſcanda-
„ lum, aut incommodum, ut graves rixæ inter
„ Parentes contrahentium; quia juſtitia non
„ obligat ad faciendum malum, maximè ſi ſtu-
„ prator eſſet dives, & potens, Puella verò
„ quam violavit eſſet Perſona vilis, & pauperri-
„ ma, & non convenit eo in caſu illam ducere.

274 Am-

Digitized by Google

274 Amplioribus terminis utuntur *Theologi* aliquautulum antiquiores: *Sic Gregorius de Valentia t.3.Commentar.Theolog.diſput.9.q.3. punct.3.fol.mihi* 1874.*verſ.In ſpecie*, ibi: „ Violator Virginis teuetur eam ducere ſi virgini Matrimonium promiſit verè, & ex animo, *& ſtatim limitat ſubdens*: Si perſonæ ipſæ non ſint adeò conditione diſpares, ut ob eam inæqualitatem ſecutura videantur magna incommoda in Matrimonio tali.

275 *Lopez in Inſtructor.Conſcien.1.par.c.76. q.3.* Quærit ad quid obligetur qui animo vero, vel ficto promiſit ſe Virginem ducturum, ſub qua pollicitatione, & fide ipſa illi ſui corporis copiam fecit, & reſolvit teneri eam ducere, duplicem verò ſubdit exceptionem. *Primò niſi valdè inæquales genere, vel divitiis eſſent,§.Atque hoc.* „ Secundò verò ſi eſt probabile, quod ex tali Matrimonio grande aliquod ſcandalum orietur.

276 *Corduba in quæſtionib.Theolog.,lib.1. qu.13.dict.1.* „ Quicumque verè promiſit ſe Virginem ducturum in uxorem, ſive eam cognoverit, ſive non, regulariter tenetur promiſsum adimplere. Dixi regulariter quia eſt exceptio in aliquibus caſibus; puta ſi ex tali Matrimonio grande ſcandalum immineret.

277 *Jacobus de Graff par.1. lib.2. deciſ.aureat.cap.79.nu.3.* „ Deflorator Virginis, qui animo vero, ſeù ficto per prius promiſerat eam ducere in uxorem adſtringendus eſt ad ſervandam ei fidem; quòd multò magis procedit, quando ſe ad id juramento adſtrinxerat: *Sed ecce limitat*: Quod intellige, niſi probabile eſset, quòd ex Matrimonio conſecuturo grande aliquod ſcandalum naſceretur.

278 Audiendus omninò *Sayrus in Clav. Reg.lib.11.cap.2.nu.33.* „ Si Deflorans Virginem promiſit ei Matrimonium verè, & ex animo, tenetur eam ducere, ſic Navar. Martin. Ledeſma, Michael Salonius, & alii Doctores communiter &c. hoc tamen limitant prædicti Doctores, ut non procedat quando eſset tanta diſparitas, ut non eſset honeſtum illam ducere, & magna incommoda ex tali Matrimonio ſequerentur, tunc enim docent ſatis eſse, imò teneri ad dotandam Puellam violatam ſecundùm qualitatem Virginis ad arbitrium prudentis Viri, *& ſubdit*: Hanc Doctorum limitationem conſideratis circumſtantiis in Praxi obſervandam eſse.

279 Clariùs ſe aperit *Georgius Gobat. in Theolog. experient.tract.10. Caſ.3.n.106.* „ At verò ſi timeantur graves rixæ inter Parentes contrahentium; Si diuturna horum offenſa, ſi denique grave ſcandalum, irrita ſunt Sponſalia, & extendit Sanchez etiam ad Caſum quo Virgo eſset deflorata ſpe Matrimonii: ſed ego doctrinam Sanchez approbo in Caſu, quo pietas, charitas, aut alia ſimilis virtus clarè prohibet nuptias cum tali &c.

280 Idem *Caſ.8.nu.335. At quid ſi Sponſus ſpe matrimonii imprægnet Sponſam, & Pater minetur exhæredationem ſi ducat? Sanchez diceret teneri deſerere illam adhùc imprægnatam, ſi ſecutura ſit perpetua offenſa Patris.*

281 Pleriſque tandem omiſſis ſufficiat duos ſubnectere, qui præcipui merito habentur inter *Doctores* de Matrimonii Sacramento ex profeſſo diſſerentes *Theologum* unum, alterum *Canonici Juris Doctorem*.

282 *Sanchez lib.1.diſp.14.nu.3.* poſtquam auctoritate, & ratione in præcedenti dubio a nobis inſinuatis, firmat Sponſalia ſervanda non eſſe cum ratione ſcandali ſervari ſine læthali culpa non valent, citans pro ſua ſententia *Navarr. Lopez, Capuam, & alios, pergit his verbis: Qui loquuntur quamvis ſecuta ſit Virginis defloratio ſub ea ſpe matrimonii futuri; quod quidem veriſſimum eſt propter rationem dictam.* Ratio autem præmiſſa fuerat: *Quia virtus juſtitiæ obligare nequit ad actum, quod ſine peccato impleri non poteſt.*

283 Plura ad rem noſtram tradit *Joannes Gutier.* qui conſtanter aſſertæ ſententiæ adhæſit, præſertim *lib.1.Canon.quæſt.cap.37.n.27.* ubi ſubſcribit opinioni *Navarri, & Cordubæ*, quorum verba modo retulimus: acriter verò illam confirmat *Cap.20.nu.23.& ſeq.* verbis ex parte in reſolutione primi dubii à nobis proditis; ibi. „ Neque Ordinarius ægrè ferre debet, quod Matrimonium hujuſmodi inter valdè diſpares impedire facilè poſſit, & quod mulier abſque remedio manebit: Quandoquidem jure optimo, & tuta Conſcientia Pater abſque malitia aliqua id impedire poſſit, & huic ſe ſponte exponit periculo fœmina, quæ altiori nubere vult inſcio Patre Viri, quod ſi honorem, & pudicitiam ſuam indiſcrete profuderit, ſibi imputet cùm Præfatus Pater jure ſuo contradicere valeat &c.

284 Conſentit apertè his citatis *Epiſcopus Pax Jordan.to.1.elucubr.Canon.lib.3.tit.7.n.51. verſ.Imò*, ubi agit de diſpenſatione ſuper denunciationibus, & ſic habet: „ Imò ſi filius Virginem defloraſſet, data fide Matrimonii, ſi inter eos talis ſit diſparitas, ut veriſimiliter gravia ſcandala oritura ſuſpicentur, non erit legitima diſpenſandi Cauſa, ſi agatur de evitandis paternis ſuaſionibus contra Matrimonium; Secùs dicentes, quando nulla eſset diſparitas.

285 *Franciſcus Zypæus Reſponſ.jur.t.1.lib.4. Reſponſ.Canon.tit.de divor.reſponſ.4.nu.4.* quod edidit pro tuenda Virgine præviis Sponſalibus Chirographo ſcriptis, nec non juramento firmatis, inſuper ſacrilego dolo coram ficto Parocho deſponſata, ac tandem ſic ſtuprum paſsa: Cùm verò ad vitandum Matrimonium ex parte Viri opponeretur natalium diſparitas, Auctor admittit hanc ſufficere, ſed adhibita limitatione ibi: *Et propterea qui tradunt inæqualitatem Contrahentium obſiſtere Sponſalibus, accuſant quod ex inæqualibus nuptiis ſcandala, odia, ſimiliaque incommoda oritura ſint, qualia evitare jubeat charitas, & quæ ſine peccato admitti vix poſſint.*

286 Advocato concinit Judex; nempe *Joan.*

*Joannes Baptiſta Ciarlinus lib.2. Controverſ. foreuſ.cap.*174. ibi latè examinat Cauſam inter Defloratorem, & mulierem præviis Sponſalibus juratis violatam, quæ pluribus annis cum illo verſata, pluties ex ejus concubitu conceperat, ac filios genuerat: quibus non obſtantibus cenſuit *Author* non eſſe cogendum Defloratorem ad nuptias, eo nixus fundamento, quod ſubortis inter Sponſos odii, ac malevolentiæ ſeminibus, meritò metuendum erat, ne Conjugium parùm fœlicem exitum ſortiretur; Quapropter morem ſe gerere Sacris Canonibus debuiſse credidit, permittens Reo ut à nuptiis abſtineret, videatur præcipuè *nu.*77.78.*&* 79.

287 Claudat pro nunc *Doctorum* agmen S.Theologus *Juris Doctor, & Epiſcopus Antonin.* perſpicuè idem docens *par.2.tit.5.c.6.§.1. cir. med.*ubi. *Etſi promiſiſſet eam ducere in uxorem, ut Copulam ab ea extorqueret, ſervet promiſſum, & multo magis juramento firmatum*: Et illicò ſubjungit: *Et hoc niſi nimis diſtans eſſet eorum conditio, puta mulier plebeja, Vir nobilis: Vel etiamſi magnum ſcandalum indè creditur proventurum.* Putant aliqui id locum habere dumtaxàt cùm promiſſio fuit ſimulata; Verùm præterquàmquod recitata verba nullam exprimunt diſtinctionem, tametſi illam expreſsè ſonarent, valeret argumentum à promiſſione ficta ad veram ſemper, ac adſtruatur ex ficta promiſſione oriri debitum juſtitiæ, ut nuptiæ contrahantur: Quandoquidem ſi aſſerta obligatio ceſsat ratione ſcandali ex nimia diſparitate imminentis, conſequitur illam ceſsare etiam in promiſſione ſeria, namque utrobique cavendum eſt, ne affirmetur vinculum juſtitię pro adimplendo opere, quod à peccato nequit ſeparari; Quamobrem pro eadem noſtra ſententia non immeritò adducerentur quotquot affirmant pro ſtupro patrato ſub ficta promiſſione Matrimonii non ſatis eſse damnum compenſare, niſi omninò adimpleatur promiſsum; quique unanimiter excipiunt caſum gravis ſcandali, aut deterioris exitus ex juſta parentum indignatione propter notabilem generis diſparitatem, metuendi. Conſultò tamen ab illis abſtinemus, ne videamur teſtes emendicare cum tot præſto fuerint, & omni quidem exceptione majores.

288 Adſtipulatur his omnibus *Sacra Rota in Calaguritana prætenſi matrimonii deciſ.19. par.10.recen.* In ea iterùm acta fuit Cauſa inter Virginem, & Virum, qui omninò conſcius illius infimæ conditionis, pollicens connubium ipſa potitus fuerat, in qua jam Sacrum Tribunal pronunciaverat pro muliere contra Defloratorem; Re tamen maturiùs diſcuſſa, ex noviter enarratis circumſtantiis à deciſis recedens Virum abſolvit; Quantumvis verò præcipuum mutandi ſententiam motivum fuerit ſubſequens fornicatio Sponſæ, agnovit tamen Sacrum Auditorium ad eumdem finem obtinendum Plura ſuppetere valida argumenta *n.*45. ibi: *Ulteriùs conſtat etiam de gravi indignatione Parentum, & Conſanguineorum: De odio, & maxima animi averſione in Sponſo contra Sponſam excitatis: Nec non de imminenti ſcandalorum periculo, ac de maximo infelicis exitus timore, caſu quo ſequatur tale matrimonium.* Exindè *nu.*55.56.*&* 57. confirmat auctoritatibus, & rationum momentis Cauſas enumeratas ſufficere, ut recederetur à Sponſalibus ſupradictis, quæ videlicet juncta fuerant cum Virginis defloratione.

289 Hactenùs firmata evincunt, neque novum, neque difficile authumandum dictum, quo filiofamilias ſuadeatur, nec debere, nec poſse licitè inire Matrimonium indignum, quamvis Virginem ſub jurata pollicitatione Conjugii vitiaverit, ſemper ac ex rationabili Parentum contradictione imminens ſcandalum, ac minùs fœlix exitus non inaniter formidatur: Quandoquidem præter tàm multas, ac graviſſimas auctoritates fulcitur aſserta veritas iiſdem fundamentis, quibus Sponſalia Sacramento interpoſito confirmata tantoperè demonſtravimus in ſimili Caſu nullatenùs obligare. Namque, ſtuprum non valet parere diverſi generis obligationem, atque ad ſummum auget illam, quæ vi juſtitiæ oritur in Sponſalibus; propterea ſi imminens ſcandalum, ſi probabilis timor deterioris exitus, ſi tandem injuria, quæ Familiæ, quæque Parentibus per indignas nuptias irrogatur, vel ab initio impedimento ſunt ne contractus valeat, neve jurisjurandi religio liget, vel jam inductum ligamen ſolvere ſatis ſunt; eadem vi pollebunt adversùs ſtuprum, ſive impediendo ne pariat, ſive jam partam per illud obligationem ſubmovendo: neque enim aliquando dumtaxat, ſed perpetuò, ſemper virtus iuſtitiæ nequit quemque adigere, ut impleat opus quod ſine ſcandalo, ſive peccato non eſt ipſi liberum adimplere.

290 Et proculdubio toto cœlo à veritate diſcederet quiſquis æſtimaret tantam ineſse ſtupro vim obligandi, ut è conſpectu eius, etiam *Divini Juris* præcepta, nedùm cæteras virtutes omni effectu vacuas perperàm affirmaret: Quamplura ſupperunt exempla, quibus perſpicuè comprobatur, nullum Jus ad nuptias adipiſci Virginem ex ſtupro ſub illatum ſpe incautè admiſso, ſive quia altera virtus illicitum reddit Matrimonium ſive propter præcedentem aliquam obligationem iuſtitiæ quantumvis minoris ponderis, & momenti. Sic qui obſtrictus voto, vel ſimplici caſtitatis, vel ingrediendi Religionem, Virginem data fide Matrimonii corrupit, nec tenetur, nec poteſt licitè ipſi nubere obſiſtente virtute Religionis, quam violavit promittens, ac irrita fuit promiſſio, utpotè de re iniqua, ut ſolidè comprobat *Navarr. lib.4. Conſil.tit. Qui Clerici, vel voventes conſ.1. per tot. Vivaldus in Candelab.par.3.cap.14.nu.64.Rodriquez in Sum. to.1.cap.207.nu.11.Gabr.à* S. Vincentio *de matrim.diſp.5.qu.1.nu.12.& ſeqq.Martinus Perez diſp.5.*

Digitized by Google

diſp. 5. ſect. 1. nu. 6. & ſequent. fuſe *Dicaſtillo tom.3. de Sacram. tract.tn. de ſponſal. diſput.1. dubit. 32. n. 446.* Quod abſque ullo dubio aſſerendum venit ſi Virgo ſciverat viri votrm quo conjugium illicitum eeddebatur, *Sanchez lib.1. diſput.45. n.3. Azor.3. p. cap.5. difficule. ultim. Leſſius de juſtit. lib. 2. cap. 10. dub. 4. Reginald. prax. pænitent. lib. 25. cap. 6. ſect.7. num.95. Gutier. de matrim. cap. 25. in fin. Bonaccin. de ſponſal. q. 1. punct. 5. n. 7. & cæteri apud ipſos.*

291 Item qui nuda ſponſalia cum una contraxit, ſi deinceps cum altera contrahar, illamque violet, priori ſponſæ fidem reddere tenetur, ac poſteriorem deflaratam deſerere, juxtà communem fere Doctorum ſenſum, quos colligunt, & ſequuntur *Henriquez in ſumm. lib. 11. cap. 13. num. 3. Ludovic. Lopez p.1. inſtruct. Cap.76. Bonaccin. q.1. cit. punct.5. n.7. Philiarc. to.1. p.2. cap.1. Sanchez de matrim. l.1. diſput.49. Ledeſma de matrim. quæſt.43. §. in oppoſitum Dicaſtillo dubit. 32. cit. n. 472.* & ex Canoniſtis *Navarr. in manual. cap. 22. de Sacram. matrim. n.26. Gutier. de matrim. c.27. n. 5. & ſeqq. Zoeſius commentar. in jus Canon. ſuper 4. decretal. tit. de ſponſal. n.36. Pirhing. in jus canon. tom.4. eod. tit. §. 7. n.57. Joannes Chriſtoph. Schambogen. ſup. 4. decretal. tit. 1. n.88.*

292 Porro tum præfata, tum pleraque alia quæ recenſeri poſſunt exempla illo innituntur indubitabili axiomate, quod ad opus illicitum nemo unquam ſive ex juſtitia, ſive ex damno illato, ſive alia quavis cauſa compelli poteſt: Atque adeò cum tranſgredi votum, & frangere ſponſaliorum fidem vetet Religio, & Juſtitia prohibeat, neque ſubſequens promiſſio, neque ſtuprum ſub illa extortum quidquam valent, maximè ſi mulier votum, vel præce dentia ſponſalia non ignorans, ſe maculari conſenſit. Quid ergo mirum, ſi dicamus præceptum *Divinum* & *Naturale*, de non afficiendis Parentibus gravi dedecore, & injuria, de non inferenda toti Familiæ inevitabili infamia; de vitando ſcandalo, maxime inter conſanguineos, denique de non exponendo ſe, futuramque conjugem evidenti periculo deterioris exitus, infirmare obligationem, quæ ex ſtupro ſponſalibus juncto extra hunc caſum conſurgere non diffitemur? Idemque in primis verum eſſe, ſi Fœmina hæc omnia prævidens filium familias alliciens, ut ab ipſo fidem Conjugii extorqueret, extorta ſemel, ſui copiam eidem fecit, decipiens potius quam decepta?

293 Et hic non abs re erit tantiſper immorari, rogando judices, ne priuſquam pro Tribunali ſedeant, ad iniqua, quibus vitam degimus tempora, oculos convertere dedignentur. Quænam in præſentiarum Puella vere ſeducta dici poteſt? Quam pauci ſunt ignobiles Parentes, qui ſe inſciis, vel invitis, filias ſtupro à nobilibus dehoneſtatas cum veritate conquerantur? Immo nobilium Adoleſcentium Patres; præcipuę Urbis familiæ; Univerſa quoque Reſpublica, gravi ac juſtiſſima querela aſſurgunt contra filias, contra Genitores, quæ blanditiis, qui lenociniis, filiosſamilias trahunt, ſollicitant, invitant, utinam quandoque non cogerent, ut promiſſis nuptiis in libidinis cæno volutentur: Nempe quia falſo perſuaſum habent, ſponſalibus per ſas, neſaſve contractis, accedente ſtupro, pedem revocare, licere nunquam! Profecto ingenti eos errore decipi ſatis evincunt uſque modo dicta, prout etiam animadvertunt in ſuis caſibus *Cuſp. nel Giudice Criminaliſta p. 3. c. 38. & late Urſaya Inſt. Crim. lib.2. tit.7. a n.111. 2. edit.* Salubrius tamen eos errore eriperet timor pænæ, qua dignos nefarios Parentes ſcribit. *S. Antoninus 2. p. tit.5. cap. 6. §. 1. Parentes qui tradunt filias nobilibus, & divitibus deflorandas, ut propter hoc eas nuptui eradant illis doeantibus, peſſimi ſunt Lenones digni morte temporali, & æterna:* Quamque jure tum Eccleſiaſtico, tum Cæſareo ab iiſdem luendam decernitur, de qua alios cumulans late *Farinac. in Prax. par.2. tom.2. tit. de delict. Carn. q.144. per tot.* Ipſas pariter Virgines cautiores redderet imminens eiſdem pæna vel infamia, quam in jure ſancitam legimus in *leg. fœdiſſimam la 20. Cod. ad leg. Jul. de Adult.* ibi *fœdiſſimam earum nequitiam, quæ pudorem ſuum proſternunt, leges ulciſcuntur*, ubi Gloſs. *Mulier quæ ſponte committit ſtuprum, punienda eſt, & ibidem Bald. ſtuprum voluntarium punitur in utroque:* Late *Farinac. loco cit. q.147. num.49.* Et bene *Laurent. Matthæu de re criminal. Controv. 51. n. 38.* ibi: *Si aliqua pæna coercerentur Puellæ, neque tanta deceptæ ſub fruſtranea ſpe nuptiarum deriderentur, neque tot, tantæque adoleſcentulos, quorum matrimonia ambiunt, ad amplexus invitarent.*

294 Verum quia iſta receſſerunt ab Aula, cupienda omnino eſt executio decretorum pluries editorum per Sacram Congregationem Concilii, quibus Epiſcopis demandavit, ut graviter eos plecterent, qui contractis ſponſalibus de futuro, ante matrimonium carnali copula ſe commiſceut, ut poſt *Bellarmin. & Farinac.* teſtantur *Boſs. de matri. cap.7. n.96. & Fagnan. ſuper cap. his qui fidem, de ſponſalib. n. 15.* etenim quis dubitet ex indulgentia, quam inverecundæ Virgines apud Judices experiuntur, cum pænarum vice, patrocinium ſæpeſæpius aſſequantur, jam id confici, ut nihil magis habeant in votis quam nobilem, quamque Juvenem ſui amore incendere, ut concupiſcentia excecatum ſub Conjugii fide ad ſtuprum admittant; exinde maritum habituræ? Ita prorſus pluribus Italiæ Catholicis Urbibus accidit diſpendium pudoris, quod Hollandiæ contigiſſe meminit, ac deteſtatur *Grotius lib.3. manuductionis cap.35.* & ex ipſo *Gonzalez Tellez in 5. Decretal. ſuper cap.2. de Adulter. n.8. in fine*, ibi.. *Quid enim ſi Virgines fiducia legis Divinæ licentius peccent.*

295 Scan-

295 Scandalum iſtud, ut à ſuis evellerent Diæceſibus, jure optimo nonnulli Antiſtites per *Synodales Conſtitutiones* irrita fecerunt ſponſalia clandeſtina, tametſi ſecuta copula inter ſpondentes: Uti de Diæceſi Rhegienſi teſtatur *Ciarlin. d. cap. 174. n. 72.* ibi.. *Nec dubium eſt, quod talis conſtitutio ſit licita, & honeſta, & valida*, & de Diæceſi Lauſanenſi *Gobat. Experien. Theolog. tract. 10. caſu 1. n. 11. & 12.*

296 Porro, ut ad ea unde digreſſus eſt ſermo, revertatur: *Si Parentes tenuioris fortunæ filiam indotatam locupleti locari cupiunt, & fallaciis Adoleſcentem inducant ad dandam fidem de conjugio, ſponſalia quamvis jurata ſint, vel etiam coitu confirmata retractari queunt* ſunt verba *Roberti Konig. princip. Jur. Canon. lib. 4. decretal. tit. 1. de ſponſal. n. 71.* Id an ſæpius contingat prudentem Judicem neutiquam latet: Nobis ſatis eſſe debet, quæ ex jure, ac per Theologiæ principia probari *Auctores* colligunt, ejus prudentiæ fideliter memorare.

297 Hactenus pronunciata veriſſima apparent inſpecto juris rigore; enim vero nonnihil tribuendum credimus æquitati. *In ſumma* enim inquit lex, *æquitatem quoque ante oculos habere debet judex, qui huic actioni addictus eſt, leg. quod ſi Epheſi §. Interdum ff. De eo quod cert. loc.* Equitas vero naturalis occurrente caſu Puellæ humilis conditionis, quæ ad nuptias cum filio familias nobiliori aſpirans, impetrata illarum fide ſe fœdandam obtulit duo jubet ſedulo animadverti à judice, ut juſtè valeat pronunciare. Unum eſt, ut æqua lance ponderet ex una parte damnum quod Puellæ imminet, ac ipſius indignis Parentibus, aut Conſanguineis, ſi ab optatis nuptiis arceantur; perpendens inſuper ipſam innocentem non habendam, dum voluntarie ſe proſtituit, neque ut plurimum conſanguineos, præſertim Parentes culpa vacare, quorum inertia, vel ambitio, ſæpius avaritia filiarum licentiam, aut ſollicitat, aut connivet: Denique id præoculis habeat, num Virginis damnum alia via poſſit reparari, attenta qualitate natalium, ac moribus Regionis, & Urbis quam incolit. Nam protinus vana eſt quorumdam cantilena, qui mulierculæ ſtuprum irreparabile malum clamitant; dum ut apprime bene animadvertit *Card. de Luca tract. de dot. diſc. 142. n. 76. in fine: Juxta notiſſimam Praxim exceſſus dotis de facile ſanat iſtam plagam: Tum quia non deſunt alia remedia cum quibus futuræ honeſtati, ac Parentum famæ conſuli poteſt, per ingreſſum nempe in monaſterium, vel Conſervatorium &c.*

298 Ex altera vero parte præter ſcandala, & deterioris exitus periculum quæ ex indignis conjugiis, præcipue, dum tam ſordido, ac iniquo principio deturpantur frequenter progredi compertum eſt; Penſanda ſunt honoris irreparabile diſpendium, nedum Parentum, ſed univerſæ inſignis ſtirpis: Infamia non ſolum ſtupratorem, ſed majores, fratres, ſorores quoque Virgines, vel nuptas omnes inſontes ac nullius criminis participes, denigrans. Item Reipublicæ diſcrimen, cujus multum intereſt, ut nobilium familiarum decus ſervetur: Inſuper exemplum, quo humiles Puellæ, ut facis, licentia, ſtupro tandem, digniores nuptias adipiſcantur egregie commoventur.

299 Alretum, quod equitas recogitare Judicem monet, illud eſt: Cauſam ſcilicet non inter mulierem violatam, & filium deflorantem pendere: Uterque noxius, uterque Reus eſt: Ut in crimine, ſic in agendo ſocii reperiuntur. Lis tota vertitur inter Parentes, fratres, gentem univerſam, criminis prorſùs expertem, ac innoxiam, cujus honori, ac famæ, ut inſidias tenderent, ut periculum molirentur, impudens Virgo, rebellis filius conſulto ſponſalibus ſtuprum addidere.

300 Hæc pro veritate pro conſcientia, judex perſcrutatus, judicet tandem cuinam patrocinium debeat, cui præſidium impertiri: quod ſi adhuc dubitet, ac conſiliatios quærat; præſto ſunt graviſſimi *Theologi* qui omnem dubitationem excutiant.

301 *Bartholomæus à S. Fauſto in ſpecul. confeſſ. p. 1. de reſtitut. diſput. 8. quæſt. 8. in princ.* poſtquam reſolvit, defloratorem Virginis, qui vere promiſit eam ducere, teneri etiam cum proprio detrimento ſervare fidem, ſic diſcurrit: *Sed quid dicendum de eo caſu quando promiſſio fuit vera, tamen probabile eſt, quod ex tali matrimonio gravia incommoda ſequerentur? Reſpondeo ſi talia incommoda fuerunt præviſa, vel de facili prævideri poterant a ſtupratore, tunc videtur eſſe obligatus ad ducendam eam, quia ſibi imputare debet damna, quæ eveniunt ſibi: Quod ſi damna ſint aliorum, ſcilicet Parentum, vel Propinquorum, tunc non tenetur eam ducere, ſed damnum reparare, tribuendo quanti pluries æget ad alteri pro ſua conditione nubendum.*

302 Totidem ferme verbis reſolvit quæſtionem *Joannes Azorius 3. p. inſtit. lib. 5. cap. 5. difficult. 2. pag. mihi 366. Difficultas 2. eſt, an qui ex intentione animi promittit ſe ducturum Uxorem, quam corrupit, teneatur eam ducere etiam in caſu, quo ſit in vitæ ſtatu longe ſuperior: Reſpondetur eſſe obligatum; aliud verò eſt in eo caſu, in quo ſecutura creduntur multa, & magna incommoda: Nam tunc videtur diſtinguendum; ſi enim ea incommoda prævideri, videtur obligatus ad ducendum eam, quia ſibi imputare debet damna, quæ eveniunt ſibi: Quod ſi damna ſint aliorum, & non ſua, tunc non tenebitur eam ducere, ſed dotare.*

303 Conſonat *Dicaſtillo de juſt. lib. 2. tract. 2. diſput. 7. dub. 9. n. 129.* ubi loquens de defloratione Puellæ ſub ſpe matrimonii ſic habet: *ſi tamen vere promiſit nuptias, in omnium ſententia tenetur eam ducere, niſi timerentur damna aliorum: ſi tamen ipſi Promiſſori tan-*

tum damna ſequantur ſibi imputet.

304 Alteram inſpectionem æquitati conſonam, ut ſcilicet damnum Virgini impendens, ſi ſperato connubio decidat, cum damnis ex matrimonio contrahendo promanaturis ponderetur egregie exponit *Averſa de ſponſal.q.8. ſect.15. verſ.Pro altera concluſionis &c.* Perſpicaciſſimi hujus Theologi verba ex parte ſuperius dedimus, prout tulit occaſio, at opere pretium erit ex integro ratiocinantem iterum audire. *Si ob notabile damnum, & ſcandalum imminens non erat ei licitum cum tali perſona conjugari, eique promittere, poterit juſte mutare propoſitum, & ab illa promiſſione recedere, & poterit etiam a judice inhiberi, ne contrahat. Suadetur: quia dum quis ab initio prævidebat tale damnum, aut ſcandalum, cum quo non poterat licite ducere talem conjugem, plane, nec proinde poterat promittere, ac ſe obligare, non enim poteſt quiſquam promittere, & ſe obligare ad aliquod illicitum faciendum; Poterit ergo juſte, ac licite recedere, immo tenebitur, quia adſtringitur adhuc priori obligatione vitandi, ſeu non inducendi tale damnum, & ſcandalum; quare etiamſi ipſe nollet recedere, merito poterit a judice ex officio, vel ad inſtantiam aliorum, quorum intereſt, inhiberi;* Et notant aliqui ex iiſdem Auctoribus (quos citaverat, & nos ſuperius adduximus) *id totum intelligi etiamſi ſponſalia fuiſſent juramento firmata, ac etiamſi interceſſiſſet Virginis defloratio ſub illa promiſſione matrimonii; quia* (adverte) *adhuc præpondrerat tale damnum, quod ex matrimonio impendet: dummodo, inquam, ſit adeo grave, & moraliter probabile, ut prudenter urgeat ad deſiſtendum;* Profecto nil æquius, aut concinnius dici poteſt.

305 Proſequitur deinceps conciliāns oppoſitas ſententias, quarum alterà affirmat, negat altera, valere ſponſalia inter virum, & Puellam non parum Natalibus diſpares, inquiens. *Prior enim procedit, & probat, quando imminet tale damnum, & ſcandalum, quia tunc promiſſio eſt indiſcreta, & imprudens, tunc eſſet nimia, & illicita prodigalitas: ideo enim non tenetur quis prodigere totam facultatem ex vi ſuæ promiſſionis, quia non poterat licite id facere &c.*

306 Id quoque videtur ſentire *Bonaccin.* paucis ſe aperiens verbis *tract. de iis quæ pertin.ad matrim. q.4. punct. 17. n.27.. Ex dictis ſequitur Prælatum poſſe impedire matrimonium contrahendum à filio familias cum aliqua indigna, quando ex ejus celebratione prævidet grave ſcandalum, ac rixas inter Parentes ſecuturas; & hoc verum eſt,* inquit *Sanchez* etiamſi ſecuta ſit copula ſub ea ſpe matrimonii. *Hoc tamen non facile admiſerim, niſi filius alia ratione valeat occurrere damno ſponſæ defloratæ, aut niſi tam grave ſit ſcandali periculum, ut præponderet damno ſponſæ.* Claret igitur ex mente *Auctoris* ſi alias ſponſæ proſpici valeat, aut ſi ex matrimonio imminens malum prævaleat diſpendio Mulierculæ defloratæ, poſſe judicem nuptias filii familias impedire.

307 Addere tandem pro coronide facile nobis eſſet *Theologos* in terminis longe amplioribus contra præfata ſponſalia differentes; at ſtudium brevitatis vix ſinit duos ex ſchola *D. Thomæ* proferre.

308 *Joannes de Cruce in director. conſcien. de 7. præcept. decal.tit. de reſtitut. art.2.dub.4. Violans Virginem promittendo eam ducere in Uxorem, ad id tenetur per ſe loquendo, nam aliquoties ad illud non tenetur Violator Virginis. Primo ſi ſint multum diſpares: Secundo ſi grandia ſcandala ex illo matrimonio probabiliter timentur.*

309 Clarius, & gravius teſtimonium præſtat magiſter *Acacius March. de Velaſco in ſuis reſolutionibus moralibus Hiſpanicè elucubratis tom. 1. ſub verbo Donzella reſolut. 272.* ejus verba latine reddita ita ſonant *n.8.dico 4. qui promiſit Puellæ eam ducere, ſi conſentiret ſtupro, & ipſa conſenſit, tenetur contrahere matrimonium ſub lethali culpa per ſe loquendo; & n.9.* pergit dicens: *Dixi ſub initio per ſe loquendo, nam in aliquibus caſibus non tenebitur ipſe nubere, quamvis non ficte, ſed vere etiam interpoſito juramento promiſerit: Primo ſi longe ſint natalibus diſpares: Secundo ſi cum fundamento timeantur gravia ſcandala ex matrimonio ſecutura:* Et noviſſime *per Stephanum Abbatem in Theologo Principis cap. 4. dub. 1. & 2. per tot.* idem concluditur ut vir nobilis Puellam diſparis conditionis a ſe defloratam non teneatur ducere, ſed tantum dotare ſive ficte, ſive vere promiſerit.

310 Rurſum ex his, plurimiſque non contemnendis auctoribus, non leve quiſquam agnoſceret fundamentum ad aſſerendum, prorſus irrita eſſe ſponſalia inter virum nobilem, & Puellam indignam etiamſi copula interceſſerit, eo prorſus modo, quo de ſimilibus contractibus æque *juris Periti*, ac *Theologi* pronunciant, quotieſcumque merces, vel pretium pro opere promiſſum longe excedat æſtimationem operis ab altero contrahente præſtiti, vel præſtandi, neutiquam obligare, & arbitrio boni viri reducendos eſſe ad æqualitatem. At nos non intendimus, niſi mala toties recenſita pro viribus præcavere, ac tritam, tutamque viam incedentes, ea dumtaxat firmare conati ſumus, quæ ſuadet ratio, quæ Reipublicæ ſalus expoſcit; ſed quæ nobilium Familiarum indemnitas cogit, quæque tandem Eccleſiæ diſciplina, dignitas Sacramenti, atque Divinus periclitans honor in ſæpedictis conjugiis, à Theologo, a Juris Canonici ſtudioſo, verum maxime ab Epiſcopo, ac alio quovis Eccleſiaſtici Fori judice expoſtulant: Id, ut non infructuoſe præſtiterimus, faxit Deus Optimus Maximus.

Ita &c. Salvo &c.

Digitized by Google

APPENDIX.

In qua nonnulla ſoluuntur argumenta oppoſita adverſus Theſes ſuperius ſtabilitas.

311 TErtiò cogit manum calamo admovere, ac vel invitum in arenam deſcendere parendi ſtudium, atque amor veritatis. Vulgata ſiquidem (quo ſato dicere non auſerim) profectò præter animum, atque expectationem, quam privato potiùs ſtudio uſurpandam, ne uriquam ut publici Juris fieret exaraveram, Diſſertatio, Forenſium quorumdam, nec ſanè imperitorum clamorem excitavit: Ii namque religionem eſſe putabant quam vetuſtam credebant Eccleſiæ fore diſciplinam in tuenda Sacri fœderis libertate novitate tentari: Quamobrem cenſuerunt, ſibi tanquàm pro aris, & focis dimicandum neque ulli parcendum ſtudio, aùt labori, ut quam à majoribus de Matrimoniis omninò libere ineundis doctrinam hauſerant, ſartam tectam conſervarent. Ex his unus præcipuè iſque ut in reliquis nulli ſecundus, in cauſis connubialibus verſandis non immerito pleriſque præferendus cauſæ non vulgaris occaſione parta eam ſuſcepit Provinciam ut Filiorumfamilias etiam in Nuptiis indignis ſociandis aſſereret libertatem, atque contraria à nobis jacta fundamenta convelleret, tùm veteribus undequaque collectis, tùm novis argumentis, quæ nedum vulgo, verumetiam Peritis inter primos, ipſis quoque Judicibus negocium faceſſere videbantur. His ut occurrerem amicorum ſuggeſtione, majorum exortatione incitatus cunctabar, tamèn verens nè quæ impietatis, ac impudentiæ profligandæ qualiſcumque Zelus in medium proferre compulit, jàm contendendi animo tribui, ac jactantiæ verti contigerit, ſi ea aggrederer ab oppoſitis argumentis vindicare; Satis interea ratus nonnullis qui vel clamore, vel propoſitis difficultatibus conterriti videbantur, declarare quomodo quotquot opponebantur momenta rationum, vel ex ſuperiùs prælibatis apparebant abundè refutata, vel ideò à Nobis omiſſa, quia ieà inania cenſuimus, ut ſuamet corruerent levitate: Enim verò nulla valuit excuſatio, quìn ſi aliàs invitus, nunc omninò coactus adigerer, vel jam expoſita refricare, vel nouum aliquid promere quo ſtatuta à nobis aſſerta, nedum ab obiectis tueremur argumentis, verum etiam nouum illis robur accederet, ac firmamentum, Id ut aſſequamur operæ prætium exiſtimavi ſingula quę obiiciebantur ſuo ordine prodere, ac unicuique ſigillatìm reſpondere, ne ſcilicèt alicujus vìm argumenti induſtria potiùs contemnere quàm ratione refringere, neve quidpiam ſolvere imparatus crederer data opera ſilentio prætetire.

PRIMUM ARGUMENTUM.

312 LUber primo loco proponere quod novitate conſpicuum, atque auctoritate firmiſſimum, & inenodabile jactabatur argumentum deſumptum *ex Cap. Inter opera* 20. *De Sponſal.* perperàm attributo CLEMENTI III., cum ſit reſponſum INNOCENTII III., ut ex *Raynaldo ad annum Chriſti* 1198. *n.* 38. animadvertit *Gonzalez Tellez ſuper* 4. *decretal.* in notis ad eumdem *Textum n.* 1. *lit. A.*, & verè legitur inter Epiſtolas INNOCENTII editas ab erudito *Stephano Baluſio l.* 1. *Epiſt.* 1 1 5.. Porrò ne quis ſuſpicetur vìm argumenti ullatenùs à nobis enervari, ſubdimus verba integri *Text.*, ut leguntur apud *Baluſium*, & *Gonzalez Tellez*: ſunt autèm: *Inter opera Charitatis quæ imitanda nobis auctoritate Sacræ paginæ proponuntur, ſicut Evangelica teſtatur auctoritas, non minimum eſt errantes ab erroris ſui ſemita revocare, ac præſertìm Mulieres voluptuosè viventes, & admittentes indifferenter quoslibet ad Commercium Carnis, ut caſtè vivant ad legittimum Tori Conſortium invitare. Hoc igitur Apoſtolica auctoritate attendentes ſtatuimus, ut omnibus qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in Uxores, quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum.* Conſonat dictum Sancti Hyeronimi relatum in *Can. non eſt culpandus* 32. *quæſt.* 1. vbi De Oſee Propheta qui Meretricem ſibi junxit Uxorem ſic loquitur: *Non eſt culpandus Propheta, ſi Meretricem quam duxit ad pudicitiam converterit, ſed potiùs laudandus, quod ex mala bonam fecerit.* Adſtipulatur quoque Sanctus Joannes Chryſoſtomus ſcribens ad Theodorum Monacum, *ſi quæ autèm (ſcilicèt mulier) per occaſionem in eam inciderit calamitatem, quemlibet generoſum virum; ſine pudore connubio ſibi talem adjunxiſſe, tanta apud homines miſericordia, & vulgaris opinionis acceptio ſæpè in propatulo ignominia affectas ab infami ſervitute liberat, & in Matronarum ordinem recipit &c.* Ex quibus ſic argumentabantur. Si quæ nuptiæ indignæ habendæ ſunt, maxime quæ cum Muliere in lupanari ſe proſtituente verſantur indigniſſimæ dici valent; Has verò laudabiles licitas declarant Sancti Patres Eccleſiæ Doctores, definit Summus Pontifex, qui, & ad illas ineundas propoſita peccatorum Indulgentia fideles omnes invitat: Itàque nulla ſuperſunt Connubia, à quibus propter humilem conditionem Sponſę licitè poſſint Filii familias, vel à Parentibus, vel ab Eccleſiaſtico Judice prohiberi, quidquid in contrarium clament Theologi, quorum auctoritas novam legem condere, aùt Sacros Canones infringere nunquam valuit.

313 Hoc primo intuitu difficili argumento facillimè ſe expedit Natalis *Alex. Theol. moral. Tom.* 6. *lib.* 2. *de Matrim. c.* 2. *art.* 2. *de conſenſ. clandeſt. reg.* 24. *pag. mihi* 507. inquiens *Viro qui ſui Juris eſt* (nota) *qui ſui Juris eſt Meretricem lupanari eductam ducere licet Uxorem, ut eam à peccato revocet, idque in remiſſionem* per-

Digitized by Google

peccatorum proficere reſpondet Clemens III. (Imò Innocentius III. ut ſupra innuebam). En igitur prima propoſitæ difficultatis evidens explanatio . Laudatus Textus de iis procedit qui ſunt ſui Juris , nec ullo Jure tenentur aliorum Conſilium petere , ac exequi præceptum ; Ut certum eſt teneri filios familias , dum agitur de indignis nuptiis ſociandis, Jure naturali , Canonico , atque Civili , quod ſuperius ſuperabundè demonſtravimus. *Filius namquè prorſus tenetur obedire Patri prohibenti ne ducat Uxorem male moratam, aut infamem , aut longè diſparis Conditionis . Tenetur enim lege naturæ quiſque periculum ſuum vitare , honori ſuo conſulere , familiæque ſuæ dignitatem ſartam tectam tueri . Tenetur Parentibus obedire juſta præcipientibus : Juſtæ antèm prohibitiones illæ &c.* Sic idem Alexander *Tom.cit.c.2.art.1.reg.15.pag.mihi 466.* , Enim verò inſolentiſſimum eſt affirmare aliquando Summum Pontificem eos ad indignas Nuptias allicere, voluiſſe , quos vel dignas contrahere Parentibus neſciis ; vel invitis *Eccleſia ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit* , ut ſæpius inculcavimus ex Concili Tridentini irrefragabili Teſtimonio. Ut igitur res ſe habeat reſpectu cæterorum , Filiosfam: hoc laudato Textu non comprehendi certocertius eſſe debet : Quod unicè ſatis eſt ut liqueat contra ſtatutas Theſes ineptè prorſus præfatū Canonem allegari.

314 Abſit nihilominùs ut aſſentiamur, vel prò reliquorum nobilium Virorum ſive mulierum indignis Nuptiis propoſitum argumentum aliqualiter valere . Siquidem omni dubio procul eſſe cuilibet debet, ut in cæteris reſcriptis , & gratiis , ita prorſus in elargiendis indulgentiis nunquam Pontifices Summos intendiſſe tertio præjudicium afferre , ut ex ſatis vulgatis *Textibus in Cap. Ad aures de reſcriſp.*, & *Cap. Super eo de Offic.*, & *poteſt. Jud. Deleg.* colligunt communiter Doctores quos cumulant *Barboſ. in collect. ad cit. Cap. Super eo.15. n 3. Konig.Princip. Jur. Can.lib.1.tit.3. §.9.n.10. verſic. Regula tertia* ; & latè *Tuſch. practic. Concluſ.Tom.6. concluſ.*685. idque præſertim ubi agitur de iis quæ Juri naturali adverſantur, ut ex *Fulgoſ. conſil.61.n.4.* Animadvertit *Tuſch. loc. cit. n.16.* , Cujuſmodi forent Nuptiæ ſive à Filiis , ſive à quibuslibet contractæ cum dedecore Parentum,Sororum, atque totius Familiæ , ut communi nedum Theologorum , verum etiam Juris interpretum , Sanctorum Patrum , ac plurium Summorum Pontificum auctoritate, nec non ſolidiſſimis argumentis in præmiſſis dubiis ad ſatietatem uſque comprobavimus .

315 Neque abſtinere licet ab exemplis quibus inanitas objectæ argumentationis valeat revelari . Sæpius volentes Pontifices ; Sive pro reparandis collapſis Eccleſiis , ſive pro novis conſtruendis fidelem Populum ad elargiendas elęmoſynas excitare , idque ut in ſatisfactionem pænæ pro peccatis ſolvendæ, ceſſurum ſtatuerunt . Quis antèm ſibi licere proindè exiſtimabit elęmoſynam ut tribuat ęs alienum erogare ? Aut Familiæ deficere iis quibus ad honeſtam ſuſtentationem indiget, ut Eccleſiæ , vel Pauperibus prætextu lucrandi indulgentias opituletur ? Laudabitur ne Filiusfamilias , qui parentibus egenis deſinat providere , ut opem ferens foreuſibus locis *Terræ* Sanctæ , promiſſis indulgentiis perfruatur ? Plura . Licet ne Filio , licet ne Fratri Matrem Senem , Sororem Virginem derelinquere , & ad Loca Sancta , ad ipſa Apoſtolorum limina accedere, ut Jubilei fructum aſſequatur ? Fas erit Patrifamilias Uxorem Prolemque ſua opera nutriendam deſerere , ut procedens ad bellum contra Infideles peccatorum remiſſionem valeat impetrari ? Minimè prorſus hæc vera ſunt , imò ut abſurda contra Pietatem , contra Juſtitiam , contra Charitatem ab omnibus reprobantur , atque Pontificia diplomata fideles reliquos ad enarrata virtutum opera propoſita ſpe veniæ invitantia , hujuſmodi perſonarum genera non comprehendere nemo audet in dubium revocare . Idem omninò Judicium eſto de Canone quem expendimus . Meretricem è cæno eruere licèt ad remiſſionem proficiat peccatorum iis qui ſi ducant nulli infamiam irrogant, non afficiunt Parentes gravi dolore , neque Fratribus , neque Sororibue paribus Nuptiis copulandis impedimentum præſtant , neque ſcandali , aut rixarum occaſionem præbent , denique infelicis exitus periculo ſe , & quas ducunt Uxores non exponunt . Hæc autèm à Filiofamilias à quocumque quoque Nobili Viro vitari non poſſe conſtanter affirmare non dubitaverim .

316 Porrò id ſolummodò intendiſſe Innocentium , ne ſcilicèt Meretrices quarum numerus in immenſum excreverat , quaſque vel infimæ conditionis homines, ipſi quoque gregarii Milites Uxores ducere religioni habebant propter infamiam,quæ ab earum nuptiis Jure Canonico retrahebantur, ſine ſpe matrimonii ſibi damnationem , aliis ſcandalum querere ceſſarent nunquam ; Sublata aliquandiù infamia ſollicite providere. Satis indicant Hiſtoriæ illius temporis , atque ipſa Summi Pontificis verba . Audiendus *Odericus Raynaldus tom.13.*,ad annum Chriſti 1198. num .38. ſic rem enarrans . *Innocentius in perditas illas mulieres quæ pudicitiam quibuſque obviit, Animas Dæmonibus proſtituebant miſeratione ductus , è Cæno faciliùs abducendas ratus , ſi viros qui eas ducerent nanciſcerentur , infamiam quæ in jungenda ſibi Meretrice erat , amovere conatus eſt , atque indulgentias iis propoſuit , qui ex Chriſtiana pietate hujuſmodi Meretriculas Uxores ducerent, quo maritali fœdere coercitæ à ſcelere impudicitiæ ſibi temperarent .* Videndus quoque Abraham : Bzou: ad eumdem Annum num.21. ubi meminit Sectæ Meretricum tunc temporis craſſantis , ad quam fortaſſe eliminandam Innocentius animum intendit . Item Verba ipſius Epiſtolæ apertè ſignificant nec

ſom-

Digitized by Google

ſomniaſſe Pontificem adoleſcentium amores impudentium fovere, libidini, ac impietati erga Parentes præſidium ferre, ſed iis dumtaxat qui procul omni injuria Conſanguineorum Chriſtianæ Charitatis ſtimulo ad miſerrimas iſtas fæminas è cæno impudicitiæ educendas adducerentur. *Inter operu inquit Charitatis non minimum eſt errantes ab erroris ſui ſemitu revorure, ac præſertim Mulieres voluptuosè viventes, or admittentes quoslibet ad commercinm Carnis, ut caſte vivant ad legitimum Tori Conſortium invitare: Hæc igitur attendentes &c.*

En itaquè quos Apoſtolico favore proſequi intenderit Innocentius; Eos ſcilicèt qui ut perdita ſcorta ad viam ſalutis convertere, atque ab immunditia Carnis quantum fas eſt ſategerint emundare. Quod nùm verum ſit de Filiofamilias de nobili quovis Viro, de Virgine preclaræ ſtirpis amore captis, atque libidine obcecatis ad indignas nuptias aſpirantibus haud laborioſum erit ſapienti Judici æſtimare: Cui quoque compertum erit ubicumque non agitur de revocanda muliere à ſtatu peccati, fruſtra omninò obiici, laudatum Canonem pro removendo impedimento imparium nuptiarum.

317 Neque licet ſilere quodammodo etiam nunc vigere eam juris infamiam qua viri ducentes in uxores publicas Meretrices notabantur; Communi nedum Moraliſtarum (ut quaſi per contemptum cauſidici appellant) ſed & inſignium Canonici juris interpretum calculo comprobatur. Videndus *Barboſ. in Collect. ſuper Can. Si quis viduam il ſecondo diſt. 34. poſt Gloſs. et Turrecremat. ibid.* & qui alios congerit *Majol. de irregular. lib. 3. cap. 1. n. 5. ibi Ob eomdem ruuſom ſi quis Meretricis Maritus fuerit od ordines non admittetur, non ſolum quia Bigamus, ſed etiam quia ignominioſus, & vilis eſt; vilem etenim uxorem ducens, vilis ipſe efficitur.* Conſonant graviſſimæ notæ Theologi *Card. Bellarm. to. 1. controverſ. volum. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 24. in fine. Suarez de cenſur. diſp. 48. ſect. 3. n. 3. in fine. Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. 84. n. 9. Gibulin. de Irregul. Cap. 5. quæſt. 4. propoſit. 3. pag. mihi 384. verſ. deinde. Gabriel. a Sancto Vincentio de cenſuris diſputat. 10. quæſt. 8. §. 6. n. 242. in fine*, & aliis prętermiſſis *Sayr. in Theſaur. tom. 1. lib. 7. Cap. 11. n. 7. ibi.. item infames ſunt qui ducunt uxores viles, & abiectas, vel Meretrices &c.* Ex quo dignoſcetur ut tota via a veritate aberrent qui nobilium Parentum, & Conſanguineorum juſtiſſimas querelas ſpernendas authumant, quaſi quod ex connubio cum quavis fæmina etiam publica, & proſtituta nulla debeat infamia formidari. Imo verò apud Cordatos, & honeſtos viros tanti penditur hujuſmodi infamiæ nota, ut non defuerint qui illam graviorem pænam ipſo extremo ſupplicio aſſerere non dubitaverint, & propterea reum capite plectendum mortem evaſurum cenſuerint ſi Meretricem ducere non recuſaverit, de quo videndus *Barboſa in Collect. ad cap. inter opera cit. nu. 4.*

Cæterum nihil ineptius proferri potuit ad confirmandum quod aſſumpſerat argumentum, quam ut ex dictis Sanctorum Hieronymi, & Joannis Chriſoſtomi peterent auctoritatem: Siquidem utriuſque Eccleſiæ Doctoris Teſtimonio apertè evincitur improbum, ac infamem apparuiſſe qui mulierem publicam uxorem accipere non detrectaret: Idque [quod mirum adverſario fortaſſe videbitur] apertiſſime colligitur ex iiſdem locis Laudatorum Patrum qui perperam incontrariam partem afferuntur.

318 Profecto Hieronymus totus eſt in excuſando Osèe, quod utique non laboraſſet niſi magna in conuiugio Prophetæ apparuiſſet turpitudo. At quid opus argumento. Audiamus loquentem. Sic itaque in præfatione ſui commentarii diſſerit. *Quis enim non ſtatim in fronte libri ſcandalizetur, & dicat: Oſee primus omnium Prophetarum Meretricem bubere jubetur uxorem, & non contradicit? Non ſultem nolle ſe ſimulat ut rem turpem facere videatur invitus?* Subdit proindè exempla Prophetarum quos Domino jubente renuiſſe legimus, & rediens ad Oſee pergit, *Oſee undiens a Domino uccipe uxorem ſornicariam, non frontem rugat, non merorem pallore teſtatur, non verecundium mutato genorum rubore demonſtrut, ſed pergit od lupanar, & ſeortum ducit ad lectulum?* Atque ita arduam cenſuit difficultatem, ut ad illam explanandam ad Miſterium recurrendum cenſuerit. En ipſius verba. *Hæc igitur audientes quid poſſumus reſpondere niſi illud propheticum quis ſapiens, et intelliget iſta, intelligens, & cognoſcet ea? Unde, & nobis dicendum eſt cum David Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Adeat Textum curioſus adverſarius, & agnoſcet quam miſterioſum fuerit ſecundum Hieronymum factum Oſee, quamq; inſolenter ad indignas nuptias commendandas adducatur.

Rurſum initio ſui commentarii ubi habet verba relata a Gratiano in Canone non eſt culpandus 32. *quæſt. prima.* iterum Prophetæ excuſationem agreditur, ac præcipue in eo reponit quod Dei juſſu non libidinis impetu acceperit Meretricem, idque ad comprobandum, quod Deus hoc Connubio miſterium ſtatuerat præſignare, *Nec* (inquit) *culpandus Prophetu ſi meretricem converterit ud pudiritiam, ſed potius laudandus quod ex malu bonam fecerit. Præſertim cum Beatus Oſee non ob cauſom luxuriæ, non libidinis non propriu fecerit voluntute* (hoc attente conſiderandum, *non propria fecerit voluntate*) *Sed Dei paruerit, imperio, ut quod in iſto carnaliter legimus in Deo factum ſpiritualiter probaremus.* Hæc autem ut Filiorum impudentiæ indigna connubia meditantium præſidio eſſe poſſint deprehendere non valeo. Satis de Hieronymo.

319 Jam non nihil de S. Joanne Chryſoſtomo. Et hujus verba integra proferre non pigebit, ut ipſius mentem aſſequamur. Scribit Theodoro Monaco in Apoſtaſiam lapſo, illum-

Digitized by Google

illumque ad reſipiſcendum hortatur propoſita ſpe veniæ, quam ex Dei miſericordia, ac immenſa erga ſpiritualem animam charitate nititur confirmare: Atque inter cætera quæ aurea profectò eloquentia congerit argumenta, profert hominum exemplum inquiens *Num vides quod deformes, impudenteſque mulieres proſtitutæ vix poſſunt obtrudi Gladiatoribus, & iis quoque qui cum Beſtiis depugnare ſoliti ſunt?* En quid de Meretricibus aſſerat, vel affirmet. Pergit verò *Cæterum ſi qua bonæ formæ, ſi ingenuæ, liberalique facie per occaſionem in eam inciderit calamitatem.* De hujus generis fæmina ingenua non vulgaris conditionis, non Meretrice, non proſtituta, ſed quæ per occaſionem in eam inciderit calamitatem: De hac inquam ſubdit *Quemlibet generoſum eximiumque virum nihil pudebit, vel Connubio ſibi talem adjunxiſſe.* Deinde concludit *quod ſi tanta eſt apud homines miſericordia quanto benignior facilitas erit apud Deum erga animam propter ſuperni generis præſtantiam &c.* Itaque neque ex verbis, neque ex mente Chryſoſtomi quidquam ſubſidii adverſariis accedit. Non quidem ſuffragantur verba quibus de Meretricibus aperte teſtatur oppoſitum; De aliis verò Mulieribus per occaſionem *l*apſis narrat quidem illas quandoque à generoſis viris haberi uxores, attamen factum, neque improbat, neque commendat. Verum inquies approbare cenſendus eſt quia ad Divinam miſericordiam extollendam ipſorum utitur ſimilitudine, vel exemplo quod perperam aſſumpſiſſet ſi indignas hujuſmodi nuptias authumaſſet; Quamobrem ſi non ex verbis, ex ſenſu ſaltem Chryſoſtomi is qui ſibi jungit meretricem omni eximitur turpitudine. Nequaquàm ſane proficit hæc argumentatio, quippe qui exempla nequorum hominum, & inique geſtorum ſæpe uſurpantur à Patribus eo prorſus ſenſu quo in Sacris litteris, vel etiam à Chriſto Domino non ſemel fuiſſe adducta nos docuit Sanctus Auguſtinus *lib. 2. quæſt. Evangeliorum qu.* 34. ut exempla de villico fraudolento Lucæ 16. De judice iniquitatis qui interpellabatur à vidua Lucæ 18. atque alia hujus generis pleraque, quæ nempe non ita accipienda ſunt quaſi nobis propoſita ad imitandum; *Sed etiam* (Ait Auguſtinus) *e contrario ducuntur iſtæ ſimilitudines ut intelligamus, ſi laudari potuit ille à Domino qui fraudem faciebat, quanto amplius placent Domino Deo, qui ſecundum ejus præceptum illa opera faciunt. Sicut etiam de judice iniquitatis qui interpellabatur à vidua comparationem duxit ad judicem Deum, cui nulla ex parte judex iniquus conferendus eſt.* Et iterum de eodem argumento q. 45. *n.* 1. *circ. fin.* hæc habet. *Hic ergo iniquus judex non ex ſimilitudine, ſed ex diſſimilitudine adhibitus eſt, ut oſtenderet Dominus quanto certiores eſſe debeant, qui Deum perſeveranter rogant cum apud iniquiſſimum judicem uſque ad effectum implendi deſiderii valuerit perſeverantia deprecantis &c.*

Ex quibus omnibus liquido conſtat tam inaniter ex auctoritate Chryſoſtomi, & Hieronymi, quam futiliter ex reſponſo Innocentii argumentum peti ad patrocinandum, ſive filiorum familias, ſive quorumcumque connubia, quæ vel obedientiæ Parentibus, vel pietati cujuſvis gradus conſanguineis debitę, vel charitati erga ſeipſum, Divino, ac naturali Jure imperatæ, vel denique honeſtati, aut Juſtitiæ quomodolibet contradicunt.

SECUNDUM ARGUMENTUM.

320 Simile prorſus primo eſt quod ſecundo loco proponebant argumentum ex altero quem credunt, Canone deductum: Ex Catalogo ſcilicet impedimentorum ſive dirimentium, ſive (ut ajunt) dumtaxat impedientium matrimonia, communi Theologorum, & Canoniſtarum conſenſu recepto; tritis illis Carminibus explicato *Error, conditio votum &c.* aliiſque *Eccleſiæ vetitum &c. inceſtus &c.* prioribus ſcilicet ea quæ nuptias dirimunt, ſeu irritas reddunt, poſterioribus vero quæ illas fieri prohibent, itaut illicite fiant, etſi valeant jam contractæ, impedimenta recoluntur. His profectò novum aliquod impedimentum addere ex ſuo capite vulgarem aliquem Theologum piaculum eſſe clamant; cum jus impedimenta ſive irritantia ſint, ſive tantummodo impedientia ſtatuendi ita ſit Summis Pontificibus, atque generalibus Conciliis reſervatum, ut nec Epiſcopo id liceat in ſua Diæceſi, vel quia hæc facultas nunquam Epiſcopis attributa, vel quod poſterius fuerit adempta, ut late pro alterutra parte differentes docent *Covarru. tom. 1. in Epitom. 4. decretal. de matrimon. 2. par. cap. 6. §. 10. n. 16. Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. p. num. 9. Perez diſput. 21. ſect. 2. & 4. Dicaſtillo tom. 3. de Sacram. tr. 10. de ſponſal. diſput. 7. dubit. 1. per tot præcipue nu. 26. & ſeq.*, & alii ab iiſdem adducti, & à *Diana oper. Coordin. tom. 3. Tract. 1. reſol.* 88. *Leandr. part. 2. de Sacram. tract. 9. diſput. 9. q. 6.* Enim verò novum omnino, & priſcis temporibus inauditum eſt hoc quod adſtruere nitimur ex contradictione Parentum, vel Tutorum, ſive conſanguineorum. Cui namque ex impedimentis in laudatis verſibus deſcriptis valet adnumerari? Nulli profectò, ut parebit ſingula ſerio expendenti.

321 Confirmabant objectam argumentationem præcludendo quod à nobis excogitat fingebant efugium. Putabant namque ſiv ad impedimentum diſparitatis, ſive ad alte rum conditionis dictum fortaſſe referendu quod de filiorum familias conjugiis affirm. mus: Neutrum autem ad has nuptias exte di jure optimo contendebant. Namque diſp ritas quam unice matrimonium impedire,: que dirimere Sacri Canones definiunt, illa quæ ex cultus ſeu Religionis diſcrepantia c tur inter virum, & mulierem; Et quod co tio

tionis nomine ſignificatur obſtaculum ſetvitutem tantummodo deſignat, illamque alteri ex courrahentibus abſcouditam, ex notiſſimis Juribus in *Cau.nou oportet* , & *can.cave* 28.*q*.1. *Canone Chaleedonenſi* t4. , *&* *Laodicen.* 10. *&* 21. accedente totius Eccleſiæ praxi , de qua unanimi voce teſtantur Doctores , & de ſervili conditione *Ca. ſi quis ingenuus* 29. *q*. 2. *par*.2. *cap*. 2.3. *& ultimo de coujug. ſervor.* de quibus videndi *S. Thomas in* 4. *diſt*. 30. *q*. 1. *articulo* 2. *& diſtint*. 36. *articulo* t. *S. Bonav. in* 4. *diſtint*.39. *art*.t. *q*.t. *& diſt*.36.*art*.1. *q*.2. *Barboſ. in Collect. ſuper cap. eave* , *& eap. non aportet. cit. & ſuper cap. propoſuit de conjug. ſervorum. Cabaſſut. in Theor. jur. Canon. lib*. 3. *Ca*. 22. *&* 23. *Gutier. cap*. 104. *& eap*. 90. *de matrimon. Gonzalez Tellez in Comment. ſuper rap. fin. de eonjug. ſervor. Dicaſtill. tom*. 3. *de Sacram. tract*.10. *de matrim. diſput*.7. *dubit*.6. *& dubit*.59. *Perez diſput*.25. *ſect*.t. *& ſeq. & diſput*. 36. *ſect*.1. *& ſeq.* denique omnes quos lato calamo congerit *Sanchez lib*.7. *diſp*.19.*&* 7t. *per totas*: Nemo autem cogitavit unquam diſparitatem naralium aut vileni conditionem alterius ſponſi ſub altero cx his duobus impedimentis comprzhendi ; Neque valet judicari aliud ex deſcriptis in ſillabo impedimentorum communi Doctorum utriuſque Fori conſenſu approbato, cui debeat inæqualitas diguitatis ſponſorum applicari . Quamobrem niſi Theologos omnes omneſque Juris interpretes inſcitiæ ſive incuriæ remete accuiare audeamus , fatendum ingenue connubia inter virum , & mulierem quantumcumque inter ſe diſtent gradu , & dignitate , licita eſſe neque poſſe ad Parentum , ſeu conſanguineorum inſtantiam a judice prohibeti.

322 Iterum confirmabant ex eo quod prętenſum obſtaculum ex diſſenſu Parentum jam in Concilio Tridentino magno aliquorum Antiſtitum conatu propoſitum, ut edito Canone ſtatueretur , atque in pluribus doctiſſimorum Patrum congreſſibus mature expenſum , exploſum tandem extiterit , utpote evertens libertatem filiorum tanropere ex Sacris Litetis , nec non Eccleſiæ Canonibus commendatum. Quamobrem quem non pudet tem hanc iterum in dubium revocare , audaciæ , atque temeritatis non immetitò quiſpiam accuſaret .

323 Hæc quæ magno objiciebantur verborum apparatu , & ambage nec proponere piguit , nec diſplicuit exagerare , ut deinde appareat quam levia ſint , & omni vacua difficultate , ita prorſus ut non dubitavetim affitmare adverſarios, vel fingere quem feriant hoſtem , vel aerem veberare . Id ut elucеſcat totā illico petſtingimus reſponſionē .

Falſum omnino eſt omnia impedimenta quibus licite fieri nuptias prohibetur , vulgaribus illis verſibus contineri .

Falſum quoque juſtam parentum reſiſtentiam nullum ex enumetatis impedimentis amplecti .

Inſulſum atque riſu potius , quam reſponſione dignum , quod objicitur de diſparitate cultus , aut ſetvili conditione .

Cettum denique nunquam in Synodo Tridentina quod prętendimus impedimentum fuiſſe rejectum, imo apertiſſime à Sacro Concilio fuiſſe receptum, non ut noviter ſtatuendum , ſed ut ab Eccleſia perpetuo tempore comprobatum. Age jam ſingula proſequamur.

324 In memorato impedimentorum Canone nihil de inſanis , aut furioſis quorum matrimonia , quandoque irrita , ſæpe dumtaxat illicita haberi, extra controverſiam res eſt : ſiquidem ſi perpetua fuerit ameutia irritas eſſe nuptias , ſi autem lucida ſuperſint intervalla , eoque tempore quo contrahens ſui compos extiterit copulentur , validas , ſed illicitas , ſtatuitur *in Ca. dilectus* 24. *de ſponſal. & Can. neque furioſus* 32. *q*. 7. *ibique Interpretes congeſti per Barbos. in Collectan. ſuper utroque eap. cit. & per Gonzalez Tellez in Commentar. ſuper cap. dilectus cit. Alexan. Conſil*. 54. *lib*. 1. *Decius Conſil*. 112. *in princ. Gutier. de matrim.cap*.8. *a n*.t4. *Sanchez pariter de matrim. lib*. 1. *diſput*. 8. *a nu*. 15. *Boſſius cap*.3. §.21. *Perez diſp*.2. *ſect*.4.*n*.9. *Sotus in* 4. *ſenten. diſt*. 34. *q. unic. art*. 4. *Averſa de matrim. q*.4. *ſect*. 1. *Reginal. Prax. pænit. tom*.2. *lib*. 3t. *eap*. 3. *nu*. 12. *cæterique Theologi ſecuti D. Thomam in* 4. *diſt*.34. *q*. 1. *art*.4. *per tot*, *& S. Bonav. tom*.5. *in* 4. *diſtin*.34. *art*. 3. *q*. 1. Et quidem de perpetuo amentibus nemo dubitat quin attento jure tum naturali rum Divino , incaſſum contraherent ; & de illis quotum furor non eſt continuus , SS. Eccleſiæ Doctores Thomas , & Bonaventura abſolute pronunciant etiam dum ſunt rationis compotes a nuptiali fædere prohibendos . Sic *S. Bonav. q*.1. *cit. diſtinc*.34. *in concluſ. ſi vero non eſſet actu furioſus* , *ſed habitu* , *etiam ſi haberet lucidum intervallum non deberet contrahere propter periculum* , *quia talis neſcit prolem educare* , *nec eum uxore debite cohabitare* . *Et apertius dub*. 7. *Furioſus vero in habitu non poteſt de jure contrahere* , *quia prolem neſcit educare* . *Angelicus autem art*.4. *cit. Aut furioſus habet lucida intervalla* , *aut non* ; *ſi habet, tunc quamvis dum eſt in illo intervallo non ſit tutum quod matrimonium contrahat* , *quia neſcit educare prolem* , *tamen ſi contrahit* , *matrimonium eſt* . Qui vero poſterius punctum attigerunt Theologi aliqua limitatione uſi ſunt a mente laudatorum Patrum , fortaſſe non aliena ; Aſſetentes quod ſi prolis peticulum aliaque mala valeant præcaveti alterius conjugis ſanæ mentis , vel conſanguineotum tutela, permitti poſſe temporanee inſanienti matrimonium ; ſecus vero, ſi utetque conjux inſaniat, vel abſurda quæ prævidentur nequeant alia via evitari , tunc enim ab illotum connubio penitus abſtinendum . Ita primus , quem viderim , tenuit *Sotus loco cit.* quem ſecuti ſunt *Sanchez cit. lib*.t. *diſp*.8.*n*.17. *verſic. obſervandum eſt. Reginal. cap*.31. *cit. n*.12. *Boſſius ca*.3.

§. 21. in fine Layman lib. 5. tract. 10. parte 2. ca. 2. n. 5. Averſa q. 4. ſect. 1. verſiculo itaque ſi furioſi Gonzalez Tellez ſuper cap. dilectus de ſponſal. n. 5. Gutier. cap. 8. cit. nu. 14. verſ. tandem ibidem, & alii. De veritate autem explicatæ limitationis dubitat *Ricc. prax. for Eccleſ. deciſ. 251. & collect. p. 5. collect. 1751. Ledeſma de matrim. q. 58. art. 3. §. ad 2. reſpondetur 1. in fin.* non contemnenda ratione permotus: ibi: *Iſta moderatio non videtur ita certa, nam prolis educatio per Parentes fieri debet, vel ipſi de hoc debent eſſe ſolliciti &c.*

En itaque duplex impedimentum alterum dirimens, impediens alterum matrimonii contractum, quæ laudatorum verſuum Authoris memoriam effugerunt: Quamobrèm non eſt religioni habendum ſi aſſeramus aliis quoque Capitibus in ſupradictis Carminibus non expreſſis, matrimonium dirimi, vel impediri.

325 Suppetit quoque aliud certiſſimum, atque in Jure expreſſum impedimentum extra illa quæ metricis illis ſillabis recenſentur, videlicèt quod conſurgit ex defectu pubertatis, ſive ætatis annorum duodecim in fæminis, in maribus verò quatuordecim, ex quo irrita fieri Conjugia apertè declaratur in *Cap. Ubi non eſt. Capitulo continebatur. Cap. Atteſtationes. Cap. finali. de deſponſat. impub., & Cap. Unico. eodem. libro 6.* ibique omnes interpretes cumulati per *Barboſ. in collect. ſub Cap. Atteſtationes cit., & poſt ipſum Gonzalez Tellez ſuper Cap. Ubi non eſt. cit. à n. 3.* latè *Fagnan. ſup. Cap. De illis il 2. n. 18. eodem. Gutier. de matrim. Cap. 2. n. 17. Henric. Zoes in 4. decretal. tit. 2. Comment de deſponſat. impub. n. 10. Robert. Konig. princip. Jur. Can. eodem tit. n. 2.* Theologi quoque omnes poſt *S. Thomam in 4. diſt. 36. quæſt. 1. art. 5. S. Bonav. in 4. diſt. 36. art. 2. quæſt. 1. Perez diſput. 37. ſect. 12. Boſſius cap. 3. n. 147. Reginald. in prax. pænit. to. 2. lib. 31. cap. 3. n. 25.* ac reliqui omnes. *Iſtud* inquam impedimentum certò dirimens, quodque ex altera parte non immerito diceretur impediens, quandoquidem præter illos in quibus malitia ſupplet ætatem, quorum conniugia valida deciduntur in *cap. puberes* aliiſque notiſſimis *de deſponſat. inpub.* & uno ore clamant utriuſque juris Interpretes, & Theologi quos cumulant *Barboſa in Collect. ad eumdem Textum Gonzalez Tellez ibidem.* Late *Fagnan. ſuper cap. de illis il 2. eodem per tot. præſertim vero n. 3. & 47.* allegans Sacræ Congregationis reſponſum, adhuc non nunquam ante annos pubertatis expleros conſentit Nicolaus primus permitti poſſe connubium verbis relatis in *cap. ubi non eſt de deſponſat. impub. ibi niſi forte aliqua urgentiſſima neceſſitate interveniente utpote pro bono pacis talis conjunctio toleretur.* Ad quem textum tria animadvertunt Interpretes. Primum quidem ut licite id fiat opus eſſe diſpenſatione, quam Epiſcopis autumant, vel conceſſam, vel non ademptam. Secundum tolerantiam, ſeu diſpenſationem tunc ſolum locum habere cum dubium ſubeſt an malitia, ſeu potentia ad conjugales actus ætatem ſuppleat, & qui contrahere cogitat proxime ad annos pubertatis accedat. Tertium denique læthalis culpæ reos eſſe audentes abſque prævia diſpenſatione in præfatis caſibus matrimonio jungi. Ex quibus id certe concluditur, etiam ubi diſpenſationi locus eſt, vel declarationi quod ætas ſuppleatur à potentia, impuberes impeditos eſſe, ne ſaltem licite connubium perficiant, de quibus videndi *Gonzalez Tellez in Comment. ſupra cit. cap. ubi non eſt. nu. 7. circa medium Barboſ. in Collect. ad eumdem Textum n. 3. 5. Fagnan. in cap. de illis il 2. eodem per tot præcipue à n. 33. & ſeq. Henriquez in ſumma lib. 11. cap. 13. n. 12.*

Inſuper excommunicatos vitandos, atque
326 Hæreticos nec poſſe licite matrimonium celebrare, neque Parochum eorumdem nuptiis præſtare præſentiam, nemo auſerit refragari, idemque impedimentum ne unquam Parochus aſſiſtat matrimonio inter Hereticum, & Catholicam pluries Sacra Congregatio Inquiſitorum declaravit, ut inferius attingemus.

Falſum igitur iterum Jure optimo pronunciamus aſſumptum dicentium nullum ſubeſſe impedimentum præter ea quæ ſæpè fatis carminibus memorantur: Idque præſertìm tuto aſſerimus de iis quæ impedientia dumtaxat agnoſcuntur; Horum enim duo ſolummodò prodidit Auctor metri duplici verſu contenta; *Eccleſiæ vetitum nec non tempus feriatum impe-*
327 *diunt fieri, permittunt facta teneri.* Tertium verò quo tria certiſſima, & fortaſſe majoris momenti recoluntur impedimenta; Nempè *Atque Cathechiſmus Sponſalia, jungito Votum,* addidit *Thomas Sanchez,* ut ipſemet teſtatur *tom. 2. lib. 7. de matrim. diſp. 6. n. 5.* Quamobrem non videtur, vel minima ſupereſſe difficultas, quin liceat texere Syllabum vel metro componere, quibus non deficientem impedimentorum numerum aſſequamur. Neque enim metrica, illa ſeries fuit aliquando ab Eccleſia recepta, aut propoſita tamquàm Canonica, ad quam opponere ſeù minuere de ipſius Verbis Sacrilegium reputetur.

328 Ad hoc, nec Canoniſtæ, neque Theologi antiquiores iſtam ſeriem impedimentorum ſecundi generis tanti fecerunt quin enumerantes ea quæ nuptias impediunt, & non dirimunt, illud in primis agnoverint cujus nulla mentio in antedicto Canone, quodque tàm acriter ab adverſariis impugnatur, videlicet *Peccatum mortale,* propter quod contendimus indigna Conjugia Filiorumfamilias merito impediri. Præſtat audire egregium Canoniſtam *Didacum Covarruviam to. 1. in Epiſt. ſup. decret. par. 2. de matrim. cap. 6. in princ.* ibi: *E... bit quæ hunc contractum illicitum reddunt, quo... dam ſunt quæ impediunt matrimonium contr... hendum, non tamèn diſſolvunt illud ſi contral... tur. Quædam etſi ante contractum contiger... illud omninò impedirent, & contractum irrit... faciant, poſt illum tamèn accidentia non dirim...*

ma

matrimonium . Quædam vero ità impediunt , ut contractus matrimonii nullus ſit ipſo Jure . Et Incipiens exponere ſingula impedimentorum genera pergit dicens *Prima quidem varie proponi poſſunt . Nàm exiſtens in mortali Crimine non poteſt abſque novo peccato matrimonium contrahere , tractat enìm indecenter Sacramentum hoc maximum .* Subdit Auctores idem confirmantes nempè Sanctum Antoninum, Navar. , & comprobat aſſertum ex *Concil.Colon.* Pergit , & alia explicare ejuſdem generis impedimenta , Juramentum ſcilicèt , excommunicationem &c. quæ non minus quam peccatum læthale ſilentio præterit Auctor Carminum quæ pro Canone habenda perperàm contendunt adverſarii . En igitur Canoniſtam egregium inter primos, qui Concilio Tridentino adfuit , non ut *Moraliſta* , ſed ut Epiſcopus , atque eximius Decretorum Doctor à cunctis habitus, qui tamen primum contrahendi Conjugii impedimentum *Peccatum mortale* firmiter enunciat , nihil metuens metricum illum Canonem violare .

Addamus unum , vel alterum Theologum qui poſt evulgationem decantatorum Carminum , de matrimonio tractatus ediderunt . Egregiè ad rem noſtram *Hermannus Buſembaus in ſua medulla Theol. Moral. lib. 6. par. 3. tract. 6. cap.3. dub.* 1. paucis ſanè verbis rem totam explicat, & argumento adverſariorum occurrit . Querit ibi laudatus Doctor *Quæ ſint impedimenta impedientia tantum ?* Et ſubdit *Reſpondetur preter peccatum mortale , & excommunicationem, ſex potiſſimum reddunt Matrimonium illicitum , ſcilicèt Eccleſiæ vetitum &c.* , proditque Carmina toties dicta . Jàm ergo habemus primum, atque præcipuum impedimentum quo illicitum redditur magnum hoc Sacramentum , Peccatum mortale agnoſcendum eſſe . Habemus quoque nihil tam aperte veritati adverſari , quàm illud aſſertum , nihil matrimonio contrahendo officere , quod præfato metrico indice non ſignificetur . Ad hæc apertè nos admonet indice, ſeù Carminibus illis, non omnia recoli impedimenta impedientia . Sic enim habet . *Dixi in reſponſione potiſſimum, quia pratèr ſupradicta alia tria impedimenta numerantur .* Et pergit
329 ſingula declarare, ſcilicèt Clandeſtinitatem pro illis regionibus in quibus Tridentina Synodus non fuerat promulgata , omiſſionem proclamationum ab eadem Synodo ſtatutarum , ac tertiò ſi negligatur in primis nupiis benedictio conſueta &c. Hæc ſi quidem ab omnibus aſſerta impedimenta , ab Auctore Carminum non fuerunt memorata . Subdo , & alterum Theologum recentiorem ; antiquiores namque ſuperiùs allegatos piget hic rurſum producere . *Felix Poteſtatis in examine Eccleſ. tom.* 1. *par.5. cap.*1.*n.*4410. agens de cenſura interdicti , uum ſcilicèt vi illius arceantur fideles à Sacramento matrimonii , firmat non vetari ; Excipit tamèn sic dicendo *At ſi ipſi* (qui nempè contrahere intendunt) *Sunt culpabiles , & ſpecialiter interdicti , non poſſunt licitè matrimonium contrahere ; Idque ſpeciali titulo .* (Quæſo hic qui nam ſit ſpecialis iſte titulus animaduertat) idque ſpeciali titulo , *quia ſcilicèt ponunt obicem gratiæ per Sacramentum recipiendæ .*

Satis ſuperque ni fallimur tùm exemplo , tùm auctoritate uſque modo evicimus Carmen illud non ita ſacrum habendum , ut ſacrilegio tribuatur quidquam ei adiicere , vel ex eo minuere . Sacri Eccleſiæ Canones , Verbum Dei ſcriptum , ſivè traditum tale ſibi vindicant obſequium , ſecus autèm qui ex arbitrio cujuſpiam compactus fuit impedimentorum index . Verumtamèn , & quod ſecundo loco polliciti fuimus , impromptu eſt ut præſtemus : Dicebam autem falſum eſſe adverſariorum aſſumptum , quod nempè impedimentum conſurgens ex juſta Parentum renitentia , nequeat adſcribi alicui ex illis quæ relatis verſibus recenſentur ; Nèc dixiſſe penitet , ſiquidem non video, quid vetet ne Primo adſcribatur , dicaturque per *Eccleſiæ vetitum* non obſcure diſignari . Video nonnullos corrugare frontem , atque hujus aſſerti , teſtem quærere, & rationem : Valebit pro utroque incluctabilis Synodi Tridentinæ auctoritas quam centies inculcavimus : Ubi tàm aperte nos admonet : Conjugia Filiorumfamilias ſine conſenſu Parentum *Sanctam Dei Eccleſiam ex juſtiſſimis Cauſis ſemper deteſtatam fuiſſe, atque prohibuiſſe .* Quid itaque prohibet affirmare , imò cuinam liceat dubitare , quin illis verbis *Eccleſia vetitum* Filiorum familias quoque nuptiæ comprehendantur , niſi qui neſciat *prohibere , & vetare* Synonima apud Gramaticos haberi ? Haud diſſimili argumento ut occurreret Doctor Angelicus ſimilem prodidit ſolutionem *in 4. ſent. diſt. 34. art. 4.* ſtatuit furiam quandoque irritum , aliquando illicitum reddere matrimonium ; Aſt quidam obiiciebant ſic, *in Verſibus prædictis ſufficienter continentur impedimenta dirimentia matrimonium , ſed ibi non ſit menſio de furia ergo &c.* Nonne hoc idem prorſus eſt , quo nos urget adverſariorum argumentum ? Audiamus ut ab illo ſe ſanctus Thomas expediat . *Reſpondetur dicendum quod hoc impedimentum reducitur ad errorem , quia utrobique defectus Conſenſus ex parte rationis eſt .* Liceat itaque , & nobis iiſdem reſpondere verbis . Diſſenſus Parentum, ſi ſit juſtus ac rationi conſonus, ſicut & quodvis notorium peccatum læthale quo Sanctum Matrimonii fœdus in ipſo contractu violaretur, reducitur ad *Eccleſiæ vetitum*, quia ſic contrahere *Sancta Eccleſia ex juſtiſſimis Cauſis ſemper deteſtata eſt , atque prohibuit . Concil.Trid.ſeſſ.24. Cap.1.de refor.Matrim.*

Aſt ſi verum fateri liceat , pudet tamdiù in his ineptiis , ſeù quiſquiliis lectorem occupaſſe . Firmiora enim ſunt quæ propoſuimus aſſerta, quam ut valeant levibus hujuſcemodi ratiunculis concuti . Frigida quoque ac inania audacter pronunciamus , quæ de impedi-

mentis diſparitatis, & conditionis ſubdebat adverſarius. Quis enim ſomniavit unquam his adſcribere juſtum diſſenſum Parentum, aut injuſtitiam quæ indigna Connubia inhoneſtat? Procedamus ad graviora.

Graviſſima profectò eſt quam efutiunt ca-
331 lumnia, dicentes in Tridentina Synodo propoſitum, atque expenſum, quod verſamur impedimentum, fuiſſe tandèm à Doctiſſimis, piiſque illis Patribus improbatum. Turpe prorſus convicium, nedum nobis, verum etiam Sacro illi Concilio injurioſum, hoc apparebit cuipiam, vel illius Textum, vel eiuſdem Hiſtoricam narrationem abſque prævio judicio percurrenti. Utique non eſt Conſilium cuncta hic revoluere quæ de Filiorumfamilias conjugiis Sacræ illius Synodi acta ſuppeditarent; Satis erit indicare pauca quibus adverſariorum, vel detegatur alluctuatio, vel calumnia contundatur.

Et primò quidem adnotum eſt dubium in Concilium propoſitum, ac pluries examinatum, illud tantummodò tuliſſe, an ſatius eſſet Connubia Filiorumfamilias ſine conſenſu Parentum irrita facere, ſi ante præfiniendam ætatem inirentur. Id ab Oratoribus gallis quæſitum; Idque attentius diſcuſſum prodit *Emin. Pallavicinus Hiſt. Conc. Trid. edit. Rom. in 4. An. 1664. par. 3. lib. 22. cap. 1. n. 16. pag. 599. cap. 4. n. 2. 3., & ſeq.* Neque in dubium revocabatur an illicita, an vitanda; Id enim compertum erat omnibus, præfatas nuptias noxias ut plurimum, familiis indecoras, ac odii potius inter Conjuges quam maritalis charitatis fomitem exiſtere.

Inſuper animadvertere neceſſe eſt Decretum, de quo agebatur nullum prætuliſſe diſcrimen inter nuptias dignas, vel indignas; Nullum inter rationabilem, vel iniuſtum, æquum, vel iniquum Parentum diſſenſum, ſed ipſorum arbitrio ità totum negotium permittebatur, ut iiſdem quomodolibet inſciis, vel invitis nequirent filii ætate minores rato, atque legitimo Matrimonio Copulari; Ut decreti verba profert laudatus Hiſtoricus *lib. 22. cap. 4. pag. 615.* Porrò Decretum iſtud utcumque nullis limitibus circumſcriptum ità pleriſque ex Patribus arriſit, ut Apoſtolicæ Sedis legati affirmare non dubitaverint
332 approbatum iri, ſi ut reformationis Caput, ſecus verò ſi ut fidei Dogma proponeretur; Ea ratione ducti quod in Concilio pro legibus ſtatuendis maior dumtaxat ſuffragiorum numerus requirebatur, at fidei articulos ut declararentur ferè omnium ſuffragiorum calculo decebat approbari.

Tertiò recolere non pigebit: Illos quoque ex Patribus qui abundè abnuebant, ut filiorum Coniugiis firmitas adimeretur, cenſuiſſe tamen eadem improbanda penitùs, ac ſub gravioribus pœnis prohibenda. Ita de Eminentiſſimo Madrutio teſtatur *Pallavic. cap. 4. cit. num. 7.*

Tandem ut res confecta fuerit apertè demonſtrant verba ipſius Concilii toties repetita, quibus haud irrita fiunt, verùm improba, ac deteſtabilia memorata Coniugia declarantur. *Nihilominùs Sancta* DEI *Eccleſia ex juſtiſſimis Cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque probibuit.* Ex his, ac reliquis, quæ in Concilii actis deſcribuntur, ità concludit *Jo: Baptiſta Duhamel in ſua Theologia ſpeculat. & pract. t. 7. trac. de matrim. diſſer. 2. cap. 4. n. 2. in fin. Patres Tridentini hujus generis connubia deteſtari, & probibere contenti, diſciplinam jam ab aliquot ſæculis receptam immutare noluerunt, nàm majus erat quidem, & latiùs diffuſum malum, quàm ut ſtatim excidi poſſet, & cap. 5. cit. diſſert. nn. 7. propè finem,* ait, *Quæ liberorum citrà Parentum Conſenſum fiunt matrimonia, deteſtari, ac probibere tantùm potuit Concilium non penitùs extirpare.* Præſtat quoque, & alterum omni exceptione maiorem audire Teſtem, eximium Theologiæ Magiſtrum, qui Concilio adfuit inter Theologos à Summo Pontifice Tridentum miſſos, ut Patribus Conſilio eſſent, *Alfonſum Salmeronem.* Teſtatur hic Doctor tantum à vero abeſſe, quòd intenderent Patres indignas liberorum nuptias
333 tueri, quin potiùs ideò præcipuè abſtinuerint à Decreto abrogante Matrimonia ſine Conſenſu Parentum celebrata, nè ſic Tyrannide Parentum fieret, ut quandoque liberi ad indignas nuptias cogerentur. Ita enim habet *To. 2. in Epiſt.* PAULI *diſp. 24. pag. mihi 214. col. 2. ſub verſ. Argumentatur Eraſmus. Non auſi ſunt Patres quidquam de ea re ſtatuere, non ignorantes quanta libertate filii ipſi fungantur, & quanta janua Tyrannidis aperiretur Parentibus in filios, ut cum ſervis ſuis nuberent, quod eſſet ſummè abſurdum, & minimè tolerabile.* Cæterùm ne ex hoc anſam filii ad nuptias invitis Parentibus copulandas arriperent, ſic proluſerat *pag. 213. col. 1. Sed nos ad hæc imprimis reſpondemus ad contrahendum matrimonium filiisfamilias neceſſarium fuiſſe ſemper Conſenſum Parentum; Quod facile eſt comprobare ex Jure Divino veteris, & novi Teſtamenti, ex jure etiam Pontificio, & Civili,* & pergit ex iis omnibus locis petita prodere argumenta. Conſonat ſibi in *Commentar.* ſuper Evangelica Hiſtoria *To. 8. tract. 46. pag. mihi 361. col. 1.* ubi exponens *Textum cap. 2. Geneſ. Dimittet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit uxori ſuæ.* ſic Lectorem admonet. *Nec ſecundo hinc necipias in ineundis copulandiſque matrimoniis non eſſe neceſſariò ullam de Conſenſu Parentum habendam rationem; Quaſi homo ità relinquat Patrem, & Matrem, ut non requirat eorum Conſenſum: Quia hic ſenſus abſonus eſt, & pugnat contra bonos mores, & contra naturale officium à liberis debitum Parentibus, contraque Patriam poteſtatem. Denique hunc ſenſum verba non capiunt, quia loquitur de iis, quæ fieri oporeat in matrimonio contracto, non quid ſervandum ſit dum contrahitur, alioquin docerentur filii honorem Lege* DEI *Parentibus debitum ſubtrahere. Ad hæc Dominus huic primo matrimonio adfuit,*

imò

imò illud conciliavit, quaſi primi hominis, imò amborum Pater, & cæteri Conjuges formam ſumerent, & doctrinam; Ut ineundo matrimonium inconſultis Parentibus nihil faciant, nam hoc abſque culpa illos facere non poſſe, ratio, & B. AMBROSIUS *apertè docet. Hucuſque laudatus Salmeron.*

En itaque ex Hiſtoria, ex Textu Sacroſanctæ illius Synodi ex Theologorum, qui eidem interfuerunt Teſtimonio, apertos cuniculos, atque detectam adverſariorum, fallaciam. Noluerunt Tridentini illi Sapientiſſimi Patres novum ſtatuere impedimentum, quo filiorumfam. nuptiæ abrogarentur, idque ex iuſtis pleriſque Cauſis, non autem ex illa, quod indigna, impiaque Coniugia cenſerent approbanda; Quinimò ne unquam tam iniuſta ſuſpicio admitti poſſet, perſpicuè tradiderunt quid de iis perpetuò ſenſerit Eccleſia, quid ipſimet ſentirent, Oraculo ſæpiùs à nobis inculcato, quodque ad retundendam quamcunque oppoſitam argumentationem ſatis ſe ſolo valeret; Nempè quod huius generis connubia *Sancta* DEI *Eccleſia ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit.* Ratum igitur, atque firmum eſse Matrimonium etiam inter filiosfamilias, quantumvis diſparis generis, initum detrectar nemo; At non minùs ratum agnoſcitur Sacramentum Baptiſmi à Parocho excommunicato collatum, Sacramentum Euchariſtiæ à Sacerdote irregulari confectum; Nihilominùs ut irregulares, & excommunicatos à ſacrilega adminiſtratione arcendos omnes Catholici affirmant, ità quoque filiosfamilias, ita quoſcumque, qui notorio ſacrilegio magnum Matrimonii Sacramentum violare adnituntur, Judicis auctoritate compeſcère fas eſt, & vi cohibere ne peccent.

TERTIUM ARGUMENTUM.

LEviora prorsùs habenda, quæ addebant ad labefactandam veritatem argumentorum momenta, non ideò tamen ſilentio prætereunda, neque enim raró contingit, ut quæ pleriſque futiles apparent, & inanes, nonnullis grave negotium faceſſant argumentationes: Itaque ſic objiciebant: In iis, quæ ad exte-
334 riorem ſpectant Eccleſiæ politiam minùs Theologorum placitis inhærendum eſt; Quippe qui regulas pro regimine Judicialis Fori Sacris Canonibus ſtatutas, vel negligunt, vel ignorant. Ipſorum eſt fidelium animas iis omnibus inſtruere, quæ ad æternam fœlicitatem aſſequendam per privatas actiones neceſſaria, vel utilia comperiuntur; Judicium quoque in Sacramentali pœnitentiæ Foro exercere, & ſententiam dicere; Verumtamen nihil ipſis cum Foro Judiciali, nihil cum politica, atque Forenſi Eccleſiæ diſciplina; Huic ſi ſe immiſceant falcem in alienam meſſem mittere perperàm adnituntur. Juris Canonici peritis demandata Provincia hæc eſt; Hos conſulere, hos audite Judicem oportet pro Tribunali agentem; Siquidem munus ipſius eo tendit, ut exterioris Reipublicæ pax, commercia, externus quoque Religionis Cultus ad normam legum Canonumque ſarta tecta ſerventur. Quæ verò occulta, vel Conſcientiæ finibus, ſive prava, ſive laudabilia opera interiùs continentur DEI Judicio, & Sacerdotis Cenſuræ ſinere Eccleſia perpetuò conſuevit. Exindè ut ut verum ſit læthalis noxæ reos eſſe ſive filios, ſive quoſcumque indignas nuptias cum ſcandalo, cum familiæ dedecore, non ſine propriæ ſalutis diſcrimine contrahentes: Utcumque Theologi in iis improbandis conſentiant; Judicis pro Tribunali ſedentis nihil intereſt hæc attendere: Neque enim ipſorum munus eſt ſubditos à peccatis arcere, aut à criminibus jam commiſſis abſolvere: Ad illud dumtaxat deſtinatus eſt, ut jus publicè petentibus reddat, & juſtitiam miniſtret leges ſervando, & legum interpretum, non autem Theologorum veſtigiis inhærendo. Satagant iſti conſilio exortatione cæteris quoque ad pœnitentiæ forum ſpectantibus remediis à peccatis abſterrere; Atqui forenſis Judex ſuam præſtabit operam, ut horum libertatem in nuptiis ineundis totis Viribus pro ſui muneris debito aſſerat, atque tueatur.

Id ut confirmarent duo ſubdebant exempla quibus ita rem totam confici, atque finiri litem cogitabant, ut ingentem illam ſuperiùs diſpoſitam moralium Catervam proſternere non dubitarent. Profectò Religio mihi eſt, ut ea dum proferam adverſarii verba Phraſimque, vel tantiſper immutem, ne videar argumenti vim enervare, vel minuere: En itaque ut argumentabatur.

Ulterius ego peterem à Caterva moralium (qui
335 *ad hunc effectum facili negocio allegari poſſunt, & in numero biſcentum, & ultra &c.) An contrahens matrimonium poſtquam emiſit ſimplex Votum Caſtitatis, vel Religionis mortaliter peccet. Non poteſt huic quæſito, niſi affirmativè reſponderi ad litteram Textus in Cap. Rurſus. Qui Cleric. vel vovent: Et tamen nemo unquam ſomniavit aſſerere quod ſit in arbitrio Ordinariorum ratione peccati mortalis impedire, vel retardare effectuationem matrimonii cum eo, qui ſimplex Votum Religionis, vel Caſtitatis emiſit; Atque inauditum eſt in Curiis Eccleſiaſticis, quod ex hoc unquam retardata fuerint matrimonia &c.*

Pari animi alacritate alterum ſubdebat ar-
336 gumentum ab exemplo inquiens. *Tandem ego peterem à dictis moraliſtis, an Judex, qui vidit Cajum occidentem Titium, poſſit condemnare Sejum, qui ex proceſſu apparet homicida? Princeps Theologorum* S. THOMAS 2. 2. q. 67. *artic. 2. rotundè aſſerit quod ſic; eumque ſequuntur alii Theologi apud Paſſerinum in Tribun. regul. qu. 28. art. 34. Et tamen nemo poteſt negare quod committat peccatum mortale ille, qui procurat condemnationem Seii innocentis mediantibus falſis Teſtibus. Igitur* (attende quæ-

ſo

ſo mirabilem conſequentiam) *igitur in judicandis non ſunt habenda in conſideratione ea, quæ concernunt forum internum &c.* Ita ille.

Enimverò perperàm clamant, & fruſtrà in hac re Theologos cum Canonici Juris Interpretibus committere adnituntur adverſarii. Hos præcipuè filiorum Conjugia Parentibus Jure invitis, damnare, acriuſque inſectari, quàm morales (utimur adverſariorum nomenclatura) auſerit inficiari nemo, quem non piguerit ipſorum verba legere, quæ retulimus; Textus conſulere quos indicavimus. Innumeros ferè dedimus utriuſque Juris Canonici præſertim, peritiſſimos. Panormitanum. Præpoſitum. Cardinalem. Ancaranum. Calderinum. Turrecrematam. Paleoctum. An non iſti Canoniſtis adnumerandi? Protulimus verba, loca Fagnani. Gonzalez Tellez, Barboſæ, Menocbii, Franciſci Zyppæi, Cardinalis de Luca, Ludovici Engel, Joannis Chriſoſtomi Schambogen, Roberti Koninch, Pyringi, Pignatelli, an iſti quoque moralibus adciſcendi, qui Eccleſiaſtici Fori regulas, vel negligunt, vel ignorant? Poſſemus, & alios quàm plures allegare; Verendum tamen ne importuno indulgentes adverſario, tædio lectorem benevolum conficiamus. Satius erit uno, vel altero Teſtimonio Theologorum, ac Juris Peritorum conſenſum non ſemel in præcedentibus dubiis adnotatum, iterùm, atque apertius comprobare.

Audiatur primo Joannes Paulus Vvindech
337 in Opuſculo quod inſcripſit Theologia Juriſconſultorum, in quo *lib.2.cap.23. pag. mibi 71.* hæc habet: *In hoc igitur dubio duo conſideranda ſunt. Primum utrum Conſenſus Parentum requiratur in matrimonio contrahendo. Secundum utrum matrimonium ſine Conſenſu Parentum valeat necne: In primo membro conveniunt omnes; Nàm Theologi Canoniſtæ, & Legiſtæ ſentiunt in matrimonio contrahendo Conſenſum Parentum adbibendum eſſe; Theologi allegant quartum præceptum honora Patrem, & Matrem, & alios ſimiles locos. Canoniſtæ habent Can. Noſtrates 30.qu.5.Cau.penul. quæſt.2.32. Legiſtæ allegant leg. Titia ff. de verb. oblig. Nec eſt dubium quin liberi peccent ſine Conſenſu Parentum contrahentes.* Dubium ſolummodò excitant Cauſidici, qui tùm maximè Sacris Canonibus contraria effutiunt, cum ut vitent Cenſuram Theologorum Canonici Juris Interpretes appellant.

Audiamus, & alterum ejuſdem Concordiæ Teſtem eximium Petrum de *Ledeſma in Tract. de matrim. quæſt.47.art.6. verſ. Secunda Concluſio regulariter,* quem initio hujus Diſſertationis protulimus; Iterùm proferre cogit importunitas adverſarii: Sic laudatus Doctor. *Etiamſi Pater nibil præcipiat filio, contrahere contra ejus voluntatem eſt peccatum mortale, contra virtutem pietatis; Et idem docent omnes Doctores tàm Theologi, quàm Juriſperiti &c.* Quocumque igitur ſe vertant indignatum nuptiarum Defenſores, quemlibet appellent Judicem, ubique objurgationes, nullibi præſidium obtinebunt: Accuſant Theologi, damnant Canoniſtæ, Civilis Juris Interpretes inſectantur. At quod longè majoris ponderis eſt damnant, atque deteſtantur Summi Pontifices, Epiſcopi, atque ſuprema Eccleſiæ Tribunalia. Neque hic fas eſt Sacros Canones, Decreta Conciliorum, ſive Provincialium, ſive Synodorum Diœceſanarum, Deciſiones quoque Sacræ Rotæ ſupra recenſitas refricare. Adeat præcedentia hujus Diſſertationis Capita, adeat, ſi lubet, adverſarius, quæ prodidimus Summorum Pontificum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Epiſcoporum reſponſa, Ordinationes, Statuta; Et deſinet proculdubio Theologos irridere. Porrò ſatis non eſt adverſario de Theologis quos morales nominat malè mereri, quippe
338 qui neſcio an apud Cordatos Sacrorum Canonum Profeſſores, an apud Eccleſiaſtici Fori Judices bene audiat quòd ipſorum nihil intereſſe debeat quin Chriſtifideles à peccatis læthalibus arceantur. Diſſona profecto vox neque digna, quæ vel à Chriſtiano Cauſidico, nedùm à Canonici Juris Doctore proferatur. Quis enim finis per Sacros Canones ab Eccleſia intentus, niſi ut ad æternàm fœlicitatem fidelis Populus perducatur, ad illamque aſſequendam media proponere, quæque impedire valent obſtacula removere? Hæc concors eſt Doctorum ſententia, Communiſque quàm tradunt nedùm Theologi, verùm potiſſimi ipſiuſmet Juris Interpretes, Canonici Juris definitio, per quam à Civili, & à politico Jure primario diſcriminatur. *Leges verò Eccleſiæ*, inquit, *Joſeph Gibalinus* in præclaro opere quod edidit de ſcientia Canonica: *Leges Eccleſiæ ut quædam ſpiritualis Reſpublica eſt, & ut ad finem, & fœlicitatem ſupernaturalem tendit, non feruntur niſi intentione Religionis, & Divinæ Juſtitiæ, habentque bonum animæ pro fine, atque adeò pro materia aliquod ad finem illum ordinatum, dicunturque Eccleſiaſticæ, & ex iis naſcitur Jus Eccleſiaſticum, quod & Canonicum vocant, ex eo quod leges ex quibus naſcitur Canonicæ dicuntur. Juris igitur Eccleſiaſtici ſive Canonici finis primarius eſt Religio Chriſtiana, quam unam attendit, ut per eam tanquam per medium non modo maximè idoneum, ſed etiam unicum, Eccleſiam ad beatitudinem ſupernaturalem promoveat.* Hæc laudatus Auctor *Tom.1.lib.1.cap.2.quæſt.1.n.8.* At fortaſſe faſtidio erit adverſario in hoc quoque Capite audire Theologos diſſerentes, audiat igitur Canoniſtam, illumque egregium, & proculdubio nulli ſecundum, Abbatem ſcilicèt Panormitanum in Proemio *Comment. ſuper primo Decretal. nu.16. circa finem.* Hic pluribus præmiſſis ad ſcientiæ Canonicæ naturam aſſequendam ſic concludit. *Ex hoc patet excellentia hujus ſcientiæ ad Jus Civile, habent enim ſe ut anima, & corpus, licet enim utrumque jus intendat inducere hominem ad bonum commune,*

diſſe.

Digitized by Google

differunt tamen in modo inducendi, nam Jus Civile intendit hominem dirigere in bonum commune ſecundùm quod congruit humanæ ſocietati civiliter viventi, ſecundùm quem modum bonum comune habet vim promoveri per juſtitiam legalem, & Civilem amicitiam. Jus verò Canonicum intendit dirigere hominem ad bonum commune Secundùm quod congruit humanæ ſocietati quæ non ſolùm civiliter vivit, Sed ſecundùm fidem in Deum *intendendo, & vitam aliam expectando. Bonum autem Comune ſic acceptum non poteſt conſervari per ſolam Juſtitiam legalem, & Civilem Amicitiam: Sed ultra hoc requiritur quædam cæleſtis amicitia, ſine qua Impoſſibile eſt hominem in Deum tendere: Sicut ergò potiſſima Virtus ad quam conatur Jus Civile eſt ipſa legalis Juſtitia, & Civilis amicitia; ita potiſſima virtus ad quam conatur Jus Canonicum eſt ipſa cæleſtis amicitia, quam charitatem vocamus.* Quid verò his luculentius dici poteſt, ut Eccleſiaſtici Judices ſui admoneantur inſtituti? Equidem nihil eſt quod ita charitatem, ac cæleſtem ſolvat amicitiam nihil quod ab æterna felicitate fidelem hominem abducat, ut peccatum mortale, cui ut occurrat cætera quęvis poſt habere par eſt Eccleſiæ Præſuli, atque Eccleſiaſtici Fori Jus dicenti. Quamvis enim Canonicum Jus pleraque verſetur, quæ externam politiam ſpectare videntur, adhùc iſta ad excellentiorem dirigit finem, ut videlicèt utilia ſunt, ſi rectè illis utamur, ad æternam vitam aſſequendam: Idipſum quoque nos edocent Canoniſtæ; Sic enim *Robertus Konig. to.1. princip. Juris Canon. in Proem. §.6. Objectum, ſeù materia Juris Canonici ſunt actiones Chriſtianorum dirigibiles, & regulabiles per normas Eccleſiaſticas ad rectam vitam, & beatitudinem ſupernaturalem, circa ejuſmodi enim actiones Jus Canonicum occupatur. Nec obſtat quod ſæpè etiam diſponat de rebus, quæ merè exteriores ſunt, & temporales, veluti de contractibus, Judiciis, ultimis voluntatibus &c. quia hæc, & ſimilia tractat, & attingit ſub dicta ratione ſupernaturali, & ut faciliùs finem ſuum aſſequatur &c.*

Proindè nihil magis à veritate alienum quàm quod Eccleſiæ Forus non ſit ſollicitus de vitando peccato, quin potiùs id præcipuè ſatagere debeat, ut Subditos à peccato, ac peccandi periculo pro viribus coerceat; Dumque de iis judicat, quæ maximè ad Civilem ſocietatem neceſſaria, vel utilia comperiuntur, id primario ſui muneris eſſe Judex agnoſcat, ut à ſubditis ſine noxa præſertim læthali, nec contra Divinas Leges exerceantur. Ut optimè expendit *Gibalinus de Scientia Canonica tom.2.lib.5.cap.1.qu.2.num.5.* ibi: *Vides amplitudinem materiæ Juris Eccleſiaſtici, cum omnia ferè ad Religionem, aut Juſtitiam reduci queant, & verſari poſſit circa materiam Civilem ſed altiori, & nobiliori modo quam Jus politicum, quatenùs ſcilicèt eſt materia peccati, ſive ubi agitur de peccato vitando, & de periculo animæ quod Fortunius tract. de fine ultimo Juris Canonici, & Civili nu.151. Fuſiùs proſequitur ex communi Doctorum.*

Præmiſerat autem laudatus Auctor aſſertæ veritatis ineluctabile fundamentum *nu.1.* ſic argumentans. *Quia peccata omnia nos à fine ſupernaturali abducunt, & bonis omnibus ſpiritualibus, atque ſaluti animæ opponuntur, idcircò ad eamdem legem, & Jus pertinent, cum contraria ad eumdem ordinem revocari ſoleant. Adde primarium actum imperatum ab hoc Jure eſſe cultum, & honorem Divinum, ſeù religioſam actionem; Divino verò cultui præcipuo quodam modo opponuntur peccata, quatenùs ſunt injuria* Dei; *Igitur ad idem quoque Jus Eccleſiaſticùm, quatenùs peccata ſunt pertinebunt, & de iis* (erigant quæſo oculos, ac mentis aciem Intendant Cauſidici, Judices, cæterique Eccleſiaſtici Fori adminiſtri) *Et de iis*, ſcilicet de peccatis *hoc Jus pronunciare, & definire, atq; prohibere, damnare, atq; adeò punire ſuo modo poterit.* Denique hùc ſpectat tritum illud apud Canoniſtas, atq; Theologos axioma, quod nem-
339 pe. *Si Jus Canonic. contradicat civili, ſervandum ſit Canonicum, ſi materia concernit peccatum, ſeù animam.* Verba ſunt Andreæ Vallenſ. in Paratitla *Decretal. in Proem. §.9.n.4.* Nam ad vitandum peccatum ſępiùs *Eccleſiæ leges emendant imò, & abrogant Jus Civile, quia ipſæ Leges Civiles cum pugnant cum Jure Divino, & naturali, juſta non ſunt, & ſpeciem legis habent dumtaxat, ejus tamen vim, & auctoritatem obtinere non poſſunt*, ut ſcribit *Gib. loco ante cit. q.4. n.3.* Idq; comprobatur ex Textu *in Can.1. diſt.9. Can.1. Can. Non licèt, Can. Certum eſt, & aliis paſſim diſtinct.10.* Nec pauca ſuppetunt exempla ubi agitur de Votis, de Juramentis, de Uſuris, de Matrimonio, de Præſcriptionibus mala fide inchoatis, ut poſt *Gail. lib.2. Obſervat.141.nu.5.* adnotarunt *Konig. Proem. princ. Jur. Canon. §.4.nu.8.* quibus præivit S. Thomas *quolib.12.qu.16.art.24 & 25.*

Pauca hæc delibaſſe ſufficiat ad demonſtrandum, Judici pro Eccleſiæ Tribunali Sedenti nihil antiquius habendum eſſe quàm ut peccata repellat, ac tunc maximè juſtitiæ morem gerere, ac ſuo muneri reſpondere, cùm pro vitando peccato cætera parvi facere non formidat. Regulam iſtam, ut in reliquis omnibus ſequi fas eſt, ità præcipuè ſervanda ubi agitur de Sacramentorum adminiſtratione, qua nihil ſanctius, nihil in Eccleſia Chriſtiana dignius, ut majori qua poteſt veneratione exerceatur. Plura ſuper hoc in ſecundo hujus opuſculi capite diſſeruimus, nihilominùs operæ pretium erit plenius adhùc adverſario ſatisfacere exemplo, & auctoritate Summi Pontificis Pauli V. de quo apud *Cardin. Albic.* in ſuo famigerato opere *de inconſtant. in fide cap.36.n.216.* Conſultus præfatus Pontifex à Philippo III. Hiſpaniarum Rege, an ſibi liceret Hæretico Regi de quo requiſitus fuerat, filiam nuptui tradere, ſic reſpondit. *La Santità di Noſtro Signore quanto à detto Accaſamento dice, che non può ſe non improvarlo,*

e de-

Digitized by Google

e deteſtarlo per eſſrre (notet quæſo adverſarius verba, ſignet miſterium) *per eſſere ſimil matrimonio illecito, e ſottopoſto à peccato mortale graviſſimo*. Rursùm rogarus Papa, ut pro ineundis nuptiis diſpenſationem elargiretur conſtanter abnuit eadem ductus ratione ne ſcilicèt peccato conferri opera, vel à longè permittere videretur. *E non sà vedere la Santità Sua, come al preſeate ſi poſſa aſcoltore ſimil propoſta, trattandoſi di diſpcaſare ſopra na atto tanto illecito, e cooperativo di peccato mortale, ſe inſieme non ſi gli propoaeſſero Cauſe, e Condizioni giuſtiſſime, evidentiſſimo atilità per ſervizio di Dio, e della Santa Fede Cattolica*. Nonne largitio diſpenſationum in Matrimoniis contrahendis ad externam quoque pertinet Eccleſiæ diſciſciplinam? Cur itaque Summus Pontifex ne cooperandi peccato occaſionem præbeat, à diſpenſando, vel cum magnis princibus ſibi abſtinendum tàm apertè profitetur? Porerat ſanè judicium de peccato ſinere Confeſſario, qui pro ſuo munere in Foro Conſcientiæ Regem admoneret, quid enim ipſius intererat, dum pro Tribunali ſederet dum Summum Eccleſiæ Principem ageret; Ne dùm de peccato verùm etiam de non conferenda peccato opera tàm ſedulò præcaverc? Abſit autem ut CHRISTI Vicarium, imò ut cæteros quoſvis Eccleſiæ Præſules Succeſſores Apoſtolorum de munere ſibi commiſſo tàm demiſſe ſentire ſuſpicemur: Sciebat optimè Sapientiſſimus Pontifex hanc ipſi in primis à CHRISTO Domino demandatam fuiſſe Provinciam, ut gregem ſuum per quamcumque ſemitam in æternam dirigeret vitam, atque ſibi collatam in utroque Foro poteſtatem eò reſpicere, ut commiſſis ovibus viam ſalutis oſtenderet, ruinam vitare, ſecurum proſequi callem doceat, jubeat, atque compellat. Hæc ſi adverſarium animadvertere non piguiſset, non dubito quin hujus generis argumenta contemnere non recuſaret.

Neque ullius momenti eſt quod pro futili argumento confirmando abſurdius ſubdebant exemplum. Ecquis enim ſatis mirari valeat Canonici Juris Doctorem ſic clamantem: *Nemo unquam ſomniovit aſſerere quod ſit in arbitrio Ordinarioram ratione peccati mortalis impedire, vel retardare effectuationem matrimonii cum eo, qai Votum ſimplex Religionis, vel Caſtitatis emiſit; Atque inanditum eſt in Curiis Eccleſiaſticis, qaod ex hoc unquam faeriat matrimonia retardata.* O ſtupenda verè in aſſerenda falſitate ſecuritas! Quis enim auſit in dubium revocare quin Epiſcopi valeant imò debeant eos, qui Voto Caſtitatis, aut Religionis adſtricti Matrimonium inire moliuntur ne contrahant impedire? Id apertè Sacris Canonibus ſtabilitur; Id omnium Canoniſtarum, atque Theologorum calculo comprobatur. Omittimus Theologos, non quod ipſorum auctoritatem parvi faciamus, ſed quia pervios cuique credimus; Prodimus Sacros Canones, horumque Interpretes quos adverſarius, vel neſcire ſimulat, vel ignorat.

Et primo quidem in *Cap. Conſaluit Cap. Veniens Cap. Rurſus qui cleric. vel vou. matrim. &c.* aperte definitum legitur, votum ſimplex ſive caſtitatis, ſive Religionis nuptias impedire, neque annuendum tali voto obnoxium conjugio copulari, ut in *Cap. rurſus cit.* Quod ſi aliquando juſta urgeat cauſa ut matrimonium contrahatur, remittenda ſtatuitur congrua ſatisfactio, & obtenta à Summo Pontifice diſpenſatione nubendi licentia tribuatur. Sic aperte in *Cap. veniens cit.* Porro quamvis in propatulo ſit præſata jura ne dum occultum, conſcientiæ forum, verum etiam judicialem Eccleſiæ curiam moderari; Quippe qui non placitis Theologorum in Sacramento pænitentiæ abſolventium, ſed Summorum Pontificum conſultorum ab Epiſcopis pro regimine ſuarum Eccleſiarum reſponſis conſtant; Ne tamen, vel minimum Cavillandi locus ſuperſit, præſtabit audire ut laudati Textus à probatiſſimis interpretibus accipiantur. Apprime ad rem noſtram *Anton. Butr.* ſuper *cap. rurſas, qai cleric. vel vou.* ubi ei qui votum ſimplex caſtitatis emiſerat, quamtumvis deinde ſponſalia juraverit, matrimonium interdicitur n. 4. ſic habet. *Et ſic nota quod ex voto ſimplici oritur jus, quo Eccleſia comprllrre poteſt voventem ad votum ſolennizandum*: Deinde concludit. *Et nota ex hoc, virtutem voti ſimplicis qaæ matrimonium imprdit contraheadum, ſrd non tollit jam contractum. Innocent. ſuper cap. Veaieas. eo.* In quo Summus Pontifex cum muliere voto ſimplicis continentiæ obſtricta poſt indictam ipſi congruam ſatisfactionem, jubet diſpenſari ut nubat, ad illa verba *licentiom nubendi*, ita inquit *de Miſericordio, nam de rigore juris poſt votum ſimplex noa dotur ei licentia nabendi*.

Gonzalez Tellez ſuper eodem *Capit. venicas* cit. totum luculentius exponit n. 4. inquiens *Dicendam eſt Pontificem in boc caſu immediate diſpenſaſſe, ideoque ad Epiſcopum ſcripſiſſe, ut licentiam dare non dabitaret, ideſt non probibrret talem fæminam nabere: Quod non eſt intelligendum in ſenſu tantum permiſſivo, ſed hoc in ſenſa, quod Papa diſprnſando tollit imprdimentum, propter quod Epiſcopus poſſet tale matrimonium probibrre*.

Ad ultimum ne de voto ſimplici religionis auctoritas deficere videatur, ſubdimus apertiſſimum Textum in *Cap. porrectum de regalar*. Ubi qui infirmitate gravatus votum emiſerat, ut fieret Monacus, compellendus dicirur, ut reddat Domino quæ promiſit. Ibique tradidit Fagnanus n. 5. *Qui votum religioais emiſit, etiam in foro externo Eccleſiæ compclli poteſt ad ſervandum votum*; Et congerit concordantes.

Vigilantes profecto Teſtes protulimus quibus evincimus ut multoties cauſidicorum clamores juſte contemnantur, quippequi non raro contingat audire intrepide affir-

man-

mantes *nemo dixit*, *nemo ſomniavit*, cum agatur de re certa Saeris Canonibus ſtabilita, atque unanimiter ab Interpretibus admiſſa.

341 Alterum ſupereſt expendendum exemplum, ſeu argumentum ductum ex auctoritate Sancti Thomæ dicentis Judicem poſſe damnare virum, quem certo novit innoxium, ſi reus appareat ex forenſibus actis. Primo quidem plerique multi nominis Canoniſtæ, ac Theologiæ Profeſſores in contrariam abeunt ſententiam: Alii parte admittunt, parte contradicunt. De his late *Covarru. lib. 1. variar. cap. 1. per tot Card. de Lugo de juſtit. tom. 2. diſput. 37. ſect. 4. Diecaſtill. de juſtit. lib. 2. Trac. 1. diſput. 4. n. 75.* Qui cæteros allegant. Ut eumque res ſe habeat, neque neceſſitas urget, neque otium eſt opinionem iſtam examinare: Eſto vera ſit (neque enim refragari licet quin illi maximum ex Angelici Doctoris auctoritate pondus accedat) quid tum inde? Illud fortaſſe quod ſi in agendo de filiorum nuptiis ex Teſtium dictis, ceteriſque judicialibus actis, non probetur Parentes reluctare, vel eorum diſſenſus iniquus aſſeratur, ſive tandem nuptias quas judex privata ſcientia indignas novit, ut ajunt ſecundum allegata, & probata appareat perperam ignominia notari, tunc ei liceat neglecta ſua occulta, publicam, atque in foro probatam notitiam ſequi; ſi tamen prius nulli pepercerit induſtriæ qua poſſibile fuerit detegi veritatem. At aliud eſt de quo contendimus argumentum. Quid agendum Sacramentorum Miniſtris ſi peccator occultus publice petat, non eſt hujus loci declarare. Illud unice modo inquirimus ut ſe gerere debeat Epiſcopus, Parochus, dum Parentes Palam diſſentiunt, ne filiæ indigne nubat: Dum aperte conſtat nuptias ſine ſcandalo, ſine injuſtitia, ſine peccato non contrahi. Hanc tantummodo tractamus cauſam: De peccato manifeſto, & notorio ſacrilegio, quo matrimonium fædare in caſu dicto filii familias moliuntur controverſia eſt: Afferant adverſarii ſi ipſis ſuppetit exemplum quo liceat notorio peccatori, qui in ipſa Sacramenti perceptione Sacramentum violare dignoſcatur, Sacramentum adminiſtrare; Prodant cauſam in qua liceat judici ſive civilis, ſive Eccleſiaſtici fori opem ferre peccanti, cujus crimen Teſtes, acta forenſia probent, vel ſua notoria turpitudine manifeſtum fiat: Tunc niſi aliunde innoteſcat diſparitas argumenti, manus dedere non pudebit.

342 At inquiet aliquis nonne in crimine quamtumlibet occulto, verum eſt operam conferri à judice, ab adminiſtro Sacramentorum? Nihilominus hoc licere annuunt omnes; Quid itaque prohibet ne liceat itidem præſidio eſſe filiis, ut matrimonium ineant, eſto appareat illos peccaturos dum nubent? Ne utiquam omnino id licere reſpondemus: Cur enim (dicat adverſarius) fas eſt judici occultam Teſtium calumniam permittere, & virum innocuum capite damnare, at ſi falſitas innoteſcat omni jure tenetur innocentem abſolvere? Cur Sacerdos peccatori occulto publice Euchariſtiam petenti, vel aliud Sacramentum, poterit miniſtrare, nequaquam vero ſi vel ſecreto petat, vel crimen ſit adſtantibus manifeſtum. Cur denique dum agitur de matrimonio, peccatum nedum abſconditum, verum etiam manifeſtum, atque notorium non valebit Parocum atque Epiſcopum abſterrere ne preſto ſit peccantibus, in cæteris vero cauſis ea ſervanda erit lex, ut notorio crimini, ut Sacrilegio manifeſto nunquam liceat opem ferre? Quænam illa diſcriminis ratio? Nulla profecto; Sed in omnibus eadem cauſa urget, ut ſi aliud acta forenſia præſeferant, aliud privata ſcientia doceat; Judex, aut quiſvis publicus Miniſter propriâ poſthabita, publicam notitiam ſequatur: Quia ſcilicet ut diſſerit *Sanctus Thomas 2. 2. quæſt. 67. art. 2. in reſponſ. judicare pertinet ad judicem ſecundum quod fungitur publica poteſtate, & ideò informari debet in judicando non ſecundum, id quod novit, ut privata perſona, ſed ſecundum id, quod ipſi innoteſcit tamquam perſonæ publicæ. Hoc autem innoteſcit ſibi in communi, & in particulari; in particulari negocio aliquo per inſtrumenta, & Teſtes, & alia hujuſmodi legitima documenta, quæ debet ſequi in judicando magis quam id, quod novit, ut privata perſona.* Ut autem hæc locum habeant in adminiſtrandis Sacramentis, atque in neutra cauſa judex ſive Sacerdos injuſtitiam admittant, neque alterius criminis participes cenſeri poſſint. Luculenter explicant. *Diecaſtill. de juſtit. lib. 2. Tract. 1. diſput. 4. dubit. 5. n. 89. & ſeq. ibi judex poſt adibita omnia media moraliter poſſibilia, quibus innocens liberari poſſit, etiamſi materialiter injuſtitiam committat, tamen ſecundum eam ſcientiam, qua in judicando uti debet, formaliter juſtum agit, ac proinde nulli facit injuriam.* Et inferius *Hac ratione Sacerdos qui ſcientia privata agnoſcit aliquem occultum peccatorem, ſcientia verò publica habetur, vel juſtus, vel rite penitens prebet Euchariſtiam licite, immo nec poteſt negare publice petenti.*

Audiendus quoque eximius S. Thomæ Interpretes *Cardinalis Cajetanus in coment. art. 2. cit. verſ. arguitur.* ſibi obiciens, atque egregie argumentum de non præſtando auxilio Teſti calumniam adſtruenti; ſubdimus ipſius Textum *Arguitur poſtremo, quia teſtes, per quos innocens contra veritatem convictus damnandus eſt, veniunt in veſtimentis ovium, & intrinſecus ſunt Lupi rapaces rerum, vel vitæ; Ac per hoc ſi judex certus de innocentia judicat juxta eorum dicta, Miniſter eſt homicidarum, vel prædonum & ſic non excuſatur.* Vides ut optime objectam difficultatem de opera, quæ confertur peccato Teſtium exponat Eminentiſſimus Doctor verbis illis *Miniſter eſt homicidarum, & prædonum.* Audias modo ut perſpicue illam diluat. *Ad poſtremum dicitur licet Teſtes veniant intrinſecus ut Lupi, judex tamen*

non eſt eorum Miniſter, ſed juris; & propterea non incurrit reatum ſequelæ eorum, nec per ipſum venit ſcandalum, ſed per illos Teſtes qui abutuntur jure, & judicis officio.

Similia prorſus de adminiſtrante Sacramenta peccatori occulto produnt Theologi. En ut loquitur *Caſtropalao oper. moral. p. 4. Tract. 18. diſp. unic. punct. 14. n. 4. Quod ſi obiicias nemini licitum eſſe Sacrilegio cooperari, quia eſt intrinſece malum; at miniſtrans Sacramentum indigno videtur illius Sacrilegæ ſuſceptioni cooperari; Ergo nunquam id licere poteſt. Facile reſpondetur negando miniſtrantem Sacramenta indigno ob ſupradictum finem vitandi proximi infamationem cooperari Sacrilegæ ſuſcipientis receptioni, quia ſolum cooperatur Sacramentali receptioni, quatenus vero eſt ſacrilega permittit ex juſta cauſa. Sic Suar. Enrich. Bonacina, & alii.*

343 Res denique paucis perſtringendo, illud certo concludere non formidamus judicem videlicet, atque alterum quemlibet publicum ſive juſtitiæ, ſive Sacramentorum adminiſtrum, dum ut ſuo muneri reſpondeat ſcientiam peccati, quam privatim tenuit non attendit, perperam alieni criminis participem dici, nec non Iiidem juribus, & rationum momentis, quibus damnatur ſi publice peccantem non excludat, ſi occultis criminibus non occurrat innoxium declarari. Neque aliter de cauſis connubiorum ſentire licet; Dum iniquitas contractus palam eſt, atque judicialiter comprobatur; Dum autem adhuc latet, hoc à cæteris negociis non nihil differre adnotum eſt; Siquidem multoties, vel unius Teſtis accuſatio ſufficit ut matrimonio contrahendo obex afferatur; Itemque nonnullæ contra Teſtes, quæ in alterius generis cauſis urgent exceptiones, dum agitur de jungendis nuptiis Jure contemnuntur. De his *in Textu cap. præterea de ſponſal. cap. videtur. cap. cum in tua. Qui matrimonium accuſ. ibique Barboſ. in collect. jur. Pontific. Robert. Koni. lib. 4. princ. Jur. Canon. eodem Titulo 18. §. 5. nn. 3. &* 10. Cæterique apud ipſos.

344 Ut tandem non ſine grata coronide tertii hujus argumenti cenſuram concludamus memoriæ recolendum monitum quo nos advertit *Eminentiſſimus Pallavicinus in Hiſtor. Concil. Trid. lib. 22. cap. 4. n. 16.* ubi prodita cujuſdam Sacrorum Canonum Doctoris ſententia ſuper irritis habendis clandeſtinis nuptiis Hæc ſubdit. *Diede à divedere, che il caminare con una ſola ſcienza de Canoni ſcompaguata dal Theologico diſcorſo in tali ſoggetti, è appunto caminare con un ſol piede, cioè Zoppiccando, e ſpeſſo cadendo.*

QUARTUM ARGUMENTUM.

QUarto denique obijciebant; ſeu potius
ex tripode quaſi pronunciantes doce-
345 bant. Si quid veri præſeferunt aſſerta tanto apparatu in totius hujuſce Diſſertationis capitibus expoſita, in eo ſenſu accipiendum ut liceat moram aliquam facere filiis familias, cæteriſque ad indignas nuptias convolantibus, brevem tamen moderatamque, cujus videlicet finis ſit, haud utique libertatem infringere, ſed irrevocabilem præcipitationem in copulando inſolubilis matrimonii fœdere præcavere. Neque enim ſemel aut raro accidit ut Adoleſcentes vel Puellæ quæ fallaciis lenociniiſque deceptæ, veſano amore furentes, iraque incenſæ ex ſeveriori Parentum diſciplina, fœda connubia machinantur, puſillo temporis ad ſe revertentes, inſaniſque affectibus ſolutæ, gaudeant ſibi proſpectum fuiſſe, quod imprudenter optaverant connubio retardato: Atque propterea nefas non eſſe filios à conſortio eorum ſejungere, quos ſuſpicari licet ipſorum cupidinem confovere, à civitate amovere, interdum quoque in carcerem conijcere, ut vexatione commoti ſui compotes fiant, & quam incaute ſibi moliuntur animadvertant perniciem ac exhorreant. Verùm enimvero ſi animo obſtinentur neque Parentum induſtriæ, aut Præſulis conſilio cedat filiorum conſtantia, tunc ipſis libertatem largiri oportet, indulgendum ut jus ſuum perſequantur, atque à vexationibus abſtinendum; Ne cum diſpendio ſalutis æternæ urantur dum nubere prohibentur, contra effatum Apoſtoli I. ad Corint. cap. 7. verſ. 9. dicentis *Quod ſi non ſe continent, nubant; melius eſt enim nubere quam uri.* Neque arbitrii eſt Parentum, Epiſcoporum, vel alterius, quacumque polleat auctoritate remedium contra concupiſcentiæ irritamenta jure naturali, & Divino ſtatutum, ſacriſque Canonibus commendatum, filiis denegare; ſed dumtaxat tantiſper dum fraudes detegantur, ſi ſubſint, detinere. Hoc tandem preſcriptum Eccleſiaſtici Fori, hanc praxim perpetuo ſervatam teſtatur *Reynald. tom. 1. obſerv. Crimin. cap. 6. lib. 1. §. 3. n. 73. Et Oliva de Foro Eccleſiæ quæſt. 29. p. 1. à n.* 20. Quod totum conſonare videtur pleriſque Sanctorum Pontificum, Romani auditorii reſcriptis, ac Sac. Congregationis Concilii Tridentini interpretum reſponſis ſuper cauſis ſponſalium, etiam jure jurando confirmatorum: Quippe qui licet comperti juris ſit ut ea violari nequeant ſine injuſtitiæ, atque perjurii nota; ac proinde compellendum eſſe qui illa contraxit, ut promiſſionem adimpleat, ideoque judicem parti petenti ut juratam fidem ſervare cogat detrectantem, teneri præſidio eſſe, eique omni via conſulere ne data fides fallatur, neque præceptis, neque minis, cenſuris quoque non parcendum: Nihilominus tamen ubi hæc cæteraque juris adjumenta non proficiant, ultra progredi nequaquam licet, neque omnimoda coactione adigendus, ut matrimonium ineat *qui jam coactus per cenſuras indurato animo ſuſtinuit*, ut ait Rota in Toletana matrimonii coram Juſto 1601. & ſubdit *quo caſu ſolet Rota abſolvere potius quam cogere*. Quin

immo

Digitized by Google

immò alias mitius egit idem Sacrum Tribunal, dum videlicet animadvertens conſtantem animi deliberationem, à coactione temperandum cenſuit ut in Melitenſi ſponſalium coram Paulutio 11. Maij 1682. ibi *Cum conſtans ejus deliberatio appareat non contrahendi hujuſmodi matrimonium, quo caſu Eccleſia à coactione temperat*. Concinit Sacra Congregatio Concilii Tridentini Interpretum in *Bononien. Sponſalium 6. Januarii 1700.* in qua Teſte D. Piton. eximio in Romana Curia Advocato *diſcept. Eccleſ. 32. num. 26. fuit Archiepiſcopo injunctum ut moneret Sponſam ad implendam fidem, quod ſi poſt monitiones ſuaſiones, & diligentias adhuc renueret, ad rigoroſam, & exactiſſimam coactionem non deveniret*. Eadem igitur via incedere, paremque moderationem ſervare tenebitur judex dum agitur de impediendo indigno matrimonio filiorumfamilias; monendi quidem, pulſandi ſunt, nec non minis deterrendi, ut ſi vel animi levitate, vel dolo decepti de nuptiis cogitaverint, moleſtiis exagitati intelligant ſe decipi, atque reſipiſcant. At ſi obdurati in propoſito permaneant, gradum ſiſtere oportet, & ulterius compellere nefas eſt; Ut enim inquit *Rota deciſ. 1185. coram Emerix. jun. Eccleſia compellit eum quem videt in ſua ſimplicitate titubantem, ſecus eum quem cognoſcic conſtanti animo reluctantem*. Hoc ultimum adverſariorum efugium, hic poſtremus conatus, ut Sacrilegas nuptias copulari ſi non citò, tandem aliquando Eccleſiæ Præſules conſentirent.

346 Fruſtra tamen illos conari, atque incaſſum inania hæc excogitari ſophiſmata ad apertam labefactandam veritatem, liquebit protinus, ſi quæ ad illam ſtabiliendam in ſuperioribus hujus tractatiunculæ capitibus jecimus, memoriæ recolantur firmiſſima fundamenta ex juribus, auctoritate, & ratione: Jura ſiquidem clamant ſæpe fata connubia impedire ne fiant, non morandum ut maturius copulentur. Prohibent, non ſuſpendunt. Eccleſia perpetuo non ad tempus *deteſtata eſt atque prohibuit*. Expendimus quidem in tertio, ac quarto pręmiſſis articulis pręſentem difficultatem, neque libet quæ jam protulimus recantare. Satis erit ut nova aliqua proferam, nunquam enim veritatem aſſerenti Teſtimonia deficient, aut pondera rationum.

Et primo quidem prodere liceat verba Aloyſii Riccij non vulgaris notæ in Eccleſiæ Foro judicis, Sacrorumque Canonum Doctoris, rem iſtam adamuſſim pertractantis in *Deciſ. Cur. Archiep. Neapol. Edit. Venet.* apud Babba anno 1647. *dec. 24. par. 3.*. Agebatur de nobili viro indignas nuptias moliente, & expoſtulantibus Conſanguineis ut auctoritate Judicis imminentibus ſcandalis obex fieret, ſuper hac Cauſa ſenſit laudatus Auctor. *Replicabat quidem Reverendiſſimus Epiſcopus non poſſe in tali caſu prohiberi ſimpliciter matrimonium, ſed tantum ad tempus, quod videbatur probabile, ſed re maturius perpenſa reſolui quod ſtante dicto ſcandalo ſimpliciter poterat dictum. Matrimonium interdici. Nam omni tempore ſcandalum eſt malum, & evitandum. Et ponderandum eſt quod dictum eſt de Divo Paulo Prima ad Corintios cap. 8. ſi ſcandalizavero fratrem meum non comedam Carnem in æternum, & non dicit ad tempus aliquod determinatum, ſed potius in æternum quia in æternum vitari debet ſcandalum, & non ad tempus in iic quæ ſine peccato omitti poſſunt*. Et inſra ad elidendam alteram difficultatis partem de vitanda incontinentia, atque ſervandis juribus libertatis egregie ſubdit. *Conſenſus matrimonialis licet ſit de ſubſtantia matrimonii, tamen preſtandus eſt cum debitic circumſtantiis, & non cum ſcandalo, & licet matrimonium ſit remedium luxuriæ, tamen peccatum luxuriæ vitari poteſt aliis modis, ut contrahendo cum aliis Fæminis*. Solidiſſima, dubio procul, ratiocinatio, ſed cui immenſum pondus accedit ſi ne dum ſcandali quod tantopere, & juremerito exageratur, vitandi debitum; verum & impietatis non ſovendæ, religionis à Sacrilegio defenſandæ, vitandæ quoque injuſtitiæ in Parentes, atque cæteros conſanguineos, totiuſque Reipublicæ incommodis occurrendi obligatio à judice ab Epiſcopo, à Parocho ſerio ut par eſt expendatur. Expendere inſuper neceſſe omnino eſt non agi dumtaxat de obligatione judicis Eccleſiaſtici, animarumque Paſtoris, ne ſinat ſcandala itrepere, neve negligat aliena crimina vitare. Verum & de longe graviori debito violando periculum eſt; ne ſcilicet Epiſcopus ſuo mandato, Parochus ſua pręſentia Sacrilegium firmet, & confirmet impietatem. Ne Divina humanaque jura conculcanti, ne Sacramenta fœdari adnitenti opem uterque afferat, & opituletur. Iſta profecto nulla temporis mora, nulla
347 ſervandæ libertatis ratio valebit excuſare: Utut quandoque ſinere liceat leviora mala, ne aditus gravioribus pateat; Nullius tamen vitandi mali ratio ſatis eſt ut liceat quod ſua natura malum eſt, quamtumvis leviſſimum perpretare, vel eum qui facit adjuvare. Sic enim in Republica meretrices non expellere quandoque licitum, at Meretricium conſulere, preſto eſſe, conſerre operam meretricari cupienti, Piaculo ſcelerique quovis tempore, ubique locorum habendum eſt. Juvat, & alterius recentioris Canoniſtæ ſuper ſimili cauſa ſententiam proſerre, qui & luculentiori perſpicuitate univerſam quam verſamur enucleat quæſtionem, quique conſilium ſeu ut ipſe nuncupat votum ſuum exaravit ut pareret Eminentiſſimo Principi de latere legato, dum Ferrariæ Synodalem judicem, Sancti Officii Conſultorem, atque Cathedralis Eccleſiæ Canonicum Theologum ageret, Andreæ ſcilicet Bertonij in *Tractatu de negligentiis, & omiſſion. p. 2. art. 34. n. 17. pag. mihi* 434. Moliebatur nobilis quidam Vir indignam fæmi-

minam ducere in Uxorem, egre id ferentibus cæteris de familia, ac enixè rogantibus ut imminenti infamiæ occurrendi cauſa interdiceretur nuptiis ; Juſſus laudatus Doctor ut quid Juris eſſe cenſeret ſcripto exponeret, ita ſe expoſuiſſe teſtatur. *Ne tantum dedecus, ignominia, & injuria toti conſanguinitati irrogaretur, inſtantibus enixe conjunctis potuiſſe, ac poſſe, debuiſſe, ac debere Eminentiſs. Principem impedire* (Non igitur ad tempus ſuſpendere ſic enim non vitaretur infamia) *ne hoc matrimonium contraheretur fui in Voto*. Pergie pluribus demonſtrare ex Mulieris progenie moribuſque indignas eſſe nuptias authumandas, quæ omittimus ſtudio brevitatis ; At rediens ad rem noſtram ſubdit num. 24. *impediendi autem ne Dominus N. tùm indignum contrahat matrimonium ; Certi Juris eſt quod ſit in Principe, in Epiſcopo, in Judice facultas propter juſtas Cauſas ; infamiam nempè totius Conſanguinitatis vitandam, timorem ſcandalorum quæ prudentum Judicio ſubſequentur, Cap. Cum in tua, ibi fama, & ſcandalo. de Sponſal. ubi Gloſa in Verbo ſcandalo, & Barboſ. n. 6. etiamſi Sponſalia eſſent Juramento firmata &c.* Pleraque deinceps attingit ex iis, quæ in decurſu totius Diſſertationis à nobis expenſa inutile eſſet refricare : Addimus duntaxàt quæ faciunt ad elidendum oppoſitam argumentationem, ſeu potius ſine argumento propoſitam aſſertionem. Apertè innuit non ſatis eſſe ſuſpendere Nuptias, ſed omninò prohibendas ; Tum quia inquit n. 26. *Filii tenentur tùm ob bonum Commune, tùm ad evitanda gravia mala, damna, & dedecus in familia, tale matrimonium non contrahere, & ideò poteſt cogi ad id quod Jure naturali, & ex Charitate tenetur. Et n. 35. D. N. non habet Jus ad Nuptias adeò Conjunctis injurioſas, ubi bonum nomen familiæ periclitatur, Splendor ſanguinis obſcuratur, nobilitas maculatur, itaùt nec Juramentum interpoſitum queat adſtringere ad exequenda Sponſalia, quia non poteſt eſſe vinculum iniquitatis Ca: quanto de Jure Jur.*

Explodit quoque ſcrupulum lædendi Jura libertatis, quia hæc ad illicita neutiquam exercetur n. 27. *Nec libertas naturalis læditur ex tali Coactione, quia nubere in injuriam Parentum, in damnum familiæ, totius Cognationis dedecus, & animæ detrimentum, eſt abuſus libertatis, non uſus.*

Inanem poſtremò prætextum vitandi periculum incontinentiæ paucis elidit Verbis, inquiens n. 29. *Quia libertas poteſt exerceri cum quacumque alia muliere de toto Mundo, ad Textum lege Cum ita legatum ff. de condit., & demonſtr.*, & totam claudit Orationem advertendo matrimonium de quo lis erat nedùm ſuſpenſum, ſed nullimode fuiſſe celebratum.

Porrò quod verbis tàm perſpicuis Neoterici iſti : Si non Verbis, liquido verborum ſenſu, cæteri ſanè omnes ſuperiùs recenſiti prodiderunt. Quid enim ſibi voluere dum aſſerebant, vel ob ſolius ſcandali vitandi rationem matrimonia interdici, inhiberi, impediri meritò poſſe, atque oportere ut celebrentur ; Nunquàm autèm ſuſpendenda, aut tantummodò retardanda pronunciarunt ? Quid dum Jusjurandum ad contrahendas hujus generis Nuptias non adigere, ne evadat vinculum iniquitatis, conſtantèr propugnabant ? Quid tandèm quod etiam ſtupro intercedente dotandam Puellam, non ducendam eſſe ſtatuebant, cum ſcandalum, infelicem exitum nuptiarum, Parentum injuriam, & rationabilem indignationem; Totiuſq. Ingenuæ familiæ infamiam contingat prævideri ? Iſta profectò plus multum ſonant, quam brevem illam morandi Nuptias economiam ab Oliva & Raynaldo inſinuatam : Locus fortaſſe tri[...] huic praxi, dum ſolius Adoleſcentis commo[...]di, aut fortunarum periculum eſt, cui cave[...]re ſuadeat Charitas Chriſtiana ; Ne utiquam verò ubi periclitatur reverentia Sacramenti atque in diſcrimen vocatur honor Parentibu[s] debitus, decus, proſapiæ, Pax Reipublicæ animarum ſalus, atque Eccleſiæ diſciplina. His longè gravioribus abſurdis perpetu[...] tempore obviam ire, nunquam præſidio eſſe aut operam conferre Juſtitia cogit, adig[it] pietas, urget religio in Deum, Charitas in Pa[...]rentes, Fratres, cæteros Conſanguineos, v[el] Affines. Exinde nemo non videt quanti f[...]cienda ſit auctoritas Raynaldi, vel Olivæ ; S[...] quidem omittimus Olivæ Tractatum de Fo[...] Eccleſiæ legi prohibitum a Sacra Indicis Co[n]gregatione donec corrigatur, Raynaldu[s] verò eſſe quidem de re criminali optimè m[e]ritum, non amplum in reliquis nomen ſi[bi] quæſiviſſe ; Quantalibet tamen ſit ipſoru[m] auctoritas ſatis ſuperque retunditur vel ab [...] dumtaxat quos noviſſime deduxus Aloy[...] Riccio, & Bertouio qui rem non perfunctor[ie] attingentes, ſed ex profeſſo pertractantes j[u]ribus ratione, atque auctoritate firmaran[...] oppoſitam ſententiam tradidere. Addim[us] quoque tertium, nec non inſignem in Rom[a]no Foro Advocatum Franciſcum Mariam [...]ton. qui *diſcept. 52. n. 83.* apertè diſtinguit [in]ter moram ad tempus, & impedimentu[m] quod nunquam ceſſat, his verbis. *Suaſi ut [...]gnaretur injungere Parocho, quod ſupenderet [...] aliquod temporis ſpatium denunciationes, & [ma]trimonium impediret, donec juſtificarentur C[au]ſæ, quas ego juſtificatas dicebam ſufficere ad [im]pediendum hujuſmodi matrimonium.* Quid m[...]ta ? Adeat cui libet tertium hujuſce Diſſer[ta]tionis caput, & percurrat quartum, ſtati[m]que fatebitur aſſertam ab his paucis tempo[...]riam nuptiarum retardationem, Teſtium [...]pia, & auctoritate explodi ; Juribus, & i[...]ctis argumentis improbari.

348 Jam pauca de exemplo Sponſalium q[...]rum Fidem Eccleſia frangi quandoque ſi[...] neque ideò compellit omnibus modis ut [...]pleant etiam illos qui Jurejurando poll[iciti] ſunt ſervare. Ut iſta vera ſint, non lev[...] attigimus in quarto Diſſertationis artic[...]

juva

juvat nihilominùs addere, mitem qua in compellendis Sponſis ut promiſſam Fidem impleant Eccleſia utitur diſciplinam non eo tendere ut perfidiæ, & periurio aditus aperiatur, cui ut occurrat ſatagere debet Judex, neque unquam à compulſione ceſſare, niſi cum perpenſis omnibus circumſtantiis animadvertat, ſi ulteriùs urgeat, foreut, vel fictus adibeatur conſenſus, vel omninò coactus, quem odia, rixæque inter Conjuges conſequantur, ut apprimè adnotavit *Card. de Luca Tract. De Dote diſcurſ.79.n.8. Licèt ad matrimonium utriuſque Conjugis libera voluntas requiratur, itaùt uno ipſorum non obſtantibus Judicis praceptis, & diſtrictionibus, indurato animo perſeverante in voluntate negativa Eccleſia abſtineat à praciſa coactione ex deductis per adden. ad deciſ. 431. par.4. tom. 2. Rec.n.71.*, Nihilominùs *id provenit magis ab Eccleſia prudenti Conſilio ob experimentum malorum ex coactis matrimoniis reſultatinm, quam ex libera voluntate ejus qui per contractum ſe obligavit ad coactionem*, pro quo præmiſerat regulam primo tenendam eſſe, ut Sponſus per Sponſalia de futuro obligatus remaneat ad matrimonium contrahendum, ad quod etiam judicialitèr, & per realem, & perſonalem diſtrictionem, quin imò etiam aliquando per cenſuras, (juſta Cauſa non excuſante,) compelli poſſit, ad Textum in *Capitulo ex litteris il 2.*, *& Cap. Requiſivit, & Cap. Sicut de Sponſal.Cavaler. dec.415. n.3. dec.421. n.2.*, & alias Rota frequenter ex deductis per *Adden. ad dec.431.par.4.Rec.tom.4.n.61.,& ad Duras.dec.311.* hæc vere menti tenenda, ne detur anſa frangendi fidem Sponſalium, & Jurisjurandi religionem minuendi. Cæterum ut
349 in prohibendis præſertim Filiorum Familias indignis nuptiis ſeverius agendum ſit ne unquam liceat ut copulentur indulgere, non operoſum erit aſſerere ſi duo prænotentur. Primo ſcilicèt non idem Juris eſſe in eo quod malum aliquod permittatur; Ac ſi malum idem approbetur, aut fiat, ſive facienti opera conferatur: Illud quandoque licitum, imò utile cenſetur, ac neceſſarium, dum ne graviora graſſentur crimina, vel ne Reipublicæ majus bonum arceatur, à levioribus noxis compeſcere ſubditos definit legislator, aut Judex ut egregiè *S. Thomas 2. 2. quaſt. 10. art.11.C.* ibi: *Sic ergò in regimine humano illi qui præſunt rectè aliqua mala tolerant, ut aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala pejora incurrantur*. Cujus laudabilis gubernationis exempla ſubdit in tolerandis uſuris, Meretricio, Judæorum quoque atque Paganorum ritibus cum Idololatria.

At dum non agitur de tolerandis tantummodò uitiis, ſed de præſtanda illis opera, fovendiſque Judicis auctoritate Criminibus longè aliter ſe habet res. Nunquam approbare, nunquam conſulere, nunquam conferre operam peccanti fas eſt, quin criminis, reatuſque nota contrahatur. Latè de hoc diſcrimine, quod intereſt inter eum qui crimen negligit impedire atque illum qui perpetranti Socium ſe præbet vel adjutorem; Agunt Theologi ubi præceptum vitandi Scandalum pertractant, ſat nobis erit pauca nimis delibare. *Suarez Tract.De Char.diſp.10.ſect.4.n.7.Reſpondetur in his cavendum omninò eſſe poſitivam cooperationem, quia hac eſt intrinſecè mala, cum ſit contra praceptum negativum. Pro ratione ergò circumſtantiarum quando ne ſit cooperari aut quando ſit tantùm non impedire, conſiderandum prudenter eſt.* Audiendus quoque *Cajet. in Comment.ſuper 2. 2. quaſt.78. art.4. §. Secundo. Si namque peteret quis ab aliquo actum quem non poteſt exercere ſine peccato proculdubio ad peccandum eum induceret, quamvis paratiſſimum, ac per hoc particeps peccati eſſet conſentiens peccato alterius. Adverte ergò ſemper, ut diſcernas, ſi actus poteſt ſine peccato fieri, quia hic radix eſt liciti, vel illiciti.* Teneatur itaque ut longè diſparia ſint obicem non afferre, & operâ coadiuvare Sacrilegium machinanti.

350 Altera quoque prænotanda differentia eſt inter compulſionem ad nubendum ſingulari alicui perſonæ, & impedimentum ne cum una certa matrimonium contrahatur; Siquidem abſurda quæ coactionem ad aliquod ſingulare Conjugium comitantur, vel ſequuntur, dum unam, vel alteram ducere quis prohibetur, aut ſatis leviora, aut plerumque nulla prorſus occurrunt. Hæc ſanè tria præcipuè numerantur. Primum quod libertas naturali, ac Divino Jure in eligendo perpetuo vitæ ſtatu, ac præſertim in ducenda Uxore, cuilibet aſſerta, perperam violatur. Secundum quia cum matrimonium onus graviſſimum, & quaſi perpetua ſervitus habeatur, rationi omninò conſentaneum, ut non niſi ſecundum animi propenſionem copuletur, itaut mutuo amore Sociati Conjuges haud egrè ferant indiſſolubilis ſocietatis incommoda; Quapropter iniquum eſt liberum hominem adigere, ut alterius arbitrio inviſæ ſibi Fæminæ tàm arcto vinculo alligetur. Tertium, & ultimum quod à compulſione abſterret, periculum eſt infelicis exitus, & perennium malorum quæ ſæpe ſæpius cum diſcrimine non minus æternæ ſalutis, quam præſentis vitę, ex coactis Nuptiis ortum ducere, ac ſine remedii ſpe quotidie inſpicimus perdurare. *Nam timet ſummoperè, tanquam pia Mater, Eccleſia Sancta Infauſtos eventus coactarum nuptiarum. . . . Quæ enim mala ex coactis nuptiis non ſequuntur? Quæ delicta non perpetrantur? Quæ ſcandala non oriuntur? Hinc perpetua diſſidia, & livores inter Conjuges; Hinc Maritus inſalutata Uxore diſcedit, hinc adulteria, hinc ne ſæpe accidit machinatio vitæ inter ipſos Conjuges?* Verba ſunt *Adden.ad dec.431. par.4.tom.2. Rec.n.72.*

Porrò ſi Adoleſcentem à certis nuptiis dumtaxat arceat Judex vel Epiſcopus; liquidò apparet neque ſecundum, neque tertium abſurdum eſſe locum formidandi; Quin imò hoc unicè juvare ad illa vitanda quæ imparia, atque indigna Connubia ut plurimum conſe-

quun-

quuntur; Semèl atque iterùm latè comprobavimua præſertìm quarto, & quinto hujus Diſſertationis Capite eorumdem qui Filiorum familias ultrò favent libertati Doctorum Teſtimonio: Et res in patulo eſt: Ridicule enim ex matrimonio non contracto jurgia inter virum, & mulierem, adulreria, odiaque domeſtica quiſquam cogitaret conſequi, vel timeri; Stultè prorſus affirmaret ex quo nubere cuiquam adoleſcens, vel Fæmina prohiberetur ipſos ad perpetuam inſolubilem erga inviſum Conjugem adigi ſervitutem. Dubium igitur nemini eſſe poteſt quin ſi centies damnatis dictis Connubiis obſtetur, memorata abſurda vitentur potiùs quam ferantur.

Quod autèm attinet ad primum inſinuatum abſurdum, contra Jura libertatis in ducenda Uxore, quam velit nemini adimendæ; pudet profectò, piget, diſplicet toties in ſingulis ſuperioribua articulis exploſum eliminatumque dubium, atque radicitus evulſum ſcrupulum refricare. Ratione, Juribus tùm Canonico, tùm Civili, Eccleſiæ indubitata praxi, communi Theologorum, atque utriuſque Juris Interpretum auctoritate firmavimua, demonſtravimua illam vim qua injuſtè quis vèl adigitur ut uni dumtaxat liceat copulari, vel a quibuſcumque nuptiis arcetur, perperam æquiparari juſto, ac rationabili interdicto quo vel unam, vel plures aliquas ducere prohibetur; Illud etenim libertatem evertens perpetuo legimus improbatum, hoc verò innumeris Eccleſiæ Canonibus impedimenta matrimonii ſtatuentibus ſexcenties receptum, atque commendatum. Cujus diſcriminis ratio ſtatìm apparet, dum uni nubere eſt à cæteris omnibus nuptiis excludere, at ab aliqua ducenda retrahere innumeras ducendi arbitrium, neque tollit, neque minuit. *Placuit, nec videri* (ajebat Juris Conſultus in *L. Cum ita legatum ſit la 42. ff. De condit., & demonſtr.*) *tali conditione viduitatem injunctam, cum alii cuilibet ſatis commodè poſſit nubere.* Non ità verò ſi uni Titio nubere compellatur. *Quæ enim Titio nubere jubetur, cæteris omnibus nubere prohibetur.* Quod apprimè expendit *Berton. in laudato opere de negligen. par. 2. art. 34. n. 36.* ibi. *Minus eſt cogere ad non contrahendum cum una, quam ad contrahendum cum certa, quia contrahendo coactè cum certa, alligatur perpetuæ ſervituti, quod eſt nimis oneroſum, ac per hoc prohibitum in Trid. ſeſſ. 24. Ca. 9. de Reform. matrim. addita in cogentem Anathematis pœna; non ſic in prohibentem cum una contrahere, quia adhùc remanet exoneratus, & liber cum aliis qui prohibetur cum illa.* Et quidem non immeritò dixeris hùc reſpexiſſe S. Synodum, dum ut conſuleret libertati ineundi matrimonia, illorum dumtaxàt meminit qui viros, aut mulieres adigunt cum iis invitos matrimonium contrahere, quos ipſi præſcripſerint; Nihil ſtatuens de impedientibus, ne cum una, præſertim ſi indignæ appareant nuptiæ copulentur, vt poſt pleroſque

quos congerit adnotavit *Barboſ. Collect. ad tit.*
Cap. 9. Trid. n. 9., & poſt ipſum *Perez de Ma-*
trim. diſput. 17. ſeſſ. 17. n. 4. Rebel. de oblig. Juſt.
par. 2. lib. 3. quæſt. 11. n. 1. Dicaſtillo rem accurat
expendens tom. 3. de Sacram. Tract. 10. de matrim.
diſp. 4. dubit. 14. n. 143. Caſtropal. par. 5. de Spon-
ſal. diſp. 2. punct. 12. n. 7. Verſ. Notandum. Ad
hoc tandèm facit quod communiter aſſerunt
Juris Interpretes de legato relicto ſub condi-
tione ne alicui, vel aliquibus nubat. *Nequ*
eſt dubitandum (Inquit *Steph. Gratian. Diſcept*
Forenſ. par. 2. cap. 213. n. 25.) *de validitate lega-*
ti, cum illud valeat quamvìs prohibeantur Nu-
ptiæ cum aliquo, dummodò alteri poſſit nubere
cum ex hoc non impediatur libertas matrimonii
quoad alios. Lege hoc modo ff. De condit., &
demonſtr. Aym. Conſil. 1. n. 6. Surdus Deciſ. 3
n. 27. Felin. in Cap. 1. de Sponſal. Et idem *Gra-*
tian. par. 1. cap. 5. n. 10. alios allegans, ac ſu
dens *Nam libertas matrimonii licèt non poſ*
impediri in totum, tamèn poteſt modificari rati-
ne loci, perſonarum, & temporis.

Hia latius forsàn quam oportebat prænot
tis, breviſſimè ad objectam difficultatem r
ſpondemus longè plurimum diferre exe
plum Judicis non compellentis ad ſervanda
Sponſalium juratam fidem, ab Epiſcopo q
juberet, à Parocho qui præſentia firmaret
dignas, ac propterea ſacrilegas Nuptias à
liis contrahendas. Nam ille nulli ſe immiſ
crimini, nulli ſe ingerit ſacinori. Unico V
bo agit nihil, & dumtaxat abſtinet ab agen
Neque tamèn ideò culpandus quia fidem v
lari ſinat, atque Jus jurandum frangi non i
pediat; Quippè qui juſtæ ſuppetunt ea p
mittendi rationes ſuperius examinatæ.
verò Epiſcopus dùm jungendi nuptias filiis
centiam tribuit, dum Parocho ut aſſiſtat ſ
peditat facultatem quomodò non ſacril
particeps Socius, & adjutor, imò & non
ctor criminis habendus erit? Itèm, & pot
quidèm Jure ut non culpandus Sacrilegii,
pietatis, cæterorumque criminum quæ
bentes admittunt, Parochus, qui niſi adſ
atque ſua præſentia robur addat, & firm
tem, peccantes nihil agunt, nec niſi inca
valebunt operari? Præſertìm injuria, i
miaque quæ ex ratia dumtaxàt nunquàm
infirmis nuptiis in Parentes, ac Familian
dundant, non nè meritò ipſis Paſtoribus
putabitur quorum opera factum eſt, ut C
nubium firmum, & ratum perſeveret? E
dem ſi vendere Gladium ei quem prævide
vulnerandum Titium gladio uſurum; Si
lieri quæ ut fornicetur accedit januam a
re; Si ſcalam humeris ſuſtinete per quam
minua ad ſtuprandam Virginem aſce
nunquam licèt; ſi hæc agentem ut alieni
cati ſocium, atque participem dam
Theologi, culpant Juris Interpretes, pu
Jura; Quomodò Epiſcopus qui jubet,
ſentit ſaltèm ut matrimonium tantopè
detur, & ſancta dentur Canibus, ut Fil
rentes inhonorent, totius proſapiæ mi

honeſtatem ? Quommodò Patochus qui talia molientibus præſto eſt, atque ne irritum fiat infauſtum opus præſentiam ſui facit, & Sacerdotii anctoritate confirmat ? Quommodò inquam non impietatis, non pollutæ Religionis, non injuſtitiæ conſcii ne dum, & participes verum etiàm non accuſabuntur Auctores ? Utique ſi id non cenſendum, ut loquuntur Theologi, peccato proximi cooperari, difficile protſus erit ita dictæ cooperationis quempiam accuſare. De quo videndi Doctores ſuper Propoſitione 51. ex damnatis ab INNOCENTIO XI. ſcribentes præſertìm *Joannes Cardenas diſſert. 31. & Dominicus Viva damnat. Theſ. Theologia Trutina par. 2. prop. 51. pag. mihi 129.*

Diſtat inſuper quam aſſerimus, impediendi ſacrilegum matrimonium conſtans Eccleſiæ diſciplina, ab illa cogendi Sponſam, ut cui jurato promiſerat fidem impleat nuptiarum: Namque ſi omninò compellat ducere Uxorem invitam, timendum valdè ne expoſitis abſurdis locus fiat, quorum ſi infames nuptię coerceantur, nullus ſubſit timor; Quin ad illa propulſanda nullum præfato impedimento utilius poterit remedium cogitari: Quæ ut vera ſint, fortaſſe non temere crediderim ex hactenùs traditis, atque enucleatis auctoritatibus, & argumentis ſatis abundeque comprobari.

Expendat igitur lecta veritatis amator, non tamèn forenſium clamoribus turbatus, atque conterritus; Expendat inquam omni præjudicio ſecluſo ad Sacrorum Canonum, Saniorisque Theologiæ principiorum Trutinam objecta ab adverſariis momenta rationum, ad oppugnandam aſſertam à nobis attendi indignas præſertim Filiorumfam: nuptias diſciplinam, nec dubitandum quin agnoſcat, ipſorum Cauſæ obeſſe potiùs quam prodeſſe, cum ex argumentorum, quibus eam tueri conabantur debilitate, apertius conſtet omninò inconcuſſam ſubſiſtere, pro qua pugnamus veritatem.

F I N I S.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſs. Sacri Palatii Apoſtolici.

N. Baccarius Epiſcop. Bojanen. Viceſgerens.

Approbationes pręinſertę Diſſertationis, & Appendicis.

EX Commiſſione Rmi Patris fratris Gregorii Selleri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri manuſcriptum R.P.D. Muſcettolæ Archiepiſcopi Roſſanenſis, cui titulus *de Sponſalibus, & Matrimoniis, quæ a filiis familias contrahuntur, Parentibus neſciis, vel rationabiliter invitis Diſſertatio Theologica legalis*, perlegi, & attente perpendi. In eo nedum nil reperi quod fidei adverſetur, aut moribus, quin efficaciſſime utrorumque promovet puritatem, & dum talium contractuum valide reprobat fœditates, ad ipſos ſancte ineundos, ut par eſt, edocet, Pacique Familiarum, & decori conſulit; Adeoque Reipublicæ Chriſtianæ enixe proficuum fore arbitror, ſi publici fiat juris, ut autumo dignum.

Romæ in Collegio S. Mariæ de victoria, hac die prima Martii 1719.

Fr. Venantius a Sanctiſſima Trinitate Carmelita Diſcalceatus Sacrarum Indicis, & Rituum Congregationum Conſultor, nec non S. Romanæ & univerſalis Inquiſitionis qualificator.

Eximiam Appendicem Illmi & Rmi D. Franciſci Mariæ Muſcettolæ ex Clericis Regularibus Archiepiſcopi Roſſanenſis ad ſuam doctiſſimam Diſſertationem Theologico legalem de Sponſalibus, & Matrimoniis, quæ Filiifamilias contrahere ipſorum Parentibus inſciis, vel rationabiliter invitis præcedunt, ex deputatione Rmi Patris S.P.A. Magiſtri oculis, ac mente, & cum ingenti quidem mea voluptate percurri. Quandoquidem ſubtiliter, eruditè, atque copioſe vindicatam depręhendi ab objectis quibus impetita fuerat ſolidiſſima ſuæ ejuſdem Diſſertationis Doctrina, quæ dubio procul ex integro difringit, eorumque ad evidentiam detegit inanitatem. Præſertim verò quia haud minus expertem reperi, quam præfatam Diſſertationem, vel minimæ cujuſvis labeculæ, quæ ſeu rectam fidem, ſeu optimos mores, Sanctioremve Eccleſiæ Diſciplinam inficiat. Quocirca eamdem pariter dignam exiſtimo, ut præli virtute publicam prodeat in lucem, quin & publicæ luci radios adjungat. Datum ex ædibus S. Andreæ de Valle 13. Cal. Februarii 1723.

D. Io. Paulus Saracinus Cler. Reg. S. Theologiæ Profeſſor.

Ex

Ex commiſſione Rmi Patris fratris Gregorii Selleri Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtri legi Diſſertationem Theologico legalem *Sponſalibus , & Matrimoniis , quæ a filiis familias &c.* Auctore *Illmo , & Rmo D. D. Franciſco Maria Muſcetola* Archiepiſcopo Roſſanenſi , cui annexa habetur Appendix , in qua pariter Doctrinæ robur, & excellentia gravitati materiæ reſpondet . Cum alias nihil contineat Fidei Catholicæ , vel bonis moribus contrarium , poſſe utiliter typis mandari arbitror . Romæ Die 30. Januarij 1723.

D. Antonius Mangilius Abbas Generalis Congreg. Lateranen. Sac. Congreg. Indicis Conſultor , & Examinator Synodalis Urbis .

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

ANT 1:16:22

Digitized by Google

Digitized by Google

XV. F. 9.

Digitized by Google

XV
F 9